IVRIS
PONTIFICII
VETERIS EPITOME.

ANTONII AVGVSTINI ARCHIEPISCOPI TARRACONENSIS

IVRIS VETERIS DOCTORIS, ET víndicis clarissimi, nobilissimíque olim Sacri Palatij Apostolici Auditoris

IVRIS PONTIFICII Veteris Epitome.

IN TRES PARTES DIVISA,

De Personis, de Rebus, & de Iudiciis.

ACCESSERVNT HVIC EDITIONI CANONES Pœnitentiales eiusdem Auctoris.





PARISIIS,

Sumptibus { MICHAELIS SOLY, sub signo Phœnicis. / MATTHÆI GVILLEMOT, sub signo Bibliothecæ. } Via Iacobæa.
&
GERVASII ALLIOT, in Palatio, iuxta Sacellum D. Michaëlis.

M. DC. XLI

CVM PRIVILEGIO ET APPROBATIONE.



DE AVCTORIS CONCILIO

DEQVE OPERIS VTILITATE.

Antonius Augustinus è Societate Iesu.



VI canones antiquorum conciliorum, epistulasque summorum Pontificum, quas Decretales appellant, iam inde ab ipsis propemodum ecclesiæ nascentis exordiis collegerint, fuisse per multos, eosque viros omni ex parte eruditissimos, tum per se nota res est, tum præfatione ad Gregorium XIII Pont. Max. libro, quem edidit de antiquis epistularum Decretalium collectionibus, non minus grauiter, quam erudite disserit noster, tum quidem Ilerdensis Episcopus, mox vero Tarraconensis Archiepisc. Antonius Aug. Nam vt omittam antiquissimos illos, siue è Latinis Isidorum sanctissimum Episcop. Hispalensem, & alterum etiam Isidorum Hispanum minus notum, sed virum grauem, ac eruditum; & tertium eo notiorem cognomento Mercatorem; siue ex Græcis Sabinum Heracleæ Thraciæ Episcopum, ac Ioannem Constantinopolis Patriarcham: insudarunt posterioribus sæculis haud sane infeliciter in hoc negotio, inter eosdem quidem Græcos, Photius Constantinopolitanus, Alexius Aristenus Ioannes Zonaras, Matthæus Blastares monachus, Theodorus Balsamon, Cõstantinus Hermanopolus, Arsenius; aliique nonnulli. è Latinis vero Martinus Bracarensis, Dionysius Exiguus, Cresconius, Deusdedit presbiter Cardinalis, Gregorius presbyter, cuius collectio Polycarpi inscriptionem præfert, Hildebertus Turonensis Archiepiscopus, & alij similes. Sed multo fœlicius in hoc eodem argumento versati sunt postremi omnium Burchardus Vormatiensis, Iuo Carnotensis, Anselmus Lucẽsis Episcopi, & qui prioribus omnibus videtur tenebras offudisse, nobilis è sancti Benedicti familia monachus, vir sane in diuino, humanoque iure exercitatissimus, Gratianus. Quorsum igitur, dicet quispiam, Tarraconensis noster nouam post tot veteres, tamq; egregias collectionem tentauit? cum præsertim vix plura, quam in illis, in hac nostra esse videantur, vtpote quæ vltra ætatem Innocentij III. non protenditur. Videri enim id cuipiam poterit non solum esse actum agere, sed fortasse etiam temere in alienos labores introire. Vere hæc quidẽ, sapienterq; dicerentur, nisi artes omnes, ac disciplinæ, in quibus tamquam in latissimis campis hominum excurrunt ingenia, adeo longe, lateque paterent, vt ad infinitatem propemodum quandam accederent: quo fit, vt priorum inuenta scriptorum numquam posteriorum industriã retardarint, quo minus in iisdem illis, hi disciplinis tractandis versarentur, si minus æquali cum gloria, certe cum vtilitate, fructuque non vulgari. Scite enim quod Latinæ princeps eloquentiæ de pręstantissimis duobus philosophis dixit, Aristotelem è scribendo non fuisse deterritum Platonis amplitudine: At qualis quantusque Plato, Deus immortalis longe omnium, quicumque aut scripserunt, vt ille idem ait, aut locuti sunt, & copia dicendi, & grauitate princeps. Quod, inquam, de his ille dixit, hoc idem & de Theophrasto Aristotelis discipulo dicere possumus; non fuisse deterritum subtilitate, atque auctoritate magistri, quin cum de aliis, tum de iisdem ipsis interdum rebus tam grauiter, accurateque scriberet, vt magistrum ipsum, quod testantur libri de plantis, superare videretur. Possumus & idem dicere de Theophrasti discipulo Demetrio Phalereo; quem nec Aristotelis, nec Theophrasti præstantia retardauit, quin easdem res ipsas, tum quæstiones philosophicas, tum de arte dicendi præcepta suis monumentis consignaret, in quibus illi ante elaborauerant. Nam, vt ait Poëta ille: Non si priores Mæonius tenet sedes Homerus, Pindaricæ latent, Cææque, & Alcæi minaces, Stesichorique graues camenæ. Sine enim suam quis in scribendo spectet gloriam, prudentis, cordatique hominis semper est habitum, prima spectantem in secundis saltem posse consistere; siue neglecta sua gloria spectarint ij posterorum tantum vtilitatem; quod de nostro Antonio Augustino & vere, & ingenue affirmare possumus: excogitarunt posteriores sæpe permulta, cum humani generis vtilitate coniuncta, quæ prioribus in mentem minime venerunt. Ac ne recedam ab hac ipsa re,

de qua sermonem instituerāmus, quamuis horum omnium, qui canones collegerunt, munus nequaquam sit decreta vel noua condere, vel condita interpretari, sed quæ à summis Pontificibus, à Concilijs, à sanctis Patribus constituta sunt, atque sancita, ea ipsa, & dispersa in vnum locum colligere, & collecta apte disponere: quis non videt in hac ipsa re aliquid posteriores elaborare posse, quod priorum diligentiam præterierit? Collegit sane Gratianus, vt de vno hoc loquar, qui priores omnes videtur superasse, canones, ac decreta, præclare ille quidem; sed cui dubium esse possit, eum nec omnia potuisse colligere, quæ quingentis propemodum post ipsum annis ad nostram vsque ætatem sancita sunt; nec vero collegisse quæcumque ante ipsum, fuerunt, omnia: siue quod eum nōnulla latuerint, siue, quod dum tot, tantisq; colligendis insudat, mirum non sit, si pauca quædam eius diligentiam, sedulitatemq; fugerint. Quod si quis id clarius perspicere cupiat, euoluat diligenter Gratiani Decretorū librum: perspiciet is cernet, paucissima, ne dicam propemodum nulla, de Romanorum Pontificum auctoritate, de celebrandis concilijs, de censuris Ecclesiasticis, de ipsis denique sacramentis, quibus Ecclesia maxime nititur, toto eo volumine contineri. De ipso autem ordine, ac dispositione rerum, quod citra tanti viri inuidiam dictum volo, multa viri eruditi in Gratiani collectione desiderant. Cum enim id sibi ipse proposuisset, quod ex eius Decreti inscriptione liquido constat, vt discordantes in speciem canones redigeret in concordiam: Caussas quasdam, quæstionesq; instituit, quibus quasi in iudicio in vtramque partem quæstione proposita, caussa agitaretur: omnibusq; hinc inde perpensis, ipse quasi arbiter honorarius canones cōtrarios, quasi partes inter se colligantes, mutuo quodam fœdere, atque amicitia colligaret. Ingeniosū quidem inuentum. Verum, quod quiuis facile viderit, cum rerum ipsarum natura non admodum consentaneum, cum enim, vt præclare Iurisconsultus scriptum reliquit, ita natura comparatum sit, vt plura sint negotia, actionesq; quam verba; qui fieri potest, vt infinita propemodum negotiorum, actionumq; multitudo, caussis non amplius sex & triginta, quæstionibus nō plus centum, & septuaginta, quas ex caussæ continent, coërceatur? Mitto, quod tripartitus ille ordo Distinctionum, Caussarum, De consecratione, potius ascitus fortuito, quam ex iuris ipsius principijs petitus esse videatur, sicut & illud, quod de Pœnitentia tractatum, prout occasio tulit, Caussis inseruit: quibus rebus factum est, vt pleraque inuolute, nonnulla præpostere, multa alieno loco digesta videantur; pleraque etiam interdum non sine fastidio aliquo repetita. Accedit ad hæc illud tertium, quod pleraque Romanorum Pontificum, Conciliorū, Patrumq; testimonia, quæ Gratianus affert, confusa ita sunt interdum, atque inter se permista, vt quæ vnius sunt, sæpe tribuantur alteri: interdum ita dubia, incerta, apocrypha, vt eorum fides non raro nutet: denique verba ipsa Patrum, atque Pontificū parum bona fide non semel citentur: quæ omnia non solum ex antiquis Gratiani codicibus, verum ex nouissima quoque eiusdē emendatione, Gregorij XIII. Pontificis Maximi iussu promulgata, liquido cuiuis constare poterunt. Neq; aliā eius rei caussam existimauerim, nisi quod non ex purissimis, ac sincerissimis ipsis Patrum, Conciliorum, Pontificum fontibus illa sua hauserit Gratianus, sed riuulos haud ita puros Burchardi, Iuonis aliorumq; qui ante se eodem in labore versati erant, consectatus, mox impuriores, vt in peius præceps est humanum ingenium, ipse reddiderit. Quibus rebus factum est, vt viri eruditi nonnulli, varijs in locis, prouinciam de eo emendando susceperint, & multam, sedulamq; in ea re operam posuerint: vt Antonij duo, Demochares alter, Contius alter; & nouissime memoria nostra plures Illustrissimi Cardinales, atque alij inferiores Antistites, cumq; his viri docti permulti iussu Romanorum Pontificum egregie elaborauerint; quod opus tandem Gregorij XIII. Pontificis Maximi auspicijs, & perfectum, & inuulgatum est, ita tamē vt non desint, quæ desiderentur, in ea emendatione permulta. Verum qui plura de hoc argumento scire desiderat, consulat quadraginta illos aureos, atque omni eruditione refertos Auctoris de emendatione Gratiani Dialogos; in quibus & de hac ipsa re plura, & de consilio Auctoris inueniet. Neque tamen eo dicta velim, quo de Gratiani, viri religiosissimi, atque optime de Christiana Republica meriti, existimatione quidquam derractū velim; sed vt omnes intelligant Antonium Augustinū in nouo tentando opere: nec actū egisse, nec oleum, atque operam perdidisse. Nam si multitudinem rerum, ac decretorum spectes, hæc nostra collectio multo est, quam illa, vberior, & copiosior, pluraq; & antiquorum, & recentiorum Conciliorum, summorumq; Pontificum, ac sanctorum Patrū decreta complectitur nam à canonibus Apostolorum ad concilium vsq; Lateranense sub Innocentio III. Pontifice Maximo celebratum, vix vllum desiderabis canonum, quem in hac collectione non inuenias. Quod vero attinet ad ordinem ipsum, ac methodum, eam sibi sequendam esse duxit Auctor, quam primus Caius ille egregius Iurisconsultus in suis Institutionibus excogitauit, mox Tribonianus, Dorotheus, Theophilus Pandectarum iuris ciuilis sapientissimi collectores, in illo numquam satis laudato Pandectarum opere sequuti sunt. Denique Iustinianus ipse piissimus Imperator in Institutionibus suo iussu euulgaris excepit, atque approbauit: nimirum vt tripartita esset Iuris omnis diuisio: vt aliud ad personas, aliud ad res, aliud ad actiones, iudiciaque pertineret, quam Auctor noster prudentissime in hoc opere amplectendam sibi esse duxit. Primum quod partitio simplicissima, breuissimaq; est: deinde quod maxime rerum ipsarum natu-

l. natura. D. de præscript. verbis.

l. 1. D. de statu hominum & p. omne autem Instit. de iure natural.

tæ consentaoea, nam primum personæ ipsæ sunt rerum, actionumq; quasi fundamentum; tum res sequuntur recte, quæ personis ipsis quasi adiaceot; postremo eorum actiones, ac iudicia, quæ ex actionibus oriuotur. Adde quod ex hac diuisiooe id maxime, inter cætera, existit cōmodi, quod qui Iuri Ciuili dederunt operam, si mox ad Ecclesiasticum ius animum applicent, in oullo fatigeotur nouo ordine perquirendo: sed mutata solum materia, eandem prorsus ratiooem, ac distributionem in iure ecclesiastico his libris comprehenso reperiant, quæ iuri ipsi ciuili maxime congruat, atque consentiat; eademq; prorsus serie in hoc opere ius canonicum ciuili respondeat. Age autem, quanti facienda sit in rebus omnibus apta series, rerumq; connexio, exemplis nonnullis illustremus. Hæc, quam cernis, porticus, hoc palatium, hæc ædes, templumq; magnificum, quod admirabili opere elaboratum, & concinnatum intuentium rapit oculos sua varietate; ac pulchritudine, si illud dissoluas, ac diruas, quid erit aliud, nisi ingrata, deformisq; trabium, lapidum, cementiq; congeries? Cum intueris egregium istud opus supremi artificis, quod nos in creatoris ipsius cognitionem, atque admirationem trahit, inuerte illud, vt ignis inferne subsidat, terra, ac pelagus aëris locum habeant cælum porro ipsum sese his, quasi per quasdam partes, ac portiones, infundat, quid aliud tunc erit hæc rerum vniuersitas, nisi Democriticum illud chaos? quid nam aliud, nisi pondus iners, congestaq; eodem. Non bene iunctarum discordia semina rerum? Quanto artificio, Deus immortalis, partes humani corporis inter sese conspirant, atque consentiunt? quam apte quæque peragit munus suum? At si quispiam oculos submittat ad pedes, pedes contra ad caput attollat, durissimis ossibus extrinsecus homioem vestiat, pellem in iotimas corporis partes recondat, digitos dentibus, gingiuas vnguibus muniat, quis vsus erit, quæ vtilitas harum partium? nulla prorsus. Denique vt à rebus, de quibus agimus, non recedamus, præstantissimæ semper habitæ sunt inter ceteras Mathematicæ disciplinæ, cur vero? eo vel maxime, quia tam præclara serie, atque ordine cootextæ sunt, vt à simplicissimis quibusdam exordiis, iis paucissimis, quę Principia, Definitiones, Postulata appellant, admirabili quadam serie ad innumerabiles, easq; exquisitissimas demonstrationes progrediantur; quæ ita ex sese aptæ, nexæq; sunt, nihil vt in secuoda sumatur, quod in prima demonstratum non sit, nihil in tertia, cuius certam scientiam non abeaot è secunda. Hoc ipsum propemodum ex hac simplicissima Auctoris oostri diuisione futurum auguramur, quod ex paucissimis illis Mathematicarum initijs oriri diximus: quod etiam in ipsis elementis oculis cernimus. Siue enim Elementa dixeris ipsa rerum mortalium exordia, siue literas ipsas, quæ elementa etiam appellantur; certe & quatuor illa prima corpora, eaq; simplicissima, infinita propemodum ex sese lapidum, herbarum, arborum, fructuū, animantium genera progignunt; & literæ ille numero sane non admodum multæ, infinitam vocabulorum seriem suo complexu, coniunctioneq; varia effecerunt, & multo plura sine vllo prorsus termino possunt efficere. Hac sane ratiooe cum tripartita sit nostri operis diuisio, de personis, de rebus, de iudiciis, ex his quasi seminibus nascuntur innumerabiles, tum quæstiones, tum caussæ. Quod etiam ex ipso Iure ciuili perspicue cerni licet; in quo cum sit eadem ipsa tripartita diuisio personarum, rerum, actiooum, tot tamen caussæ, ac quæstiones ex his nascuotur, vt lites ipsæ nullo fine terminari posse videantur: cuius vt perspicuum facile esse possit, superuacaneum videri in ipso opere caussas, quæstiooesq; distinguere. Accedo ad tertium illud caput, quo præstare Epitomen hanc Auctoris cæteris dicebamus, quod in ea certa sunt omnia, atque explorata. Ea quippe in re maximum Auctor studium, summumq; laborem posuit, vt Concilia Græce, Latineq; edita, nec non & manuscripta variis ex locis, hinc, inde conquireret, conquisita inter se conferret, atque optima quæq; seligeret, ex quibus canones hos certissimos ederet. Idem quoque præstitit in summorum Pontificum epistulis decretalibus peruestigandis: in quibus multa, quæ aliorum industriam, perspicacitatemq; latueraot, primus ipse in lucem claram, solemq; produxit: quæq; alij varios in locos minus accurate dispersetaot, ipse è suis quæq; Auctoribus eruta, simul omnia in sanctissimæ totius Ecclesiæ honorem, christianorumq; singularem vtilitatem io vnum conspectum dedit: vt labor hic non solum iuris canooici, ciuilisq; studiosis apprime vtilis futurus sit, verum etiam sacræ Theologiæ candidatis propemodum dixerim necessarius; cum in hac epitome non solum tradanrur, quæ ad lites caussasq; Ecclesiasticas iudicandas pertinent, non solum totus iudiciorum ordo expooatur, non solum declarentur ea, quæ ad crimina pœnis Ecclesiasticis vindicanda faciunt; verum etiam nostræ fidei dogmata confirmentur omnia, hæreses etiam his contrariæ, schismata demū, atque eorum auctores cooellantur; Summi Pontificis, atque vnius in terris Christi Domini Vicarij, atque Conciliorum eximia stabiliatur auctoritas, cunctorum, qui in Ecclesia sunt, dignitates, munera, officia, gradus expliceotur: Sacramenta à Christo Domino in maximum Reipub. Christianæ bonum instituta, venerandumq; missæ sanctissimæ sacrificium, cæteraq; quæ ad illud cohonestandum instituta sunt, sacra templa, ædes, altaria, vasa, indumenta, sanctæ etiam imagines; ad hæc censurarum omnium vis, ac leges explorate aperiantur his libris omnia, atque aptissime illustrentur. Cæterum ne quis adhuc de Auctore operis scrupulus in animo alicuius insideat, illud notum omnibus esse volumus, non solum primam operis huiusce partem, quæ viuente adhuc Auctore prodijt, sed & secundam, & tertiam, quas

multis annis; postquam ille ad meliores sedes conuolauit, nunc tandem in lucem damus, legitimum esse ipsius Antonij Augustini Archiepiscopi Tarraconensis fœtum; opus ab ipso mirifica elaboratum industria, ac singulari studio concinnatum; quodque magis mirere, sua manu ad postremum vsque librum, titulum, atque caput exaratum, emendatum, ac notis illustratum. Cuius rei fidem nobis faciunt manuscripti codicis Tarracone iam inde in vrbem delati, & in Bibliotheca Vaticana obseruati. Cum enim auctor suorum laborum, quos pro sancta Dei Ecclesia pertulerat, præmium reportaturus, euulgata iam prima Epitomes huius parte, concessisset ad superos pridie Kalen. Maij Anni salutis millesimo quingentesimo octuagesimo sexto, Xistus V. Pontifex Opt. Max Antonij Carafæ, qui tunc Bibliothecæ Vaticanæ præerat, viri non solum Ecclesiastica Cardinalitia dignitate, ac familiæ splendore illustris, sed & bonarum quoque litterarum scientia, integerrimæq; vitæ exemplo multo illustrior monitu, atque instinctu. Xistus V. inquam Pont. Max. quod auctorem, atque opus magnifaceret, Tarracone in Vrbem, vt in lucem ederentur, reliquas duas partes adduci iussit; simulq; virum eruditione insignem Franciscum Aduarte Cæsaraugustanum monachum Carthusiẽsem accersit, quem huius operis editioni præficeret; propterea quod is, antequam ad Carthusiensium transiret familiam, per biennium & amplius, vna cum ipso Archiepiscopo, huic Epitomi digerendæ, atque adornandæ multum operæ, ac laboris insumpserat. Verum cum & hic non multo post, & Cardinalis ipse, sed & prius Xistus quoq; Pont. Max. vita defuncti essent, non solum hi libri parente suo, sed suis quoque quasi tutoribus orbati fuere; cura tamen, ac diligentia Illustrissimi, ac Reuerendissimi Cardinalis Cæsaris Baronij, qui in eiusdem Bibliothecæ Vaticanæ administrationem successerat, Clementis VIII. Pont. Maximi auctoritate, in hodiernum vsque diem integri in eadem Bibliotheca repositi, atque asseruati sunt, ex qua tandem Sanctissimi Patris Pauli V. Pont. Opt. Max. liberalitate in lucem prodeunt. Quoniam igitur caussas, rationesq; suscepti operis exposuimus, frustra mihi monendus, multoq; minus cohortandus videris, prudens Lector, vt tanti viri laboribus velis ipse proficere. Frustra, vt aduectas longissimis è regionibus merces, ac margaritis pretiosissimas gratis tibi compares: frustra, vt ex horto Tarraconensis Archiepiscopi manu consito, solertiaque eius dimenso, atque descripto non minus dulces, ac suaues, quam salubres quoque fructus degustes. Si enim animum ad hosce libros euoluendos adieceris, non dubito fore quin dicturus ipse sis, illos post annos sex, & viginti, post quos Auctor in cælum, vt ex eius eximiis virtutibus sperare licet, euolauit, hos labores in tuam, studiosorumq; omnium vtilitatem, & Ecclesię sanctę commune bonum, haud frustra tandem aliquando emersisse.

DE INSCRIPTIONE OPERIS,
deque canonum Auctoribus, & collectoribus.

EX AVCTORIS SCRIPTIS.



VANDOQVIDEM quæ de consilio, ac mente auctoris in hoc opere suscipiendo præmittenda videbantur, breuiter enarrauimus: non ingratum tibi fore ducimus, si nonnulla, quæ huic operi lucem afferant, haud sane multis dilucidemus: & primo loco huius operis inscriptionem ab auctore quidem præfixam, & in quibusdam eius ad primam huius Epitomes partem notis explicatam. Titulus horum librorum est: Iuris Pontificij veteris Epitome. Vt in iure, inquit, tituli sub titulo de veteri iure enucleando, Iustiniani constitutiones exstant, quibus Triboniano, & iurisconsultis committitur Pandectarum, siue Digestorum ex veterum iuris ciuilis scriptorum libris collectio: sic nostrum opus, quod ex conciliorum veterum, & Pontificiarum Epistolarum libris collegimus, quæ generalis concilij Lateranensis Innocentij Tertij temporibus circumscribuntur; nihil enim posterius inuenies: Vetus ius pontificium appellauimus. Quanta autem sit veteris huius iuris prudentiæ dignitas; nostrum non est pluribus ostendere;
veteris iuris. *cum sit omnium hominum iudicio perspicuum. Epitomen autem appello, propterea quod non omnia verba refero, sed quæ præcipua mihi visa sunt: ac sæpe ex magna concilij alicuius mole, præter canones, pauca sumpsi:*
Epitome. *item ex longis epistulis quorumdam Pontificum aliquot tantum sententias: Græca etiam non semper totidem verbis sum interpretatus: sed sæpe sententiis colligendis contentus, cetera reliqui, vt ea ex fontibus hauriantur. Nos vero, quod maxime secuti sumus, hoc est, vt iuris artem traderemus, & ordine, & ratione, quoad possemus, in his, quæ temporis solum ordine collocata fuerant, locosque quosdam communes nobis parauimus, quibus, cum commodum esset, vteremur. In his quædam repetita sunt, vt facilius inueniantur; & vt veteres dixerunt, quæ pulchra sunt, sæpe dici possunt. Hæc noster Antonius Augustinus. Qui etiam*
Pontificium. *satis explicuit, cur iuris Pontificij hanc Epitomen vocarit: nihil enim fere ex iure ciuili accepit, sed ex solis, vt dixit, conciliis, Romanorumque Pontificum Epistulis canones collegit, & ex quorumdam sanctorum Patrum dictis, quæ veluti regulas Ecclesia semper venerata est.*

Iam cur in tres partes de personis, de rebus, & de iudiciis hanc Epitomen distribuerit, illum audi, loco citato hæc scribentem: Sic Caius, & Iustinianus initio institutionum: Omne ius, quo vtimur, vel
Diuisio. *ad personas pertinet, vel ad res, vel ad actiones. Nos iudicia pro actionibus posuimus; quia veteres actionum formulæ, etiam apud iuris ciuilis peritos, ob[illegible]solatæ sunt: & vox iudicia melius ad ciuilia, & cri-*

minalia transfe tur , qua iure Pontificio comprehenduntur, &c. De his, qua in prima parte comprehenduntur, hac oddit um stur hominum caussa omne ius constitutum sit; primo de per onarum statu, ac post de caeteris, vt res patitur, dicemus. His verbis vtitur Hermogenianus in libro iuris Epitomarum, a quo sumpsit etiam Iustinianus in institutionibus. Ego hoc loco diuisionem personarum , qua vtor, no in loco referam. Homines, aut Christiani sunt, aut non Christiani, vt Iudaei , & Pagani. Christiani, aut Catholici sunt , aut haeretici, aut schismatici. Catholici, aut clerici, aut laici. Clerici, aut saeculares, vt vocant, aut regulares, canonici, siue monachi. Rursus clericos in Pontifices, & non Pontifices diuido. Pontifices in Maximum, siue Romanum, Maiores, vt Patriarchos, Primates, & Archiepiscopos, siue Metropolitanos: Minores, vt Episcopos. Clerici non Pontifices diuiduntur in Chorepiscopos, Presbyteros, Diaconos, & Hypodiaconos, & alios clericos siue minorum ordinum, siue sola tonsura initiatos. De conciliis agimus post Episcopos, de sanctimonialibus virginibus post monachos: sic etiam de aliis personis, qua his locis adnectuntur. Initium à Pontifice Maximo fecimus , vt à capite, quod potissimum est nostri corporis membrum, ad inferiora descenderemus. Haec ille. Quae in aliis duabus partibus continentur, suo loco dicemus. Atque de inscriptione , huius operis satis: de canonum auctoribus pauca dicemus: Quorum primi haud dubie sunt Romani Pontifices , conciliaque generalia, & prouincialia, quos auctor in fine vniuscuiusque refert, seruata temporum ratione, vt antiquiora primo loco ponantur. Romanorum Pontificum , & conciliorum numerum, & ordinem ex eius operibus, maxime ex libro collectionum antiquarum decretalium, hunc accipe. Sed cum ipse Auctor obierit Xisto V. Romano Pontifice, solaque concilia edita in isto catalogo proposuerit, nos & posteriores Rom. Pontifices, & non edita etiam concilia, quorum in hac Epitome ipse meminit, addidimus.

Nomina omnium Pontificum Romanorum.

	PEtrus Apostolus cæpit anno Christi.	44
	• Linus viuo Petro anno •	57
	Clemens anno	68
	Cletus	77
5	Anacletus	84
	Euaristus	96
	Alexander	109
	Xistus	117
	Telesphorus	127
10	Hyginus	138
	Pius	142
	Anicetus ()	153
	Soter	163
	Eleutherus	171
15	Victor	186
	Zepherinus	198
	Callistus	218
	Vrbanus	223
	Pootianus	233
20	Anterus	236
	Fabianus eodem anno.	
	Cornelius	250
	Lucius	253
	Stephanus	255
25	Xistus iunior	257
	Dionysius	260
	Felix	272
	Eutychianus	275
	Caius	283
30	Marcellinus	296
	Marcellus	304
	Eusebius	310
	Miltiades	311
	Siluester	314
35	Marcus	336
	Iulius eodem anno.	
	Liberius	351
	• Felix iunior viuo Liberio •	355
	Damasus	366
	Syricius	385
40	Anastasius	398
	Innocentius	402
	Zosimus	416
	Bonifacius	419
	Cælestinus	423
45	Xistus tertius	432
	Leo	440
	Hilarius	461
	Simplicius	467
	Felix iunior, dictus tertius	483
50	Gelasius	492
	Anastasius iunior	496
	Symmachus	498
	Hormisda	514
	Ioannes	523
55	Felix tertius, dictus IV.	526
	Bonifacius iunior	530
	Ioannes iunior	532
	Agapetus	534
	Siluerius	535
60	Vigilius	537
	Pelagius	555
	Ioannes tertius	561
	Benedictus	575
	Pelagius iunior	579
65	Gregorius	590
	Sabinianus	604
	Bonifacius tertius	607
	Bonifacius quartus	.608
	Deusdedit	615
70	Bonifacius quintus	619
	Honorius	622
	Seuerinus	637
	Ioannes quartus	639
	Theodorus	640
75	Martinus	647
	Eugenius	654
	Vitalianus	657
	Adeodatus	672
	Domnio	676
80	Agatho	679
	Leo iunior	682
	Benedictus iunior	684
	Ioannes quintus	685
	Cono	686
85	Sergius	687
	Ioannes sextus	701
	Ioannes septimus	705
	Sisynnius	707
	Constantinus anno eodem.	
90	Gregorius iunior	716
	Gregorius tertius	731
	Zacharias	741
	Stephanus iunior	752
	Stephanus tertius, dictus iunior eodem mense.	
95	Paulus	757
	Stephanus quartus, dictus tertius	768
	Hadrianus	772

Leo tertius 796
Stephanus quintus, dictus quartus 816
100 Paſchalis 817
Eugenius iunior 824
Valentinus 817
Gregorius quartus 828
Sergius iunior 844
105 Leo quartus 847
Benedictus tertius 855
Nicolaus 858
Hadrianus iunior 867
Ioannes octauus 872
110 Martinus, dictus Martinus iunior 882
Hadrianus tertius 884
Stephanus ſextus, dictus quintus 885
Formoſus 891
Bonifacius ſextus 895
115 Stephanus ſeptimus, dictus ſextus 896
Romanus 897
Theodorus iunior eodem anno.
Ioannes nonus eodem anno.
Benedictus quartus 898
120 Leo quintus 902
Chriſtophorus eodem anno.
Sergius tertius 903
Anaſtaſius tertius 910
Lando 912
125 Ioannes decimus 913
Leo ſextus 928
Stephanus octauus, dictus ſeptimus eodem anno.
Ioannes vndecimus 930
Leo ſeptimus 935
130 Stephanus nonus, dictus octauus 939
Martinus iunior, dictus tertius. 942
Agapetus Iunior 946
Ioannes duodecimus 956
Leo octauus 964
135 Ioannes tertius decimus 965
Benedictus quintus, dictus ſextus 972
Bonifacius ſeptimus 974
Benedictus ſextus, dictus ſeptimus 975
Ioannes quartus decimus 984
140 Ioannes quintus decimus 985
Ioannes ſextus decimus 995
Gregorius quintus eodem anno.
Silueſter ſecundus 998
Ioannes ſeptimus decimus 1003
145 Ioannes octauus decimus eodem anno
Sergius quartus 1012
Benedictus vij. dictus viij. 1009
Ioannes nonus decimus 1024
Benedictus octauus, dictus nonus 1032
150 Gregorius ſextus 1045
Clemens ſecundus 1047
Damaſus ſecundus 1048
Leo nonus 1049
Victor ſecundus 1055
155 Stephanus decimus, dictus nonus 1057
Nicolaus ſecundus 1059
Alexander ſecundus 1061
Gregorius ſeptimus 1073
* Clemens tertius viuo Gregorio * 1080
Victor tertius 1086
160 Vrbanus ſecundus 1088
Paſchalis ſecundus 1099
Gelaſius ſecundus 1118
Calliſtus ſecundus 1119
Honorius ſecundus 1124
165 Innocentius ſecundus 1130
Cæleſtinus ſecundus 1143
Lucius ſecundus 1144
Eugenius tertius 1145
Anaſtaſius quartus 1153
170 Hadrianus quartus 114
Alexander tertius 1159
Lucius tertius 1185
Vrbanus tertius 1185
Gregorius octauus 1187
175 Clemens tertius 1188
Cæleſtinus tertius 1191
Innocentius tertius 1198
Honorius tertius 1216
Gregorius nonus 1227
180 Cæleſtinus quartus 1241
Innocentius quartus 1243
Alexander quartus 1254
Vrbanus quartus 1261
Clemens quartus 1265
185 Gregorius decimus 1271
Innocentius quintus 1276
Hadrianus quintus eodem anno.
Ioannes vigeſimus, dictus vigeſimus primus eodem anno. 1276
Nicolaus tertius 1277
190 Martinus ſecundus, dictus quartus. 1281
Honorius quartus 1285
Nicolaus quartus 1288
Cæleſtinus quintus 1294
Bonifacius octauus eodem anno.
195 Benedictus nonus, dictus vndecimus 1303
Clemens quintus 1305
Ioannes vigeſimus primus, dictus vigeſimus ſecundus 1316
Benedictus decimus, dictus duodecimus 1334
Clemens ſextus 1342
200 Innocentius ſextus 1352
Vrbanus quintus 1362
Gregorius vndecimus 1371
Vrbanus ſextus 1378
* Clemens ſeptimus viuo Vrbano eodem anno. *
Bonifacius nonus 1389
* Benedictus vndecimus, dictus tertius decimus viuo Bonifacio * 1394
205 Innocentius ſeptimus 1404
Gregorius duodecimus 1406
Alexander quintus 1409
Ioannes vigeſimus ſecundus, dictus vigeſimus tertius 1410
Martinus tertius, dictus quintus 1417
210 Eugenius quartus 1431
Nicolaus quintus 1447
Calliſtus tertius 1455
Pius ſecundus 1458
Paulus ſecundus 1464
215 Xiſtus quartus 1471
Innocentius octauus 1484
Alexander ſextus 1492
Pius tertius 1503
Iulius ſecundus eodem anno
220 Leo decimus 1513
Hadrianus ſextus 1552
Clemens ſeptimus 1523
Paulus tertius 1534
Iulius tertius 1549
225 Marcellus ſecundus 1555
Paulus quartus eodem anno
Pius quartus 1560
Pius quintus 1566
Gregorius tertius decimus 1572
Xiſtus quintus 1585
Vrbanus ſeptimus 1590
Gregorius decimus quartus eodem anno,
Innocentius nonus 1591
Clemens octauus 1592
Leo vndecimus 1604
Paulus quintus eodem anno.

Nomina Conciliorum.

Græcorum Generalium.

Nicænum ſub Silueſtro Papa anno Chriſti. 325
Conſtantinopolitanum ſub Damaſo Papa anno 381
Epheſinum ſub Cæleſtino Papa. 430
Chalcedonenſe ſub Leone Papa. 451
Conſtantinopolitanum ſub Vigilio Papa. 553
Conſtantinopolitanum ſub Agathone Papa. 681
Nicænum ſecundum ſub Hadriano. 789
Conſtantinopolitanum ſub Hadriano Iuniore. 870

Latinorum Generalium.

Romanum ſub Gregorio ſeptimo Papa anno 1078
Lateranenſe ſub Caliſto iuniore. 1115
Lateranenſe ſub Innocentio iuniore. 1139
Turonenſe ſub Alexandro tertio. 1163
Lateranenſe ſub Alexandro tertio. 1180
Lateranenſe generale dictum ſub Innocentio tertio. 1215
Lugdunenſe ſub Innocentio quarto. 1245
Lugdunenſe ſub Gregorio decimo. 1273
Viennenſe ſub Clemente quinto. 1311
Conſtantienſe ſub Martino quinto. 1417
Ferrarienſe, & Florentinum ſub eodem. 1438
Lateranenſe ſub Iulio II. & Leone X. 1511
Tridentinum ſub Paulo tertio, & Iulio tertio, & Pio quarto. 1545

Nomina Conciliorum Prouincialium.

Antiochenum ſub Dionyſio Papa.
Ancyranum ſub Marcellino.
Neocæſarienſe ſub Euſebio.
Romanum ſub Silueſtro.
Romanum ſecundum ſub eodem.
Eliberinum ſub eodem.
Arelatenſe ſub eodem.
Gangrenſe ſub eodem.
Arelatenſe ſecundum ſub eodem.
Carthaginenſe ſub eodem.
Romanum tertium ſub Iulio.
Agrippinenſe ſub eodem.
Antiochenum ſecundum ſub eodem.
Sardicenſe ſub eodem.
Laodicenum ſub Liberio.
Aquileienſe ſub Damaſo.
Cæſarauguſtanum ſub eodem.
Valentinum Galliæ ſub eodem.
Telenſe ſub Syricio.
Carthaginenſe ſecundum ſub eodem.
Carthaginenſe tertium ſub eodem.
Carthaginenſe quartum ſub eodem.
Taurinatenſe ſub eodem.
Carthaginenſe quintum ſub Anaſtaſio.
Toletanum ſub eodem.
Mileuitanum ſub Innocentio.
Carthaginenſe ſextum ſub Bonifacio.
Carthaginenſe ſeptimum ſub eodem.
Africanum ſub eodem.
Regienſe ſub Xyſto tertio.
Agathenſe ſub eodem.
Arauſicanum ſub Leone.
Vaſenſe ſub eodem.
Carpentoractenſe ſub eodem.
Arelatenſe tertium ſub eodem.
Venetum ſub eodem.
Turonenſe ſub eodem.
Romanum ſub Hilario.
Tarraconenſe ſub Felice tertio.
Epaunenſe ſub Gelaſio.
Romanum ſub Symmacho.
Item ſecundum, tertium, quartum, quintum, ſextum.
Ilerdenſe ſub eodem.
Valentinum Hiſpaniæ ſub eodem.
Aurelianenſe ſub Hormiſda.
Gerundenſe ſub eodem.
Cæſarauguſtanum ſecundum ſub eodem.
Toletanum ſecundum ſub Ioanne ſecundo.
Aurelianenſe ſecundum ſub Vigilio.
Aurelianenſe tertium ſub eodem.
Aruernenſe ſub eodem.
Barcinonenſe ſub eodem.
Aurelianenſe quartum ſub Pelagio.
Turonenſe ſecundum ſub eodem.
Pariſienſe ſub eodem.
Aurelianenſe quintum ſub eodem.
Pariſienſe ſecundum ſub eodem.
Hiſpalenſe ſub eodem.
Lucenſe ſub Ioanne tertio.
Toletanum tertium ſub Pelagio ſecundo.
Lugdunenſe ſub eodem.
Cæſarauguſtanum tertium ſub eodem.
Matiſconenſe ſub eodem.
Barcinonenſe ſecundum ſub eodem.
Lugdunenſe ſecundum ſub eodem.
Oſcenſe ſub eodem.
Valentinum ſecundum Galliæ ſub eodem.
Matiſconenſe ſecundum ſub eodem.
Romanum ſub Gregorio.
Lateranenſe ſub eodem.
Egarenſe; ſeu Tarraconenſe ſub Bonifacio quarto.
Antiſiodorenſe ſub Deuſdedit Papa.
Hiſpalenſe ſecundum ſub Honorio.
Toletanum quartum ſub eodem.
Toletanum quintum ſub eodem.
Toletanum ſextum ſub eodem.
Braccarenſe ſub eodem.
Braccarenſe ſecundum ſub eodem.
Toletanum ſeptimum ſub Theodoro.
Lateranenſe ſub Martino.
Toletanum octauum ſub eodem.
Toletanum nonum ſub eodem.
Toletanum decimum ſub eodem.
Cabilonenſe ſub Eugenio.
Toletanum vndecimum ſub Vitaliano.
Braccarenſe tertium ſub eodem.
Anglicanum primum ſub eodem.
Emeritenſe ſub eodem.
Anglicanum ſecundum ſub eodem.
Toletanum duodecimum ſub Agathone.
Toletanum decimumtertium ſub eodem.
Toletanum decimũquartum ſub Benedicto Secundo.
Cæſarauguſtanum tertium, vel quartum ſub Sergio.
Toletanum decimum quintum, decimum ſextum, decimum ſeptimum ſub eodem.
Romanum ſub Gregorio ſecundo.
Romanum ſub Zacharia.
Francicum ſub eodem.
Sueſſionenſe ſub eodem.
Toletanum decimum octauum ſub eodem.
Apud Palatium Vernis ſub eodem.
Francofordienſe ſub Hadriano.
Foroiulienſe ſub eodem.
Apud Theodonis villam ſub Leone tertio.
Arelatenſe quartum ſub eodem.
Turonenſe tertium ſub eodem.
Cabilonenſe ſecundum ſub eodem.
Maguntinum ſub eodem.
Remenſe ſub eodem.
Aquiſgranenſe ſub eodem.
Pariſienſe ſub Eugenio ſecundo.
Romanum ſub eodem.
Aquiſgranenſe ſecundum ſub eodem.
Maguntinum ſecundum ſub eodem.

Aquense, siue Aquisgranense tertium sub eodem.
Meldense sub eodem.
Apud sanctum Medardum, siue Suessionensa secundum sub eodem.
Valentinum Galliæ tertium sub Leone IV.
Romanum sub eodem.
Ticinense sub eodem.
Pistense sub Nicolao.
Confluentanum sub eodem.
Tullense sub eodem.
Vormatiense sub Hadriano secundo.
Coloniense sub Stephano sexto.
Moguntiacense sub eodem.
Metense sub eodem.
Triburiense sub Bonifacio sexto.
Nannetense sub eodem.
CP. sub Ioanne nono.
Trosleian. sub Sergio tertio.
Legionense in Hispania sub eodem.
Salegunstadiense sub Benedicto octauo.
Lemouicen. sub Ioanne decimonono.
Rauennense sub eodem.
Pampilonense sub eodem.
Romanum sub Nicolao secundo.
Romana multa sub Gregorio septimo.
Rhemense sub Eugenio tertio.
Alemanicum sub Honorio tertio.
Oxoniense sub incerto.

Ex his Romanis Pontificibus, ex hisque conciliis, collegit Antonius Augustinus hos Canones hac peculiari arte, ac methodo. Ex quo facile colliges, quanta sit eorum auctoritas, & certitudo Qui enim à Romanis Pontificibus, qui ex conciliis œcumenicis, vel prouincialibus ab eisdem Summis Pontificibus receptis, & approbatis desumuntur, omnino sunt certi, stabiles, firmæque auctoritatis; minoris, qui ex reliquis conciliis colliguntur: & si hi, cum ab ecclesia non reprobantur, vtpote qui à pluribus doctoribus, & ecclesiæ pastoribus stabiliuntur, maioris ponderis sint, quam qui à peculiari aliquo sancto Patre, & si grauissimo, & doctissimo colliguntur, vt à Basilio, Gregorio, Teophilo, & similibus. Ideo ab Auctore in toto hoc opere primo loco statuuntur conciliorum generalium Canones, deinceps aliorum, in quibus Romani Pontifices interfuere: quos à Summis Pontificibus approbatos esse certissimum est: tertio loco qui Apostolorum dicuntur: cum hi, si non ab Apostolis, à B. Clemente saltem dimanasse credantur. Iam quarto ex Pontificum summorum decretalibus epistulis: deinceps Prouincialium conciliorum decreta Sexto sanctorum aliquorum patrum dicta, quæ & ab aliis referuntur collectoribus, & magni semper in ecclesia habita sunt. Vltimo in loco statuuntur Damasi, vel Pontificalis de Pontificibus testimonia, aut si quæ ex Imperatoribus, aliisve historicis minoris auctoritatis adducuntur.

Excipe primum librum, in quo cum de Romani Pontificis dignitate, & priuilegiis differatur, post concilia illa prima à summis Pontificibus approbata, Romanorum Pontificum testimoniis conciliorum prouincialium canones præferuntur, vt ceteriora testimonia minus suspecta iudicentur.

De octo œcumenicis conciliis Græcis, vide Auctorem lib. v. à Tit. xi. ad xxiii. de aliis conciliis, in quibus interfuere Romani Pontifices, vide Tit. xxiv. IX. concilium CP. sub Ioanna VIII. vel IX. reicio cum auctore lib. posteriori de emendatione Gratiani dial. vi. Basiliense etiam omitto, vt nunquam, neque ex parte, à Romano Pontifice approbatum: Constantiense amplector, qua ex parte à Martino V. confirmatum fuit. reliqua œcumenica concilia Græca vel Latina amplectenda omnino sunt. Excipio canones sextæ, seu quintæ sextæ CP. synodi, qui Trullani vocantur: nec enim ex quinta, vel sexta œcumenica synodo prodiere sed ex pseudosynodo hæreticorum post illas, de qua noster Auctor in lib. posteriori de emendat. Gratiani dial. vij. & viij.

Prouincialia concilia, præter supra dicta, à summis Pontificibus approbata inuenio, Mileuitanum, Carthaginensa VI. & VII. Emeritense, & Nannetense, qui in corpus canonum: in quo tamen aliquos pseudosynodorum canones, vt Antiochenos, inueniri non dubito: vsus tamen, & praxis ecclesiæ eos videtur approbasse ob eorum vtilitatem: quod de multis Trullanis dicere possumus: vt potius doctrina, quam auctor eorum æstimetur.

Quid vero de Canonibus Apostolorum sentiendum est? Consule Auctorem lib. priori de emendationa Gratiani dial. 6. qui eorum quinquaginta recipiendos docet. Sed inter M. S. codices secundæ partis huius epitomes, hæc de illis inueni.

De Canonibus Apostolorum.

Liber Canonum Apostolorum apocryphus. *Gelas. in syn. LXX. Episcopor. c. 2. in medio.*

* Septuaginta Apostoli sententias præfixerunt cum aliis quamplurimis Episcopis, & seruandas censuerunt. *Zephyr. epist. 1. ante fin. Ino lib. 2. tit. 11. c. 17. & par. 4. c. 107. decr.* (*sexaginta — *Dist. 16. c. 1.*)

Huic sanctæ synodo placuit, vt ab hoc nunc tempore firmi, stabilesque maneant, qui à sanctis patribus, qui nos præcesserunt, suscepti, ac confirmati sunt, atque adeo nobis etiam traditi sunt, sanctorum, & gloriosorum Apostolorum nomine octoginta quinque canones. *Trull. cap. 2. in princ. Ino par. 4. cap. 106. decr. lc. a. tit. 11. cap. 29 pan. Cæsaraugust. lib. 1. ca. 40.* (*Dist. 16. placuit. cap. 4. & quoniam c. 7.*)

Clementis libiú, id est Petri Apostoli itinerarium, & Apostolorum canones numerant patres inter apocrypha exceptis quinquaginta capitulis, quæ decreuerunt regulis orthodoxis fidei adiungenda. *Humbertus Cardinalis Leo IX. legatus contra Nicetam Abbatem. Ino lib. 2. tit. 11. c. 37. panor. & par. 4. c. 105. decr.* (*Dist. 16. c. 3.*)

De institutis, vel constitutis, vel sententiis Apostolorum meminere. *Telesph. epist. 1. in princ. Victor epist. 1. post princip. & in med. Zephyr. epist. 1. in med. & ante fin. & epist. 2. in princ. Callist. epist. 2. in princ. Fabian. epist. 1. ante fin. Eutych. epist. 1. in fin. Nicol. ad consult. Pulgar. cap. 72. Apost cap. vlt.*

Hæc de præcipuis canonum auctoribus dicta sufficiant plura dicunt, qui vel concilia, vel eorum historias colligunt. Sunt alij, qui ab Auctore in hac Epitome citantur, non tam vt auctores, quam vt collectores canonum: quia eos, vt à maioribus acceptos, ab Apostolis, inquam, eorumque successoribus, & ab iis, qui ab initio nascentis ecclesiæ vsque ad sua tempora in ea floruere, nobis tradiderunt. De illis multa Auctor in præfatione ad Gregorium XIII. ad quatuor antiquas decretalium epistularum collectiones, & in præfationa libri de canonibus Pœnitentialibus, nonnulla in dialogis de emendatione Gratiani: Sed hoc de eius opusculum, quasi ex vltimo testamento legatum accipito.

ANTONII

IVRIS PONTIFICII VETERIS EPITOME

Eius partes tres:
De personis:
De rebus.
De iudiciis.

PRIMAE PARTIS DE PERSONIS LIBRI DVODECIM.

I. *De Pontifice Maximo.* pag. 1
II. *De Patriarchis, & Primatibus.* 66
III. *De Archiepiscopis, & Metropolitanis.* 84
IV. *De Episcopis, siue Pontificibus, vel Sacerdotibus.* 100
V. *De Conciliis, & Synodis, siue Conuentibus.* 213
VI. *De Chorepiscopis, & Presbyteris, siue Sacerdotibus.* 272
VII. *De Diaconis, & Hypodiaconis, & Diaconissis.* 328
VIII. *De Acolythis, & aliis Clericis inferioribus.* 351
IX. *De Monachis, & Canonicis regularibus, & de sacris Virginibus.* 387
X. *De Laicis Catholicis.* 444
XI. *De Hæreticis, & Apostatis, & Schismaticis.* 473
XII. *De Iudæis, & Paganis.* 546

Libri primi de Pontifice Maximo, Tituli XXII.

I. De Petri Apostoli, & successorum Romanorum Pontificum Primatu. pag. 1
II. De fide catholica Ecclesiæ Romanæ. 7
III. Pontifex Maximus est Pastor vniuersalis 9
IV. Romana Ecclesia mater est, & caput aliarum. 15
V. De electione, & consecratione Pont. Max. 19
VI. De Conciliorum generalium conuocatione ad Pont. Max. pertinenre. 12. & 215
VII. Præesse Legatos Pont. Max. in conciliis 24. 25
VIII. De Confirmatione conciliorum à Pontifice Maximo. 26. & 217
IX. De restitutione damnatorum, & eiectorum à synodis, & de damnandis à Pōt. Max. sine synodis. 28
X. De maioribus negotiis ad Pont. Max. referendis: Pars prior 29
De variis negotiis ad Pont. Max. referendis. Pars posterior. 31
XI. Episcopos, & Metropolitanos, & Primates constituere, Pontificis Maximi est. 33
XII. Episcoporum mutatio ad Pontificem Maximum pertinet. 34
XIII. Pontifex Max. omnes iudicat, & iudicatur à nemine. 34
XIV. Solus Pont. Max. iudicat Episcopos. 37
XV. Ad Pontificem Maximum appellatur ab omnibus. 42
XVI. Pontifex Max. Imperatores, & Reges potest excommunicare, & priuare ditione, illorumque subditos fidelitatis sacramento soluare. 45
XVII. De decretis & decretalibus Pontificum Maximorum. 46
XVIII. De pœnis, quibus afficiuntur ii, qui Pont. Max. iniuriam faciunt, eius præcepta contemnunt, aut facultates eius, aut Ecclesiæ Romanæ surripiunt. 49
XIX. Varia priuilegia, & decreta Pontificis Max. 50
Pontifex Max. multas confirmat Episcoporum electiones, Pars prima. 50
Proferatur nomen Pont. Max. in Missæ celebratione. pars secunda. ibid.
De sanctitate, qua multi pontifices Max. præditi fuerunt, pars tertia. ibid.
De Sacramento, quo se obligauit Bonifacius Episcopus Gregorio II. Pars quarta. 51
Alia priuilegia, quæ ad certum caput redigi non possunt. pars quinta. ibid.
Varia decreta, quæ summam pontificis Max. potestatem indicare videntur. pars sexta. 52
XX. Communia de pontifice Max. 53

De accuſatione,& purgatione Pontificis Maximi: Pars prior. ibidem
Varia,pars poſterior. ibidem
XXI. De Legatis, & delegatis pont. Max. 65
XXII. De Epiſcopis Cardinalibus. Pars prima. 57
De Presbyteris Cardinalibus, Pars ſecunda. 58
De Diaconis Cardinalibus, pars tertia. 63
De Cardinalibus omnibus,Pars quarta. 64

Libri II. de Patriarchis, & Primatibus. Tit. XXVII.

I. DE inſtitutione, & electione Patriarcharum, & Primatum. 66
II. De numero, loco & dignitate Patriarcharũ. 67
III. De Patriarcha Alexandrino. 69
IV. De Patriarcha Antiocheno. 70
V. De Patriarcha Hieroſolymitano. 71
VI. De patriarcha C. P. ibid.
VII. De prouinciis,quæ ad ſingulos Patriarchas pertinent. 74
VIII. Patriarcha electus ſynodicam ad alios Patriarchas mittit. ibid.
IX De variis Primatibus Orientis. ibid.
X. De Primatibus Africæ. ibidem
XI De Galliæ Primatibus 75
XII. De priuilegiis primatum. ibid.
XIII. De reuerentia, quæ debetur Patriarchis, & Primatibus. 76
XIV. Ad Patriarchas, & primates pertinent maiores cauſæ,& grauiora negotia. ibid.
XV. patriarchæ, & primates dant iudices. 77
XVI. Patriarchæ,& Primates iudicant de Metropolitanis. ibidem
XVII. Patriarchæ,& Primates iudicãt Epiſcopos. ibi
XVIII. De appellatione ad Patriarchas, & Primates. 78
XIX. patriarchæ, & primates poſſunt Epiſcopos, & Metropolitanos excõmunicare,&deponere. 79
XX. Patriarchæ,& Primatis eſt congregare concilia prouincialia. ibid.
XXI. patriarchæ, & Primatis eſt Epiſcopos ſuſpenſos abſoluere, ſpoliatos reſtituere, innocenteſque defendere. 80
XXII. De modo, quo *Ignatius* patriarcha CP. reconciliauit Epiſcopos, presbyteros, & alios clericos. ibid.
XXIII. Ne quiſquam laicus ſubito aſcendat ad Patriarchatus dignitatem. ibid.
XXIV. De his quæ patriarchæ, vel Primatis facere prohibentur. 81
XXV. Patriarchæ,& Primates à pont. Max. vel à ſynodo generali iudicantur. ibid.
XXVI. Quibus de cauſis poſſint patriarchæ excommunicari, & deponi. 83
XXVII. Communia de patriarchis,& primatibus. 84

Libri tertii de Archiepiſcopis, & Metropolitanis. Tit. XIX.

I. DE inſtitutione Archiepiſcoporum. 84
II. De conſecratione & electione,& confirmatione Archiepiſcoporum. 85
III. De reuerentia,quæ debetur Archiepiſcopis. 86
IV. De pallio Archiepiſcoporum. 87
V. Ne vnus Metropolitanus duas prouincias obtineat, neque vnam prouinciam in duas diuidat. 88
VI. Archiepiſcopi eſt Epiſcopos ordinare, aut illorum ordinationi conſenſum præbere. ibid.
VII. In adminiſtratione ſacramentorum & celebratione Diuinorum officiorum ſequantur Epiſcopi prouinciales ordinem præſcriptum à Metropolitano. 90
VIII. Varia negotia ad Archiepiſcopum pertinentia. ibid.
IX. De cura Metropolitani erga eccleſiam ſuam, & diœceſes, & perſonas ſubditorum Epiſcoporum,& de ſede vacante. 91
X. Archiepiſcopi eſt vocare Epiſcopos ad concilium. 92.& 25
XI. De iudiciis Metropolitanorum. 93
XII. Archiepiſcopus audit appellationes, & querelas, quæ de Epiſcopis deferuntur. 94
XIII. Archiepiſcopus circumeat diœceſim, cum opus fuerit. 95
XIV. Ne Archiepiſcopus auaritiæ cauſa ſuffraganeorum diœceſes circumeat. ibid.
XV. Archiepiſcopi à pont. Max. à patriarcha, & à ſynodo iudicantur. 96
XVI. Nihil Metropolitanus ſine Epiſcopis, nihil Epiſcopi ſine Metropolitano agere debent, exceptis iis, quæ ad ſingulorum parochias pertinent. 97
XVII. De iis, quæ Archiepiſcopi facere prohibentur. 98
XVIII. De variis quibuſdam Metropolitanis eccleſiis, quarum mentio fit in conciliis, & Pontificum epiſtolis. 99
XIX. Communia de Archiepiſcopis. ibid.

Libri quarti, de Epiſcopis, ſiue Pontificibus, vel Sacerdotibus. Tit. XC.

I. DE poteſtate,& dignitate Epiſcopi. 100
II. De inſtitutione Epiſcoporum, & de officio ipſorum. 102
III. Quibus gradibus debeat Epiſcopus aſcendere ad Epiſcopatum. 104
IV. Populus, & clerus olim ſolebant in electione oſtendere, quem vellent ſibi præeſſe Epiſcopum,& non populus ſolus. 106
V. Qualis debeat eligi Epiſcopus. 108
VI. Neophyti non poſſunt elegi Epiſcopi neque laici 112.& 463.
VII. Digami non poſſunt eligi Epiſcopi. 115
VIII. Ne homines improbi, aut alias indigni eligantur Epiſcopi. 119
IX. Ne indocti eligantur Epiſcopi. 117
X. Nullus ordinetur Epiſcopus, qui non ſit natus annos triginta. 117
XI Quorum membrorum defectus vetet aliquem eſſe Epiſcopum. ibid.
XII. poteſtas ſæcularis ne in Epiſcopi electione auctoritatem ſuam tyrannice interponat ibid.
XIII. Ne quiſquam per ſimoniam eligatur, aut conſecretur Epiſcopus. 120
XIV. Communia de electione Epiſcopi. 122
XV. Qui dignus eſt Epiſcopatu, non debet illum recuſare. 123
XVI. De confirmatione electionis Epiſcopi. 124
XVII. De numero Epiſcoporum, qui intereſſe debent conſecrationi Epiſcopi. ibid.
XVIII. Epiſcopus non ordinetur ſine conſenſu Metropolitani. 126
XIX. De cæremoniis, quæ ſeruari debent in conſecratione Epiſcopi. 127
XX. Communia de conſecratione Epiſcopi. 128
XXI. Quæ debeant obſeruari in conſtituendis nouis Epiſcopatibus. ibid.
XXII. Epiſcopi non conſtituantur in oppidis, neque in paruis ciuitatibus. 129
XXIII. Ne duo ſint Epiſcopi vnius ciuitatis. 130
XXIV. Ne viuente Epiſcopo alius Epiſcopus conſtituatur. ibid.
XXV. De Epiſcopo qui non vult ſuſcipere curam ſui Epiſcopatus, & de eo, quem populus ſuſcipere non vult. 132

xxvi. De vita, & honestate Episcoporum. ibid.
xxvii. De vestibus, & insignibus Episcoporum. 134
xxviii. De tonsura Episcopi. 135
xxix. De domo, vestitu, & supellectile Episcopi. ibid.
xxx. De temperantia Episcopi in victu. 136.
xxxi. Episcopus pauperes alat. 137
xxxii. Episcopi quos libros legere debeant. 139
xxxiii. Ne Episcopus venationi, aut aucupiis operā det. 140
xxxiv. Ne Episcopus ludos sæculares spectet. ibid.
xxxv. De castitate Episcopi. 141
xxxvi. Ne Episcopus vxorem ducere audeat. ibid.
xxxvii. Episcopus, qui habet vxorem abstineat ab illa. 142
xxxiix. Ne apud Episcopum habitent feminæ, præter matrem, & sororem &c. 143
xxxix. Ne femina vlla apud Episcopum habitet. 145
xL. Ne Episcopi soli cum feminis loquantur. ibid.
xLi. De Episcopo lapso à castitate. 146
xLii. Ne quisquam audiat Missam Episcopi, quem certo sciat concubinam habere. ibid.
xLiii. Episcopus habeat semper secum testes suæ vitæ.
xLiv. Episcopi est conficere chrisma. ibid.
xLv. Episcopi est conferre sacramentum confirmationis. 148
xLvi. Episcopi munus est, consecrare ecclesias, & altaria. 149
xLvii. Ne Episcopus pretium vllum accipiat causa consecrandi ecclesias. ibid.
iiL. Ne Episcopus in aliena diœcesi ecclesias consecret. ibid.
iL. Solus Episcopus confert sacros ordines, & virgines consecrat. 150
L. Ne Episcopus clericum alienum ordinet, aut suscipiat. ibid.
Li. Episcopus seruet canonum statuta in conferendis ordinibus, & beneficiis, aut det pœnas. 152
Lii. Ne Episcopus causa administrandi sacramenta, munera accipiat. 154
Liii. Ne Episcopus in conferendis ecclesiis parochialibus aut aliis beneficiis, vllam simoniæ suspicionem det. 158
Liv. Ne Episcopus in aliena diœcesi Episcopalia munera exequatur. 159
Lv. Episcopi contineant se suis finibus, abstineantque alienis. 160
Lvi. Episcopus nihil faciet sine consensu Archiepiscopi, præter ea, quæ pertinent ad suam diœcesim, & obtemperet illi. 161
Lvii. De vigilantia Episcopi in pascendo grege. 162
Liix. Episcopi adhibeant diligentiam in oppugnandis hæreticis. 165. & 490
Lix. Munus Episcopi est docere clericos, & reliquum populum. 166
Lx. De iudicio Episcopi. 171
Lxi. De immunitate Episcoporum. 175
Lxii. Episcopus corrigat subditos. ibid.
Lxiii. Episcopus visitet diœceses. 178
Lxiv. De sumptibus qui decernuntur Episcopis, cum visitant dioeceses. 179
Lxv. Episcopi veniant ad synodum. 180. & 255
Lxvi. Qui prius ordinati sunt Episcopi priorem locum obtinere debent. 182. & 217
Lxvii. Episcopi habeant honorem presbyteris. ibid.
Lxiix. Ne Episcopi sint superbi, 183
Lxix. Ne Episcopus sit iracundus. 184
Lxx. Ne Episcopus tributa clericis imponat, neue ipsorum aut Ecclesiæ res iniuste eripiat. ibid.
Lxxi. Ne Episcopus in vlla re auaritiæ, aut simoniæ suspicionem præbeat. 186
Lxxii. Ne Episcopi Principibus laicis honorem nimium tribuant. ibid.
Lxxiii. Ne Episcopi negotiis sæcularibus operam dent. 187
Lxxiv. Ne Episcopus armis vtatur. 188
Lxxv. Ne Episcopi constituant sibi successores. ibid.
Lxxvi. De adiutoribus Episcoporum. 189
Lxxvii. Ne Episcopus relicta sua ecclesia ad aliam se transferat, nisi magna ex causa. ibid.
Lxxiix. De residentia Episcoporum, & ne sine graui causa Imperatorem adeant. 192
Lxxix. Ne Episcopus dimittat Episcopatum. 193
Lxxx. Episcopus res ecclesiæ curet, illasque secundum canonum statuta dispenset. 194
Lxxxi. De parte, quæ ex bonis ecclesiasticis ad Episcopum pertinent. 199
Lxxxii. Omnia ecclesiastica grauiora ad Episcopum deferantur, nihilque agant presbyteri sine ipsius consensu. 200
Lxxxiii. Ne quisquam bona Episcopi defuncti surripere audeat. 201
Lxxxiv. Cum Episcopus non potest, curet Archiepiscopus res ecclesiæ. 203
Lxxxv. Episcopus cum discedit longius ex diœcesi, deferat litteras commendaticias. 204
Lxxxvi. Peregrino Episcopo locus sacrificandi detur. ibid.
Lxxxvii. Reuereantur omnes Episcopum, nullusque illi iniuriam facere audeat. ibid.
Lxxxiix. Ne presbyteri, aut Abbates Episcoporum munera attingat. 210
Lxxxix. Presbyter non potest reconciliare pœnitentem sine iussu Episcopi. ibid. & 312
xc. Communia de Episcopis. 212

Libri quinti de conciliis, & synodis, siue conuentibus, Tituli XLV.

i. De auctoritate conciliorum. 213
ii. Quibus de causis concilia congregari oporteat, & in primis maiora. 214
iii. Conciliorum generalium conuocatio ad Pont. Max. pertinet. 215. & 21.
iv. Legatos Pont. Max. præesse in conciliis. 215. & 24.
v. Quo pacto concilium habeatur, & de modestia, quam omnes in eo seruare debent. 216
vi. Vt prius ordinati Episcopi priorem locum in conciliis obtineant. 217. & 182
vii Concilium generale singulis annis habeatur. ibid.
viii. Concilium generale non iudicat de Pontifice Maximo. ibid.
ix. Pontifex Maximus confirmat generale concilium. ibid. & 26
x. Canones conciliorum, & Pontificum decreta seruentur ab omnibus. ibid.
xi. De quatuor conciliis generalibus Nicæno, Constantinopolitano, Ephesino & Chalcedonensi. 222
xii. De synodo Nicæna. 226
xiii. De numero canonum concilii Nicæni. 228
xiv. Canones quidam concilii Nicæni, præter viginti notos. ibid.
xv. De symbolo Nicæno, & CP. 229
xvi. De CP. secunda synodo generali. 230
xvii. De Ephesina tertia synodo generali. 231
xviii. De Calcedonensi quarta generali synodo. 232
xix. De quinta synodo generali, Constantinopolitana secunda. 233
xx. De tertia Constantinopolitana, & sexta generali synodo. 236
xxi. De repetita synodo sexta Constantinopolitana in Trullo. 238

xxi i. De Nicæno secundo, siue vii. generali concilio, & de octauo, CP. qua 20. 240.
xxiii. De eisdẽ octo conciliis generalibus varia. 241
xxiv. De variis conciliis, in quibus interfuerunt Romani Pontifices, præter ea, quorum extant acta, & canones. ibid.
xxv. De Constitutis Romanorum Pontificum, præter suprascripta. 247
xxvi De falsis conciliis, aut veris corruptis, item de falsis, aut corruptis decretis Pontificum Romanorũ, & de falsis Episcopis, aut Legatis & superscriptionibus conciliorum. 248
xxvii. Patriarchæ est conuocare Metropolitanos omnes sibi subiectos ad synodum. 251
xxviii. Archiepiscopi est vocare Episcopos ad concilium. ibidem
xxix. Ne Archiepiscopos cõuocet aliena cõcilia. 251
xxx. Synodus prouincialis singulis annis saltem semel cogatur. 252
xxxi. Quo pacto concilium prouinciale publicari extra locum concilii debeat. 255
xxxii. Episcopi veniant ad synodum prouincialem ibid.
xxxiii. Qui presbyteri, & Abbates intersint in synodis. 255
xxxiv. Laici non intersunt in conciliis non generalibus. 256
xxxv. Res omnes magnæ, & arduæ ad synodum deferantur. ibid.
xxxvi Iudicia de rebus grauioribus ad synodum deferuntur. 258
xxxvii. Synodus iudicat inter Episcopos, & clericos. 262
xxxviii. Synodi est punire Episcopos, presbyteros, & reliquos clericos. ibid.
xxxix. De appellatione ad synodum. 265
lx. Reconcilientur in synodo Episcopi, vel clerici dissidentes. ibid.
xli. De pœna, qua afficitur, qui synodo non obtemperat. Ibid.
xlii. A synodis damnatos, & eiectos Pont. Max. restituit, & alia acta rescindit. 166
xliii. De synodis damnatis. ibidem
De synodo Ariminensi Arianorum. Pars prima. ibidem.
De synodo Ephesina secunda Dioscori, Pars secunda. ibid.
De pseudosynodo CP. Iconomachorum sub Constantino Copronymo Imper. Pars tertia. 267
De pseudosynodis CP. Photii, Pars quarta ibid.
De synodo quadam Romana, in qua damnatus est Formosus Papa, Pars v. 269
De aliis conciliis inutilibus, & damnatis. Pars sexta. ibid.
xliv. Communia de conciliis. 270
xlv. De synodis Episcopalibus. 272

Libri sexti de Chorepiscopis, & Presbyteris, Sacerdotibus. Titulo LXIII.

i. DE institutione Chorepiscoporum, & ne Chorepiscopi Episcoporum munera attingere audeant. 272
ii. De rebus, quas Chorepiscopi facere possunt. 276
iii. De institutione presbyterorum. ibid.
iv. De potestate, & dignitate presbyteri, siue sacerdotis. 277
v. De ordinatione presbyterorum. 279
vi. Ne laicus statim presbyter fiat. ibidem.
& 463
vii. Qui prohibeantur esse presbyteri. 281
viii. De ætate presbyterorum. 283
ix. Presbyteri sint docti, & sciant administrare sacramenta ibidem
x. Munus presbyteri est docere, corrigere plebem 285
xi. Ne Presbyteri ecclesias accipiant à laicis, sed ab Episcopis. 287
xii. De parte, quæ ex redditibus ecclesiasticis ad presbyterum pertinet. 289
xiii. Quo modo presbyteri bona ecclesiæ dispensare debeant. ibid.
xiv. Presbyter pauperes alat. 290
xv De benedictione presbyteri ibid.
xvi De variis muneribus presbyteri. ibid.
xvii. Presbyteri constituantur in vicis, & in paruis ciuitatibus. 291
xviii. De residentia & ministerio presbyterorum in suis ecclesiis; & vt presbyteri qui in vicis degunt, diebus solemnioribus ad ciuitatem veniant. ibid.
xix. Ecclesiis presbyteri proprii præficiantur, & non conducticii ibid.
xx. De modo el genere parochum: & vt electus curam populi suscipiat. 291
xxi. De presbyteris peregrinis. ibid.
xxii. Ne presbyteri parochianos alienos apud se recipiant; neue illis sacramenta conficiant. ibid.
xxiii. Varia de parochiis, & ecclesiis parochialibus. 293
xxiv. Habeatur honor presbyteris. ibid.
xxv. De ordine antiquorum presbyterorum & aliorum clericorum seruando. 295
xxvi. de vita, & honestate presbyterorum. ibid.
xxvii. De castitate presbyteri. 297
xxviii. Ne presbyter vxorem ducere audeat, aut concubinam. 298
xxix. Presbyter, qui habet vxorem, abstineat ab illa. 299
xxx. Ne apud presbyterum habitent feminæ præter matrem, & sororem, & quasdam alias personas. 302
xxxi. Ne femina vlla apud presbyterum habitet. 304.
xxxii. Ne presbyter solus sermones conferat cum feminis. 305
xxxiii. De presbyteris, qui in fornicationem inciderunt. 306
xxxiv Ne quisquam audiat Missam presbyteri, quem scit concubinam habere. 307
xxxv. Presbyter habeat semper secum testes suæ vitæ. 308
xxxvi. De temperantia presbyteri in victu. ibid.
xxxvii. De vestibus sacerdotum. 390
xxxviii. De tonsura Presbyteri. 310
xxxix. Presbyteri obediant Episcopo. ibid.
xl Presbyteri nihil agant sine consensu Episcopi. 311
xli. Presbyter petat chrisma à suo Episcopo, & non ab alieno. 312
xlii. Presbyter non potest reconciliare pœnitentem iniussu Episcopi. ibid. & 313
xliii. Ne presbyter duas ecclesias obtineat. 412
xliv. Ne presbyter relicta sua ecclesia ad aliam se transferant. 313
xlv. De presbyteris, qui ante ordinationem, vel postea crimen capitale commiserunt. 314
xlvi. Presbyter, qui pœnitentiam suscepit, ea peracta potest sacra facere. 315
xlvii. Nullam presbyteri in ordinum susceptione, aut reliquorum sacramentorum administratione simoniam committant. ibiden.

xlviii.

iil. Ne presbyteri pretio sacerdotia consequantur. 318.
il. Ne presbyteri auaritiæ studeant. 319.
l. Ne presbyteri negotiis sæcularibus dent operam. ibid.
li. Ne presbyter ludos sæculares spectet. 320
lii. Ne presbyteri vagentur per plateas, aut alibi. 321
liii. Ne presbyter venationi, aut aucupio operam det. ibid.
liv. Ne presbyter arma portet. ibid.
lv. De variis rebus, quas presbyteri facere prohibentur. 322
lvi. De Presbyteris, qui prohibentur offerre sacrificium. 323.
lvii. Presbyter excommunicatus à suo Episcopo, non suscipiatur ab alio. ibid.
lviii. Ne presbyter sine formata suscipiatur. ibid.
lix. De feminis, quæ presbyteræ appellantur. 324
lx. De filiis presbyterorum. ibid. & 429.
lxi. De Archipresbyteris, & de eorum officio. 325
lxii. De Decanis. 326
lxiii. De Capitulis, & Collegiis, & Canonicis ecclesiarum cathedralium. ibid.

Libri septimi de Diaconis, & Hypodiaconis, & Diaconissis. Tituli XL.

i. DE institutione diaconorum, & de variis eorum muneribus. 328
ii. Diaconi ministri sunt presbyterorum in sacrificio missæ possuntque eucharistiam tribuere laicis. 330
iii. A quo ordinetur diaconus, & ne quisquam præter Episcopum manus illi imponat. ibid.
iv. Ne quis diaconus aut hypodiaconus ordinetur, qui non prius ordines inferiores suscipiat. ibid. & 314 & 463
v. De ætate, & qualitate ordinandorum diaconorum. 331
vi. De vestibus, & insignibus diaconorum. 332
vii. De alimentis diaconorum. 333
viii. Diaconi habeant honorem Episcopis, & presbyteris, & antiquioribus diaconis, & clerici inferiores diaconis. ibid.
ix. Diaconi nihil agant sine consensu Episcopi, & revereantur illum. 334
x. Diaconi, & alii clerici, qui in vicis degunt, diebus solemnioribus ad ciuitatem veniant. 335
x. Ne diaconus in aliena ciuitate commoretur, neue suam ecclesiam relinquat. ibid.
xii. Ne diaconus sine litteris sui Episcopi suscipiatur. ibid.
xiii. De vita, & honestate diaconorum, & hypodiaconorum. 336
xiv. De temperantia diaconi, & hypodiaconi in victu. ibid.
xv. De castitate diaconi, & hypodiaconi. ibid.
xvi. Ne diaconus, vel hypodiaconus vxorem ducere audeat, aut concubinam habere. 337
xvii. Diaconus, & hypodiaconus, qui habet vxorem, abstineat ab ea. 338
xviii. Ne apud diaconum, vel hypodiaconum habitent fœminæ, præter matrem, & sororem, &c. 341
xix. Ne diaconus solus sermones conferat cum fœminis. 342
xx. De diaconis, & hypodiaconis, qui in fornicationem inciderunt. 343
xxi. De filiis diaconorum, & aliorum clericorum. ibid.
xxii. Diaconus, & hypodiaconus habeant semper secum testes suæ vitæ. 344
xxiii. Ne diaconi, aut hypodiaconi vsuras exigant. ibid.
xxiv. De diaconis qui pretio ordines obtinent, aut res alias spirituales vendunt. ibid.
xxv. Ne diaconi aut hypodiaconi negotiis sæcularibus operam dent. 345
xxvi. Ne diaconus veste sæculari vtatur. ibid.
xxvii. Ne diaconus venationi, aut aucupiis operam det. ibid.
xxviii. Diaconus non potest offerre sacrificium. 346
xxix. Diaconus non baptizet iniussu Episcopi, aut presbiteri, nisi cum necessitas compellit. ibid.
xxx. De diacono vel hypodiacono, qui crimen capitale ante ordinationem, vel postea com[illegible]. ibid.
xxxi. Communia de diaconis. ibid.
xxxii. De Archidiacono, & de officio, & potestate eius. 347
xxxiii. De hypodiaconis, & muneribus, quæ ad eos pertinent. 349
xxxiv. Hypodiaconus non ordinetur ante vicesimum annum. ibid.
xxxv. De cæremoniis in ordinatione hypodiaconi. 350
xxxvi. De his, quæ hypodiaconi facere prohibentur. ibid.
xxxvii. Diaconissæ non ordinentur ante quadragesimum annum. ibid.
xxxviii. Diaconissæ non nubant. ibid.
xxxix. De diaconissis non ordinandis. 351
xl. Communia de diaconissis. ibid.

Libri octaui de Acolythis, & aliis clericis inferioribus. Tituli XLIIX.

i. DE acolythis, & eorum officio. 351
ii. De exorcistis, & de eorum officio. 352
iii. De lectoribus, & eorum officio, & de his, quæ facere prohibentur. ibid.
iv. De hostiariis, & de eorum officio. 353
v. De psalmistis, siue cantoribus & de custodibus Martyrum, & de eorum officiis. ibidem.
vi. De minoribus ordinibus ante sacros ordines suscipiendis. 354 & 330
vii. Clerici inferioris ordinis habeant clericis ordinis superioris, & laicis honorem. 354
viii. Clerici, qui non sunt sacris ordinibus initiati vxores ducere possunt. ibid.
ix. De œconomo, defensore, executore, & paramonario, & de eorum officio 355
x. De clericorum nomine, & munere ibid.
xi. De tonsura clericorum. 356
xii. Quales debeant esse clerici. 357
xiii. Clerici meliores collocentur in altiori dignitatis gradu. 358
xiv. Clerici ordinantur ab Episcopo, vel Chorepiscopo, cum consensu clericorum. 359
xv. Ne clericus alienus ordinetur sine licentia sui Episcopi. ibid.
xvi. De his, qui clerici ordinari non prohibentur. 360
xvii. de vita communi clericorum. ibid.
xviii. Quo pacto sint educandi clerici à pueritia. 361
xix. De alimentis clericorum. 362.
xx. Ne plures clerici in ecclesiis constituantur, quam earum facultates ferre possunt. 363
xxi Clerici victum sibi quærant aliquo artificio, vel opere. 364
xxii. De exercitationibus clericorum. ibidem.
xxiii. De vestibus clericorum. ibid.
xxiv. Clerici seruent grauitatem, & ludos sæculares non spectent. 365
xxv. De ordine clericorum seruando. 366
xxvi. Ne cum clericis habitent feminæ, præter matrem, &c. ibid.

xxvii. Ne clericus feminis valde familiariter vtatur, neque solus cum illis sermones conferat. 367
xxviii. Communia de continentia clericorum. 369
xxix. Clerici reuereantur Episcopum, & nihil agant sine eius consensu. ibid.
xxx. Ne clericus sine litteris sui Episcopi discedat, neue ab vllo suscipiatur. 370
xxxi. Ne clericus in aliena ciuitate commoretur, neque suam ecclesiam relinquat. 371
xxxii. Ne quisquam clericum alienum à suo Episcopo auocet. 373
xxxiii. Nullus clericus censeatur in duabus ecclesiis, aut in vna duo obtineat beneficia ibid.
xxxiv. Ne clerici à laicis ecclesias accipiant, neue laici illas conferant. 374
xxxv. De immunitate clericorum. ibid
xxxvi. De clericis, qui in ordinum susceptione, aut in aliorum sacramentorum administratione simoniam committunt. 375
xxxvii. Ne clerici beneficia ecclesiastica, aut res alias spiritales emant, aut vendant. 379
xxxviii. Ne clerici exigant vsuras, 380
xxxix. Ne clerici negotiis sæcularibus dent operam. 381
xL. Ne clerici alea ludant 383
xLi. Ne clerici vagentur, aut otiosi in foro sedeant. ibid.
xLii. Ne clerici venationi, aut aucupio operam dent. ibid.
xLiii. Ne clerici armis vtantur. 384
xLiv. Ne clerici gulæ, aut ebrietati dediti sint. ibid.
xLv. Clerici ne ingrediantur tabernas. 385
xLvi. De pœna, qua afficitur clericus, qui munus suum negligit. ibid
xLvii. De clericis apostatis. 386
xLviii. Communia de clericis. ibid.

Libri IX. de Monachis, & Canonicis regularibus, & de sacris virginibus Tituli LXXVII.

i. NE religiones nouæ instituantur, neve monasteria sine iussu Episcopi ædificentur. 387
ii. De voto. ibid.
iii. Ne quisquam ante legitimam ætatem monachus fiat. 388
iv. Ne quis inuitus efficiatur monachus. ibid.
v. Ne quisquam fiat monachus cum spe ascendendi ad altioris dignitatis gradum. ibid.
vi. In monasteriis tantum hæ personæ sint, quæ ali possint. 389
vii. De probatione regularium personarum. ibid.
viii. De professione monachorum. ibid.
ix. Monachi seruent regulam, quam profitentur. 390
x. Filii à parentibus monasterio traditi, si postea consenserint, non possunt inde discedere. 391
xi. De coniugibus, qui ad religionem se conferunt. ibid.
xii. Quo pacto serui possint fieri monachi. ibid
xiii. Quibus de causis aliquæ personæ monasteriis includantur. 392
xiv. De paupertate, & obedientia monachorum. 393
xv. De ieiuniis monachorum. 395
xvi. De virginitatis laudibus. ibid.
xvii. De castitate monachorum, & Canonicorum. ibid.
xviii. Ne monachi cum feminis sint in balneis. 397
xix. Ne feminæ habitent in monasteriis monachorum aut ea ingrediantur, neque viri introeant in monasteria sanctimonialium. ibid.
xx. Ne monasteria monachorum, & sanctimonialium sint duplicia, vel vicina: neue in eodem choro sint. ibid.
xxi. Presbyteri, aut monachi, qui faciunt sacra apud sanctimoniales, statim discedant. 398
xxii. Ne monachi, vel Canonici feminis, neue sanctimoniales viris valde familiariter vtantur. ibid.
xxiii. De sanctimonialibus lapsis, & de earum corruptoribus. 399
xxiv. De virginibus sacris quæ per vim fuerunt stupratæ. 404
xxv. Ne sanctimonialis habitet cum Episcopo, aut presbytero, aut quocumque alio viro. ibid.
xxvi. Ne quispiam præficiatur monasteriis sanctimonialium iniussu Episcopi: neue ipse præfectus familiariter versetur cum eis. 405
xxvii. Monachi & sanctimoniales horas canonicas cantent. ibid.
xxviii. Monachi ascendere possunt ad sacros ordines, si Episcopus, & Abbas assensum præbeant. ibid.
xxix. Monachi qui ad Episcopatum ascendunt, vti debent vestitu monachali. 407
xxx. Etiam clerici possunt monachi fieri. ibid.
xxxi. De monachis, & sanctimonialibus ab instituto vitæ cursu discedentibus. ibid.
xxxii. De variis rebus, quas monachi facere prohibentur. 409
xxxiii. Ne monachi negotiis sæcularibus dent operam. 410
xxxiv. Ne simoniæ locus vllus sit apud monachos, & sanctimoniales. 412
xxxv. Ne monachi fenerentur. 413
xxxvi. Ne monachi introeant in tabernas, aut ebrietati sint dediti. ibid.
xxxvii. Ne monachi intersint nuptiis, aut ludis publicis, aut tripudiis. 414
xxxviii. De monachorum vel sanctimonialium vestitu. ibid.
xxxix. Ne monachi laicis sacramenta tribuãt. ibid.
xL. Quonam modo possint monachi, vel Canonici ex vna religione ad aliam se conferre. 414
xLi. De monachis qui vagantur, aut ignoti sunt, aut fingunt se monachos esse. 41
xLii. De monachis solitariis, & eremitis. 419
xLiii. De Abbate, siue Præposito monachorum, & de electione eius, & munere. 417
xLiv. De Prioribus monachorum. 419
xLv. Abbates monachorum & Canonicorum & Abbatissæ dent operam, vt suppeditent monachis, quæ necessaria sunt. 419
xLvi. Ne vnus abbas præsit duobus monasteriis, aut duo Abbates vni monasterio. 420
xLvii De capitulo Abbatum. ibid.
iiL. Ne laici monachis præsint, aut apud illos habitent, aut Abbatias conferant, neue monachi eas ab ipsis accipere audeant. 421
iL. De Abbatibus, & aliis Prælatis Canonicorum, & de eorum munere. 422
L. De vita, & honestate canonicorum. 424
Li. De victu, & vestitu Canonicorum. 426
Lii. De Canonicis beati Augustini, quibus nihil erat proprium. 428
Liii. De capitulis canonicorum, & de visitandis eorum monasteriis. ibid.
Liv. De claustris Canonicorum, & de officio ianitoris. 429
Lv. De cellario, & pistrino præfectis, & de aliis famulis Canonicorum. ibid.
Lvi. De nosocomio Canonicorum. ibid.
Lvii. Filii presbyterorũ, vel Canonicorũ, & alii illegitimi Canonici fieri possũt initiari. ibid. & 142
Lviii. Communia de Canonicis regularibus. ibid.
Lix. De Canonicis feminis. 430
Lx. Ad Episcopum pertinet cura monachorum, & sacrarum virginum, & monasteriorum. 431
Lxi. Monachi, & Canonici, & sanctimoniales sint in potestate Episc. illiũque reuereantur, & ne iniussu

iussu ipsius discedant. 432
LXII. Ne Episcopi potestate sibi in monachos concessa abutantur. 433
LXIII. Ne Abbas iniussu Episcopi res monasterii alienet. ibid.
LXIV. Monachi decimas prædiorũ dẽt ecclesiis. 434.
LXV. Qualis debeat esse Abbatissa, & de eius munere. ibid.
LXVI. Qua ætate, & qua die oporteat virgines consecrari. 435
LXVII. Ne quisquam præter Episcopum virgines consecret. 436
LXVII. De consecratione viduarum. ibid.
LXIX. Virgines aliquæ, & viduæ non consecratæ nubere prohibentur. 437
LXX. Ne virgines nuptias execrentur. 438
LXXI. Sanctimoniales ne egrediantur ex monasterio, & de portaria, siue ianitrice. ibid.
LXXII. Virgines, & viduæ, quæ se Deo consecrant, vitent corporis nimium ornatum. 439
LXXIII. Ne sanctimoniales vasa sacra, aut pallas contingant. ibid.
LXXIV. Communia de sanctimonialibus. 440
LXXV. De priuilegiis concessis aliquibus religiosis, & ne eis abutantur. ibid.
LXXVI. De quibusdam Pontificibus Maximis, qui monasteria ædificarunt. 441
LXXVII. Communia de monachis. ibi.

Libri decimi de Laicis catholicis Tituli XXVIII.

I. Quales debeant esse Christiani. 444
II. Qualis debeat esse Rex, & quod sit eius munus. 446
III. De Regis potestate, & de dignitate potestatis sacerdotalis, quę maior est Regia. 449
IV. De vtilitate, quam optimi Principes rebus ecclesiasticis afferunt. 451
V. Quales iudices, & ministros à Rege constitui oporteat. ibid.
VI. Ne Rex sit superbus, aut crudelis. 452
VII. Subditi Regibus obediant, & opem ferant. ibid.
VIII. Communia de Regibus. 453
IX. Laici primitias, decimas, & oblationes clericis persoluant: & ne suas, aut alienas sibi retinere audeant. 453
X. Ne laici beneficia iniussu Episcopi tribuere, aut clerici ab ipsis accipere audeant. 455
XI. Ne laici rebus ecclesiasticis se immisceant, aut eas sibi vindicent, aut tributa clericis imponant. 459
XII. Ne laici Gentilium, aut Iudæorum, aut hæreticorum dies festos colant, aut illorum superstitionibus faueant. 462
XIII. Ne laici fiant Episcopi, presbyteri, vel diaconi aut inferioris ordinis clerici: sed per gradus & tempora ascendant. 112. 279. 330. 354. & 463.
XIV. Ne laici dominicis, & festis diebus absint ab ecclesia sua. 464
XV. Fideles erudiantur à sacerdotibus. ibid.
XVI. De honore à laicis, & aliis deferendo his, qui digni sunt. ibid.
XVII. De energumenis, & amentibus. 465
XVIII. Parentes filios nutriant, & erudiant. ibid.
XIX. Filii obediant parentibus & serui dominis suis. 466
XX. De seruis, & libertis non ordinãdis. 467. & alibi.
XXI. Quo pacto serui possint effici monachi. 467.
XXII. Quo modo manummitti possint serui ecclesiæ. ibid.
XXIII. Liberti ecclesiæ semper sunt addicti ipsi ecclesiæ, cuius fuerunt serui, & omnes eorum posteri. 468
XXIV. Quibus de causis liberti ecclesiæ in seruitutem reuocentur. ibid.
XXV. De coniugio seruorum, & libertorum. 469
XXVI. De manumissis in ecclesia. 470
XXVII. Communia de seruis, & libertis ecclesiæ, & aliorum. 470
XXVIII. Communia de laicis. 471

Libri vndecimi de Hæreticis, & Apostatis & Schismaticis. Tituli. LVI.

I. Ne quisquam de fide catholica disputet in turba: neve symbolum fidei componat. 473
II. Fide recta, & operibus bonis consequimur Christiani æternam felicitatem. 474
III. Communia de fide. 477
IV. De apostatis, & de pœnitentia illis imponenda. ibid.
V. De pœnitentia imponenda hæreticis resipiscentibus. 482
VI. De recipiendis hæreticis cum resipiscunt. ibid.
VII Hæretici, cum recipiuntur ab ecclesia, detestentur hæresim, in qua fuerunt. 484
VIII. Hæretici sine forma Ecclesiæ baptizati, si ad Ecclesiam veniant, iterum baptizentur. 487.
IX. Hæretici rite baptizati per manus impositionem, aut per fidei professionem suscipiantur ab Ecclesia. 488
X. Baptizati apud hæreticos, qui formam Ecclesiæ seruant, non rebaptizentur. 489
XI. Num hæretici post mortem possint damnari, aut absolui. 490
XII. Episcopi adhibeant diligentiam in oppugnandis hæreticis. ibid. & 65
XIII. Principum est, opem ferre Ecclesiæ contra hæreticos. 490
XIV. De libris hæreticorum reiiciendis, & comburendis. 491
XV. Hæreticis mos est, catholicorum libros deprauare. 492
XVI. Ne catholici communicent cum hæreticis, neve illorum dona accipiant. 493
XVII. Ne catholici matrimonia cum hæreticis contrahant. 495
XVIII. Hæreticos non potest accusare, neque esse testis. ibid.
XIX. Ne clerici donent, aut relinquant bona sua hæreticis. 497
XX. De ordinatis ab hęreticis, & schismaticis. ibid.
XXI. Ne hæretici, aut baptizati ab hæreticis sacris initientur, exceptis Nouatianis, & aliis quibusdam. 500
XXII. De pœnis, quæ propositę sunt fautoribus hæreticorum. 501
XXII. De basilicis hæreticorum. 503
XXIV. De Nouatianis, siue Catharicis. & de pœnitentia lapsis non deneganda. ibid
XXV. De Origenis, & sociorum damnatione. 504
XXVI. Contra Paulum Samosatenum, & Photinum, & alios, qui Christum tantum esse hominem dicebant. 505
XXVII. Contra Sabbelianos, & Patrispassianos: qui asserebant personas Diuinas reuera distinctas esse. 506
XXVIII. De Manichæis, & de variis eorum erroribus. 507
XXIX. Contra Manichæos, Priscillianistas, Eustathianos, & alios, qui cibos carnium detestabantur. 508

xxx. Contra Catharos, Manichæos, Eustathianos, Priscillianistas, & alios, qui primas, vel secundas nuptias damnabant. 509
xxxi. De æqualitate trium Diuinarum personarum contra Arianos. ibid.
xxxii. Varia de Arianis. 511
xxxiii. Contra Macedonium, qui Spiritum sanctum creaturam esse dicebat. 512
xxxiv. Contra Eustachium, & socios, qui varias hæreses amplectebantur. ibid.
xxxv. Contra Apolinarem, qui Christum animam rationis participem habere negabat. 513
xxxvi. De Priscillianistis, varijsq. eorũ erroribus. 514
xxxvii. Contra Priscillianistas, qui dicebant, non omnia à Deo fuisse creata. 516
xxxviii. De anima & corpore humano, & de resurrectione mortuorum decreta Catholica contra Manichæos, priscillianistas, & alios hæreticos. ibid.
xxxix Contra pelagianos, qui gratiam Diuinam non esse necessariam, sed liberum arbitrium homini sufficere dicebant. 517
xl. Da baptismo pueris necessario, & de peccato originali: contra pelagianos, & alios hæreticos. 521.
lxi. Contra pelagianos, qui dicebant iustum, numquam peccare. 524
xlii. De Donatistis, qui baptismum hæreticorum nullo modo admittebant. ibidem
xliii. Contra Nestorianos, & eos, qui in Christo duas personas constituebant. 525
xliv. Contra Eutychem, Dioscorum, Acephalos, & alios hæreticos, qui in Christo duas naturas negabant, 526
xlv. Ne quisquam addat Trisagio: Qui crucifixus es &c. contra petrũ Fullonẽ Antiochenũ, 529
xlvi. Contra Monothelitas, qui tantum vnam voluntatem, & vnam operationem Christo tribuebant. ibidem
xlvii. De Iconomachis, & de veneratione imaginũ, 531
xlviii. Contra Berengarium, & reliquos Sacramentarios, qui corpus Christi vere esse in sacramento Eucharistiæ negant. ibidem
xlix. Contra Gilbertum Porretanum pictauiensem Episcopum. 534
l. Contra aliquos hæreticos, qui liberum arbitrium negant. ibidem
li. Contra Græcos, qui dicunt Spiritum sanctum procedere tantum à patre, & non à Filio. pars prior. 535
Varia decreta, in quibus Spiritus sanctus dicitur procedere à patre, non facta mentione Filii: in quibus tamen non excluditur Filius, pars posterior. 535
lii. Contra varios hæreticos, quorum hæreses ad certa capita redigi vix possunt. 537
liii. De pœnis, quæ sunt hæreticis constitutæ. 540
Anathemata contra hæreticos. pars prior. ibidem
De alijs pœnis hæreticorum. pars posterior. 541
liv. De schismaticis. ibid.
lv. Varia decreta, in quibus simonia dicitur hæresis simoniaca. 543
lvi. Communia de hæreticis, & schismaticis. 544

Libri XII. de Iudæis, & Paganis. Tituli XXV.

i. NE Iudæi inuiti cogantur suscipere Christianam religionem. 546
ii De priuilegiis Iudæorum, qui ad Christianam fidem se conferunt. ibidem
iii. De Iudæis, qui à religione Christiana defecerunt 547
iv. Iudæorum filii fideles apud Christianos educentur: & non priuentur hæreditate paterna. ibidem.
v. De Iudæorum seruis, præsertim Christianis. ibid.
vi. Nulli Iudæis magistratus, aut honores mandentur. 549
vii Ne Iudæi Christianas, neue Christiani Iudæas vxores ducant, aut illis copulentur. 550
viii. Ne Iudæi clericos accusent, neve Christianorum testimonia recusent. ibidem
ix. Ne Christiani cum Iudæis cibum sumant, ne vã eis valde familiariter vtantur. 551
x. Ne Iudæis in feriis passionis, & Resurrectionis Christi in publicum prodeant. ibid.
xi. Ne Christiani Iudæorum ferias agant, ne ve alio modo eorum ritibus faueant. 552
xii. Ne Iudæi Christianos vsuris vexent. 552
xiii. Principes Christiani propulsent ab Ecclesia iniurias Iudæorum. ibid.
xiv. Communia de Iudæis. 553
xv. De paganis: & quod Ecclesia cupit omnes infideles ad fidei cognitionem peruenire. 554
xvi Dent operam Christianĩ, vt aboleatur cultus idolorum. ibid.
xvii. Ne Pagani cogantur suscipere fidem Christi. 556.
xiix Ne Christiani communicẽt cum Paganis neque eorum libros legant. ibidem
xix. Ne fideles coniungantur cum paganis. 557
xx. Ne christiani paganorũ superstitioni faueant. ibid.
xxi. Ne christiani deferant ad paganos arma, & alia, quibus ipsi nocere possint reipub. christianæ. 558.
xxii. pagani non gerant magistratus, neque habeant mancipia christiana. 559
xxiii. Infidelis non potest accusare christianum. ibid.
xxiv. De iis qui credunt, & nondum sunt baptizati. ibidem.
xxv. Communia de paganis. ibidem.

AN-

ANTONII AVGVSTINI ARCHIEPISC. TARRACON.

Iuris Pontificij veteris Epitome.

EIVS PARTES SVNT TRES.

In prima agitur de Personis.
In secunda de Rebus.
In tertia de Iudiciis.

LIBER PRIMVS.

DE PONTIFICE MAXIMO.

De Petri Apostoli, & successorum Romanorum Pontificum Primatu. TIT. I.

CAPVT PRIMVM.

EGo dico tibi; quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam; & portæ inferi non præualebunt aduersus eam: Et tibi dabo claues Regni cœlorum: Et quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in cœlis. *Christ. apud Matth. c. 16.*

CAP. II.

Cùm prandissent, dicit Simoni Petro Iesus: Simon Ioannis, diligis me plus his? dicit ei: Etiam Domine, tu scis, quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei iterum: Simon Ioannis, diligis me? Ait illi: Etiam Domine, tu scis, quia amo te. Dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei tertiò: Simon Ioannis, amas me? Contristatus est Petrus, quia dixit ei tertiò amas me? & dixit ei: Domine, tú omnia scis; tu scis, quia amo te. Dicit ei: Pasce oues meas. *Ioan. c. vlt.*

CAP. III.

Sanctissimus, ac Beatissimus Papa, caput vniuersalis Ecclesiæ Leo, per nos, vt Legatos suos, sancta Synodo consentiente, Petri Apostoli præditus dignitate, qui Ecclesiæ fundamentum, & petra fidei, & cœlestis Regni ianitor nuncupatur, Episcopali (*Dioscorum*) dignitate nudauit. *Paschasinus, & alij in Chalc. Syn. act. 16. post epist. Marciani Imper.*

CAP. IV.

Summus nobiscum concertabat Apostolorum Princeps. Illius enim imitatorem, & sedis successorem habuimus fautorem, & diuini Sacramenti mysterium illustrantem per litteras, &c. Per Agathonem Petrus loquebatur, &c. *6. Syn. act. 18. in fine.*

CAP. V.

Ait Dominus ad Petrum Apostolorum principalissimam summitatem: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. *Epistola encyclia Synodi 8. C. P. sub Hadriano II. post princ. act. 2.* *Mat. 16*

CAP. VI.

Nos omnipotentis Dei misericordia, & beatorum Apost. Petri & Pauli auctoritate confisi, ex illa, quam nobis licet indignè Deus ligandi, atque soluendi contulit potestatem, omnibus, qui laborem propriis personis subierint, & expẽsis, plenam suorum peccaminum, de quibus liberaliter fuerint corde contriti, & confessi, veniam indulgemus. *Innoc. III. in Conc. gen. Later. c. vlt.* *Dist. 21. c. 3.*

CAP. VII.

Quamuis vniuersæ per orbem Catholicæ Ecclesiæ vnus thalamus Christi sit: sancta tamen Romana Catholica, & Apostolica Ecclesia, nullis Synodicis constitutis, cæteris Ecclesiis prælata est; sed Euangelica voce Domini, & Saluatoris nostri primatum obtinuit. Tu es Petrus, &c. & portæ, &c. & tibi dabo, &c. & quæcumque, &c. *Mat. 16* Cui data est etiam societas beatissimi Pauli Apostoli vasis electionis, qui non diuerso, sicut hæretici garriunt, sed vno tempore, vno, eodémque die gloriosa morte cum Petro, in vrbe Roma, sub Cæsare Nerone agonizans coronatus est: & pariter supradictam sanctam Romanam Ecclesiam Christo Domino consecrauerũt, talésq; † omnibus vrbibus in vniuerso mundo sua præsentia, atq; venerando triumpho prætulerũt. Est ergo prima Petri Apostoli Sedes Romana Ecclesia, non habens maculam, neque rugam, nec aliquid huiusmodi. *Gelas. & 70. in Synodo Rom. in prin. Burchardus Vormacien. Episcopus lib. 3. cap. 220. Iuo Carnot. Episc. lib. 4. tit. 1. c. 3. Panor. Ansel. Lucen. Episc. lib. 1. c. 68. & 69. Decreti, siue authen. canon. Tarracon. lib. 1. c. 295.*

† hancq.

CAP. VIII.

Interdicimus in nomine Domini Iesu Christi, & ex auctoritate beati Petri Principis Apostolorum prohibemus, cuius vice huic sanctæ

Romanæ Ecclesiæ præsidemus, auctore Deo; vt nullius Episcoporum dolos, vel immissiones aliquas facere præsumat, &c. *Gregor. in Syn. Later. de monachis nigris in prin.*

CAP. IX.

Posuit Photius in cælum os suum, & lingua eius exiit super terram, dum videlicet contra diuinam ordinationem relictus, in beati Petri Principis Apostolorum primatu dispositam putridi gurgitis guttur aperuit; & aduersus eiusdem regni cælestis clauigeri Apostolicam sedem, & præcipuam, ac summam dignitatem, & potestatem, linguam suam serpentis exacuit; vitam scilicet decessoris mei, beatæ recordationis Papæ Nicolai lacessere nullo modo metuens, nec nobis, qui eius vix digni famuli, vt non dicã sequaces extitimus, parcere vtcumq; consentiens; videlicet vtrosque maledictis impetere, quantùm in se fuit, & blasphemis inficere verbis existimans. *Hadria. ij. in Synod. Roma. in princ. apud Syno. viij. CP. Act. 7.*

CAP. X.

Ipsa (*Sedes Romana*) firmamentum à Deo fixum, & immobile percepit: quoniam ipsam, formam vniuersorum titulorum lucidissimam, Domin. Iesus Christus vestram Apostolicam constituit sedem. Ipsa est enim sacer vertex, in quo omnes Ecclesiæ vertuntur, sustentantur, releuantur, &c. Tu es enim, sicut
Matt. 16 diuinum veraciter testatur eloquium, Petrus; & super fundamentum tuum, Ecclesię columnæ, id est, Episcopi, qui Ecclesiam sustinere, & propriis humeris portare debent, tibi sunt confirmatæ, tibique claues regni cælorum commisit, atque ligare, & soluere potestatiuè, quæ in terra, & quæ in cælis sunt, promulgauit. Tu profanarum hæresum, & impetitorum, atque omnium infestantium depositor, vt Princeps, & doctor, caputque omnium orthodoxæ doctrinæ, & immaculatæ fidei existis. *Athanasius, & alij Episcopi Ægypt. ad Felic. ij. ante med.*

CAP. XI.

Dist. 40. c. 1. Non nos beatum Petrum, sicut dicitis, à Domino cum sedis priuilegiis, vel successores eius, peccandi iudicamus licentiam suscepisse, ille perennem meritorum dotem cum hæreditate innocentiæ misit ad posteros, &c. Quis enim sanctum esse dubitet, quem apex tantæ dignitatis attollit? In quo si desunt bona acquisita per meritum, sufficiunt, quæ à loci decessore præstantur. Aut enim claros ad hæc fastigia erigit, aut qui eriguntur, † illustrat:
† elegantur. f. prænoscit enim, quid Ecclesiar. fundamento sit habile, super quod ipsa moles innititur. *Ennod. pro Symma. post princ. Gregor. vij. lib. 8. ep. 21. reg. Tarrac. li. 1. c. 75.*

CAP. XII.

Dist. 21. c. 2. In nouo testamento post Christum sacerdotalis ordo à Petro Apostolo cœpit. Ipsi enim primùm datus est Pontificatus in Ecclesia Christi, sic enim loquitur ad eum Domi-
Mat. 16 nus: Tu es Petrus, & super hanc petram, &c. Hic ergo ligandi, soluendique potestatem primus accepit, primusque ad fidem populum virtute suæ prædicationis adduxit. Siquidem & cæteri Apostoli cum Petro par consortium honoris, & potestatis acceperunt, &c. *Isidor. lib. 2. c. 6. de Eccl. off. apud Aquisgr. c. 9. Anaclet. epist. 2. in medio. Burch. lib. 1. c. 1. Ino lib. 3. tit. 7. c. 7. Panor. & par. 5. c. 1. decr. Anselm. lib. 1. cap. 1. Cæsar aug. lib. 2. cap. 59.*

CAP. XIII.

Loquitur Dominus ad Petrum. Ego dico *24. q. 1.*
tibi, quia tu es Petrus, &c. super vnum ædifi- *c. 18.*
cat Ecclesiam, &c. Hoc erant vtique cęteri *Matt.*
Apostoli, quod fuit Petrus, pari consortio *16. c.*
præditi, & honoris, & potestatis, sed exordium ab vnitate proficiscitur, vt Ecclesia Christi vna monstretur, &c. *Cypria. de vnitate Eccles. in prin. Ansel. lib. 1. c. 10. Tarr. lib. 1. c. 291.*

CAP. XIV.

Eorum morborum, quæ in membris sunt Christi, & Dei Saluatoris omnium nostrorum capitis, & sponsæ catholicæ, & Apostolicæ Ecclesiæ vnum, & singularem, præcellentem, atque catholicissimum Medicum, ipse Princeps summus, & fortissimus ordinator, & curator, & solus ex toto magister Deus omnium produxit; videlicet tuam fraternam sanctitatem, & paternam almitatem. propter quæ dixit Petro magno, & summo Apostolorum: Tu es Petrus, & *Mat. 16*
super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Et iterùm: Tibi dabo claues regni cælorum, & quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælo, † & *† cælis. f.*
quodcumque solueris super terram, erit solutum & in cælis. Talis enim beatas voces, non secundùm quandam vtique sortem, Apostolorum Principi solùm circumscripsit, & definiuit; sed per eum ad omnes, qui post illum secundùm ipsum efficiendi erant summi pastores, & diuini sacri Pontifices senioris Romæ transmisit. *Ignatius Patriarcha CP. ad Hadr. ij. in prin. apud viij. Syn. CP. Act. 3.*

CAP. XV.

Simon Petrus, qui veræ fidei merito, & integræ prædicationis obtentu fundamentum esse Ecclesiæ definitus est: qua de causa etiam Domini ore diuino cognominatus est *Ioan. 1. f.*
Petrus; qui fuit primitiæ electionis Domini, Apostolorum primus; cui & primo Deus Pater filium reuelauit; cui & Christus competenter beatitudinem contulit; qui & vocatus est, & electus, & conuiua Domini, & comes effectus, tamquam bonus, & probatissimus discipulus; qui obscuriorem mundi plagam Occidentis, velut omnium potentior, illuminare præceptus est. *Clemens ep. 1. in prin.*

CAP. XVI.

Ipsi trado à Domino mihi traditam potestatem ligandi, & soluendi: vt de omnib. quibuscumq; decreuerit in terris, hoc decretum sit & in cælis, &c. Hæc cathedra eum, qui cupit eam, & audacter expetit, non requirit; sed ornatum morib. & in verbis eruditũ, &c.

ſi periculum times, &c. amplius peccas, &c. *11. q. 1. c. quidem. v. 30.* Omnes vitæ huius occupationes abiicias; ne fide-iuſſor exiſtas, ne aduocatus litium fias, &c. nec mundialis negotij occaſione perplexus, &c. ne poſſis verbo Dei vacare, &c. Ex eo fiet, vt tu, tamquam qui non docueris, quæ ad ſalutem hominum pertinent, deponaris; & diſcipuli per ignorantiam pereant, &c. *Clem. ep. 1. in prin. Anſel. lib. 2. c. 3.*

CAP. XVII.

Diſt. 21. c. 2. In nouo teſtamento poſt Chriſtum Dominum à Petro ſacerdotalis cœpit ordo: quia *Mat. 16 c.* ipſi primo Pontificatus in Eccleſia Chriſti datus eſt, dicente Domino ad eum. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram, &c. & tibi dabo, &c. Hic ergo ligandi, atque ſoluendi poteſtatem primus accepit à Domino, primuſque ad fidem populum virtute ſuæ prædicationis adduxit. cæteri verò Apoſtoli cum eodem pari conſortio honorem, & poteſtatem acceperunt, ipſumque Principem eor. eſſe voluerunt, &c. *Anacle. ep. 2. in medio Iſidor. lib. 2. c. 6. de Eccleſ. offic. apud Aquiſgr. c. 9. Burch. & Anſelm. l. 1. c. 1. Iuop. 5. c. 1. decr. & l. 3. tit. 7. c. 7. pan. Cæſaraug. lib. 2. cap. 59.*

CAP. XVIII.

Diſt. 22. c. 2. Hæc [ſacroſancta Romana, & Apoſtolica Eccleſia non ab Apoſtolis, ſed ab ipſo Domino Saluatore noſtro primatum obtinuit, & eminentiam poteſtatis ſuper vniuerſas Eccleſias, ac totum Chriſtiani populi gregem aſſecuta eſt, ſicut ipſe beato Petro Apoſtolo dixit: *Matth. 16. c.* Tu es Petrus, &c. & portæ, &c. & tibi dabo, &c. & quæcumque, &c. Adhibita eſt etiam ſocietas in eadem Romana Vrbe beatiſſimi Apoſtoli Pauli vaſis electionis, &c. & licet pro omnibus aſſidua apud Deum omnium ſanctorum effundatur oratio, &c. *Rom. 1. b.* Paulus Romanis id pollicetur, &c. quod ſine intermiſſione memoriam veſtri facio ſemper in orationibus meis. Prima ergo ſedes eſt cæleſti beneficio Romanæ Eccleſiæ, quam beatiſſimi Petrus, & Paulus ſuo martyrio conſecrarunt. *Anacle. ep. 3. poſt princ. Iuo lib. 4. tit. 1. cap. 2. & 4. panor. & parte 5. cap. 2. & 26. decr. Anſelm. lib. 1. cap. 2. & cap. 66. Tarrac. lib. 1. cap. 275. & 294. Cæſaraug. lib. 2. cap. 60.*

CAP. XIX.

Diſt. 22. ſacroſ. c. 2. p. iter. Inter beatos Apoſtolos quædam fuit diſcretio; & licet omnes eſſent Apoſtoli, Petro tamen à Domino eſt conceſſum, & ipſi inter ſe id ipſum voluerunt: vt reliquis omnibus præeſſet Apoſtolis, & Cephas id eſt caput, & principium teneret Apoſtolatus, qui & eandem formam ſuis ſucceſſoribus; & reliqui Apoſtoli Epiſcopis tenendam tradiderunt, &c. *Pſal. 98.* & in veteri teſtamento ſcriptum eſt: Moyſes, & Aaron in ſacerdotibus eius, id eſt, primi inter eos fuerunt. *Idem Anacl. in ead. epiſt. 3. poſt princ. Burch. lib. 1. c. 159. Iuo par. 5. cap. 269. decr. Anſelm. lib. 1. c. 7. Cæſar. lib. 2. c. 60.*

CAP. XX.

7. q. 1. mutationes. c. 34. Petrus ſanctus magiſter noſter, & Princeps Apoſtolorum, de Antiochia vtilitatis cauſâ tranſlatus eſt Romam; vt ibidem potius proficere poſſet. Euſebius quoque de parua quadam Ciuitate, Apoſtolica auctoritate mutatus eſt Alexandriam. *Anter. ep. ſing. in princ. Burch. lib. 1. cap. 77. Iuo lib. 3. tit. 6. cap. 1. panor. & par. 5. cap. 183. decr. Anſel. lib. 6. c. 94.*

CAP. XXI.

Beatus Apoſtolorum Princeps Petrus in ordinatione Clementis alloquens populum inter cætera ait. Si inimicus, &c. *Fabia ep. 1. poſt medium.*

CAP. XXII.

Rogamus vos fratres; vt non aliud doceatis, neque ſentiatis; quàm quod à beato Petro *24. q. 1. c. 15.* Apoſtolo, & à reliquis Apoſtolis; & Patribus accepiſtis, ab illo enim primo inſtructi eſtis; ideo non oportet vos proprium derelinquere patrem, & alios ſequi. Ipſe enim caput eſt totius Eccleſiæ, cui ait Dominus: Tu es Petrus, &c. *Matth. 16. c.* *Marcell. ep. 1. in prin. Anſ. lib. 1. c. 15.*

CAP. XXIII.

Ipſi primæ ſedis Eccleſiæ conuocandarum generalium ſynodorum iura, & iudicia Epiſcoporum ſingulari priuilegio Euangelicis, & Apoſtolicis, atque canonicis conceſſa ſunt inſtitutis, quia ſemper maiores cauſæ ad ſedem Apoſtolicam multis auctoritatibus referri præceptæ ſunt. Nec vllo modo poteſt maior à minori iudicari. Ipſa namque omnibus maior, & prælara eſt Eccleſiis, quæ non ſolummodò canonum ſanctorũ Patrum decretis, ſed Domini Saluatoris noſtri voce ſingularem obtinuit principatum. Tu es, inquit, *Mat. 16. c. 3. q. 6. c. 9.* Petrus, &c. & quodcumque ligaueris. Porrò [dudum à ſanctis Apoſtolis, ſucceſſoribuſque eorum in præfatis antiquis decretum fuerat ſtatutis; quæ hactenus ſancta, & vniuerſalis Apoſtolica tenet Eccleſia: Non oportere præter ſententiam Romani Pontificis concilia celebrari, nec Epiſcopum damnari, quoniam Sanctam Romanam Eccleſiam Primatẽ omnium Eccleſiarum eſſe voluerunt, & ſicut B. Petrus Apoſtolus primus fuit omnium Apoſtolorum: ita & hæc Eccleſia ipſius nomine conſecrata, Domino inſtituente, prima, & caput ſit cæterarum, & ad eam quaſi ad matrem, atque apicem omnes maiores Eccleſiæ cauſæ, & iudicia Epiſcoporum recurrant, (eiuſque iuſta ſententia † terminum ſumant. [† & iuxta eius ſententiam.] Nec extra Romanum quidquam ex his debere decerni Pontificem, &c. nec liceat Metropolitanis, inconſulto Romano Pontifice, aut maiores Eccleſiæ cauſas deturbare, aut Epiſcopos damnare: ſed communi Sanctæ Romanæ ſedis Epiſcopi concilio, † & concordi actione, quæque ſunt Chriſti zelo agenda, diſponant vnanimiter, rectéque ſentiant, & ea, quæ ſenſerint, non ſibimet diſcrepando, ſed Deo placita perficiant. [† conſilio] *Iulius ep. 1. in medio. Hadr. c. 3. ad Epiſcopum Mediomatr. Capitulare lib. 6. c. 287. & lib. 7. c. 150. in additis: Anſelm. lib. 2. c. 42.*

CAP. XXIV.

Inter beatiſſimos Apoſtolos in ſimilitudine honoris fuit quædam diſcretio poteſtatis; & cùm omnium par eſſe electio, vnita-

A ij

men datum est, vt cæteris præemineret, de qua forma Episcoporum quædam orta est distinctio, &c. per quos ad vnam B. Petri sedem vniuersalis Ecclesiæ cura confluerent, & nihil vsquam à suo capite dissideret, &c. Satis enim indignum est, quemquam vel Pontificum, vel ordinum subsequentium hanc regulam refutare, quam beati Petri sedem, & sequi videat, & docere, &c. *Iulius ep. 1. in fi. Leo ep. 82. in fi. Gelas. ep. 1. c. 11. Ansel. lib. 5. cap. 4.*

Dist. 11. volite. c. 5. & de consecr. d. 1. c. 5. basilicas. in fi.

CAP. XXV.

Iulius sanctæ Romanæ, & Apostolicæ Ecclesiæ Episcopus Eusebio, Theognio, Theodoro, Berintho, & cæteris Orientalibus Episcopis. Decuerat vos aduersus sanctam Romanam Ecclesiam, & Apostolicam, limatè, & non ironicè loqui, quoniam & ipse Dominus noster Iesus Christus eam decenter allocutus ait: Tu es Petrus, &c. Habet enim potestatem singulari priuilegio sibi concessam, aperire, & claudere ianuas regni cælestis, quibus voluerit. Nam si ei detrahere, quæ Dominiore sacrata, atque desuper exaltata est, non renuistis; nec mirum si fratribus iniorias irrogare non cessetis. *Iulius ep. 2. in prin. Gregor. vij. lib. 8. reg. ep. 21. Iuo lib. 4. tit. 1. c. 11. panor.*

Matth. 16. c.

CAP. XXVI.

Incipiamus ergo adiuuante Deo, & sancto Petro Apostolo, per quem Apostolatus, & Episcopatus in Christo cœpit exordium, &c. *Felix ij. ep. 1. post prin. Inn. ep. 2. in prin.*

CAP. XXVII.

Primates illi, & non alij sunt, qui in Nicæna synodo sunt constituti. Reliqui verò, qui Metropoles tenent sedes, Archiepiscopi vocantur, & non Primates, salua in omnibus Apostolicæ sedis dignitate, quæ ei ab ipso Domino est concessa, & postea à sanctis Patribus roborata. *Felix ij. ep. 1. c. 12. Burchar. lib. 1. c. 163. Iuo par. 5. c. 273. decr.*

CAP. XXVIII.

Monet ergo Apostolus, non amplius nos inuicem temerè iudicare, temerè enim iudicat, si quis Episcopum absque sedis Apostolicæ auctoritate condemnat: cùm ei hoc specialiter priuilegium reseruatum sit, sed hoc iudicate magis, inquit, ne ponatis offendiculum fratri, vel scandalum. Parenter enim his, & aliis innumerabilibus decretorum testimoniis omnibus manifestum est, non debere Episcopum damnari, licet eius perscrutetur opinio, donec iudicium de ore nostræ Apostolicæ auctoritatis, hoc est Principis Apostolorum cognoscatur, vtpote quoniam solus, & præ omnibus creditus est, atque percipere meruit à Rege Regum Christo Deo claues regni cælorum ad aperiendum fidelibus, & beneuolis hominibus in eundem Dominum nostrum, & claudendum infidelibus, & maleuolis, atque suis sacerdotibus & sanctæ Ecclesiæ suo pretioso sanguine redemptæ impugnatoribus, siue nocentibus, &c. *Dama. ep. 3. ad Steph. & concilia Africa ante finem.*

Ro. 14. b

Matth. 16. c.

CAP. XXIX.

Cùm in vnum plurimi fratres conuenissemus ad Sancti Apostoli Petri reliquias; per quem & Apostolatus, & Episcopatus in Christo cœpit exordium, &c. *Syric. ep. 4. in prin. Inn. ep. 2. in prin.*

CAP. XXX.

Quis nesciat, aut non aduertat id, quod à Principe Apostolorum Petro Romanæ Ecclesiæ traditum est, ac nunc vsque custoditur, ab omnibus debere seruari? nec superduci, aut introduci aliquid, quod aut auctoritatem non habeat, aut aliunde accipere videatur exemplum? Præsertim cùm sit manifestum in omnem Italiam, Gallias, Hispanias, Africam, atque Siciliam, insulasque interiacentes, nullum instituisse Ecclesias, nisi eos, quos venerabilis Apostolus Petrus, aut eius successores constituerunt sacerdotes. Aut legant, si in his prouinciis alius Apostolorum inuenitur, aut legitur docuisse. Quod si non legont, quia nusquam inuenitur; oportet eos hoc sequi, quod Ecclesia Romana custodit, à qua eos principium accepisse non dubium est: ne dum peregrinis assertionibus studeant, caput institutionum videantur omittere, &c. *Innoc. ep. 1. in prin. Decentio Episcopo Eugubino. Burchar. lib. 3. c. 125. decreti. Iuo par. 4. c. 67. decr. Ansel. lib. 1. c. 41.*

Dist. 11. c. vlt.

CAP. XXXI.

Incipiamus adiuuante Deo, & sancto Dei Apostolo Petro, per quem & Apostolatus, & Episcopatus in Christo cœpit exordium. *Innoc. ep. 2. in prin. ad Victoricum Rothomag. Syric. ep. 4. in princ. Felix ij. ep. 1.*

CAP. XXXII.

Ecclesia Antiochena, quam prius quàm ad vrbem perueniret Romanam, beatus Apostolus Petrus sua præsentia illustrauit, velut germana Ecclesiæ Romanæ, diu se ab eadem alienam esse non passa est, &c. *Inn. ep. 14.*

CAP. XXXIII.

Antiochena prima primi Apostoli sedes esse monstratur, &c. quæque vrbis Romæ sedi non cederet, nisi quod illa in transitu meruit, ista susceptum apud se, consummatumque gaudet. *Inn. ep. 18. c. 1.*

CAP. XXXIV.

Religiosa clementissimi Principis fides, sciens ad suam gloriam maximè pertinere, si intra Ecclesiam Catholicam nullius erroris germen exurgeret; hanc reuerentiam diuinis detulit institutis, vt ad sanctæ dispositionis effectum, auctoritatem Apostolicæ sedis adhiberet, tamquam ab ipso beatissimo Petro cuperet declarari, quod in eius confessione laudatum sit; quando dicente Domino: Quem me esse dicunt homines filiũ hominis? varias quidem diuersorũ opiniones discipuli memorarunt: sed cùm ab eis, quid ipsi crederent, quæreretur; Princeps Apostolorũ plenitudinem fidei breui sermone cõplexus: Tu es, inquit, Christus filius Dei viui. *Leo ep. 14. in prin. ad Eph. syn. secundam.*

Matth. 16. b.

CAP. XXXV.

Cum vniuersalis Ecclesiæ per illius prin-

cipalis petræ ædificationem facta sit petra, & primus Apostolorum beatissimus Petrus, voce Domini dicente audi[...]; Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. Quæ est, nisi aut Antichristus, aut diabolus, qui pulsare audeat inexpugnabile in veritatem. *Leo. ep. 73. ad Leon. August. post. prin.*

Matt. 16.

Cap. XXXVI.

14. q. 1. c. 16. Cum beatissimus Petrus Apostolicum à Domino acceperit principatum, & Romana Ecclesia in eius permaneat institutis, nefas est credere, quod sanctus discipulus eius Marcus, qui Alexandrinam primus Ecclesiam gubernauit, aliis regulis traditionum suarum decreta formauerit. *Leo. epist. 79. vel 81. ad Dioscorum Alexan. in princ. Anselm. Lucen. lib. 1. cap. 30.*

Cap. XXXVII.

Dist. 19. c. 7. Diuinæ cultum religionis, quem in omnes gentes, omnesq; nationes Dei voluit gratia coruscare, [ita Dominus noster Iesus Christus humani generis Saluator instituit; vt veritas, quæ antea legis, & Prophetarum præconio continebatur, per Apostolicam tubam in salutem vniuersitatis exiret, sicut scriptum est: In omnem terram exiuit sonus Psal. 18. eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Sed huius muneris sacramentum, ita Dominus ad omnium Apostolorum officium pertinere voluit; vt in beatissimo Petro Apostolorum omnium summo, principaliter collocaret; vt ab ipso, quasi quodam capite, dona sua velut in corpus omne diffunderet: vt exortem se mysterij intelligeret esse diuini, qui ausus fuisset à Petri soliditate recedere, &c. Hilarius Ecclesiarum statum, & concordiam sacerdotum nouis præsumptionibus turbaturus, excessit ita suæ vos cupiens subdere potestati; vt se beato Apostolo Petro non patiatur esse subiectum, ordinationes sibi omnium per Gallias Ecclesiarum vindicans, ipsius quoque beatissimi Petri reuerentiam verbis arrogantioribus minuendo; cui cùm præ cæteris soluendi, & ligandi tradita sit potestas, pascendarum tamen ouium cura specialius mandata est; cui quisquis principatum æstimat denegandum, illius quidem nullo modo potest minuere dignitatem; sed inflatus spiritu superbiæ suæ semetipsum in inferna demergit. *Leo. ep. 87. ad Episcopos Viennen. prouin. in prin. Ino par. 5. c. 6. decret.*

Cap. XXXVIII.

Si cunctis generaliter sacerdotibus rectè diuina tractantibus fidelium conuenit corda submitti; quanto potius sedis illius Præsuli consensus est adhibendus, quem cunctis sacerdotibus, & Diuinitas summa voluit præminere, & subsequens Ecclesiæ generalis iugiter pietas celebrauit? &c quem Christi vox prætulit vniuersis: quem Ecclesia veneranda confessa semper est, & habet deuota Primatem, &c. *Gelas. ep. [...] ad Anastas. Aug. in prin. Greg. vij. lib. 8. Registri ep. 21. post prin.*

Cap. XXXIX.

Nunc incepi sententiare contra te [...] modò ille, qui vertex est omnium pastoralium sedium in sanctis laudibus florens Apostolorum verè optimus Petrus, cuius tu nomine æqualis es, sed non opinione, neque fide; quoniam ab istius rectà intentione, & immaculata fide valde declinasti. *Fel. [...] iij. ad Petrum Antiochen. post prin. ep. ante 2. synod.*

Cap. XL.

Memor sum, me sub illius nomine Ecclesiæ præsidere, cuius a Domino Iesu Christo est glorificata confessio, & cuius fides omnes quidem hæreses destruit, sed maximè impietatem præsentis erroris expugnat, & intelligo aliter mihi non licere, quàm vt omnes conatus meos ei causæ, in qua vniuersalis Ecclesiæ salus infestatur, impendam. *Pelag. ep. vni. in fine. Callist. ep. 1. in fine Xyst. 3. epist. 1. in princip. Anselm. lib. 1. cap. 36.* 14. q. 1. 10. 1-11 16. c.

Cap. XLI.

Christi oues, qui Christum amat, diligenter, & cum magna cura pascat, quoniam ipsius sanctæ sedis, cui per abundantiam diuinæ gratiæ præsumus, ipsius amore, & reuerentia cohortamur, &c. ne beati magistri nostri Petri summi Apostoli dilectio, qua se amatorem Dei esse restatus est, vana inueniatur in nobis, & tantùm; nos beati Petri Apostolorum Principis amor accendat, vt in ouili ipsius, cuius omnes creaturæ sunt traditæ, omnes taliter errantes redintegrare festinetis. *Io. iij. ep. vnic. post med. Ansel. lib. 1. c. 55.*

Cap. XLII.

Si cùm à fidelibus (*Petrus*) culparetur, auctoritatem, quam in sancta Ecclesia acceperat, attendisset; respondere poterat, vt pastorem suum oues, quæ ei commissæ fuerant, reprehendere non auderent; sed si in querela fidelium aliquid de tua potestate diceret; profectò doctor mansuetudinis non fuisset, &c. Si ergo pastor Ecclesiæ, Apostolorum Princeps, signa, & miracula singulariter faciens, non dedignatus est in causa reprehensionis suæ rationem humiliter reddere; quantò magis nos peccatores, cùm de re aliqua reprehendimur, reprehensores nostros ratione humili placare debemus? *Gregor. epist. 7. lib. 9. ep. 39. regist. ad Theoctist. in medio.* V. 2 97. c. 40 Petrus.

Cap. XLIII.

Nos licet humillimi summis viribus enitimur, vt Christiani vestri imperij respub. in qua beati Petri Apostolorum Principis sedes fundata est, cuius auctoritatem omnes Christianæ nobiscum nationes venerantur, & colunt, per ipsius beati Petri Apostoli reuerentiam, omnium gentium sublimior esse monstretur. *Agatho. & alij. in ep. ad Constantinum iiij. imper. post med. vj. syn. act. 4.*

Cap. XLIV.

Et quia definitionem rectæ fidei plenissimè (*sexta synodus*) prędicauit, quam & Aposto-

lica sedes beati Petri Apostoli, cuius licet impare ministerio fungimur, venerantet suscipit, idcirco & nos, & per nostrum officium hæc veneranda sedes Apostolica, concorditer, ac vnanimiter his, quæ definita sunt ab ea, consentit, & beati Petri auctoritate confir- *Mat.16.* mat sicut supra solidatam petram, qui Christus est, ab ipso Domino adeptus firmitatem. *Leo. y. ad Constantinum iiij. Augustum in medio post 2. Syno.*

CAP. XLV.

Bene nosti satis, quia beatus Apostolus Petrus, & Episcopatus principium extitit, & consulenti tibi de statu Ecclesiæ, non ex no- *Sap.10.d* bis, sed eius gratia, qui aperit os mutorum, & linguas infantium facit disertas, qualiter tenere debeas, Apostolici vigoris doctrinam, dicimus. *Gregor. iij. epist. 4. in princ.*

CAP. XLVI.

Desideratis nosse, quot sint veraciter Patriarchæ. Veraciter illi habendi sunt Patriarchæ, qui sedes Apostolicas per successiones Pontificum obtinent, id est, qui illis præsunt Ecclesijs, quas Apostoli instituisse probantur. Romanam videlicet, & Alexandrinam, & Antiochenam. Romanam, quam sanctorum Principes Apostolorum Petrus, ac Paulus, & prædicatione sua instituerunt, & pro Christi amore, fuso proprio sanguine sacrauerunt. *Nicol. ad consulta Bulgaror. c. 92.*

CAP. XLVII.

Etsi cunctis generaliter sacerdotibus diuina tractantibus fidelium conuenit corda submitti; quanto potius sedis illius Pontifici consensus est adhibendus, quem cunctæ Ecclesiæ generalis iugiter pietas celebrauit? Vbi clementia vestra euidenter aduertit, nunquam quouis penitus humano consilio eleuare se quemquam posse contra illius priuilegium, vel confessionem, quem Christi vox prætulit vniuersis; quem Ecclesia veneranda confessa semper est, & habet deuota Primatem. Impelli non valent humanis præsumptionibus, quæ diuino sunt iudicio constituta. *Nicol. epist. 1. ad Mich. Imper. prope finem.*

CAP. XLVIII.

Quem habeatis præceptorem, operæ pretium est cognoscere, Coryphæum Apostolorum Petrum, quem caput omnium Ecclesiarum posuit Christus dicens: Pasce agnos meos. *Io.21.d.* *C P. viij. al. ix. sub Ioan. viij. Act. 2. in ep. eiusdem Papa ad Basil. Imp.*

CAP. XLIX.

Quòd romana Ecclesia à solo Deo sit fundata. *Gregor. vij. lib. 2. Regist. in dictato.*

CAP. L.

In Domino Iesu Christo confidimus, quia beatus Petrus Apostolus, quem Dominus Iesus Christus Rex gloriæ Principem super regna mundi constituit, cui te fidelem exhibes, te ad honorem desiderij tui adducet. *Gregor. vij. lib. 2. Regist. epist. 66.*

CAP. LI.

Hilarius fecit decretalem, & per vniuersum Orientem sparsit, & Epistolas de Fide catholica, confirmans tres synodos, Nicænã, Ephesinam, & Chalcedonensem, & tomum sancti Archiepiscopi Leonis, & damnauit Eutychen, & Nestorium, & omnes eorum sequaces, & omnes hæreses, confirmans dominationem, & principatum Sanctæ sedis catholicæ, & Apostolicæ. *Ex Pontif.*

CAP. LII.

Debemus cum omni competenti deuotione (*Fidem*) defendere, & dignitatem propriæ venerationis beato Apostolo Petro intemeratam, & in nostris temporibus conseruare; quatenus beatissimus Romanæ ciuitatis Episcopus, cui principatum sacerdotij super omnes antiquitas contulit, locum habeat, ac facultatem de fide, & sacerdotibus iudicare. *Valentinianus ad Theodosium Patrem ante Chalc. syn.*

CAP. LIII.

Tuam Sanctitatem principatum in Episcopatu diuinæ fidei possidentem sacris litteris in principio iustum credimus alloquendam, &c. *Valentinianus, & Marcianus ad Leonem ante Chalc. Syn.*

CAP. LIV.

Hæc Petrus, qui est petra fidei, & Princeps Apostolorum, intemerata seruauit. *Constantinus iv. Imp. in edicto ad populum Occiden. in fi. vj. syn. act. 18.*

CAP. LV.

Petrus Apostolicæ sedis primus Dux seruilem, & temerariam insaniam verberans Iudaïci auditus instrumentum gladio amputauit. *Constantinus, & Irene in ep. ad syn. Nican. ante fi. vij. syn. act. 1.*

CAP. LVI.

Impetens C P. ciuitatis Episcopum Flauianum; eo quòd libellum ad Apostolicam sedem miserit, & ad omnes Episcopos harum partium, per eos, qui directi fuerunt in concilio à Reuerendissimo Episcopo Romæ, qui secundùm definitiones Nicæni concilij cõsueti sunt interesse, &c. ad Concilij, & Apostolicæ sedis iudicium transmittatur, in qua primus ille, qui cælestes claues dignus fuit accipere, principatum Episcopatus ordinauit: quando scilicet decet nos huic maximæ ciuitati, quę domina omnium est ciuitatum tuarum, in omnibus reuerentiam conseruare. *Galla Placidia Theodosio filio ante Chal. syn.*

CAP. LVII.

Tua clementia secundum catholicam fidem, quod semper nobiscum fecit, & nunc similiter conspirare dignetur: vt quidquid in illo tumultuoso, miserrimoq; concilio constitutum est, omni virtute remoueatur: vt omnib. integris permanentibus, ad Apostolicæ sedis, in qua primus Apostolorum beatus Petrus, qui etiam claues Regni cælestis suscipiẽs, sacerdotij principatum tenuit, Episcopatus causa mittatur. Debemus, n. primatum in omnib. immortali conuersationi tribuere, quæ totum mundum propriæ virtutis dominatione compleuit, & nostro imperio orbem gubernandum, seruandumq, commisit. *Galla Placidia Pulcheria Augusta ante Chalc. syn.*

De fide catholica Ecclesiæ Romanæ. Tit. II.

CAP. I.

Ait Dominus: Simon, Simō, ecce Sathanas expetiuit vos, vt cribraret, sicut triticum: ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua; & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. *Christ. apud Lucam cap. 22.*

CAP. II.

Primùm quidem gratias ago Deo meo per Iesum Christum pro omnibus vobis, quia fides vestra annuntiatur in vniuerso mundo. *Paul. ad Roman. c. 1.*

Ro. 1. b. CAP. III.

Cui Christi lumen circumfulsit, quique nos per Euangelium generauit, Paulus verè diuinus Apostolus Romanis scribens, & studium sinceræ fidei eorum erga verum Deum nostrum exosculatus, sic ait: Fides vestra prædicatur in vniuerso orbe. Hoc testimonium, & nos insequi par est, temeriarumq; repugnare arbitramur. Quamobrem Hadrianus veteris Romæ Primas, & testatorum Principum successor clarè, & verè scripsit, &c. *Tharas. act. 2. vij. syn. post epist. Hadria. ad Tharasium.*

CAP. IV.

Sancta synodus dixit. Vniuersa sancta synodus sic credit, & sic docet. (*Hæc verba proferunt Patres assentientes Hadriano Pontifici Max. & Tharasio C P. de veneratione imaginum*) *vij. syn. act. 2. ibid.*

CAP. V.

Apostolica sedes, quod rectum est, consueuit attenta consideratione defendere, & quod deuium esse inuenerit, euitare. *Eugen. iij. in syn. Remen. c. 17.*

CAP. VI.

Nos Deum in vobis primitus adorantes, cui sine querela seruitis, ad fidem recurrimus Apostolico ore laudatam, inde responsa quærentes, vnde nihil errore, nihil præsumptione, sed Pontificali totum deliberatione præcipitur. *Ascanius & alij Episcopi Tarracon. prouinciæ in ep. ad Hilarium Papam in prin.*

CAP. VII.

Omnes generaliter alloquamur, qui iustè, & piè volunt viuere in communione sanctæ
Ephes. 4. Ecclesiæ catholicæ, quæ est vnum corpus
Mat. 16. c. Christi, cui vnus est Dominus, vna fides, vnũ baptisma; quæ cùm generaliter ab vno capite Christo super petram, id est super confessionem Petri, sit ædificata; manifestum tamen est in omnem Italiam, Gallias, & Hispaniam nullum instituisse Ecclesiam, nisi eos, quos venerabilis Petrus, aut eius successores constituerunt sacerdotes. Et quoniam Ecclesia in nostris quoque partibus, vt dictum est, super hanc petræ soliditatem non tantùm fundata, sed ab eo, eiusq; successoribus etiam edocta; cum Dei gratia ipsius beati Petri suffraganrib. meritis, firmatatem fidei, quam primò percepit, hactenus inconcussam seruare studuit, nullaq; perfidor. consortia recepit. *Trosl. c. 15. Vid. Inn. ep. 1. in prin.*

CAP. VIII.

Nauigare audent, (*loquitur de quibusdam hæreticis Nouatianis*) & ad Petri cathedram, atque Ecclesiam principalem, vnde vnitas sacerdotalis exorta est; à schismaticis, & profanis litteras ferre? nec cogitare eos esse Romanos, quorũ fides, Apostolo prædicante, laudata est: ad quos perfidia habere non possit accessum. *Cypr. ep. 3. ad Cornel. post medium.* Rom. 1. b.

CAP. IX.

Prima salus est rectæ fidei regulam custodire, & à constitutis Patrum nullatenus deuiare. Et quia non potest Domini nostri Iesu Christi prætermitti sententia dicentis: Tu es Petrus, &c. & hæc, quæ dicta sunt, rerum probantur effectibus, quia in sede Apostolica extra maculam semper est Catholica seruata religio, de qua spe, & fide minimè separari cupientes, & Patrum sequentes constitutа; anathematizamus omnes, qui contra sanctam Romanam, & Apostolicã Ecclesiam superbiendo, suas erigunt ceruices; sequentes in omnibus Apostolicam sedem, & prædicantes eius omnia constituta; & per omnia spero, vt in vna communione vobiscum, quam sedes Apostolica prædicat, esse merear; in qua est integra, & vera Christianæ religionis, & perfecta soliditas, promittens sequestratos à communione Ecclesiæ catholicę, id est non consentientes sedi Apostolicę, eorum nomina inter sacra non recitanda esse mysteria. Quòd si in aliquo à professione mea deuiare tentauero; his, quos damnaui, complicem mea sententia, me esse profiteor. Hanc autem professionem meam manu mea subscripsi, & Bonifacio Sancto, & venerabili Papę vrbis Romæ direxi, damnans, & antecessores, & successores meos, & omnes, qui sanctę Romanę, & Apostolicæ Ecclesiæ priuilegia cassare nituntur. *Verba hac Eulalis Cartha. Episcopi apud Bonif. ij. ep. vni. in medio. Similis professio Io. C P. ad Hormisdam post prin. & alia Missa in Hispaniam ab Hormisda ep. 5. in medio.*
25. q. 1. c. 9.
Mat. 16. c.

CAP. X.

In sede Apostolica inuiolabilis semper catholica custoditur religio, &c. *Io. C P. ad Hormisdam ante medium. Euseb. ep. 3. post prin.* 24. q. 1. c. 11.

CAP. XI.

In omnibus hortamur te frater honorabilis; vt his quæ à beatissimo Papa Romanæ ciuitatis scripta sunt, obedienter attendas; quoniam beatus Petrus, qui in propria sede & viuit, & præsidet, præstat quærentibus fidei veritatem. Nos enim pro studio pacis, & fidei, extra consensum Romanæ ciuitatis Episcopi causas audire non possumus. *Petrus Rauen. Episcopus ad Eutychem. in fine ante Chalc. syn.*

CAP. XII.

Memor sum, me sub illius nomine Ecclesiæ præsidere, cuius à Domino Iesu Christo est glorificata confessio; & cuius fides omnes semper destruit errores, & intelligo aliter mihi non licere, quàm vt omnes conatus meos ei causæ, in qua vniuersalis Ecclesiæ salus infestatur, impendam. *Callist. ep. 1. in fi. Xyst. ij.* 24. q. 1. c. 10.

ep. 1. in prin. Pelag. ep. vn. in fi. Anselm. l. 1. c. 36.

CAP. XIII.

24. q. 1. a recta. c. 9. Hæc sancta, & Apostolica mater omnium Ecclesiarum Christi Ecclesia, quæ per Dei omnipotentis gratiam à tramite Apostolicæ traditionis, numquam errasse probatur, nec hæreticis nouitatibus deprauata succubuit; sed vt in exordio normam fidei Apostolicæ percepit ab auctoribus suis Apostolor. Christi Principibus, illibata fine tenus manet, secundùm ipsius Domini Saluatoris diuinam pollicitationem, qui discipulorum suorum Principi in suis fatus est Euangelijs (*Luc. 22. c.*). Petre, inquiens, ecce Sathanas expetiuit, vt cribraret vos sicut qui cribrat triticum; ego autem pro te rogaui, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuersus, confirma fratres tuos, &c. *Lucius ep. vnica in fi. Felix ep. 3. in fi. Marcus in ep. ad Athan. in prin. Agatho. ep. ad Constan. Imp. post prin. lecta in vj. syn. act. 4. Ansel. l. 1. c. 13. & 35.*

CAP. XIV.

24. q. 1. c. 20. Memor sum, me sub illius nomine Ecclesiæ præsidere, cuius à Domino Iesu Christo est glorificata confessio; & cuius fides nullum vnquam fallit, sed omnes quidem hæreses destruit. Intelligo autem mihi aliter non licere, quàm vt omnes conatus meos ei causæ, in qua vniuersalis Ecclesiæ salus infestatur, impendam. *Xyst. ij. ep. 1. in prin. Callist. ep. 1. in fi. Pelag. ep. vn. in fi. Ansel. li. 1. c. 36.*

CAP. XV.

24. q. 1. a recta. c. 9. Hæc Apostolorum est viua traditio: hæc vera caritas, quæ prædicanda est, & veraciter diligenda, ac fouenda, atq; fiducialiter ab omnib. tenenda, Hæc sancta, & Apostolica mater omnium ecclesiarum Christi Ecclesia, quæ per Dei omnipotentis gratiam, à tramite Apostolicæ traditionis, numquam errasse probatur, nec ab hæreticis nouitatibus deprauanda succubuit: sed vt in exordio normá: fidei Cristianæ percepit ab auctoribus suis Apostolor. Christi Principibus, illibata fine tenus manet, secundùm ipsius Domini Sàluatoris diuinam pollicitationem, qui suorum discipulorum Principi in suis fatus est Euangelijs (*Luc. 22. c.*): Petre, ecce Sathanas expetiuit te vt cribraret vos sicut qui cribrat triticum, ego autem pro te rogaui, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos, &c. qui fidem B. Petri non defecturam promisit, & confirmare eum fratres suos admonuit, quod Apostolicos Pontifices, meæ exiguitatis prædecessores, confidenter fecisse semper cunctis est cognitum: quorum, & pusillitas mea, licet impar & minima, pro suscepto tamen diuina dignatione ministerio pedissequa cupit existere. *Felix ep. 3. in fine. Lucius ep. vnica in fi. Marcus ep. vn. in prin. & Agath. ep. ad Constan. iv. Imp. post princ. apud syn. vj. act. 4. Ansel. li. 1. c. 3. & 35. & 60.*

CAP. XVI.

Mat. 16. c. Vnum hoc immobile fundamentum, vna hæc felix fidei petra Petri ore confessa. Tu es, inquit, Christus filius Dei viui, tanta in se argumenta sustinens veritatis, quantę peruersitatis quæstiones, & infidelitatis calumniæ mouebuntur: *Eutyc. in ep. 1. in prin.*

CAP. XVII.

Regulam catholicæ fidei iisdem studes retinere vestigiis, quibus eam in Apostolica sede cognoscis esse fundatam, &c. *Caius ep. 1. in prin.*

CAP. XVIII.

Prima salus est, rectè fidei regulas custodire, & à constitutis Patrum nullatenus deuiate. Nec potest Domini nostri Iesu Christi prętermitti sententia dicentis: Tu es Petrus, &c. & hæc, quæ dicta sunt, rerum probantur effectib. quia [in sede Apostolica extra maculam semper est catholica seruata religio. *Euseb. ep. 3. post prin. Vide Hormisd. ep. 5. Ioann. C P. ad Hormisd. Hadria. ij. in libello in prin. lecto act. 1. syn. 8. C P.* *25. q. 1. c. 9. Mat. 16. c. 24. q. 1. c. 11.*

CAP. XIX.

Dominis venerabilibus fratribus Athanasio, & vniuersis Ægyptior. Episcopis, Marcus sanctæ Romanæ, Apostolicæq; sedis, & vniuersalis Ecclesiæ Episcopus, &c. Sed nos, & vos, illosq; absq; vlla in-posterum turbatione, vnum sentire optaremus, & sancta Romana Ecclesia, quæ semper immaculata mansit, & Domino prauidente, & beato Petro Apostolo opem ferente, in futuro manebit, sine vlla hæreticor. insultatione, firma, & immobilis omni tempore persisteret, &c. Hęc Apostolor. viua traditio, hæc est vera caritas, quæ prædicanda est, & præcipuè diligenda, ac fouenda, atque fiducialiter ab omnib. tenenda. Hęc sancta, & Apostolica mater omnium Ecclesiarum Christi Ecclesia, quæ per omnipotentis Dei gratiam, à tramite Apostolicæ traditionis, numquam errasse probatur; nec hæreticor. nouitatib. deprauanda succubuit; sed vt in exordio normam fidei Christianæ percepit ab auctorlbus suis Apostolorum Christi Principib. illibata fine tenus manet, secundùm ipsius Domini Saluatoris diuinam pollicitationem, qui discipulor. suorum Principi in suis fatus est Euangelius: Petre, inquiens, ecce Sathã, &c. qui fidem B. Petri non defecturam promisit, & confirmare eum fratres suos admonuit, quod Apostolicos Pontifices meæ exiguitatis prædecessores, confideuter fecisse semper, cunctis est cognitum. *Marcus ep. vn. in prin. Felix ep. 3. in fin. Lucius epist. vn. in fi. Ansel. lib. 1. c. 13. & 35. & 60.* *24. q. 1. a recta. c. 9. Lu. 22. c.*

CAP. XX.

Dilectissimo filio Athanasio, & omnibus in vnum congregatis, & de Trinitatis fide rectè sentientibus Ægyptiorũ Episcopis, Liberius Papa. Olim, & ab initio tantam percepimus à beato Petro Apostolor. Principe fiduciam, vt habeamus auctoritatem pro vniuersali Ecclesia ad rectam defendendam fidem, quatenus nulli liceat statum sanctæ Ecclesię commouere ad læsionem rectè credentium, absque sui periculo honoris. *Liberius ep. 1. in prin. Vid. Dionys. ep. 2. in prin.*

CAP. XXI.

Ad confitendum gratiam Dei, cuius operi, ac dignationi nihil penitus subtrahendum, est satis sufficere credimus, quidquid Apostolicæ sedis nos scripta docuerunt: vt prorsus non opinemur catholicum, quod apparuit præfixis sententiis esse contrarium. *Celest. ep. 1. c. 13.*

CAP. XXII.

24. q. 1. c. 12. Quoties fidei ratio ventilatur, arbitror omnes fratres, & coepiscopos nostros, non nisi ad Petrum, id est, sui nominis, & honoris auctorem, referre debere; velut nunc retulit vestra dilectio: quod per totum mundum possit Ecclesiis omnibus in commune prodesse. *Innoc. in ep. 26. ad concil. Mileuit. ante med. Ansel. lib. 1. c. 27. & l. 2. c. 54.*

CAP. XXIII.

Memor sum, me sub illius nomine Ecclesiæ præsidere, cuius à Domino Iesu Christo est glorificata confessio, & cuius fides omnes quidem hæreses destruit, sed maximè impietatem præsentis erroris expugnat. *Leo epist. 30. ad Martianum, & Faustum in fine.*

CAP. XXIV.

(*Ecclesia dicit*) Dei vnigenitus filius in confessione primi Apostolorum fundauit me. *Felix iv. in ep. ad Zenonem Imper. ante fi. ante v. syno.*

CAP. XXV.

Matt. 16. Hæc est Apostolica, atque Euangelica traditio, quam tenet spiritalis vestri felicissimi imperij mater Apostolica Christi Ecclesia, &c. Petri vera confessio, à Patre de cælis est reuelata, pro qua à Domino omnium beatus esse pronunciatus est Petrus, qui & spiritales oues Io. vlt. d. Ecclesiæ ab ipso Redemptore omnium terna commendatione pascendas suscepit. Cuius adnitente præsidio, hæc Apostolica eius Ecclesia, numquam à via veritatis in qualibet erroris parte deflexa est. Cuius auctoritatem, vtpote Apostolorum omnium Principis, semper omnis Catholica Christi Ecclesia, & vniuersales synodi fideliter amplectentes in cunctis secutæ sunt, omnesque venerabiles Patres Apostolicam eius doctrinam amplexi, &c. *Agatho in ep. ad Imp. post princ. lecta in vj. synod. act. 4.*

CAP. XXVI.

Vos maximè in traditione orthodoxæ fidei Ecclesiæ beati Petri, & Pauli Principum Apostolorum acquiescetis, eamque amplectemini, quemadmodum à superioribus imperatoribus factum est, qui Vicarium eius ex toto corde dilexerunt. Quapropter vestra quoq; à Deo data maiestas sanctissimam Romanam Eccles. Principum Apostolorum, quibus à Deo ipso data est potestas soluendi, & Matt. 16. c. ligandi peccata, cùm in cælo, tum in terra, honorabit. Ipsi scil. vestri regni propugnatores erunt, cunctasque barbaras nationes pedibus vestris subijcient, vt quocumque ire perrexeritis, victores vos declaret. Hi siquidem Principes Apostolorum sunt, qui catholicã, & orthodoxã fidem auspicati, per scripta quidem, veluti legibus latis, fidem suam seruandam præceperunt omnib. s. qui in sedes illorũ successuri erant, & in fide eorum vsq; ad consummationem sæculi permansuri, atq; ita nostra seruat Ecclesia, & sanctas eorum figuras veneratur. Vndè in hunc vsq; diem venerandis horum imaginibus Ecclesiæ nostræ ornatæ, ac cõspicuæ sunt, quemadmodum sanctissimus, & beatissimus Papa Siluester in principio Christianorum nostrorũ orthodoxa fide testatur. &c. *Hadrian. 1. ad Constantinum, & Irenem, post prin. vij. syn. act. 2.*

CAP. XXVII.

Beatus Petrus, qui in sede sua viuit, & præsidet, dat quærentibus fidei veritatem. Nam & sancta Romana Ecclesia semper sine macula fuit, & ruga; nimirum, qui ille hanc instituit, cuius fidei confessio diuinitus extitit approbata: ad quam videlicet Christianitatis fidem, licet eius mysteria consummatè nullus intelligere valeat, vobis insinuandam, inspirante Deo, ecce scripta nostra, & missos, & diuersos codices, in patriam vestram destinauimus, *Nicol. ad Consul. Bulgarorum. c. 106.*

CAP. XXVIII.

Quia non potèst Domini nostri Iesu Christi prætermitti sententia dicentis: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, Matt. 16. c. hæc, quæ dicta sunt, rerum probantur effectibus, quia in sede Apostolica immaculata est semper catholica reseruata religio, & sancta celebrata doctrina. Ab huius ergo fide, atque doctrina separari minimè cupientes, & Patrum, & præcipuè sanctorum sedis Apostolicæ Præsulum sequentes in omnibus constituta, anathematizamus Photium, qui contra sacras regulas, & sanctorum Pontificum Romanorum veneranda decreta repente, de curiali administratione, sæcularique militia sublatus, superstite Ignatio Patriarcha in Constantinopolitana est peruasoriè, immò tyrannicè à quibusdam schismaticis, vel anathematizatis, atque depositis institutus. *Hadria. ij. apud syn. CP. viij. act. 1. in libell. dato ab Hadr. ij. legatis, in prin. Vide Eusch. ep. 3. post. prin.*

CAP. XXIX.

Quòd Romana Ecclesia numquam errauit, nec in perpetuum, Scriptura testante, errabit, *Gregor. vij. lib. 2. registri in dictato.*

CAP. XXX.

Quòd catholicus non habeatur, qui non concordat Romanæ Ecclesiæ. *Greg. vij. lib. 2. registri in dictato.*

Pontifex Max. est Pastor vniuersalis.

Tit. III.

CAP. I.

Ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduersus eam: Et tibi dabo claues regni cælorum: Et quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis, & quodcunque solue-

ris super terram, erit solutum, & in cælis, *Christus apud Matth. c. 16.* Cap. II.

Cùm prandissent, dicit Simoni Petro Iesus: Simon Ioannis, diligis me plus his? dicit ei: Etiam Domine, tu scis quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei iterùm: Simon Ioannis diligis me? ait illi: Etiam Domine, tu scis, quia amo te. Dicit ei: Pasce agnos meos. Dicit ei tertiò: Simon Ioannis, amas me? Contristatus est Petrus, quia dixit ei tertiò, Amas me? Et dixit ei: Domine, tu omnia nosti; tu scis, quia amo te. Dicit ei: Pasce oues meas, *Ioan. c. vlt.* Cap. III.

Dist. 65. mos. c. 6. Mores antiqui seruentur: vt in Ægypto, Libia, & Pentapoli Alexandrinus Episcopus habeat omnem potestatem: quoniam Romano quoque Episcopo hæc consuetudo est. *Nican. 6. Vide c. 17. Synodi viij. sub Hadria. ij. Anselm. lib. 4. cap. 44. Cæsar. lib. 2. c. 65.* Cap. IV.

Paschasinus vir reuer. Episcopus Vicarius sedis Apostolicæ recitauit. CCCXVIII. sanctorum Patrum canon sextus. Quod Ecclesia Romana semper habuit primatum. Teneat *Dist. 65. c. 6. mos.* autem & Ægyptus, vt Episcopus Alexandriæ omnium habeat potestatem: quoniam & Romano Episcopo hæc est cõsuetudo, &c. *Chalc. act. 16. post prin. Ansel. li. 4. c. 44. Cæs. lib. 2. c. 65.* Cap. V.

Sanctissimo, & beatissimo vniuersali Archiepiscopo, & Patriarchæ magnæ Romæ Leoni, &c. *Ischirion in libello lecto in synod. Chalced. act. 1. Athanas. presbyter Alex. ibid. Sophronius ibid.* Cap. VI.

Sanctissimo, & Deo amantissimo, & vniuersali Archiepiscopo, & Patriarchæ magnæ Romæ Leoni, & sanctæ, & vniuersali Chalcedonensi synodo, quæ voluntate Diuina Dei præceptione congregata est. *Libellus Theodori Ecclesiæ Alexandrinæ diaconi lectus act. 1. Chalc. syn.* Cap. VII.

Tertio beatissimi, & Apostolici viri vniuersalis Ecclesiæ Papæ Leonis, Nestorij, & Eutycheris hæresim damnantis, directa scripta, quid vera fides habeat, exposuerunt. *Paschasinus Legatus Ap. in Chalc. syn. act. 4.* Cap. VIII.

Domino sanctissimo, & coangelico, maximo, & summo sacerdoti, & vniuersali Papæ Hadriano, sancta hæc vniuersalis Synodus CP. congregata salutem. *Synod. viij. CP. in ep. ad Hadr. ij. act. vltima.* Cap. IX.

Anno ab incarnatione sempiterni Principij millesimo septuagesimo nono, mense Februarij indictione secunda, Pontificatus verò Domini Gregorij vniuersalis Pontificis septimi anno sexto, ex præcepto sedis Apostolicæ conuenerunt finitimi, & diuersarum prouinciarum Archiepiscopi, Episcopi, religiosæque personæ, vt sanctam synodum celebrarent. *Greg. vij. in Conc. anni vij. lib. 6. Registri.* Cap. X.

Ex ss. in. Ecclesiarum Prælati hoc salutare statutum ad quæstum pecuniæ, vel grauamen aliquod non conuertant, &c. quoniam super his Apostolica sedes auctore Domino attentissimè vigilabit. *Inn. iij. in Conc. gene. Lat. cap. 7.* *de. ord. c. 13. Gr. 9. & c. 1. eo. ti. in 4. collect.* Cap. XI.

Xystus vniuersalis, Apostolicæ Ecclesiæ Episcopus, omnibus Episcopis (*Hispaniæ*) in Domino salutem. Cognoscat vestra sapientia, carissimi fratres, quia [in hac sancta sede Apostolica à nobis, & reliquis Episcopis statutum est, &c. *Xyst. ep. 2. in prin. Burch. l. 3. c. 214. Iuol. 2. c. 70. & li. 3. c. 264. decr.* *De cõsec. d. 1. c. 40* Cap. XII.

Ista præcauentes, & stultor. animos præuidentes, cura pastorali, cum omnibus Episcopis, & sanctæ Romanæ, atque vniuersalis Ecclesiæ vtriusque ordinis fidelibus statuimus, non ita in Ecclesiasticis agendum esse negotiis, sicut in sæcularibus. *Eutychia. ep. 2. post prin.* Cap. XIII.

Visum est nobis, ac vniuerso concilio, vt nos diuinis præceptis, & Apostolicis monitis informati, qui pro omnium Ecclesiarum statu, impigro vigilare debemus affectu: si quidquam reprehensioni vsquam inuenitur obnoxium, celeri sollicitudine ab ignorantię imperitia, aut à præsumptionis vsurpatione reuocemus. His taliter consideratis, atque discretis, tamquam omnium curam gerentes propter sedis proprię dignitatem, suscepimus eos in communionem, &c. quoniam huic sanctæ sedi, propter prauorum hominum insidias, ipso Domino instituente, & sanctis Apostolis, eorumque successoribus per singula concilia roborantibus, hoc semper licuit, licebitque Domino auxiliante in perpetuum, &c. *Iul. ep. 2. ante canones, & c. 1.* Cap. XIV.

Felix almæ Romanæ Vrbis, & vniuersalis Ecclesiæ Episcopus, & sancta synodus, quæ in Vrbem Romam conuenit. *Felix ij. ep. 1. in princ.* Cap. XV.

Felix sanctæ vniuersalis Ecclesiæ Papa, atque per gratiam Dei Catholicæ, & Apostolicæ Ecclesiæ Vrbis Romæ Episcopus, vnà cum sancto Concilio nostro Reuerendissimor. Sacerdotum huc nobiscum conuenientinm, &c: *Felix ij. ep. 2. in prin.* Cap. XVI.

Domino sancto, & Apostolici culminis venerando Marco sanctæ Romanæ, & Apostolicæ sedis, atque vniuersalis Ecclesiæ Papæ. *Athanas. & vniuersi Ægyptior. Episcopi, &c.* Cap. XVII.

Domino beatissimo, & honorabili sancto Patri Liberio Papæ, Athanasius, & vniuersi Ægyptiorum Episcopi in vnum synodicè apud Alexandriam congregati. Vestræ beatissimæ Paternitatis iura penes Deum sunt manifesta, dum prædicationibus s. Apostolicis, & doctrinis veræ fidei cultura vniuersa repleta sit terra; per diuinorum tamen eruditionem eloquiorum, vestra instruente admonitione exhortatoria, superædificatur orthodoxa Christi Ecclesia, Apostolica institutio-

commendata, & à fidelibus Patribus firmissimè roborata, atque quam omnia omnes beatissimi Apostoli pari honoris, & potestatis consortio præditi, populorum agmina conuertentes, piè, iamdiuq; de tenebris ad lumen, de lapsu ad veram fidem, de morte ad vitam homines diuinæ prædestinationis gratiâ præscitos, salutaribus præceptis, ac monitis perduxerunt. quorum sanctorum Apostolorum vestra fraternitas honoranda sequens merita, & perfectius implens exempla Ecclesiam Dei morum probitate, & actuum sanctitate condecorat, & fide sacra, Christianisque moribus vigens, quæ fieri Deo placita præcipit, studijs Pontificalibus indesinenter operatur, & perficit, seruans legis diuinæ mandata, &c. Ea, quæ à sancta sede vestra, Apostolorum, eorumq. successor. prædicatione suscepimus, prædicamus, &c. *Athan. & alij ad Liberium in princ.*

CAP. XVIII.

Vniuersalis vobis à Christò Iesu commissa est Ecclesia, vt pro omnibus laboretis, & cunctis opem ferre non negligatis, &c. Æterna te seruet Diuinitas per multos annos sanctissime Patrum Pater. *Athan. & aly ad Liberium in fine.*

CAP. XIX.

Scimus, vt semper vestræ sedis Præsules, primò Apostoli, deinde successores eorum fecerunt; vos vniuersalis Ecclesiæ, & maximè Episcoporum, qui oculi, propter contemplationem, & speculationem vocantur Domini, curam gerere. *Athan. & aly ad Felic. ij. post med. Vid. Felix Episcopus ad Gregor.*

CAP. XX.

Domino beatissimo, & Apostolica reuerentia à nobis in Christo colendo Papæ Hilario, Ascanius Episcopus, & vniuersi Episcopi Tarraconensis prouinciæ. Etsi nulla dictaret necessitas Ecclesiasticæ disciplinæ, expetendum reuera nobis fuerat illud priuilegium sedis vestræ, quo susceptis regni clauibus post resurrectionem Saluatoris per totum orbem beatissimi Petri singularis prædicatio vniuersorum illuminatione prospexit. Cuius Vicarij principatus, sicut eminet, ita metuendus est ab omnibus, & amandus. Proinde nos Deum in vobis primitus adorantes, cui sine

3 fidem. querela seruitis, ad fidem † recurrimus, Apostolico ore laudatam, inde responsa quærentes, vnde nihil errore, nihil præsumptione, sed Pontificali totum deliberatione percipitur. *Ascanius, & alij Tarracon. Episcopi ad Hilar. ep. 2. in princ.*

CAP. XXI.

De cõsec. d. 3. c. 26. Domino, & sanctissimo fratri Siluestro Episcopo, &c. [De obseruatione Paschæ Domini, vt vno die, & tempore per omnem orbem obseruetur, & iuxta consuetudinem litteras ad omnes tu dirigas. *Arel. i. c. 1. Iuo par. 4. c. 19. decreti.*

CAP. XXII.

Si quid illud est magnum, vel paruum, quo variari videmur, ad vnam formulam præfixis rationabiliter capitulis reuocetur. Præcipuè cùm & de certis quibusdam caussis instructionem apud nos sedis Apostolicæ habeamus, quæ ad interrogationes suas quondam venerandæ memoriæ prædecessoris tui Profuturi prudentia ab ipsa beatissimi Petri accepit cathedra, &c. Relecta est auctoritas sedis Apostolicæ ad quondam Profuturum directa Episcopum, &c. *Brac. 1. c. 18.*

CAP. XXIII.

Placuit, vt eodem ordine missæ celebrentur ab omnibus quo Profuturus quondam huius Metropolitanæ Ecclesiæ Episcopus ab ipsa Apostolicæ. sedis auctoritate suscepit scriptum. *Brac. 1. c. 22.*

CAP. XXIV.

Placuit, vt nullus eum baptizandi ordinem prætermittat, quem & antea tenuit metropolitana Bracarensis Ecclesia, & pro amputanda aliquorum dubietate, prædictus Profuturus Episcopus scriptum, & sibi directum à sede beatissimi Petri Apostoli suscepit. *Brac. 1. c. 23.*

CAP. XXV.

Dilectissimo Domino fratri Syticio, Ambrosius, Sabinus, Bassianus, & cæteri. Recognouimus, litteris sanctitatis tuæ, boni pastoris excubias, qui diligenter commissam tibi ianuam serues, & pia sollicitudine Christi ouile custodias, dignus quem oues Domini audiant, & sequantur, &c. *Ambros. & alij ad Syric. in princ.*

CAP. XXVI.

Neque aliunde hæreses obortæ, aut nata sunt schismata: quàm inde, quod sacerdoti Dei non obtemperatur, nec vnus in Ecclesia ad tempus sacerdos, & ad tempus iudex vice Christi cogitatur, &c. *Cypr. lib. 1. ep. 3 & ep. 3. ad Cornelium post prin.*

CAP. XXVII.

Nos, inquiunt, Cornelium Episcopum sanctissimæ catholicæ Ecclesiæ, electum à Deo omnipotente, & Christo Domino nostro scimus, &c. Nec ignoramus, vnum Deum esse, & vnum Christum Dominum, quem confessi sumus, vnum Spiritum sanctum, vnum Episcopum in catholica Ecclesia esse debere. *Apud Cypr. ad Corn. ep. 12. in fi.*

CAP. XXVIII.

Beatissimæ vestræ salutis, ac sanctitatis iura penes Deum sunt manifesta, dum prædicationibus scilicet Apostolicis, & doctrinæ veræ fidei cultura, vniuersa repleta sit terra; per diuinorum tamen eruditionem eloquiorum, vestra instruente admonitione exhortatoria, superædificatur orthodoxa Christi Ecclesia Apostolica institutione fundata, & à fidelibus Patribus firmissimè roborata, &c. Scimus enim, vt semper sanctæ sedis Præsules, primò Apostoli, deinde successores eorum fecerunt, vos vniuersalis Ecclesiæ, & maximè Episcoporum, qui oculi propter contemplationem, & speculationem vocantur, Domini curam gerere, ac de religione, & lege vestra assiduè cogitare, sicut scriptum est; Beatus vir, qui meditatur in lege Domini die, ac nocte. *Felix Sicilia Episcop. ad Gregor. in princ. & ante finem. Vid. Athan. ad Felicem ij.* Psal. 1.

CAP. XXIX.

Domino nostro sanctissimo, & beatissimo

Archiepiscopo antiquæ Romæ, & œcumenico Patriarchæ Agapeto Marianus Presbyter. *in 5. Syn. act. 1.*

Cap. XXX

Alexander Episcopus omnibus orthodoxis, &c. Cogitantibus nobis metum diuini iudicij, & post vitam hanc vnumquemque prout gesserit receperurum, quid veniat in querelam, tacere non licuit; sed nobis, vobis loqui necessitas imperauit dicente Propheta: Exalta vt tuba vocem tuam. (*Isa. 58. a*) Et cui omnium Ecclesiarum commissa est cura, si dissimulem, audiam Domino dicente: Reiecistis mandatum Dei, vt statuatis traditiones vestras. (*Matt. 15. a. Marc. 7. b.*) *Alexan. epist. 1. in princ. Syric. ep. 3. in prin.*

Cap. XXXI.

(*De cons. d. 3. celebritatem 21.*) Victor Romanæ, ac vniuersalis Ecclesiæ Archiepiscopus Theophilo Episcopo, & cunctis fratribus in Alexandria, &c. Celebritatem sancti Paschæ die Dominica agi debere, & prædecessores nostri iam statuerunt, & nos illud vobis eadem die celebrari solemniter mandamus: quia non decet, vt membra à capite discrepent, nec contraria gerant. *Victor. ep. 1. in prin. Ivo par. 4. c. 4. decret. Anselm. l. 9. c. 60.*

Cap. XXXII.

Tantam à Domino huius sanctæ Sedis, & Apostolicæ Ecclesiæ fundatore, & B. Petro Principe Apostolorum accepimus fiduciam: vt pro Christi vniuersali sanguine redempta Ecclesia, impigro laboremus affectu, & omnibus Domino famulantibus succurramus, & cunctis piè viuentibus Apostolica auctoritate opem feramus. *Zephir. epist. 2. in princ.*

Cap. XXXIII.

Pontianus Sanctæ, & vniuersalis Ecclesiæ Episcopus, omnibus rectè Dominum † colentibus salutem, &c. *Pontia. ep. 2. in princ.* († Deum.)

Cap. XXXIV.

Dilectissimis, vbique Catholicæ Ecclesiæ comministris, Fabianus salutem in Domino. Diuinis præceptis, & Apostolicis monemur institutis, vt pro cunctarum Ecclesiarum statu impigro vigilemus affectu. Vnde consequens est, debere vos scire, quæ apud Romanam in sacro aguntur ritu Ecclesiam; vt eius sequentes exempla, eius veri filij inueniamini, quæ vestra est mater vocata. *Fabian. ep. 1. in princ. Leo ep. 4. in princ. Ansel. lib. 1. c. 34.*

Cap. XXXV.

Hæc ipse Dominus prohibet, id est, non debere iurare; hæc Apostoli maximè omnes, hæc Sancti viri prædecessores nostri, qui huic Sanctæ vniuersali Apostolicæ Ecclesiæ præfuerũt, &c. Hortamur frater, & mouemus tuam dilectionem; vt omnes semper prout melius potueris, adiuues, confortes, & consoleris: & Sacramenta, super quibus hanc sanctam Romanam, ac vniuersalem Ecclesiam consulere voluisti, fieri prohibeas. *Cornel. ep. 2. in princ. & in fine.*

Cap. XXXVI.

Is, qui Euangelium vindicabat, nesciebat in Ecclesia Catholica vnum Episcopum esse debere, vti videbat esse Presbyteros 46. Diaconos, 7. Subdiaconos, 7. Acolytos, 42. Exorcistas, Lectores, Ostiarios, 52. Viduas cum indigentibus mille quingentas, quos omnes Deus alit in Ecclesia sua. *Corne. apud Euseb. l. 6. cap. 33.*

Cap. XXXVII.

Hæc illis partibus quibus moraris, & in omnibus, quibus potueris, cunctis nota facito, & obseruari Apostolica mandato auctoritate, quia & nostri, nobisque commissi in Sancta, Apostolica, & vniuersali Ecclesia, omnes hæc obseruare nunc, & futuris temporibus professi sunt. *Stephan. ep. 1. in fine.*

Cap. XXXVIII.

Stephanus Sanctæ, Apostolicæ, & vniuersalis Romanæ Ecclesiæ Episcopus, omnibus per diuersas Prouincias constitutis Episcopis, in Domino salutem. *Stephan. ep. 2. in princ.*

Cap. XXXIX.

Flagitate, vt Deus, & Dominus noster, qui est refugium pauperum, & spes humilium, sanctam suam Ecclesiam, pretioso videlicet sanguine suo redemptam, & nos, qui eandem Sanctam Ecclesiam docere, regere, portare, & tueri debemus, de prædictis oppressionibus, & tentationibus huius sæculi nequam, atque de omnibus necessitatibus nostris misericorditer eruat, &c. *Steph. ep. 2. in fine.*

Cap. XL.

Olim, & ab initio tantam percepimus à beato Petro Apostolorum Principe fiduciam; vt habeamus auctoritatem vniuersali Ecclesiæ, auxiliante Domino subuenire, & quidquid noxium est, auctoritate Apostolica corrigere, & emendare. Ad hoc enim diuinæ dispensationis prouisio, gradus, & diuersos constituit ordines esse distinctos, & dum reuerentiam minores potioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderent; vna concordiæ fieret ex diuersitate contextio, & rectè officiorum gereretur administratio singulorum. *Dionys. ep. 2. in prin. Vide Liber. ep. 1. in prin. & Bonif. II. ep. 1. Ansel. lib. 1. cap. 39.*

Cap. XLI.

Dilectissimis fratribus vniuersis Episcopis per Antiochenam Prouinciã constitutis, Marcellus. Sollicitudinem omnium Ecclesiarum iuxta Apostolum, circumferentes, diuinæ circa nos gratiæ memores esse debemus, qui nos per dignationis suæ misericordiam, ob hoc ad fastigium Sacerdotale prouexit, vt mandatis ipsius inhærentes, in quadam Sacerdotum eius specula constituti, prohibeamus illicita, & sequenda doceamus. (*2. Cor. 11. g.*) *Marcellus ep. 1. in prin.*

Cap. XLII.

Benedictus Dominus Deus noster, qui per misericordiam suam, Romanam Ecclesiam B. Petri Apostolorum Principis Sacerdotio ditauit, nobisque viam monstrandam circa nos, propter vniuersalem curam, quam nobis propter priuilegium eiusdem Ecclesiæ, caritas † indulsit, &c. *Euseb. ep. 3. in prin.* († cantatis)

Cap. XLIII.

Dominis venerabilibus fratribus Athanasio,

tio, & vniuersis [illegible] ctiorum Episcopis, Marcus sanctæ, Romanæ, Apostolicæque sedis & vniuersalis E[c]clesiæ Episcopus. *Mar. ep. vni.*

CAP. XLIV.

24. q. 1. c. 13. Offi[cij] nostri consideratione non est nobis dissimulare, non est tacere libertas, quibus maior cunctis Christianæ Religionis zelus incumbit; nec per taciturnitatem aut fauere; aut consentire videamur fratrum nocumẽtis. *Iulius ep. 1. in fi. Ans. lib. 1. c. 38.* CAP. XLV.

De qua forma Episcoporum quædam est orta distinctio, &c. per quos ad vnam B. Petri sedem vniuersalis Ecclesiæ cura confluet, & nihil vsquam à suo capite dissideret. *Iul. ep. 1. in fine. Leo ep. 82. in fine.*

CAP. XLVI.

2. q. 7. in fancta. c. 4. Portemus onera omnium, qui grauantur; quinimò hæc portat in nobis beatus Apostolus Petrus, cuius vice fungimur legatione, & cuius regula informamur; quatenus eius fulti auxilio, ab omnibus nunc, & in perpetuum, tueamur aduersis. *Iulius ep. 2. in fine post canones.* CAP. XLVII.

Oportet nos, qui supra domum eius, hoc est, vniuersalem Ecclesiam Catholicam, Episcopale suscepimus ministerium, sollicitè vigilare; ne de sacris eius muneribus, id est, Apostolicis viris, Apostolorumque successoribus, atque ministris quisquam, nobis dormitantibus, valeat surripere, atque iniustè, nobisque inconsultis, damnari. *Damas. ep. 3. ad Stephanum, & alios Episcop. in prin.*

CAP. XLVIII.

Tantus vos beati Petri Apostolorum Principis amor incendat; vt in ouili ipsius, cui omnes creaturæ sunt traditæ, omnes taliter errantes, sanctis vestris studijs summo te dinregtare cum desiderio festinetis. *Damas. ep. 4. ante fin. Io. iij. Epist. sing. ante fin.*

CAP. XLIX.

Hiero. 9. d Si beatus Propheta ad lugenda populi peccata, non sibi ait lacrymas posse sufficere; quanto nos possumus dolore percelli, cùm eorum, qui in nostro sunt corpore, compellimur facinora deplorare: quibus præcipuè, secũdùm beatum Paulum, instantia quotidiana, & sollicitudo omnium Ecclesiarum, indesinenter incumbit: quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror? *Syrici ep. 1. c. 7.* CAP. L.

2. Cor. 11. g 2. Cor. 11. g Diligenter, & congruè Apostolici consultis honoris arcana; honoris inquam, illius, quem præter illa, quæ sunt extrinsecus, sollicitudo manet omnium Ecclesiarum super anxiis rebus, quæ sit tenenda sententia: antiquæ scilicet regulæ formam secuti, quam toto semper ab orbe mecum nostis esse seruatam, &c. Neque enim hæc vestram credo latere prudentiam, qui id etiam actione firmastis, scientes, quòd per omnes prouincias de Apostolico fonte petentibus respon-

24. q. 1. [illegible] n. sa semper emanent. Præsertim [quotiens fidei ratio ventilatur: arbitror omnes fratres, & coepiscopos nostros, non nisi ad Petrum, id est sui nominis, & honoris auctorem, referre debere; velut nunc retulit vestra dilectio: quod per totum mundum possit Ecclesiis omnibus in commune prodesse. *Innocent. ep. 25. vel 26. ad Milenit. concil. post princ. Anselm. lib. 1. c. 27. & lib. 2. cap. 54.*

CAP. LI.

Diuinis præceptis, & Apostolicis monitis incitamur, vt pro omnium Ecclesiarum statu impigro vigilemus affectu, ac si quid vsquam reprehensioni inueniatur obnoxium, celeri sollicitudine, aut ab ignorantiæ imperitia; aut à præsumptionis vsurpatione teuocemus. Monente enim Dominicæ vocis imperio, quo beatissimus Apostolus Petrus trina repetitione mysticæ sanctionis imbuitur, vt Christi oues, qui Christum diligit, pascat: Ipsius sedis, cui per abundantiam diuinæ gratiæ præsumus, reuerentia cohortamur; vt periculum desidiæ, quantum possumus, declinemus: ne professio summi Apostoli, qua se amatorem Domini esse testatus est, vana inueniatur in nobis. *Leo ep. 4. in prin. Fabia. ep. 1. in prin. Greg. iv. in ep. inc. Diuinis. Anselm. lib. 1. cap. 34 & 43. & lib. 2. cap. 22. Cæsar. lib. 5. cap. 6. Tarrac. lib. 1. cap. 286.* 25. q. 1. c. 2. Io. 21. c

CAP. LII.

Talis protinus de clero proprio Barcinonensibus Episcopus ordinetur, qualem te præcipuè frater Ascani oportet eligere, & decear consectare: ne si aliter fortè factum fuerit, non sine obiurgatione tui maximè nominis retundat nostra præceptio, quod in iniuriam Dei, à quo specialiter sacerdotalium est gratia dignitatum, didicerimus admissum. *Hilar. ep. 1. ad Ascanium Episc. c. 3. Ansel. li. 6. c. 101.* 7. q. 1. remoto. c. 30.

CAP. LIII.

Diuinæ circa nos gratiæ memores esse debemus, qui nos per dignationis suæ misericordiam, ob hoc ad fastigium sacerdotale prouexit, vt mandatis ipsius inhærentes, & in quadam sacerdotij eius specula constituti, prohibeamus illicita, & sequenda doceamus. *Hilar. ep. 3. in prin.* CAP. LIV.

Olim, & ab initio rantam percepimus à beato Petro Apostolorum Principe fiduciam; vt habeamus auctoritatem, vniuersali Ecclesiæ auxiliante Domino subuenire; & quidquid nociuum est, auctoritate Apostolica corrigere, & emendare. [Ad hoc enim diuinæ dispositionis prouisio gradus diuersos, & ordines constituit esse distinctos; vt dum reuerentiam minores prioribus exhiberent, & potiores minoribus dilectionem impenderẽt: vna concordiæ fieret ex diuersitate contextio, & rectè officiorũ gereretur administratio singulorum. Neque enim vniuersitas alia poterit ratione subsistere, nisi huiusmodi magnus eam differentiæ ordo seruaret, &c. Cælestium militiarum exempla nos instruunt, &c. vnumquodq; salubriter tunc completur officium, cùm fuerit vnus, ad quem possit recurri Dist. 89. c. vlt.

præpositus. *Bonif. ij. epist. 1. in princ. Grego. lib. 4. epist. 52. Vide Dionys. ep. 2. in prin. Gregor. vij. lib. 6. ep. 35. ad Rothomagen. & alios Episcop.*

CAP. LV.

Certè pro beati Petri Apostolorum Principis honore, per venerandam Chalcedonensem synodum Romano Pontifici oblatum est. Sed nullus eorum vmquam hoc singularitatis nomen assumpsit, nec vti consensit. Ne dum priuatum aliquod daretur vni, honore debito sacerdotes priuarentur vniuersi. Quid est ergo, quod non huius vocabuli gloriam, & oblatam non quærimus; & alter sibi hanc eripere etiam non oblatam præsumit? *Gregor. lib. 4. ep. 32. ad Mauricium Augustum.*

CAP. LVI.

Sicut veneranda mihi vestra sanctitas nouit, per sanctam Chalcedonensem synodum Pontifici sedis Apostolicæ, cui Deo disponente deseruio, hoc vniuersitatis nomen oblatum est. Sed nullus vmquam decessorum meorum hoc tam Profano vocabulo vti consensit, quia videlicet, etsi vnus Patriarcha vniuersalis dicitur; Patriarcharum nomen cęteris derogatur, Sed absit hoc, absit à Christiani mente id sibi velle quempiam arripere, vnde fratrum honorem suorum imminuere ex quantulacumque parte videatur. Cùm ergo nos hunc honorem nolumus oblatum suscipere: pensate, quàm ignominiosum sit hunc sibi quempiam violenter vsurpare voluisse. Propterea sanctitas vestra in suis Epistolis neminem vmquam vniuersalem nominet: ne sibi debitum derrahat, cùm alteri honorem offert indebitum. *Greg. lib. 4. epist. 36. ad Eulog. Episcop. Alex. & Anast. Episcop. Antioch.*

CAP. LVII.

Numquid nam non, sicut vestra sanctitas nouit, per venerandum Chalcedonense Concilium huius Apostolicæ sedis Antistites, cui Deo disponente deseruio, vniuersales oblato honore vocati sunt? sed tamen nullus vmquā tali vocabulo appellari voluit. Nullus sibi temerarium nomen arripuit; ne si sibi in Pontificatus gradu gloriam singularitatis arriperet, hanc omnibus fratribus denegasse videretur. *Greg. lib. 4. ep. 38. ad Ioan. Episcop. Constantinop.*

CAP. LVIII.

V. Dist. 99. c. vlt. in cuius verbis hæc explicantur. Ecce in præfatione Epistolæ, quam ad me ipsum, qui prohibui direxistis, superbæ appellationis verbum, vniuersalem Papam me dicentes, imprimere curastis. Quod peto dulcissima mihi sanctitas vestra vltra non faciat, quia vobis subtrahitur, quod alteri plus quàm ratio exigit præbetur: ego enim non verbis quæro prosperari, sed moribus: nec honorem esse depuro, in quo fratres meos honorem suum perdere cognosco, meus namq; honor est, honor vniuersalis Ecclesiæ, meus honor est fratrum meorum solidus vigor. Tunc ego verè honoratus sum, cùm singulis quibusque honor debitus non negatur. Si enim vniuersalem me Papam vestra sanctitas dicit; negat hoc se esse, quod me fatetur vniuersum. Sed absit hoc. Recedant verba, quæ vanitatem inflant, caritatem vulnerant. Et quidem in sancta Chalcedonensi synodo, atque post à subsequentibus Patribus hoc decessoribus meis oblatum, vestra sanctitas nouit. Sed tamen nullus eorum vti hoc vmquam vocabulo voluit, vt dum in hoc mundo honorem sacerdorum diligerent omnium, apud omnipotentem Deum custodirent suum. *Gregor. lib. 7. epist. 30. ad Eulog. Episc. Alexand. Anselm. lib. 6. c. 124. Tarrac. lib. 3. c. 66.*

CAP. LIX.

Ego autem pro te rogaui, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. *Luc. 22. c.* Confirmare eum fratres suos admonuit, quod Apostolicos Pontifices meæ exiguitatis prædecessores confidenter fecisse semper, cunctis est cognitum, &c. *Agatho. in epist. ad Constantinum Imperat. post princ. lecta in vj. syn. act. 4.*

CAP. LX.

Diuinis præceptis, & Apostolicis saluberrimis incitamur monitis, vt pro omnium Ecclesiarum statu, impigro vigilemus affectu, &c. *25. q. 1. c. 2.* & quia cunctarum dispositione diuina Ecclesiarum curam gerimus, &c. Nihil prius de eo, quod ad sinum sanctæ Romanæ confugit Ecclesiæ, eiusque implorat auxilium, decernatur: quàm ab eiusdem Ecclesiæ fuerit præceptum auctoritate; quæ vices suas ita aliis impertiuit Ecclesiis, vt in partem sint vocatæ sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis, si secus fiat, ab officio cleri submotus, Apostolicæ auctoritatis reus ab omnibus iudicetur, &c. *2. q. 6. c. 11. decr.* *Gregor. iv. in epist. incip. diuinis. Leo ep. 4. in prin. Iuo par. 5. c. 349. decr. & in ep. 1. ad Richerium Archiepiscopum Seuonen. Ansel. lib. 2. c. 17. Tarracon. lib. 1. cap. 286. Cæsar. lib. 5. cap. 6.*

CAP. LXI.

Quoniam cunctarum Christi ouium cura constringimur, cùm vices ipsius gerimus, cui specialiter diuinitus dicitur; Pasce oues meas; *Io. 21. c.* & iterum: Tu aliquando conuersus confirma fratres tuos: non potuimus negligere, quominus visitaremus oues dispersas, & dissipatas, vel quominus confirmaremus in fide, & bonis moribus fratres nostros, & proximos. *Luc. 22. d* *Nicol. epist. ad Episcopos Asiæ, & Africæ.*

CAP. LXII.

Priuilegia huic sanctæ Ecclesiæ à Christo donata, &c. nos cogunt, nosque compellunt, omnium habere sollicitudinem Ecclesiarum Dei. *Mic. ep. ad Mich. Imp. post med.*

CAP. LXIII.

Per has tres præcipuas Ecclesias (*loquitur de Romana, Alexandrina, & Antiochena*) omnium Ecclesiarum sollicitudo beatorum Apostolorum Principum Petri, ac Pauli proculdubio moderamen expectat, pro quib. Patrib. nos, diuinitus incremento gratiæ ministrato, nati sumus, filij, & constituti licet indi-

gni, licet eis longè meritis impares, Principes super omnem terram, id est, super vniuersam Ecclesiam. Terra enim Ecclesia dicitur, sicut *Psal. 1.* scriptum est: Non sic impij, non sic, sed tamquam puluis, quem proiicit ventus à facie terræ. Quæ, sicut sanctus Augustinus exponit, Ecclesia intelligitur. *Nic. ad Micha. Imper. post med.*

Cap. LXIV.

2. q. 1. c. 123. & 9. q. 3. c. 21. Per principalem beatorum Apostolorum Petri, ac Pauli, de qua supra partim exposuimus, potestatem, eius habemus, non solùm monachos, verùm etiam quoslibet clericos de quacunque diœcesi, cùm necesse fuerit ad nos conuocare, atque Ecclesiasticis exigentibus opportunitatibus inuitare. *Nicol. ad Micha. Imper. ante fin. Anselm. li. 1. c. 72.*

Cap. LXV.

Hanc professionem meam ego ille Episcopus manu propria scripsi, & tibi sanctissimo, ac ter beato, & coangelico Domino, summo Pontifici, & vniuersali Papæ, Hadriano per legatos tuos, Donatum videlicet, Stephanũ, sanctissimos Episcopos, atque Marinum sanctæ catholicæ Romanæ Ecclesiæ Diaconum obtuli mense illo, die illo. *Syno. CP. viij. act. 1. sub Hadr. ij. in libello dato ab ipso Hadr. legatis.*

Cap. LXVI.

Quòd solus Romanus Pontifex iure dicatur vniuersalis. *Greg. vij. lib. 2. reg. in dictato.*

Cap. LXVII.

Interfuistis & vos cum vniuersali Principe pastorum, simul cum ipso diuinitus loquentes, tam in spiritu, quamque littera, &c. tamquam ipsius diuini Petri vocem Agathonis relationem supermirati sumus. *Constantinus Imp. ad synodum Roman. vj. syno. CP. act. 18. post medium, & ante finem.*

Cap. LXVIII.

Imperator Flauius Constantinus fidelis magnus Imperator, *sacra* Dono sanctissimo, ac beatissimo Archiepiscopo antiquæ nostræ Romæ, & vniuersali Papæ. *Constantinus (iv.) ante vj. syn.*

Cap. LXIX.

Iustinianus (II.) Imperat. Ioanni (V.) sanctissimo, ac beatissimo Archiepiscopo antiquæ almæ vrbis, atque vniuersali Papæ. *Inst. vj. synod.*

Cap. LXX.

Ecclesiam in Christo vnam, & ouile vni obsecundans pastori, cuius tu minister, ac immolator existis verissimus. *Basil. Imp. in ep. ad Nicol. Papam, in fi. apud Syn. viij. CP. sub Hadr. 2. act. 3.*

Romana Ecclesia mater est, & caput aliarum. Tit. IV.

Caput I.

Math. 18. c. SI vbi sunt duo, aut tres congregati in nomine (*Christi*) ibi se in medio eorum fore perhibuit: quantam circa sacerdotes peculiaritatem potuit demonstrare, qui & patriæ, & liberis suæ confessionis notitiam prætulerunt? Quibus tu quidem sicut membris caput præeras. *Chalc. ep. ad Leon. post prin. act. 3.*

Cap. II.

Vt priuilegium sanctæ Romanæ Ecclesiæ, quod à priscis temporibus per piissimos Imperatores stabilitum est, atque firmatum, ita nunc à nobis firmetur, & diebus nostris, sicut condecet, immutilatum seruetur, & sancta Romana Ecclesia mater vestra exaltetur, protegatur, ac defendatur; quæ caput imperij vestri est. *Rauenn. conc. sub Ioanne ix. p. 3. c. 2.*

Cap. III.

Si quis sententiam, siue doctrinam (*Abbatis*) Ioachim in hac parte defendere, vel approbare præsumpserit; tamquam hæreticus ab omnibus confutetur. In nullo tamen per hoc, Florentino † monasterio, cuius ipse Ioachim extitit institutor, volumus derogari; maximè cum idem Ioachim omnia scripta sua nobis assignari mandauerit, Apostolicæ sedis iudicio approbanda, seu etiam corrigenda, dictans Epistolam, cui propria manu subscripsit, in qua firmiter confitetur, se illam fidem tenere, quam Romana tenet Ecclesia, quæ cunctorum fidelium, disponente Domino, mater est, & magistra. *Innoc. iij. in Conc. gen. Lat. c. 2. in fine.* *De sũm. Tr. c. 2. in fi. Gre. ix. & in 4. collec.* *† Florẽti.*

Cap. IV.

Baptizatos à Latinis, ipsi Græci rebaptizare ausu temerario præsumebant, & adhuc, sicut accepimus, quidam agere hoc non verentur. Volentes ergo tantum ab Ecclesia Dei scandalum amouere, sacro suadente concilio districtè præcipimus, vt talia de cetero non præsumant, conformantes se tamquam obedientiæ filij, sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ matri suæ, vt sit vnum ouile, & vnus pastor. *Inno. iij. in conc. gen. Later. c. 4.* *De Bapt. c. vlt. apud Gre. ix. & c. 1. eod tit. in 4. collect.*

Cap. V.

Antiqua Patriarchalium sedium priuilegia renouantes, sacra vniuersali synodo approbante sancimus; vt post Romanam Ecclesiam, quæ, disponente Domino, super omnes alias ordinariæ potestatis obtinet principatum, vtpote mater vniuersor. Christi fideliũ, & magistra, Constantinopolitana primum, Alexandrina secundum, Antiochena tertiũ, Hierosolymitana quartum locum obtineant, seruata cuilibet propria dignitate, ita quod postquam eorum Antistites à Romano Pontifice receperint pallium, quod est plenitudinis Pontificalis insigne, præstito sibi fidelitatis, & obedientiæ iuramento, licenter & ipsi suis suffraganeis pallium largiantur, recipientes pro se professionem canonicam, & pro Romana Ecclesia sponsionem obedientiæ ab eisdem. Dominicæ verò crucis vexillum ante se faciant vbique deferri, nisi in vrbe Romana, & vbicũque Summus Pontifex præsens extiterit, vel eius Legatus vtens insignis Apostolicæ dignitatis. In omnibus autem prouinciis corũ iurisdictioni subiectis, *De priuileg. 23. Greg. ix. cap. 6. eo. tit. in 4. collect.*

ad eos, cùm necesse fuerit prouocetur: saluis appellationibus ad sedem Apostolicam interpositis, quibus est ab omnibus humiliter deferendum. *Innoc. iij. in conc. gen. Lat. c. 5.*

CAP. VI.

Optamus, vt à vestræ sanctæ sedis auctoritate, quæ est mater, & caput omnium Ecclesiarum, ad correctionem, & recreationem fidelium orthodoxorum (*septuaginta capitula Nicæni concilij*) percipere per præsentes legatos mereamur, &c. Verè nouimus, Apostolatus vestri cor gratiâ sancti spiritus in tantum esse accensum; vt omnibus oppressis succurratis: quanto magis nobis, qui, licet exigui ordinis, tamen vestri sumus, vobisque obedientes, cùm omnibus nobis commissis, & sumus, & semper esse volumus. *Athanasius, & alij ad Marcum Papam, post med.*

CAP. VII.

9. q. 3. c. 14. aliorum in fine. Sanctorum voce patet, Pontificum dignitatem sedis eius (*Romana*) factam toto orbe venerabilem, dum illi, quidquid fidelium est, vbique submittitur, dum totius corporis caput esse designatur. *Ennod. pro Symma. post med. Ansel. lib. 1. c. 24. Cæsar. lib. 5. c. 2.*

CAP. VIII.

His, & aliis fulti quamplurimi Dominicis præceptis, cum omnibus huius sanctæ sedis, quàm Dominus caput totius Ecclesiæ constituit, membris, talia fieri prohibemus. Nam & à prædecessoribus nostris inhibitum legimus, vt nemo contristet doctores. Ipse namque Apostolorum Princeps in ordinatione beati Clementis populum instruens ait: Quicumque contristauerit doctorem veritatis, peccat in Christum, & patrem omnium exacerbat Deum. *Alex. ep. 1. ante medium.*

CAP. IX.

Ostendit Hincmarus ipsi Christianissimo Principi (*Carolo*) coram sancta synodo diploma factum, ipsius venerandi Principis manibus insignitum, & sigillo subtersignatum, ex approbatione suæ ordinationis ad eandem sanctam, & Apostolicam, omnium scilicet Ecclesiarum matrem, Romanam Ecclesiam. *Synod. apud D. Medardum in caussa Hincmari, post med.*

CAP. X.

In memoriam beati Petri Apostoli, honoremus sanctam, Romanam, & Apostolicam sedem; vt quæ nobis sacerdotalis mater est dignitatis, esse debeat magistra Ecclesiasticæ rationis. Quare seruanda est cum mansuetudine humilitas; vt licet vix ferendum, ab illa sancta sede imponatur iugum, conferamus, † & pia deuotione toleremus. *Tribur. c. 30.* *† feramus f.*

CAP. XI.

Si quæ causæ difficiliores inter vos ortæ fuerint, ad huius sanctæ sedis apicem eas, quasi ad caput, referte; vt Apostolico retineantur iudicio, quia sic Dominum velle, ab eoque ita constitutum esse, antedictis testimoniis declaratur. [Hæc verò Apostolica sedes [illegible], & caput omnium Ecclesiarum, à *Dist. 22. sacrosancta. cap. 1. in fine.* Domino, & non ab alio est constituta; & sicut cardine ostium regitur, sic huius sanctæ sedis auctoritate omnes Ecclesiæ, Domino disponente, reguntur. *Anacle. ep. 3. post prin. Burchar. lib. 1. c. 178. Iuo lib. 4. tit. 1. c. 2. panor. & par. 5. cap. 294. decr. Anselm. l. 1. c. 2. in fine.*

CAP. XII.

Vos Apostolica auctoritate instruimus, omnes eadem seruare debere, quia & nos eadem seruamus: nec debetis à capite quoquomodo dissidere, &c. *Pius ep. 1. in prin. Iuo p. 4. c. 3. decret.* *De cõsec. d. 3. nosse. 21.*

CAP. XIII.

Hanc sanctam sedem Apostolicam omnium Ecclesiarum caput esse (*Christus*) præcepit, ipso dicente Principi Apostolorum Petro: Tu es Petrus, &c. & portæ, &c. & tibi dabo, &c. quodcumque ligaueritis, &c. *Pius ep. 1. in prin.* *Matth. 16. c.*

CAP. XIV.

Celebritatem sancti Paschæ die Dominica agi debere, & prædecessores nostri iam statuerunt, & nos illud vobis eadem die celebrari solemniter mandamus; quia non decet, vt membra à capite discrepent, nec contraria gerant. *Victor ep. 1. in prin. Iuo part. 4. c. 4 decret. Anselm. lib. 9. cap. 60.* *De cons. d. 3. c. 21.*

CAP. XV.

Ad sedem Apostolicam ab omnibus, maximè tamen ab oppressis, appellandum est, & concurrendum, quasi ad matrem, vt eius vberibus nutriantur, auctoritate defendantur, & à suis oppressionibus releuentur: quia non potest, nec debet mater obliuisci filium suum. *Zephyr. ep. 1. in med. Ansel. lib. 2. c. 6. Tarrac. l. 1. c. 276.* *2. q. 6. c. 8. ad Romanam.*

CAP. XVI.

Non decet † à capite membra dissidere: † sed iuxta sacræ Scripturæ testimonium, omnia membra caput sequantur. Nulli verò dubium est, quod Apostolica Ecclesia mater sit omnium Ecclesiarum; à cuius vos regulis nullatenus cõuenit deuiare. Et sicut Dei filius venit facere voluntatem Patris; sic & vos voluntatem vestræ impleatis matris, quæ est Ecclesia, cuius caput, vt prædictum est, Romana existit Ecclesia. Quidquid ergo sine discretione iustitiæ contra huius disciplinam actum fuerit, ratum haberi, ratio nulla permittit. *Callist. ep. 1. in prin. Anselm. lib. 1. c. 12. Tarrac. lib. 1. c. 277.* *d. 12. c. 1. † debere † discedere. 1. Cor. 12 d*

CAP. XVII.

Diuinis præceptis, & Apostolicis monemur institutis; vt pro cunctarum Ecclesiarum statu impigro vigilemus affectu. Vnde consequens est, debere vos scire, quæ apud Romanam in sacro aguntur ritu Ecclesiam; vt eius sequentes exempla eius veri filij inueniamini, quę vestra est mater vocata. *Fabian. ep. 1. in prin. Leo ep. 4. in princ. Gregor. iv. in ep. incip. Diuinis. Ansel. lib. 1. c. 34.*

CAP. XVIII.

Singuli prouideant, ne talia audeant perpetrare, [amputato totius vsurpationis excessu; quia nullus debet præsumere, quæ sibi non videntur esse concessa: quàm culpam *25. q. 2. 11.*

nullo modo potuissetis incidere; si vnde consecrationem honoris accipitis, inde legem totius obseruantiæ sumeretis, & beati Apostoli Petri sedes, quæ vobis sacerdotalis mater est dignitatis, esset ecclesiasticæ magistra rationis. *Iulius ep.1. in fin. Ansel. lib. 2. ca. 61. & lib. 6. c. 127.*

CAP. XIX.

Qui metropoles tenent sedes, Archiepiscopi vocantur, & non Primates, salua in omnibus Apostolicæ sedis dignitate, quæ ei ab ipso Domino est concessa, & postea à Sanctis Patribus roborata. *Felix ij. ep. 1. c. 12. Burch. l. 1. c. 163. Ivo par. 5. c. 273. decr.*

CAP. XX.

2.q.6.c. 16. quoniam. Dum prædictam Romanam matrem appellauerint Ecclesiam, aut ab ea se audiri exposcerint; nullus eos aut excommunicare, aut eorum sedes subripere, &c. præsumat, &c. sed & ipsum in Nicæna synodo constitutum est, &c. Quando tu Athanasi, & Paulus CP. Asclepius Gazę, & Lucianus Hadrianopolites ab Orientalibus Episcopis, inconsulto sanctæ memoriæ Iulio prædecessore nostro, damnati estis, ad eum, quasi ad totius orbis caput, vt semper huic sanctæ sedi licitum fuit, confugistis. *Felix. ij. ep. 1. c. 19. Ansel. lib. 2. c. 59. Tarrac. lib. 2. c. 43.*

CAP. XXI.

Aduerti, sedi Apostolicæ, ad quam relatio quasi ad caput ecclesiarum missa currebat, fieri iniuriam, cuius adhuc in ambiguum sententia duceretur. *Inno. ep. 22. in princ. ad Episcopos Macedoniæ.*

CAP. XXII.

Inquirendo de his rebus, quas omni cum sollicitudine decet à sacerdotibus, maximè à vero, iustoque, & catholico tractari concilio, antiquæ traditionis exempla seruantes, &c. ad nostrum referendum approbastis esse iudicium, scientes, quid Apostolicę sedi, cùm omnes hoc loco positi ipsum sequi desideremus Apostolum, debeatur, à quo ipse Episcopatus, & tota auctoritas huius nominis emersit. Quem sequentes, tam mala, iam damnare nouimus, quàm probare laudanda: vel id verò; quod Patrum instituta sacerdotali officio custodientes, non censetis esse calcanda: quod illi non humana, sed diuina decreuere sententia: vt quidquid, quamuis de disiunctis, remotisque prouinciis ageretur, non prius ducerent finiendum, nisi ad huius sedis notitiam perueniret; vt tota huius auctoritate iusta pronunciatio firmaretur: indéque sumerent cæteræ Ecclesiæ quid præcipere, quos abluere, quos veluti in cœno inemundabili sordidatos, mundi digna corporibus vnda vitaret. *Innoc. ep. 25. ad Concil. Carthag. in prin.*

CAP. XXIII.

Dist. 97. c. 1. Bonifacius Episcopus Honorio Augusto. [Ecclesiæ meæ, cui Deus noster meum sacerdotium vobis tes humanas regentibus deputauit, cura constringit; ne causis eius, quamuis adhuc corporis incommoditate detineat, propter conuentus, qui à sacerdotibus vniuersis, & clericis, & Christianæ plebis perturbationibus agitantur, apud aures Christianissimi Principis desim, &c. Ipsa ergo, quæ vni desponsata est, vestra tamen mater est Ecclesia, hac pietatem vestram legatione, quam suis sacerdotibus commisit, appellat, &c. teste, apud quem & de cuius sede agitur, sancto Petro, sollicitis pro religionis obseruantia vocibus clamat. *Bonif. ep. 1. ad Honor. Imper. in prin.*

CAP. XXIV.

Hanc culpam nullo modo potuissetis incidere; si vnde consecrationem honoris accepistis, inde legem totius obseruantiæ sumeretis: & beati Petri Apostoli sedes, quæ vobis sacerdotalis mater est dignitatis, esset ecclesiasticæ magistra rationis. *Leo. ep. 4. ad Episcop. Sicil. c. 1. Ansel. lib. 9. c. 15.*

CAP. XXV.

Remeantibus ad nos fratribus, & consacerdotibus nostris, quos ad sanctum concilium sedes beati Petri direxit: agnouimus, dilectionem tuam superno adiutorio, nobiscum, tam Nestorianæ impietatis, quàm Eutychianæ vesaniæ, extitisse victricem. Vnde gloriamur in Domino, qui nullum nos in nostris fratribus detrimentum sustinere permisit; sed quę nostro prius ministerio definierat, vniuersæ fraternitatis irretractabili firmauit assensu, vt verè à se prodiisse ostenderit, quod prius à prima omnium sede formatum, totius Christiani orbis iudicium recepisset: vt in hoc quoque capiti membra concordent, in quo nobis amplius accrescit gaudendi materia; dum & tanto mágis se perculit inimicus, quanto contra Christi ministros sæuius insurrexit: Nam ne aliarum sedium, ad eam, quam cæteris omnium Dominus statuit præsidere, consensus assentatio videretur, aut alia quælibet subrepere posset diuersa suspicio; inuenti prius sunt, qui de iudiciis nostris ambigerent. *Leo ep. 61. ad Theodoretum Cyri Episcopum, in prin.*

CAP. XXVI.

Satis indignum est, quemquam vel Pontificum, vel ordinum subsequentium hanc obseruationem refutare, quam beati Petri sedem & sequi videat, & docere, satisque conueniens sit, vt totum corpus Ecclesiæ in hac sibimet obseruatione concordet, quam illic vigere conspiciat, vbi Dominus Ecclesiæ totius posuit principatum, &c. *Gelas. ep. 1. c. 11. Vide Verma. 48. Ansel. lib. 5. c. 4.* De cõsec. d. 1. basilicas. c. 5.

CAP. XXVII.

Apostolicæ sedis auctoritas, quod cunctis sæculis Christianis, & Ecclesiæ prælata sit vniuersæ, & canonum serie paternorum, & multiplici traditione firmatur. *Gelas. ep. 5. ad Anast. Aug. in fine.*

CAP. XXVIII.

Ad sedem Apostolicam misistis super quibusdã cõsultis quasi ad caput: vt inde accipe-

retis responsa, vnde omnis Ecclesia totius religionis sumpsit exordium. *Felix IV. ep. 1. in prin.*

Cap. XXIX.

Nulli vel tenuiter sentienti, vel pleniter sapienti dubium est, quod Ecclesia Romana fundamentum, & forma sit Ecclesiarum. A qua omnes ecclesias principium sumpsisse, nemo rectè credentium ignorat. Quoniam licet omnium Apostolorum par esset electio, beato tamen Petro concessum est, vt cęteris præmineret, vnde & Cephas vocatur, quia caput est, & primus omnium Apostolorum: & quod in capite præcessit, in membris sequi necesse est. Quamobrem sancta Romana Ecclesia, eius merito, Domini voce consecrata, & sanctorum Patrum auctoritate roborata, primarum tenet omnium ecclesiarum. Ad quam tam summa Episcoporum iudicia, & negotia, atque querelę, quàm & maiores
2. q. 6. c. 12. & 14. ecclesiarum quæstiones, quasi ad caput semper referenda sunt. Nam & [qui se scit aliis esse præpositum, non molestè ferat, aliquem esse sibi prælatum. Ipsa namque Ecclesia, quæ prima est: ita reliquis Ecclesiis vices suas credidit largiendas; vt in partem sint vocatæ sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis. Vnde omnium appellantium Apostolicam sedem Episcoporum iudicia, & cunctarum maiorum negotia causarum eidem sanctæ sedi reseruata esse liquet; præsertim cùm in his omnibus eius semper sit expectandum consultum, cuius tramiti si quis obuiare tentauerit, sacerdotum causas se, non sine honoris sui periculo, apud eandem sedem nouerit redditurum. *Vigil. ep. vn. c. 7. Iulius ep. 1. in fi. Leo. ep. 82. in fi. Tolet. xi. c. 10. Greg. iv. ad omnes Episcopos German. & Galliæ in ep. incip. Diuinis. Ansel. lib. 1. c. 9. & lib. 2. c. 18.*

Cap. XXX.

Orate fratres, vt honor Ecclesiasticis nostris diebus non euacuetur; nec vnquam Romana sedes, quæ instruente Domino caput est omnium ecclesiarum, priuilegiis suis vsquam careat, aut spolietur. *Pelag. ij. ep. 1. ante medium.*

Cap. XXXI.

His portitoribus, & testimonia aliquorum sanctorum Patrum, quos hæc Apostolica Christi Ecclesia suscipit, cum eorum libris tradidimus; vt facultatem suggerendi à benignissimo vestræ Christianitatis imperio consecuti, ex his dumtaxat satisfacere studeant, dum Imperialis mansuetudo præceperit, quid hæc spiritalis mater eorum, ac Deo propagati imperij Apostolica Christi Ecclesia credat, & prædicet; non per eloquentiam sæcularem, quæ nec suppetit idiotis hominib. sed per sinceritatem Apostolicæ fidei, in qua & ab incunabulis edocti, vsque in finem propagatori vestri imperij cæli Domino omnes nobiscum deprecamur seruire, atque obedire. *Agatho ep. ad Constan. iv. Imp. post prin. apud syn. vi. act. 4.*

Cap. XXXII.

Nulli dubium sit, quod non solùm Pontificalis accusatio, sed omnis sanctæ religionis relatio ad sedem Apostolicam quasi ad caput ecclesiarum debet referri, &c. *Gregor. iv. Episcopis per Galliam, & Germ. Ansel. l. 1. c. 20.*

Cap. XXXIII.

Vestra sanctitas piissimis, & triumphatoribus nostris Imperatoribus inducat in animum, vt falsam congregationem illam sine consensu, ac præsentia Apostolicæ sedis, contra omnem Patrum venerabilium traditionem, contra venerandas imagines, sine ordine, & debita conuocatione factam, execretur, quò omne zizanium ab Ecclesia eradicetur, & Iesu Christi Domini nostri verbum impleatur. Et portæ inferor, &c. Tu es Petrus, *Mat. 16. c.* &c. cuius etiam sedes per totum terrarum orbem primatum obtinens lucet, omniumque ecclesiarum Dei caput existit. Vnde & ipse beatus Petrus Apostolus Dei iussu Ecclesiam pascens, nihil omninò prætermisit: sed vbiq; principatum obtinuit, & obtinet. Cui etiam, & nostræ beatæ, & Apostolicæ sedi, quę est omnium ecclesiarum Dei caput, velim beata vestra sanctitas ex sincera mente, & toto corde agglutinetur, vtpote quæ reuerà sit rectè sentiens, & pietatis incorruptæ conseruatrix. *Hadr. ad Thoras. C P. post med. vij. syn. act. 2.*

Cap. XXXIV.

Dicendum est omnibus Gallis, & per veram obedientiam præcipiendum, vt vnaquęque domus saltem vnum denarium annuatim soluant beato Petro, si eum recognoscunt Patrem, & Pastorem suum more antiquo, nam Carol. Imperator, sicut legitur in tomo eius, qui in archiuio ecclesię beati Petri habetur, in tribus locis annuatim colligebat mille, & ducentas libras ad seruitium Apostolicę sedis, excepto hoc, quod vnusquisq; propria deuotione offerebat. *Greg. vij. lib. 8. regist. epist. 23.*

Cap. XXXV.

Constantinus, & Helena adeo sanctam matrem vestram, catholicam, & spiritualem Romanam Ecclesiam exaltarunt; vt planè spes sit, eorum appellationem in vestra cognomēta transituram, &c. *Hadrian. ad Constantin. & Irenem, in prin. vij. syn. act. 2.*

Cap. XXXVI.

Animaduertendum est, quia non Nicæna, non denique vlla synodus quidquam Romanæ contulit Ecclesiæ priuilegij, quæ in Petro nouerat eam totius iura potestatis pleniter meruisse, & cunctarum Christi ouium regimen accepisse, sicut beatus Præsul Bonifacius, attestatur, vniuersis Episcopis per Thessaliam constitutis scribens. Institutio vniuersalis nascentis Ecclesiæ de beati Petri sumpsit honore principium, in quo regimen eius, & summa consistit. Ex eius enim ecclesiastica disciplina per omnes Ecclesias, religionis iam crescente cultura, fons emanauit. Nicænæ synodi non aliud præcepta testantur, adeo vt non aliquid super eam ausa sit constituere; cùm videret nihil supra meritum

suum posse conferri. Omnia deniq; huic nouerat Domini sermone concessa. Si omnia, ergo nihil defuit, quod illi non cesserit. Deniq; si instituta Nicænæ synodi diligenter inspiciantur, inuenietur profectò, quia Romanæ Ecclesiæ nullum eadem Synodus contulit incrementum: sed potius ex eius forma, quod Alexandrinæ Ecclesiæ tribueret particulariter, sumpsit exemplum. Hæc igitur, & his similia, nos pro cunctis Ecclesiis sollicitos reddunt. Hæc etiam de Constantinopolitana Ecclesia impigram curam arripere vehementer hortantur. Hæc inquam, Ignatium Patriarcham, nulla regula, nulloque ordine Ecclesiastico dictante deiectum, tanquam fratrem adiuuare compellunt. Nam & inter cæteras, per quem nobis præcipuè ista sunt
Luc. 22. priuilegia collata, Tu aliquando conuersus, audiuit à Domino, confirma fratres tuos. Siquidem & ideò in culpam cecidit, vt sciret, qualiter eorum infirmitatis misereri debuisset. Hæc priuilegia Photium, viuente Ignatio in caulas Dominicas non per ostium, sed aliunde ascendentem, & pastorem impellentem & oues dispergentem, nobis & ab honore, quem irregulariter vsurpauit, & à communione Christianorum amouere, diuinitus inspirata iusserunt. *Nic. ad Mich. Imp. post med.*

CAP. XXXVII.

Quod audiens sancta Romana Ecclesia mater vestra, & totius Christianitatis, sicut scitis, magistra, congregato è diuersis partibus concilio multorum sacerdotum, &c. Gotefredum excommunicauit, & anathematis iaculo, vnà cum omnibus sibi consentientib. transfixit. *Greg. vij. lib. 2. regist. ep. 15. in medio.*

CAP. XXXVIII.

Vt filios carissimos vos adhortor, & moneo: vt vos sicut bonæ soboles, etsi post diuturnas scissuras, demum tamen, vt matrem reuerà vestram Romanam Ecclesiam recognoscatis; & vos fratres Episcopi Romanæ Ecclesiæ ordinem, & officium recipiatis, non Toletanæ, vel cuiuslibet aliæ, sed istius, quæ à Petro, & Paulo supra firmam petram per Christum fundata est, & sanguine consecrata, cui portæ inferi, id est, linguæ hæreticorum, numquam præualere potuerunt, sicut cætera regna Occidentis, & Septentrionis, teneatis. Vnde enim nō dubitatis vos suscepisse religionis exordium, restat etiam, vt inde recipiatis in Ecclesiastico ordine diuinum officium. *Greg. vij. lib. 1. registr. ep. 67. ante medium.*

De electione, & consecratione Pon. max.

Tit. V.

De elect. c. 6. Greg. in c. 13. eo tit. in 1. collec. * Romani.

CAP. I.

LIcet de euitanda discordia in electione Summi † Pontificis, manifesta satis à nostris prædecessoribus constituta manauerint, &c. Nos de consilio fratrum nostrorum, & sacri approbatione concilij, aliquid decreuimus adiungendum. Statuimus igitur, vt si inter Cardinales de substituendo Pontifice non potuerit plena esse concordia, & duabus partibus cōcordantibus, tertia pars noluerit concordare, aut sibi alium præsumpserit ordinare, † ille Romanus Pontifex habeatur, † qui à duabus partibus fuerit electus, & receptus. Si quis autem de tertiæ partis nominatione confisus, quia rem non potest, sibi nomen Episcopi vsurpauerit: tam ipse, quàm qui eum receperint, excommunicationi subiaceant, & totius sacri ordinis priuatione mulctentur: ita vt viatici eis etiam, nisi tantum in vltimis, communio denegetur. Et nisi resipuerint, cum Dathan, & Abiron, quos terra viuos absorbuit, accipiant portionem. Præterea si à paucioribus aliquis, quàm à duabus partibus fuerit electus ad Apostolatus officium, nisi maior concordia intercesserit, nullatenus assumatur, & prædictæ pœnæ subiaceat, si humiliter noluerit abstinere. Ex hoc tamen nullum alijs ecclesiis præiudicium generetur, &c. quia quod in eis dubium venerit, superioris poterit iudicio definiri. In Romana verò Ecclesia aliquid speciale constituitur, quia non potest recursus ad superiorem haberi. *Alex. iij. in Conc. Later. c. 1.*

† nominare. † ab vniuersa Ecclesia acceptatur Episcop. Num. 16.

CAP. II.

Si quis presbyter, aut diaconus, aut clericus, Papa incolumi, & eo inconsulto, aut subscriptionem pro Romano Pontificatu, commodare, aut pitatia † promittere, aut sacramentum præbere tentauerit, aut aliquod certè suffragium polliceri, vel de hac causa priuatis conuenticulis factis deliberare, atq; decernere; loci sui dignitate, atque communione priuetur. *Symma. syn. Rom. 1. c. 3. & 4. Burch. lib. 1. c. 223. Iuo par. 5. c. 236. decr. Ansel. lib. 6. c. 1. Cæsar. lib. 3. c. 4. Tarrac. l. 3. c. 56.* Dist. 79. c. 2. † pittacio.

CAP. III.

Si, quod absit, transitus Papæ inopinatus euenerit; vt de sui electione successoris non possit antè decernere: si quidem in vnum totius inclinauerit ecclesiastici ordinis electio; consecretur electus Episcopus, si enim, vt fieri solet, studia cœperint esse diuersa eorum de quibus certamen emerserit; vincat sententia plurimor. *Symma. in Syno. Ro. 1. c. 4. Iuo lib. 5. tit. 1. c. 2. panor. Ansel. lib. 6. cap. 2. Deus dedit cap. 1. Cæsar. lib. 3. c. 4. Tarrac. l. 3. c. 57.* Dist. 79. c. 10. & 8. qu. 1. in prin.

CAP. IV.

Si quis ad ecclesiasticam pertulerit notitiam consilia eorum, qui contra hanc synodum de Pontificatu egerint ambitu, & rationabili probatione conuicerit; particeps actionis huiusmodi, non solùm purgatus ab omni culpa sit: sed etiam remuneratione, quæ non indigna sit, subleuetur. *Symma. in Syno. Rom. 1. cap. 5. Ansel. lib. 6. c. 1.* Dist. 79. c. 2. in fi.

CAP. V.

Quia necessitatis causa de Portuensi ec-

clesia Formosus pro vitæ merito ad Apostolicam sedem prouectus est, statuimus, & omnino decernimus, vt id in exemplum nullus adsumat. *Rauen. conc. sub. Io. ix. c. 3.*

CAP. VI.

Dist. 63. c. quia sancta 28. Quia sancta Romana Ecclesia, cui Deo auctore præsidemus, plurimas patitur violentias Pontifice obeunte, quæ ob hoc inferuntur, quia absque Imperatoris notitia, & suorum Legatorum præsentia Pontificis fit consecratio; nec canonico ritu, & consuetudine, ab Imperatore directi intersint nuntij, qui violentiam, & scandala in eius consecratione non permittant fieri: volumus, id vt deinceps abdicatur, & instituendus Pontifex conuenientibus Episcopis, & vniuerso clero eligatur, expetente senatu, & populo: qui ordinandus est, sit in conspectu omnium celeberrimè electus, ab omnibus, præsentibus Legatis Imperialibus consecretur; nullusque sine periculo iuramenta, vel promissiones aliquas noua adinuentione ab eo audeat extorquere, nisi quæ antiqua exigit consuetudo, ne Ecclesia scandalizetur, vel Imperatoris honorificentia minuatur. *Rauenn. concil. sub Io. ix. c. 10. panor. 13. c. 1. Steph. Papa.*

CAP. VII.

Dist. 23. c. 1. in nomine. Nicolaus Episcopus seruus seruorum Dei, omnibus Episcopis catholicis, cunctoq; clero, & populo, &c. Vigilantia vniuersalis regiminis assiduam sollicitudinem omnibus debentes, saluti quoque vestræ prouidentes, quæ in Romana synodo coram CXIII. Episcopis, nobis præsidentibus, sunt constituta, &c. exequutores eorum vos esse optamus, & Apostolica auctoritate iubendo mandamus, &c. Primò est statutū, vt electio Romani Pontificis in potestate Cardinalium Episcoporum *Dist. 79. c. 1. & 9. si quis.* sit ita, vt [si quis sine præmissa concordi, ac canonica electione eorum, ac deinde sequentium ordinum, religiosorum, clericorum, & laïcorum consensu inthronizatur: non Papa, vel Apostolicus, sed Apostaticus habeatur. *Nicol. ij. in conc. Rom. CXIII. Episcopor. c. 1. Iuo par. 5. c. 80. decr. Ansel. lib. 6. cap. 13. & in addit. c. 12. Cæsaraug. lib. 3. c. 9.*

CAP. VIII.

Dist. 79. c. 1. & 9. si quis. Auctoritate Apostolica decernimus, quod in alijs conuentibus nostris decreuimus, vt [si quis pecunia, vel gratia humana, vel populari, seu militari tumultu, sine concordi, & canonica electione, ac benedictione Cardinalium Episcoporum, ac deinde sequentium ordinum, religiosorum, clericorum, fuerit Apostolicæ sedi inthronizatus, non Papa, vel Apostolicus, sed Apostaticus habeatur. Liceatq; Cardinalibus, Episcopis, cum religiosis, & Deum timentibus clericis, & laicis, inuasorem etiam cum anathemate, & humano auxilio, & studio à sede Apostolica repellere, & quem dignum iudicauerint, præponere. Quòd si hoc intra vrbē perficere nequiuerint, nostra auctoritate Apostolica extra vrbem congregari in loco, qui eis placuerit, eligant quem digniorem, & vtiliorem Apostolicæ sedi perspexerint, concessa ei auctoritate regendi, & disponendi res, & vtilitatem sanctæ Romanæ Ecclesiæ, secundùm quod ei melius videbitur, iuxta qualitatem temporis, quasi iam omnino inthronizatus sit. *Nicol. ij. in conc. Rom. CXIII. Episcopor. in fi. Iuo par. 5. c. 80. decr. Anselm. lib. 6. cap. 13. & 12. in addit. Cæsaraug. lib. 3. c. 9. & 10.*

CAP. IX.

Hic ipse Petrus in auribus totius Ecclesiæ hæc protulit verba: Clementem hunc Episcopum vobis ordino, quem præ cæteris expertus sum Deum colentem, homines diligentem, castum, discendi studiis deditum, sobrium, benignum, iustum, patientem, &c. *Clemen. ep. 1. in princ.*

CAP. X.

Tu ad hoc solùm vacato, vt opportunè, & sine intermissione doceas verbum Dei, per quod salutem consequi possint. Illi verò cum tanta reuerentia tua verba suscipiant, tamquam, qui sciant legatum te, & præconem esse veritatis. *Petrus apud Clemen. ep 1. post prin.*

CAP. XI.

Petrus Princeps Apostolorum adiutores *8. q. 1. c. 1* sibi adsciuit Linum, & Clerum; nō tamen potestatem Pontificij, aut ligandi, aut soluendi eis normam tradidit, sed successori suo sancto Clementi, qui sedem Apostolicam post eum, & potestatem Pontificalem, tradente sibi B. Petro, tenere promeruit: Linus verò, & Cletus ministrabant exteriora. Princeps autem Apostolorum Petrus verbo, & orationi insistebat, quæ non incongruè ad traditionē Spiritus sancti per manus impositionem pertinent, &c. Linum namque & Clerum nihil legitur vnquam ex Pontificali ministerio egisse potestatiuè, sed quantum eis à beato Petro præcipiebatur, solummodo agebant, &c. *Ioann. iij. ep. vn. post prin. Anselm. l. 1. c. 55.*

CAP. XII.

Mortuo Alexandro (II.) post triduanum ieiunium, post litanias, & multorum orationem eleemosynis conditam, electio facta est. *Gregor. vij. lib. 1. registr. Epist. 1.*

CAP. XIII.

Beatus Petrus Apostolus, & Princeps Apostolorū, &c. primo sedit in cathedra Episcopatus Antiochiæ ann. vij. &c. Romæ an. xxv. m. ij. dieb. iij. &c. scripsit duas Epistolas Catholicas, & canonicas, & Euangelium Marci. &c. Ordinauit duos Episcopos Linum, & Cletum, qui præsentialiter omne ministerium sacerdotale in vrbe Roma populo exhiberēt, ipse verò oratione, & prædicatione populum erudiens vacabat, &c. Clemētem Episcopum consecrauit, cui cathedram, & Ecclesiam omnem disponendam commisit dicēs: Sicut mihi gubernandi tradita est à Domino meo Iesu Christo potestas ligandi, soluendiq; ita & ego tibi committo, vt ordines dispositores diuersarum causarum, per quos actus * non * Ec-

Ecclesiastici profligentur, & tu minimè curis sæculi deditus reperiaris, sed solùm orationi, & prædicationi ad populum vacare stude. *Damas. in Petri.* Cap. XIV.

Marcus constituit, vt Episcopus Ostiensis, qui consecrat Episcopos Vrbis, tunc pallio vteretur, & ab eodem Episcopus vrbis Romę consecraretur. *Damas. in Marci.*

Cap. XV.

Bonifacius II. congregauit synodum in basilica B. Petri Apostoli, & fecit constitutum, vt sibi successorem ordinaret, quo constituto cum chirographis sacerdotum, & iureiurando ante confessionem beati Apostoli Petri diaconem Vigilium constituit, sed facta iterum synodo, hoc censuerunt sacerdotes omnes, propter reuerentiam sanctæ sedis ; & quia contra canones fuerat hoc factum ; & quia culpa eum respiciebat, vt successorē sibi constitueret, ipse Bonifacius reum se confessus est maiestatis, quod diaconem Vigilium sua subscriptione chirographi ante confessionem B. Apostoli Petri successorem constituisset, ac ipsum constitutum in præsentia omnium sacerdotum, & cleri, & senatus incendio consumpsit. *Ex Pontif.* Cap. XVI.

Pelagius II. ordinatur absque iussione Principis, eo quod Longobardi obsiderent ciuitatem Romanam, & multa vastatio ab eis in Italia fieret. Inuestiuit corpus B. Petri Apostoli tabulis argenteis deauratis. *Ex Pontif.*

Cap. XVII.

cap. 21. d. 63. cap. Agatho. Agatho suscepit diualem iussionem secundùm suam postulationem vt suggessit, per quam releuata est quantitas, quæ solita erat dari pro ordinatione Pontificis faciendi, sic tamen, vt si contigerit post eius transitum electionem fieri, non debeat ordinari, qui electus fuerit, nisi prius decretus generalis † introducatur in regiam vrbem, secundùm antiquam consuetudinem, & cum eorum scientia, & iussione debet ordinatio prouenire. *Ex Pontif.* *† decretum generale I.*

Cap. XVIII.

Leo II. sanctissimus vir ordinatus est à tribus Episcopis, id est, Andrea Ostiensi, Ioanne Portuensi, & Placentino Veliternensi: pro eo quod Ecclesia Albanensis Episcopum minimè habuit. *Ex Pontif.* Cap. XIX.

Conuocatis ad se Episcopis, & Cardinalibus (*Victor iij. Romanus Pontifex*) monuit, ac iussit, vt iuxta Gregorij Papæ statutum, Othonem Ostiensem Episcopum quamprimùm eligerēt, Pontificemq; constituerent. Quem, quia præsens aderat, manu apprehensum cæteris Episcopis tradidit dicens: Accipite eum, & in Romana sede locate, meamque vicem, quousque id facere possitis, habetote. *Ex lib. 3. chron. Cassinen. Leonis Ostien. Episcopi cap. 72.*

Cap. XX.

Ne sede Apostolica diu lugeat proprio destituta pastore, congregati in basilica beati Petri ad vincula, nos sanctæ Romanæ Ecclesiæ Catholicæ, & Apostolicæ Cardinales, clerici, acolythi, subdiaconi, diaconi, Presbyteri, præsentibus venerabilibus, Episcopis, Abbatibus, clericis, & monachis, consentientibus, plurimis turbis vtriusque sexus, diuersique ordinis acclamantibus, eligimus nobis in pastorem, & summum Pontificem virum religiosum, geminæ scientiæ, prudentia pollentem, æquitatis, & iustitiæ præstantissimum amatorem, &c. Hildebrandum venerabilem Archidiaconum, quemadmodum ex vsque in sempiternum & esse, & dici Gregorium Papam volumus, & approbamus. Placet vobis? Placet. Vultis eum? Volumus. Laudatis eum? Laudamus. *Gregorij vij. regist. ante ep. 1.*

Cap. XXI.

Victor Honorius inclytus, triumphator, semper Augustus sancto, ac venerabili Bonifacio Papæ vrbis Romæ Æternæ. Scripta beatitudinis tuæ debita reuerentiæ gratulatione suscepimus, &c. Denique beatitudine tua prædicante id ad cunctorum clericorum notitiam volumus peruenire: vt si quid fortè religioni tuæ, quod non optamus, humana sorte contigerit; sciant omnes, ab ambitionibus esse cessandum. At [si duo contra fas temeritate certantes fuerint ordinati; nullum ex his futurum penitus sacerdotem, sed illum solum in sede Apostolica permansurum, quem ex numero clericorum noua ordinatione diuinum iudicium, & vniuersitatis consensus elegerit, &c. *Honor. Aug. ad Bonif. Papam. Ansel. lib. 6. c. 14.* *Dist. 97 cap. 2.* *Dist. 79. cap. 8.*

De Conciliorum generalium conuocatione ad Pont. Max. pertinente. Tit. VI.

CAPVT I.

Paschasinus, & Lucentius, & Iulianus reuerendi Episcopi, & Bonifacius reuerendus Presbyter, Vicarij sedis Apostolicæ per Paschasinum dixerunt: Synodus (*Ephesina*) proferri non potest, in qua illa nefaria delicta relecta sunt; & ob hoc ad lectionem videntur esse superflua, quæ ibi sunt acta, si ergo & à beatissimo, & Apostolico Romanæ vrbis Episcopo omnia, quæ ibi gesta sunt, vana sunt habita; claret, quia & sanctissimus Episcopus Antiochenæ ciuitatis extra hæc est, &c. & Principem adeamus, quatenus illud concilium sacra, & pia lege, neque nominari præcipiat, &c. Cecropius Episcopus Sebastopolitanus dixit: Illud concilium dicere non debemus, quia nec Apostolica auctoritate coactum est, neque rite peractum. Episcopi clamauerunt: Omnes hæc dicimus. *Chalc. act. 10. in fine.*

Cap. II

Quomodo magna est, & vniuersalis (*loquitur de quadam pseudosynodo*) in quam neque omnes consenserunt, & reliquarum Ecclesiarum præfecti non admiserunt, sed anathema-

te eam deuouerunt? Non habuit cooperariũ, vt hæc, quæ nunc celebratur, Romanum Papam, neque illius ſacerdotes, neque per Vicarios, neque per Prouinciales litteras, quemadmodum fieri in ſynodis debet. Quin etiam neque concordantes ſibi habuit Orientis Patriarchas, Alexandrinum inquam, Antiochenum, & vrbis ſanctæ Summos Pontifices, neque cum illis etiam myſtas, & ſacerdotes *viij. ſyn. act. 6. tom. 1. poſt prin. in refutatione pſeudoſyn. CP.*

C a p. III.

Diſt. 65. c 6. mos. Sancta, & vniuerſalis Nicæna prima ſynodus antiquam conſuetudinem iubet ſeruari per Ægyptum, & Prouincias, quæ ſub ipſa ſunt, ita vt horum omnium Alexandrinus Epiſcopus habeat poteſtatem, dicens: quia in Romanorum ciuitate huiuſmodi mos præualuit, qua de cauſa & hac magna, & ſancta ſynodus, tàm in ſeniori, & noua Roma, quàm in ſede Antiochiæ, & Hieroſolymorum, priſcam conſuetudinem decernit in omnibus cõſeruare: ita vt earum Præſulis vniuerſorum Metropolitanorum, qui ab ipſis promouentur, & ſiue per manus impoſitionem, ſiue per pallij dationem † Epiſcopalis dignitatis firmitatem accipiant, habeant poteſtatem videlicet ad conuocandum eos, vrgente neceſſitate, ad ſynodalem conuentum, vel etiam ad coërcendum illos, & corrigendum, cùm ſama eos ſuper quibuſdam delictis forſitan accuſauerit, ſed quoniam ſunt quidam Metropolitanorum, qui ne ſecundùm vocationem Apoſtolici Præſulis occurrant, à mundi Principibus ſe detineri ſine ratione cauſſantur; placuit talem excuſationem omnimodis eſſe inualidam. *Synod. viij. c. 17. ſub Had. ij. Nicæ. c. 6. Anſel. lib. 4. c. 44 Cæſaraug. lib. 2. c. 65.*

† poſtulationem.

C a p. IV.

Damaſus, & cæteri Epiſcopi Romæ congregati, dilectiſſimis fratribus in Illyrico conſtitutis Epiſcopis, in Domino ſalutem, &c. Neque præiudicium aliquod fieri potuit per numerum Arimini congregatum: quando conſtat, neque Romanum Epiſcopum, cuius ante omnia decebat eos expectare decretum, neque Vincentium, neque alios præbuiſſe conſenſum, &c. *Damaſ. ep. 5. Illyrici Epiſcopis in medio. Theodor. lib. 2. c. 22.*

C a p. V.

Diſt. 17. cap. 6. conciliorum p. 2. Memorati Pontifices (*iuſſu Theodorici Regis congregati*) ſuggeſſerunt ipſum (*Symmachum*) qui dicebatur impetitus, debuiſſe ſynodum conuocare, ſcientes, quia eius ſedis primum Petri Apoſtoli meritum, vel principatus, deinde ſecuta iuſſione Domini, conciliorum venerandorum auctoritas ſingularem in Eccleſiis tradidit poteſtatem: nec ante dictæ ſedis Antiſtitem minorum ſubiacuiſſe iudicio, &c. *Symma. ſynod. Rom. iv. in princ. Nicol. ep. ad Mich. Imp. ante med.*

C a p. VI.

Rege quodam Italiæ Theodorico Papam Symmachum vſque ad damnationem impetere volente, & ideo quotquot potuit ex Liguria, Æmilia, Valeria, & ex diuerſis regionibus, & ex Sicilia inſula, huius rei gratia Epiſcopos Romam occurrere præcipiente, & his ad ſe venientibus dicente, plura ad ſe de Papę Symmachi artibus horrenda fuiſſe perlata; & in ſynodi, ſi vera eſſet inimicorum eius obiectio, iudicatione conſtare. Venerabiles Antiſtites, ipſum qui dicebatur impetitus, debuiſſe ſynodum connocare, perhibuerunt: ferentes quia eius ſedi primum Petri Apoſtoli meritum, vel principatus, deinde ſecuta iuſſione Domini, Conciliorum venerandorum auctoritas, & ſingularem in Eccleſiis tradidit poteſtatem. *Hadr. ij. in ſyno. Rom. in princ. allocutionis tertia, lecta apud ſyn. CP. viij. act. 7.*

C a p. VII.

Scimus, in Nicæna magna ſynodo cccviii. Epiſcoporum ab omnibus concorditer eſſe roboratum: non debere abſque Romani Pontificis ſententia, Concilia celebrare, nec Epiſcopos damnare, licet hæc, & alia quamplura neceſſaria ab hæreticis, qui nos quotidie infeſtant, & perdere nituntur, vt faciliùs nos capere poſſint, ſint ſynodica capitula incenſa, nobiſque ſublata, &c. *Athanaſ. & alij ad Felicem ij. poſt princ. Anſel. lib. 2. c. 50.*

C a p. VIII.

Nouam deinde culpam, & quam inueſtigatio noſtra tranſierat, recluſiſtis; quare Papa ſine exempli inſtituto præcedentis, ſynodum conuocauit, vt de criminum eius obiectione cognoſcerent, &c. Hoccine ergo nullo conſtabat exemplo, vt Sacerdotum Papa Concilium conuocaret, cuius arbitrium eſt collectio ſynodalis? *Ennod. pro Symma. ante med.*

C a p. IX.

Miſſis cum auctoritate Apoſtolica Vicariis, & epiſtolis decretalibus, iuſſiſti fieri Conſtantinopoli ſynodum, pro multis quidem neceſſitatibus Eccleſiæ, ſed præcipuè pro reſtitutione Ignatij, & damnatione Photij. *Anaſtaſius bibliothecarius in proemio viij. ſyn. CP. ad Hadr. ij. in medio.*

C a p. X.

(*Apoſtoli, eorumque ſucceſſores*) conſtituerunt; vt nulla ſynodus fieret, præter ſedis (*Apoſtolicæ*) auctoritatem: nec vllus Epiſcopus niſi in legitima ſynodo ſuo tempore Apoſtolica auctoritate conuocata, ſuper quibuſlibet criminibus pulſatus audiatur, vel iudicetur, &c. *Marcell. ep. 1. in prin. Anſ. lib. 2. c. 7.*

C a p. XI.

Synodum, abſque huius ſanctæ ſedis auctoritate, Epiſcoporum, quamquam quoſdam Epiſcopos poſſitis congregare, nõn poteſtis regulariter facere, neque vllum Epiſcopum, qui hanc appellauerit Apoſtolicam ſedem, damnare, antequam hinc ſententia finitiua procedat, &c. Nullus Epiſcopus niſi in legitima ſynodo ſuo tempore Apoſtolica, aut regulari auctoritate conuocata, ſuper quibuſlibet pulſatus criminibus audiatur, vel iudicetur: ne innocẽs damnetur, aut perdat com-

munionem. *Marcellus ep. 2. post prin. Ansel. lib. 2. cap. 6 1. Inopar. 4. c. 240. decr.*

CAP. XII.

Ipsi primæ sedis Ecclesiæ conuocandarum generalium synodorum iura, & iudicia Episcoporum singulari priuilegio Euangelicis, & Apostolicis, atque canonicis concessa sunt institutis; quia semper maiores causæ ad sedem Apostolicam multis auctoritatibus referri præceptæ sunt. Et postea. Porrò [dudum à sanctis Apostolis, successoribusque eorum in præfatis antiquis decretum fuerat statutis, quæ hactenus sancta, & vniuersalis Apostolica tenet Ecclesia, non oportere præter sententiam Romani Pontificis concilia celebrari, nec Episcopum damnari: quoniam sanctam Romanam Ecclesiam Primatem omnium Ecclesiarum esse voluerunt, &c. *Ex Nica. syn. apud Iul. in ep. 1. in med. contra. Orientales. Capitul. lib. 6. c. 287. Ansel. lib. 2. c. 42.*

3. q. 6. c. 9.

CAP. XIII.

Vellem vos magis ad iam dictam canonicam conuenire vocationem, vt coram vniuersali concilio redderetis rationem, cur synodum ad statum ecclesiarum, & fratrum in Antiochiam subuertendum, & Nicæni magni concilij destructionem fecistis? aut cur nobis inconsultis Episcopos in eam conuocastis? ad quam nec Maximus Hierosolymitanus venit, nec nostra interfuit legatio. Canonibus quippe in Nicæna synodo iubentibus non debere præter sententiam Romani Pontificis vllo modo concilia celebrari, nec Episcopos damnari, aut cur in prædictorum loco fratrum alios adulteros posuistis? antequam penes nos, aut apocrisarios nostros eorum caussa canonicè examinata, finemque perciperet rectum, &c. Scripsi vobis, & omnibus, qui in Antiochiam fueratis congregati, arguens vos, &c. cur Athanasium, suosque consectatores ad vestrum concilium conuocassetis? canonibus scilicet præcipientibus, nihil extra Romanum decerni Pontificem, cui hæc, & maiora Ecclesiarum negotia, tam ab ipso Domino, quàm ab omnibus vniuersorum conciliorum fratribus, speciali, vt iam dictum est, priuilegio contradita sunt. *Iul. ep. 2. in prin.*

CAP. XIV.

Miror vos tam audaces esse, & tam impudenter egisse, & terminos, ac iura beati Petri Apostolorum Principis inuasisse, sui enim iuris erat, vt absque eius sanctæ sedis auctoritate nullus deberet aut concilia celebrare; aut Episcopos ad synodum conuocare, vel damnare, &c. quæ omnia vos temerare non timuistis. Quid ergo est aliud talis præsumptio, nisi Apostolorum, eorumque successorum decreta transgredi? *Iul. ep. 2. c. 1.*

CAP. XV.

Dist. 17. regula c. 2. Quòd scripsistis, non posse Athanasium à pauciore numero Episcoporum restitui, quàm depositus fuerat, &c. Odio prædicti Athanasij hanc regulam protulistis, quæ nullas habet vires, nec habere poterit: quoniam nec ab orthodoxis Episcopis hoc concilium actum est nec Romanæ Ecclesiæ legatio interfuit: canonibus præcipientibus sine eius auctoritate concilia fieri non debere, nec vllum ratum est, aut erit vmquam concilium, quod non fultum fuerit eius auctoritate. Nec rectè egistis, quod nobis inconsultis concilium celebrastis, eosq; ad concilium vocastis; & damnare præsumpsistis, canonibus iubentibus, nihil ex his, absque huius sanctæ sedis auctoritate, fieri debere, &c. *Iulius ep. 2. cap. 29. & 30. Anselm. lib. 2. cap. 47.*

CAP. XVI.

Synodum sine (*sedis Apostolicæ*) auctoritate fieri non est Catholicum, &c. neque vlla vmquam concilia rata leguntur, quæ non sunt fulta Apostolica auctoritate. *Damas. ep. 3. c. 2. Burch. lib. 1. c. 179. Inopar. 5. c. 295. decret. Ansel. lib. 2. cap. 60. Tarrac. l. 2. c. 45.*

CAP. XVII.

Scitote, me criminari à quodam Basso, & iniustè persequi: quod audiens Valentinianus Augustus nostra auctoritate synodum congregari iussit, & facto concilio cum magna examinatione satisfaciens omnibus, &c. *Xyst. iij. ep. vn. in prin.* 2. q. 5. mandastis. 10.

CAP. XVIII.

Habeatur inter vos Episcopale concilium, & ad eum locum, qui omnibus oportunus sit, vicinarum prouinciarum conueniant sacerdotes, vt secundùm ea, quæ ad tua consulta respondimus, plenissimo disquiratur examine, an sint aliqui inter Episcopos, qui huius hæreseos contagio polluantur, à communione sine dubio separandi, si nefandissimam sectam per omnium sensuum prauitates damnare noluerint, &c. Dedimus itaque litteras ad fratres, & coepiscopos nostros, Tarraconenses, Carthaginenses, Lusitanos, atque Gallicos † eisque concilium synodi generalis indiximus. Ad tuæ dilectionis sollicitudinem pertinebit, vt nostræ ordinationis auctoritas ad prædictarum Prouinciarum Episcopos deferatur. *Leo ep. 91. ad Turibium Asturicen. Episcopum c. 17.* † Gallaicos f.

CAP. XIX.

Sedes Apostolica Dioscorum secundæ sedis Præsulem sua auctoritate damnauit, &c. & vt synodus Chalcedonensis fieret, sola decreuit. *Gelas. ep. 6. ad Episcopos Dardan. post. princ.*

CAP. XX.

Dilectissimis fratribus vniuersis Episcopis, qui illicita vocatione Ioannis Constantinopolitani Episcopi ad synodum Constantinopolim conuenerunt; Pelagius, &c. Relatum est ad Apostolicam sedem, Ioannem Constantinopolitanum Episcopum vniuersalem se subscribere, vosque ex hac sua præsumptione ad synodum conuocare generalē. Cùm generalium synodorum conuocandi auctoritas Apostolicæ sedi beati Petri singulari priuilegio sit cradita, & nulla vmquam synodus rata legatur, quæ Apostolica auctoritate non fuerit fulta. Quapropter quidquid

in prædicto vestro conuenticulo, quia synodus taliter præsumpta esse non potuit, statuistis, &c. præcipio omnia vana, & cassata esse, &c. [Multis denuò Apostolicis, & canonicis, atque Ecclesiasticis instruimus regulis, non debere, absque sententia Romani Pontificis Concilia celebrari. Quapropter, vt iam dictũ est, rectè non Concilium, sed vestrum conuenticulum, vel conciliabulum cassatur, & quidquid in eo actum est, irritum habetur, & vacuum. Vos quoque deinceps videte, vt nullius hortatu talia præsumatis, si Apostolicæ sedis communione carere nõ vultis, &c. Vniuersalitatis quoque nomen, quod sibi illicitè vsurpauit, nolite attendere: nec vocatione eius ad synodum absque auctoritate sedis Apostolicæ vnquam venite; si Apostolicæ sedis, & cæterorum Episcoporum communione vultis frui. *Pelag. ij. ep. 1. in prin. Ansel. lib. 2. cap. 34.* Dist. 17. c. 5.

CAP. XXI.

Quòd nulla synodus absque præcepto Romani Pontificis debeat generalis vocari. *Greg. vij. lib. 2. registri in dictato.*

CAP. XXII.

Tuam sanctitatem principatum in episcopatu diuinæ fidei possidentem, sacris litteris in principio iustum credimus alloquendam, &c. quatenus omni impio errore sublato, per celebrandam synodum, te auctore, maxima pax circa omnes Episcopos fidei Catholicæ fiat. *Valentinianus, & Marcian. ad Leonem antè Chalc. syn.*

CAP. XXIII.

Maximus Hierosolymitanus non adfuit, sed neque Iulius interfuit maximæ Romæ Præsul, neque in locum suum aliquem destinauit; cùm Ecclesiastica regula iubeat, non oportere præter sententiam Romani Pontificis Concilia celebrari. *Socra. lib. 4. cap. 9. & 19. tripar. Vid. Marcellini historiam.*

Præesse Legatos Pont. Max. in Conciliis. Tit. VII.

CAPVT. I.

Paschasinus Episcopus Ecclesiæ Lilybitanæ vice beatissimi, atque Apostolici vniuersalis Ecclesiæ Papæ vrbis Romanæ Leonis, sanctæ synodo præsidens, in Dioscori damnatione consensu vniuersalis Concilij subscripsi. Lucentius Episcopus Esculanæ Ecclesiæ similiter. Cælius Bonifacius Presbyter sanctæ Ecclesiæ Romanæ similiter, &c. Iulianus Episcopus Coo, & Legatus Ecclesiæ Romanæ subscripsi. *Chalc. act. 3. ante finem.*

CAP. II.

Paschasinus Episcopus vice Domini mei beatissimi, atque Apostolici vniuersalis Ecclesiæ Papæ vrbis Romæ Leonis synodo præsidens statui, consensi, & subscripsi. Lucentius Episcopus Ecclesiæ ciuitatis Esculanæ, Vicarius Domini mei beatissimi, atque Apostolici viri vniuersalis Ecclesiæ Papæ vrbis Romæ Leonis in synodo Græcè relecta subscripsi Bonifacius Presbyter vrbis Romæ Vicarius Domini mei beatissimi, & Apostolici viri vniuersalis Ecclesiæ Papæ vrbis Romæ Leonis cum vniuersa synodo consensi, & subscripsi, &c. Iulianus Episcopus, & Legatus sedis Apostolicæ similiter. *Chalcedon. syn. act. 6. in medio.*

CAP. III.

Paschasinus, & Lucentius reuerendiss. Episcopi, & Bonifacius reuerendus Presbyter, insuper & Iulianus reuer. Episcopus Coensis habentes locum Apostolicæ sedis dixerunt: Sanctissimum, & venerandum Episcopum Theodoretum, & sanctissimus, & beatissimus vniuersæ Ecclesiæ Episcopus vrbis Romę Leo, dudum in communionem suscepit, &c. *Chalcedon. act. 8 post medium.*

CAP. IV.

Paschasinus, & Lucentius Episcopi, & Bonifacius presbyter tenentes locum sedis Apostolicæ, quia missi Apostolici semper in synodis prius loqui, & confirmare soliti sunt, per Paschasinum dixerunt, &c. *Chal. act. 1. ante fi.*

CAP. V.

Vnde sanctissimus, ac beatissimus Papa, caput vniuersalis Ecclesiæ, Leo per nos, vt Legatos suos, sancta synodo consentiente, Petri Apostoli præditus dignitate, qui Ecclesię fundamentum, & petra fidei, & cælestis regni ianitor nuncupatur, Episcopali eum dignitate nudauit, &c. *Paschasinus, & alij in fi. ep. de damnatione Dioscori, post. epist. Marciani Imper. apud Chalced. syn. act. 16.*

CAP. VI.

Conuenientibus Donato, & Stephano Episcopis, & Marino diacono, & locum tenentibus Hadriani II. sanctissimi Archiepiscopi senioris Romę, & Ignatio Archiepiscopo CP. nouę Romę. Hic primò synodus exegit à Legatis Romanę sedis literas, quibus notã facerent potestatem suam, vt pręsiderent in synodo; at illi produxerunt epistolam Hadriani Papæ ad Basilium Imperatorem, cuius titulus est. Hadrianus Episcopus seruus seruorum Dei, piissimo Imperatori Basilio Augusto Christianissimo, & desiderabilissimo filio. Legationis excellentię tuę, &c. Volumus per vestrę pietatis industriam CP. numerosum celebrari concilium, cui nostri quoque missi pręsidentes, & culparum personarumque differentias liquidò cognoscentes, iuxta quod in mandatis acceperunt, singulorum liberè discretiones exerceant, in quo sacro cœtu, execrandi vanitatis concilij, quod aduersum hanc sedem actum est, cuncta decernimus exemplaria a possessoribus suis ablatą, contemplantibus cunctis igne cremari. Nec superesse apud quemlibet ex his omnibus saltem vnum iota, vel vnum apicem, nisi quis totius clericatus, immò totius nominis Christiani anathemate perclusus, carere voluerit, &c. & dilectos fratres meos Donatum scilicet Ecclesiæ Ostiensis, & Stephanum Ecclesię

fię Nepelinæ reuerendiſs. Epiſcopos, atque filium meum Marinum Apoſtolicæ ſedis diaconum, conſiliarios noſtros, tuæ commendamus pietati. Precamur, vt eos ob amorem præcipuorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, à quorum ſede mittuntur, benignè ſuſcipias, & tanquam nobiſmetipſis aures credulitatis accommodes. *Syno. viii. gen. ſub Hadr. ij. act. 1. in prin.*

CAP. VII.

Poſt lectionem canonum, iterum ſtans in medio Bahanes magnificentiſſimus Patricius, & Præpoſitus per iuſſionem Christi amicorum Imperatorum dixit ad ſanctiſſimos loci ſeruatores. Poſt lectionem diuinorum, & ſacrorum canonum, quid deliberat ſanctitas veſtra adhuc fieri? Sanctiſſimi Vicarij ſenioris Romæ, ac Orientalium ſedium dixerunt: Subſequatur expoſitus terminus, in quo curſim omnia continentur, quæ acta ſunt in hac ſancta ſynodo, & legatur in audientia omnium, ſi placet huic ſanctæ ſynodo. Sancta ſynodus dixit: Placet. Iuſtum enim, & bonum eſt. *ſyn. viii. gen. ſub Hadr. ij. act. 10. poſt canones.*

CAP. VIII.

Sanctorum Patrum conſtitutionem prolatam nulla patiamini temeritate violari, ſeruantes omnimodis perſonæ noſtræ in vobis, quos vice noſtra tranſmiſimus, dignitatem, ac ſi qui fortè ciuitatum ſuarum ſplendore confiſi, aliquid ſibi tentauerint vſurpare; hoc qua dignum eſt conſtantia, retundatis. *Leo ad Vicarios ſuos. Chalc. act. 16. poſt prin.*

CAP. IX.

Quoniam pietas veſtra apud Epheſum conſtituit ſynodale concilium; fratres meos Iulianum Epiſcopum, & Renatum Preſbyterum, & filium meum Hilarium diaconum miſi, qui ad vicem præſentiæ meæ pro negotij qualitate ſufficerent. *Leo ep. 12. ad Theodoſ. Vid. ep. 13. ad Pulcheriam. in fi.*

CAP. X.

Quamuis ad diem Concilij Epiſcopalis, quem pietas veſtra cōſtituit, (*loquitur cum Theodoſio Imperatore*) occurrere me ratio nulla permittat, cùm nec aliqua ex hoc exempla præceſſerint, & tēporalis neceſſitas me non patiatur deſerere ciuitatem, præſertim cùm tam euidens fidei cauſa ſit, vt rationabilibus cauſis ab indicenda ſynodo fuiſſet abſtinendum: tamen inquantum Dominus iuuare dignatur, meum ſtudium commodaui, vt clementiæ veſtræ ſtatutis aliquatenus pareatur, ordinatis hinc fratribus meis, qui amputandis ſcandalis pro cauſæ æquitate ſufficiant, quique præſentiæ meæ impleant vicem. *Leo ep. 15. ad Theodoſ.*

CAP. XI.

Amplectendum eſt clementiſſimi Principis (*loquitur de Marciano Imperatore*) plenum religionis conſilium, quo ſanctam fraternitatem veſtram ad deſtruendas inſidias diaboli, & ad reformandam Eccleſiaſticam pacem voluit conuenire, beatiſſimi Petri iure, atque honore ſeruato, adeo, vt nos quoque ſuis litteris inuitaret, vt venerabili ſynodo noſtram præſentiam præberemus quod quidem nec neceſſitas temporis, nec vlla conſuetudo poterat permittere. Tamen in his fratribus Paſchaſino, & Lucentio Epiſcopis; Bonifacio, & Baſilio Preſbyteris, qui ab Apoſtolica ſede directi ſunt, me ſynodo veſtra fraternitatis exiſtimet prçſidere, non abiuncta à vobis prçſentia mea, qui nunc in Vicariis meis adſum, & iamdudum in fidei Catholicæ prædicatione non deſum. *Leo ep. 45. ad ſyn. Chalced. in prin.*

CAP. XII.

Quia quidam de fratribus, quod ſine dolore non dicimus, contra turbines falſitatis non valuere Catholicam tenere conſtantiam, prçdictum fratrem, & coepiſcopum meum (*loquitur de Paſchaſio Lylibitano Epiſcopo*) vice mea ſynodo conuenit præſidere. *Leo epiſt. 47. ad Marcian. Imper. prope fin.*

CAP. XIII.

Fratres mei, qui vice mea Orientali ſynodó præſederunt (*loquitur de ſynodo Chalcedonenſi*) quæ vota retulere, ſignifico, confirmata Catholica fide, & glorificata Apoſtolicæ prædicationis triumpho; quod etiam hi, qui ad deuiandum ſeducti fuerant, vel impulſi, recepta veritatis luce lætantur. *Leo ep. 92. ad Ruſticum, & alios Galliar. Epiſcopos in fine.*

CAP. XIV.

Ipſi ſecundo in Nicæa collectæ ſynodo Apoſtolica noſtra ſedes præſedit, & prima contra malè ſentientes ſpiritalem ſagittam emiſit. *Nic. ep. ad Mich. Imp. poſt med.*

CAP. XV.

Miramur, & multùm anxij ſumus, quod vt ſemper conſuetum eſt, valde neceſſarium fuit, vt ſi quando Legatus Apoſtolicæ ſedis Concilium in remotis partibus celebrauerit, ſine mora ad annuntiandum omnia, quæ egiſſet, reuerteretur: tua fraternitas poſt peractam ſynodum, in qua tot negotia emerſerunt, nec ad nos rediit, nec eum, qui ſecum eſt, remiſit. *Greg. vij. li. 1. regiſt. epiſt. 16. in princ.*

CAP. XVI.

Noſtis Oſium Epiſcopum in Nicæno, & Cyrillum in Epheſino Concilio Romanorum vice eiſdem concedentibus functos fuiſſe Pontificum. Syagrio quoque Auguſtodunenſi Epiſcopo Lugdunenſis Antiſtitis ſuffraganeo ſanctum Papam Gregorium celebrandi generalis in Gallia Concilij vicem ſuam legitis induliſſe. Sed quid hæc de Epiſcopis loquimur? cùm idem ſanctus Papa Monachum quendam Hilarum nomine, in Africæ partibus, litterarum ſuarum auctoritate fultum, vſque adeo ſuum fecerit eſſe Vicarium, vt per eū ibidem Concilium generale celebraretur; & quidquid ſynodus ſancta decerneret, ad finem, eo exequente perduceretur. *Gregor. vij. lib. 6. regiſt. ep. 2. ante medium.*

CAP. XVII.

Quod Legatus Romani Pontificis omni-

bus Episcopis præsit in concilio, etiam inferioris gradus, & aduersus eos sententiam depositionis dare possit. *Greg. vij. lib. 2. regist. in dictato.*

CAP. XVIII.

Volumus, atque Apostolica auctoritate præcipimus; vt Legatum nostrum, Amatum videlicet Olotensem Episcopum, cui vicem nostram in partibus vestris (*in Britannia*) commisimus, studeat vestra fraternitas reuerenter conuocare, & vt illo agente Concilium congregetur. *Greg. vij. lib. 7. ep. 10. in princ.*

De confirmatione Conciliorum à Pontif. Max. Tit. VIII.

CAPVT I.

Beatissimo Papæ vrbis Romæ cum omni reuerentia colendo Siluestro, Osius Episcopus Prouinciæ Hispaniæ, Ciuitatis Cordubens. (*& Macarius Episcopus Ecclesiæ CP.*) & Victor, & Vincentius Presbyteri vrbis Romæ ordinati ex directione tua, &c. Quidquid constituimus in concilio Nicæno, precamur vestri oris consortio confirmetur. *Nicæ. conc. ad Siluestrum in fi. Ansel. lib. 1. c. 58.*

CAP. II.

Siluester Episcopus sedis Apostolicæ, & sanctæ Ecclesiæ Catholicæ reuerendæ religionis vrbis Romæ fratribus, & coepiscopis, qui in Nicænum Concilium conuenerunt, in Domino salutem. Gaudeo promptam vos benignitatem seruare, nam & confirmo, si goque ad doctrinæ vestræ reclamantes de mysterio, vel vnitate Trinitatis, chrismatis vos secundùm dicta, & doctrinam Euangelicam, sanctam accepisse gratiam, & de quo examinationis probo veritate fuisse, & esse mansura, quæ in vestrum, nostrumque manauere mysterium; meum chirographum, & discipulorum meorum offero in vestro sancto Concilio, quidquid constituistis vnà parem dare consensum, &c. *Siluester in ep. ad syn. Nicæn.*

CAP. III.

Siluester Episcopus sanctæ, & Apostolicæ sedis Præsul vrbis Romæ dixit: Quidquid in Nicæa Bithyniæ constitutum est, &c. confirmamus. Omnes, qui ausi fuerint dissoluere definitionem eius Concilij, anathematizamus. *Siluester in conc. cclxxv. Episcopor. c. 1.*

CAP. IV.

Damasus, & cæteri Episcopi Romæ congregati dilectissimis fratribus in Illyrico constitutis Episcopis, in Domino salutem, &c. Neque præiudicium aliquod fieri potuit per numerum Arimini congregatum; quando constat, neque Romanum Episcopum, cuius ante omnia decebat eos expectare decretum, neq; Vincentium, qui tantis annis Episcopatum inuiolabilit custodiuit, neque alios talibus præbuisse consensum, maxime dum, qui per circumuentionem declinasse videbantur, ipsi denuò vtentes meliori consilio, hæc sibi displicere testati sunt. *Damas. epist. 5 in princ. & in med.*

CAP. V.

Hoc itaque gestum (*in Concilio Carthagin.*) Domine frater, sanctæ caritati tuæ intimandum duximus; vt statutis nostræ mediocritatis etiam Apostolicæ sedis adhibeatur auctoritas, &c. *Aurelius, & alij in Concil. Carthag. ad Innocent. in princ.*

CAP. VI.

Prioris Ephesinæ synodi, cui sanctæ memoriæ Cyrillus Episcopus tunc præsedit, in Nestorium specialiter statuta permaneant. *Leo ep. 45. ad syn. Chalced. in fin.*

CAP. VII.

Cùm vestro præcipuè opere sit effectum, vt per synodale Concilium damnatis impij dogmatis defensoribus, omnes vires sacrilegus error amittere: (*loquitur de hæresi Eutychiana*) ad eiusdem deuotionis pertinet palmam, si malum, quod in suis ducibus est oppressum, etiam in quibuscumque reliquus deleatur. Quòd faciliùs clementia vestra arbitretur implendum, si per vniuersas Ecclesias definitiones sanctæ synodi Chalcedonensis Apostolicæ sedi placuisse doceantur. De quo quidem ratio non fuit ambigendi, cùm ei fidei omnium subscribendo consensus accesserit, quæ à me secundùm formam Apostolicæ doctrinæ, & paternæ traditionis emissa est; & per fratrem meum Lucianum Episcopum talia, & ad gloriam vestram, & ad Constantinopolitanum Antistitem scripta direxi, quę euidenter ostenderent, me, ea, quæ de fide Catholica in prædicta synodo definita fuerant, approbare, sed quia in eisdem litteris ea, quę per occasionem synodi malè sunt attentata reprehenderam, maluit prædictus Antistes meam gratulationem tacere, quàm suum ambitum publicare, &c. Quia vero omnibus modis obediendum est pietati vestræ, religiosissimæque voluntati, constitutionibus synodalibus quæ mihi de confirmatione fidei Catholicæ, & hæreticorum damnatione placuerunt, libens adieci sententiam meam. *Leo ep. 57. ad Marcianum Augustum.*

CAP. VIII.

Quòd piissimus Imperator ad omnes Episcopos, qui Chalcedonensi synodo interfuere, voluit me scripta dirigere, quibus quæ illic de fidei sunt regula definita firmarem, libenter impleui, ne fallax cuiusquam simulatio sententiam meã haberi vellet incertam, cùm per CP. Episcopum, cui lætitiam meam largiter indicaui, in omnium potuerit notitiam peruenire quod scripseram, nisi maluisset meum gaudium tacere, quàm repulsam sui ambitus publicare. *Leo ep. 58. ad Pulcheriam Augustam in fin.*

CAP. IX.

Omnem fraternitatem vestrã nosse nõ ambigo, definitiones sanctæ synodi, quæ ob confirmationem fidei in Chalcedonensi ciuitate

celebrata est, toto orde me fuisse complexũ, &c. Hoc autem non solùm ex ipso beatissimæ consensionis affectu, sed etiam & ex Epistolis, quas post reditum meorum ad Constantinopolitanæ vrbis Episcopum dedi, potuissetis agnoscere, si vobis responsionem sedis Apostolicæ manifestare voluisset. Ne ergo per malignos interpretes dubitabile videatur, vtrùm quæ in synodo Chalcedonẽsi per vnanimitatem vestram de fide statuta sunt, approbem: hæc ad omnes fratres, & coepiscopos nostros, qui prædicto Concilio interfuerunt, scripta direxi, quæ gloriosissimus, & clementissimus Princeps in notitiam vestram mittere, pro Catholicæ fidei amore dignabitur; vt & fraterna vniuersitas, & omnium fidelium corda cognoscant, me non solùm per fratres, qui vicem meam exequuti sunt, sed etiam per approbationem gestorum synodalium propriã vobiscum inuisse sententiam, in sola videlicet fidei causa, quod sæpè dicendum est, propter quam generale Concilium, & ex præcepto Christianorum Principum, & ex consensu Apostolicæ sedis placuit congregari, damnatis hæreticis, qui si corrigi voluissent, nulla penitus resideret de vera Domini nostri Iesu Christi incarnatione dubitatio. Vnde si quis ausus fuerit, vel Nestorij perfidiam tueri, vel Eutychetis, ac Dioscori impium dogma defendere, à Catholicorum communione resecetur. *Leo ep. 59. ad synod. Chalced.*

Cap. X.

Epistolam meam ad Chalcedonensem synodum datam, præsentibus Episcopis, & clericis lectam fuisse, tuis Epistolis retulisti: sed vsque ad illud capitulum, quo ea, quæ de fide acta sunt, meus videtur firmasse consensus. vndè miratus sum, quod reliqua, quæ secuta sunt, non pariter in notitiam eorum, quibus sunt lecta, prolata sint, cùm maximè omnibus innotescere debuisset, improbum à nobis ambitum notatum fuisse; vt à nouis vsurpationibus constituta inuiolata seruarentur. *Leo ep. 66. ad Iulian. Episc.*

Cap. XI.

Confidimus, quod nullus iam veraciter
25. q. 1. c. 2. Christianus ignoret, vniuscuiusque synodi constitutum, quod vniuersalis Ecclesiæ probauit assensus, nullam magis exequi sedem præ cæteris oportere, quàm primam, quæ & vnamquamqı synodum sua auctoritate confirmat, & continuata moderatione custodit, pro suo scilicet Principatu, quem beatus Petrus Apostolus Domini voce perceptum, Ecclesia nihilominus subsequẽte, & tenuit semper, & tenebit. *Gelas. ep. 6. ad Episcopos Dardaniæ in prin. Anselm. lib. 1. cap. 49. & lib. 12. cap. 69. Tarrac. lib. 1. c. 283.*

Cap. XII.

Sanctam, vniuersalem, & magnam sextam synodum Apostolica sedes beati Petri Apostoli veneranter suscipit, idcirco & nos, & per nostrum officium hæc veneranda sedes Apostolica concorditer, ac vnanimiter his, quæ definita sunt ab ea, consentit, & beati Petri auctoritate confirmat, sicut supra solidatam petram, qui Christus est, ab ipso Domino adeptus firmitatem, &c. *Leo 2. ep. ad Constant. IV. Imper. in med. post vj. synod. gen.* Matt. 16.

Cap. XIII.

Omnium nostrorum conuentum, & vniuersalis huius, atque Catholicæ synodi consensum, & consonantiam, &c. confirma coangelicis præceptionibus, & admonitionibus veteris, vt per sapientissimum magisterium vestrum etiam aliis vniuersis Ecclesiis personet, & suscipiatur veritatis verbum, & iustitiæ decretum. *Syn. viij. gen. CP. sub Hadr. ij. in epist. ad eundem Hadr.*

Cap. XIV.

Non dicatis, non eguisse vos in causa pietatis Romanæ Ecclesiæ, quæ collecta Concilia sua auctoritate firmat, sua moderatione custodit, vndè quædam eorum, quia consensum Romani Pontificis non habuerunt, valetudinem perdiderunt. Quomodo non egeat quælibet synodus Romanæ sedis, quando in Ephesino latrocinio, cunctis Præsulibus, & ipsis quoque Patriarchis prolabentibus, nisi magnus Leo, imitator scilicet illius Leonis, Apoc. 5.
de quo scriptum est: Vicit Leo de tribu Iuda: diuinitus excitatus, os aperiens, totum orbem, & ad ipsos quoque Augustos concuteret, & ad pietatem commoneret, religio Catholica penitus corruisset? *Nic. ad Michael. Imp. post med.*

Cap. XV.

Volumus caritatem tuam litteris suis significare, vtrùm vestra recipiat, quod Ecclesia vniuersalis amplectitur, fidem scilicet quatuor Conciliorum, quæ à sanctis Patribus comprobata, à Romanis Pontificibus Siluestro, Leone, alijsque Apostolica sunt auctoritate firmata, inter quos nihilominus beatissimus Gregorius Papa Doctor egregius maioribus Ecclesiæ Alexandrinæ, Antiochenæ, aliisque in Epistola sua sese eam tenere his verbis testatus est: Quia corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem; sicut sancti Euangelij quatuor libros, sic quatuor Concilia suscipere, & venerari me fateor, &c. Quintum quoque Concilium pariter veneror. *Greg. vij. lib. 8. registr. epist. 1. post princip.*

Cap. XVI.

Beatus Leo direxit fidei Catholicæ tomum, & exposuit damnans omnes hæreses. Idem beatissimus Leo Archiepiscopus multas Epistolas fidei misit, quæ hodie archiuio Ecclesiæ Romanæ reconditæ tenentur. Hic firmauit frequenter suis Epistolis synodum Chalcedonensem. Ad Marcianum Augustum misit Epistolas XII. ad Leonem Augustum Epistolas XIII. ad Flauianum Episcopum Epistolas IX. ad Episcopos per Orientem Epistolas XVIII. per quas fidem synodi confirmauit. *Ex Pontif.*

CAP. XVII.

Hilarius fecit decretalem, & per vniuersum Orientem sparsit, & Epistolas de fide Catholica: confirmans tres synodos, Nicænam, Ephesinam, & Chalcedonensem. *Ex Pontif.*

De restitutione damnatorum, & eiectorum à synodis, & de damnandis à Pontif. Max. sine synodis. Tit. IX.

CAPVT I.

VT Prouincialis synodus retractetur per Vicarios vrbis Romani Episcopi, si ipse decreuerit. *Nicæ. LIX. apud Iulium ep. 2. c. 21.*

CAP. II.

Deinde lecta est definitio Episcoporum Orientis super depositione Ignatij, quæ facta fuerat prius, quàm Vicarij senioris Romæ venissent; quæ conueniebat cum ea, quæ facta fuerat à synodo Romana præsente Nicolao Papa. *viij. syn. act. 1. sub Hadr. ij. in fine.*

CAP. III.

Afferuntur exempla restitutorum à Romana Ecclesia, qui ab aliis fuerant depositi. *CP. viij. al. ix. sub Io. viij. act. 2. in ep. eiusdem Papæ. Iuo in prologo panor. & decr.*

CAP. IV.

Petrus Cardinalis Legatus affert exempla restitutorum ab Ecclesia Romana, Flauianum CP. Ioannem Chrysost. Cyrillum Hierosoly. & Polychronium, & alios. *apud Syn. CP. viij. al. ix. act. 2.*

CAP. V.

Definiuit sancta synodus, vt si qui ex Italia clerici, vel laici, vel Episcopi in Asia, vel Europa, vel Libya † commorantes, à sanctissimo Papa Ioanne sub vinculo, aut depositione, aut anathemate positi sint; hi etiam sint apud sanctissimum Patriarcham CP. Photium in eodem genere pœnæ, hoc est, vel depositi, vel anathemate vincti. Quos verò Photius sanctiss. noster Patriarcha clericos, vel laicos, vel ex maioribus, vel ex minoribus Pontificibus in quacumque Parœcia sub excommunicatione, vel depositione, vel anathemate posuerit: etiam sanctiss. Papa Ioannes, & quæ sub eo est, sancta Dei Romanorū, Ecclesia habeat eos in eodem genere pœnæ; nullum tamen priuilegiis sedis sanctissimæ Romanorū, Ecclesiæ, & eius Antistitis præiudicium, aut nunc, aut futuris temporibus oriatur. *Syno. viij. vel ix. CP. sub. Io. viij. c. 1.*

† Africa. Hęc synodus dānata fuit à S Rom. Pontifice maximè hic canō.

CAP. VI.

Pietatis affectu hic sanctiss. Papa sub gesta synodica reuocauit Apostolica auctoritate, multos ab aliis Episcopis excommunicatos, & à Tyrannis eiectos, ad communionem, & restituit eos in Ecclesiis, quibus fuerant olim instituti, sub satisfactione, atque purgatos eos recepit, dans exempla futuris, eruendi sacerdotes de persequentium manibus. *Ex decretis Siluestri, in epilogo in fin.*

CAP. VII.

Ebbo Archiepiscopus Remensis ab Archiepiscopatu deiectus fuit; insuper & ab Apostolica sede, sicut in gestis Pontificum coram Principe, synodo relectum est, à Sergio Papa confirmante deiectionem illius damnatus extitit, vt in laica tantummodo communione permaneret. *Suession. apud D. Medardum in caussa Hincmari*

CAP. VIII.

Fratres, quos timore terreno iniustè damnastis, scitote à nobis iustè esse restitutos. Quibus ex sancti Petri, & Apostolica auctoritate, omnia, quæ eis ablata sunt, integerrimè reddi præcipimus, si non vultis vos, & Principes vestri, à collegio nostro, & membris Ecclesiæ separari. *Xyst. ij. ep. 2. in med. Burch. lib. 1. c. 192. Iuo par. 5. c. 247. decr. Anselm. lib. 2. cap. 23. Cæsar. lib. 5. c. 7.*

9. q. 3. c. 19.

CAP. IX.

Ideo summopere à me, cui vice Apostolorum Principis vniuersalis Ecclesiæ cura commissa est, prouidendum est, auxiliante ipso summo Apostolo ne deinceps talia fiant. Quoniam [ideo huic sanctæ sedi præfata priuilegia specialiter sunt concessa, tam de congregandis Conciliis, & iudiciis, ac restitutionibus Episcoporum quàm de summis Ecclesiarum negotiis; vt ab ea omnes oppressi auxilium, & iniustè damnati restitutionem sumant, & talia ab improbis ne præsumantur absque vltione, nec exerceantur absque damnatione, &c. Nec rectè egistis, quod nobis inconsultis concilium celebrastis, eosque ad Concilium vocastis, & damnare præsumpsistis, canonibus iubentibus nihil ex his, absque huius sanctæ sedis auctoritate fieri debere, &c. *Iulius ep. 2. c. 30.*

2. q. 6. c. 10. & 17.

CAP. X.

Olim, & ab initio in Conciliis celebratis tantam nos percepimus a beato Petro Apostolorum Principe fiduciam, vt auctoritatem habeamus, ad veritatem pro nostra pace defendendam; quatenus nulli liceat, sic eam munitam in aliquo commouere, dum repente læsio remouetur. *Leo. ad Theodos. in princ. ante Chalcedonens. synod.*

CAP. XI.

Reuocare se à sua opinione debuerat (*Eutyches*) nec ira Ecclesiæ Præsules commouere, vt [damnationis sententiam mereretur accipere; quam vtique si in sua sententia voluerit permanere, nullus poterit relaxare, sedis enim Apostolicæ moderatio hanc temperantiam obseruat, vt & seuerius agat cum obduratis, & veniam cupiat præstare correctis. *Leo epist. 13. ad Pulcheriam, post medium*

24. q. 2. c. 5.

CAP. XII.

Nec illa præterimus, quod Apostolica sede frequenter, vt dictum est, more maiorum, etiam sine vlla synodo præcedente, & soluendi, quos synodus iniquè damnauerat, & damnandi nulla existente synodo, quos

9. q. 3. cunct. 17. in fine.

oportuit, habuerit potestatem, Athanasium, Ioannem Constātinopolitanum, Flauianum, &c. *Gelaſ. epiſ 6. ad Epiſcopos Dardaniæ ante medium. Anſel. lib. 1. cap. 48. & lib. 2. c. 16. & lib. 12. c. 69.*

CAP. XIII.

Theodorus Cæſareæ Cappadociæ Epiſcopus multorum criminum reus, à Vigilio Romano Pontifice excommunicatur, & deponitur & Menas CP. Epiſcopus, reliquique omnes Archiepiſcopi, & Epiſcopi ad eius diœceſim pertinentes, eorundem ferè criminum participes, ab eodem Vigilio excommunicantur. *Vigilius poſt epiſt. primam.*

CAP. XIV.

Vitalianus Ioannem Epiſcopum Lampeon à Paulo Archiepiſcopo, & ſynodo Cretenſi iniuſtè damnatum, in priſtinum dignitatis gradum reſtituit. *Vital. ep. 1. ad Paulum Archiepiſcopum Cretenſem, & ep. 2. ad Vaanum, & ep. 4. ad Georgium Epiſc. Syracuſanum.*

CAP. XV.

Quòd abſentes Papa poſſit deponere. *Gregor. vij. lib. 2. regiſt. in dictata.*

CAP. XVI.

Quòd abſque ſynodali conuentu poſſit Romanus Pontifex Epiſcopos deponere, & reconciliare. *Greg. vij. lib. 2. regiſt. in dictato.*

CAP. XVII.

Diſt. 17. c. 6. Ergo [concilia ſacerdotum Eccleſiaſticis legibus quotannis decreta per prouincias, quia præſentiam Papæ non habent valitudinem perdiderunt? legite inſaniſſimi, aliquando in illis, præter Apoſtolici apicis ſanctionem, aliquid conſtitutum, & non de maioribus negotiis, ad collationem, ſi quid occurrerit, præfatæ ſedis arbitrio fuiſſe ſeruatum, ſic enim habes, [ſi quis Epiſcoporum iu-
2. q. 6. c. 35. dicio prouinciali depoſitus fuerit, Romanum Papam, ſi placet, rurſus appellet, & ipſe, ſi videtur, reparet iudicia in opirulatione damnati. *Ennod. pro ſymma. poſt med. Sardic. c. 5. Iuo par. 4. c. 242. & par. 5. c. 27. decr. Anſel. lib. 2. c. 57.*

CAP. XVIII.

Sedes Apoſtolica diſcens tantam iniuſtitiam (*loquitur de depoſitione Ignatij Patriarchæ*) impunè deſeri minimè paſſa eſt; ſed ſcribit, à tali præſumptione ceſſandum, ſuoque decreto Phorium non obedientem cum complicibus ſacra dignitate nudat, & cum fautoribus anathema eſſe decernit. *Anaſtaſ. Bibliothec. in præfatione conc. CP. viij. ſub Hadr. ij.*

De maioribus negotiis ad Pont. Max. referendis. Tit. X.

PARS PRIOR.

CAPVT I.

Apoſtolicæ ſedis diſpoſitioni omnes maiores Eccleſiaſticas cauſas, & Epiſcoporum iudicia antiqua Apoſtolorum, eorúque ſucceſſorum, atque canonum auctoritas reſeruauit. *Nicæn. xviij. apud Iul. c. 2. Capitul. lib. 7. c. 156. in add. Burch. lib. 1. c. 144. Iuo par. 5. c. 257. decr.*

CAP. II.

Cùm quis ex rationabili cauſa putauerit appellandum, iudex ſuperior de appellatione cognoſcat, & ſi minùs eum rationabiliter appellaſſe cognouerit, illum ad inferiorem remittat, & in expenſis alteri parti condemnet. Alioquin ipſe procedat, ſaluis conſtitutionibus de maioribus cauſis ad ſedem Apoſtolicam perferendis. *Innoc. iij. in conc. Later. c. 35.* *De appel. ca. 59. apud Gregor. ix. c. 3. eod. tit. in 4. coll.*

CAP. III.

Nos inimici noſtri implicauerunt afflictionibus, & quotidie facere moliuntur, & apprehendere, aut ferris nos conſtringi minantur, niſi eorum conſentiamus erroribus: quod nequaquam vobis inconſultis agere præſumimus, canonibus quippe iubentibus, abſque Romano nos de maioribus cauſis nihil debere decernere Pontifice. *Athan. & alij ep. ad Felicem ij. in princ.*

CAP. IV.

Veſtræ ſedi Epiſcoporum iudicia, & ſummorum finem Eccleſiaſticorum negotiorum in honore beatiſſimi Petri, Patrum decreta omnium cunctam reſeruauere ſententiam. *Steph. Archiep. & alij ad Damaſ.*

CAP. V.

Vnaquęque prouincia ſuos debet iuſtos, & *3. q. 6. ca. 15.* non iniquos habere iudices, & non extraneos, niſi Apoſtolicæ ſedis huius decreuerit auctoritas, &c. Quod ſi difficiliores ortæ fuerint quæſtiones, aut Epiſcoporum, vel maiorum iudicia, aut maiores cauſæ fuerint, ad ſedem Apoſtolicam; ſi appellatum fuerit, referantur. Quoniam Apoſtoli hoc ſtatuerunt iuſ- *2. q. 6. c. omnis. c. 3* ſione Saluatoris, vt maiores, & difficiles quæſtiones ſemper ad ſedem deferantur Apoſtolicam; ſuper quam Chriſtus vniuerſam conſtruxit Eccleſiam, dicente ipſo ad beatum Principem Apoſtolorum Petrum: Tu es Pe- *Matth. 16. c.* trus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam, & reliqua. *Anacle. ep. 1. in fi. Anſel. lib. 3. c. 80.*

CAP. VI.

Ad Primates poſt ſedem Apoſtolicam ſumma negotia conueniant, &c. Epiſcoporúmque cauſæ, & ſummorum negotiorum iudicia, ſalua Apoſtolicæ ſedis auctoritate, iuſtiſſimè terminentur. *Anacle. ep. 2. cap. 4. Vide Gregor. vij. lib. 6. regiſt. ep. 35. ad Rothomag. Epiſcopum, & alios. Iuo lib. 4. tit. 3. cap. 1. panor. & par. 5. c. 53. decr. Cæſar. lib. 2. c. 73.*

CAP. VII.

Si quæ cauſæ difficiliores inter vos ortæ fuerint, ad huius ſanctæ ſedis apicem eas, quaſi ad caput referte. *Anaclet. ep. 3. in med. Burch. lib. 1. cap. 178. Iuo lib. 4. tit. 1. c. 2. panor. & par. 5. c. 294. decret.*

CAP. VIII.

Dilectiſſimis fratribus vniuerſis Africæ regionis Epiſcopis, Euariſtus. Dilectio veſtra normam ſecuta prudentium, ad ſedem Apo-

ſtolicam referre maluit, quaſi ad caput, quid debere de rebus dubiis cuſtodire potius, quà vſurpatione præſumere. *Euariſt. epiſt. 1. in prin. Vide Innocen. ep. 3. in prin.*

CAP. IX.

11. q. 1. c. 15. Relatum eſt ad huius ſanctæ, & Apoſtolicæ ſedis apicem, cui ſummarum diſpoſitiones cauſarum, & omnia negotia Eccleſiarum ab ipſo Domino ttadita ſunt, quaſi ad caput, ipſoque dicente Principi Apoſtolorum Petro,
Matth. 16. c. Tu es Petrus, &c. quod quidam æmuli Chriſti, ſacerdotes Dei ad iudices publicos accuſare præſumant, &c. *Alex. ep. 1. in prin. Anſ. lib. 2. cap. 35.*

CAP. X.

Iudicia Epiſcoporum, maioreſque Eccleſiæ cauſſæ, à ſede Apoſtolica, & non ab alia, ſicut Apoſtoli, & ſancti ſucceſſores eorum ſtatuerunt, cùm aliis Epiſcopis ſunt terminandæ. Quia licet in alios transferatur Epiſcopos, beato tamen Apoſtolo Petro dictum eſt:
Matth. 16. c. Quæcunque ligaueris, &c. & quæcumque ſolueris, &c. & reliqua priuilegia, quæ ſoli huic ſanctæ ſedi conceſſa ſunt, & in conſtitutis Apoſtolorum, eorumque ſucceſſorum, aliiſque quam plurimis cum eis concinentibus
† ſexaginta. habentur inſerta. Septuaginta† enim Apoſto-
Diſt. 16. c. 2. ſexaginta. li ſententias præfixerunt cum aliis quampluribus Epiſcopis, & ſeruandas conſuerunt. *Zephy. ep. 1. in prin. Burch. lib. 1. cap. 154. & 157. Iuo lib. 4. tit. 12. cap. 11. & lib. 2. tit. 11. c. 17. panor. & par. 5. c. 245. & 267. & par. 4. c. 107. in fine, decr. Anſ. lib. 2. c. 6. & lib. 3. c. 65. & 66. & 41. Cæſar. lib. 1. c. 29.*

CAP. XI.

Ad primates Epiſcoporum negotia, ſalua
Diſt. 20. vrbes. c. 1 in omnibus Apoſtolica auctoritate, & maiores cauſę poſt Apoſtolicam ſedem ſunt referendæ. *Steph. ep. 2. c. 5. Anſ. lib. 6. c. 109.*

CAP. XII.

Semper dubia, & maiora negotia terminum ab hac ſancta ſede à tempore Apoſtolorum, qui eam ſuis documentis inſtruxerunt, accipere conſueuerunt, & ideo rectè feciſti, quòd huius ſanctæ ſedis conſultis te, cęteroſque firmari, & inſtrui voluiſti. *Felix. ep. 3. in prin.*

CAP. XIII.

Quæcumque difficiles quęſtiones per ſingulas prouincias exortæ fuerint, ſemper ad ſedem Apoſtolicam referantur. *Caius ep. vni. in fi. Anſel. lib. 2. c. 39.*

CAP. XIV.

Matth. 16. c. Sedes Apoſtolica primitus apud vos, quæ poſtea, iubente Domino, Romam tranſlata
24. q. 1. rogamus. 15. eſt, cui adminiculante gratia Diuina, hodierna præſidemus die. Nec ab eius diſpoſitione vos deuiare oportet, ad quam cuncta maiora
2. q. 6. ad Romanam. c. 6. eccleſiaſtica negotia, Diuina diſponente gratia, iuſſa ſunt referri, vt ab ea regulariter diſponantur, à qua ſumpſere principia. Si veſtra verò Antiochena, quæ olim prima erat, Romanæ ceſſit ſedi: nulla eſt, quæ eius non ſubiecta ſit ditioni. *Marcellus ep. 1. in prin. Anſ. lib. 2. c. 15. & lib. 2. cap. 7.*

CAP. XV.

Dei ordinatione taliter ordinatum eſſe ctedimus; ne omnes poſterorum cuncta ſibi vindicarent, ſed ſemper maiores cauſę, ſicut ſunt Epiſcoporum, & potiorum curę negotiorum, ad vnam beati Petti Principis Apoſtolorum ſedem confluerent, vt inde ſuſcipiant finem iudiciorum, vnde acceperunt initium inſtitutionum, ne quandoque à ſuo diſcreparent capite. *Miltiad. ep. ſing. poſt prin. Burch. lib. 1. cap. 2. Iuo par. 5. cap. 46. decr.*

CAP. XVI.

Ad ſedem Apoſtolicã, quaſi ad matrem, atque apicem, omnes maiores Eccleſię cauſſę, & iudicia Epiſcoporum recurrãt. *Iul. ep. 1. in med.*

CAP. XVII.

Scitote, hunc typhum deinceps non eſſe paſſuros, vt ea, quæ ad hanc ſpecialiter ſanctam pertinent ſedem, ſicut iudicia Epiſcoporum, & maiores Eccleſiæ cauſſæ, vos patiamur nobis inconſultis inuadere, abſque veſtri ſtatus periculo. *Iul. ep. 1. ad Oriental. antę finem.*

CAP. XVIII.

Scripſi vobis, & omnibus qui in Antiochiam fueratis congregati, arguens vos primùm dè iniuriis litterarum; deinde, cur Athanaſium, ſuoſque conſectatores ad veſtrum concilium conuocaſſetis, canonibus ſcilicet præcipientibus, nihil extra Romanum decerni Pontificem, cui hæc, & maiora Eccleſiarum negotia, tam ab ipſo Domino, quàm ab omnibus vniuerſorum Conciliorum fratribus, ſpeciali, vt iam dictum eſt, priuilegio contradita ſunt. *Iul. ep. 2. poſt prin.*

CAP. XIX.

Sedi Apoſtolicæ maiores cauſſæ reſeruatæ ſunt, atque ſolidatæ. *Dam. ep. 3. in med.*

CAP. XX.

Licet vobis ſint nota Patrum decreta, mirari tamen non poſſumus veſtram ſolertiam circa inſtituta maiorum vt cuncta, quę poſſunt aliquam recipere dubitationem, ad nos quaſi ad caput, vt ſemper fuit conſuetudo, deferrè non deſinatis: vt inde capiatis reſponſa, vnde accepiſtis inſtitutionem, & normam rectè viuendi. Vnde & vos non immemores canonum eſſe recordamur, qui & id ipſum fieri pręcipiunt: non vt vobis ſcientiæ Eccleſiaſticæ regulæ aliquid deſit; ſed vt auctoritate ſedis Apoſtolicæ fulti, in nullo ab eius deuietis regulis. *Damaſ. ep. 4. in prin.*

CAP. XXI.

Nec alicui liceat, ſine præiudicio tamen *3. q. 6. non*
Romanæ Eccleſiæ, cui in omnibus cauſis *liceat. 14.*
debetur † reuerentia cuſtodiri; relictis his ſacerdotibus, qui in eadem prouincia Dei eccleſias nutu diuino gubernant, ad alias conuolare prouincias, &c. Si autem maiores cauſæ in medium fuerint deuolutæ, ad ſedem Apoſtolicam, ſicut ſynodus ſtatuit, & vetus conſuetudo exigit, poſt iudicium Epiſcopale referantur. *Innoc. ad Victoric. ep. 2. c. 3. Vide Nican. xviij. apud Iul. Capitul. lib. 6. c. 287. the. 8. & lib. 7. c. 109. Anſel. lib. 2. cap. 53. &*

† debet i.

lib. 3. cap. 75. Tarrac. lib. 2. cap. 20.

CAP. XXII.

Dilectio tua institutum secuta prudentium, ad sedem Apostolicam referre maluit, quid de rebus dubiis custodire deberet potius, quã vsurpatione præsumpta, quæ sibi viderentur, de singulis obtinere. *Inno. ep. 3. in princ.*

CAP. XXIII.

Mirari non possumus, dilectionem tuam sequi instituta maiorum omniaque quę possũt aliquam recipere dubitationem, ad nos quasi ad caput, atque ad apicem Episcopatus referre: vt consulta videlicet sedes Apostolica ex ipsis rebus dubiis certum aliquid faciendum pronuntiet. Quod & nos libenter accipimus, & dilectionem tuam memorem canonũ approbamus. *Inno. ep. 4. in prin.*

CAP. XXIV.

Cùm maiora negotia, & difficiliores caussarum exitus liberum tibi esset sub nostrę sententię expectatione suspendere; nec ratio tibi, nec necessitas fuit, in id, quod mẽsuram tuam excederet, deuiandi. *Leo ep. 82. in prin. ad Anastasium Thessalonicen. Legatum sedis Apostolicæ.*

CAP. XXV.

Dist. 18. c. 2. de conciliis. Si fortè inter ipsos, qui præsunt, de maioribus peccatis causa nascatur, quę prouinciali nequeat examine definiri; fraternitatẽ tuam de totius negotij qualitate Metropolitanos curabit instruere: & si coram positis partibus, nec tuo fuerit res sopita iudicio; ad nostram cognitionem, quidquid illud est, transferatur. *Leo. ep. 82. c. 7. ad Anastas. Epis. Thessalo. Legatum sedis Apostolicæ. Burch. l. 1. c. 43. Iuo lib. 4. tit. 2. cap. 1. panor. & par. 4. c. 241. decret.*

CAP. XXVI.

Si in eo, quod fratribus tractandum, definiendúmue credideris, diuersa eorum fuerit à tua voluntate sententia, ad nos omnia sub gestorum testificatione referantur: vt remotis ambiguitatibus, quod Deo placeat, decernatur. *Leo ep. 82. c. 11. ad Anastasium Thessalonicens. Legatum sedis Apostolicæ.*

CAP. XXVII.

Si emerserint caussę, quę ad statum Ecclesiarum, & ad concordiam pertineant sacerdotum; illic sub timore Domini volumus ventilentur, & de componendis, atque compositis omnibus ad nos relatio plena mittatur; vt ea, quę iuxta ecclesiasticum morem iustè, & rationabiliter fuerint definita, mea quoque sententia roborentur. *Leo ep. 85. ad Epis. Mauritaniæ. c. 5. in fi.*

CAP. XXVIII.

Ad sanctam Romanam Ecclesiam tam summa Episcoporum iudicia, & negotia, atque querelę, quàm & maiores Ecclesiarum quæstiones, quasi ad caput semper referenda sunt. *Vigil. ep. vnic. 7.*

CAP. XXIX.

Dist. 17. multis c. 5. in fine. † vetus f. Maiores, & difficiles quæstiones, vt sanctæ synodus statuit, & beata† consuetudo exigit, ad sedem Apostolicam semper referantur. *Pelagius Secundus epist. 1. in fine. Anselm. lib. 2. c. 34.*

CAP. XXX.

Non aliud nobis conuenit prædicare, præter quod à sanctis Patribus sumus edocti, si vetò & noui aliquid, inimici astutia agente, acciderit, quod tua sancta fraternitas minimè per canonum instituta discernere possit, hoc nobis non pigeat insinuare, quatenus Deo iuuante, quæque ad emendationem nouæ plebis esse possunt, tibi absque tarditate respondere maturemus. *Zach. ep. 6. in fi. ad Bonif. Epis.*

CAP. XXXI.

In his omnibus aderit misericordia Dei missis nostris, & futuro Episcopo vestro, qui vos instruat, & quid agere debeatis, abundanter erudiat. Sed & illi siue nunc, siue post hæc semper in rebus dubiis, & negotiis maioribus sedem, totius Ecclesiæ more, consulent Apostolicam, & ab illa instructi, in quibus oportet, instituent, & quæ Dei sunt, sedula prædicatione docebunt. *Nic. ad cons. Bulgar. cap. 106.*

CAP. XXXII.

Quod maiores causæ cuiuscumque Ecclesiæ ad Apostolicam sedem referri debeant. *Greg. vij. lib. 2. regist. in dictato.*

De variis negotiis ad Pontif. Max. referendis. Tit. X.

PARS POSTERIOR.

CAPVT I.

De presbyteris, diaconibus seu clericis, qui inter se causam habuerint, nullo modo præsumant publicis actoribus interpellationẽ facere, nisi suo Episcopo, & si fortsitan Episcopus contra eum habuerit, ad vicinum Episcopum confugium faciat, iuxta canonum statuta, & si minimè conuenerit, vt decidatur inter eos contentio, apud Apostolicam veniat sedem. *Zachar. in syn. Rom. c. 12.*

CAP. II.

Quotiens defuncto Pastore alicuius Ecclesiæ, alius ei canonicè subrogandus, instantia visitatoris Episcopi, qui ei ab Apostolica, vel Metropolitana sede directus est clerus, & populus, remota omni sæculari ambitione, timore, atque gratia, Apostolicæ sedis, vel Metropolitani sui consensu, Pastorem sibi secundùm Deum eligant; qui si corruptus aliquo vitio aliter agere præsumpserit, electionis perperam factæ omni fructu carebit, & de cæteto nullam electionis potestatem habebit: electionis verò potestas omnis in deliberatione sedis Apostolicæ, siue Metropolitani sui consistat. *Greg. vij. in conc. Rom. ann. vij. sui Pontificatus c. 6.*

CAP. III.

Nullus laicus decimas suas, aut Ecclesiam, aut quidquid Ecclesiastici iuris est, sine consensu Episcopi, vel Romani concessione Pontificis, monasteriis, aut Canonicis offerre præsumat: quod si quis Episcopus, improbitatis, & auaritiæ causa, consentire nolue-

rit, Romano Pontifici nuncietur, & cum eius licentia, quod offerendum eſt, offerat. *Vrba. ij. in concil. apud Melphiam, c. 5.*

CAP. IV.

De reliq. c. vlt. Gregor. ix. c. 2. de immun. Eccl. in 4. coll.

Inuentas reliquias de nouo nemo publicè venerari præſumat, niſi prius auctoritate Romani Pontificis fuerint approbatæ. *Inno. iij. in concil. Lateran. gen. cap. 62.*

CAP. V.

Depænit. c. 14. Gregor. ix. & c. 5. eodē tit. in 4. collect.

Eleemoſynarum quoque quæſtores, &c. admitti, niſi Apoſtoli, vel diœceſani Epiſcopi litteras veras exhibeant, prohibemus. Et tunc præter, id quod in ipſis continebitur litteris, nihil populo proponere permittantur. Formam verò, quam communiter talibus Apoſtolica ſedes indulget, duximus exprimendam, vt ſecundùm eam diœceſani Epiſcopi ſuas litteras moderentur, &c. Infra hunc quoque dierum numerum indulgentiarum litteras præcipimus moderari, quæ pro quibuſlibet cauſis aliquotiens conceduntur; cum Romanus Pontifex, qui plenitudinem obtinet poteſtatis, hoc in talibus moderamen conſueuerit obſeruare. *Inn. iij. in conc. gen. Later. c. 62.*

CAP. VI.

Diſt. 96. c. 10. p. cumq; 16 q. 7. non placuit. 23.

Laurentius Epiſcopus Mediolanenſis Eccleſiæ dixit: Iſta ſcriptura nullum Romanæ ciuitatis potuit obligare Pontificem: quia non licuit laïco ſtatuendi in Eccleſia, præter Papam Romanum habere aliquam poteſtatem, cui obſequendi manet neceſſitas, &c. *Synod. Rom. iij. Symma. c. 3. Deus d. c. 1. & 4. Anſel. lib. 5. c. 8. & c. 9. Cæſar. lib. 7. c. 113.*

CAP. VII.

Siluanus Epiſcopus Calaguræ poſtponens Patrum regulas, & veſtra inſtituta deſpiciens, nullis petentibus populis, Epiſcopum ordinauit, alterum fratrem noſtrum Preſbyterum, cui inuito, & repugnanti impoſuerat manus, Epiſcopum fecit, &c. Proinde quia his præſumptionibus, quæ vnitatem diuidunt, quæ ſchiſma faciunt, velociter debet occurri; quæſumus ſedem veſtram, vt quod ſuper hac parte obſeruare velitis, Apoſtolicis affatibus inſtruamur: quatenus fraternitate collecta, prolatis in medium venerandæ ſynodi conſtitutis, contra rebellionis ſpiritum veſtra auctoritate ſubnixi, quod oporteat, & de ordinatore, & de ordinato fieri, intelligere Deo iuuante poſſimus. *Aſcanius, & alij ep. 11. ad Hilar. in med. & fin.*

CAP. VIII.

Hæc ad ſanctitatem tuam de concilio Numidię ſcripta dixerimus, imitãtes Carthaginenſem Eccleſiam, & Carthaginenſis prouinciæ coepiſcopos noſtros, quos ad ſedem Apoſtolicam, quam beatus illuſtras, de hac cauſa ſcripſiſſe comperimus. *Ep. Mileuit. conc. ad Innoc. in fine, poſt epiſt. 25.*

CAP. IX.

Petitur confirmatio canonis à Papa Bonifacio, & Epiſcopis illarum partium de ſacris lib. *Carth. 24. G. Carth. iij. c. 47. L.*

CAP. X.

Quotiens dubitatur de Paſchate; per Metropolitanos, à ſede Apoſtolica ſacra conſtitutio teneatur. *Aurel. iv. cap. 1.*

CAP. XI.

Si quilibet, ſiue ſit preſbyter, ſiue ſit diaconus, aliquam perturbationem machinando, & noſtro miniſterio inſidiando, redarguatur falſam ab Apoſtolico detuliſſe Epiſtolam, vel aliud quid, quod indè non conuenerit, ſalua fide, & integra circa Apoſtolicum humilitate; penes Epiſcopum ſit poteſtas, vtrùm eum in carcerem, aut in aliam detrudat cuſtodiam, vſquequo per Epiſtolam, aut per idoneos ſuæ partis Legatos, Apoſtolicam interpellet ſublimitatem, vt potiſſimùm ſua ſancta legatione dignetur decernere, quid de talibus iuſto ordine lex Romana ſtatuat, definire; vt & is corrigatur, & cæteris modus imponatur. *Tribur. cap. 30.*

CAP. XII.

Fabianus Epiſcopus vrbis Romæ omnibus Orientalibus Epiſcopis, & cunctis fidelibus in Domino ſalutem. Exigit dilectio veſtra ſedis Apoſtolicę conſulta, quæ vobis denegare non poſſumus, nec debemus. Hoc autem & prædeceſſores noſtros multarum regionum Epiſcopos egiſſe liquet; & nos, qui in eadem ſede Domino largiente collocati ſumus, agere debere, fraterna caritas, & obedientiæ debitum compellit. *Fabia. ep. 2. in prin.*

CAP. XIII.

Scitote, omnes ſuggeſtiones veſtras fidei Catholicæ profuturas, me dignanter ſuſcepiſſe; vt ipſarum quoque opera, & pax Chriſtiana reparari, & error impius poſſit aboleri, & ſi amplius de talibus, aut de his ſimilibus aliquid fuerit deliberandum, celeriter ad nos relatio dirigatur, vt pertractata qualitate horum, noſtra, quid obſeruari debeat, ſollicitudo conſtituat. *Euſeb. ep. 1. in fin.*

CAP. XIV.

Cum omni feſtinatione vos omnes ad huius ſanctæ ſedis reuerentiam volo concurrere: quatenus geſtorum apud vos integritatem, per vos ipſos poſſitis oſtẽdere. *Iul. ep. 2. in prin.*

CAP. XV.

Inter cæteras Eccleſiæ Romanæ curas, & Apoſtolicæ ſedis occupationes, quibus diuerſorum conſulta fideli, ac medica diſceptatione tractamus, &c. frater, & coepiſcopus noſter Iulius dilectionis veſtræ litteras, quas ex Mileuitano concilio cura fidei propenſiore miſiſtis, mihi inopinanter ingeſſit, Carthaginenſis etiam ſynodi querelæ paralis ſcripta ſubiungens. *Inn. ep. 26. ad Mileuit. concil. in princ.*

CAP. XVI.

Quotiens fidei ratio ventilatur, arbitror omnes fratres, & coepiſcopos noſtros, non niſi ad Petrum, id eſt, ſui nominis, & honoris auctorem, referre debere, velut nunc retulit veſtra dilectio; quod per totum mundum poſſit Eccleſiis omnibus in commune prodeſſe. *Inn. in ep. 26. ad concil. Mileuit. ante med. Anſel. lib. 1. c. 27. & lib. 2. c. 54.* *24. q. 1. c. 12.*

CAP. XVII.

Ne pro suo libitu (*Episcopi*) iura studeant aliena peruadere, absque sedis Apostolicæ iusta dispositione mandante. *Gelas. ep. 1. c. 5.*

CAP. XVIII.

De consec. d. 1. de locorum. c. 3. Ne absque præcepto sedis Apostolicæ Ecclesiæ, vel oratoria consecrentur. *Gelas. ep. 1. c. 27.*

CAP. XIX.

Quantum ad religionem pertinet, non nisi Apostolicæ sedi, iuxta canones, debetur summa iudicij totius. *Gelas. ep. 4. ad Faustum in fine.*

CAP. XX.

Petistis per Hilarium Chartularium nostrũ à beatæ memoriæ prædecessore nostro, vt omnes vobis retro temporum consuetudines seruarentur, quæ à beati Petri Apostolorum Principis ordinationum initiis hactenus vetustas longa seruauit. Et [nos quidem iuxta *Dist. 11. cap. 8.* seriem relationis vestræ; [consuetudinem, *Dist. 11. cap. 6.* quæ tamen contra fidem catholicam nihil vsurpare dignoscitur, immotam † permanere concedimus. *Greg. lib. 1. ep. 75. post princ. & ep. 54. ad Lugdun. Archiep. & ep. 179. ad Gualterium Beluacen. Burch. lib. 3. c. 124. Ivo lib. 2. tit. 12. c. 21. panor. & par. 4. c. 66. & c. 204. decr. Cæsaraug. lib. 1. cap. 26.*

† inuiolatam.

Episcopos, & Metropolitanos, & Primates constituere, Pontificis Max. est. Tit. XI.

CAPVT I.

QVod non aliæ Metropolitanæ Ecclesiæ, vel Primates sint, nisi illæ, quæ prius Primates erant, & post Christi aduentum auctoritate Apostolica, & synodali Primatum habere meruerunt. *Nica. xlvij. apud Inl. ep. 2. c. 12.*

CAP. II.

Omnes generaliter alloquamur, qui iustè, & piè volunt viuere in communione sanctæ *Eph. 4. a* Ecclesiæ Catholicæ, quæ est vnum corpus Christi, cui vnus est Dominus, vna fides, vnũ baptisma; quæ cum generaliter ab vno capite Christo super petram, id est, super confessionem Petri, sit ædificata; manifestum tamen est, in omnem Italiam, Gallias, & Hispaniam nullũ instituisse Ecclesias, nisi eos, quos venerabilis Petrus, aut eius successores constituerunt sacerdotes, & quoniam Ecclesia in nostris quoque partibus, vt dictum est, super hanc petræ soliditatem non tantùm fundata, sed ab eo, eiusque successoribus etiam edocta; cum Dei gratia ipsius beati Petri suffragantibus meritis, firmitatem fidei, quam primò percepit, hactenus inconcussam seruare studuit, nullaque perfidorum consortia recepit. *Trosl. is. c. 15. Vid. Inn. ep. 1.*

CAP. III.

Episcopos per singulas ciuitates, quibus ille (*hoc est Petrus*) non miserat, nobis mittere præcepit, &c. Vos autem per vestras diœceses Episcopos sacrate, & mittite: quia nos ad alias partes agere curabimus. Aliquos ad Gallias, Hispaniasq; mittemus, & quosdã ad Germaniam, & Italiam, & ad reliquas gentes, &c. *Clem. ep. 1. in med. Vid. Anaclet. ep. 1. c. 4.*

CAP. IV.

Illi, qui in Metropoli à Beato Petro Apostolo, ordinante Domino, & prędecessore nostro sancto Clemente, seu à nobis constituti sunt, non omnes Primates, vel Patriarchæ esse possunt. Sed illæ vrbes, quæ præfatis, & priscis temporibus primatum tenuere, Episcopotum, Patriarcharum, aut Primatum nomine fruantur. *Anacl. ep. 3. c. 3.*

CAP. V.

Flagitauit à nobis pro suis syllabis prædictus sanctissimus vir (*Bonifacius*) per Apostolicam auctoritatem vestras confirmari sedes (*loquitur de tribus sedibus Episcopalibus, quæ à Bonifacio Legato sedis Apostolicæ fuerant constitutæ*) Pro quo nos ardenti animo & diuino iuuamine, ac auctoritate beati Petri Apostolorum Principis, cui data est à Deo, & Saluatore nostro Iesu Christo ligandi, soluendique potestas peccata hominum in cælo, & in terra, confirmamus, atque solidas permanere vestras Episcopales sedes sancimus, intercedentes † ipsius Principis Apostolorum auctoritate, &c. vt nullus audeat contra eandem vestram venire ordinationem. *Zach. ep. 1. in prin.* *Matth. 16. b*

† interdicentes f.

CAP. VI.

De ciuitate illa, quæ nuper Agrippina vocabatur, nunc verò Colonia, iuxta petitionem Francorum, nostræque auctoritatis præceptum, nomini tuo Metropolim confirmauimus, & tuæ Sanctitati direximus, pro futuris temporibus ad eiusdem Metropolitanæ Ecclesiæ stabilitatem. *Zachar. ep. 4. in fi.*

CAP. VII.

Statuimus per Apostolicam auctoritatem Episcopales illic (*in Germania*) esse sedes, quæ per successionem Episcopos mereantur, & populis præsint, atque in quibus verbum prædicationis subiectis insinuetur, id est, in castello, quod dicitur VVirtzburg; & alterum in oppido, quod nominatur Buraburg; tertium in loco, qui dicitur Erphesfurt, ita vt nulli post hæc liceat cuiquam hæc, quæ à nobis sancita sunt, quoquo modo violare, quæ auctoritate beati Petri Apostoli firma esse decreuimus. *Zach. ep. 6. ad Bonif. in prin.*

CAP. VIII.

Secundùm tuæ Sanctitatis petitionem tribus Episcopis tuis singulas confirmationis Epistolas misimus, quas per tuæ Sanctitatis manus eis largiri volumus. *Zachar. ep. 6. in fine.*

CAP. IX.

Vos siue Patriarcham, siue Archiepiscopũ, siue Episcopum vobis ordinari postuletis, à nemine nunc velle congruentius, quàm à Pontifice sedis beati Petri, à quo & Episcopatus, & Apostolatus sumpsit initium, hunc ordinare valetis. In quo hic est ordo seruandus; vt videlicet à sedis Apostolicæ Præsule sit nunc vobis Episcopus consecrandus; qui, si Christi

plebs, ipso præstante crescit, Archiepiscopatus priuilegia per nos accipiat. *Nicol. ad consulta Bulgar. c. 73.*

CAP. X.

Quod soli Romano Pontifici licet, pro temporis necessitate, nouas leges condere, nouas plebes congregare, de Canonica Abbatiam facere, & è contra; diuitem Episcopatum diuidere, & inopes vnire. *Greg. vij. lib. 2. regist. in dictato.*

Episcoporum mutatio ad Pont. Max. pertinet. Tit. XII.

CAPVT I.

7. q. 1. ƒ. cuius. s. 11. Episcopus non dimittat Ecclesiam, ad quā sacratus est, absque ineuitabili necessitate, aut Apostolica, vel regulari mutatione; nec alteri se ambitus causa coniungat. *Euarist. epist. 2. in prin. Burch. lib. 1. c. 76. Iuo par. 5. c. 182. decret. Ansel. l. 6. c. 102. Tarrac. l. 3. c. 67.*

CAP. II.

7. q. 1. c. 39. ƒicut. in ƒ. Si vtilitatis causa fuerit mutandus (*Episcopus*) non per se hoc agat, sed fratribus inuitantibus, & auctoritate huius sanctæ sedis faciat, non ambitus causa, sed vtilitatis. *Callist. ep. 2. ante med. Burch. lib. 1. c. 80. Iuo lib. 3. tit. 5. c. 27. panor. & par. 5. c. 186. decr.*

CAP. III.

Significasti etiam litteris tuis, quendam fratrem, nomine, & actu Dei seruum, causa vtilitatis te velle mutare in locum, & ciuitatem defuncti, licet quidam dicant, hoc fieri non licere, nisi consensum Apostolicæ sedis habuisses. Quapropter scias frater dilectissime, aliud esse causam necessitatis, & vtilitatis, & aliud causam præsumptionis, & propriæ voluntatis. Non ergo mutat sedem, qui non mutat mentem. Quis enim vnquam audet dicere, sanctum Petrum Apostolorum Principem non bene egisse, quando mutauit sedem de Antiochia in Romam? aut quis eum negat ob id sanctum non esse, aut dignitatem, aut meritum vnquam Apostolatus, tam in cælis, quàm in terris perdidisse? *Pelag. ij. ep. 2. in prin.*

CAP. IV.

Quòd Romano Pontifici liceat de sede ad sedem, necessitate cogente, Episcopos transmutare. *Greg. vij. lib. 2. regist. in dicta.*

Pontifex Max. omnes iudicat, & iudicatur à nemine. Tit. XIII.

CAPVT I.

V. d. 21. c. vlt. in tantum. Præsumpsit Dioscorus & excommunicationem dictare aduersus sanctissimum, & beatissimum Archiepiscopum magnæ Romæ Leonem, &c. Vnde (*idem*) Leo per nos, & præsentem sanctam synodum, vnà cùm ter beatissimo, & omni laude digno beato Petro Apostolo, qui est petra, & crepido catholicæ Ecclesiæ & ille, qui est rectæ fidei fundamentum, nudauit eum tam Episcopatus dignitate, quàm etiam & ab omni sacerdotali alienauit ministerio. *Chalced. act. 3. in damnatione Dioscori. Nic. ep. ad Mich. Imper. ante med.*

CAP. II.

Quoniam super alias suas nequitias aduersus ipsam Apostolicam sedem (*Dioscorus*) latrauit, & excommunicationis litteras aduersus sanctissimum, & beatissimum Papam Leonem facere conatus est, &c. decenter ab vniuersali concilio sacerdotio est nudatus, & ab Episcopali dignitate pronuntiatus est alienus. *Chalc. in medio ep. ad Valentinian. & Marcian. Impp. act. 3. Nic. ep. ad Mich. Imp. ante med.* vbi supr.

CAP. III.

Contra ipsum, cui vineæ custodia à Saluatore commissa est, extendit (*Dioscorus*) insaniam, id est, contra tuam quoque Apostolicam Sanctitatem: & excommunicationem meditatus est contra te, qui corpus Ecclesiæ vnire festinas, &c. *Chalced. syn. in ep. ad Leonem in med. act. 3.*

CAP. IV.

Quoniam quidem apparuit Photium post prolatam contra se iustissimam sententiam, & dānationem à Sanctiss. Papa Nicolao, &c. concilium vanitatis colligentem depositorias accusationes, & crimina contra beatissimum Papam Nicolaum commouisse, & anathema procaciter, & audacter contra eum, & cunctos communicantes ei sæpe promulgasse, &c. Anathematizamus Photium, &c. Quemadmodum & fortissimus pietatis athleta Martinus sanctissimus Papa Romanus tales synodicè pepulit. *viij. syn. c. 6. sub Had. ij.*

CAP. V.

Dominicum sermonem, quem Christus sāctis Apostolis, & discipulis suis dixit: Quia qui vos recipit, mè recipit, & qui vos spernit, me spernit; ad omnes etiam, qui post eos secundùm ipsos facti sunt Summi Pontifices, & pastorum Principes, in Ecclesia Catholica, dictum esse credentes; [definimus, neminem prorsus mundi potentium, quemquam eorū, qui Patriarchalibus sedibus præsunt, inhonorare, aut mouere à proprio throno tentare: sed omni reuerentia, & honore dignos iudicare; præcipuè quidem sanctissimum Papam senioris Romæ, deinceps autem Constantinopoleos Patriarcham, deinde verò Alexandriæ, ac Antiochiæ, atque Hierosolymorum; sed nec alium quemquam † conscriptiones contra sanctissimum Papam senioris Romæ, ac verba complicare, vel componere sub occasione quasi diffamatorum quorumdam criminum, quod & nuper Photius fecit, & multo ante Dioscorus. Quisquis autem tanta iactantia, & audacia vsus † fuerit, vt secundùm Photium & Dioscorum in scriptis, vel sine scriptis, iniurias quasdam contra sedem Petri Principis Apostolorum moueat; æqualem, & eandem, quam illi condemnationem accipiat. Si verò quis aliqua potestate fruens, vel potens pellere tentauerit præfatum Apostolicæ cathedræ Papam, aut alio-

Luc. 10. c.

Dist. 22. c. vlt.

† quemcumque.

† ausus.

rum Patriarcharum quemquam, anathema sit. Porro si synodus vniuersalis fuerit congregata, & facta fuerit etiam de sancta Romanorum Ecclesia quæuis ambiguitas, & controuersia; oportet venerabiliter, & cum conuenienti reuerentia, de opposita † quæstione sciscitari, & solutionem accipere, & aut proficere, aut profectum facere; non tamen audacter sententiam dicere contra senioris Romæ Summos Pontifices. *viij. synod. sub Hadr. 2. c. 21. Anselm. lib. 2. c. 72. Deus dedit c. 3.*

† proposita.

Cap. VI.

Salua in omnibus Apostolica auctoritate, nullus Episcopus alterius parochianum ordinet, vel iudicet. *Nicæn. xxvj. apud Iulium ep. 2. cap. 6. Xyst. ij. ep. 2.*

Cap. VII.

V. d. 21. c. 8. Nūc autem.

Synodus vniuersa hoc dixit cunctorum iudicio: Tu eris iudex, ex te enim damnaberis, ex te iustificaberis, tamen in nostra præsentia, illuc verò dum veneris ad iudicium tuum, ex te tunc damnaberis, & ex te iustificaberis. Tu enim iudex, tu reus † &c. Respondit Petrus, & dixit ad Marcellinum Episcopum: Iam audi Pontifex, & iudica causam tuam; quoniam ex ore tuo iustificaberis, & ex ore tuo condemnaberis: quoniam nulla membra sana esse possunt, si caput mœstum fuerit, &c. Iustè ore suo condemnatus est, & ore suo anathema suscepit Maranatha, quoniam ore suo condemnatus est; nemo enim vnquam iudicauit Pontificem, nec Præsul sacerdotem suum, quoniam prima sedes non iudicabitur à quoquam, &c. *Acta conc. Sinuess. sub Marcellin. Nicol. in epist. ad Mich. Imperat. ante medium.*

† tu i eris.

Cap. VIII.

2. q. 4. cap. 2. Luc. 6. f.

Non damnabitur Præsul, nisi in lxxij. testib. Neque Præsul Summus à quoquam iudicabitur, quoniam scriptum est. Non est discipulus supra magistrum. Presbyter autem Cardinalis, nisi xliv. testib. Diaconus Cardinarius constitutus vrbis Romæ, nisi in xxvj. Subdiaconus, Acolythus, Exorcista, Lector, Ostiarius, nisi in vij. testibus nō damnabitur. *Synod. Rom. cclxviii. Episcoporum sub Siluestr. in epilogo, & c. 3. Vid. Nicol. ep. ad Mich. Imp. ante medium. Hadr. c. 52. & 68. ad Episc. Mediom. & Mag. syn. sub Arnul. c. 12. Capitul. lib. 1. c. 139. Burch. lib. 1. c. 151. Iuo lib. 4. tit. 8. c. 7. panor. & par. 5. cap. 264. & par. 6. cap. 334. decr. Deus ded. cap. 3.*

Cap. IX.

9. q. 3. cap. 13.

Nemo diiudicet primam sedem, quoniam omnes sedes à prima sede iustitiam desiderant temperari. Neque ab Augusto, neque ab omni clero, neque à Regibus, neque à populo iudex iudicabitur. *Siluester in synod. Roma. cclxxxix. Episcopor. cap. 20. Iuo lib. 4. tit. 1. c. 5. panor. Deus d. c. 3. Anselm. lib. 1. c. 19. & lib. 4. c. 39. Cæsaraug. lib. 5. c. 1. Tarrac. lib. 1. c. 281.*

Cap. X.

De damnatione Acacij CP. Episcopi vide Felicem in epistola ad eundem, quæ cum lxvij. Episcopis scripta est.

Cap. XI.

Cùm ex diuersis prouinciis ad vrbem Romam conuenire sacerdotes regia præcepisset auctoritas; vt de iis, quæ venerabili Papæ Symmacho Apostolicæ sedis Præsuli, ab aduersarius ipsius dicebantur impingi, sanctum concilium iudicaret legitimè, &c. Memorati Pontifices, quibus alligandi imminebat occasio, suggesserunt ipsum, qui dicebatur impetitus, debuisse synodum cōuocare, scientes, quia eius sedi primum Petri Apostoli meritum, vel principatus, deinde secuta iussione Domini conciliorum venerandorum auctoritas, singularem in Ecclesiis tradidit potestatem; nec antedictæ sedis Antistitem minorum subiacuisse iudicio, in propositione simili, facile forma aliqua testaretur, &c. Cum Dei nostri obtestatione decernimus, vt Symmachus Papa sedis Apostolicæ Præsul, quantum ad homines respicit, quia totum, causis obsistentibus superius designatis constat arbitrio Diuino fuisse dimissum; sit immunis, & liber, & Christianæ plebi sine aliqua de obiectis oblatione, in omnibus Ecclesiis suis, ad ius sedis suæ pertinentibus tradat Diuina mysteria: quia eum ob impugnatorum suorum impetitionem, propter superius designatas causas obligari non potuisse cognouimus, &c. Laurentius Episcopus Ecclesiæ Mediolanensis, huic statuto nostro, in quo totam causam Dei iudicio commisimus, subscripsi. Petrus Episcopus Ecclesię Rauennatis, huic statuto nostro, in quo totam causā Dei iudicio commisimus, subscripsi, &c. *Syno. Rom. iv. sub Symmacho in prin. & in fi. Nicol. ep. ad Mich. Imp. ante med.*

Dist. 17. cap. 6. concilia. p. 2.

d. c. 6. p. Symmac.

Cap. XII.

Conciliabulum vanitatis à Photio, & huius fautore Michaële, videlicet tyrannicè imperante CP. nuper aduersus Apostolicæ sedis reuerentiam, & priuilegium congregatum, vtpote veritatis inimicum, & omni falsitate repletum, cum & sibi consentientium animas interficiens Ephesino latrocinio comparandum fore statuimus, & ipsius execranda gesta quibuscumque habeantur monumentis inserta, summi iudicis Domini nostri Iesu Christi, sanctorum Apostolorum Principum Petri, & Pauli, nostræque mediocritatis auctoritate penitus abolenda decernimus: ita vt igni tradantur, & anathemate perpetuo percellantur. Similiter & de cæteris scripturis; quæ viis iam nominatis auctoribus contra eandem sedem tempore diuerso sunt editæ, gerendum definimus. *Hadrian. ij. in syn. Rom. can. 1. apud syn. viii. generalem act. 7. ante finem.*

Cap. XIII.

Romanum Pontificem de omnium Ecclesiarum Præsulibus iudicasse legimus; de eo verò quemquam iudicasse non legimus, licet enim Honorio ab Orientalibus post mortem anathema sit dictum, sciendum tamen est, quia fuerat super hæresi accusatus, propter

† resiste- te † respue- re † cuspiam †. quod solum licitum est minoribus maiorum suorum motibus resistendi, † vel prauos sensus liberè respuendi, † quamuis & ibi nec Patriarcharum, nec cęterorum Antistitum quispiam † de eo fas fuerit proferendi sententiam, nisi eiusdem primæ sedis Pontificis consensus præcessisset auctoritas. *Hadrian. ij. in syn. Roman. apud syno. CP. viij. act. 7. in prin. allocutionis tertiæ.*

Cap. XIV.

Episcopi iussu Theodorici Regis congregati, negarunt Romanæ sedis Antistitem minorum subiacuisse iudicio. Ad postremum verò isti ipsi venerabiles Præsules, cùm vidissent, quod non sine sui discrimine potuissent contra caput se erigere; quidquid de sæpe fati Symmachi Papæ actibus delatum fuerat, totum Dei iudicio reseruarunt: ita vt singulariter quique in subscriptione sua, hoc patenter iudicent, perhibentes: Laurentius Episcopus Ecclesiæ Mediolanensis huic statuto nostro, in quo totam causam Dei iudicio cõmisimus, subscripsi. similiter Petro Episcopo Rauennatis, & cæteris Episcopis subscribentibus. *Hadria. ij. in syn. Rom. allocutione tertia post prin. apud syn. CP. viii. act. 7.*

Cap. XV.

Ostendam Dioscorum contra gestum in metropoli Nicæna concilium temerarium extitisse, &c. excommunicationem namque faciens contra sanctissimum, & beatissimum Apostolicæ sedis magnæ Romæ Episcopum suasit subscribere, &c. *Chalc. syn. act. 3. in libello Theodori diaconi ad Leonem Pap. & Chalced. conc. in med.*

Cap. XVI.

Dist. 21. c. vlt. in fine. Anatolius Archiepisc. CP. dixit: Propter fidem non est damnatus Dioscorus, sed quia excommunicationem fecit domino Archiepiscopo Leoni, & tertiò vocatus est, & non venit, & ideo damnatus est. *Chalc. act. 5. post med.*

Cap. XVII.

Maximus Exconsul dixit: Non licet aduersus Pontificem dare sententiam, &c. *Syno. Rom. sub Xysto iij. in causa eiusdem Xysti. Nicol. in ep. ad Mich. Imp. ante med.*

Cap. XVIII.

9. q. 3. cap. 14. Aliorum hominum caussas Deus voluit per homines terminare, sed sedis istius Præsulis suo sine quæstione reseruauit arbitrio. Voluit B. Petri Apostoli successores cælo tantùm debere innocentiam, &c. *Enno. pro Symma. Iuo li. 4. ti. 1. c. 7. panor. & par. 5. c. 10. decr. Anselm. lib. 1. c. 24. Cæsar. lib. 5. c. 2. Tarrac. lib. 1. c. 284.*

Cap. XIX.

Audiuimus, vos à sede sancti Petri iniustè pulsum, exilio destinatum, &c. Quid putas de nobis fieri, Pater summe, cùm de Summo Pastore, & Vicario sancti Petri talia fiunt? *Amator Episc. ad Siluerium.*

Cap. XX.

9. q. 3. c. 15. Facta subditorum iudicantur à nobis, nostra verò iudicat Deus. *Anter. ep. singul. post med. Ansel. lib. 1. c. 53.*

Cap. XXI.

Iudices alij esse non debent, nisi quos ipse, qui impetitur, elegerit, aut quos suo cum consensu hæc sancta sedes, aut eius Primates auctoritate huius sanctæ sedis delegauerint. *11. q. 1. c. 4.* *Iulius ep. 2. c. 34. ex concil. Nicæ. Iuo lib. 4. tit. 11. c. 2. panor. Anselm. lib. 3. c. 21.*

Cap. XXII.

Nec extra propriam fiat prouinciam primo discussionis accusatio, sine Apostolica præceptione; cui in omnibus causis debet reuerentia custodiri; quoniam & antiqua docet hoc Patrum regula, in qua & Imperialia pariter statuta concinunt, &c. & reliqua talia, & his similia, salua tamen in omnibus. Apostolica auctoritate, vt nihil in his definiatur prius, quàm ei placere cognoscatur, qua omnes fultos esse oportet; & si quid eis graue, intolerandumque acciderit, eius semper est expectanda censura. *3. q. 9. c. 7.* *Damas. ep. 3. c. 8. Interpres Cod. Theod. l. 9. tit. 1. const. 10. Iuo par. 6. c. 347. decr.*

Cap. XXIII.

Damnatus à Rom. Pont. non potest ab alijs absolui. *Gelas. ep. 3. in tomo de anathematis vinculo, cuius initium est; Ne fortè, ante fi.*

Cap. XXIV.

Nobis opponunt canones, dum nesciunt quid loquantur. Contra quos hoc ipso venire se produnt, quod primæ sedi sana, rectaq; suadenti parere fugiunt. [Ipsi sunt canones, qui appellationes totius Ecclesiæ ad huius sedis examen voluere deferri. Ab ipsa nusquam prorsus appellari debere sanxerunt; ac per hoc illam de tota Ecclesia iudicare, ipsam ad nullius commeare iudicium; nec de eius vnquam præceperunt iudicio iudicari, sententiamque illius constituerunt nõ oportere dissolui, cuius potius decreta sequenda mandarunt. *9. q. 3. c. 16. & c. 10. in fin.* *Gelas. ep. 4. ad Faustum ante medium. Nicol. ad Mich. Imp. ante fin. Iuo lib. 4. tit. 1. c. 10. panor. & par. 5. c. 9. & c. 19. decr. & ep. 1. ad Richerium Archiep. Senon. Anselm. lib. 1. c. 72. & lib. 2. c. 56.*

Cap. XXV.

Qua traditione maiorũ Apostolicam sedem in iudicium vocant? an secundæ sedis Antistites, & tertiæ, cęterique bene sibi conscij sacerdotes depelli debuerunt? & qui religionis existit inimicus, depelli non debuit? Videant ergo, si alios habent canones, quibus suas ineptias exequantur. Cęterum isti, qui sacri, qui Ecclesiastici, qui legitimi celebrantur, sedem Apostolicam ad iudicium vocare non possunt. *Dist. 12. c. 5.* *Gelas. ep. 4. ad Faustum in medio. Iuo par. 5. c. 9. decr. & ep. 1. ad Richerium Senon.*

Cap. XXVI.

Nec planè tacemus, quod [cuncta per mundum nouit Ecclesia, quoniam quorumlibet sententiis ligata Pontificum sedes beati Petri Apostoli ius habeat resoluendi, vtpote quæ de omni Ecclesia fas habeat iudicandi, neque cuiquã de eius liceat iudicare iudicio. Siquidem ad illam de qualibet mundi parte cano- *9. q. 3. c. 17. & 18.*

canones ap[illegible] [illegible] voluerunt; ab illa autem nemo sit [illegible] are permissus. *Gelas. ep. 6. ad Episcopos [illegible] ardan. ante medi. Vet. Nicol. ad Episcopos Galliæ in ep. inc. quamuis. Ino lib. 4 tit. [illegible] 8. panor. Ansel. lib. 1. c. 47. & lib. 2. c. 16. & c. 24. & lib. 1[illegible]. c. 69. Tarras. lib. 1. c. 283.*

CAP. XXVII.

Luc. 6. Neque Præsul summus a quoquam iudicatur, quia dicente Domino: Non est discipulus supra magistrum. *Hadr. ad Episcop. Mediomatr. c. 52. & 68. Magun. sub Arnul. c. 12.*

CAP. XXVIII.

Ne sine auctoritate canonica quidquam prosequi videamur, sancti Chalcedonensis concilij sanctiones, ad memoriam reducamus, quæ ita decernunt, &c. Si aduersus prouinciæ Metropolitanum Episcopus, vel clericus, habet querelam petat Primatem diœceseos, aut sedem Regiæ vrbis Constantinopolitanæ, &c. Cùm dixisset, Petar Primatem diœceseos, præceptum posuit eadem sancta synodus, regulamque constituit. Cùm verò disiunctiua coniunctione addidisset; aut sedem Regiæ vrbis Constantinopolitanæ; liquet profectò, quia hoc secundùm permissionem indulsit, &c. Quantò magis ad potioris auctoritatis iudicium tenditur querimonia; tantò adhuc amplius, maiùs culmen petendum est, quousque gradatim peruenitur ad eam sedem, cuius causa aut à se negotiorum meritis exigentibus in melius commutatur, aut solius Dei sine quæstione reseruatur arbitrio. Quem autem Primatem diœceseos sancta synodus dixerit, præter Apostoli primi Vicarium, nullus penitus intelligitur. Ipse est enim Primas, qui & primus habetur, & summus. Quæ vicissim, si locus exegerit, in subditis demonstrabimus. Ne verò moueat, quia singulari numero diœceseos dictum est; sciendum est, quia tantumdem valet dixisse, Primatem diœceseos, quantum si perhibuisset, diœceseon. *Nicol. ep. ad Mich. Imper. post med. Chalced. c. 9. Capitul. li. 7. c. 151. in additis. Ino par. 6. cap. 360. decr.*

11. q. 1. c. 47. si clericus. in fi.

CAP. XXIX.

9. q. 3. c. 10. Patet sedis Apostolicæ, cuius auctoritate maior non est, iudicium à nemine fore retractandum, neque cuiquam de eius liceat iudicare iudicio. Siquidem ad illam de qualibet mundi parte canones appellari voluerunt: ab illa autem nemo sit appellare permissus. Iuxta quod & Bonifacius, atque Gelasius sanctissimi Præsules, non suis adinuentionibus, sed Ecclesiæ Romanæ consuetudinem non ignorantes dicunt: Bonifacius quidem Rufo, & cæteris Episcopis per Thessaliam, & alias prouincias constitutis scribens: Nemo, ait, vnquam Apostolico culmini, de cuius iudicio non licet retractare, manus obuias audacter intulit; nemo in hoc rebellis extitit, nisi, qui de se voluit iudicari. *Nicol. ad Michael. Imp. post med. Ino li. 4. [illegible] 1. c. 10. pen. & par. 5. c. 19. decr. Ansel. lib. 1. c. 72.*

CAP. XXX.

Nulla regula, nulla que constitutio demonstrat, sedis Apostolicæ semel prolatam sententiam, ipsa non annuente, vltra posse mutari. *Nicol. ep. ad Mich. Imp. ante fi.*

CAP. XXXI.

Nemo fidelium iniuriam beati Petri Principatui impunè corrupit, † in cuius videlicet contumeliam, vt sanctus Bonifacius Papa scribit, quisquis surgit, habitator cælestium non potest esse regnorum: Tibi inquit dabo claues regni cælorum, in quod nullus absque gratia genitoris intrabit. Et rursus. Nemo vnquam Apostolico culmini, de cuius inquit, iudicio non licet retractari, manus obuias audacter intulit, nemo in hoc rebellis extitit, nisi qui de se voluit iudicari. *Hadria. ij. in synod. Rom. allocut. iiij. post medium apud synod. CP. viij. act. 7. Viden. Nicol. ad Mich. Imp. prope fin.* † Intulit f. *Matth. 16. a.*

CAP. XXXII.

Petrus, & sui successores liberum de omni Ecclesia habent iudicium, cùm nemo debeat eorum dimouere statum, quia summa sedes à nemine iudicatur. *Leo ix. ep. ad Mich. cap. 32.*

CAP. XXXIII.

Quòd à nemine Romanus Pontifex iudicari debeat. *Gregor. vij. lib. 2. regist. in dictato.*

CAP. XXXIV.

Quòd sententia Romani Pontificis à nullo debeat retractari, & ipse omnium solus retractare possit. *Idem ibidem.*

CAP. XXXV.

Siluerio veniente Pataram venerabilis Episcopus ciuitatis ipsius venit ad Imperatorem, & iudicium Dei contestatus est de tantæ sedis Episcopi expulsione: multos esse dicens in hoc mundo Reges, & non esse vnum, sicut ille Papa est super Ecclesiam mundi totius, à sua sede expulsus. *Liberat. c. 22. in medio.*

Solus Pontifex Max. iudicat omnes Episcopos. Tit. XIV.

CAPVT I.

Apostolicæ sedis dispositioni omnes maiores Ecclesiasticas causas, & Episcoporum iudicia antiqua Apostolorum, eorumque successorum, atque canonum auctoritas reseruauit. *Nica. 18. apud Iul. ep. 2. c. 2. Capitul. lib. 7. cap. 156. in add. Burch. lib. 1. cap. 144. Ino par. 5. cap. 257. decr.*

CAP. II.

Saluo in omnibus Romanæ Ecclesiæ priuilegio, nullus Metropolitanus, absque cæterorum omnium comprouincialium Episcoporum instantia, aliquorum audiat causas eorum † quia irritæ erunt, immò & causam in synodo pro facto dabit. *Nica. 21. apud eundem ep. 2. cap. 14.* *9. q. 3. c. 4. salua.* † Episcoporum f.

CAP. III.

Salua Apostolicæ Ecclesiæ auctoritate,

nullus Episcopus extra suam prouinciam ad iudicium deuocetur, sed euocatus [illegible] canonicè in loco omnibus congruo, tempore synodali, ob omnibus comprouincialibus Episcopis audiatur, qui concordem super eum, canonicamque proferre debent sententiam; cum idem clericis, & laicis [illegible] edatur, si ipse Metropolitanum, aut [illegible] suspectos habuerit, aut infensos senserit; apud Primates dioeceseos, aut apud Romanæ sedis Pontifices iudicetur. *Nica. LIV. apud Iulium ep. 2. c. 17. Burch. lib. 1. cap. 170. Iuo par. 5. c. 280. decr.*

CAP. IV.

Primates accusarum discutientes Episcopum, non ante sententiam proferant damnationis, quàm Apostolica freti auctoritate, aut reum se ipse confiteatur, aut per innocentes, & canonicè examinatos regulariter testes conuincatur. *Nica. lxvj. apud Iul. ep. 2. c. 26.*

CAP. V.

Sancimus, omnia, quæ (*à Nicolao Pont. Rom. & Hadriano ij.*) synodicè per diuersa tempora exposita sunt, & promulgata, tam pro defensione, ac statu CP. Ecclesiæ, & summi sacerdotis eius, Ignatij videlicet Patriarchæ, quàm etiam pro Photij neophyti, & inuasoris expulsione, ac condemnatione seruari semper, ac custodiri immutilata pariter & illæsa. *Syn. viij. gen. sub Hadr. ij. c. 2.*

CAP. VI.

Ascendentibus † ad nos de diuersis mundi partibus Episcoporum querelis, intellexi- † Accedentibus. mus graues, & grandes Abbatum excessus. *Innoc. iij. in con. gen. Lat. cap. 60.* *De exceß. Prala. 12.*

CAP. VII.

Greg. ix. & c. vn, eo. tit. in 4. collect. 6. q. 4. Osius. c. vlt. Si quis Episcopus in aliquo negotio condemnatus sit, & putet se bonam causam habere, si rursus iudicium innouetur; Petri Apostoli memoria honoretur, & scribatur à iudicantibus Iulio Episcopo Romæ, vt per vicinos Episcopos, (*scribatur Episcopo Romæ, vel a iudicantibus, vel a vicinis Episcopis: L.*) vt si videatur oportere, iudicium renouetur, & cognitores ipse præbeat, si non videatur renouari, oportet, vt firma maneant, quæ iudicata sunt. *Sard. 3. G. 4. L.*

CAP. VIII.

Si quis Episcopus depositus sit iudicio Episcoporum vicinorum, & velit se defendere (*in vrbe Ro. L.*) non prius in eius sede alius substituatur, quàm Romanus Episcopus cognoscat, & definiat. *Sard. 4. G. 5. L.*

CAP. IX.

9. q. 3. c. 12. Antiquis regulis sancitum est, vt quidquid quamuis in remotis, aut longinquis positis prouinciis, super Episcoporum querelis, aut accusationibus ageretur, non prius tractandum, vel accipiendum esset, quàm ad notitiã almæ sedis vestræ fuisset deductum; vt huius auctoritate iusta, quæ fuisset, pronunciatio infirmaretur, aut firmaretur. Indéque sumerent normam, vnde [illegible] sumpsere prædicationis exordium ne passim ab insidiatoribus columnæ euerterentur Ecclesiæ. Certum est enim, eidem [illegible] sedi vestræ, in honorem beatissimi Petri, Patrum decreta peculiarem decreuisse reuerentiam Dei, pro rebus inquirendis, atque determinandis, quas sollicitè decet, [illegible] ab ipso Præsulum examinari vertice Apostolico, cuius sollicitudo semper fuit, & est, tam mala damnare, quàm probare damnanda. *Atha. & alij epist. ad Felicem ij. in medio. Iuo. par. 5. c. 15. decr. Ansel. l. 2. c. 52.*

CAP. X.

Beatissimo domino, & Apostolico culmine sublimato, sancti Petri Patrum Damaso Papæ, & summo omnium Præsulum Pontifici, Stephanus Archiepiscopus concilij Mauritaniæ, & vniuersi Episcopi de tribus concilijs Africanæ prouinciæ. Notum vestræ facimus Beatitudini, quod quidam fratres in confinio nobis positi, quosdam fratres nostros, venerabiles videlicet Episcopos, vobis inconsultis à proprio deiiciunt gradu, vel deiicere moliuntur: cùm vestræ sedi Episcoporum iudicia, & summorum finem Ecclesiasticorum negotiorum in honore beatissimi Petri, Patrum decreta cunctam reseruauere sententiam, inquirendi reuerentia de Dei rebus, quas omni cura, & sollicitudine obseruare debemus. Maximè verò iustè debent ab ipso Præsulum examinari vertice Apostolico, cuius vetusta sollicitudo est, tam mala damnare, quàm releuare laudanda. [Antiquis 9. q. 3. c.
enim regulis sancitum est, vt quidquid ho- 12.
rum, quamuis in remotis, vel in longinquo positis, ageretur prouinciis, non prius tractandum, vel accipiendum sit, nisi ad notitiam almæ sedis vestræ fuisset deductum; vt eius auctoritate, iuxta quod fuisset pronunriatum, firmaretur, &c. Deus ergo creator omnium, conseruet longæuum Apostolatum vestrum ad stabilitatem Ecclesiarum sanctarum, & orthodoxæ fidei; vosque Pastorem bonum, &c. *Stephanus, & alij ad Damasum, in prin. Athan. & alij ad Felic. ij. in medio. Iuo par. 5. c. 15. decr. Ansel. lib. 2. cap. 52.*

CAP. XI.

Cessa ab huiusmodi tua impia præcipitatione, non addas scandalum scandalo, & non eris causa perditionis magis simplicium hominum, ne præsidens noster Felix secundum canones sententiam dicat contra te, &c. *Iustinian. Episcopus Siciliæ ad Petrum. Antiochen. Episcop. post medium, ante v. synod.*

CAP. XII.

Sin autem aduersus Episcopos aliquam 3. q. 2.
querelam habueritis, &c. inquirendum erit, audiui-
& auctoritate huius sanctæ sedis terminan- mus. c. 4.
dum. *Enar. ep. 2. in prin. Vid. Cle. ep. 1. Burch. li. 1. c. 140. Iuo par. 5. c. 254. decr. Anselm. lib. 3. c. 82. Cæsar. lib. 5. c. 53. Tarrac. lib. 2. c. 8.*

CAP. XIII.

Ab hac sancta sede, à sanctis Apostolis tue- 8 7. 5. c.
ri, defendi, & liberari E[illegible] iussi sunt: vt 5. quili-
sicut eorum dispositione ordinante Domino, bet in quod

primitus sunt constituti, sic huius sanctæ sedis, cuius dispositioni eorum causas, & iudicia seruauerunt protectione, futuris temporibus sint ab omnibus peruersitatibus semper liberi, vnde culpantur hi, qui aliter circa fratres egerint, quàm huius sedis rectoribus placere cognouerint. *Xyst. ep. 2. in medio.*

CAP. XIV.

9. q. 3. §. autem. 6. Si Metropolitanus incorrigibilis, & comprouincialibus inobediens apparuerit; ad hanc Apostolicam sedem, cui omnia Episcoporum iudicia terminare præcepta sunt, eius contumacia referatur, vt vindicta de eo fiat, & cæteri timorem habeant. Si autem propter nimiam longinquitatem, aut temporis incommoditatem, vel itineris asperitatem, graue ad hanc sedem eius causam deferre fuerit; tunc ad eius Primatem causa deferatur, & penes ipsum huius sanctæ sedis auctoritate iudicetur, similiter si aliquis Episcoporum suum Metropolitanum suspectum habuerit, apud Primatem diœceseos, aut apud hanc Apostolicam sedem audiatur. *Anicet. ep. 1. in prin. Burch. lib. 1. cap. 63. Iuo lib. 4. tit. 4. cap. 1. panor. & par. 5. cap. 54. decr. Ansel. lib. 2. c. 21. in Rom.*

CAP. XV.

De accusationibus clericorum quia omnes eorum accusationes difficile est ad sedem Apostolicam deferre, finitiua † Episcoporum tantùm iudicia huc deferantur, vt huius sanctæ sedis auctoritate finiantur; sicut ab Apostolis, eorúmque successoribus multorum consensu Episcoporum iam definitum est; nec in eorum Ecclesiis, alij aut præponantur, aut ordinentur ante, quàm hic eorum iustè terminentur negotia. Quoniam [quamuis liceat apud prouinciales, & Metropolitanos, atque Primates eorum ventilare accusationes, vel criminationes: non tamen licet definire secus, quàm prædictum est, &c. *Eleuth. ep. 1. in princ. Vide Nica. 19. apud Iulium. Iuo. lib. 4. tit. 12. c. 12. panor. & par. 6. c. 316. decr.*

† finitiua.

3. q. 6. c. 7.

CAP. XVI.

Decuerat, vt si aliquid egissent contra suum ordinem (*loquitur de quibusdam Episcopis, qui damnati fuerant*) mandare nobis, & expectare, quid ad vestra consulta rescriberemus, in tantum, vt si etiam quidquam graue, intolerandúmque committerent, nostra præstolaretur censura; vt nihil prius, aut aliquid aliud decerneretis, quàm quod nobis placere cognoueritis. *Xyst. ij. epist. 2. ante fin. ad Episcopos Hispan.*

CAP. XVII.

Ea vos iudicare ad Apostolicam delatum est sedem, quæ præter nostram vobis definire non licet auctoritatem, Episcoporum causas. Vnde ita constitutum liquet, à tempore Apostolorum, & deinceps placuit, vt [accusatus, vel iudicatus à comprouincialibus in aliqua causa Episcopus licenter appellet, & adeat Apostolicæ sedis Pontificem, &c. *Victor ep. 1. in prin. Xyst. ij. epist. 1. post med. Capitul. lib. 7. c. 155. in addit. Burch. lib. 1. c. 144. & 176. Iuo lib. 4. tit. 12. c. 2 panor. & par. 5. c. 257. decr. Ansel. lib. 2. c. 9. & 11. Cæsar. lib. 5. c. 60.*

q. 6.

CAP. XVIII.

In institutis legitur Apostolicis. [Si quis putauerit se à proprio Metropolitano grauari; apud Patriarcham, vel Primatem diœceseos, aut penes vniuersalis Apostolicæ Ecclesiæ iudicetur sedem. Nihil aliud est, fratres, talis præsumptio, nisi Apostolorum, suorúmque successorum terminos transgredi; eorúmque decreta violare. Culpantur enim, vt scriptum est, fratres, qui aliter circa Episcopos iudicare præsumant, quàm Apostolicæ sedis Papæ fieri placuerit. Et quis est, qui iudicat eum, quem Dominus sibi, & huic sanctæ sedi reseruari voluit iudicandum? &c. *Victor ep. 1. in medio. Vid. Nic. 19. & 21. apud Iulium epist. 2. cap. 4. & Xyst. ij. epist. 1. post med. Had. cap. 6. ad Episcopum Medion. Capitul. lib. 7. c. 151. in addit. Burch. lib. 1. c. 144. Iuo lib. 4. tit. 12. c. 2. panor. & par. 5. cap. 257. decr. Ansel. lib. 2. c. 9. & 11.*

2. q. 6. c. 7. & 15.

CAP. XIX.

Patriarchæ, vel [Primates accusatum discutientes Episcopum, non ante sententiam proferant finitiuam, quàm Apostolica fulti auctoritate, aut reum seipsum confiteatur, aut per, &c. lxxii. testes conuincatur, &c. finis verò eius causæ ad sedem Apostolicam deferatur, vt ibidem terminetur, nec antea finiatur, sicut ab Apostolis, vel successoribus eorum olim statutum est, quàm eius auctoritate fulciatur. Ad eam quoque ab omnibus maximè tamen ab oppressis appellandum est, & concurrendum quasi ad matrem, vt eius vberibus nutriantur, auctoritate defendantur, & à suis oppressionibus releuentur; quia non potest, nec debet mater obliuisci filium suum. Iudicia enim Episcoporum à sede Apostolica sunt terminanda. *Zeph. ep. 1. post prin. Bur. lib. 1. c. 154. & 157. Iuo lib. 4. tit. 12. c. 11. panor. & par. 5. c. 245. & 267. decr. Ansel. li. 2. cap. 6. & lib. 3. c. 65. & 66. Cæsar. lib. 5. c. 41. Tarrac. lib. 1. c. 276. & lib. 1. c. 52.*

2. q. 1. c. 5.

3. q. 8. c. 1. in fine.

5. q. 4. duodecim. c. 2.

2. q. 6. ad Romanã. c. 8.

CAP. XX.

Si à fide deuiauerit Episcopus, erit corrigendus prius secretè à subditis suis, quòd si incorrigibilis, quod absit, apparuerit; tunc erit accusandus ad Primates suos, aut ad sedem Apostolicam. *Fabian. ep. 2. in fin.*

CAP. XXI.

Nullus Episcopus, nisi in legitima synodo suo tempore Apostolica auctoritate conuocata, super quibuslibet criminibus pulsatus audiatur, vel iudicetur, quia, vt dictum est, Episcoporum iudicia, & summarum causarum negotia, siue cuncta dubia, Apostolicæ sedis auctoritate sunt agenda, & finienda; & omnia comprouincialia negotia huius sanctæ vniuersalis, & Apostolicæ Ecclesiæ sunt

retractanda iudicio, si huius Ecclesiæ Pontifex præceperit. Nec cui liceat, sine præiudicio Romanæ Ecclesiæ, cui in omnibus causis debetur reuerentia custodiri, relictis his sacerdotibus qui in eadem prouincia Dei Ecclesias nutu diuino gubernant, ad alias conuolare prouincias, vel aliarum prouinciarum Episcoporum iudicium experiri, vel pati: sed omnibus eiusdem prouinciæ Episcopis congregatis, iudicium auctoritate huius sedis terminetur. Quod tamen, vt præfatum est, per eius Vicarios, si libuerit, erit tractandum, & quidquid iniustè actum est, reformandum. Pastoralis ergo cura officij nos admonet, destitutis succurrere, &c. *Marcellus ep. 1. in prin. & ep. 2. in med. Ansel. lib. 1. c. 15. & lib. 2. cap. 7.*

CAP. XXII.

Episcopos nolite iudicare, nolite condemnare absque sedis huius auctoritate: quod si feceritis, irrita erunt vestra iudicia, & vos condemnabimini. Hoc enim priuilegium huic sanctæ sedi à temporibus Apostolorum statutum est seruare, quod illæsum manet vsque in hodiernum diem. Episcopos ergo, quos sibi Dominus tamquam oculos elegit, & columnas Ecclesiæ esse voluit, quibus etiam ligandi, & soluendi dedit potestatem, suo iudicio reseruauit, hócque priuilegium beato claui gero Petro sua vice solummodo commisit. Quòd eius iustè prærogatiuum succrescit sedi futuris hæreditandum, atque tenendum temporibus, quoniam & inter beatos Apostolos fuit quædam discretio potestatis, & licet cunctorum par electio foret, beato tamen Petro concessum est, vt aliis præemineret, eorúmque quæ ad querelam venirent, causas, & interrogationes prudenter disponeret. Quod, Dei ordinatione, taliter ordinatum esse credimus, ne omnes in posterum cuncta sibi vindicarent, sed semper maiores causæ, sicut sunt Episcoporum, & potiorum curæ negotiorum, ad vnam beati Principis Apostolorum Petri sedem confluerent; vt inde suscipiant finem iudiciorum, vnde acceperunt initium institutionum, ne quandoque à suo discreparent capite. *Miltiad. ep. 1. in princ. Burch. lib. 1. cap. 2. Ivo par. 5. c. 46. decr.*

CAP. XXIII.

† typum. Et nos scitote hunc typhum † deinceps non esse passuros, vt ea, quæ ad hanc specialiter sanctam pertinent sedem, sicut iudicia Episcoporum, & maiores Ecclesiæ causas vos patiamur nobis inconsultis inuadere, absque vestri status periculo, sed si quis ab hodierna die, & deinceps Episcopum, præter huius sanctæ sedis sententiam damnare, aut propria pellere sede præsumpserit; sciat se irrecuperabiliter esse damnatum, & proprio carere perpetim honore: eosque qui absque huius sedis sunt eiecti sententia, vel damnati, huius sanctæ sedis auctoritate scitote pristinam recipere communionem, & in propriis restitui sedibus, quoniam & prius, à tempore scilicet Apostolorum, hæc huic sedi sanctæ concessa sunt, & postea in memorata Nicæna synodo propter prauorum hominum infestationes, atque hæreticorum persecutiones, & insidiantium molimina fratrum, sunt concorditer ab omnibus corroborata, vt magis singuli prouideant, ne talia audeant perpetrare, & caueant, si non propter Deum, & amorem fratrum, tamen propter opprobrium hominum, &c. Quam culpam nullo modo potuissetis incidere, si vnde consecrationem honoris accipitis, inde legem totius obseruantiæ sumeretis, & beati Apostoli Petri sedes, quæ vobis sacerdotalis mater est dignitatis, esset Ecclesiasticæ magistrationis. *Iul. ep. ante fi. Ans. l. 2. c. 43.*

CAP. XXIV.

Ecclesiasticam sequentes regulam, vos (*loquitur cum Episcopis Orientalibus Arianis*) & illos (*Athanasium, & alios*) Romæ regulariter ad iudicium die statuta, non sub angusto temporis spatio, vt excusatio locum non inueniat, litteris, & apocrisariis euocauimus. Illique vocatione suscepta ad diem præstitutum venere, sed vos, ne vestris mendaciis caperemini, vestráque calumnia enudaretur, venire distulistis. *Iul. ep. 2. in prin.*

CAP. XXV.

Miror vos tam audaces esse, & tam impudenter egisse, & terminos, ac iura beati Petri Apostolorum Principis inuasisse. Sui enim iuris erat, vt absque eius sanctæ sedis auctoritate, nullus deberet, aut concilia celebrare, aut Episcopos ad synodum conuocare, vel damnare, &c. Quæ omnia vos temerare non timuistis. Quid ergo est aliud talis præsumptio, nisi quod Apostolorum eorúmque successorum decreta transgredi non timuistis? &c. *Iulius ep. 2. c. 1. Ansel. lib. 2. c. 46.*

CAP. XXVI.

Quamquam comprouincialibus Episcopis vnà cum eorum Metropolitano suæ prouinciæ, causas Episcoporum liceat concorditer agitare: non tamen, sicut in prædicta (*Nicæna*) te præsente (*Athanasi*) constitutum est synodo, licet definire absque Romani Pontificis auctoritate. Quòd si secus à quibusdam præsumptũ fuerit; ipsi, qui hoc egerint, suæ præsumptionis suscipiant damnum: & illi, qui ab eis perperam excõmunicati, aut damnati fuerint, auctoritate huius sanctæ sedis, & beati præceptoris nostri claui geri Petri potestate soluantur, atque restituantur, ipsi enim ait Dominus: Quęcumque solueris super terram, erunt soluta & in cælis. [Quotiens *Matth.*
Episcopi se à suis comprouincialibus, vel à *16. c.*
Metropolitano putauerint prægrauari, aut *2. q. 6.*
eos suspectos habuerint; mox Romanã appel- *c. 16.*
lent sedem, ad quam eos absq; vlla detentione, aut suarũ rerum ablatione liberè ire liceat, & dum prædictam Romanam matrem appellauerint Ecclesiã, aut ab ea se audiri exposce-

rint; nullus eos aut excommunicare, aut eorum sedes subripere, aut eorum res auferre, aut aliquam eis vim inferre præsumat, antequam eorum causa Romani Pontificis auctoritate finiatur. Quòd si aliter à quoquam præsumptum fuerit, nihil erit, sed viribus carebit. Nam nec hoc perperam præsumimus, sed & ipsum in Nicæna synodo constitutum, & antecessores nostros egisse, bene Athanasi nostri, &c. His, & aliis quamplurimis documentis manifestum est, nullum damnari, aut suis spoliari rebus debere Episcopum, qui hanc sanctam sedem interpellauerit, aut sibi defensatricem adsciuerit, donec iudicium de eo nostræ Apostolicæ auctoritatis, hoc est, Principis Apostolorum Petri agnoscat. Quia solummodo Christus Iesus huic sanctæ sedi, id est Apostolicæ, hoc facere commisit, vtpote quoniam solus, atque præ omnibus præfatus Princeps Apostolorum creditus est, atque percipere meruit à Rege Regum Christo Deo claues regni cælorum. *Felix ij. ep. 1. cap. 18. & 19. Anselm. libro 2. cap. 59. Tarrac. lib. 2. cap. 43.*

Cap. XXVII.

Damasus seruus seruorum Dei, atque per gratiam eius Episcopus sanctæ Catholicæ Ecclesiæ vrbis Romæ, Stephano Archiepiscopo concilij Mauritaniæ; vt vniuersis Episcopis Africanæ prouinciæ, &c. Pro qua te oportet iuxta vestram prudentem commonitionem, magis autem secundùm Domini diuinam præceptionem, nos qui supra domum eius, hoc est, vniuersalem Ecclesiam Catholicam Episcopale suscepimus ministerium, sollicitè vigilare, vt ne quid de factis eius muneribus; id est, Apostolicis viris, Apostolorúmque successoribus, atque ministris quisquam, &c. nobis inconsultis damnati valeat. Scitis firmamentum adeo fixum, & immobile, atque titulum lucidissimum suorum sacerdotum, id est omnium Episcoporum Apostolicam sedem esse constitutam, & verticem
Math. 16. c. Ecclesiarum. Tu es Petrus, ait Dominus, & super firmamentum tuum Ecclesiæ columnæ, qui Episcopi intelliguntur, confirmatæ sunt, & tibi claues regni cælorum commisi, atque ligare, & soluere potestatem, quæ in cælis sunt, & quæ in terris, promulgaui,
3. q. 6. c. 6. &c. [Discutere namque Episcopos, & summas Ecclesiasticorum negotiorum causas, Metropolitano, vnà cum omnibus suis comprouincialibus, ita vt nemo ex eis desit, & omnes in singulorum concordent negotiis, licet: sed definire eorum, atque Ecclesiasticarum summas querelas causarum, vel damnare Episcopos, absque huius sanctæ sedis auctoritate, minimè licet; quam omnes appellare, si necesse fuerit, & eius fulciri auxilio oportet. *Dam. ep. 3. in prin. Burch. lib. 1. c. 179. Inopar. 5. c. 295. decr. Ansel. lib. 2. c. 60. Tarrac. lib. 2. c. 45.*

Cap. XXVIII.

Quæ illicitè contra præfixos fratres (*loquitur de quibusdam Episcopis*) egerunt, citò corrigant; & quos nobis inconsultis læserunt, nobis inconsultis plena satisfactione sanent, & citò sibi eos reconcilient, si noluerint Apostolicæ sedis suscipere censuram. Nam si quid fortasse in eis, aut contra eos emerserat, nostrum fuerat expectandum examen; vt nostra, vt semper huic fuit sedi concessum priuilegium, aut condemnarentur auctoritate, aut fulcirentur auxilio. Neque enim suo pro libitu, nostra debuerant iura peruadere, absque Apostolicæ sedis dispositione mandante. A talibus deinceps omnes se abstineant sacerdotes, qui noluerint ab Apostolicæ Petræ, super quam Christus, vt prædictum est, vniuersalem construxit Ecclesiam, cui Episcoporum summa iudicia, atque maiorum causæ reseruatæ sunt, atque solidatæ, censura, ac sacerdotali honori secludi. *Dam. ep. 3. c. 7. themate vltimo.*

Cap. XXIX.

Quidquid vestra caritas de causa (*Maximi Episcopi*) duxerit decernendum, cùm ad nos relatum fuerit, nostra vt condecet, necesse est, auctoritate firmetur. *Bonif. ep. 2. in fin. Burch. lib. 1. c. 161. Inopar. 5. c. 270. decr.*

Cap. XXX.

Ad Ecclesiam Romanam summa Episcoporum negotia, & iudicia, quasi ad caput semper referenda sunt. *Vigil. ep. vni. c. 7. Ansel. lib. 2. c. 18.* *2. q. 6. c. 12. quæ se sisi.*

Cap. XXXI.

Oportebat tuam fraternitatem (*loquitur cum Paulo Archiepiscopo Cretensi*) secundùm canonum vigorem, tempore, quo se petiit (*Ioannes Episcopus Lampeon*) ad nos venire, eum absoluere tuis litteris; quem non solùm noluisti canonicè absoluere ad Principis Apostolorum limina, sed magis respondisti ei indecenter, inquiens: Quia non competenter quæris. Quæ ergo sancti sanxerunt Patres, indecentia sunt? an placentia tibi decentia sunt? *Vitalian. ep. 1. in med.*

Cap. XXXII.

Si aduersus prouinciæ Metropolitanum Episcopus, vel clericus habuerit querelam, petat Primatem diœceseos, & apud ipsum iudicetur, aut apud sedem Apostolicam. *Hadr. ad Episc. Medio. c. 26. Capitul. lib. 7. c. 321.*

Cap. XXXIII.

Nulli dubium sit, quòd non solùm Pontificalis accusatio, sed omnis sanctæ religionis relatio ad sedem Apostolicam, quasi ad caput Ecclesiarum debeat referri. *Greg. iv. Episcopis per Galliam, & Germaniam. Ansel. lib. 1. c. 20.* *Dist. 12. 2. præcepiis.*

Cap. XXXIV.

Si is, quem damnandum esse dixerint homines, fuerit Episcopus, qui suam causam in præsentia Romanæ sedis Episcopi petierit, nullus super illum finitiuam date sententiam præsumat. *Leo. iv. ep. ad Episcop. Britan.* *29. 5. c. 4 Nullum in fin.*

Cap. XXXV.

Ceterum, vt calamum ad Constantinopolitanos Præsules specialiter ostendamus, aut

numquam omnino, aut certè vix eorum aliquis, sine consensu Romani Pontificis reperitur eiectus, qui tamen hactenus inter depositos annumeretur, & non ab hæreticis, vel tyrannis pulsus, aut interemptus commemoretur. Denique vt ex his paucos commemoremus, nónne Maximus, postquam multum à Damaso Papa laboratum est, Constantinopoli pulsus est? Nonne Nestorius? Nonne Acacius? Nonne Anthimus Sergius, Pyrrhus, Paulus, Petrus, sedis Apostolicæ discurrentibus consultationibus ac decretis eiecti sunt? *Nicol. ep. ad Mich. Imp. paulo ante med.*

CAP. XXXVI.

Quoniam de persona Ignatij, atque Photij nihil discretius, atque mitius, nec non & salubrius arbitramur, vt vterque Romam ad renouandum examen veniat, hoc magnopere volumus, & vt vos annuatis, salubriter admonemus, &c. Porro ne dicatis, præter Ecclesię legem, Ignatium, vel Photium Romam venire sanxisse; scitote, nos antiqui Patris, & prædecessoris nostri Iulij in hoc secutos esse exemplum. Qui iuxta quod in Epistola sua reperitur, his qui conuenerant Antiochiæ, hoc præcepisse dignoscitur, & Theodoritus historiographus in his hoc ipsum verbis ostendit: Verùm, inquiens, Eusebius, eiusque consortes, calumnias in Athanasium fictas Iulio Romano Pontifici destinauerunt, qui Ecclesiasticam sequens regulam, etiam ipsos Romam venire præcepit, & venerabilem Athanasium ad iudicium regulariter euocauit. Ille continuò euocatione suscepta venit. Quod si ad hoc dicitis, Ille quidem vocauit, sed ipsi venire contempserunt: audite sequentia, & videbitis, vtrùm in laudem, an in vituperium, ista sit illis putata contemptio. Subiunxit enim idem historiographus, dicens: Calumniarum verò sarcinatores Romam quidem profecti non sunt, scientes, facile suum posse capi mendacium, *Nicol. ep. ad Mich. Imp. ante fi.*

CAP. XXXVII.

Photium, qui licet sit à decessore meo, & à nobis pro criminibus ante patratis iure damnatus, & anathematizatus, nunc tamen, quia recentioribus excessibus priores iniquitates trāscendit, & ponens in cœlum os suum, aduersus veneranda sedis Apostolicę priuilegia noua temeritate prorupit, cui resistere minimè formidauit: Apostolicæ auctoritatis censura iteratò damnamus, & anathematis nexibus innodamus. Si tamen viua voce, ac propria Apostolicæ sedi in omnibus obedire spoponderit, & profanum conciliabulum à se CP. celebratum damnauerit, laïcæ communionis gratiam non negamus. *Hadrian. ij relatus in viij. syn. CP. act. 7. ante finem.*

CAP. XXXVIII.

Quòd solus Romanus Pontifex possit deponere Episcopos, vel reconciliare. *Gregor. vij. lib. 2. regist. in dictato.*

CAP. XXXIX.

Quod Romani Pontificis præcepto, & licentia subiectos † liceat accusare. *Idem ibid.* † subie-ctis.

CAP. XL.

Sub Simplicij Episcopatu venit relatio de Græcia ab Acacio CP. Episcopo, & affirmauit Petrum Alexandriæ vrbis Eutychianistam hæreticum: facta petitione ab Acacio Episcopo chirographo constructa. Eodem tempore fuit Ecclesia, hoc est, prima sedes Apostolica executrix. Tunc Simplicius damnauit Petrum Alexandrinum, &c. *Ex Pontif.*

CAP. XLI.

Gelasius fecit synodum, & misit per tractum Orientis, & iterum damnauit in perpetuum Acacium, & Petrum, si non pœnitentes sub satisfactione libelli postularent pœnitentiam, secundùm humanitatem primæ sedis Ecclesiæ. *Ex Pontif.*

CAP. XLII.

Non modicum detrimentum est ex his, quæ gesta sunt, vt fides, &c. perturbata sit ad arbitrium vnius hominis, qui in synodo Ephesinæ ciuitatis odium, & contentiones potius exercuisse narratur, militum præsentia, & metu impetens CP. ciuitatis Episcopum Flauianum, eo quòd libellum ad Apostolicam sedem miserit, & ad omnes Episcopos harum partium, per eos, qui directi fuerunt in concilio à Reuerendissimo Episcopo Romæ, qui secundùm definitiones Nicæni concilij consueti sunt interesse. *Galla Placidia ad Theodos. filium ante Chalced. concil. post prin.*

Ad Pont. Max. Appellatur ab omnibus. Tit. XV.

CAPVT I.

VT [omnes Episcopi, qui in quibusdam grauioribus pulsantur, vel criminantur causis, quotiens necesse fuerit, liberè Apostolicam appellent sedem, atque ad eam quasi ad matrem confugiāt, vt ab ea, sicut semper fuit, piè fulciantur, defendantur, & liberentur: cuius dispositioni omnes maiores Ecclesiasticas causas, & Episcoporum iudicia antiqua Apostolorum, eorumque successorum, atque canonum auctoritas reseruauit, &c. *Nica. xviij. apud Iulium in Epistol. 2. contra Orient. cap. 2. Capitul. lib. 7. c. 156. in addit. Burch. lib. 1. c. 144. Iuo par. 5. c. 257. decr. & lib. 4. tit. 12. c. 2. panor.* 2. q. 6. c. 5.

CAP. II.

Quoniam culpantur Episcopi, qui aliter erga fratres egerint, quàm eiusdem sedis Papę fieri placuerit: placuit, vt [accusatus, vel iudicatus à comprouincialibus in aliqua causa Episcopus, licenter appellet, & adeat Apostolicæ sedis Pontificem, qui aut per se, aut per Vicarios suos eius retractari negotium procuret. & dum iterato iudicio Pontifex causam suam agit, nullus alius in eius loco ponatur, aut ordinetur Episcopus. Quoniam, quamquam à cōprouincialibus Episcopis accusati, causam Pō- 2. q. 6. c. 5.

tificis ſcrutari [illegible] non tamen definiri inconſulro R[illegible]nano Pontifice permiſſum eſt, cùm, B. Petro Apoſtolo, & non ab alio, quàm ab ipſo dictum ſit Domino: Quæcumque ligaueris, &c *Nica. xix. apud Iulium epiſt. 2. cap. 3. Capitul. lib. 7. cap. 155. & 156. in addit. Burch. lib. 1. c. 144. & 176. Ivo lib. 4. tit. 12. c. 2. panor. & par. 5. cap. 257. decr. Anſel. lib. 2. cap. 11. & 75. & 81. Caſar lib. 5 cap. 60.*

Matth. 16. c.

CAP. III.

2. q. 6. c. 7. & 15. Siquis putauerit, ſe à proprio Metropolitano grauari, apud Primatem diœceſeos; aut penes vniuerſalis Apoſtolicæ Eccleſiæ Papam iudicetur. *Nica. xxi. apud Iulium, ep. 2. c. 4. Victor. ep. 1. in medio. Xyſt. ii. ep. 1. ante fin. Hadr. c. 6. ad Epiſcopum Mediom. Capitu. lib. 7. cap. 151. in addit. Burch. lib. 1. cap. 144. Ivo par. 5. c. 257. decr. & lib. 4 tit. 12. cap. 2. in fine. panor. Anſelm. lib. 2. c. 9. & 11.*

CAP. IV.

Placuit, vt ſi accuſatus, vel damnatus Epiſcopus appellauerit Romanum Pontificem id ſtatuendum eſt, quod ipſe iuſtè cenſuerit. *Nica. xli. apud Iul. ep. 2. cap. 10. Fabia. ep. 3. poſt prin. Burch. lib. 1. c. 144. Ivo par. 5. cap. 257. decr.*

CAP. V.

2. q. 6. ſi quis Epiſcop. c. 35. Placuit, vt ſi Epiſcopus accuſatus fuerit, & iudicauerint congregati Epiſcopi prouinciæ illius, & de gradu ſuo deiecerint eum, & appellare Epiſcopo placuerit, & confugere ad beatiſſimum Epiſcopum Romanum, & voluerit audiri, & iuſtum putauerit, vt renouetur examen; ſcribere his Epiſcopis dignetur, qui in finitima prouincia ſunt, vt ipſi diligenter omnia requirant, & iuxta fidem veritatis definiant. Quòd ſi is, qui rogat cauſam ſuam iterùm audiri, deprecatione ſua mouerit Epiſcopum Romanum, vt è latere ſuo presbyterum mittat; erit in poteſtate Epiſcopi Romani, quid velit, & quid exiſtimet ſuſcipiendum, & ſi decreuerit mittendos, eſſe qui præſentes eum Epiſcopis iudicent, habentes auctoritatem eius, à quo deſtinati ſunt; erit in ſuo arbitrio. Si verò crediderit ſufficere Epiſcopos, vt negotio terminum imponant: faciat, quod ſapientiſſimo conſilio ſuo iudicauerit. *Nic. ſynodus apud Zoſimum in commonitorio refertur in concilio Carthag. vi. cap. 3. L. & ante canones Carthag. Græcos, & in epiſtola Carthag. c. 135. G. concilÿ Cartha. vi. ad Bonifacium. L. Vide eadem verba Sard. cap. 5. G. 7. L. Ennod. pro Symma. Nicol. ep. 2. non edita ad Epiſcopos apud Conaicin. Ivo par. 5. cap. 27. decret. Anſel. lib. 2. cap. 57.*

CAP. VI.

Si quis Epiſcopus deponatur iudicio Epiſcoporum comprouincialium, & dicat rurſus ſibi defenſionem competere (*in vrbe Roma. L.* non ante (*poſt appellationem L.*) in ſedem eius alter conſtituatur, quàm Romanus Epiſcopus cognoſcendus definierit. *Sard. iv. G. 5. L.*

CAP. VII.

Similiter à ſupradictis Patribus eſt definitum conſonanter, vt ſi quiſquam Epiſcoporum, aut Metropolitanum, aut comprouinciales, vel iudices ſuſpectos habuerit; vel veſtram ſanctam Romanam interpellet ſedem, cui ab ipſo Domino poteſtas ligandi, ac ſoluendi, ſpeciali eſt priuilegio ſuper alios conceſſa. Ipſa enim firmamentum à Deo fixum, & immobile percepit, quoniam ipſam formam vniuerſorum titulorum luciduſſimam Dominus Ieſus Chriſtus veſtram Apoſtolicam conſtituit ſedem; ipſa eſt enim ſacer vertex; in quo omnes vertuntur, ſuſtentantur, releuantur, &c. *Athan. & alij ad Felicem ij. ante medium.*

CAP. VIII.

Si quis Epiſcoporum iudicio Prouinciali depoſitus fuerit, Romanum Papam, ſi placet, rurſus appellet; & ipſe, ſi videtur reparet iudicia in opitulatione damnari. *Ennod. pro Symma. poſt med. ex can. 5. Conc. Sardic.*

CAP. IX.

Omnis oppreſſus liberè Sacerdotum, ſi voluerit, appellet iudicium, & à nullo prohibeatur, ſed ab his fulciatur, & liberetur, &c. Quòd ſi difficiliores ortæ fuerint quæſtiones, aut Epiſcoporum, vel maiorum iudicia, aut maiores cauſæ fuerint; ad ſedem Apoſtolicam, ſi appellatum fuerit, referantur. *Anac. ep. 1. ante fi.* *2. q. 6. c. 3.*

CAP. X.

Si quis veſtrum (*Epiſcopi*) pulſatus fuerit in aliqua aduerſitate, licenter hanc ſanctam, & Apoſtolicam appellet ſedem, & ad eam quaſi ad caput ſuffugium habeat; ne innocens damnetur, aut Eccleſia ſua detrimentum patiatur. Si autem ei neceſſe fuerit, eamque appellare minimè auſus fuerit, & vocatus tamen ab hac ſanctà ſede fuerit; non tenuat venire, ſed confeſtim, vt ei nuntiatum fuerit, venire feſtinet, & cauſas pro quibus vocatus eſt, prudenter diſponat, atque ſi neceſſe aliquid corrigere fuerit, cum his, quos hic primos inuenerit, corrigat. Ad Eccleſiam tamen ſuam non prius reuertatur, quàm litteris Apoſtolicis, vel formatis pleniter inſtructus, atque purgatus ſit, ſi fuerit vnde, vt poſtquam domum reuerſus fuerit, cognoſcant vicini ſui, qualiter hic ſua, aliorúmque cauſa diſcuſſa fuerit, quatenus ea abſque aliqua ambiguitate nuntiare, & prædicare omnibus poſſit. *Xyſt. ep. 2. in med. Ivo par. 5. c. 3. decret. Anſel. lib. 2. c. 8. Caſar. lib. 5. cap. 4. Tarrac. lib. 1. cap. 180.* *2. q. 6. c. 4.* *8. q. 5. qui lib. c. vn.*

CAP. XI.

Ita conſtitutum liquet à tempore Apoſtolorum, & deinceps. Placuit vt [accuſatus, vel iudicatus, &c. (*vt xix. Nica. apud Iul.*) Et alibi in inſtitutis legitur Apoſtolicis. [Si quis putauerit ſe à proprio Metropolitano grauari, apud Patriarcham, vel Primatem diœceſeos; aut penes vniuerſalis Apoſtolicæ Eccleſiæ iudicetur ſedem, &c. *Victor ep. 1. Nica. xxi. apud Iul. Chalc. cap. 9. Aquisgr. c. 86. Hadr. c. 6. ad Epiſcopum Mediom. Xyſtus ij. ep. 1. Capitul. lib. 7. cap. 151. in addit. Ivo* *3. q. 6. c. 5.* *2. q. 6. c. 7. & c. 15.*

lib. 4. tit. 12. cap. 12. panor. Anselm. lib. 2. cap. 9. & 11. Caesar. lib. 9. cap. 6.

CAP. XII.

2. q. 6. ad Romanã. c. 8. Ad sedem Apostolicam ab omnibus, maximè tamen ab oppressis, appellandum est, & concurrendum; quasi ad matrem, vt eius vberibus nutriantur, auctoritate defendantur, & à suis oppressionibus releuentur. *Zephy. ep. 1. in med. Ansel. lib. 2. c. 7. Tarrac. lib. 1. c. 276.*

CAP. XIII.

Placuit, vt si Episcopus accusatus appellauerit Apostolicam sedem, id statuendum, quod eiusdem sedis Pontifex censuerit. *Fabian. epist. 3. post princ. Xystus iij. epist. vni. cap. 5. Hadr. ad Episc. Mediom. c. 21. Capitul. lib. 7. c. 315. & in additis c. 353.*

CAP. XIV.

Nullus sacerdotum causam suã alieno committat iudicio, nisi ad sedem Apostolicam fuerit appellatum. *Cornel. epist. 2. ante finem. Iuo lib. 4. tit. 5. c. 3. panor.*

CAP. XV.

3. q. 6. vltrac. 4. & c. 16. nemine in fin. Omnis accusatio intra prouinciam audiatur, & à comprouincialibus terminetur, nisi ad Apostolicam sedem fuerit tantùm appellatum. *Steph. epist. 2. ante med. Vid. Hadr. c. 10. in ep. ad Episcop. Mediom. C. de Theod. lib. 9. tit. 1. const. 5. Capitul. lib. 7. c. 143. in addit. & lib. 6. c. 287. Iuo lib. 4. tit. 5. c. 4 panor. & epist. 29. ad Richerium Senonen. Anselm. lib. 3. c. 74. Tarrac. lib. 2. c. 19.*

CAP. XVI.

In hac sancta sede dudum à multis Episcopis constitutum erat, & modò ad vestrum, & cęterorum fratrum auxilium est denuo roboratum; vt [omnes Episcopi, qui in quibusdam, &c. *2. q. 6. c. 5.* (*vt Nicaen. xviii. xix. xxi. apud Iulium*) *Xyst. ij. epist. 1 in med.*

CAP. XVII.

2. q. 6. c. 6. ad Rom. Ad sedem Apostolicam omnes, quasi ad caput, iuxta Apostolorum eorumq; successorum sanctiones, Episcopi, qui voluerint, vel quibus necesse fuerit, suffugere, eàmque appellare debent, vt inde accipiant tuitionem, & liberationem; vnde acceperunt informationem, atque consecrationem. Quod omnibus minimè conuenit denegare Episcopis, sed absque vlla custodia, aut excommunicatione, vel damnatione, vel spoliatione, liberè ire concedatur. *Marcellus ep. 1. in princ. Ans. lib. 2. c. 7.*

CAP. XVIII.

Dist. 17. c. 1. Nullum Episcopum, qui hanc appellauerit Apostolicam sedem damnare potestis, antequam hinc sententia finitiua procedat. Nam si saeculares in publicis iudiciis, libellis vtuntur appellatoriis, quanto magis sacerdotibus hæc eadem agere licet, qui super illos sunt? *Marcellus ep. 2. in med. Iuo par. 4. cap. 240. decr. Anselm. lib. 2. cap. 62.*

CAP. XIX.

Si se viderit quisquam vestrum prægrauari, hanc sedem appellet, huc recurrat; vt semper instituta fuit consuetudo quia ex voluntate eis compatiemur, & libenter pro- ut Dominus dederit, adminiculum feremus. Nec à quoquam, fratres, inhibeatur, aut obiurgetur, qui nostræ consors communionis esse voluerit, sed magis ei veniendi auxilium præstetur, quia sufficit vnicuique obiurgatio, quæ fit à plurimis. *Miltiad. ep. 1. in prin.*

CAP. XX.

Similiter in iam fata synodo (*Nicana*) statutum est, vt [vltra Prouinciæ terminos accusandi licentia non progrediatur, nisi ad hanc Apostolicam sedem fuerit prouocatum, ad quam omnes, qui voluerint, liberè, & absque vllo impedimento à quibusdam agendo confluere debent, &c. *3. q. 6. c. 4. & c. 16. in fin.* *Iulius ep. 2. c. 32. Hadr. c. 10. ad Episcopum Mediom. Cod. Theod. lib. 9. tit. 1. const. 5. Capitul. lib. 6. c. 287. the. 7. Iuo lib. 4. tit. 5. c. 4. panor. & ep. 29. ad Richerium Senonen. Ansel. lib. 3. c. 74. Tarrac. lib. 2. c. 19.*

CAP. XXI.

Quotiens Episcopi se à suis comprouincialibus, vel à Metropolitano putauerint prægrauari, aut eos suspectos habuerint; *2. q. 6. c. 16.* mox Romanam appellent sedem, ad quam eos absque vlla detentione, aut suarum rerum ablatione liberè ire liceat, & dum prædictam Romanam matrem appellauerint Ecclesiam, aut ab ea se audiri exposcerint; nullus eos aut excommunicare, aut eorum sedes subripere, aut eorum res auferre, aut aliquam eis vim inferre præsumat, antequam eorum causa Romani Pontificis auctoritate finiatur. Quòd si aliter à quoquam præsumptum fuerit, nihil erit, sed viribus carebit. Nam nec hoc perperam præsumimus, sed & ipsum in Nicæna synodo constitutum est, &c. *Felix y. ep. 1. c. 19. Ans. l. 2. c. 59. Tarrac. l. 2. c. 43.*

CAP. XXII.

His, & aliis quamplurimis documentis manifestum est, nullum damnari, aut suis spoliari rebus debere Episcopum, qui hanc sanctam sedem interpellauerit, aut sibi defensatricem adsciuerit, donec iudicium de eo nostræ Apostolicæ auctoritatis, hoc est, Principis Apostolorum Petri agnoscat, &c. *ibid.*

CAP. XXIII.

Damnare Episcopos, absque huius sanctæ sedis auctoritate, minimè licet: quam omnes appellare, si necesse fuerit, & eius fulciri auxilio oportet. *3. q. 6. dissent. re. c. 6.* *Dam. ep. 3. in prin. Burch. lib. 1. c. 179. Iuo par. 5. c. 295. decr. Anselm. lib. 2. c. 64. Tarrac. lib. 2. cap. 45.*

CAP. XXIV.

Omnes partium nostrarum Ecclesiæ, omnes mansuetudini vestræ cum gemitibus, & lacrymis supplicant sacerdotes; vt, quia & nostri legati fideliter reclamarunt, (*loquitur de pseudosynodo Ephesina*) & eisdem libellum appellationis Flauianus Episcopus dedit, generalem synodum iubeatis intra Italiam celebrari, quæ omnes offensiones ita aut repellat, aut mitiget, ne aliquid vltra sit vel in fide dubium, vel in caritate diuisum, &c. Quam aut post appellationem interpositã hoc necces-

sacre postuletur, canonum Nicææ habitorum decreta testantur, quæ à totius mundi sunt sacerdotibus constituta. *Leo ep. 23. ad Theod. Imp. circa fin. m.* Cap. XXV.

Causam Lupicini Episcopi illic iubemus audiri. cui multum, & sæpius postulanti communionem hac ratione reddidimus; quoniam cùm ad nostrum iudicium prouocasset, immerito eum pendente negotio à communione videbamus fuisse suspensum. Adiectum etiam illud est, quod huic temerè superordinatus esse cognoscitur, qui non debuit ordinati, antequam Lupicinus in præsenti positus, aut confutatus, aut certè confessus iustæ posset subiacere sententiæ: vt vacantem locum, quemadmodum disciplina Ecclesiastica exigit, is, qui consecrabatur, exciperet. *Leo ep. 85. ad Episcopos Afric. c. 2. Capitul. lib. 7. cap. 157. in additis.* Cap. XXVI.

Nobiscum vestra fraternitas recognoscat, Apostolicam sedem, pro sui reuerentia, à vestræ etiam Prouinciæ Sacerdotibus innumeris relationibus esse consultam, & pro diuersarum, quemadmodum vetus consuetudo poscebat, appellatione causarum, aut retractata, aut confirmata fuisse iudicia. *Leo epist. 87. ad Episcopos Viennen. prouinc. post prin.*

Cap. XXVII.

9. q. 3. c. 16. Ipsi sunt canones, qui appellationes totius Ecclesiæ ad huius sedis examen voluere deferri. Ab ipsa verò nusquam prorsus appellari debere sanxerunt, ac per hoc illam de tota Ecclesia iudicare, ipsam ad nullius commeare iudicium, &c. *Gelas. epist. 4. ad Faust. ante med. Nicol. in epist. ad Michaelem Imp. Inopar. 5. c. 9. decret. & in epist. 1. ad Richerium Senonen. Archiep. Ansel. lib. 2. c. 56.*

Cap. XXVIII.

Vide 9. q. 3. c. 17. & 18. Ad sedem B. Petri de qualibet mundi parte canones appellare voluerunt, ab illa autem nemo sit appellare permissus. *Gelas. epist. 6. ad Episc. Dard. ante med.* Cap. XXIX.

2. q. 6. c. 11. quæst. Omnium appellantium Apostolicam sedem Episcoporum iudicia, & cunctarum maiorum negotia causarum, eidem sanctæ sedi (*Rom.*) reseruata esse liquet. *Vigilius ep. vnic. c. 7. Ansel. Lucen. lib. 2. c. 18.* Cap. XXX.

Nullus audeat condemnare Apostolicam sedem appellantem. *Greg. vij. lib. 2. regist.*

Pontifex Max. Imperatores, & Reges potest excommunicare, & priuare ditione, illorúmque subditos fidelitatis sacramento soluere. Tit. XVI.

CAPVT I.

Quòd Romano Pontifici liceat Imperatores deponere. *Greg. vij. lib. 2. regist. in dictato.* Cap. II.

Quòd à fidelitate iniquorum possit Romanus Pontifex subiectos absoluere. *Gregor. vij. lib. 2. regist. in dictato.* Cap. III.

Ex parte omnipotentis Dei Patris, & Filij, & Spiritus sancti, per tuam potestatem, & auctoritatem (*cum Petro Apostolo loquitur*) Henrico Regi filio Henrici Imperatoris, qui contra tuam Ecclesiam, inaudita superbia insurrexit, totius regni gubernacula Teutonicorum, & Italiæ contradico, & omnes Christianos à vinculo iuramenti, quod sibi fecerunt, vel facient, absoluo; & vt nullus ei, sicut Regi seruiat, interdico, dignum est enim, vt qui studet honorem Ecclesiæ tuæ imminuere, ipsum honorem amittat, quem videtur habere, & quia sicut Christianus contempsit obedire, nec ad Deum rediit, quem dimisit, participando excommunicatis, & multas iniquitates faciendo, meáque monita, quæ pro sua salute sibi misi, te teste spernendo, séque ab Ecclesia tua, tentans eam scindere, separando, vinculo anathematis eum vice tua alligo. *Greg. vij. lib. 3. registr. post. epist. 5.*

Cap. IV.

Zacharias Papa Regem Francorum deposuit, & Francigenas à vinculo iuramenti, quod sibi fecerant, absoluit. *Greg. vij. lib. 4. regist. ep. 2. post prin.* Cap. V.

Ad oppidum Canusij, in quo morati sumus cum paucis, aduenit (*Rex Henricus*) ibique per triduum ante portam castri deposito omni regio cultu, miserabiliter, vtpote discalceatus, & laneis indutus persistens, non prius cum multo fletu Apostolicæ miserationis auxilium, & consolationem implorare destitit; quàm omnes, qui ibi aderant, ad pietatem, & compassionis misericordiam mouit, denique instantia compunctionis eius, & tanta hominum, qui aderant, supplicatione deuicti, tandem eum relaxato anathematis vinculo, in communionis gratiam, & sinum sanctæ matris Ecclesiæ accepimus. *Greg. vij. lib. 4. regist. ep. 12. in medio.*

Cap. VI.

Confidens de iudicio, & misericordia Dei, eiusque piissimæ matris semper Virginis Mariæ, fultus vestra auctoritate (*cum Petro, & Paulo Apostolis loquitur*) Henricum, quem Regem dicunt, omnésque fautores eius, excommunicationi subiicio, & anathematis vinculis alligo, & iterum regnum Teutonicorum, & Italiæ ex parte omnipotentis Dei, & vestra, interdicens ei omnem potestatem, & dignitatem illi regiam tollo, & vt nullus Christianus ei sicut Regi obediat, interdico; omnésque qui iurauerunt, vel iurabunt, de regni dominatione, & iuramenti promissione absoluo. Vt Rodulphus regnum Teutonicorum regat, & defendat; quem Teutonici elegerunt sibi in Regem, ad vestram fidelitatem, ex parte vestra dono, largior, & concedo, omnibus sibi fideliter adhærentibus absolutionem omnium peccatorum, vestrámque benedictionem in hac vita, & in futuro vestra fretus fiducia largior. *Greg. vij. in Conc. Rom. anni vij. in fine.*

CAP. VII.

Anno ab incarnatione Domini milleſimo octuageſimo primo celebrata eſt ſynodus Romæ, in qua Henricum, & omnes fautores eius, qui in præterita excommunicatione animum indurauerant, iterum excommunicauit, & anathematizauit. *Greg. vij. in Conc. Rom. ann. viij.*

CAP. VIII.

Beatus Gregorius Papa Reges à ſua dignitate cadere ſtatuit, qui Apoſtolicæ ſedis decreta violare præſumpſerint, ſcribens ad quendam Senatorem Abbatem his verbis: Si quis Regum, Sacerdotum, Iudicum, atque ſæcularium perſonarum hanc conſtitutionis noſtræ paginam agnoſcens, contra eam venire tentauerit, poteſtatis, honoriſque ſui dignitate careat. *Gregor. vij. lib. 8. regiſt. ep. 21. poſt princ. Greg. j. lib. 11. ep. 10. in fine.*

CAP. IX.

15. q. 6. c. 3. alius. Zacharias, Regem Francorum, non tam pro ſuis iniquitatibus, quàm pro eo, quod tantæ poteſtati non erat vtilis, à regno depoſuit, & Pipinum Caroli Magni Imperatoris patrem in eius loco ſubſtituit, omneſque Francigenas à iuramento fidelitatis, quod illi fecerant, abſoluit. *Greg. vij. lib. 8. regiſt. ep. 21. ad Herimannum Meten. Epiſcop. ante med.*

CAP. X.

Ab hac hora, & deinceps fidelis ero per rectam fidem B. Petro Apoſtolo, eiuſque Vicario Papæ Gregorio, qui nunc in carne viuit: & quodcumque mihi ipſe Papa præceperit, ſuis videlicet verbis, per veram obedientiam fideliter, ſicut oportet Chriſtianum, obſeruabo. De ordinatione verò Eccleſiarum, & de terris, vel cenſu, quæ Conſtantinus Imperator, vel Carolus ſancto Petro dederunt, & de omnibus Eccleſiis, vel prædiis, quæ Apoſtolicæ ſedi ab aliquibus viris, vel mulieribus aliquo tempore ſunt oblata, vel conceſſa, & in mea ſint, vel fuerint poteſtate, ita conueniam cum Papa, vt periculum ſacrilegij, & perditionem animæ meæ non incurram, & Deo, ſanctoque Petro adiuuante Chriſto, dignum honorem, & vtilitatem impendam. *Apud Greg. vij. lib. 9. regiſtr. poſt epiſt. 3. Iuramentum Imperatoris.*

CAP. XI.

De hære. c. 13. Gr. ix. ti. c. 2. eo. tit. in 4. collect. Si Dominus temporalis requiſitus, & monitus ab Eccleſia, terram ſuam purgare neglexerit ab hæretica fœditate, per Metropolitanum, & comprouinciales Epiſcopos excommunicationis vinculo innodetur, & ſi ſatisfacere contempſerit infrà annum, ſignificetur hoc Summo Pontifici, vt ex tunc ipſe vaſallos ab eius fidelitate denuntiet abſolutos, & terram exponat Catholicis occupandam. *Inn. iij. in Conc. gen. Later. c. 3.*

De decretis, & decretalibus Pontificum Maximorum. Tit. XVII.

CAPVT I.

Heb. 13. c. Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete illis. ipſi enim peruigilant pro animabus veſtris, tamquam rationem reddituri: Paulus magnus Apoſtolus præcipit. Itaque beatiſſimum Papam Nicolaum, tamquam organum ſancti Spiritus habentes, nec non & ſanctum Hadrianum Papam ſucceſſorem eius definimus, atque ſancimus, vt ea omnia, quæ ab eis ſynodicè per diuerſa tempora expoſita ſunt, & promulgata editis cauſis, tam pro defenſione, ac ſtatu CP. Eccleſiæ, & ſummi Sacerdotis eius, Ignatij videlicet ſanctiſſimi Patriarchæ, quàm etiam pro Photij neophyti, & inuaſoris expulſione, & condemnatione ſeruari ſemper, & cuſtodiri immutilata pariter, & illæſa; & nullum Epiſcoporum, aut Archipreſbyterorum, vel diaconorum aut quempiam de catalogo clericorum euertere, & reprobare aliquid horum audere. Quiſquis autem poſt hanc definitionem noſtram comprehenſus fuerit, ſpernens quidquam capitulorum, & decretorum, quæ ab illis expoſita ſunt; ſiquidem Sacerdos fuerit, aut clericus, à proprio decidat honore ſimul, & ordine; monachus autem, vel laïcus, cuiuſcumque ſit dignitatis, ſegregetur, donec pœnitens profiteatur ſe conſeruaturum prædictorum editionem. *Syno. viij. c. 2. ſub Had. ij.*

CAP. II.

Qualiter, & quando debeat Prælatus procedere ad inquirendum, & puniendum ſubditorum exceſſus, ex auctoritatibus noui, & veteris Teſtamenti colligitur euidenter, ex quibus poſtea proceſſerunt canonicæ ſanctiones; ſicut olim apertè diſtinximus, & nunc ſacri approbatione Concilij confirmamus. *Innoc. iij. in Concil. gen. Lat. c. 8.* *De accuſ. 24. Greg. ix. & c. 4. eo. ti. 4. collect.*

CAP. III.

Item Epiſtolam Leonis Papæ ad Flauianum CP. Epiſcopum deſtinatam, cuius textum quiſpiam ſi vſque ad vnum iota diſputauerit, & non eam in omnibus venerabiliter receperit; anathema ſit. Item opuſcula, atque tractatus omnium orthodoxorum Patrum, qui in nullo à ſanctæ Eccleſiæ Romanæ conſortio deuiarunt, nec ab eius fide, vel prædicatione ſeiuncti ſunt; ſed ipſius communionis per gratiam Dei, vſque in vltimum diem vitæ ſuæ fuere participes, legendos decernimus. Item decretales Epiſtolas, quas beatiſſimi Papæ pro diuerſis temporibus ab vrbe Romana pro diuerſorum Patrum conſolatione dederunt, venerabiliter recipiendas. *Gelaſ. & lxx. in ſynod. Nicol. ad Epiſcopos Galliæ. Burch. lib. 3. c. 220. Iuo lib. 2. tit. 11. c. 3. panor. & par. 4. c. 64 & par. 5. c. 33. decret. Anſel. lib. 6. c. 193. Cæſar. lib. 1. c. 48.* *Diſt. 15. ſancta. c. 3. p. item.* *Diſt. 19. c. 1. p. conſonat.*

CAP. IV.

Ego pro lege Dei, pro paternis conſeruandis canonibus, pro veneratione Apoſtolorum, pro priuilegiis defendendis ſedis Apoſtolorũ, próque ſanctæ mentionis deceſſoris mei Papæ Nicolai prædicanda memoria, & ſequentibus actibus, atque celebrandis definitionibus, non ſolùm tanta incommoda perpeti, verùm etiam more ſanctorum prædeceſ-

lotum meorum P[illegible]um, in promptu habeo; si necesse sit, mortis sustinere discrimen. *Hadr. ij. in synod. Rom. adlocutione prima post med. lecta apud syn. viij. CP. act. 7.*

C AP. V.

Vos hæc, & alia sanctorum Patrum statuta fideli[illegible] & Christiana reuerentia obseruate, si vultis de sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & Apostolicæ sedis pace, & communione, atque benedictione gaudere. *Nicol. ij. in conc. Rom. cxiij. Episcopor.*

C AP. VI.

Amplector omnem diuinam scripturam, scilicet veteris, & noui Testamenti, & decreta sanctorum Patrum Romanorum Pontificum, & præcipuè decreta Domini mei Gregorij, & beatæ memoriæ Papæ Vrbani. Quæ ipsi laudauerunt, laudo; quæ ipsi tenuerunt, teneo; quæ confirmauerunt, confirmo, quæ damnauerunt, damno; quæ repulerunt, repello; quæ interdixerunt, interdico, quæ prohibuerunt, prohibeo, in omnibus, & per omnia, & in his semper perseuerabo. *Paschalis ij. in syno. Later.*

C AP. VII.

Quis Sacerdotum contra decreta talia, quæ à sede Apostolica processerunt, agere præsumat? vel quis, quod peius est, contra sententiam, quam vas electionis Paulus Apostolus, Spiritu sancto ministrante, promulgauit, aliud conscribere vlla ratione præsumat? Cùm dicat ipse per Spiritum sanctum: Qui prædicauerit præter id quod prædicaui, anathema sit, & quorum auctoritas valere possit, nisi quos sedes Apostolica semper aut intromisit, aut apocryphos fecit? *Turo. ij. c. 21.* Gala. 1. d

C AP. VIII.

Permaneant in suo vigore Conciliorum omnium constituta, simul & synodicæ sanctorum Præsulum Romanorum Epistolæ. *Tolet. iij. c. 1.*

C AP. IX.

Quid à nobis sacramenti (*baptismi*) diuersitate faciendum sit, Apostolicæ sedis informemur præceptis, non nostram, sed paternam institutionem sequentes. *Tolet. iv. c. 5.*

C AP. X.

Nos pari tenore, & reuerentia traditiones sanctorum Apostolorum, seu Reuerendissimorum Patrum, qui in supradictis Conciliis adfuerunt, omni cum veneratione suscipimus, amplectimur, defendimus, prædicamus, præcipue sanctæ memoriæ Leonis Apostolicæ sedis Præsulis dicta. *Mansuetus Episcopus, & syn. Mediolan. ep. ad Constantinum vj. Imperator.*

C AP. XI.

De veneratione, quæ debetur Pontifici Maximo, & ipsius decretis, vide multa apud synodum habitam in Monasterio D. Medardi Suession. in causa Hincmari.

C AP. XII.

Hæc præcepta nemo credat absque sui periculo negligere, vel dissimulare; quia in iudicio Dei ignis æterni tormenta substinebit, qui Ecclesiastica decreta neglexerit. *Clemens ep. 1. in fine.*

C AP. XIII.

State fratres, & tenete traditiones Apostolorum, & Apostolicæ sedis, &c. *Inter. ep. 2. n. in fine.*

C AP. XIV.

Ipse (*Deus*) te, tuosque, & diuina, & Apostolicæ sedis instituta illibata seruare, & nos, atque omnes fideles ad potiora semper conscendere concedat, &c. Hæc illis partibus quibus moraris, & in omnibus quibus potueris, cunctis nota facito, & obseruare Apostolica mandato auctoritate: quia & nostri, nobisque commissi, in sancta Apostolica, & vniuersali Ecclesia, omnes hæc obseruare, nunc, & futuris temporibus professi sunt. *Steph. ep. 1. in fi.*

C AP. XV.

Nolite errare fratres, doctrinis variis, & extraneis nolite abduci. En instituta Apostolorum, & Apostolicorum virorum, canonésque habetis: his fruimini, his circumdamini, his delectamini, his armamini, &c. Satis indignũ est, quemquam, vel Pontificum, vel ordinum subsequentium, hanc regulam refutare, quam beati Petri sedem, & sequi videat, & docere. *Inf. ep. 1. in fi. Gelas. ep. 1. c. 11. Ansel. lib. 1. c. 8. & lib. 5. c. 4.* Dist. 11. c. 3. Hel. 14. d De cõsec. d. 1. c. 5. basilicas.

C AP. XVI.

Diuinis, & Apostolicis constitutionibus pareatis, & in nullo patiamini prouidentissima canonum decreta violari; quatenus & Nicænorum canonum constituta, & quæ à nobis, vel à prædecessoribus nostris sunt prouidè, & salubriter decreta, intemerata permaneant in futuro. *Liber. ep. 2. in fi. ad omnes Episcopos.*

C AP. XVII.

Omnia hæc decretalia, & cunctorum decessorum nostrorum constituta, quæ de Ecclesiasticis ordinibus, & canonum promulgata sunt disciplinis, ita à vobis, & omnibus Episcopis, ac cunctis generaliter sacerdotibus custodiri debere mandamus; vt si quis in illa commiserit, veniam sibi deinceps nouerit denegari. *Damas. ep. 4. in fin. Numidiæ Episcop. Ansel. lib. 4. cap. 47.* 25. q. 1. c. 11.

C AP. XVIII.

Scripta Sanctitatis tuæ debita veneratione suscepimus, in quibus fitire venerationem, ac prudentiam tuam Apostolica instituta cognouimus. Quadere quædam ex his, quæ petisti, misimus: & quædam adhuc, cùm iterum miseris, mittere cupimus. Nullum tamen à beati Petri Principis Apostolorum fine, prædecessorum nostrorum prætermisimus, de quorum statutis aliquid tibi per Ammonium Presbyterum, & Felicem diaconum sub certis signaculis non mitteremus. Quæ te & custodire optamus, & aliis prædicanda, ac publicanda mandamus, vt ab omnibus inuiolate debita veneratione custodiantur, & inuiolate seruentur, atque ab omnibus futuris temporibus diligenter venerentur: quia violatores voluntarij canonum grauiter à sanctis Patribus iudicantur, &c. His itaque rite deliberatis, † & ad Ecclesiarum vestrarum notitiam nostra deliberatione perlatis, pa- † deliberatê.

rere vos eorundem sanctorum canonum regulis conuenit, &c. *Damas. ad Aurel. ante concil.*

CAP. XIX.

Ad singulas causas, de quibus per filium nostrum Basianum Presbyterum ad Romanam Ecclesiam vtpote ad caput tui corporis retulisti, sufficientia, quantum opinor, responsa reddidimus. Nunc fraternitatis tuæ animum ad seruandos canones, & tenenda decretalia constituta, magis, ac magis incitamus, &c. Et quamquam statuta sedis Apostolicæ, vel canonum venerabilia definita, sacerdotum nulli Domini ignorare sit liberum: vtilius tamen esse poterit, si ea, quæ ad te speciali nomine generaliter scripta sunt, per vnanimitatis tuæ sollicitudinem in vniuersorum fratrum nostrorum notitiam perferantur. *Syric. ep. 1. in fin.*

CAP. XX.

Antiquæ traditionis exempla seruantes, & Ecclesiasticæ memores disciplinæ, nostræ religionis vigorem, non minus nunc in consulendo, quàm antea cùm pronuntiaretis, veneratione firmatis, qui ad nostrum referendum approbatis esse iudicium, scientes, quid Apostolicæ sedi, cùm omnes hoc loco positi ipsum sequi desideremus Apostolum, debeatur; à quo ipse Episcopatus, & tota auctoritas huius nominis emersit. Quem sequentes, tam mala iam damnare nouimus, quàm probare laudanda, vel id, velùt quod vera Patrum instituta sacerdotali officio custodientes, non censetis esse calcanda, quòd illi non humana, sed diuina decreuere sententia; vt quidquid, quamuis de disiunctis, remotisque Prouinciis ageretur, non priùs ducerent finiendum, nisi ad eius sedis notitiam peruenitet; vt tota huius auctoritate, iusta quæ fuerit pronuntiatio, firmaretur: indéque sumerent cæteræ Ecclesiæ, velut de natali suo fonte, aquæ cunctæ procederent, & per diuersas totius mundi regiones, puri capitis incorruptæ manarent, quid præcipere, quos abluere, quos veluti in cœno inemundabili sordidatos, mundis digna corporibus, vnda vitaret, &c. *Inn. epist. 24. in prin. vel 25. Concil. ad Carthaginens.*

CAP. XXI.

Quæ à nobis res digna seruabitur, si decretalium norma constitutorum pro aliquorum libitu, licentia populis permissa, frangatur? *Dist. 38. nulli. 4.* *Calesti. ep. 3. in prin. Burch. lib. 1. cap. 160. Inopar. 6. c. 251. decr. Tarr. lib. 3. c. 2.*

CAP. XXII.

Omnia decretalia constituta, tam beatæ recordationis Innocentij, quàm omnium prædecessorum nostrorum, quæ de Ecclesiasticis ordinibus, & canonum ordinata sunt disciplinis, ita vestram dilectionem custodire debere mandamus, vt si quis illa contempserit, veniã sibi deinceps nouerit denegari. *Dist. 19. c. 1. p. quibus. 25. q. 1. c. 12.* *Leo ep. 1. in fin. Episcopis Campania. Damas. ep. 4. in fin. Nicol. ad Episcopos Galliæ. Inopar. 5. c. 35. decr. Ansel. lib. 4. c. 47 Cæsar. lib. 1. c. 32. Tarrac. lib. 3. c. 6.*

CAP. XXIII.

Adiuuante gratia Dei faciliùs poterit prouideri, vt Ecclesiis Christi nulla scandala, nulli nascantur errores: cùm coram beatissimo Apostolo Petro id semper in commune tractatum fuerit, vt omnia instituta, canonumque decreta apud omnes Domini sacerdotes inuiolata permaneant. *Leo ep. 4 ad Episc. Sicil. c. 7.*

CAP. XXIV.

Superest, vt concordi obedientia salubres suscipiatis hortatus; & nihil per contentionem agentes, sed ad omne studium deuotionis vnanimes, diuinis, & Apostolicis constitutionibus pareatis, & in nullo patiamini pia canonum decreta violari. *Leo epist. 85. c. 2. ad Episc. African.*

CAP. XXV.

Necessaria rerum dispositione constringimur, & Apostolicæ sedis modetamine conuenimur; sic canonum paternorum decreta librare, & retro Præsulum, decessorumque nostrorum præcepta metiri; vt, quæ præsentium necessitas temporum restaurandis Ecclesiis relaxanda deposcit; adhibita consideratione diligenti, quantum potest fieri, temperemus. *1. q. 7. c. 6 Necessaria.* *Gelas. ep. 1. c. 1. Hadr. ij. in ep. ad Imper. Basilium post prin. lecta in viij. syno. C P. act. 1. Inopar. 3. c. 151. decr. Anselm. lib. 5. c. 83. Cæsar. lib. 2. cap. 53.*

CAP. XXVI.

Ne clericorum quisquam se huius offensæ futurum confidat immunem, si hîs, quæ salubriter sequenda deprompsimus, siue Episcopum, siue Presbyterum, siue Diaconum viderit excedentem, non protinus ad aures nostras deferre curauerit, probationibus dumtaxat competenter exhibitis; vt transgressoris vltio fiat, & cæteris interdictio delinquendi. Sui verò modis omnibus erit vnusquisque Pontificum ordinis, & honoris elisor, si cuiquam clericorum, vel Ecclesiæ totius audituï hæc putauerit supprimenda. *2. q. 7. quapropter. cap. 47.* *Gelas. ep. 1. cap. 30. Anselm. lib. 7. c. 154.*

CAP. XXVII.

Illud peculiarius pro amore imperij vestri, & beatitudine, quæ consequi poterit regnum, pro Apostolico officio prædicamus; vt sicut decet, & Spiritus sanctus dictat, monitis nostris obedientia præbeatur; vt bona omnia vestram rempublicam consequantur. *Anast. ij. ad Anastas. Imper. epist. 1. c. 6.*

CAP. XXVIII.

Transgredi Apostolica statuta absque transgressoris gradus periculo nullatenus possunt. *Io. ep. 1. post med.*

CAP. XXIX.

Congruum nobis visum est, litteris sedis Apostolicæ vos monere, præcepta diuina, & Apostolicæ sedis instituta viriliter peragere, & prohibita non tangere, &c. *Ioan. iij. ep. vni. in prin.*

CAP. XXX.

Præcepta Domini, atque sanctæ sedis Apostolicæ, quæ vice Domini Saluatoris legatione fungitur, monita fideliter amplecten-

peragenda. *Pelag.ij.ep.1.antè fin.*

Cap. XXXI.

Hæc nos ita tenere cupimus, vobísque tènere, ac docere mandamus; vt ea, quæ à sanctis Patribus ante nos sunt statuta, non proterue irrumpere, sed fideliter seruare optemus. *Greg. ad Felic. Sicilia Episc.c.3.lib.12.reg.ep.37.al.31.*

Cap. XXXII.

25.q.2.c.4. Si ea destruerem, quæ antecessores nostri statuerunt; non constructor, sed euersor esse
Luc.11. iustè comprobarer, omne enim regnum, &c. *Greg.ep.7 ad Felic.c.1.quæ est lib.12 regist.ep.31.*

Cap. XXXIII.

Hoc sanctitatem tuam firmissimè, vt teneas hortamur; vt sanctorum Patrum institutis, & consultis sacrorum canonum omni modo obsequi debeas; quia nos nullatenus aliud prædicamus, & aliud agimus. *Zachar.ep.4.in med.*

Cap. XXXIV.

Absit hoc, vt prædecessor noster ita præciperet. Nec enim ab Apostolica sede illa diriguntur, quæ contraria esse Patrum, siue canonum institutis perhibentur. *Zachar. ep.6. post med. Vide Bonif. Episc. ad Zachar. ante fi.*

Cap. XXXV.

Dist.19. c.5. Nulli fas est, vel velle, vel posse transgredi Apostolicæ sedis præcepta, &c. *Greg.iv.ad Episcopos Galliæ, & Germ. incip. diuinis. Iuo par.5.c.11. & 349. decr. Ansel.lib.2.cap.19. Cæsar.lib.2.c.41. Tarrac.lib.1.c.288.*

De pœnis, quibus afficiuntur ij, qui Pontifici Max. iniuriam faciunt, aut eius præcepta contemnunt, aut facultates eius aut Ecclesiæ Romanæ surripiunt. Tit. XVIII.

CAPVT I.

Anathemati submisit (*Photius*) beatissimum Papam Nicolaum, & omnes illi communicantes, neque summitati eius, neq; quod magis est, Ecclesiæ, quæ à finibus vsque ad finem constat, vllo modo parcens. Hunc repulimus, atque anathemarizauimus, atque à Catholica, & Apostolica Ecclesia fecimus alienum, per datam nobis potestatem in Spiritu sancto. *Epistola encyclia synodi viij. CP. in med. sub Hadr.ij.act.10.*

Cap. II.

Nemo fidelium iniuriam beati Petri Prin-
† intulit f. cipatui impunè corrupit †, in cuius videlicet contumeliam, vt sanctus Bonifacius Papa scribit, quisquis surgit, habitator cælestium
Mat.16. c non potest esse regnorum: Tibi, inquit, dabo claues regni cælorum, in quod nullus absque gratia genitoris intrabit. Et rursus: Nemo vnquam Apostolico culmini, de cuius, inquit, iudicio non licet retractari, manus obuias audacter intulit; nemo in hoc rebellis extitit, nisi qui de se voluit iudicari. *Had.ij.in syn. Rom. allocut.3.post med. apud syn. CP. viij. act.7. Vid. Nic. ad Mich. Imp. prope finem.*

Cap. III.

Violatores, seu corruptores sacri tumuli eiusdem Domini Formosi Papæ, qui sub fœdere conspirationis ad capiendum thesaurũ, corpus illius trahentes in fluuium Tiberim iactare non timuerunt; Diuina auctoritate, synodalique nostro consultu, nisi resipuerint, sint à sanctæ Dei Ecclesiæ liminibus separati. *Rauen. Conc. sub Io. ix. cap.9.*

Cap. IV.

Quia scelestissima consuetudo inoleuit, vt obeunte sanctæ Romanæ Ecclesiæ Pontifice, ipsum Patriarchium deprædari soleat; & non solùm in eodem sancto Patriarchio, sed etiam per totam ciuitatem, & suburbana eis talis bacchatur præsumptio; nec non quia & id inultum hactenus neglectum est, adeo vt omnia episcopia eadem patiantur, vniuscuiusque Ecclesiæ obeunte Pontifice; penitus, quod ne vlterius præsumatur, omnimodis interdicimus, quod qui facere præsumpserit, non solùm Ecclesiastica censura, sed etiam Imperiali indignatione feriatur. *Rauennaten. Conc. sub Ioann. ix.c.11.*

Cap. V.

Episcoporum, qui excommunicato Regi communicare præsumunt, ordinatio, & consecratio, apud Deum, teste beato Gregorio, fit execratio, cùm enim obedire Apostolicæ sedi superbè contemnunt, scelus idololatriæ, teste Samuële incurrunt. *Greg. vij. lib. 4 reg. ep. 2. ante fin.*

Cap. VI.

Qui Apostolicæ sedi obedire contemnit, scelus idololatriæ incurrit, & beatus Gregorius Doctor sanctus, & humillimus, Reges decreuit à suis dignitatibus cadere, & participatione corporis, & sanguinis Domini nostri Iesu Christi carere, si præsumerent Apostolicæ sedis præcepta contemnere. Si enim cælestia, & spiritualia sedes beati Petri soluit, & iudicat, quanto magis terrena, & sæcularia? *Greg. vij.lib.2.reg.ep.24.post medium.*

Cap. VII.

Qui ab Apostolica sede discordat, eique inobediens est, confirmante Samuële, peccatum 1. Reg. 15.
ariolandi, & idololatriæ scelus committit. Dicente quoque B. Ambrosio Hæreticum esse constat, qui Romanæ Ecclesiæ non concordat. *Greg.vij.lib.7.reg.ep.24.in fine.*

Cap. VIII.

Qui Apostolicæ sedis saluberrimo præcepto obedire noluerit, idololatriæ peccatum incurrit, teste Samuële, & beato Gregorio adstruente. Peccatum enim ariolandi est, non obedire; & scelus idololatriæ, nolle acquiescere. Peccatum igitur paganitatis incurrit, quisquis, dum Christianum se asserit, sedi Apostolicæ obedire contemnit. *Ex Gregor.vij.decret.* 1. Reg.15.

Cap. IX.

Ad hoc sanctæ Romanæ Ecclesiæ possessiones quietas seruare per Dei gratiam cupientes, præcipimus, & sub districtione anathematis interdicimus; ne aliqua militaris per-

sona Beneuentanam B. Petri ciuitatem præsumat inuadere, aut violenter tenere. Si quis aliter præsumpserit, anathematis vinculo teneatur. *Callist. ij. in Conc. Rom. c. 8.*

Cap. X.

Alienationes, quæ specialiter per Othonem, Guidonem, Hieremiam, seu forte Philippum vbilibet de possessionibus Rauennatis exarchatus factæ sunt, damnamus. *Callist. ij. in Conc. Rom. c. 21.*

Varia priuilegia, & decreta Pontif. Max. Tit. XIX.

Pont. Max. confirmat Episcoporum electiones.

PARS PRIMA.

CAPUT I.

De elect. c. 44. Greg. ix. c. 21. eo. tit. in 4. collect. QVi ad Romanum pertinent immediatè Pontificem, ad percipiendam sui confirmationem officij, eius se conspectui, si commodè potest fieri, personaliter repræsentent, vel personas transmittant idoneas, per quas diligens inquisitio super electionis processu, & electi possit haberi, vt sic demum per ipsius circumspectionem consilij, sui plenitudinem assequantur officij, cùm eis nihil obstiterit, de canonicis institutis, ita quod interim valde remoti, videlicet vltra Italiam constituti, si electi fuerint in concordia, dispensatiuè, propter necessitates, & vtilitates Ecclesiarum, in spiritualibus, & temporalibus administrent, &c. Munus verò consecrationis, seu benedictionis recipiant, sicut hactenus recipere consueuerunt. *Innocent. iij. in Conc. gener. Later. cap. 26.*

Cap. II.

Porrexit Hincmarus Archiepiscopus Remensis Epistolam totius Galliæ Episcoporum manibus subterscriptam ad Apostolicam sedem, pro confirmatione ipsius sedis, &c. Ostendit etiam ipsi Christianissimo Principi coram sancta synodo diploma sacrum, ipsius venerandi Principis manibus insignitum, & sigillo subtersignatum ex approbatione suæ ordinationis, ad eandem sanctam, & Apostolicam, omnium scilicet Ecclesiarum matrem, Romanam Ecclesiam. *Suesson. apud D. Medard. in causa Hincmari.*

Profertur nomen Pontificis Max. in Missæ celebratione.

PARS SECVNDA.

Cap. III.

ET hoc nobis iustum visum est, vt nomen Domini Papæ quicumque sedi Apostolicæ præfuerit, in nostris Ecclesiis recitetur. *Vasen. 2. cap. 4.*

Cap. IV.

Post quæstionum torrentes, venerabilem Laurentium, & Petrum Episcopos, à communione Papæ se suspendisse replicatis, & quidquid prouidit cautio conuocatorum, ducitis ad crimen imperiti. Vllóne ergo tempore dum celebrarentur ab his sacra Missarum, à nominis eius commemoratione cessatum est? *Ennod. pro Symma. post med.*

Cap. V.

Quòd solius Romani Pontificis nomen in Ecclesiis recitetur. *Gregor. vij. lib. 2. regist. in dictato.*

De sanctitate, qua multi Pontifices Maximi praditi fuerunt.

PARS TERTIA.

Cap. VI.

SCitis vtique vos, qui meruistis obsecundare sanctissimo Nicolao Papæ lucernæ Ecclesiæ, luminari totius orbis, & ipsius comministri estis effecti, quia incomparabilis erat vita, & sermone resplendens, quem pene, nec macula tetigit. *Libellus Episcoporum petentium veniam. in prin. apud synod. viij. C P. sub Hadr. ij. act. 2. post. princ.*

Cap. VII.

Beatus Petrus perennem meritorum dotem cum hæreditate innocentiæ misit ad posteros, &c. Quis enim sanctum esse dubitet, quem apex tantæ dignitatis attollit? in quo si desint bona acquisita per meritum, sufficiunt, quæ à loci decessore præstantur, aut enim claros ad hæc fastigia erigit, aut eos, qui eriguntur, illustrat. *Ennodius pro symmacho apud Greg. vij. lib. 8. regist. epist. 21. in fin. Tarracon. lib. 1. cap. 75.* Dist. 40. non nos. c. 1.

Cap. VIII.

Quòd Romanus Pontifex, si canonicè fuerit ordinatus, meritis B. Petri indubitanter efficitur sanctus, testante S. Ennodio Papiensi Episcopo, & multis Patribus fauentibus sicuti in decretis B. Symmachi Papæ continetur. *Greg. vij. lib. 2. regist. in dictato.*

Cap. IX.

A mundi principio paucissimi per diuersa terrarum regna Reges sancti: cùm in vna tantùm Pontificum seriatim succedentium sede, videlicet Romana, à tempore beati Petri Apostoli ferme centum inter sanctissimos computentur, cur autem hoc, nisi quia Reges terræ, & Principes vana gloria illecti, sicut prælibatum est, quæ sua sunt, spiritualibus rebus præferunt; religiosi autem Pontifices vanam gloriam despicientes, quæ Dei sunt, carnalibus rebus præponunt? illi in se delinquentes facile puniunt, in Deum peccantes æquo animo ferunt, isti in se peccantibus cito ignoscunt, Deũ offendentibus nõ leuiter parcunt, illi terrenis actibus nimium dediti, spiritualia paruipendunt, isti cælestia sedulò

meditantes, quæ sunt terrena contemnunt. *Greg. vij. lib. 8. regist. epist. 21. ante finem.*

De sacramento, quo se obligauit Bonifacius Episcopus Gregorio II:

PARS QVARTA.

Cap. X.

IN nomine Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi, imperante Domino Leone à Deo coronato magno Imperatore, anno sexto post Consulatum eius, sed & Constantino magno Imperatore eius filio, anno quarto indictionis sextę. Promitto ego Bonifacius gratia Dei Episcopus, vobis beato Apostolorum Principi, Vicarióque tuo beato Papæ Gregorio, successoribúsque eius per Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, Trinitatem inseparabilem, & hoc sacratissimum corpus tuum, me omnem fidem, & puritatem sanctæ fidei Catholicæ exhibere, & in vnitate eiusdem fidei Deo operante persistere, in qua Christianorum salus esse sine dubio comprobatur: nullo modo me contra vnitatem communis, & vniuersalis Ecclesiæ suadente quopiam consentire; sed, vt dixi, fidem, & puritatem meam, atque concursum, tibi, & vtilitatibus tuæ Ecclesiæ, cui à Domino Deo potestas ligandi, soluendique data est, & prædicto Vicario tuo atque successoribus eius per omnia exhibere; sed & si agnouero Antistites contra instituta antiqua sanctorum Patrum conuersari, cum eis nullam habere communionem, aut coniunctionem, sed magis si valuero prohibere, prohibebo: si minùs, fideliter Domino meo Apostolico renuntiabo. Quòd si, quod absit, contra huius promissionis seriem aliquid facere, quolibet modo, vel occasione tentauero, reus inueniar in æterno iudicio, vltionem Ananiæ, & Saphiræ incurram, &c. Hunc autem indiculum sacramenti ego Bonifacius exiguus Episcopus manu propria subscripsi, atque positum supra sacratissimum corpus tuum, vt superius legitur, Deo teste, & iudice, præstiti sacramentum, quod & conseruare promitto. *Bonif. ante epist. 1. Greg. ij.*

[Margin: *Matt. 16.* — *Act. 5.*]

Alia priuilegia, quæ ad certum caput redigi non possunt.

PARS QVINTA.

Cap. XI.

16. q. 7. c. 24. d. 96. c. 1. *Eulalius.* SCriptura, quæ in Sacerdotali Concilio recitata est, euidentissimis documentis constat inualida. Primum, quòd contra Patrum regulas à [laïcis, quamuis religiosis, quibus nulla de Ecclesiasticis facultatibus aliquid disponendi legitur vnquam attributa facultas, facta videtur. Deinde quòd nullius Præsulis Apostolicæ sedis subscriptione firmata docetur. *Synod. Roma. iij. Symma. cap. 3. Stephan. epist. 2. cap. 9. Paschal. ij cap. 2. Callist. ij. cap. 4. Trosle. cap. 3. Capitul. lib. 5. cap. 249. & lib. 6. c. 294. Burch. lib. 15. c. 35. Inopar. 16. cap. 36. decr. Deusd. cap. 4. Anselm. lib. 5. c. 10. Cæsaraug. lib. 7. c. 112. Tarrac. lib. 1. c. 59.*

Cap. XII.

De his, qui ab Imperatore vrbis Romæ aliquid petunt, vt prius adeant Iulium Papam, &c. vide Sard. c. 9.

Cap. XIII.

Qui ad comitatum eunt, causam suam Carthaginensi, & Romano Episcopis ostendant, Apolyticam ferant Romam, & illic ab Episcopo Romano aliam accipiant ad comitatum. Nam si Romam profectus silentio ad comitatum transeat, communione priuetur, si noua causa eundi accesserit Romæ existenti, dicat eam Romano Episcopo, & apolyticam accipiat. *Carth. 109. G. Afric. 73. L.*

Cap. XIV.

Ecclesiæ, sedísque Romanæ priuilegia cunctarum Ecclesiarum priuilegiis sua ineffabili prouidentia (*Deus*) prætulit, &c. Rogamus omnipotentem Deum, vt qui suæ cognitionis vobis reseruauit mysterium, tribuat quoque nosse ad plenum suæ dispositionis, qua sancta Ecclesia moderatur, arcanum, & quæ sint, vel quanta, & qualia priuilegia Ecclesiæ Romanæ, & ex quo ceperint exordium, & quis eius summæ auctoritatis auctor existat, vobis clementer aperiat, &c. Porrò si nos non audieritis, restat, vt sitis apud nos necessariò, quales Dominus noster Iesus Christus hos haberi præcepit, qui Ecclesiam Dei audire contempserint, præsertim cùm Ecclesiæ Romanæ priuilegia Christi ore in beato Petro firmata, in Ecclesia ipsa disposita, antiquitus obseruata, & à sanctis vniuersalibus synodis celebrata, atque à cuncta Ecclesia iugiter venerata nullatenus possint minui, nullatenus infringi, nullatenus commutari: quoniam fundamentum, quod Deus posuit, humanus non valet amouere conatus: & quod Deus statuit, firmum validúmque consistat, &c. Priuilegia inquam, istius sedis, vel Ecclesiæ perpetua sunt, diuinitus radicata, atque plantata sunt; impingi possunt, transferri non possunt, quæ ante imperium vestrum fuerunt, & permanent hactenus illibata; manebúntque post vos, & quoúsque Christianum nomen prædicatum fuerit, illa subsistere non cessabunt immutilata. Ista igitur priuilegia, huic sanctæ Ecclesiæ à Christo donata, à synodis non donata, sed iam solummodo celebrata, & venerata. *Nicol. ep. ad Mich. Imperat. post medium.*

Cap. XV.

Quod cùm excommunicatis à Pontifice maximo, inter cætera, nec in eadem domo debemus manere. *Gregor. vij. lib. 2. registr. in dictato.*

Cap. XVI.

Quòd solus Romanus Pontifex possit vti

Imperialib. insignus. *Greg. vij. lib. 2. regist. in dictato.*

Cap. XVII.

Quòd solius Papæ pedes omnes Principes deosculentur. *Greg. vij. lib. 2. reg. in dictato.*

Cap. XVIII.

Quòd (*Papæ*) nomen vnicum est in mundo. *Greg. vij. lib 2. regist. in dictato.*

Cap. XIX.

Quòd de omni Ecclesia quemcumque voluerit clericum Romanus Pontifex valeat ordinare. *Greg. vij. lib 2. regist. in dictato.*

Cap. XX.

Quòd à Romano Pontifice ordinatus alij Ecclesiæ præesse potest, sed non militare, & quod ab aliquo Episcopo non debet superiorem gradum accipere. *Gregor. vij. lib. 2. regist. in dictato.*

Cap. XXI.

Quòd nullum capitulum, nullus liber canonicus habeatur, absque auctoritate Romani Pontificis. *Greg. vij. lib. 2. reg. in dictato.*

Cap. XXII.

Quòd sententia Romani Pontificis à nullo debeat retractari; & ipse omnium solus retractare possit. *Greg. vij. lib. 2. reg. in dictato.*

Cap. XXIII.

Quòd Romani Pontificis præcepto, & licentia, subiectos liceat accusare. *Greg. vij. lib. 2. regist. in dictato.*

Cap. XXIV.

Quòd soli Romano Pontifici licet, pro temporis necessitate, nouas leges condere, nouas plebes congregare, de canonica Abbatiam facere, & è contra, diuitem Episcopatum diuidere, & inopes vnire. *Greg. vij. lib. 2. regist. in dictato.*

Varia decreta, quæ summam Pont. Max. potestatem indicare videntur.

PARS SEXTA.

Cap. XXV.

c. 3. de priuileg. Greg. ix. & in 1. collect.

FRatrum, & coepiscoporum nostrorum vehementi cōquestione competimus, quod fratres Templi, & Hospitalis, alij quoque religiosæ professionis, indulta sibi ab Apostolica sede excedentes priuilegia, contra Episcopalem auctoritatem multa præsumunt, &c. *Alex. iij. in Conc. Later. c. 2.*

Cap. XXVI.

De hære. 13. Greg. ix. & c. 2. eo. ti. in 4. collect.

Clerici non exhibeant huiusmodi pestilentibus (*loquitur de hæreticis*) Ecclesiastica sacramenta, nec eos Christianæ præsumant sepulturæ tradere, nec eleemosynas, aut oblationes eorum accipiant. Alioquin clerici suo priuentur officio, ad quod nunquam restituantur, absque indulto sedis Apostolicæ speciali, &c. Omnes, qui prohibiti, vel non missi, præter auctoritatem ab Apostolica sede, vel Catholico Episcopo loci susceptam, publicè, vel priuatim prædicationis officium vsurpare præsumpserit, excommunicationis vinculo innodentur. *Innoc. iij. in Conc. gen. Later. c. 3.*

Cap. XXVII.

De preb. c. 28. apud Gre. ix. & c. 4. eo. ti. in 4. coll.

De multa prouidentia fuit in Lateranensi Concilio prohibitum, vt nullus diuersas dignitates Ecclesiasticas, & plures Ecclesias Parochiales reciperet contra sacrorum canonum instituta, &c. Hoc idem in personatibus decernimus obseruandum, addentes, vt in eadem Ecclesia nullus plures dignitates, aut personatus habere præsumat, etiam si curam non habeant animarum. Circa sublimes tamen, & litteratas personas, quæ maioribus sunt beneficiis honorandæ, cùm ratio postulauerit, per sedem Apostolicam poterit dispensari. *Innoc. iij. in Conc. gen. Later. c. 29.*

Cap. XXVIII.

De preb. 29. Greg. ix. c. 5. eo tit. in 4. collect.

Qui post primam, & secundam correctionem fuerit repertus culpabilis (*loquitur de iis, qui beneficia conferunt indignis*) à conferendis beneficiis per Concilium (*Prouinciale*) suspendatur: & huiusmodi suspensionis sententia, præter Romani Pontificis auctoritatem, aut proprij Patriarchæ, minimè relaxetur. *Innoc. iij. in Conc. gen. Later. c. 80. in fine.*

Cap. XXIX.

De imm. eccl. c. 7. Greg. ix. & c. 3. de censibus in 4. coll.

Si quando forsan Episcopus simul cum clericis tantam necessitatem, vel vtilitatem inspexerint, vt absque vlla coactione ad releuandas vtilitates, & necessitates communes, vbi laïcorū non suppetunt facultates, subsidia per Ecclesias duxerint conferenda, prædicti laïci humiliter, & deuotè recipiant cum actionibus gratiarū. Propter imprudentiam tamen quorundam, Romanū prius consulant Pontificem, cuius interest communibus vtilitatibus prouidere. *Inno. iij. in Conc. gen. Later. c. 46.*

Cap. XXX.

De priu. c. 24. Gr. ix. c. 7. eo. tit. in 4. collect.

Vt priuilegia, quæ quibusdam religiosis personis Romana concessit Ecclesia, permaneant inconuulsa; quædam in eis duximus declaranda, ne minus sanè intellecta pertrahant ad abusum, propter quem meritò possint reuocari, quia priuilegium meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate, &c. *Inno. iij. in Conc. gen. Later. c. 57.*

Cap. XXXI.

Ad liberandam terram sanctam de manibus impiorum, &c. de prudentum virorum consilio, & sacro approbante Concilio definimus, vt ita cruce signati se præparent, &c. Alij apud Messanam, & partes vtrobique vicinas, vbi & nos personaliter, Domino annuente, disposuimus tunc adesse, quatenus nostro consilio, & auxilio exercitus Christianus salubriter ordinetur, cum benedictione diuina, & Apostolica profecturus, &c. Iis, qui per terram sunt profecturi, Legatum idoneum de nostro latere ad consilium, & auxilium concedemus, &c. illis dumtaxat exceptis, quibus tale impedimentum occurrerit, propter quod secundùm sedis Apostolicæ prouidentiam, votum commutari debeat meritò, vel differri, &c. Ex parte Apostolica renuentibus firmiter protestentur E-

piscopi, & al., qui curam obtinent animarum, vt sciant se super hoc nobis in nouissimo districti examinis Dei coram tremendo iudice responsuros, &c. Ne verò in humeros hominum onera grauia, & importabilia imponere videamur, quæ digito nostro mouere nolimus, similes illis, qui dicunt vtique, sed non faciunt: ecce nos de iis, quæ vltra necessarias, & moderatas expensas potuimus reseruare, &c. ex communi concilij approbatione statuimus, vt omnes omnino clerici, tam subditi, quàm Prælati, vicesimam partem Ecclesiasticorum prouentuum vsque ad triennium conferant in subsidium Terræ Sanctæ, per manus eorum, qui ad hoc Apostolica fuerint prouidentia ordinati, &c. Nos autem, & fratres nostri sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales plenariè decimam persoluemus. *Inn. iij. ingen. conc. Later. c. vlt.*

Matth. 23.

CAP. XXXII.

Si quis in errore Priscilliani sectam sequitur, vel profitetur, vt aliud in salubri baptismo contra sedem sancti Petri faciat, anathema sit. *Tolet. 1. in fine, vel Aqui Calensis.*

CAP. XXXIII.

Vt extra conscientiam sedis Apostolicæ, hoc est Primatis, nemo audeat ordinare. *Syric. ep. 4. c. 1. Vidend. Inn. ep. 2. c. 1.*

CAP. XXXIV.

vide dist. 64. c. 5. Dist. 17. c. 3. † aut Quæ[huic sanctæ sedi concessa sunt, nullus vsurpare sine eius consultu præsumat, qui non vult honore Ecclesiastico indignus vt † contemptor iudicari. *Damas. ep. 3. c. 8. them. 5. Ansel. lib. 1. c. 54. Cæsaraug. lib. 6. c. 55.*

CAP. XXXV.

35. q. 9. c. 6. sententiam. Non negamus, sedis Apostolicæ sententiam posse in melius commutari, cùm aut sibi subreptum aliquid fuerit, aut ipsa pro consideratione ætatum, vel temporum, seu grauium necessitatum, dispensatoriè quiddam ordinare decreuerit; quoniam & egregium Apostolum Paulum quædam fecisse dispensatoriè legimus, quæ postea reprobasse dignoscitur. *Nic. ep. ad Mich. Imp. ante fi. Iuo p. 5. c. 19. decr. Anselm. lib. 1. c. 72.*

CAP. XXXVI.

Xystus constituit, vt quicumque Episcopus euocatus fuerit ad sedem Romanam Apostolicam, rediens ad parochiam suam, non susciperetur, nisi cum formatis salutationis ad plebem à sede Apostolica. *Damas. in Xysti.*

Communia de Pont. Max. Tit. XX.

De accusatione, & purgatione Pontif. Max.

PARS PRIOR.

CAPVT I.

2. q. 5. mandastis. Scitote, me criminari à quodam Basso, & iniustè persequi: quod audiens Valentinianus Augustus, nostra auctoritate synodum congregari iussit, & facto concilio cum magna examinatione satisfaciens omnibus, licet euadere aliter potuissem, suspicionem tamen fugiens coram omnibus me purgaui, me scilicet à suspicione, & æmulatione liberans, sed non aliis, qui noluerint, aut sponte hoc non elegerint, faciendo formam, exemplumque dans. *Xyst. 3 ep. vn. post med.*

CAP. II.

Xystus III. post annum j. mens. viij. incriminatur à quodam Basso. Valentinianus Augustus iussit concilium congregari, & facto conuentu cum magna examinatione per iudicium synodicum purgatur à lvi. Episcopis, & condemnatur Bassus à synodo, ita tamen vt vltimo die viaticum ei non negaretur, propter humanitatem pietatis Ecclesiæ. Valentinianus cum matre Placida proscriptione Bassum condemnauerunt, & omnia prædia facultatum eius, Ecclesiæ Catholicæ sociarunt. Is intra tres mẽses moritur; cuius corpus Xystus Episcopus cum linteaminibus, & aromatibus manibus suis tractans recondidit, & sepeliuit ad B. Petrum Apostolum in cubiculo parentum eius. *Ex Pontif. De eadem re vide acta.*

CAP. III.

Damasus inuidiosè accusatus, ac incriminatus de adulterio, facta synodo purgatus est à xliv. Episcopis, qui etiam damnauerunt Concordium, & Callistum diacones accusatores eius, & proiecerunt de Ecclesia. *Ex Pont.*

CAP. IV.

Senatores miserunt relationem Regi Theodorico, & cœperunt agere, vt Visitatorem daret Rex sedi Apostolicæ. Tunc Rex dedit Petrum Altinæ Ciuitatis Episcopum, quod canones prohibent. Ideo in synodo damnatus est Petrus, & Laurentius Antipapa, & Symmachus confirmatus in Pontificatu. *Ex Pont. in Symma.*

Varia.

PARS POSTERIOR.

CAP. V.

Præsenti decreto constituo, vt quidam ex clericis, vel etiam ex monachis, electi, ministerio cubiculi Pontificalis obsequantur (*loquitur de cubiculo Romani Pontificis*) vt is, qui in loco est regiminis, habeat testes tales, qui vitæ eius in secreto conuersationem videant, quique ex visione sedula exemplum perfectum sumant. *Rom. syn. sub Greg. c. 2.* 1. q. 7. c. 58. cum pastoris post princ.

CAP. VI.

Modus sepeliendi Romanum Pontificem. *Greg. in syn. Rom. c. 4.*

CAP. VII.

Sed hoc scite vos volumus; quoniam sancta Rom. Ecclesia tantum est ad nihilũ deducta; quod & eleemosynæ, quæ pauperibus prosospitæ vestri Imperij distribui solebant, & stipendia clericorum, ac famulorum eius, omnimodis sunt euacuata, pro quibus verò ad

stabilitatem Imperij vestri magis vos oportet, cum vestris fidelibus prudenter tractare; vt sicut prædiximus, alicui restaurationi ipsa, quæ nimirum est afflicta, &c. restituatur. *Rauen. sub Ioanne ix. parte 3. c. 10.*

CAP. VIII.

Vt moriente Romano Pontifice, vel cuiuscumque ciuitatis, nullus præsumat facultates eorum inuadere, sed successoribus eorum reseruentur integræ. *Nicolaus ij. in concil. Roman. cap. xiii. Episcoporum.*

CAP. IX.

Omnibus quę tua dilectio voluit à nobis exponi, prout potuimus respondere curauimus, vt Ecclesia tua Romanam consuetudinem, à qua originem ducit, seruare valeat, atque custodite. *Inno. ep. 1. in fin. ad Decentium Episc. Eugub.*

CAP. X.

De Bulgaria subdita Romanæ Ecclesiæ. *Ioan. viij. in ep. ad syn. C P. viii. al. ix. act. 2.*

CAP. XI.

De obseruantia, & veneratione, quam Honorius, & alij Imperatores Romanis Pontificibus habuerunt. *Nicol. epis. ad Michaël. Imper. post prin.*

CAP. XII.

Præcipiendo mandamus; vt eos, qui cum eodem Duce, & prædicto Imperatore Michaële transfretaturi sunt, diligentissimè, vt vestrum officium exigit, moneatis, condignam pœnitentiam agere, & rectam fidem, sicut decet Christianos, circa illos seruare, in omnibus actibus suis timorem Dei, & amorem præ oculis habere, & in bonis operibus perseuerare; sicque illos fulti nostra auctoritate, immò beati Petri potestate, à peccatis absoluite. *Greg. vii. lib. 8. registr. ep. 6.*

CAP. XIII.

Euaristus titulos in vrbe Roma diuisit presbyteris, & vij. diaconos ordinauit, qui custodirent Episcopum prædicantem propter stilum veritatis. *Damas. in Euaristi.*

CAP. XIV.

De rescr. 28 Greg. ix. c. 5 eo. ti. in 4. collect.

Nonnulli gratia sedis Apostolicę abutentes, litteras eius ad remotos iudices impetrare nituntur, &c. *Innoc. iij. in concil. gener. Later. c. 37.*

CAP. XV.

De naufragij periculo nauis Petri, *Gregor. epist. 1. ad Leandrum Hispalens. lib. 1. cap. 41. regist.*

CAP. XVI.

Siluester baptizauit Constantinum August. quem curauit Dominus à lepra. *Damas. in Siluestri. Vide Nicæ. 2.*

CAP. XVII.

Honorius cooperuit Ecclesiam omnem B. Petri tegulis, quas leuauit de templo, quod appellatur Roma, † ex consensu pussimi Heraclij Imperatoris. *Ex Pontif.*

† Romuli

CAP. XVIII.

Liberius post exilium, & multos labores in Chronico, & in Catalogo scriptorum Ecclesiasticorum, in Fortunatiano consensit Constantio hæretico. *Damas. in Libery. Viden. Hieron.*

CAP. XIX.

De dispensationibus inhonestis, & de Paganorum ritu Romæ, & quomodo eás Pontifex prohibuerit. *Bonif. Episcopus ad Zachar. Papam. Vide Zachar. ep. 6.*

CAP. XX.

Quo pacto Siluerius in exilium missus sit, propter Patriciam Belisarij vxorem, quę Anthimo C P. excommunicato fauebat. *Siluer. ep. 1. Ansel. lib. 12. cap. 8.*

23. q. 4. Belisarius 30.

CAP. XXI.

Placuit, vt scribatur ad Innocentium Episcopum Romæ, vt cum Alexandrino Episcopo Theophilo, ab illo iure excommunicato, pacem habeat; nam Deus pacis est auctor. *Carth. 104. G. Afric. 68. L.*

CAP. XXII.

Petitur ab Africanis Episcopis: ne Episcopus Rom. facile suscipiat prouinciales, neque eis communicet, quos ipsi communione priuarunt, neque de causis eorum cognoscat, &c. *Carth. 138. G. Carthag. vj. in fine ad Calestinum Papam. L.*

Appellationes ex Africa ad Roma. Pontificem. Sed ob magnam distantiam ista rogant.

CAP. XXIII.

De bonis Ecclesiarum intra vrbem Romam non alienandis, vide Symmach. synodo Rom. iij.

CAP. XXIV.

Agatho vltra consuetudinem arcarius Ecclesiæ Romanæ efficitur: & per semetipsum causas arcarij disposuit, emittens videlicet de suscepta per nomen cultorum manu sua obumbrata; qui infirmitate detentus, arcarium iuxta consuetudinem instituit. *Ex Pontif.*

CAP. XXV.

De donatione Constantini, vide ante conc. Nicæ. Isid. peccat. vol. 1. conc. Balsa. ad Phot. tit. 8. cap. 1. Gregor. vij. in iuramento Henrici Imp. Iuon. lib. 4. tit. 1. cap. 1. panor. & par. 5. cap. 49. decr. Deus d. c. 4. Ansel. lib. 4. c. 33. Grat. siue Paleam 96. dist. c. 13. & 14. Cæsar. lib. 2. cap. 72. Tartac. lib. 6. cap. 33.

CAP. XXVI.

Hormisdæ tempore venit regium donum cum gemmis pretiosis à Rege Francor. Clodoueo Christiano beato Petro Apostolo. item à Iustino Aug. & à Theodorico Rege. *Ex Pontif.*

CAP. XXVII.

Beatus Petrus Apostolorũ Princeps quam libenter munera Excellentiæ vestræ susceperit, ipsa cunctis liquidò vita vestra testatur, &c. Quod verò transmissos Abbates, qui oblationem vestram beato Petro Apostolo deferebant, vi maris dicitis fatigatos, non munera vestra repulsa sunt, quæ postmodum peruenerunt, sed eorum, qui transmissi fuerant, constantia est probata, &c. *Gregor. ep. 3. cap. 2. lib. 7. cap. 126. registri.*

CAP. XXVIII.

Gregorij ij. tempore Luithprandus Rex donationem patrimonij Alpium Cotiarum, quã Arithpertus Rex fecerat, hicque repetierat, ad monitionem tanti viri redditam confirmauit. Eo tempore Theodo. Dux Baioariorum ad Apostoli Petri limina primus de ca-

dem gente occurrit orationis voto. *Ex Pontif.*

Cap. XXIX.

Dicendum est omnibus Gallis, & per veram obedientiam præcipiendum; vt vnaquæque domus saltem vnum denarium annuatim soluant beato Petro; si eum recognoscunt Patrem, & Pastorem suum more antiquo. Nā Carolus Imperator sicut legitur in tomo eius, qui in archiuio Ecclesiæ beati Petri habetur, in tribus locis annuatim colligebat mille, & ducentas libras ad seruitium Apostolicæ sedis, excepto hoc, quod vnusquisque propria deuotione offerebat. *Gregor. vij. libro 8. reg. ep. 23.*

De Legatis, & Delegatis Pontif. Max. Tit. XXI.

CAPVT I.

Ignatius in medium trahitur coram missis Apostolicæ sedis, iam senio fessus statuitur, & denuo damnationi submittitur, quin & sacerdotalibus infulis spoliatur, quasi validior fieret depositio, vbi sedis Apostolicæ per Vicarios suos auctoritas adfuisset. *Constantinop. viii. sub Had. ij. in præfatione Anast. bibliotb.*

Cap. II.

Donatus, & Stephanus sanctissimi, & Marinus Deo amantissimus diaconus Vicarij seniores Romæ dixerunt: Hoc nos vsque nunc non inuenimus in vniuersali synodo factum; vt Vicarij senioris Romæ à quolibet perpendantur, vtrùm talem existimationem habeāt. *Synod. gen. viii. sub Had. quæ est C P. iv. act. 1.*

Cap. III.

De off. ordi. 13. Gregor. ix. & c. 1. eo tit. in 4. collect. Si Canonici à diuinis cessauerint, &c. Metropolitanus ad querelam Episcopi, tamquam super hoc delegatus à nobis, taliter eos per censuram Ecclesiasticam, cognita veritate castiget; quod pœnæ metu talia de cetero non præsumant, &c. *Innoc. iij. in con. gen. Lat. c. 7. Vide c. vlt. e. con.*

Cap. IV.

De statu monach. c. 7. Gr. ix. & c. 2. eo titu. in 4. collect. Ordinentur in eodem capitulo religiosæ, ac circumspectæ personæ, quæ singulas Abbatias eiusdem regni, siue prouinciæ non solùm monachorum, sed etiam monialium, secundùm formam sibi præfixam, vice nostra studeant visitare, &c. ita quod si Rectorem loci cognouerint ab administratione penitus amouendum; denuntient Episcopo proprio, vt illum amouere procuret. Quod si non fecerit, ipsi visitatores hoc referant ad Apostolicam sedem examinandum, &c. si verò in hac nouitate quidquam difficultatis emerserit, quod per prædictas personas nequeat expediri, ad Apostolicæ sedis iudicium absque scandalo referatur, ceteris obseruatis, &c. *Innocen. iij. in conc. gen. Lat. cap. 12.*

Cap. V.

De censib. 13. Greg. ix. & c. 1 & 4. eod. tit. in 4. collect. Procurationes, quę visitationis ratione debentur Episcopis, &c. etiam Apostolicæ sedis Legatis, aut Nuntiis, absque manifesta, & necessaria causa nullatenus exigantur, nisi quando præsentialiter officium visitationis impendunt, & tunc euectionum, & personarum mediocritatem obseruent in Lateranensi Concilio definitam. Hoc adhibito moderamine circa Legatos, & Nuntios, vt cùm oportuerit eos apud aliquem locum moram facere necessariam, ne locus ille propter illos nimium aggrauetur, procurationes recipiant moderatas ab aliis Ecclesiis, vel personis, quæ nondum fuerunt de suis procurationibus aggrauatæ. *Inno. iij. in Conc. gen. Later. c. 33.*

Cap. VI.

De simon. c. 8. Greg. ix. & c. 4. de censibus, in 4. coll. Quia Prælati plerique vt procurationem, aut seruitium aliquod impendant Legato, vel alij, plus extorquent à subditis, quàm exsoluant, id de cætero fieri, &c. prohibemus. *Inno. iij. in Conc. gen. Lat. cap. 34.*

Cap. VII.

Anno ab incarnatione Domini millesimo octuagesimo primo celebrata est synodus Romæ, in qua, inter cætera, sententiam depositionis Archiepiscoporum Arelatensis, & Narbonensis, atque excommunicationis per Legatos Apostolicæ sedis promulgatam, Dominus Papa his, qui aderant, collaudantibus firmauit. *Greg. vij. in Conc. Roman. anni viij. lib. viij. registr. ante epist. 21.*

Cap. VIII.

Philippus rex Francorum, si Nuntiis Papæ ad Gallias ituris de satisfactione sua, & emendatione securitatem non fecerit, habeatur excommunicatus. *Greg. vij. in synodo Roman. anni 2.*

Cap. IX.

Quia seruus, & Legatus Apostolicæ sedis esse dignoscor, vnum sit verbum meum hic, & vestrum ibi, si contingat ad iudicium auctoritatis vestræ, vt pariter missos dirigamus. *Bonif. Episcop. ad Zachar. in med.*

Cap. X.

Fratres nostros Iulianum Episcopum, & Renatum presbyterum tituli sancti Clementis, sed & filium meum Hilarium diaconum vice nostra direximus: quibus Dulcitium notarium nostrum, cuius fides nobis est sępe probata, sociauimus. *Leo ep. 5. in fin. al. ep. 10. ad Flauian.*

Cap. XI.

Illud quod (*Theodosius Imperator*) me credidit debere interesse concilio, etiamsi secundum aliquod præcedens exigeretur exemplum, nunc tamen nequaquam possit impleri, &c. in his fratribus meis, quos vice mea misi, me quoque adesse cum cæteris, qui affuerint, æstimate: quibus secundùm causam, satis mihi & gestorū serie, & ipsius, de quo agitur, professione patefactā, euidenter, & plenè quid seruandum esset, ostendi. *Leo ep. 13. ad Pulcher. ante fi.*

Cap. XII.

Binos de coepiscopis meis, & compresbyteris ordinaui, qui vicem meam implere sufficerent, etiam datis ad venerabilem synodum (*Chalcedonensem*) congruentibus scri-

ptis, quibus fraternitas aduocata cognosceret, quam formam seruare in hac diiudicatione deberet; ne vlla temeritas aut fidei regulis, aut canonum statutis, aut benignitatis remedijs obuiaret. *Leo epist. 49. ad Pulcher. post prin.*

CAP. XIII.

Si quid ab his fratribus quos ad sanctam synodum vice mea misi, præter, id quod ad causam fidei pertinebat, gestum esse perhibetur, nullius erit penitus firmitatis: quia ad hoc tantùm ab Apostolica sede sunt directi, vt excussis hæresibus, Catholicæ essent fidei defensores. *Leo. epist. 60. ad Maxim. Episc. Antiochen. ante fi.*

CAP. XIV.

Leo Episcopus vrbis Romæ Anastasio Episcopo Thessalonicensi. Quanta fraternitati tuæ à beatissimi Petri Apostoli auctoritate sint commissa, & qualia etiam nostro tibi fauore sint credita, considera, &c. quoniam sicut præcessores mei præcessoribus tuis, ita etiam ego dilectioni tuæ, priorum secutus exemplum, vices mei moderaminis delegaui, &c. Atticus veteris Epiri Metropolitanus

† Nicopolitanus. † Antistes de indignissima astrictione est conquestus, &c. Vices enim nostras ita tuæ cre-

3. q. 6. multum. 8. didimus caritati, vt in partem sis vocatus sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis vnde sicut multum nos ea, quæ à te piè sunt curata lætificant: ita nimium ea, quæ perperam sunt gesta, contristant. Et necesse est post multarum experimenta causarum sollicitius prospici, & diligentius præcaueri; quatenus per spiritum caritatis, & pacis, omnis materia scandalorum de Ecclesiis Domini, quas tibi commendauimus, auferatur, præeminente quidem in illis prouinciis Episcopatus tui fastigio, sed amputato totius vsurpationis excessu. *Leo epist. 82. in prin. & cap. 1. Anselm. lib. 2. cap. 90. in addit.*

CAP. XV.

Dist. 64. c. 4. De persona consecrandi Episcopi, & de electi, plebisque consensu Metropolitanus Episcopus ad fraternitatem tuam referat, quodque in prouincia bene placuit, scire te faciat, vt ordinationem rite celebrandam tua quoque firmet auctoritas: quæ rectis dispositionibus nihil moræ, aut difficultatis debet afferre; ne gregibus Domini diu desit cura pa-

Dist. 63. c. 19. storum. [Metropolitano verò defuncto, &c. optimus eligatur: de cuius nomine ad tuam notitiam prouinciales referant sacerdotes, impleturi vota poscentium, si quod ipsis pla-

cap. 13. de electi. in I. collect. cuit, tibi quoque placuisse cognouerint. [sicut enim iustas electiones nullis dilationibus volumus fatigari, ita nihil permittimus te ignorante præsumi. *Leo ibi. ep. 54. al. ep. 82. c. 6. ad Anasta. Episc. Iuo par. 5. cap. 348. decr. Deus d. c. 1. Ansel. lib. 6. c. 16. Cæsar. lib. 3. c. 1.*

CAP. XVI.

Dist. 18. c. 2. De conciliis Episcopalibus, &c. Et si fortè inter ipsos, qui præsunt, de maioribus quod absit, peccatis causa nascatur, quæ prouinciali nequeat examine definiri, fraternitatem tuam de totius negotij qualitate Metropolitanos curabit instruere, & si coram positis partibus nec tuo fuerit res sopita iudicio, ad nostram cognitionem, quidquid illud est, transferatur. *Leo d. ep. 54. al. 82. c. 7. Burc. lib. 1. cap. 43. Iuo lib. 4. tit. 2. c. 1. panor. & par. 4. c. 241. decr.*

CAP. XVII.

Si intra prouinciam res agatur, transfugam clericum ad suam Ecclesiam Metropolitanus redire compellet, si autem longius processit, tui præcepti auctoritate reuocabitur, vt nec cupiditati, nec ambitioni occasio relinquatur. *Leo d. ep. 54. al. 82. cap. 9. Ansel. lib. 7. cap. 161. Iuo par. 6. c. 69. decr.*

CAP. XVIII.

In euocandis ad te Episcopis, moderatissimum te esse volumus, ne per maioris diligentiæ speciem, fraternis videaris gloriari iniuriis. Vnde si causa aliqua maior extiterit, ob quam necessarium fraternum aduocare conuentum, binos de singulis prouinciis Episcopos, quos Metropolitani crediderint esse mittẽdos, ad fraternitatem tuam venire sufficiat, ita, vt à præstituto tempore, non vltra quindecim dies, qui conuenerint, retardentur. *Leo d. ep. 82. cap. 10.*

CAP. XIX.

Congruum duximus, vicaria sedis nostræ te auctoritate fulciri, cuius vigore munitus, Apostolicæ institutionis decreta, vel sanctorum terminos Patrum, nullo modo transcendi permittas, &c. *Simpli. ep. 1. ad Zenonem Hispal. Episc.*

CAP. XX.

Seruatis priuilegiis Metropolitanorum, vices vobis Apostolicæ sedis eatenus delega- 25. q. 2. c. 6.
mus, vt inspectis istis, siue ea, quæ ad canones pertinẽt, siue ea, quæ à nobis sunt nuper mandata, seruentur, siue ea, quæ de Ecclesiasticis causis, tuæ reuelationi contigerunt; sub tua nobis insinuatione pandantur. *Hormisda ep. 3.*

CAP. XXI.

Vices nostras per Bæthicam, Lusitaniamque prouincias, saluis priuilegiis, quæ Metropolitanis Episcopis decreuit antiquitas, præsenti tibi auctoritate committimus, augentes tuam huius participatione ministerij dignitatem, &c. Quotiens vniuersalis poscit religionis causa, ad concilium te cuncti fratres euocante conueniant, & si quos eorum specialis negotij pulsat contentio, iurgia inter eos oborta compesce, discussa sacris legibus determinando certamina. Quidquid autem illis pro fide, & veteribus constitutis, vel prouida dispositione præcipies, vel personæ nostræ auctoritate firmabis, totum ad scientiam nostram instructæ relationis attestatione perueniat. *Hormisd. ep. 7. ad Salustium Hispal. Episcopum.*

CAP. XXII.

Synodi, quam fiendam decreuimus, fratri, coepiscopóque nostro Syagrio, quem vestrũ proprie nouimus, specialiter delegare curauimus. Quem petimus, vt & supplicantem libenter audite, & ope iuuare dignemini; qua-

tenus, quod ad mercedem vestram respiciat, in cunctis finibus iuri vestro subiectis, pia, & Deo placita procedat ordinatio sacerdotum. *Greg. ad Brunichild. Regin. lib. 7. reg. ep. 113. c. 3.*

CAP. XXIII.

Sanctissimum, ac reuerendissimum Bonifarium fratrem nostrum Archiepiscopum Apostolicæ sedis Legatum, & vicem nostram præsentantem habetis, &c. *Zacha. ep. 3. ad diuer. Episcopos, post medium.*

CAP. XXIV.

11. q. 3. c. 105. Suggessit sancta fraternitas tua in suis apicibus, [quod prædecessor noster beatæ memoriæ Gregorius huius sanctæ sedis Apostolicæ Præsul, dum ad prædicandum verbum Euangelij tuam misisset fraternitatem in Germaniæ partibus, & gentibus illis paganis verbo pollicitationis te esse munitum, ita vt orthodoxos Episcopos, presbyteros, vel quoscumque reperire potuisses, in verbo exhortationis perfectos amplius confirmares, & eis communicares, &c. *Zach. ep. 5. ad Bonif. Episcop. Inopar. 2. c. 96. decret.*

CAP. XXV.

Arelatensis Ecclesia in regionibus Gallicanis Primatus priuilegio, & sedis Apostolicæ vicibus decoratur. *Nicol. ep. ad Mich. Imp. ante med.*

CAP. XXVI.

Apparet, Legatos nostros non causa pietatis à vobis, sed crudelitatis argumento fuisse quæsitos. Verùm ad quid fuerint petiti, res ipsa declarat; videlicet, vt quod de Ignatio iudicandum erat, & acceptum apud omnes, & fixum semper maneret, vtpote quod tantæ auctoritatis Vicarij iudicassent. *Nicol. epist. ad Mich. Imp. post med.*

CAP. XXVII.

Miramur, & multùm anxij sumus; quod cùm semper consuetum valde necessarium fuerit, vt si quando Legatus Apostolicæ sedis concilium in remotis partibus celebrauerit, sine mora ad annuntiandum omnia, quæ egisset, reuerteretur: tua fraternitas post peractam synodum, in qua tot negotia emerserunt, nec ad nos rediit, nec eum, qui secum est, considerata vel necessitate, vel nostra expectatione, remisit. *Greg. vij. lib. 1. regist. ep. 16. in prin.*

CAP. XXVIII.

Confratrem nostrum Matisconensem Episcopum, quem interuenientibus quibusdam rationabilibus causis ordinauimus, ad vos cum nostris litteris, & Apostolico sigillo mittimus. *Gregor. vij. lib. 1. reg. ep. 79.*

CAP. XXIX.

Clerici sanctæ Mariæ, & sancti Audomari, multoties in prouincialibus synodis coram Episcopo vestro, & confratre nostro Apostolicæ sedis Legato, in Pictauiensi concilio querelam fecerunt. *Greg. vij. lib. 6. reg. ep. 8.*

CAP. XXX.

Committimus tibi, (*loquitur de Episcopo Pisano*) tuisque successoribus vicem nostram in Corsica insula, si tamen ipsi consensu Romani Pontificis, & electione Pisani populi ita canonicè intrauerint, sicut te constat intrasse, & secundùm quod Deus tibi tradidit. *Gregor. vij. lib. 6. reg. ep. 12. in medio.*

CAP. XXXI.

Excommunicationem, quam in te pro ipsa Ecclesia Legatus noster Hugo Diensis Episcopus in concilio Pictauiensi iaculatus est, auctoritate Apostolica confirmamus. *Greg. vij. lib. 6. registr. epistol. 40.*

CAP. XXXII.

Depositionis sententiam à Legato nostro Diensi Episcopo in Lugdunensi concilio religiosorum virorum consilio prolatam, & nos dictante iustitia in Romana synodo Apostolica auctoritate firmauimus. *Gregor. vij. lib. 7. regist. epist. 20.*

De Episcopis Cardinalibus.
TIT. XXII.

PARS PRIMA.

CAPVT I.

ANno iij. piissimorum Imperatorum Basilij, & Constantini, conuenientibus Donato, & Stephano Episcopis, & Mariano Apostolicæ Sedis diacono, locum tenentibus Hadriani ij. Sanctissimi Archiepiscopi senioris Romæ, &c. *Synodus congregata est CP. &c. viij. Synodus generalis CP. iiij. sub Hadrian. ij. Act. 1. in principio.*

CAP. II.

Dilectos fratres meos Donatum, scilicet Ecclesiæ Ostiensis, & Stephanum Ecclesiæ Nepesinæ Reuerendissimos Episcopos, atque filium meum Marinum Apostolicæ sedis diaconum, consiliarios nostros tuæ commendamus pietati, precamur, vt eos ob amorem præcipuorum Apostolorum Petri, & Pauli (à quorum sede mittuntur) benignè suscipias, & tamquam nobismetipsis aures credulitatis accommodes. *Hadrian. ij. in epist. ad Basil. Imperatorem relata in principio viij. Synodi Act. 1.*

CAP. III.

Nicolaus Episcopus seruus seruorum Dei, omnibus Episcopis Catholicis cum vtroque clero, & populo, &c. Vigilantia vniuersalis regiminis assiduam solicitudinem omnibus debentes, saluti quoque vestræ prouidentes, quæ in Romana Synodo coram cxiij. Episcopis, nobis præsidentibus, sunt cõstituta, &c. executores vos esse optamus, & Apostolica auctoritate iubendo mãdamus, &c. Primò est statum, vt electio Romani Pontificis in potestate Cardinalium Episcoporum sit, ita vt si quis sine præmissa, concordi, ac canonica electione eorum, ac deinde sequentium ordinũ, religiosorum clericorum, ac laicorum consensu inthronizatur; non Papa, vel Apostolicus, sed Apostaticus habeatur. *Nicol. ij. in concil. Roman. cxiij. Episcop. cap. 1. Inop. 4. 1. 8. p. 5. c. 80. decret. Ansel. lib. 6. cap. 13. 15. 16. & in addit.*

v. d. 23. c. in nomine, & d. 79. c. 1. & 9. si quis. d. 74. c. 1. & 4. si quis.

capitulo 12. Cæsaraug. lib. 3. cap. 9.

CAP. IV.

dist. 79. c.1.& 9. Si quis. Auctòritate Apostolica decernimus, quod in aliis conuentibus nostris decreuimus; vt si quis pecunia, vel gratia humana, vel populari, seu militari tumultu, sine concordi, & canonica electione, ac benedictione Cardinalium Episcoporum, ac deinde frequentium ordinum, religiosorum, clericorum fuerit Apostolicæ sedi inthronizatus, nō Papa, vel Apostolicus, sed Apostaticus habeatur, liceátque Cardinalibus Episcopis cum religiosis, & Deum timentibus clericis, & laïcis inuasorem etiam cum anathemate, & humano auxilio, & studio à sede Apostolica repellere, & quem dignè iudicauerint proponere, &c. *Nicol. ij. in fin. Iuo, Ansel. 5. Cæsaraugust. 5. & capitulo* 10.

CAP. V.

Ad communem causam piè, & fideliter exequendam fratres nostros Iulianum Episcopum, & Renatum presbyterū tituli S. Clemētis, sed & filium meum Hilarium diaconum vice nostra direximus, &c. *Leo epist. 10. al. 5. ad Flauian. CP. episc. in fin.*

CAP. VI.

Stephanus statuit, vt omni die dominico à septem Episcopis Cardinalibus hebdomadariis, qui in Ecclesia Saluatoris obseruant, missarum solemnia super altare B. Petri celebrentur, & Gloria in excelsis Deo dicatur. *Stephan. eij. dictus iv. cum concil. Lateran. Anastas. bibliothecar. in eius vita. Pontific.*

CAP. VII.

Secundùm piissimam iussionem à Deo protegendæ mansuetudinis vestræ; pro obedientia, quam debuimus, non pro confidentia eorum scientiæ, quos dirigimus, præsentes famulos nostros Abundantium, & Ioannem reuerēdissimos fratres nostros episcopos; Theodorū & Georgium dilectissimos filios nostros presbyteros, cum dilectissimo filio nostro Ioanne Diacono, & Constantino Subdiacono; Sanctæ huius spiritualis matris Apostolicæ sedis; nec non & Theodorum presbyterum Legarum Sanctæ Rauennat. Ecclesiæ, & religiosos seruos Dei monachos cum scripturarum cordis deuotione curauimus demandare, &c. *Agatho epist. ad Constantinum maiorem, Heraclium, & Tyberium, Aug. v. Synodum vj. General. CP. iij. & Sacram Imperat. Constant. ad Georgium Patriarcham.*

CAP. VIII.

His igitur vestræ serenitatis auribus intimatis, sciat, &c. Missos tibi à Præsulatu nostro, Deo auctore, destinatos, Donatum videlicet reuerendissimum, & sanctissimum Sanctę Ecclesiæ Ostiensis Episcopum, & religiosos, ac venerabiles Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Leonem tituli Sancti Christi martyris Laurentij, qui appellatur Damasi presbyteri, † atque
† presbyterum f. Ma[illegible]um Apostolicæ nostræ sedis diaconum, &c. *Nicolaus, in epistol. ad Michael. Imperat. incipit, quanto maiora, prope finem, & in epist. ad Bardam Cæsarem incipientem. Postquam Dei, in medio. v. etiam epist. 70. ad Hincmar. Archiepisc. Rhemen. Pontificale in eius vita.*

CAP. IX.

Nos ei (*Philippo Francorum Regi in causa diuortij cum Regina Elisabeth*) post restitutionem Reginæ, super hoc venerabilem fratrem nostrum Ostiensem Episcopum, & dilectum filium I. Tituli, S. Priscæ presbyterum Cardinalem cognitores duximus deputandos, &c. *Innoc. iij. ad VV. montis Pesulan.* *c. per venerabilē, qui filij sine legitimis 1. præterea 13. apud Gregor. ix. & in 3. col. c. 2.*

CAP. X.

Marcus constituit, vt episcopus Ostiensis, qui consecrat Episcopum vrbis, tunc pallio vteretur, & ab eodem Episcopus vrbis Romę consecraretur. *Damas. in Marci.*

CAP. XI.

Vrbanum ij. tres Episcopi Cardinales, Portuen. Tusculanen. Albanens. Summum Pontificem elegerunt, acclamante populo, &c. *Cassin. chronicon. lib. 4. c. 2. Petri diaconi.*

De presbyteris Cardinalibus.

Tit. XXII.

PARS SECVNDA.

CAPVT I.

OSius Episcopus ciuitatis Cordubensis Romanum Pontificis legatus, Victor, † & Vincentius Romani presbyteri Arium damnarunt, Omousion definierunt, & pro venerabili viro Papa, & Episcopo, inquiunt, nostro Siluestro subscripsimus, ante omnes alios cccxviij. *Synodus Nicæn. act. 5. Leon. ix. epist. ad Petr. Antiochens. in fin. & Grego. vij. lib. 6. regist. epist. 2. ante medium.* *† Victus.*

CAP. II.

Beatissimo Papæ vrbis Romæ cum omni reuerentia colendo Syluestro, Osius Episcopus Prouinciæ Hispaniæ Ciuitatis Cordubensis, & Macarius Episcopus Ecclesiæ CP. & Victor, & Vincentius presbyteri vrbis Romę, ordinati ex directione tua, &c. Quidquid constituimus in concilio Nicæno precamur vestri oris consortio confirmetur. *Nicæ concil. ad Syluestrum. in fine. Anselm. libro 1. capitulo* 58.

CAP. III.

Misimus ad vos Arcadium, & Proiectum Episcopos, & Philippum presbyterum Sanctos fratres, vnanimésque ac probatos nostros comministros, qui nostra in se cura suscepta, actis vestris interfuerunt, quæque à vobis sunt constituta suo calculo denuo confirmabunt. *Cælest. in epist. ad conc. Ephes. in eo lecta in actis t. 2. c. 14.*

CAP. IV.

Consulatu dominorum nostrorum semper Augustorum Blauij quidem Theodosij xiij.

Valentiniani verò iij. vj. Id. Iul. &c. Ephesi synodo piissimis ac Deo dilectissimis Episcopis nominatis in piissimi Memnonis Episcopi Basilica considentibus introierunt, vnáque cùm cæteris consederunt qui ex Italia venerant: videlicet Arcadius, & Proiectus piissimi, Deóque dilectissimi Episcopi, & legati; necnon Philippus Deo addictissimus presbyter, Apostolicæque sedis legatus. Postquam autem consedissent omnes, Philippus Apostolicæ sedis presbyter, & legatus dixit, &c. *In conc. Ephes. generali to. 2. c. 15. in actis.*

CAP. V.

Philippus presbyter, & Apostolicæ Sedis legatus dixit: nulli dubium immo sæculis omnibus notum est, sanctum, beatissimúmque Petrum Apostolorum Principem, & caput, fideique columnam, Ecclesiæ Catholicæ fundamentum, à Domino nostro Iesu Christo cœlestis Regni claues accepisse, soluendique atque ligandi potestate, quàm acceperat, vsum fuisse; necnon per successores suos huculque semper viuere, causasque discernere, semperque victurum esse. Huius itaque ordinarius successor, & vicarius sanctus, beatissimusque Papa, & Episcopus noster Cælestinus nos pro se quasi Vicarios ad hanc sanctam Synodum misit, &c. *in concil. Ephes. act. to. 2. c. 16.*

CAP. VI.

Paschasinus Episcopus Ecclesiæ Lilybitanæ vice Beatissimi, atque Apostolici vniuersalis Ecclesiæ Papæ vrbis Romæ Leonis sanctæ Synodo præsidens, in Dioscori damnatione consensu vniuersalis concilij subscripsi. Lucentius Episcopus Esculanæ Ciuitatis; similiter Cælius, Bonifacius presbyter Ecclesiæ Romanæ similiter, &c. Iulianus Episcopus Coo, & Legatus Ecclesiæ Rom. subscripsi, &c. *Calcedon. act. 5. ad fin. & act. 6. 8. 10. & D. Leo. epist. 45. ad Synod. Chalcedon. in principio.*

CAP. VII.

Agatho Rom. Pontif. direxit Abundantiũ Paternensem, Ioannem Regitanum, & Ioan. Portuensem Episcopos, Theodorũ, & Georgium presbyteros, Ioannem diaconum, & Constantinum subdiaconum, Theodorum presbyterum Rauennatem, atque religiosos seruos Dei Monachos CP. vt eius vice præsiderent. *vj. Synodo generali iij. CP. v. Pontificale in Agathone, & Leone ij. ad Constantinum iv. fin. eiusdem Synodi.*

CAP. VIII.

Synodus generalis Nicæ congregatur Petro viro religiosissimo Archipresbytero, quæ Romæ est, Sanctissimæ B. Petri Apostoli Ecclesiæ, præterea Petro piissimo Monacho, & gubernatore monasterij S. Sabbæ apud Romanos vicarius existentibus Apostolicæ sedis, cui præerat Sanctissimus, Beatissimusque Archiepiscopus veteris Romæ Hadrianus, &c. præsentibus ac præsidentibus, qui etiam primi ante omnes Episcopos subscripsere. *vij. Synodus generalis ij. Nicæ in principio.*

CAP. IX.

Presbyter Cardinalis, nisi xliv. † testibus non damnabitur. Diaconus autem Cardinarius † constitutus vrbis Romæ, nisi in xxvj. † &c. *Siluest. in epist. Rom. syn. Idem c. 3. syn. Rom. cc. xxxiv. Epist. Hadr. c. 68. ad Episcop. Mediom. Magun. sub Arnul. cap. 12. Capit. lib. 1. c. 139. Ino lib. 4. tit. 8. c. 7. panor. & par. 6. cap. 334. decr. Deus d. c. 3.* 2. quæ. 4. Præsul. c. 2. † lxxiv. † Cardinalis † xxxvij.

CAP. X.

Subscripserunt presbyteri numero lxvij. Cœlius Laurentius Archipresbyter tit. sanctę Praxedis his subscripsi, &c. Asterius presbyter tituli sancti Pudentis. Andreas presbyter tit. sancti Matthęi, &c. *In subscriptionibus synod. Romana prima sub Symmacho.*

CAP. XI.

Subscriptio presbyterorum. Laurentius presbyter tituli sancti Siluestri subscripsit. Ioannes presbyter sancti Vitalis. Speciosus presbyter sancti Clementis, &c. *In subscriptionib. synodi Rom. sub Greg. lib. 4. c. 88. regist.*

CAP. XII.

Subscriptio presbyterorum. Sisinnius humilis presbyter sanctę Romanæ Ecclesiæ, tituli sancti Laurentij, qui appellatur Lucinæ, huic constituto à nobis promulgato subscripsi. Ioannes presbyter S. Rom. Eccl. tituli S. Sixti † subscripsi Sisinnius presb. S. Rom. Ec. tituli S. Cæciliæ subscripsi, &c. *In subscript. synodi Romanæ sub Greg. ij. exstat etiam in extremo registro Gregor. j.* † Xysti S.

CAP. XIII.

Anastasius presbyter cardinis nostri, quem nos in titulo beati Marcelli martyris, atque Pontificis ordinauimus, contra statuta Patrum, propriam Ecclesiam deserēs, &c. in alienis degit, &c. Et postea. Anastasium iam nuper excommunicatum presbyterum tituli sāncti Marcelli, &c. à sacerdotali ministerio modis omnibus remouemus, &c. Et in fine. Subscriptio presbyterorum. Romanus Archipresbyter tituli sanctę Pudentianę. Sergius presbyter tituli sancti Clementis. Leo S. Cæciliæ, &c. *Romana synodo sub Leone quarto.* De cle. non resi de. c. 2. Greg. ix. & in 1. collect.

CAP. XIV.

Georgius Archipresbyter sanctæ Romanę Ecclesię, tituli sancti Laurentij, qui appellatur Lucinę, his sententiis, &c. manu propria subscripsi. Romanus presbyter S. Rom. Ecclesię tituli S. Ioannis, & Pauli similiter subscripsi. Maro presbyter S. R. E. tituli S. Cyriaci, similiter subscripsi, &c. *Roman. syn. sub Hadr. ij. relata in viij. syn. gen. act. 7.*

CAP. XV.

Sergium, Benedictum, atque Marinum dudum presbyteros sanctę Romanę Ecclesię, seu Leonem, Paschalem, & Ioannem dudum diaconos sanctę sedis Apostolicę, iustè, & canonicè damnatos, si aliquis, &c. inter Ecclesiasticos viros habuerit, &c. sciat se forte anathemate perculsũ, &c. *Ioa. sec. in conc. Raue. c. 8.*

Cap. XVI.

Dist. 79. c. 1. Electio Romani Pontificis in potestate Cardinalium Episcoporum sit. ita vt [si quis Apostolicæ sedi, sine præmissa concordi, & canonica electione eorum, ac deinde sequentium ordinum, &c. consensu, inthronizatur; non Papa, vel Apostolicus, sed Apostaticus habeatur. *Nicol. ij. in syn. Rom. cxiij. Episc. c. 1. Ansel. lib. 6. c. 12. in addit. Cæsar. lib. 7. c. 9.*

Cap. XVII.

Auctoritate Apostolica decernimus, quod in aliis conuentibus nostris decreuimus; vt *Dist. 79. c. 9.* [si quis pecunia, vel gratia, &c. sine concordi, & canonica electione, ac benedictione Cardinalium * Episcoporum, * ac deinde sequentium ordinum religiosorum clericorum fuerit Apostolicæ sedi inthronizatus, non Papa, vel Apostolicus, sed Apostaticus habeatur. Liceatque Cardinalibus Episcopis cum religiosis clericis, & laïcis inuasorem, &c. à sede Apostolica repellere, &c. *Nicol. ij. in d. syn. Rom. c. vlt. Iuo par. 5. cap. 80. decr. Ansel. lib. 6. c. 13. Cæsar. lib. 3. c. 10.*

Cap. XVIII.

Guibertus contra canonum, & Romanorum Pontificum iura, nullo Cardinaliũ Episcoporum præcedente iudicio, nullo Romani cleri approbante suffragio, &c. perditionis caput effectus est, &c. Sed cùm Gregorius, &c. ad æternam requiem euolasset; vnanimi concordia Episcopi, & Cardinales, prouincialesque Antistites, vnà cum Romano clero, & populo, paruitatem nostram, &c. Apostolicæ sedi præfecerunt, &c. Ricardus Massiliensis Abbas Romæ nostram electionem cum Cardinalibus, & Episcopis egerat, &c. *Victor iij. in synodo Beneuen.*

Cap. XIX.

Pontifex narrauit omnib. qualiter ab Henrico Teutonicorum Rege cum Episcopis quibusdam, & Cardinalibus, tam presbyteris, quàm diaconis, &c. captus fuerit, atque coactus, &c. & iuramenta per Episcopos, seu Cardinales fieri præceperit, &c. Et in fine, Archiepiscopi verò, & Episcopi quoque presbyteri Cardinales, qui interfuerunt ipsi concilio, hi sunt, &c. Presbyteri Cardinales B. Cardinalis titul. S. Marci. R. Cardin. titul. S. Clementis. R. Card. tit. S. Priscæ, &c. *Lateranen. syn. sub Pasch. ij.*

Cap. XX.

Concilio Lateranen. sub Paschali ij. anno Domini M. cxij. Pontificatus xiij. subscripsere Cardinales presbyteri xvj. diaconi viij. *In actis concilij Pet. Diaco. lib. iv. c. xlvij. presbyteros Cardinales numerat xv.*

Cap. XXI.

d. 79. c. oportebat. 3. Oportebat, vt hæc sacrosancta Domina nostra Romana Ecclesia (iuxta quod à B. Petro, & eius successoribus institutum est) rite ordinaretur: vt in Apostolatus culmen vnus de Cardinalibus presbyteris, aut Diaconis consectaretur, &c. [Si quis ex Episcopis, vel Monachis, vel Laicis contra Canonum, *c. si quis. d. 79.* & Sanctorum Patrum instituta prorumpens in gradum filiorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, id est presbyterorum Cardinalium, & diaconorum, ire præsumpserit, & hanc Apostolicam Sedem inuadere quilibet ex supradictis tentauerit, & ad summum Pontificalem honorem ascendere voluerit, ipsi, & sibi fauentibus fiat perpetuũ anathema, &c. Si quis resistere præsumpserit Sacerdotibus, atque Primatibus Ecclesiæ, vel cuncto Clero ad eligendum Pontificem Romanum secundùm Canonicam traditionem, anathema sit, &c. Ne quis laïcus, vel ex alio ordine, nisi presbyter, vel diaconus Cardinalis factus fuerit, *d. 79. c. nullus 4.* ad sacri Pontificatus honorem possit promoueri, &c. *Stephanus iij. dictus iv. cum Concil. Anastas. Bibliothec. in eius vita. Deus, dedit, addit. p. 1. Conc. factum in Basilica Constantiniana, act. 3. Anselm. lib. 6. c. 24. 25. 26. in Pontific. Roman. m. 5. Polic. lib. 1. tit. 4. Anton. lib. 6. cap. 24.*

Cap. XXII.

Qui cùm venissent (*Vrbanus, Sidonius, Maximus à Nouato decepti, quos laudauit Cyprian. vt confessores Christi*) & à presbyteris quæ gessérant, exigerentur, circumuentos se esse affirmarunt, &c. Omni igitur actu ad me perlato contrahere placuit presbyterium. Adfuerunt etiam Episcopi quinque, qui & hodie præsentes fuerunt, vt firmato consilio, quid circa personas eorum obseruari deberet, consensu omnium statueretur. *Cornel. in ep. ad Cypria. vt. epistolas Cypria. 46. & 49.*

Cap. XXIII.

Cypriano Papæ, Presbyteri & Diaconi Romæ consistentes, &c. Omnes nos decet pro corpore totius Ecclesiæ, cuius per varias quasq; Prouincias membra suggesta sunt; excubare, &c. *Roman. Cler. ad B. Cyprian. Carthaginen. Episcop. Epist. 30. inter Epist. Cypr. vel libro 5. epist. 13. vel epist. etiam ss. seu sil. epist. 3.*

Cap. XXIV.

De Ecclesiis parochiantis, &c. sequatis, quod nos in Romana Ecclesia nuper egisse cognoscitur. [Ecclesias singulas singulis presbyteris dedimus; parochias, & cœmeteria *13. q. 1. c. 1.* eis diuisimus, &c. *Dionys. ep. 2. post prin. Burchar. lib. 3. c. 43. Iuo lib. 2. tit. 4. cap. 16. panor. & par. 3. cap. 47. decr. Ansel. lib. 7. cap. 112. & lib. 5. cap. 81. in Rom.*

Cap. XXV.

Ad omnem causam piè, & fideliter exequendam, fratres nostros Iulianum Episcopum, & Renatum presbyterum tituli sancti Clementis, sed & filium meum Hilarium diaconum vice nostra direximus, &c. *Leo ep. 10. olim 5. ad Flauian. Constantinopolitan. Episcop. in fine.*

Cap. XXVI.

Quoniam pietas vestra apud Ephesum constituit synodale Concilium, fratres meos Iulianum

lianum Episcopum, & Renatum presbyterum & filium meum Hilarium diaconum misi, qui ad vicem præsentiæ meæ pro negotiis qualitate sufficerent. *Leo ep. 12. ad Theodosium v. ep. 13. ad Pulcher. insi. & 14. ad Concil.*

CAP. XXVII.

Quia Clementissimus Imperator pro beneuolentia, ac pietate animi sui indicendum credidit Episcopale Concilium per fratres nostros Iulianum Episcopum, & Renatum presbyterum, sed & filium meum diaconum Hilarium, & quos ex latere meo vice mea misi ad fratrem meum Flauianum scripta direxi, &c. *Leo epist. 18. ad Iulia. vide 5. epis. 19. & 20. ad Flauia.*

CAP. XXVIII.

Nobis comperta sunt (*male acta in pseudo Synodo Ephesina à Dioscoro*) non incerto nuntio, sed ab ipsis Reuerendiss. Episcopis, qui à nobis missi sunt, & fidelissimo retum, quos gesta sunt narratore Hilario Diacono nostro, &c. *Leo ad Theodos. in actis conc. Chalcedon.*

CAP. XXIX.

Vt autem salubribus curis velocior, pleniorque auxiliante domino per vestræ clementiæ fidem præstetur effectus, ad pietatem vestram fratres, & Episcopos nostros Abundium, & Asterium, sed & Basilium, & Setorem presbyteros, quotum mihi deuotio est probata direxi, per quos, quæ nostræ forma sit fidei manifestatis instructionibus quas misimus, possitis dignåtet agnoscere. *Leo epist. 31. ad Theodos. v. epist. 32. ad Archimandritas. CP. & ep. 33. ad Pulcher. Aug. de eisdem, & 34. ad Martinum presbyt.*

CAP. XXX.

Nec me quoque vt voluit vestra clementia ab illo credatis abesse concilio, cùm in his fratribus quos direxi, id est Paschasino, & Lucentio Episcopis, Bonifacio, & Basilio presbyteris, sed & fratre meo Iuliano, quem eorum volui esse participem, etiã mea sit æstimanda presentia, &c. *Leo ep. 41. ad Mart. Aug. 52. ad eãd. & 53. ad Pulcher. Aug. ep. 51. ad Anatol. CP. episc.*

CAP. XXXI.

Præcedentibus literis indicaui fratres meos Lucentium Episcopum, & Basilium presbyterum, qui solicitudinis meæ partes possunt implete, direxi, fauori eos pietatis vestræ in omnibus quę sunt agenda commendans, &c. *Leo. ep. 42. ad Mart. Aug. ep. 43. ad Pulcher. Aug. & 44. ep. ad Anatol. ep. & 45. ad conc. Chalced.*

CAP. XXXII.

Quia vos amore catholicæ fidei congregationem nunc fieri voluistis, ne deuoto obuiare viderer arbitrio, fratrem, & Episcopum meũ Paschasinum de ea Prouincia, quę viderut esse securior euocatum, qui vicem præsentiæ meæ possit implere, direxi. Bonifacio fratre nostro, & compresbytero sociato, & his quos antea miseramus, adiunctis, consortem illis fratrem quoque meum Iulianum addenres Episcopum, &c. *Leo epist. 47. & 48. ad Marcian. Aug. & epist. 49. ad Pulcher. August.*

CAP. XXXIII.

Germa. Episcop. Capuan. Ioan. Episc. Bland. presbyteri, Felix, atque Dioscorus Diaconi missi sunt ab Hormisda Romano Pontifice ad Concilium. CP. ad petitionem Iustini Imperatoris, & Io. Episcopi CP. cum Synodo. *Vide Epistolas Hormisda post 34. sunt coniunctæ illorum epistol. v. 35. 36. 37. 46. 47. 48. 49. 50. 56. 57. & post. 62. 65. 66.*

CAP. XXXIV.

Suscipite preces nostras per Ennodium atque Fortunatum fratres, & Episcopos nostros necnon Venantium presbyterum, atque Vitalem Diaconum, vel Hilarium notarium filios nostros, quorum apud nos fides in Dei timore, studiumque perclaruit, pro vestro amore transmissas, & placidam vice nostra supplicationibus conscientiam accommodate, &c. *Hormisda. ep. 4. ad Anast. Aug. v. Sacra. Anastas. ad Hormisd. de eisdem v. Hormisda ep. 17. 18. 19. 25. & post. epist. 10.*

CAP. XXXV.

Ioannes Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis Cardinalibus, & clericis Ecclesiæ Apostolorum, perpetuo in Christi seruitio manentibus. Quoniam primitiuam Ecclesiam post incarnationem † Christi duodecim Apostoli prædicatione illustrauerunt, &c. Placuit mihi Ioanni vrbis Romæ humillimo Pontifici, Ecclesiam duodecim Apostolorum consummare, quam Pelagius Papa bonę memoriæ prædecessor meus ante Palatium Constantij initiauerat, &c. Hanc etiam in natali (*sanctorum*) Apostolorum Philippi, & Iacobi, quod est Kal. Maij, ad honorem omnium Apostolorum decentet dedicatam, titulum Cardinalem illam constituimus: nec non & parochiam, sicut cęteri tituli vrbis habent, &c. *Ioan. iij. in priuil. eius tit.*

† Ascensionem f.

CAP. XXXVI.

Peruenit ad nos, quod Populonensis Ecclesia ita sit sacerdotis officio destituta, vt nec pœnitentia decedentibus ibidem, nec baptisma possit præstari infantibus, &c. Memoratæ Ecclesiæ visitator accedas; vt vnum Cardinalem illic presbyterum, & duos debeas diaconos ordinare. In parochiis verò præfatæ Ecclesiæ tres similiter presbyteros, &c. *Greg. lib. 1. reg. ep. 15. Balbino Episcopo Rossellano.*

CAP. XXXVII.

Quorundam ad nos relatione peruenit, Cosmam, qui ex monacho monasterij sanctæ Luciæ, à decessore vestro Maximiano, in Ecclesia Syracusana factus, *est*, subdiaconus, atque à vobis postea in possessione, quæ Iuliana dicitur, presbyter est ordinatus, &c. magnæ benignitatis est, si eum in Ecclesia, vbi subdiaconi est functus officio, sanctitas vestra reduecte, atque illic presbyterum voluerit constituere Cardinalem, &c. *Idem Greg. lib. 11. ep. 32. c. 34. ad Ioan. Episc. indict. 4. Ioan. Diaco. lib. 3. c. 10. vita B. Greg.*

Dist. 74. cap. 6.

F

CAP. XXXVIII.

Denique Ecclesiæ CP. horramur statum; vt tales alere omni religione eruditos studeat viros, qui ad honorem Cardinis ipsius sanctæ Ecclesiæ, suis Præsulibus mortuis, vel quolibet casu amodò discedentibus valeant subrogari. Quod non solùm in tanto Patriarchatu obseruari omnino debet; verùm etiam in singulis quibusque ciuitatibus ex consuetudine canonica, magna cum cautela seruatur. *Nicol. in epist. ad Michaël. Imper. incip. Serenissimi Imperij in fine, lecta in viij. syn. CP. sub Hadr. ij. actio. 4.*

CAP. XXXIX.

His igitur vestræ Serenitatis auribus intimatis, sciat, &c. missos sibi à Præsulatu nostro, Deo auctore, destinatos, Donatum videlicet reuerendiss. & sanctiss. sanctæ Ecclesiæ Ostiensis Episcopum, & religiosos, ac venerabiles sanctæ Romanæ Ecclesiæ Leonem, tituli sancti Christi martyris Laurentij, qui appellatur Damasi, presbyteri, † atque Marinum Apostolicæ nostræ sedis diaconem, &c. *Nicol. in epist. ad eund. Micha. Imp. incip. Quanto maiora. prope finem, & in epist. ad Bardam Cæsar. incipient. Postquam Dei, in medio.*

† presbyterum f.

CAP. XL.

Post mortem Photij fratris nostri, nullus ex dignitate mundana ad Pontificalem honorem ascendat; sed ex presbyteris Cardinalibus eiusdem Ecclesiæ, vel ex diaconibus, aut ex aliis sacerdotibus qui sub Ecclesia CP. consistunt. *Ioan. viij. in epist. ad Basil. Imp.*

CAP. XLI.

Sicut cardo immobilis permanens ducit, & reducit ostium: sic Petrus, & sui successores liberum de omni Ecclesia habent iudicium: cùm nemo debeat eorum dimouere statum: quia summa sedes à nemine iudicatur. Vnde clerici eius Cardinales dicuntur, cardini vrique illi, quo cætera mouentur, vicinius adhærentes. *Leo ix. ad Mich.* CP. *Episcopum c. 32. Iuo. p. 5. c. 44. & decre.*

CAP. XLII.

Hunc dilectum filium Hugonem, & Cardinalem S. R. Eccl. Presbyterum in partes illas Hispaniarum misimus, in cuius ore nostra ad vos consilia, & decreta plenius, aperriúsque dissetenda, ac vice nostra disponenda posuimus. *Gregor. vij. 2. kal. Maij indict. xj. ad Hispaniarum Principes, de hac Cardinale multa in actis Alex. ij. & Greg. vij. dicitúrque præfuisse nomine Alexandrini ij. Concilio Barcinonen. anno* 1064.

CAP. XLIII.

Cletus ex præcepto B. Petri xxv. presbyteros ordinauit in vrbe Roma. *Dama. in Cleto.*

CAP. XLIV.

Euaristus titulos in vrbe Roma diuisit presbyteris. *Damas. in Euar.*

CAP. XLV.

Dionysius presbyteris Ecclesias diuisit, & cœmeteria, parochiasque & diœceses constituit. *Damas. in Dionys.*

CAP. XLVI.

Marcellus xxv. titulos in vrbe Roma constituit, quasi diœceses, propter baptismum, & pœnitentiam multorum, qui conuertebantur ex paganis, & propter sepulturas martyrum. Hic ordinauit xxv. presbyteros in vrbe Roma, &c. Lucina vidua suscepit beatum virum, quæ & domum suam nomine tituli beati Marcelli dedicauit. *Dama. in Marcello.*

CAP. XLVII.

Siluester fecit in vrbe Roma Ecclesiam in prædio Equitij presbyteri sui iuxta thermas Domitianas, † quem titulum Romanum cōstituit, qui vsque hodie appellatur, titulus Equitij, &c. *Et post alia.* Eisdem temporibus constituit B. Siluester in vrbe Roma titulum suum in regione tertia, iuxta thermas Domitianas, quæ cognominantur Traianæ, titulū scilicet Siluestri, &c. Obtulit & omnia necessaria titulo Equitij. *Dama. in Siluest.*

† Traianas.

CAP. XLVIII.

Damasus constituit titulum in vrbe Roma basilicam, quam ipse construxerat (*iuxta theatrum S. Laurentij.*) &c. *Ex Pontif.*

CAP. XLIX.

Innocentius dedicauit basilicam sanctorum Geruasij, & Protasij, ex deuotione testamenti cuiusdam illustris feminæ Vestinæ, &c. In quo loco ex delegatione eiusdem Vestinæ titulum Romanum constituit, &c. *Et postea.* Et ex dispositione Vestinæ, tituli supradicti presbyteris est concessa potestas. *Ex Pontif.*

CAP. L.

Leo renouauit post cladem Vandalicā omnia ministeria sacrata argentea per omnes titulos de conflatis hydriis sex, &c. *Ex Pontif.*

CAP. LI.

* Hilarius fecit scyphos per titulos xxv. pensantes libras x. &c. *Ex Pontif.*

CAP. LII.

Felix (III.) natione Romanus ex Patre Felice presbytero de titulo Fasciolæ sedit annos viij. &c. *Ex Pontif.*

CAP. LIII.

Michaël Bulgarorum Rex per Petrum Legatum ab Hadriano ij. Roma. Pont. petiit vt Formosum Episcopum Portuens. eius Regni Archiepiscopum faceret, aut vt Marinum R. E. Diaconum benè compertum Archiepiscopum consecrarum & remitteret, aut aliquem ex Cardinalibus presbyteris duntaxat suæ Ecclesiæ Bulgaris eligendum dirigeret, &c. Oprionem dedit Pontifex Regi vt quem vellet in Archiepiscopum eligeret, exceptis Marino, & Formoso. *Anastas. Biblioth. in Adria. ij. vita.*

CAP. LIV.

Si quando necessitas ordinandi sacerdotis obrepsit; neque Cardinalis Ecclesiæ suæ, neque monachos monasterij sui penitus excusauit, &c. Ex presbyteris Cardinalibus Ecclesiæ

suæ consecrauit Episcopos, Bonifacium Regij, Habentium Perusij, & Donum Messanæ Siciliæ. *Ioan. Diaco. lib. 3. c. 7. vita B. Greg.*

CAP. LV.

Cúmque Greg. perceperat occasione suæ Ecclesiæ Cardinales, si tamen consentirent, satis voluntarie proueheret: neminem, &c. violéter promouere certabat. *Ioa. Diaco. d. l. 3. c. 8.*

CAP. LVI.

Item Cardinales violenter in parochiis fotensibus ordinatos, in pristinum cardinē Gregorius reuocabat. Quapropter Ioanni Episco-
Dis. 74. cap. 6. po Syracusano scribens ait: [Quorundam ad nos, &c. vt lib. 11. reg. epist. 32. c. 34. *Ioan. Diaco. d. lib. 3. c.* 10.

CAP. LVII.

Ego N. S. R. E. diaconus, vel presbyter, aut Episcopus Cardinalis electus, vt fiam per Dei gratiam huius sanctæ Apostolicæ sedis humilis minister, profiteor tibi B. Petre, &c. Si qua verò emerserunt contra canonicam disciplinam, filiorum meorum S. R. E. Cardinalium, cum quorum consilio, cōsensu, directione, & tememoratione ministerium meum geram, & peragam; consilio emendare (*curabo.*) *Professio Rom. Pontif. ex libro Diurno.*

CAP. LVIII.

Hora diei prima ante solis ortum, eiiciantur omnes ab Ecclesia, obseratisque foribus cunctis, ad vnam ianuam, per quam sacerdotes ingredi oportet, ostiarij stabunt; & conuenientes sacerdotes pariter cum Episcopo, introibunt, & secundùm ordinis sui tempus residebunt. Post hos ingrediantur & diaconi, &c. Deinde forenses ingrediantur presbyteri, &c. *Forma, siue ordo synodi Episcopalis apud Iuo. par. 4. c. 246. decr.*

CAP. LIX.

Quibus taliter narratis, perscrutandi, & inquirendi sunt Cardinales sacerdotes, & Leuitæ, nec non & reliqui, videlicet, de credulitate Trinitatis, &c. *Ibid. Iuo d. p. 4. c. 250. decr.*

De Diaconis Cardinalibus. Tit. XXII.

CAPVT I.

†Salernitanorū f. SAbinus Canusij, Epiphanius Esculanorum, Asterius Salernitorum † Leo Nolanorum, Rusticus Fesulanorum, Theophanes diaconus Romanus, Pelagius diaconus Romanus, omnes quidem ex Italia regione ab Apostolica sede nuper missi, &c. *præsiderunt, & primi subscripserunt in ij. gener. synodo CP. y.*

CAP. II.

Comperimus non incerto nuncio, sed fidelissimo rerum, quæ gestæ sunt, narratore Hilario Diacono nostro, qui vix ne subscribere per vim cogeretur (*in pseudo Ephesina ij. Synodo*) effugit, &c. *Leo ep. xxiij. ad Theod. Aug. cont. Ephes. pseudo-synod. lib. ep. eius xxiv. ad Pulcheriam Aug. & xxv. ad Flauiam, & epist. xvij. ad Anastas. epis. 1. Thessalonicen.*

CAP. III.

Diaconus cardinarius † constiturus vrbis Romæ, nisi in xxvj. † (*testibus*) non damnabitur. *Siluest. in epilo. Rom. syno. & in synodo Rom. cclxxxiv. Epis. c. 3. Hadr. c. 68. ad Episcop. Mediom. Magun. sub Arnul. c. 12. Capit. lib. 1. c. 139. Iuo lib. 4. tit. 8. c. 7. panor. & par. 6. c. 334. decr. Deusd. c. 3.* 2. quest 4. Præf. c. 2 † Cardinalis, vel ordine constitutus. † xxxvij. vel xxxvj

CAP. IV.

Constituit, vt diaconi non essent plures per parochiarū examen, nisi duo: & diaconi Cardinales vrbis Romæ septem, &c. *Siluester in d. syn. Rom. c. 6.*

CAP. V.

Vt [à subdiacono vsque ad lectorem omnes subditi sint diacono Cardinali vrbis Romæ, in Ecclesia honorem repræsentantes eidem. *Silue. in d. syn. Rom. c. 7. Burch. lib. 2. c. 224. Iuo part. 6. c. 299. decr. Ansel. lib. 7. c. 62.* Dis. 93. c. 5.

CAP. VI.

Siluester fecit vij. regiones, & diuisit diaconibus. Erant autem diacones isti: Fabianus, Marcus, Liberius, Areidamus, & Iulius. Ordinaui. quoque & alios duos, Priscum, & Theodorum, &c. *Siluester in d. syn. Rom. actio. 2. ante c. 11.*

CAP. VII.

In subdiaconatu sit annis v. deinde ad diaconatus honorem pertingat fixus, donec rogantibus xxx. presbyteris examen, vt esset diaconus Cardinalis: quia à prima sede erat constitutum, vt seruiret annos vij. *Syluest. in ead. syn. c. 11.*

CAP. VIII.

Subscripserunt omnes in (*Euphemij*) damnationem, Episcopi numero lxxv. † & duo diacones Cardinales Romani, & tres presbyteri, & tres Episcopi, qui directi fuerant, &c. *Hierosol. syn. relata in syn. Rom. sub Xysto y. c. 8.* † lxxiij.

CAP. IX.

Subscriptio diaconorum. Cyprianus diaconus sanctæ Ecclesiæ Romanæ, regionis vij. his subscripsi, &c. Anastasius diaconus regionis primæ subscripsi. Ioannes diaconus regionis secundæ subscripsi. Tarrenis † diaconus regionis primæ † subscripsi. Tertullus diaconus regionis quartæ subscripsi. *Romana syn. prima sub Symma. in fine.* † Tarrenfis. † Tertiæ f.

CAP. X.

Subscriptio diaconorum. Petrus indignus Archidiaconus sanctæ sedis Apostolicæ subscripsi. Muschus humilis diaconus sanctæ sedis Apost. subscripsi. Greg: Indignus, & humilis diaconus S. sedis Apost. subscr. Benedictus indignus diaconus S. sedis Apost. huic constituto à nobis promulgato subscripsi. *Rom. syn. sub Gregor. y. in fine.*

CAP. XI.

Leonem, Paschalem, & Ioannem dudum diaconos sanctæ sedis Apostolicæ, iustè, & canonicè damnatos, si aliquis, &c. inter Ecclesiasticos viros habuerit, &c. sciat se fore anathemate perculsum, &c. *Ioa. ix. in cōc. Rau. c. 8.*

CAP. XII.

Pontifex narrauit omnibus qualiter ab Hērico Teutonicorum Rege cum Episcopis quibusdā, & Cardinalibus tam presbyteris, quàm diaconibus, &c. captus fuerit, &c. Et in fine. Diaconi Cardinales: Abbas Sublacen. Ioānes

Caietan. Abbas S. Andreæ. Leo, Greg. Saldo, Theobaldus, & Rosimanus. *Lateran. synod. sub Pasch. ij.* CAP. XIII.

Septem diaconos in vrbe Roma per septem regiones ciuitatis, sicut à Patribus accepimus, habemus, &c. *Fabia. epist. 1. in princ. Ansel. lib. 7. c. 77.* CAP. XIV.

Regiones, sicut in hac vrbe fecimus, per singulas vrbes, quę populosæ fuerint, diaconibus diuidentur. *Caius epist. vni. in fi. Ansel. li. 7. c. 79.* CAP. XV.

Liberatus diaconus, si à decessore tuo non factus est Cardinalis, ordinatis à te diaconibus nulla debet ratione pręponi, &c. Vltimum inter diacones stare constitue, &c. Si post hæc Cardinalem facere volueris; nisi Pontificis sui concessionem solemni more meruerit; abstinendum ab omni eius incardinatione memineris. *Greg. lib. 1. ep. 81. ad Ianua. Caralit. Archiep. Ioan. diaco. lib. 3. c. 21. de vita B. Gregorij.* CAP. XVI.

Præsentium lator (*est*) Felix diaconus, &c. sustentationi eius pietatis intuitu prouidentes, in tua Ecclesia Syracusana eum præuidimus cardinandum, siue vt officium diaconatus expleat, seu certè, vt sola eiusdem officij pro sustentanda paupertate sua commoda consequatur, &c. *Idem Gregor. lib. 3. epist. 14. ad Maximian. Episc. Ioan. diacon. lib. 3. c. 20. de vita B. Gregorij.*

CAP. XVII.

Dist. 71. c. 5. Fraternitatem tuam à nobis petisse recolimus, vt Gratianum Ecclesiæ Venafranæ diaconū, tuæ concederemus Ecclesiæ cardinandum. Et quoniam nec Episcopum, cui obsecundare (*debeat*, nec propriam habet Ecclesiam, &c. Scriptis tibi præsentibus eum necessariò duximus concedendum, habiturus † licentiam, diaconum illum, nostra interueniēre auctoritate, Ecclesiæ tuæ Deo propitio constituere Cardinalem. *Idem Greg. lib. 5. ep. 11. cap. 111. Fortunato Episcop. Neapolita. indict. 14. Ioan. diacon. lib. 3. c. 20. de vita B. Gregor. Anselm. lib. 7. cap. 75.* († habiturus f.)

CAP. XVIII.

Constitutis in præsentia nostra dilectis filiis I. Clerico, & magistro Azone OS. G. procuratore, & R. dilecto filio subdiaconi nostri procuratore, dilect. fil. G. S. Mariæ in Portieu Diaconum Cardinalem concessimus Auditorem, in cuius præsentia, &c. Nos autem his, & aliis, quæ cotam Cardinale prædicto fuere, plenius intellectis, &c. *Innoc. iij. in ep. ad Alembrandum subdiaconum Mediolanensem.*

CAP. XIX.

Dist. 93. c. 12. diacon. Act. 6. Septem diaconos ex canone esse oportet, etsi magna vrbs sit, quod ex libro Actuum constat. *Neocæs. c. Vlt. Trull. 16. Aquisgr. 62. Burch. lib. 2. c. 219. & 220. Ivo part. 6. c. 294. & 295. decret.*

CAP. XX.

Euaristus septem diaconos ordinauit, qui custodirent Episcopum prædicantem propter stilum veritatis. *Dama. in Euaristo.*

CAP. XXI.

Fabianus regiones diuisit diaconibus & fecit septem subdiacones, &c. *Damas. in Fabiano.*

CAP. XXII.

Caius regiones diuisit diaconibus. *Damas. in Caio, in veteri libro.*

CAP. XXIII.

Ex presbyteris Cardinalibus Ecclesiæ suæ cōsecrauit Episcopos, Bonifacium Regij, &c. Ex subdiaconibus verò, Gloriosum Ostiæ, &c. Solis diaconibus Apostolicæ sedis, &c. parcebat. Quorum cum xix. plenitudine redundaret, ipse Bonifacium, Florentinum, & Epiphanium consecrauit. Nec quemquam eorum ab officio, nisi Laurentium Archidiaconum, &c. sequestrauit. *Ioa. diaco. in vita Greg. li. 3. c. 7.* CAP. XXIV.

Aliarum parochiarum clericos sibi, & aliis discretissimus Pontifex discretissimè incardinare curabat. Quapropter Heliæ presbytero, & Abbati prouinciæ Isauriæ scribens; [Filium, inquit, vestrum Epiphanium, &c. diaconum quidem fecimus: sed quisquis semel in hac Ecclesia sacrum ordinem acceperit, egrediendi ex ea vlterius licentiam non habet, &c. *Ioannes diacon. d. lib. 3. c. 19. Greg. li. 4. epist. 30. cap. 74. registr. Anselm. lib. 7. cap. 73. Tarrac. lib. 1. cap. 208.* (*1. q. 1. ca. 111.*)

CAP. XXV.

Ego. N. S. R. E. diaconus, vel presbyter, aut Episcopus Cardinalis, electus, vt fiam per Dei gratiam huius sanctæ Apostolicæ sedis humilis minister, profiteor tibi B. Petre, &c. *Professio Rom. Pontif. ex libro Diurno.*

De Cardinalibus omnibus. Pars IV.

CAPVT I.

Anno Dominicæ Incarnationis M. clxiij. in dictione x. anno iv. iij. sui Pontificatus in octauis Penrecostes iv. Kal. Iunij sæpe dictus Alexander Papa (*Tertius*) in Ecclesia S. Mauritij Turonis concilium celebrauit: in quo interfuerunt Cardinales nu. xvij. Episcopi cxxiv. Abbates cdxiv. cdxij. cdxij, &c. *ex actis Turo. concilij sub Alex. iij.* CAP. II.

Licet de euitanda discordia in electione Sūmi Romani Pontificis manifesta satis à nostris prædecessoribus constituta manauerint, &c. Nos de consilio fratrum nostrorum, & sacri approbatione concilij, aliquid decreuimus adiungendum. Statuimus igitur, vt si inter Cardinales de substituendo Pontifice non potuerit esse plena concordia, & duabus partibus cōcordantibus, tertia pars noluerit concordare, † aut sibi alium præsumpserit ordinare: ille Romanus Pontifex habeatur, qui à duabus partibus fuerit electus, & receptus, &c. Præterea si à paucioribus aliquis, quàm à duab. partibus fuerit electus ad Apostolatus officium; nisi maior concordia inter- (*De elect. c. 6. Gre. ix. c. 15. & ex. tit. in 1. col.* † *concordare.*)

cesserit, nullatenus assumatur, &c. *Alex. iij. in concil. Later. c. 1.* Cap. III.

Statuimus, quod Archiepiscopi parochias visitantes, &c. L. euectionis numerum non excedant. Cardinales verò xx. vel xxv. non excedant. Episcopi xx. vel xxx. &c. *Alex. iij. in d. conc. Lateran. c. 4.*

Cap. IV.

Nos & fratres nostri S. R. E. Card. plenariè decimam persoluemus (in subsidium terræ Sanctæ) *Innocen. iij. in conc. gen. Later. c. vlt. in med.* Cap. V.

Ex nostra præsenti constitutione bis in mense, vel eo amplius, vel apud illum, vel illum titulum, siue apud illam, vel illam Diaconiã: siue apud alias quaslibet Ecclesias vos conuenite mandamus, & ob vestram & inferiorum clericorum vitam, & mores, & qualitates, & habitus vestrũ perscrutando, & qualiter quilibet præpositi se erga subditos habeant, vel quòd subditi suis præpositis non obediant, & ad quæque illicita amputanda, clericorum quoque, & laicorum querimonias, quæ ad nostrum iudicium pertinent, quantum fieri potest definiendas. Quippe cùm sicut nostram mansuetudinem Moysi, ita & vestram fraternitatem septuaginta seniorum, qui sub eodem causarum negotia diiudicabãt, vicissitudinem gerere, certum habeamus. Item monasteria Abbatibus viduata, & Abbatiam, nostra præcedente conscientia, substitutionem his, qui sunt inter nos, vel fuerint monasticæ professionis disponenda committimus. Propter sollicitudinem autem Ecclesiarum, & clericorũ earundem disciplinam, siue laicorum querimonias definiendas, bis in hebdomada ad Sacrosanctum Palatium, iuxta decreta prædecessoris nostri Leonis iv. vos conuenire mandamus. Item sancimus de parochiis nostris, quantúmque Pontifici competit, Pontificali beneficio vos in perpetuum possidere, & in principalibus Ecclesiis, iuxta primatum vestræ consecrationis, vicissim officia diuina peragere, & earum oblationibus, salua semper Cardinalium Diaconorum prisca consuetudine, participare æqualiter ad Cardinales constitutione, tam propter vsum vestrum, quàm in Ecclesiarum vestrarum luminarium concinnationes, &c. *Ioannes viij. ex lib. Canonum M. S. in Vaticana Bibliotheca. Baron. to. x. ad an. x. Pontif. 882.* Cap. VI.

Sicut cardo immobilis permanens ducit, & reducit ostium: sic Petrus, & sui successores liberum de omni Ecclesia habent iudicium, cùm nemo debeat eorum dimouere statum: quia summa sedes à nemine iudicatur. Vnde clerici eius Cardinales dicuntur, cardini vtique illi, quo cætera mouentur, vicinius adhærentes. *Leo ix. ep. ad Micha. CP. episco. c. 32.*

Cap. VII.

Deuter. 17. Sed quia sic in Deuteronomio continetur, si difficile, & ambiguum apud te iudicium esse prospexeris inter sanguinem, & sanguinem; causam & causam; lepram & lepram: & ad iudicium intra portas tuas videris variari, surge & ascende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus, veniésque ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore, quæréſque ab eis, qui iudicabant tibi iudicij veritatem, & facies quæcumque dixerint, qui præsunt loco, quem elegerint, & docuerint te iuxta legem eius, &c. Sunt autem sacerdotes Leuitici generis fratres nostri, qui nobis iure Leuitico in executione sacerdotalis officij coadiutores existunt. Is verò super eos sacerdotes, siue iudex existit, cui Dominus dixit in Petro. Quodcúmque ligaueris super terram, &c. *Innoc. iij. in epis. ad iv. virum nobilem montis Pessulani.* *sint legitimis § rationib. Greg. ix. &c. 2. co. tit. in 3. col.* Cap. VIII.

Ne sedes Apostolica diu lugeat proprio destituta Pastore, congregati in Basilica B. Petri ad Vincula nos S. R. E. Catholicæ, & Apostolicæ Cardinales, Clerici, Acolyti, Subdiaconi, Diaconi, Presbyteri, præsentibus venerabilibus Episcopis, Abbatibus, Clericis & Monachis consentientibus plurimis turbis vtriusque sexus, diuersique ordinis acclamantibus eligimus nobis in Pastorem, & Summum Pontificem virum religiosum, geminæ scientiæ, prudentia pollentem, æquitatis, & iustitiæ præstantissimum amatorem, &c. Nildebrandum, venerabilem Archidiaconũ, quemadmodum, & vsque in sempiternum & esse, & dici Gregorium Papam volumus, & approbamus. *Initio regist. Greg. vij.*

Cap. IX.

Hyginius Clerum composuit, gradus distinxit superiorum & inferiorum, eorum, qui præessent, & qui subessent, vt secreti in sua vrbis regione, titulo vel parœcia sine confessione populus diuina mysteria docerent, sacramenta administrarent, & singulos presbyteros cum aliis clericis in vno quoque titulo constituit. *Damas. in Hygin. & Pontificale.*

Cap. X.

Leo iij. defuncto Hadriano Papa (ij.) cócorditer à Cardinalibus in Papam electus est, &c. cum magna solemnitate suorum Cardinaliũ, Archiepiscoporum, Episcoporum, Prælatorum, ac Primatum ad Imperatorem Carolum in Germaniam veniẽs, &c. Venit à Colonia in Vuerdam stipatus Imperatoria maiestate, & sacrato choro Sanctorum Cardinalium, & Archiepiscoporum & multorum Procerũ, Nonis Septembris anni Dominicæ Incarnationis cc. M. iij. de assensu pariter, & consensu suorum Cardinalium, cæterorúmque Prælatorum illic coram adstantium solemnitates catalogo Sanctorum confessorum S. Suuibertũ adscripsit. Erant verò Cardinales Archiepiscopi Bernard. Ostienſ. Fortunatus Treuirorũ, Theodorus, Sabinẽsium Presbyteri, Nicolaus tituli S. crucis in Hierusalem, Eustochius S. Praxedis, Bonifacius tituli S. Marcellini, & Petri. Episcopi alij, &c. S. Ludgerus in Epistola ad Bixfridum Traiectensem Episcopum.

post quem) Ignatium Episcopum constituit, & illic primum nomen Christianorum nouellæ gentis exortum est. Reliquas verò in quodam tomo conscriptas direximus. Inde namque & beati Apostoli inter se statuerunt, vt Episcopi singularum scirent gentium, quis inter eos primus esset, quatenus ad eum potior eorum sollicitudo pertineret. Nam & inter beatos Apostolos quædam fuit discretio. *Anaclet. ep. 3. ante med. Incer. in præfa. Nic. syn. Burch. lib. 1. cap. 159. Iuo lib. 4. tit. 1. cap. 4. panor. & par. 5. cap. 2. & 26. & 269. decr. Ansel. lib. 1. cap. 7. & 66. Cæsar. lib. 4. c. 60.*

CAP. VI.

Hæc sancta Romana Ecclesia, & Antiochena à tempore Apostolorum custodit, hæc Hierosolymorum, & Ephesinorum tenet, in quibus Apostoli præsidentes, hæc docuerunt. *Fabia. ep. 2. in princ.*

CAP. VII.

25.q.2.c. 2.& 17. Priuilegia Ecclesiarum sanctorum Patrum canonibus instituta (*loquitur de Ecclesiis Patriarchalibus*) & venerabilis Nicænæ synodi fixa decretis, nulla possunt improbitate conuelli, nulla nouitate mutari. *Leo ep. 29. al. ep. 52. ad Marcianum Augu. post. post med. Ansel. lib. 4. c. 2. Cæsar. lib. 7. c. 13. Tarrac. l. 1. c. 298.*

CAP. VIII.

Dignum est te Apostolicę sedis in hac sollicitudine consortem, ad augendam fiduciam priuilegia tertiæ sedis agnoscere, vt in nullo cuiusquam ambitione (*Anatolium CP. insinuat*) minuantur, &c. Et si enim diuersa nonnunquam sunt merita Præsulum, tamen iura remanent sedium: quibus etsi possunt æmuli perturbationem aliquam fortassis inferre, non tamen possunt minuere dignitatē. Vnde, cùm aliquid pro Antiochenæ Ecclesiæ priuilegiis dilectio tua agendum esse crediderit, propriis litteris studeat explicare, vt & nos consultationi tuæ absolutè, & congruè respondere possimus. *Leo epist. 60. ad Maxim. Antiochen. Episcopum in medio.*

CAP IX

Numquid Acacius, vt Ioannem quemlibet hominem, catholicum tamen, à catholicis ordinatum, de Alexandria excluderet, Petrúmque in hæresi iam detectum, atque damnatū, absque sedis Apostolicæ consultatione reciperet, aliqua synodo saltem illic habita, hoc audacter arripuit? vt Calendionem de Antiochia depelleret, hæreticúmque Petrum, quem ipse damnauerat, absque notitia sedis Apostolicæ rursus admitteret, aliqua synodo id fecisse monstratur? si certè de dignitate agitur ciuitatum, secundæ sedis, & tertiæ maior est dignitas Sacerdotum, quàm eius ciuitatis, quæ non solùm inter sedes minimè numeratur, sed nec inter Metropolitanorum iura censetur. Nam quod dicitis Regiæ ciuitatis, alia est potestas regni sæcularis, alia Ecclesiasticarum distributio dignitatum. *Gelas. epist. 6. ad Episcopos Dardan. in med.*

CAP. X.

Desideratis nosse, quot sint veraciter Patriarchæ. Veraciter illi habendi sunt Patriarchæ, qui sedes Apostolicas per successiones Pontificum obtinent, id est, qui illis præsunt Ecclesiis, quas Apostoli instituisse probantur: Romanam videlicèt, Alexandrinam, & Antiochenam. Romanam, quam sanctorum Principes Apostolorum Petrus, & Paulus, & prædicatione sua instituerunt, & pro Christi amore fuso proprio sanguine sacrauerūt. Alexandrinam, quam Euangelista Marcus discipulus, & de baptismate Petri filius, à Petro missus instituit, & Domino Christo cruore dicauit. Antiochenam, in qua conuentu magno sanctorum facto primùm fideles dicti sunt Christiani, & quam beatus Petrus, prius quàm Romam veniret, per annos aliquot gubernauit. *Nicolaus ad consulta Bulgarorum, c. 92.*

CAP. XI.

Hi (*Petrus & Paulus*) tanquam duo luminaria magna cæli, in Ecclesia Romana diuinitus constituti, &c. in ea vno, eodémque die martyrium consummantes, sanctam Romanam Ecclesiam roseo cruore suo consecrauerunt, &c. Alexandrinam Ecclesiam suam fecerunt, per beatum scilicet Marcum, vnius horum filium, ac discipulum, &c. Fecerat autem beatissimus Petrus præsentia corporali, & Ecclesiam Antiochenam iam suam, quæ sicut beatus Papa dicit Innocentius, vrbis Romæ sedi non cederet, nisi quod illa in transitu meruit, ista susceptum apud se, consummatúmque gauderet. Per has igitur tres præcipuas Ecclesias, omnium Ecclesiarum sollicitudo beatorum Apostolorum Principū Petri, ac Pauli proculdubio moderamē expectat. *Nicol. in ep. ad Michael. Imper. post med. Innoc. ep. 18. c. 5. vel c. 41. in corp. can.*

CAP. XII.

Statuimus, vt diaconus, etiam si in dignitate, id est, in quouis sit officio Ecclesiastico, ante presbyterum ne sedeat, præterquàm si proprij Patriarchæ, vel Metropolitani vicem gerens, adsit in alia ciuitate super aliquo capite. Tunc enim, vt locum illius implens honorabitur. *Triul. c. 7. Iuo par. 6. c. 123. decr.* Dist. 93. c. vlt.

CAP. XIII.

Dominus, & Deus noster, qui dixit, fiant luminaria in firmamento cæli, ad illuminationem terræ, & fecit duo magna luminaria, luminare quidem maius in principio diei, minus autem in principio noctis, & posuit ea in firmamento cæli, & tamquam quædam magna luminaria, videlicet quinque Patriarchalia capita, in illuminationem totius terrę, quo præsint die, ac nocte, & separent inter lumen, & tenebras; id est, inter eos, qui agunt opera lucis, hoc est diuina, & inter eos qui agunt opera tenebrarum. *Metrophanes Metropol. Smyrnæ apud syn. viij. gener. act 6. sub Hadr. 2. in prin.* v.c. 6. de maior. & obed.

CAP. XIV.

Sancimus; vt (*Romana sedes*) principatum Dist. 96. c.14. Ci-

Sanctiam supra. teneat, tam super quatuor præcipuas sedes, Antiochenam, Alexandrinam, Constantinopolitanam, Hierosolymitanam, quàmque super omnes in vniuerso orbe terrarum Dei Ecclesias. *Constantinus in edicto donationis, in medio ante Conc. Nican. Balsam. ad Phot. tit. 8. cap. 1. nomocan. Deusd. cap. 4. Ansel. lib. 4. c. 33. Cæsar. lib. 2. c. 72. Tarrac. lib. 6. c. 35.*

CAP. XV.

Dist. 22. c. 3. Constantinopolitana. In CP. synodo regulam protulerunt, vt CP. Episcopus haberet honoris priuilegia post Pont. Romanum, eo quod Noua Roma est. Firmauerunt rursus Nicænam fidem, & Patriarchas constituerunt, distribuentes prouincias, vt Episcopi vniuscuiusque diœcesis ad Ecclesias non irent extraneas, quod persecutionis tempore indifferenter agebatur. Nectario CP. & Thraciam: Helladio Ponticã, qui post Basilium fuit: Gregorio Nysseno Basilij germano Cæsaream Cappadociæ: Troilo Melitanæ Armeniæ ius Patriarchæ dederunt: Asianam diœcesim Iconij Amphilochius est sortitus: Optimus Antiochiæ Pisidiæ: Ægyptum Timotheo Alexandrino distribuerunt. Orientalium Ecclesiarum gubernationem Præsulibus commiserunt, Pelagio Laodiceno, & Diodoro Tarsi: Antiochenæ Ecclesiæ priuilegia reseruantes, quę Melitio dederunt. Definierunt pariter, vt si quid in prouincia qualibet emergeret, prouinciæ Concilio finiretur. *Tripar. lib. 9. cap. 13. Vide CP. synod. cap. 3. G. 5. L. & Chalced. 28. Canon sic De Primatu Ecclesia CP. à Romana sede non est receptus, vt constat ex Leonis ep. 51. al. 53. & aliis*

De Patriarcha Alexandrino. Tit. III.

CAPVT I.

NVntiatur synodo venisse Ioseph Vicarium Alexandrinæ sedis, huius hortante synodo Epistola commendatitia legitur, & ipse receptus, quæ acta sunt in viij. actionibus prædictis, approbat. *viij. syn. act. ix. sub Hadr. 2. in princ.*

CAP. II.

Secunda sedes apud Alexandriam B. Petri nomine à Marco eius discipulo, & Euangelista consecrata est, ipseque à Petro Apostolo in Ægyptum directus, verbum veritatis prædicauit, & gloriosum consummauit martyrium. *Gelas. & synod. lxx. post princ.*

CAP. III.

7. q. 1. mutationes. Eusebius de quadam parua ciuitate, Apostolica auctoritate mutatus est Alexandriam. *Anter. ep. vn. in prin. Burch. lib. 1. c. 77. Iuo lib. 3. tit. 6. cap. 1. panor. & par. 5. cap. 183. decret. Ansel. lib. 6. cap. 94. Tarrac. lib. 3. c. 66.*

CAP. IV.

Nec dubitare vos credo, Athanasium sacræ legis doctorem, non solùm à nobis, sed etiam à Nicæna synodo, veræ fidei cultorem esse comprobatum; qui defuncto Alexandro mirabili sene, qui Arij prostrauerat blasphemias, post quinque menses Nicæni Concilij, Alexandrinorum Ecclesiæ suscepit Præsulatum, &c. *Iul. ep. 1. in princ.*

CAP. V.

De Alexandrina Ecclesia, & Dioscoro, Athanasio, Theophilo, & Cyrillo, & B. Marco Episcopis. *Leo ep. 49. vel 50. ad Episcopos Galliæ.*

CAP. VI.

Non conuellantur prouincialium iura Primatum, nec priuilegijs antiquitus institutis Metropolitani Antistites fraudentur. Nihil Alexandrinæ sedi eius, quam per sanctum Marcum Euangelistam beati Petri discipulum meruit, pereat dignitatis. Nec Dioscoro in impietatis suæ pertinacia corruente, splendor tantæ Ecclesiæ tenebris obscuretur alienis. *Leo ep. 51. in fine. ad Anatolium. P.*

CAP. VII.

Fratrem Proterium Alexandrinæ vrbis Episcopum, gratulor satisfactionis plenas de fide sua ad nos litteras direxisse, & manifestè, quidnam teneat indicasse: cui me dignam gratiam, pro fidei ipsius sinceritate, necesse est præstare, vt honorem in nullo suæ perdat Ecclesiæ, sed sedis suæ priuilegio, paternæ antiquitatis exemplum; iuxta canonum illibata iura, possideat. *Leo ep. 66 ad Iulian. Episcop.*

CAP. VIII.

De Proterio Alexandrino multa, vbi laudantur Athanasius, Theophilus, & Cyrillus eiusdem Ecclesiæ Episcopi. *Leo ep. 32. vel 67. ad Marcian. August.*

CAP IX

Cùm beatissimus Petrus Apostolicum à Domino acceperit Principatum, nefas est credere, quod sanctus discipulus eius Marcus, qui Alexandrinam primus Ecclesiam gubernauit, aliis regulis traditionum suarum decreta formauit, &c. *Leo ep. 9. vel 79. ad Dioscorum in princ. Ansel. lib. 1. c. 30.* *24. q. 1. c. 16.*

CAP. X.

Alexandrina secunda sedes, Antiochena tertia. *Gelas. ep. 4. ad Faustum, & 6. ad Epis. Dard.*

CAP. XI.

De Timotheo, & Ioanne Alexandrino. *Gelas. ep. 4. ad Faustum.*

CAP. XII.

Quis Patriarcharum secundus sit à Romano, consultis. Iuxta quod sancta Romana tenet Ecclesia, & Nicæni canones innuunt, & sancti Præsules Romanorum defendunt, & ipsa ratio docet; Alexandrinus Patriarcharum à Romano Papa secundus est. *Nicol. ad consulta Bulga. c. 93.*

CAP. XIII.

De pallio Athanasij ad Felicem II. se id sumpsisse Romæ, sed appellat stolam: & Liberatus in Breuiario c. 20. ait, pallium beati Marci Alexandriæ fuisse. *Vide Prosperum c. 20.*

CAP. XIV.

Consuetudo est Alexandriæ (*Patriarcham*) qui defuncto succedit, excubias super defun-

cti corpus agere, manúmque dexteram eius capiti suo imponere, & sepulto manibus suis, accipere collo suo B. Marci pallium, & tunc legitimè sedere. *Liberat. c. 20.*

CAP. XV.

Gelasij temporibus iterum venit relatio de Græcia, eo quòd multa mala, & homicidia fierent à Petro, & Acacio CP. Eodem tempore fugiens Ioannes Alexandrinus Episcopus Catholicus venit Romam ad sedem Apostolicam, quem beatus Gelasius suscepit cum gloria, cui etiam & secundam sedem præbuit. *Ex Pontif.*

CAP. XVI.

De Timotheo, & Petro Alexandrinis Episcopis, *Acacius ad Simplic. Felix iij. ad Acac. CP. Episcopum ep. 1.*

De Patriarcha Antiocheno.
Tit. IV.

CAPVT I.

NE Episcopus Antiochenus ordinationes in Cypro administraret. *Ephes. decretum.*

CAP. II.

Tertia sedes apud Antiochiam beatissimi Petri nomine habetur honorabilis, eo quòd illic, priusquam Romam venisset, habitauit; & illic primum nomen Christianorum nouellæ gentis exortum est. *Gelas. & syn. lxx. Episcoporum. Vide ante Conc. Nica.*

CAP. III.

Dilectissimis fratribus vniuersis Episcopis per Antiochenam prouinciam constitutis, Marcellus, &c. [Rogamus ergo vos fratres, vt 24. q. 1. c. 15. non aliud doceatis, neque sentiatis, quàm quod à Beato Petro Apostolo, & à reliquis Apostolis, & Patribus accepistis. Ab illo enim primo instructi estis, ideo non oportet vos proprium derelinquere Patrem, & alios sequi. Ipse enim caput est totius Ecclesiæ, cui ait Dominus: Tu es Petrus, &c. Eius enim sedes Matt. 16. c. primitus apud vos fuit, quæ postea iubente Domino Romam translata est, &c. Si vestra verò Antiochena, quæ olim prima erat, Romanæ cessit sedi; nulla est, quæ eius non subiecta sit ditioni, &c. *Marcellus ep. 1. in princ. Anselm. lib. 1. cap. 15.*

CAP. IV.

Ecclesia Antiochena, quam priusquam ad vrbem perueniret Romam, beatus Apostolus Petrus sua præsentia illustrauit, velut germana Ecclesię Romanæ diu se ab eodem alienam esse non passa est, &c. Ipsius ciuitatis Episcopus (scil.) frater meus Alexander, &c. *Inn. ep. 14.*

CAP. V.

De Alexandro Antiocheno Episcopo. *Innocent. ep. 14. 15. 16. 17. 18. 19.*

CAP. VI.

Reuoluentes auctoritatem Nicænæ synodi, quæ vna omnium per orbem terrarum explicat mentem Sacerdotum, quæ censuit de Antiochena Ecclesia, cunctis fidelibus ne dixerim Sacerdotibus esse necessarium custodire; quam super diœcesim suam prædictam Ecclesiam, non super aliquam prouinciam, recognoscimus constitutam. Vnde aduertimus, non tam pro ciuitatis magnificentia hoc eidem attributum, quàm quod prima primi Apostoli sedes esse monstretur, vbi & nomen accepit religio Christiana, & quæ conuentum Apostolorum apud se fieri celeberrimum meruit, quæque vrbis Romæ sedi non cederet, nisi quod illa in transitu meruit, ista susceptum apud se, consummatúmque gaudet. *Inn. ep. 18. in princ. ad Alex. Episc.*

CAP. VII.

Antiochena Ecclesia, in qua primum prædicante Apostolo Petro Christianum nomen exortum est, in paternæ constitutionis ordine perseueret, & in tertio gradu collocata nunquam se fiat inferior. *Leo ep. 51. in fine ad Anatolium CP. Vide de eadem re. ep. 52. 53. 57.*

CAP. VIII.

Oportet dilectionem tuam toto corde perspicere, cuius Ecclesiæ gubernaculis te Dominus voluerit præsidere (*loquitur de Ecclesia Antiochena*) & cuius meminisse doctrinæ, quam præcipuus Apostolorum omnium beatissimus Petrus per totum mundum quidem vniformi prædicatione, sed speciali magisterio in Antiochena, & Romana vrbe fundauit, &c. Neque vllo modo sinas in Orientalibus Ecclesiis, maximéque in his, quas Antiochenæ sedi sacratissimorum Patrum Nicæni canones deputauere, ab improbis hæreticis Euangelio insultari, &c. Dignum est enim, te Apostolicæ sedis in hac sollicitudine consortem, & ad augendam fiduciam priuilegia tertiæ sedis agnoscere, vt in nullo cuiusquam ambitione minuantur, &c. *Leo epist. 60. ad Maximum Antiochen. Episc. post princ.* *Id. ib. huc.*

CAP. IX.

Antiochena tertia sedes. *Gelas. ep. 4. ad Faustum, & 6. ad Episcopos Dardaniæ.*

CAP. X.

Contra Petrum Antiochenum, & de Calendione Antiocheno. *Gelas. ep. 4. ad Faust.*

CAP. XI.

Importabilibus verbis impiè garrulasti, & non iudicasti cedere prædictis sanctis Patribus, qui ornarunt sedem beatæ memoriæ, & multum triumphantis Ignatij Martyris, cuius tu indignus existis, &c. *Felix iv. ad Petrum Antioch. Episc. ante v. syn. in prin.*

CAP. XII.

Petrus primogenitus, & diaboli filius, & qui sanctæ Antiochenæ Ecclesiæ indignissimè se ingessit, sanctámq; sedem Pontificatus Ignatij Martyris polluit, qui Petri dextera Episcopus ordinatus est, Eustathiique Confessoris, ac Præsidentis cccxviij. Patrum, qui in Nicæa conuenerunt, &c. *Felix iv. in epist. ad Zenonem Imperator. ante v. synod. ante medium epist.*

De Patriarcha Hierosolymitano. Tit. V.

CAPVT I.

Quoniam consuerudo viget, & antiqua traditio est, vt Æliensis Episcopus honoretur: habeat is quidem honorem, sed Metropoli sua dignitas seruetur. *Nica. cap. 7. Vide Calced. act. 6. in princ.*

Dist. 65. quoniam mos. 7.

CAP. II.

Erat quidam Sacerdos, nomine Polychronius, Episcopus Hierosolymitanus. Is per imprudentiam senectutis dicebat, quod Hierusalem prima sedes esset, & ore superbo quasi superiorem affirmabat se Pontificem esse, & summum Sacerdotem, & accepto munere ordinabat Episcopos, Presbyteros, diacones, & Ecclesias dedicabat. Contra quem Xystus iij. synodum congregauit. *Synod. Romana sub Xysto. 3. in expurgatione Polychronij.*

CAP. III.

Clemens Iacobo fratri Domini, & Episcopo Episcoporum regenti Hebræorum sanctam Ecclesiam Hierosolymis: sed & omnes Ecclesias, quæ vbique Dei prouidentia fundatæ sunt cum presbyteris, & diaconibus, & cæteris omnibus fratribus pax sit semper. *Cle. epist. 1. in prin.*

CAP. IV.

Hierosolymitarum primus Archiepiscopus beatus Iacobus Iustus frater Domini à Petro, Iacobo, & Ioanne Apostolis est ordinatus. *Anacl. ep. 2. in princ. refert Anicet. epist. 1. in princ. Burch. lib. 1. c. 15. Ivo lib. 3. tit. 2. c. 10. panor. & p. 5. c. 69. decr. Anselm. lib. 6. c. 47.*

Dist. 66. Petrò c.

CAP. V.

Cur nobis inconsultis Episcopos Antiochiam conuocastis, ad quam nec Maximus Hierosolymitanus venit, nec nostra interfuit legatio? *Iul. epist. 2. post princ.*

CAP. VI.

De Hierosolymitano Episcopo, & de Proterio Alexandrino, & de Theophili Alexandrini de Paschate opinione. *Leo epist. 43. al. 66. ad Iulian. Episc.*

CAP. VII.

Ad Iuuenalem Hierosolym. Episcopum. *Leo ep. 47. al. epist. 70.*

CAP. VIII.

Constantinopolitanus, & Hierosolymitanus Antistites, licet dicantur Patriarchæ, non tantæ tamen auctoritatis, quantæ Alexandrinus, & Antiochenus existunt. Hierosolymitanus enim Præsul, licet & ipse Patriarcha dicatur, & secundùm antiquam consuetudinem, ac Nicænam synodum honorandus sit, salua tamen Metropoli propria dignitate: sed & in eadem sancta, & magna synodo nequaquam Hierosolymitanus, sed Aliæ Episcopus dicitur. *Nic. ad consulta Bulg. c. 92.*

CAP. IX.

Hierosolymitanus Episcopus pro tanti loci reuerentia ab omnibus habetur honorabilis: maximè quod illic primus beatissimus Iacobus, qui dicebatur Iustus, qui etiam secundùm carnem frater Domini nuncupatus est, à Petro, Iacobo, & Ioanne Apostolis est Episcopus ordinatus. Itaque secundùm antiquiorum Patrum definitionem, sedes prima in Hierosolymis esse minimè dicitur: ne fortè ab infidelibus, aut idiotis sedes Domini nostri Iesu Christi, quæ in cælo est, in terra esse putaretur. *Incert. in præfatione Nicæni Concil.*

CAP. X.

Tantum Hierosolymitanæ Ecclesiæ omnes fauorem impendunt, quasi matri Christiani nominis, vt nemo audeat ab ea se discernere. *Iustinus Imp. ep. 2. ad Hormisd. cuius initium est: Quo fuimus.*

De Patriarcha Constantinopolitano. Tit. VI.

CAPVT I.

Constantinopoleos Episcopus habeat honoris priuilegia (*Primatus honorem l.*) post Rom. Episcopum, cum sit noua Roma. *CP. 3. G. 5. L. refert Chalc. c. 28. & Trul. 36. Hos canones tamen à Rom. Pontif. confirmatos non fuisse constat ex c. xiij. & sequentibus.*

Dist. 22. 3. Constantinopoli.

CAP. II.

Episcopi CL. in synodo CP. sub Theodosio maiore, iusta ratione moti dederunt paria priuilegia sedi CP. Nouæ Romæ, quæ olim Patres Antiquæ Romæ dederant. Cùm enim imperio, & senatu decoretur, in Ecclesiasticis quoque rebus erat magnificanda: cum post illam secunda sit. Metropolitani Pontifices, & Asianæ, & Thraciæ diœceseos, & in barbaricis Episcopi, à sola eadem sede CP. ordinentur. Ipsi verò Metropolitani cum suis Episcopis in singulis suis diœcesibus Episcopos ordinent, vt diuinis canonibus continetur. Ipsi verò ab Archiepiscopo CP. ordinentur, decreta verò ex more fiant, & referantur. *Chal. 28. refert Trul. 36.*

CAP. III.

Confirmauimus CL. sanctorum Patrum, qui Constantinopoli congregati sunt, regulã sub piæ memoriæ Theodosio, quæ præcepit post vestram sanctissimam, & Apostolicam sedem honorem habere Constantinopolitanam, quæ secunda est ordinata. *Chalc. syno. ad Leonem in fi. act. 3.*

V. notationem c. superiori.

CAP. IV.

(*Anthimo CP. vel Trapezuntio*) suffectus est Mennas ab Agapeto præsente, & à temporibus Petri Apostoli, nullum alium Orientalis Ecclesia suscepit Episcopum manibus sedis Apostolicæ ordinatum. *ex. v. syn. act. 3.*

CAP. V.

Si Metropolitanus in sua Ecclesia non constituat œconomum, CP. Episcopus sua auctoritate constituat. *Nic. ij. c. 11. Ivo par. 5. cap. 374. 3. decr.*

9. q. 3. cū simonic.

CAP. VI.

Missæ sunt & aliæ litteræ à sanctissimo Papa veteris Romæ ad Tharasium sanctissimum, Patriarcham nostrum, &c. Dilecto fratri Tharasio Patriarchæ, Hadrianus seruus

cti corpus agere, manúmque dexteram eius capiti suo imponere, & sepulto manibus suis, accipere collo suo B. Marci pallium, & tunc legitimè sedere. *Liberat.c.20.*

CAP. XV.

Gelasij temporibus iterum venit relatio de Græcia, eo quòd multa mala, & homicidia fierent à Petro, & Acacio CP. Eodem tempore fugiens Ioannes Alexandrinus Episcopus Catholicus venit Romam ad sedem Apostolicam, quem beatus Gelasius suscepit cum gloria, cui etiam & secundam sedem præbuit. *Ex Pontif.*

CAP. XVI.

De Timotheo, & Petro Alexandrinis Episcopis, *Acacius ad Simplic. Felix iij. ad Acac. CP. Episcopum ep.1.*

De Patriarcha Antiocheno. Tit. IV.

CAPVT I.

Ne Episcopus Antiochenus ordinationes in Cypro administraret. *Ephes.decretum.*

CAP. II.

Tertia sedes apud Antiochiam beatissimi Petri nomine habetur honorabilis, eo quòd illic, priusquam Romam venisset, habitauit; & illic primum nomen Christianorum nouellæ gentis exortum est. *Gelas.& syn. lxx. Episcoporum. Vide ante Conc. Nica.*

CAP. III.

Dilectissimis fratribus vniuersis Episcopis per Antiochenam prouinciam constitutis, Marcellus, &c. [Rogamus ergo vos fratres, vt non aliud doceatis, neque sentiatis, quàm quod à Beato Petro Apostolo, & à reliquis Apostolis, & Patribus accepistis. Ab illo enim primo instructi estis, ideo non oportet vos proprium derelinquere Patrem, & alios sequi. Ipse enim caput est totius Ecclesiæ, cui ait Dominus: Tu es Petrus, &c. Eius enim sedes primitus apud vos fuit, quæ postea iubente Domino Romam translata est, &c. Si vestra verò Antiochena, quæ olim prima erat, Romanæ cessit sedi; nulla est, quæ eius non subiecta sit ditioni, &c. *Marcellus ep.1. in princ. Anselm. lib.1. cap.15.*

24.q.1.c.15.

Matt.16.c.

CAP. IV.

Ecclesia Antiochena, quam priusquam ad vrbem perueniret Romam, beatus Apostolus Petrus sua præsentia illustrauit, velut germana Ecclesię Romanæ diu se ab eodem alienam esse non passa est, &c. Ipsius ciuitatis Episcopus (ejt) frater meus Alexander, &c. *Inn.ep.14.*

CAP. V.

De Alexandro Antiocheno Episcopo. *Innocent.ep.14.15.16.17.18.19.*

CAP. VI.

Reuoluentes auctoritatem Nicænæ synodi, quæ vna omnium per orbem terrarum explicat mentem Sacerdotum, quæ censuit de Antiochena Ecclesia, cunctis fidelibus ne dixerim Sacerdotibus esse necessarium custodire; quam super diœcesim suam prædictam Ecclesiam, non super aliquam prouinciam, recognoscimus constitutam. Vnde aduertimus, non tam pro ciuitatis magnificentia hoc eidem attributum, quàm quod prima primi Apostoli sedes esse monstretur, vbi & nomen accepit religio Christiana, & quæ conuentum Apostolorum apud se fieri celeberrimum meruit, quæque vrbis Romæ sedi non cederet, nisi quod illa in transitu meruit, ista susceptum apud se, consummatúmque gaudet. *Inn. ep.18. in princ. ad Alex. Epis.*

CAP. VII.

Antiochena Ecclesia, in qua primum prædicante Apostolo Petro Christianum nomen exortum est, in paternæ constitutionis ordine perseueret, & in tertio gradu collocata nunquam se fiat inferior. *Leo ep.51. in fine ad Anatolium CP. Vide de eadem re ep. 52. 53. 57.*

CAP. VIII.

Oportet dilectionem tuam toto corde perspicere, cuius Ecclesiæ gubernaculis te Dominus voluerit præsidere (*loquitur de Ecclesia Antiochena*) & cuius meminisse doctrinæ, quam præcipuus Apostolorum omnium beatissimus Petrus per totum mundum quidem vniformi prædicatione, sed speciali magisterio in Antiochena, & Romana vrbe fundauit, &c. Neque vllo modo sinas in Orientalibus Ecclesiis, maximéque in his, quas Antiochenæ sedi sacratissimorum Patrum Nicæni canones deputauere, ab improbis hæreticis Euangelio insultari, &c. Dignum est enim, te Apostolicæ sedis in hac sollicitudine consortem, & ad augendam fiduciam priuilegia tertiæ sedis agnoscere, vt in nullo cuiusquam ambitione minuantur, &c. *Leo epist.60. ad Maximum Antiochen. Episc. post princ.* M.66. hac.

CAP. IX.

Antiochena tertia sedes. *Gelas. ep.4. ad Faustum, & 6. ad Episcopos Dardaniæ.*

CAP. X.

Contra Petrum Antiochenum, & de Calendione Antiocheno. *Gelas. ep.4. ad Faust.*

CAP. XI.

Importabilibus verbis impiè garrulasti, & non iudicasti cedere prædictis sanctis Patribus, qui ornarunt sedem beatæ memoriæ, & multum triumphantis Ignatij Martyris, cuius tu indignus existis, &c. *Felix iv. ad Petrum Antioch. Episc. ante v. syn. in prin.*

CAP. XII.

Petrus primogenitus, & diaboli filius, & qui sanctæ Antiochenæ Ecclesiæ indignissimè se ingessit, sanctámq; sedem Pontificatus Ignatij Martyris polluit, qui Petri dextera Episcopus ordinatus est, Eustathique Confessoris, ac Præsidentis cccxviij. Patrum, qui in Nicæa conuenerunt, &c. *Felix iv. in epist. ad Zenonem Imperator. ante v. syno. ante medium epist.*

De Patriarcha Hierosolymitano. Tit. V.

CAPVT I.

Dist. 63. quoniam mos. 7. Quoniam consuetudo viget, & antiqua traditio est, vt Æliensis Episcopus honoretur: habeat is quidem honorem, sed Metropoli sua dignitas seruetur. *Nicæ. cap. 7. Vide Calced. act. 6. in princ.*

Cap. II.

Erat quidam Sacerdos, nomine Polychronius, Episcopus Hierosolymitanus. Is per imprudentiam senectutis dicebat, quod Hierusalem prima sedes esset, & ore superbo quasi superiorem affirmabat se Pontificem esse, & summum Sacerdotem, & accepto munere ordinabat Episcopos, Presbyteros, diaconos, & Ecclesias dedicabat. Contra quem Xystus iij. synodum congregauit. *Synod. Romana sub Xysto. 3. in expurgatione Polychrony.*

Cap. III.

Clemens Iacobo fratri Domini, & Episcopo Episcoporum regenti Hebræorum sanctam Ecclesiam Hierosolymis: sed & omnes Ecclesias, quæ vbique Dei prouidentia fundatæ sunt cum presbyteris, & diaconibus, & cæteris omnibus fratribus pax sit semper. *Cle. epist. 1. in prin.*

Cap. IV.

Dist. 66. Porro c. Hierosolymitarum primus Archiepiscopus beatus Iacobus Iustus frater Domini à Petro, Iacobo, & Ioanne Apostolis est ordinatus. *Anacl. ep. 2. in princ. refert Anicet. epist. 1. in princ. Burch. lib. 1. c. 15. Iuo lib. 3. tit. 2. c. 10. panor. & p. 5. c. 69. decr. Anselm. lib. 6. c. 47.*

Cap. V.

Cur nobis inconsultis Episcopos Antiochiam conuocastis, ad quam nec Maximus Hierosolymitanus venit, nec nostra interfuit legatio? *Iul. epist. 2. post princ.*

Cap. VI.

De Hierosolymitano Episcopo, & de Proterio Alexandrino, & de Theophili Alexandrini de Paschate opinione. *Leo epist. 43. al. 66. ad Iulian. Episc.*

Cap. VII.

Ad Iuuenalem Hierosolym. Episcopum. *Leo ep. 47. al. epist. 70.*

Cap. VIII.

Constantinopolitanus, & Hierosolymitanus Antistites, licet dicantur Patriarchæ, non tantæ tamen auctoritatis, quantæ Alexandrinus, & Antiochenus existunt. Hierosolymitanus enim Præsul, licet & ipse Patriarcha dicatur, & secundùm antiquam consuetudinem, ac Nicænam synodum honorandus sit, salua tamen Metropoli propria dignitate: sed & in eadem sancta, & magna synodo nequaquam Hierosolymitanus, sed Aliæ Episcopus dicitur. *Nic. ad consulta Bulg. c. 92.*

Cap. IX.

Hierosolymitanus Episcopus pro tanti loci reuerentia ab omnibus habetur honorabilis: maximè quod illic primus beatissimus Iacobus, qui dicebatur Iustus, qui etiam secundùm carnem frater Domini nuncupatus est, à Petro, Iacobo, & Ioanne Apostolis est Episcopus ordinatus. Itaque secundùm antiquiorum Patrum definitionem, sedes prima in Hierosolymis esse minimè dicitur: ne fortè ab infidelibus, aut idiotis sedes Domini nostri Iesu Christi, quæ in cælo est, in terra esse putaretur. *Incert. in præfation. Nicæni Concil.*

Cap. X.

Tantum Hierosolymitanæ Ecclesiæ omnes fauorem impendunt, quasi matri Christiani nominis, vt nemo audeat ab ea se discernere. *Iustinus Imp. ep. 2. ad Hormisd. cuius initium est: Quo fuimus.*

De Patriarcha Constantinopolitano. Tit. VI.

CAPVT I.

Constantinopoleos Episcopus habeat honoris priuilegia (*Primatus honorem I.*) post Rom. Episcopum, cum sit noua Roma. CP. 3. G. 5. *L. refert Chalc. c. 28. & Trul. 36. Hos canones tanta Rom. Pontif. confirmatos non fuisse constat ex c. xiij. & sequentibus.* Dist. 22. 3. Constantinopolitana.

Cap. II.

Episcopi CL. in synodo CP. sub Theodosio maiore, iusta ratione moti dederunt paria priuilegia sedi CP. Nouæ Romæ, quæ olim Patres Antiquæ Romæ dederant. Cùm enim imperio, & senatu decoretur, in Ecclesiasticis quoque rebus erat magnificanda: cum post illam secunda sit. Metropolitani Pontifices, & Asianæ, & Thraciæ diœceseos, & in barbaricis Episcopi, à sola eadem sede CP. ordinentur. Ipsi verò Metropolitani cum suis Episcopis in singulis suis diœcesibus Episcopos ordinent, vt diuinis canonibus continetur. Ipsi verò ab Archiepiscopo CP. ordinentur, decreta verò ex more fiant, & referantur. *Chal. 28. refert Trul. 36.*

Cap. III.

Confirmauimus CL. sanctorum Patrum, qui Constantinopoli congregati sunt, regulā sub piæ memoriæ Theodosio, quæ præcepit post vestram sanctissimam, & Apostolicam sedem honorem habere Constantinopolitanam, quæ secunda est ordinata. *Chalc. syno. ad Leonem in fi. act. 3.* v. notationem c. superiorem.

Cap. IV.

(*Anthimo CP. vel Trapezuntio*) suffectus est Mennas ab Agapeto præsente, & à temporibus Petri Apostoli, nullum alium Orientalis Ecclesia suscepit Episcopum manibus sedis Apostolicæ ordinatum. *In. v. syn. act. 3.*

Cap. V.

Si Metropolitanus in sua Ecclesia non constituat œconomum, CP. Episcopus sua auctoritate constituat. *Nic. 7. c. 11. Iuo par. 5. cap. 374. 3. decr.* 9. q. 3. cū simus. c.

Cap. VI.

Missæ sunt & aliæ litteræ à sanctissimo Papa veteris Romæ ad Tharasium sanctissimum, Patriarcham nostrum, &c. Dilecto fratri Tharasio Patriarchæ, Hadrianus seruus

seruorum Dei salutem. Pastoralibus curis, &c. *vij. syn. act. 2.* CAP. VII.

Beatissimo, & sanctissimo Domino Tharasio Archiepiscopo CP. Patriarchæ, Orientales Pontifices, & Sacerdotes in Domino gaudere. Lectis. &c. *vij. syn. act. 3.*

CAP. VIII.

Petrus deuotissimus presbyter locum tenens sanctissimi Papæ Romani è charta legit. Tharasio sanctissimo Archiepiscopo CP. nouæ Romæ Patriarchæ, & omni sacræ, & vniuersali synodo Petrus Primas Presbyterorum sanctissimæ Ecclesiæ sancti, & omnibus sæculis celebrari Petri Apostoli, & Petrus presbyter, & præses sancti Sabæ, ambo Vicarij Hadriani sanctissimi Papæ veteris Romæ. Iustum, &c. *vij. syn. act. 5. in fine.*

CAP. IX.

Definiuit sancta synodus, vt si qui ex Italia clerici, vel laïci, vel Episcopi in Asia, vel Europa, vel Libya † commorantes, à sanctissimo Papa Ioanne sub vinculo, aut depositione, aut anathemate positi sint; hi etiam sint apud sanctiss. Patriarcham CP. Photium in eodem genere pœnæ, hoc est vel depositi, vel anathemate vincti. Quos verò Photius sanctiss. noster Patriarcha clericos, vel laïcos, vel ex maioribus, vel minoribus Pontificibus in quacumque parœcia sub excommunicatione, vel depositione, vel anathemate posuerit: etiam sanctiss. Papa Ioannes, & quæ sub eo est, sancta Dei Romanorum Ecclesia habeat eos in eodem genere pœnæ: nullum tamen priuilegiis sedis sanctissimæ Romanorum Ecclesiæ, & eius Antistitis præiudicium, aut nunc, aut futuris temporibus oriatur. *Syn. viij. vel ix. CP. sub Ioanne viij. c. 1. Hæc synodus damnata fuit à Romano Pontif.*

† Africa.

CAP. X.

De Ioanne Mirando Episcopo (CP.) *Inn. ep. 14. 16. 18. 19.* CAP. XI.

De Attico CP. Episcopo. *Vide Innoc. ep. 14. 16 17.* CAP. XII.

De Flauiano CP. Episcopo. *Leo. ep. 2. 3. 4. 5. &c. vel 7. 8. 9. 10. &c.* CAP. XIII.

Post consecrationem Antiocheni Episcopi, quam tibimet contra canonicam regulam vindicasti, &c. sacratissimas Nicænorum canonum cõstitutiones conaris infringere, quo secundi honoris priuilegium sedes Alexandrina perderet, & Antiochena Ecclesia proprietatem tertiæ dignitatis amitteret: vt his locis iuri tuo subditis, omnes Metropolitani Episcopi proprio honore priuentur, &c. *Leo ep. 28. al. 51. ad Anatolium CP. post prin.*

CAP. XIV.

Persuasioni tuæ in nullo penitus suffragatur quorundam Episcoporum ante sexaginta, vt iactas, annos facta subscriptio, nunquámque à prædecessoribus tuis ad Apostolicæ sedis transmissa notitiam; cui ab initio sui caducæ, dudúmque collapsæ, sera nunc, & inutilia subiicere fomenta voluisti, eliciendo à fratribus speciem consensionis, quam tibi in suam iniuriam verecundia fatigata præberet. *Leo in ead. ep. 51. ad Anatolium Episcopum CP. post med.*

CAP. XV.

Agite, quod & Christianæ est probitatis, & Regiæ, vt prædictus Episcopus (*Constantinop.*) pareat Patribus, consulat paci, neque sibi æstimet licuisse, quod Antiochenæ Ecclesiæ, sine vllo exemplo, contra statuta canonum, Episcopum ordinare præsumpsit; quod nos amore reparandæ fidei, & pacis studio retractare cessauimus. *Leo ep. 29. al. 52. in fine ad Marcian. Aug.*

CAP. XVI.

Frater, & coepiscopus meus Anatolius parum considerauit, quanto pietatis vestræ beneficio, & mei fauoris assensu, Constantinopolitanæ Ecclesiæ Sacerdotium fuerit consecutus: & non tam de adeptis gauisus, quàm de immodicis appetendis supra mensuram sui honoris accensus est, credens, huic tam intemperanti cupiditati posse prodesse, quàm ei quorundam consensum præbuisse dicitur, extorta subscriptio, cùm tam destruendis inox conatibus contradictio fratrum, & coepiscoporum meorum vicem meam agentium fideliter, & laudabiliter obuiaret. Quoniam contra statuta paternorum canonum, quæ ante longissimæ ætatis annos in vrbe Nicæna spiritualibus sunt fundata decretis, nihil cuique addere conceditur, &c. Constantinopolitanæ verò Præsuli Ecclesiæ, quia ampliùs, quàm assecutus est, concupiscit, quid illi satisfaciet, si tantæ vrbis magnificentia, & claritudo non sufficit? Superbum nimis est, & immoderatum, vltra fines proprios tendere, & antiquitate calcata, alienum ius velle præripere, atque vt vnius crescat dignitas, tot Metropolitanorum impugnare primatus, quietísque prouinciis, & olim sanctæ synodi Nicænæ moderatione depositis, bellum nouæ perturbationis referre, atque vt venerabilium Patrum decreta soluantur, quorundam Episcoporum proferre consensum, qui tot annorum series negauit effectum. Nam sexagesimus ferè annus huius iactantiæ esse iactatur, qua se prædictus Episcopus æstimat adiuuari, frustrà cupiens id sibi prodesse, quod etiam si quisquam ausus est velle, nullus tamen potuit obtinere. *Leo ep. 53. ad Pulcheriam, post prin.*

CAP. XVII.

De custodiendis sanctorum Patrum statutis, quæ in synodo Nicæna inuiolabilibus sunt fixa decretis, obseruantiam vestræ sanctitatis admoneo, vt iura Ecclesiarum, sicut ab illis cccxviij. Patribus diuinitus inspiratis sunt ordinata, permaneant. Nihil alienum improbus ambitus concupiscat: nec per alterius imminutionem suũ aliquis quærat augmentum. Quantumlibet enim extortis assentationibus sese instruat vanitatis elatio, & appetitus suos Conciliorum æstimet nomine roborandos, infirmum, atque irritum erit, quid

quidquid à prædictorum Patrum canonibus discreparit. Quorum regulis Apostolica sedes, quàm reuerenter vtatur, scriptorum meorum quibus CP. Antistitis conatus repuli, poterit sanctitas vestra lectione cognoscere. *Leo ep. 59. ad Syn. Chalced. in fin.*

C A P. XVIII.

De Anatolio, Flauiano, Attico, Proclo, Ioanne CP. Episcopis. *Leo ep. 45. al. 69. ad Anatolium episcopum.*

C A P. XIX.

Ne fortè, quod solent, dicant, quod si synodus Chalcedonensis admittitur; omnia constare debeant, quæ illic videntur esse deprompta, &c. Cognoscant illud secundùm scripturas sanctas, traditionémque maiorum, secundùm canones, regulásque Ecclesiæ, pro fide communi, & veritate Catholica, & Apostolica, pro qua hanc fieri sedes Apostolica delegauit, factámque firmauit, à tota Ecclesia indubitanter admitti: alia autem, quæ per incompetentem præsumptionem illic prolata sunt, vel potius ventilata, quæ sedes Apostolica gerenda nullatenus delegauit, mox à Vicariis sedis Apostolicæ contradicta, manifestum est, quæ sedes Apostolica, etiam petente Marciano Principe, nullatenus approbauit, quæ Præsul Ecclesiæ Constantinopolitanæ tunc Anatolius, nec se præsumpsisse professus est, & in Apostolicæ sedis Antistitis non negauit posita potestate: quæ ideo sedes Apostolica non recepit, quia quę priuilegus vniuersalis Ecclesiæ contraria probantur, nulla ratione sustinet. *Gelas. in tom. de Anathem. in prin.*

C A P. XX.

Qua traditione maiorum Apostolicam sedem in iudicium vocant? &c. Cęterùm isti, qui sacri, qui Ecclesiastici, qui legitimi celebrantur, sedem Apostolicam ad iudicium vocare non possunt: & Constantinopolitanæ ciuitatis Episcopus, qui vtique per canones inter sedes nullum nomen accepit, in communionem recidens perfidorum, non debuit submoueri? An, qui homini mentitus dicitur Imperatori, & qui Imperatorem læsisse prohibentur, depelli debuerunt: & in Deum, qui summus, & verus est Imperator, Acacium delinquentem, sincerámque communionem diuini sacramenti studentem miscere cum perfidis, secundùm synodum, qua hæc est damnata perfidia, non oportebat excludi? *Gelas. epist. 4. ad Faustum post med. Ivo par. 5. cap. 9. decr. & ep. 1. ad Richer. Senonen.* (Dist. 22. c. 5.)

C A P. XXI.

Cuius sedis Episcopus (CP.)? cuius Metropolitanę ciuitatis Antistes? nonne Parochiæ Heracliensis Ecclesię? *Gelas. ep. 6. ad episc. Dard. ante med. Ansel. lib. 2. cap. 24. & lib. 12. c. 69.*

C A P. XXII.

Risimus, quod prærogatiuam volunt Acacio comparari, quòd Episcopus fuerit regiæ ciuitatis. Nunquid apud Mediolanum, Rauennam, Sirmium, Treuiros multis temporibus non constitit Imperator? &c. Si certè de dignitate agitur ciuitatum, secundæ sedis, & tertiæ maior est dignitas Sacerdotum, quàm eius ciuitatis, quæ non solùm inter sedes minimè numeratur, sed nec inter Metropolitanorum iura censetur. *Gelas. epist. 6. ad Episcopos Dardan. post med. Nic. ep. ad Mich. Imp. ante med. Anselm. lib. 12. cap. 69.*

C A P. XXIII.

Multa contra Ioan. CP. Episcopum, qui se vniuersalem appellabat, & Concilium generale conuocabat. *Pelag. ij. ep. ij. prin.*] Nullus Patriarcharum hoc tam profano vocabulo vnquam vtatur: quia si vnus † Patriarcha vniuersalis dicitur, Patriarcharum nomen cæteris derogatur, &c. *Pelag. ij. ibid. Ansel. lib. 6. c. 123. Tarrac. lib. 3. c. 65.* (Dist. 99. c. 4.) († summus.)

C A P. XXIV.

Constantinopolitanus, & Hierosolymitanus Antistites, licet dicantur Patriarchæ, non tantæ tamen auctoritatis, quantæ Alexandrinus, & Antiochenus existunt. Nam Constantinopolitanam Ecclesiam, nec Apostolorum quisquam instituit, nec Nicæna synodus, quæ cunctis synodis celebrior, & venerabilior est, eius mentionem aliquam fecit, sed solùm quia Constantinopolis noua Roma dicta est, fauore Principum, potius quàm ratione, Patriarcha eius Pontifex appellatus est. *Nicolaus ad consulta Bulgarorum cap. 92.*

C A P. XXV.

Renouantes canonem CP. & Chalced. definimus, vt CP. sedes æqualibus priuilegiis fruatur cum sede antiquioris Romæ, & in Ecclesiasticis rebus, vt illa magni fiat, secundum habens post illam locum; post quam Alexandrina sit, deinde Antiochena, postea Hierosolymitana. *Trul. 36. Vide CP. 3. C. 5. L. Chal. 28.* (Dist. 22. c. 6.)

C A P. XXVI.

Præsidente sanctissimo, & beatissimo Domino nostro œcumenico Archiepiscopo, & Patriarcha Menna, &c. Euphemius Deo amãtissimus Diaconus, & primicerius Notariorum dixit. *In v. syn. CP. in princ. De œcumenici, vel vniuersalis nomine, quod Patriarcha CP. sibi vsurpabat, vide c. 26.*

C A P. XXVII.

Quemadmodum continent litteræ sanctissimi Papæ veteris Romæ Hadriani, & secundùm sententiam beatissimi, & vniuersalis Patriarchæ Tarasij, sic sentio, &c. *Basilius Ancyra Episc. vij. syn. act. 2. post epist. Hadr. ad Taras.*

C A P. XXVIII.

Licet sedes Apostolica nunc vsque contradicat, (*priuilegus CP. Episcopi*) quod à synodo, (*Chalced.*) firmatum est, Imperator. patrocinio permanet quodammodo. *Liberat. c. 13.*

C A P. XXIX.

Imp. Pius Pacificus Fl. Constantinus fidelis in Iesu Christo Deo, Georgio sanctiss. ac beatiss. Archiepiscopo CP. & vniuersali Patriarchæ. *Constantinus ru. ante vj. synodum.*

capitulo 12. Cæsaraug. lib. 3. cap. 9.

CAP. IV.

dist. 79. c. 1. & 9. si quis. Auctoritate Apostolica decernimus, quod in aliis conuentibus nostris decreuimus; vt si quis pecunia, vel gratia humana, vel populari, seu militari tumultu, sine concordi, & canonica electione, ac benedictione Cardinalium Episcoporum, ac deinde frequentium ordinum, religiosorum, clericorum fuerit Apostolicæ sedi inthronizatus, nõ Papa, vel Apostolicus, sed Apostaticus habeatur, liceàtque Cardinalibus Episcopis cum religiosis, & Deum timentibus clericis, & laïcis inuasorem etiam cum anathemate, & humano auxilio, & studio à sede Apostolica repellere, & quem dignè iudicauerint proponere, &c. *Nicol. ij. in fin. Ivo, Ansel. 5. Cæsaraugust. 5. & capitulo 10.*

CAP. V.

Ad communem causam piè, & fideliter exequendam fratres nostros Iulianum Episcopum, & Renatum presbyterũ tituli S. Clemẽtis, sed & filium meum Hilarium diaconum vice nostra direximus, &c. *Leo epist. 10. al. 5. ad Flavian. CP. episc. in fin.*

CAP. VI.

Stephanus statuit, vt omni die dominico à septem Episcopis Cardinalibus hebdomadariis, qui in Ecclesia Saluatoris obseruant, missarum solemnia super altare B. Petri celebrentur, & Gloria in excelsis Deo dicatur. *Stephan. iij. dictus iv. cum concil. Lateran. Anastas. bibliothecar. in eius vita. Pontific.*

CAP. VII.

Secundùm piissimam iussionem à Deo protegendæ mansuetudinis vestræ, pro obedientia, quam debuimus, non pro confidentia eorum scientiæ, quos dirigimus, præsentes famulos nostros Abundantium, & Ioannem reuerẽdissimos fratres nostros episcopos i Theodorũ & Georgium dilectissimos filios nostros presbyteros, cum dilectissimo filio nostro Ioanne Diacono, & Constantino Subdiacono; Sanctæ huius spiritualis matris Apostolicæ sedis; nec non & Theodorum presbyterum Legatum Sanctæ Rauennat. Ecclesiæ, & religiosos seruos Dei monachos cum scriptutarum cordis deuotione curauimus demandare, &c. *Agatho epist. ad Constantinum maiorem, Heraclium, & Tyberium, Aug. v. Synodum vj. General. CP. iij. & Sacram Imperat. Constant. ad Georgium Patriarcham.*

CAP. VIII.

His igitur vestræ serenitatis auribus intimatis, sciat, &c. Missos sibi à Præsulatu nostro, Deo auctore, destinatos, Donatum videlicet reuerendissimum, & sanctissimum Sanctę Ecclesiæ Ostiensis Episcopum, & religiosos, ac venerabiles Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Leonem tituli Sancti Christi martyris Laurentij, qui appellatur Damasi presbyteri, † atque Marinum Apostolicæ nostræ sedis diaconum, &c. *Nicolaus, in epistol. ad Michael. Imperat. incipit, quanto maiora, prope finem, & in epist. ad Bardam Cæsarem incipientem. Postquam Dei, in medio. v. etiam epist. 70. ad Hincmar. Archiepisc. Rhemen. Pontificale in eius vita.*

† presbyterum &.

CAP. IX.

Nos ei (*Philippo Francorum Regi in causa diuortij cum Regina Elisabeth*) post restitutionem Reginæ, super hoc venerabilem fratrem nostrum Ostiensem Episcopum, & dilectum filium I. Tituli, S. Priscæ presbyterum Cardinalem cognitores duximus deputandos, &c. *Innoc. iij. ad V V. montis Pessulan.*

c. per venerabilẽ, qui filij sint legitimi 1. præterea ij. apud Gregor. ix. & in 3. col. c. 2.

CAP. X.

Marcus constituit, vt episcopus Ostiensis, qui consecrat Episcopum vrbis, tunc pallio vteretur, & ab eodem Episcopus vrbis Romę consecraretur. *Damas. in Marci.*

CAP. XI.

Vrbanum ij. tres Episcopi Cardinales, Portuen. Tusculanen. Albanens. Summum Pontificem elegerunt, acclamante populo, &c. *Cassin. chronicon. lib. 4. c. 2. Petri diaconi.*

De presbyteris Cardinalibus.

Tit. XXII.

PARS SECVNDA.

CAPVT I.

Osius Episcopus ciuitatis Cordubensis Romanum Pontificis legatus, Victor, † & Vincentius Romani presbyteri Arium damnarunt, Omousion definierunt, & pro venerabili viro Papa, & Episcopo, inquiunt, nostro Siluestro subscripsimus, ante omnes alios cccxviij. *Synodus Nicæ. act. 5. Leon. ix. epist. ad Petr. Antiochens. in fin. & Grego. vij. lib. 6. regist. epist. 2. ante medium.*

† Victus.

CAP. II.

Beatissimo Papæ vrbis Romæ cum omni reuerentia colendo Syluestro, Osius Episcopus Prouinciæ Hispaniæ Ciuitatis Cordubensis, & Macarius Episcopus Ecclesiæ CP. & Victor, & Vincentius presbyteri vrbis Romę, ordinati ex directione tua, &c. Quidquid constituimus in concilio Nicæno precamur vestri oris consortio confirmetur. *Nicæ concil. ad Syluestrum. in fine. Anselm. libro 1. capitulo 58.*

CAP. III.

Misimus ad vos Arcadium, & Proiectum Episcopos, & Philippum presbyterum Sanctos fratres, vnanimésque ac probatos nostros comministros, qui nostra in se cura suscepta, actis vestris intererunt, quæque à vobis sunt constituta suo calculo denuo confirmabunt. *Cælest. in epist. ad conc. Ephes. in eo lecta in actis t. 2. c. 14.*

CAP. IV.

Consulatu dominorum nostrorum semper Augustorum Blauij quidem Theodosij xiij.

Valentiniani verò iij. vi. Id. Iul. &c. Ephesi synodo piissimis ac Deo dilectissimis Episcopis nominatis in piissimi Memnonis Episcopi Basilica considentibus introierunt, vnáque cùm cæteris consederunt qui ex Italia venerant. videlicet Arcadius, & Proiectus piissimi, Deóque dilectissimi Episcopi, & legati; necnon Philippus Deo addictissimus presbyter, Apostolicæque sedis legatus. Postquam autem consedissent omnes, Philippus Apostolicæ sedis presbyter, & legatus dixit, &c. *In conc. Ephes. generali to. 2. c. 15. in actis.*

CAP. V.

Philippus presbyter, & Apostolicæ Sedis legatus dixit: nulli dubium immo sæculis omnibus notum est, sanctum, beatissimúmq; Petrum Apostolorum Principem, & caput, fideique columnam, Ecclesiæ Catholicæ fundamentum, à Domino nostro Iesu Christo cœlestis Regni claues accepisse, soluendique atque ligandi potestate, quàm acceperat, vsum fuisse; necnon per successores suos hucusque semper viuere, causasque discernere, semperque victurum esse. Huius itaque ordinarius successor, & vicarius sanctus, beatissimusque Papa, & Episcopus noster Cælestinus nos pro se quasi Vicarios ad hanc sanctam Synodum misit, &c. *in concil. Ephes. act. 10. 2. c. 16.*

CAP. VI.

Paschasinus Episcopus Ecclesiæ Lilybitanæ vice Beatissimi, atque Apostolici vniuersalis Ecclesiæ Papæ vrbis Romæ Leonis sanctæ Synodo præsidens, in Dioscori damnatione consensu vniuersalis concilij subscripsi. Lucentius Episcopus Esculanæ Ciuitatis; similiter Cælius, Bonifacius presbyter Ecclesiæ Romanæ similiter, &c. Iulianus Episcopus Coo, & Legatus Ecclesiæ Rom. subscripsi, &c. *Calcedon. act. 5. ad fin. & act. 6. 8. 10. & D. Leo. epist. 45. ad Synod. Chalcedon. in principio.*

CAP. VII.

Agatho Rom. Pontif. direxit Abundantiũ Paternensem, Ioannem Regitanum, & Ioan. Portuensem Episcopos, Theodorũ, & Georgium presbyteros, Ioannem diaconum, & Constantinum subdiaconum, Theodorum presbyterum Rauennatem, atque religiosos seruos Dei Monachos CP. vt eius vice præsiderent. *vj. Synodo generali iij. CP. v. Pontificale in Agathone, & Leone ij. ad Constantinum iv. fin. eiusdem Synodi.*

CAP. VIII.

Synodus generalis Nicæ congregatur Petro viro religiosissimo Archipresbytero, quæ Romæ est, Sanctissimæ B. Petri Apostoli Ecclesiæ, præterea Petro piissimo Monacho, & gubernatore monasterij S. Sabbæ apud Romanos vicariis existentibus Apostolicæ sedis, cui præerat Sanctissimus, Beatissimusque Archiepiscopus veteris Romæ Hadrianus, &c. præsentibus ac præsidentibus, qui etiam primi ante omnes Episcopos subscripsere. *vij. Synodus generalis ij. Nicæ in principio.*

CAP. IX.

Presbyter Cardinalis, nisi xliv. † testibus non damnabitur. Diaconus autem Cardinarius † constitutus vrbis Romæ, nisi in xxvj. † &c. *Siluest. in epist. Rom. syn. Idem c. 3. syn. Rom. cc. xxciv. Episc. Hadr. c. 68. ad Episcop. Mediom. Magun. sub Arnul. cap. 12. Capit. lib. 1. c. 139. Iuo lib. 4. tit. 8. c. 7. panor. & par. 6. cap. 334. decr. Deus d. c. 3.* 2. quæ. 4. Præsul. c. 2. † lxxiv. † Cardinalis † xxxvij.

CAP. X.

Subscripserunt presbyteri numero lxvij. Cœlius Laurentius Archipresbyter tit. sanctę Praxedis his subscripsi, &c. Asterius presbyter tituli sancti Pudentis. Andreas presbyter tit. sancti Matthęi, &c. *In subscriptionibus synod. Romana prima sub Symmacho.*

CAP. XI.

Subscriptio presbyterorum. Laurentius presbyter tituli sancti Siluestri subscripsit. Ioannes presbyter sancti Vitalis. Speciosus presbyter sancti Clementis, &c. *In subscriptionib. synodi Rom. sub Greg. lib. 4. c. 88. regist.*

CAP. XII.

Subscriptio presbyterorum. Silinnius humilis presbyter sanctę Romanæ Ecclesiæ, tituli sancti Laurentij, qui appellatur Lucinæ, huic constituto à nobis promulgato subscripsi. Ioannes presbyter S. Rom. Eccl. tituli S. Sixti † subscripsi Sisinnius presb. S. Rom. Ec. † Xysti f. tituli S. Cæciliæ subscripsi, &c. *in subscript. synodi Romanæ sub Greg. ij. exstat etiam in extremo registro Gregor. j.*

CAP. XIII.

Anastasius presbyter cardinis nostri, quem nos in titulo beati Marcelli martyris, atque Pontificis ordinauimus, contra statuta Patrum, propriam Ecclesiam deserẽs, &c. in alienis degit, &c. Et postea. Anastasium iam nuper excommunicatum presbyterum tituli sãcti Marcelli, &c. à sacerdotali ministerio modis omnibus remouemus, &c. Et in fine. Subscriptio presbyterorum. Romanus Archipresbyter tituli sanctę Pudentianę. Sergius presbyter tituli sancti Clementis. Leo S. Cæciliæ, &c. *Romana synodo sub Leone quarto.* *De cle. non reside. c. 2. Greg. ix. & in 1. collect.*

CAP. XIV.

Georgius Archipresbyter sanctæ Romanę Ecclesię, tituli sancti Laurentij, qui appellatur Lucinę, his sententiis, &c. manu propria subscripsi. Romanus presbyter S. Rom. Ecclesię tituli S. Ioannis, & Pauli similiter subscripsi. Maro presbyter S. R. E. tituli S. Cyriaci, similiter subscripsi, &c. *Roman. syn. sub Hadr. ij. relata in viij. syn. gen. act. 7.*

CAP. XV.

Sergium, Benedictum, atque Marinum dudum presbyteros sanctę Romanę Ecclesię, seu Leonem, Paschalem, & Ioannem dudum diaconos sanctę sedis Apostolicę, iustè, & canonicè damnatos, si aliquis, &c. inter Ecclesiasticos viros habuerit, &c. sciat se fore anathemate perculsũ, &c. *Ioa. xx. in conc. Raue. c. 8.*

CAP. XVI.

Dist. 79. c. 1. Electio Romani Pontificis in potestate Cardinalium Episcoporum sit: ita vt [si quis Apostolicæ sedi, sine præmissa concordi, & canonica electione eorum, ac deinde sequentium ordinum, &c. consensu, inthronizatur; non Papa, vel Apostolicus, sed Apostaticus habeatur. *Nicol. ij. in syn. Rom. cxiij. Episc. c. 1. Ansel. lib. 6. c. 12. in addit. Cæsar. lib. 7. c. 9.*

CAP. XVII.

Auctoritate Apostolica decernimus, quod in aliis conuentibus nostris decreuimus; vt

Dist. 79. c. 9. [si quis pecunia, vel gratia, &c. sine concordi, & canonica electione, ac benedictione Cardinalium* Episcoporum, * ac deinde sequentium ordinum religiosorum clericorum fuerit Apostolicæ sedi inthronizatus, non Papa, vel Apostolicus, sed Apostaticus habeatur. Liceatque Cardinalibus Episcopis cum religiosis clericis, & laicis inuasorem, &c. à sede Apostolica repellere, &c. *Nicol. ij. in d. syn. Rom. c. vlt. Ino par. 5. cap. 80. decr. Ansel. lib. 6. c. 13. Cæsar. lib. 3. c. 10.*

CAP. XVIII.

Guibertus contra canonum, & Romanorum Pontificum iura, nullo Cardinaliũ Episcoporum præcedente iudicio, nullo Romani cleri approbante suffragio, &c. perditionis caput effectus est, &c. Sed cùm Gregorius, &c. ad æternam requiem euolasset; vnanimi concordia Episcopi, & Cardinales, prouincialesque Antistites, vnà cum Romano clero, & populo, paruitatem nostram, &c. Apostolicæ sedi præfecerunt, &c. Ricardus Massiliensis Abbas Romæ nostram electionem cum Cardinalibus, & Episcopis egerat, &c. *Victor iij. in synodo Beneuen.*

CAP. XIX.

Pontifex narrauit omnib. qualiter ab Henrico Teutonicorum Rege cum Episcopis quibusdam, & Cardinalibus, tam presbyteris, quàm diaconis, &c. captus fuerit, atque coactus, &c. & iuramenta per Episcopos, seu Cardinales fieri præceperit, &c. Et in fine, Archiepiscopi verò, & Episcopi quoque presbyteri Cardinales, qui interfuerunt ipsi concilio, hi sunt, &c. Presbyteri Cardinales B. Cardinalis titul. S. Marci. R. Cardin. titul. S. Clementis. R. Card. tit. S. Priscæ, &c. *Lateranen. syn. sub Pasch. ij.*

CAP. XX.

Concilio Lateranen. sub Paschali ij. anno Domini M. cxij. Pontificatus xiij. subscripsere Cardinales presbyteri xvj. diaconi viij. *In actis concilij Pet. Diaco. lib. iv. c. xlvij. presbyteros Cardinales numerat xv.*

CAP. XXI.

d. 79. c. oportebat. 3. Oportebat, vt hæc sacrosancta Domina nostra Romana Ecclesia (iuxta quod à B. Petro, & eius successoribus institutum est) rite ordinaretur: vt in Apostolatus culmen vnus de Cardinalibus presbyteris, aut Diaconis consectaretur, &c. [Si quis ex Episcopis, vel Monachis, vel Laicis contra Canonum, & Sanctorum Patrum instituta prorumpens in gradum filiorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, id est presbyterorum Cardinalium, & diaconorum, ire præsumpserit, & hanc Apostolicam Sedem inuadere quibet ex supradictis tentauerit, & ad summum Pontificalem honorem ascendere voluerit, ipsi, & sibi fauentibus fiat perpetuũ anathema, &c. Si quis resistere præsumpserit Sacerdotibus, atque Primatibus Ecclesiæ, vel cuncto Clero ad eligendum Pontificem Romanum secundùm Canonicam traditionem, anathema sit, &c. Ne quis laicus, vel ex alio ordine, nisi presbyter, vel diaconus Cardinalis factus fuerit, ad sacri Pontificatus honorem possit promoueri, &c. *Stephanus iij. dictus iv. cùm Concil. Anastas. Bibliothec. in eius vita. Deus dedit, addit. p. 1. Conc. factum in Basilica Constantiniana, act. 3. Anselm. lib. 6. c. 24. 25. 26. in Pontific. Roman. m. 5. Polic. lib. 1. tit. 4. Anton. lib. 6. cap. 24.* c. si quis. d. 79. d. 79. c. nullus 4.

CAP. XXII.

Qui cùm venissent (*Vrbanus, Sidonius, Maximus à Nouato decepti, quos laudanti Cyprian. vt confessores Christi*) & à presbyteris quæ gesserant, exigerentur, circumuentos se esse affirmarunt, &c. Omni igitur actu ad me perlato contrahere placuit presbyterium. Adfuerunt etiam Episcopi quinque, qui & hodie præsentes fuerunt, vt firmato consilio, quid circa personas eorum obseruari deberet, consensu omnium statueretur. *Cornel. in ep. ad Cypria. vt. epistolas Cypria. 46. & 49.*

CAP. XXIII.

Cypriano Papæ, Presbyteri & Diaconi Romæ consistentes, &c. Omnes nos decet pro corpore totius Ecclesiæ, cuius per varias quasq; Prouincias membra suggesta sunt; excubare, &c. *Roman. Cler. ad B. Cyprian. Carthaginen. Episcop. Epist. 30. inter Epist. Cypr. vel libro 5. epist. 13. vel epist. etiam ff. seu fil. epist. 3.*

CAP. XXIV.

De Ecclesiis parochianis, &c. sequaris, quod nos in Romana Ecclesia nuper egisse cognosceris. [Ecclesias singulas singulis presbyteris dedimus; parochias, & cœmeteria eis diuisimus, &c. *Dionys. ep. 2. post prin. Burchar. lib. 3. c. 43. Ino lib. 2. tit. 4. cap. 16. panor. & par. 3. cap. 47. decr. Ansel. lib. 7. cap. 112. & lib. 5. cap. 81. in Rom.* 13. q. 1. c. 1.

CAP. XXV.

Ad omnem causam piè, & fideliter exequendam, fratres nostros Iulianum Episcopum, & Renatum presbyterum tituli sancti Clementis, sed & filium meum Hilarium diaconum vice nostra direximus, &c. *Leo ep. 10. olim 5. ad Flauian. Constantinopolitan. Episcop. in fine.*

CAP. XXVI.

Quoniam pietas vestra apud Ephesum constituit synodale Concilium, fratres meos Iulianum

lianum Episcopum, & Renatum presbyterum & filium meum Hilarium diaconum misi, qui ad vicem præsentiæ meæ pro negotiis qualitate sufficerent. *Leo ep. 12. ad Theodosium v. ep. 13. ad Pulcher. in fi. & 14. ad Concil.*

CAP. XXVII.

Quia Clementissimus Imperator pro beneuolentia, ac pietate animi sui indicendum credidit Episcopale Concilium per fratres nostros Iulianum Episcopum, & Renatum presbyterum, sed & filium meum diaconum Hilarium, & quos ex latere meo vice mea misi ad fratrem meum Flauianum scripta direxi, &c. *Leo epist. 18. ad Iulia. vide 5. epist. 19. & 20. ad Flauia.*

CAP. XXVIII.

Nobis comperta sunt (*male acta in pseudo Synodo Ephesina à Dioscoro*) non incerto nuntio, sed ab ipsis Reuerendiss. Episcopis, qui à nobis missi sunt, & fidelissimo rerum, quos gesta sunt narratore Hilario Diacono nostro, &c. *Leo ad Theodos. in actis conc. Chalcedon.*

CAP. XXIX.

Vt autem salubribus curis velocior, pleniorque auxiliante domino per vestræ clementiæ fidem præstetur effectus, ad pietatem vestram fratres, & Episcopos nostros Abundium, & Asterium, sed & Basilium, & Setorem presbyteros, quorum mihi deuotio est probata direxi, per quos, quæ nostræ forma sit fidei manifestatis instructionibus quas misimus, possitis dignanter agnoscere. *Leo epist. 31. ad Theodos. v. epist. 32. ad Archimandritas. CP. & ep. 33. ad Pulcher. Aug. de eisdem, & 34. ad Martinum presbyt.*

CAP. XXX.

Nec me quoque vt voluit vestra clementia ab illo credatis abesse concilio, cùm in his fratribus quos direxi, id est Paschasino, & Lucentio Episcopis, Bonifacio, & Basilio presbyteris, sed & fratre meo Iuliano, quem eorum volui esse participem, etiã mea sit æstimanda præsentia, &c. *Leo ep. 41. ad Mart. Aug. 52. ad eũd. & 53. ad Pulcher. Aug. ep. 51. ad Anatol. CP. episc.*

CAP. XXXI.

Præcedentibus literis indicaui fratres meos Lucentium Episcopum, & Basilium presbyterum, qui solicitudinis meæ partes possunt implere, direxi, fauori eos pietatis vestræ in omnibus quę sunt agenda commendans, &c. *Leo. ep. 42. ad Mart. Aug. ep. 43. ad Pulcher. Aug. & 44. ep. ad Anatol. ep. & 45. ad conc. Chalced.*

CAP. XXXII.

Quia vos amore catholicæ fidei congregationem nunc fieri voluistis, ne deuoto obuiare viderer arbitrio, fratrem, & Episcopum meũ Paschasinum de ea Prouincia, quę videtur esse securior euocatum, qui vicem præsentiæ meæ possit implere, direxi. Bonifacio fratre nostro, & compresbytero sociato, & his quos antea miseramus, adiunctis, consortem illis fratrem quoque meum Iulianum addentes Episcopum, &c. *Leo epist. 47. & 48. ad Marcian. Aug. & epist. 49. ad Pulcher. August.*

CAP. XXXIII.

Germa. Episcop. Capuan. Ioan. Episc. Bland. presbyteri, Felix, atque Diosco. Diaconi missi sunt ab Hormisda Romano Pontifice ad Concilium. CP. ad petitionem Iustini Imperatoris, & Io. Episcopi CP. cum Synodo. *Vide Epistolas Hormisdæ post 34. sunt coniuncta illorum epistol. v. 35. 36. 37. 46. 47. 48. 49. 50. 56. 57. & post. 62. 65. 66.*

CAP. XXXIV.

Suscipite preces nostras per Ennodium atque Fortunatum fratres, & Episcopos nostros necnon Venantium presbyterum, atque Vitalem Diaconum, vel Hilarium notarium filios nostros, quorum apud nos fides in Dei timore, studiumque perclaruit, pro vestro amore transmissas, & placidam vice nostra supplicationibus conscientiam accommodate, &c. *Hormisda. ep. 4. ad Anast. Aug. v. Sacra. Anastas. ad Hormisd. de eisdem v. Hormisda ep. 17. 18. 19. 25. & post. epist. 10.*

CAP. XXXV.

Ioannes Episcopus seruus seruorum Dei, dilectis filiis Cardinalibus, & clericis Ecclesiæ Apostolorum, perpetuo in Christi seruitio manentibus. Quoniam primitiuam Ecclesiam post incarnationem † Christi duodecim Apostoli prædicatione illustrauerunt, &c. Placuit mihi Ioanni vrbis Romæ humillimo Pontifici, Ecclesiam duodecim Apostolorum consummate, quam Pelagius Papa bonę memoriæ prædecessor meus ante Palatium Constantij initiauerat, &c. Hanc etiam in natali (*sanctorum*) Apostolorum Philippi, & Iacobi, quod est Kal. Maij, ad honorem omnium Apostolorum decenter dedicatam, titulum Cardinalem illam constituimus: nec non & parochiam, sicut cęteri tituli vrbis habent, &c. *Ioan. iij. in priuil. eius tit.*

† Accensionem f.

CAP. XXXVI.

Peruenit ad nos, quod Populonensis Ecclesia ita sit sacerdotis officio destituta, vt nec pœnitentia decedentibus ibidem, nec baptisma possit præstari infantibus, &c. Memoratæ Ecclesiæ visitator accedas; vt vnum Cardinalem illic presbyterum, & duos debeas diaconos ordinare. In parochiis verò præfatæ Ecclesiæ tres similiter presbyteros, &c. *Greg. lib. 1. reg. ep. 15. Balbino Episcopo Rossellano.*

CAP. XXXVII.

Quorundam ad nos relatione peruenit, Cosmam, qui ex monacho monasterij sanctæ Luciæ, à decessore vestro Maximiano, in Ecclesia Syracusana factus, *est*, subdiaconus, atque à vobis postea in possessione, quæ Iuliana dicitur, presbyter est ordinatus, &c. magnæ benignitatis est, si eum in Ecclesia, vbi subdiaconi est functus officio, sanctitas vestra reducere, atque illic presbyterum voluerit constituere Cardinalem, &c. *Idem Greg. lib. 11. ep. 32. c. 34. ad Ioan. Episc. indict. 6. Ioan. Diac. lib. 3. c. 10. vita B. Greg.*

Dist. 71. cap. 6.

F

CAP. XXXVIII.

Denique Ecclesiæ CP. hortamur statum; vt tales alere omni religione eruditos studeat viros, qui ad honorem Cardinis ipsius sanctæ Ecclesiæ, suis Præsulibus mortuis, vel quolibet casu amodò discedentibus valeant subrogari. Quod non solùm in tanto Patriarcharu obseruari omnino debet; verùm etiam in singulis quibusque ciuitatibus ex consuetudine canonica, magna cum cautela seruatur. *Nicol. in epist. ad Michaël. Imper. incip. Serenissimi Imperij in fine, lecta in viij. syn. CP. sub Hadr. ij. actia. 4.*

CAP. XXXIX.

His igitur vestræ Serenitatis auribus intimatis, sciat, &c. missos sibi à Præsulatu nostro, Deo auctore, destinatos, Donarum videlicet reuerendiss. & sanctiss. sanctæ Ecclesiæ Ostiensis Episcopum, & religiosos, ac venerabiles sanctæ Romanæ Ecclesiæ Leonem, tituli sancti Christi martyris Laurentij, qui appellatur Damasi, presbyteri, † atque Marinum Apostolicæ nostræ sedis diaconem, &c. *Nicol. in epist. ad eund. Micha. Imp. incip. Quanto maiora. prope finem, & in epist. ad Bardam Cæsar. incipient. Postquam Dei, in medio.*

† presbyterum f.

CAP. XL.

Post mortem Photij fratris nostri, nullus ex dignitate mundana ad Pontificalem honorem ascendat; sed ex presbyteris Cardinalibus eiusdem Ecclesiæ, vel ex diaconibus, aut ex aliis sacerdotibus qui sub Ecclesia CP. consistunt. *Ioan. viij. in epist. ad Basil. Imp.*

CAP. XLI.

Sicut cardo immobilis permanens ducit, & reducit ostium: sic Petrus, & sui successores liberum de omni Ecclesia habent iudicium: cùm nemo debeat eorum dimouere statum: quia summa sedes à nemine iudicatur. Vnde clerici eius Cardinales dicuntur, cardini vtique illi, quo cætera mouentur, vicinius adhærentes. *Leo ix. ad Mich.* CP. *Episcopum c. 32. Iuo. p. 5. c. 44. ff. decre.*

CAP. XLII.

Hunc dilectum filium Hugonem, & Cardinalem S. R. Eccl. Presbyterum in partes illas Hispaniarum misimus, in cuius ore nostra ad vos consilia, & decreta plenius, apertiúsque differenda, ac vice nostra disponenda posuimus. *Gregor. vij. 2. Kal. Maij indict. xj. ad Hispaniarum Principes, de hac Cardinale multa in actis Alex. ij. & Greg. vij. diciturque præfuisse nomine Alexandrini ij. Concilio Barcinonen. anno* 1064.

CAP. XLIII.

Cletus ex præcepto B. Petri xxv. presbyteros ordinauit in vrbe Roma. *Dama. in Cleto.*

CAP. XLIV.

Euaristus titulos in vrbe Roma diuisit presbyteris. *Damas. in Euar.*

CAP. XLV.

Dionysius presbyteris Ecclesias diuisit, & cœmeteria, parochiasque & diœceses constituit. *Damas. in Dionys.*

CAP. XLVI.

Marcellus xxv. titulos in vrbe Roma constituit, quasi diœceses, propter baptismum, & pœnitentiam multorum, qui conuertebantur ex paganis, & propter sepulturas martyrum. Hic ordinauit xxv. presbyteros in vrbe Roma, &c. Lucina vidua suscepit beatum virum, quæ & domum suam nomine tituli beati Marcelli dedicauit. *Dama. in Marcello.*

CAP. XLVII.

Siluester fecit in vrbe Roma Ecclesiam in prædio Equitij presbyteri sui iuxta thermas Domitianas, † quem titulum Romanum constituit, qui vsque hodie appellatur, titulus Equitij, &c. *Et post alia.* Eisdem temporibus constituit B. Siluester in vrbe Roma titulum suum in regione tertia, iuxta thermas Domitianas, quæ cognominantur Traianæ, titulū scilicet Siluestri, &c. Obtulit & omnia necessaria titulo Equitij. *Dama. in Siluest.*

† Traianas.

CAP. XLVIII.

Damasus constituit titulum in vrbe Roma basilicam, quam ipse construxerat (*iuxta theatrum S. Laurentij.*) &c. *Ex Pontif.*

CAP. XLIX.

Innocentius dedicauit basilicam sanctorum Geruasij, & Protasij, ex deuotione testamenti cuiusdam illustris feminæ Vestinæ, &c. In quo loco ex delegatione eiusdem Vestinæ titulum Romanum constituit, &c. *Et postea.* Et ex dispositione Vestinæ, tituli supradicti presbyteris est concessa potestas. *Ex Pontif.*

CAP. L.

Leo renouauit post cladem Vandalicā omnia ministeria sacrata argentea per omnes titulos de conflatis hydriis sex, &c. *Ex Pontif.*

CAP. LI.

* Hilarius fecit scyphos per titulos xxv. pensantes libras x. &c. *Ex Pontif.*

CAP. LII.

Felix (III.) natione Romanus ex Patre Felice presbytero de titulo Fasciolæ sedit annos viij. &c. *Ex Pontif.*

CAP. LIII.

Michaël Bulgarorum Rex per Petrum Legatum ab Hadriano ij. Roma. Pont. petiit vt Formosum Episcopum Portuens. eius Regni Archiepiscopum faceret, aut vt Marinum R. E. Diaconum benè compertum Archiepiscopum consecratum & remitteret, aut aliquem ex Cardinalibus presbyteris duntaxat suæ Ecclesiæ Bulgaris eligendum dirigeret, &c. Optionem dedit Pontifex Regi vt quem vellet in Archiepiscopum eligeret, exceptis Marino, & Formoso. *Anastas. Biblioth. in Adria. ij. vita.*

CAP. LIV.

Si quando necessitas ordinandi sacerdotis obrepsit; neque Cardinalis Ecclesiæ suæ, neque monachos monasterij sui penitus excusauit, &c. Ex presbyteris Cardinalibus Ecclesiæ

ſuæ conſecrauit Epiſcopos, Bonifacium Regij, Habentium Peruſij, & Donum Meſſanæ Siciliæ. *Ioan. Diaco. lib. 3. c. 7. vita B. Greg.*

CAP. LV.

Cúmque Greg. percepta occaſione ſuæ Eccleſiæ Cardinales, ſi tamen conſentirent, ſatis voluntariè proueheret: neminem, &c. violẽter promouere certabat. *Ioa. Diaco. d. l. 3. c. 8.*

CAP. LVI.

Item Cardinales violenter in parochiis forenſibus ordinatos, in priſtinum cardinẽ Gregorius reuocabat. Quapropter Ioanni Epiſcopo Syracuſano ſcribens ait: [Quorundam ad nos, &c. vt lib. 11. reg. epiſt. 32. c. 34. *Ioan. Diaco. d. lib. 3. c. 10.* *Diſ. 74. cap. 6.*

CAP. LVII.

Ego N. S. R. E. diaconus, vel preſbyter, aut Epiſcopus Cardinalis electus, vt fiam per Dei gratiam huius ſanctæ Apoſtolicæ ſedis humilis miniſter, profiteor tibi B. Petre, &c. Si qua verò emerſerunt contra canonicam diſciplinam, filiorum meorum S. R. E. Cardinalium, cum quorum conſilio, cõſenſu, directione, & rememoratione miniſterium meum geram, & peragam; conſilio emendare (*curabo.*) *Profeſſio Rom. Pontif. ex libro Diurno.*

CAP. LVIII.

Hora diei prima ante ſolis ortum, eiiciantur omnes ab Eccleſia, obſeratiſque foribus cunctis, ad vnam ianuam, per quam ſacerdotes ingredi oportet, oſtiarij ſtabunt; & conuenientes ſacerdotes pariter cum Epiſcopo, introibunt, & ſecundùm ordinis ſui tempus reſidebunt. Poſt hos ingrediantur & diaconi, &c. Deinde forenſes ingrediantur preſbyteri, &c. *Forma, ſiue ordo ſynodi Epiſcopalis apud Ivo. par. 4. c. 246. decr.*

CAP. LIX.

Quibus taliter narratis, perſcrutandi, & inquirendi ſunt Cardinales ſacerdotes, & Leuitæ, necnon & reliqui, videlicet, de credulitate Trinitatis, &c. *Ibid. Ivo d. p. 4. c. 250. decr.*

De Diaconis Cardinalibus. Tit. XXII.

CAPVT I.

Sabinus Canuſij, Epiphanius Eſculanorum, Aſterius Salernitorum † Leo Nolanorum, Ruſticus Feſulanorum, Theophanes diaconus Romanus, Pelagius diaconus Romanus, omnes quidem ex Italia regione ab Apoſtolica ſede nuper miſi, &c. *præſiderunt, & primi ſubſcripſerunt in ij. gener. ſynodo C P. ij.* († Salernitanorũ f.)

CAP. II.

Comperimus non incerto nuncio, ſed fideliſſimo rerum, quæ geſtæ ſunt, narratore Hilario Diacono noſtro, qui vix ne ſubſcribere per vim cogeretur (*in pſeudo Epheſina ij. Synodo*) effugit, &c. *Leo ep. xxiij. ad Theod. Aug. cont. Epheſ. pſeudo-ſynod. lib. ep. eius xxiv. ad Pulcheriam Aug. & xxv. ad Flauiam, & epiſt. xvj. ad Anaſtaſ. epiſc. 1. Theſſalonicen.*

CAP. III.

Diaconus cardinarius † conſtitutus vrbis Romæ, niſi in xxvj. † (*teſtibus*) non damnabitur. *Silueſt. in epilo. Rom. ſyno. & in ſynodo Rom. cclxxxiv. Epiſc. c. 3. Hadr. c. 68. ad Epiſcop. Mediom. Magun. ſub Arnul. c. 12. Capit. lib. 1. c. 139. Ivo lib. 4. tit. 8. c. 7. panor. & par. 6. c. 334. decr. Deuſd. c. 3.* (2. quæſ. 4. Præſ. c. 2. † Cardinalis, vel cardine conſtrictus. † xxxvij. vel xxxvj.)

CAP. IV.

Conſtituit, vt diaconi non eſſent plures per parochiarũ examen, niſi duo: & diaconi Cardinales vrbis Romæ ſeptem, &c. *Silueſter in d. ſyn. Rom. c. 6.*

CAP. V.

Vt [à ſubdiacono vſque ad lectorem omnes ſubditi ſint diacono Cardinali vrbis Romæ, in Eccleſia honorem repræſentantes eidem. *Silue. in d. ſyn. Rom. c. 7. Burch. lib. 2. c. 224. Ivo part. 6. c. 299. decr. Anſel. lib. 7. c. 62.* (Diſ. 93. c. 5.)

CAP. VI.

Silueſter fecit vij. regiones, & diuiſit diaconibus. Erant autem diacones iſti: Fabianus, Marcus, Liberius, Arcidamus, & Iulius. Ordinaui. quoque & alios duos, Priſcum, & Theodorum, &c. *Silueſter in d. ſyn. Rom. actio. 2. ante c. 11.*

CAP. VII.

In ſubdiaconatu ſit annis v. deinde ad diaconatus honorem pertingat fixus, donec rogantibus xxx. preſbyteris examen, vt eſſet diaconus Cardinalis: quia à prima ſede erat conſtitutum, vt ſeruiret annos vij. *Syluest. in ead. ſyn. c. 11.*

CAP. VIII.

Subſcripſerunt omnes in (*Euphemij*) damnationem, Epiſcopi numero lxxv. † & duo diacones Cardinales Romani, & tres preſbyteri, & tres Epiſcopi, qui directi fuerant, &c. *Hieroſol. ſyn. relata in ſyn. Rom ſub Xyſto iij. c. 8.* († lxxvj.)

CAP. IX.

Subſcriptio diaconorum. Cyprianus diaconus ſanctæ Eccleſiæ Romanæ, regionis vij. his ſubſcripſi, &c. Anaſtaſius diaconus regionis primæ ſubſcripſi. Ioannes diaconus regionis ſecundæ ſubſcripſi. Tarrenis † diaconus regionis primæ † ſubſcripſi. Tertullus diaconus regionis quartæ ſubſcripſi. *Romana ſyn. prima ſub Symma. in fine.* († Tarrenſis. † Tertiæ.)

CAP. X.

Subſcriptio diaconorum. Petrus indignus Archidiaconus ſanctæ ſedis Apoſtolicæ ſubſcripſi. Muſchus humilis diaconus ſanctæ ſedis Apoſt. ſubſcripſi. Greg: indignus, & humilis diaconus S. ſedis Apoſt. ſubſcr. Benedictus indignus diaconus S. ſedis Apoſt. huic conſtituto à nobis promulgato ſubſcripſi. *Rom. ſyn. ſub Gregor. y. in fine.*

CAP. XI.

Leonem, Paſchalem, & Ioannem dudum diaconos ſanctæ ſedis Apoſtolicæ, iuſtè, & canonicè damnatos, ſi aliquis, &c. inter Eccleſiaſticos viros habuerit, &c. ſciat ſe fore anathemate perculſum, &c. *Ioa. ix. in cõc. Rauẽ. c. 8.*

CAP. XII.

Pontifex narrauit omnibus qualiter ab Hẽrico Teutonicorum Rege cum Epiſcopis quibuſdã, & Cardinalibus tam preſbyteris, quàm diaconibus, &c. captus fuerit, &c. Et in fine. Diaconi Cardinales: Abbas Sublacen. Ioãnes

Caietan. Abbas S. Andreæ. Leo, Greg. Saldo, Theobaldus, & Rosimanus. *Lateran. synod. sub Pasch. ij.*

CAP. XIII.

Septem diaconos in vrbe Roma per septem regiones ciuitatis, sicut à Patribus accepimus, habemus, &c. *Fabia. epist. 1. in princ. Ansel. lib. 7. c. 77.*

CAP. XIV.

Regiones, sicut in hac vrbe fecimus, per singulas vrbes, quę populosæ fuerint, diaconibus diuidentur. *Caius epist. vnic. in fi. Ansel. li. 7. c. 79.*

CAP. XV.

Liberatus diaconus, si decessore tuo non factus est Cardinalis, ordinatis à te diaconibus nulla debet ratione pręponi, &c. Vltimum inter diacones stare constitue, &c. Si post hæc Cardinalem facere volueris; nisi Pontificis sui concessionem solemni more meruerit: abstinendum ab omni eius incardinatione memineris. *Greg. lib. 1. ep. 81. ad Ianno. Caralit. Archiep. Ioan. diaco. lib. 3. c. 21. de vita B. Gregorij.*

CAP. XVI.

Præsentium lator (*est*) Felix diaconus, &c. sustentationi eius pietatis intuitu prouidentes, in tua Ecclesia Syracusana eum præuidimus cardinandum, siue vt officium diaconatus expleat, seu certè, vt sola eiusdem officij pro sustentanda paupertate sua commoda consequatur, &c. *Idem Gregor. lib. 3. epist. 14. ad Maximian. Episc. Ioan. diacon. lib. 3. c. 20. de vita B. Gregorij.*

CAP. XVII.

Dist. 71. c. 5. Fraternitatem tuam à nobis petisse recolimus, vt Gratianum Ecclesiæ Venafranæ diaconú, tuæ concederemus Ecclesiæ cardinandum. Et quoniam nec Episcopum, cui obsecundare (*debeat*) nec propriam habet Ecclesiam, &c. Scriptis tibi præsentibus eum necessariò duximus concedendum, habiturus † licentiam, diaconum illum, nostra interueniẽte auctoritate, Ecclesiæ tuæ Deo propitio constituere Cardinalem. *Idem Greg. lib. 5. ep. 11. cap. 111. Fortunato Episcop. Neapolito. indict. 14. Ioan. diacon. lib. 3. c. 20. de vita B. Gregor. Anselm. lib. 7. cap. 75.*

† habitu-ra s.

CAP. XVIII.

Constitutis in præsentia nostra dilectis filiis I. Clerico, & magistro Azone OS. G. procuratore, & R. dilecto filio subdiaconi nostri procuratore, dilect. fil. G. S. Mariæ in Porticu Diaconum Cardinalem concessimus Auditorem, in cuius præsentia, &c. Nos autem his, & aliis, quæ coram Cardinale prædicto fuere, plenius intellectis, &c. *Innoc. iij. in ep. ad Alembrandum subdiaconum Mediolanensem.*

CAP. XIX.

Dist. 93. c. 12. diacones. Septem diaconos ex canone esse oportet, etsi magna vrbs sit, quod ex libro Actuum constat. *Neocæs. c. vlt. Trull. 16. Aquisgr. 62. Act. 6. Burch. lib. 2. c. 219. & 220. Iuopors. 6. c. 294. & 295. decret.*

CAP. XX.

Euaristus septem diaconos ordinauit, qui custodirent Episcopum prædicantem propter stilum veritatis. *Dama. in Euaristo.*

CAP. XXI.

Fabianus regiones diuisit diaconibus & fecit septem subdiacones, &c. *Damas. in Fabiano.*

CAP. XXII.

Caius regiones diuisit diaconibus. *Damas. in Caio, in veteri libro.*

CAP. XXIII.

Ex presbyteris Cardinalibus Ecclesiæ suæ cõsecrauit Episcopos, Bonifacium Regij, &c. Ex subdiaconibus verò, Gloriosum Ostiæ, &c. Solis diaconibus Apostolicæ sedis, &c. parcebat. Quorum cum xix. plenitudine redundaret, ipse Bonifacium, Florentinum, & Epiphanium consecrauit. Nec quemquam eorum ab officio, nisi Laurentium Archidiaconum, &c. sequestrauit. *Ioa. diaco. in vita Greg. li. 3. c. 7.*

CAP. XXIV.

Aliarum parochiarum clericos sibi, & aliis discretissimus Pontifex discretissimè incardinare curabat. Quapropter Heliæ presbytero, & Abbati prouinciæ Isauriæ scribens, [Filium, inquit, vestrum Epiphanium, &c. diaconum quidem fecimus: sed quisquis semel in hac Ecclesia sacrum ordinem acceperit, egrediendi ex ea vlterius licentiam non habet, &c. *Ioannes diacon. d. lib. 3. c. 19. Greg. li. 4. epist. 30. cap. 74. registr. Anselm. lib. 7. cap. 73. Terrac. lib. 1. cap. 208.* *1. q. 1. cã. 112.*

CAP. XXV.

Ego. N. S. R. E. diaconus, vel presbyter, aut Episcopus Cardinalis, electus, vt fiam per Dei gratiam huius sanctæ Apostolicæ sedis humilis minister, profiteor tibi B. Petre, &c. *Prof. sio Rom. Pontif. ex libro Diurno.*

De Cardinalibus omnibus. Pars IV.

CAPVT I.

Anno Dominicæ Incarnationis M. clxiij. indictione x. anno iv. iij. sui Pontificatus in octauis Pentecostes iv. Kal. Iunij sæpe dictus Alexander Papa (*Tertius*) in Ecclesia S. Maurinj Turonis concilium celebrauit: in quo interfuerunt Cardinales iuu. xvij. Episcopi cxxiv. Abbates cdxiv. cdxij. cdxij, &c. *ex actis Turo. concilij sub Alex. iij.*

CAP. II.

Licet de euitanda discordia in electione Sũmi Romani Pontificis manifesta satis à nostris prædecessoribus constituta manauerint, &c. Nos de consilio fratrum nostrorum, & sacri approbatione concilij, aliquid decreuimus adiungendum. Statuimus igitur, vt si inter Cardinales de substituendo Pontifice non potuerit esse plena concordia, & duabus partibus cõcordantibus, tertia pars noluerit concordare, † aut sibi alium præsumpserit ordinare: ille Romanus Pontifex habeatur, qui à duabus partibus fuerit electus, & receptus, &c. Præterea si à paucioribus aliquis, quàm à duab. partibus fuerit electus ad Apostolatus officium; nisi maior concordia inter- *De elect. c. 6. Greg. ex. c. 15. eo. tit. in 1. col.*

† nominare.

cesserit, nullatenus assumatur, &c. *Alex. iij. in concil. Later. c. 1.*

Cap. III.

Statuimus, quod Archiepiscopi parochias visitantes, &c. L. euectionis numerum non excedant. Cardinales verò xx. vel xxv. non excedant. Episcopi xx. vel xxx &c. *Alex. iij. in d. conc. Lateran. c. 4.*

Cap. IV.

Nos & fratres nostri S. R. E. Card. plenariè decimam persoluemus (in subsidium terræ Sanctæ) *Innocen. iij. in conc. gen. Later. c. vlt. in med.*

Cap. V.

Ex nostra præsenti constitutione bis in mense, vel eo amplius, vel apud illum, vel illum titulum, siue apud illam, vel illam Diaconiã: siue apud alias quaslibet Ecclesias vos conuenire mandamus, & ob vestram & inferiorum clericorum vitam, & mores, & qualitates, & habitus vestrũ perscrutando, & qualiter quilibet præpositi se erga subditos habeant, vel quòd subditi suis præpositis non obediant, & ad quæque illicita amputanda, clericorum quoque, & laïcorum querimonias, quæ ad nostrum iudicium pertinent, quantum fieri potest definiendas. Quippe cùm sicut nostram mansuetudinem Moysi, ita & vestram fraternitatem septuaginta seniorum, qui sub eodem causarum negotia diiudicabãt, vicissitudinem gerere, certum habeamus. Item monasteria Abbatibus viduata, & Abbatiam, nostra præcedente conscientia, substitutionem his, qui sunt inter nos, vel fuerint monasticæ professionis disponenda committimus. Propter sollicitudinem autem Ecclesiarum, & clericorũ earundem disciplinam, siue laïcorum querimonias definiendas, bis in hebdomada ad Sacrosanctum Palatium, iuxta decreta prædecessoris nostri Leonis IV. vos conuenire mandamus. Item sancimus de parochiis nostris, quantúmque Pontifici competit, Pontificali beneficio vos in perpetuum possidere, & in principalibus Ecclesiis, iuxta primatum vestræ consecrationis, vicissim officia diuina peragere, & earum oblationibus, salua semper Cardinalium Diaconorum prisca consuetudine, participare æqualiter ad Cardinales constitutione, tam propter vsum vestrum, quàm in Ecclesiarum vestrarum luminarium concinnationes, &c. *Ioannes viij. ex lib. Canonum M. S. in Vaticana Bibliotheca. Baron. to. x. ad an. x. Pontif. 882.*

Cap. VI.

Sicut cardo immobilis permanens ducit, & reducit ostium: sic Petrus, & sui successores liberum de omni Ecclesia habent iudicium, cùm nemo debeat eorum dimouere statum: quia summa sedes a nemine iudicatur. Vnde clerici eius Cardinales dicuntur, cardini vtique illi, quo cætera mouentur, vicinius adhærentes. *Leo ix. ep. ad Micha. CP. episco. c. 32.*

Cap. VII.

c. per venerabilẽ §. qui filij Sed quia sic in Deuteronomio continetur, si difficile, & ambiguum apud te iudicium esse prospexeris inter sanguinem, & sanguinem; causam & causam; lepram & lepram: & ad iudicium intra portas tuas videris variari, surge & ascende ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus, veniésque ad sacerdotes Leuitici generis, & ad iudicem, qui fuerit illo tempore, quæréesque ab eis, qui iudicabant tibi iudicij veritatem, & facies quæcumque dixerint, qui præsunt loco, quem elegerint, & docuerint te iuxta legem eius, &c. Sunt autem sacerdotes Leuitici generis fratres nostri, qui nobis iure Leuitico in executione sacerdotalis officij coadiutores existunt. Is verò super eos sacerdotes, siue iudex existit, cui Dominus dixit in Petro. Quodcúmque ligaueris super terram, &c. *Innoc. iij. in epist. ad iv. virum nobilem montis Pessulani.* *sint legitimi 3. §. rationib. Greg. ix. &c. 2. eo. tit. in 3. col.*

Cap. VIII.

Ne sedes Apostolica diu lugeat proprio destituta Pastore, congregati in Basilica B. Petri ad Vincula nos S. R. E. Catholicæ, & Apostolicæ Cardinales, Clerici, Acolyti, Subdiaconi, Diaconi, Presbyteri, præsentibus venerabilibus Episcopis, Abbatibus, Clericis & Monachis consentientibus plurimis turbis vtriusque sexus, diuersique ordinis acclamantibus eligimus nobis in Pastorem, & Summum Pontificem virum religiosum, geminæ scientiæ, prudentia pollentem, æquitatis, & iustitiæ præstantissimum amatorem, &c. Hildebrandum, venerabilem Archidiaconũ, quemadmodum, & vsque in sempiternum & esse, & dici Gregorium Papam volumus, & approbamus. *Initio regist. Greg. vij.*

Cap. IX.

Hyginus Clerum composuit, gradus distinxit superiorum & inferiorum, eorum, qui præessent, & qui subessent, vt secreti in sua vrbis regione, titulo vel parœcia sine confessione populus diuina mysteria docerent, sacramenta administrarent, & singulos presbyteros cum aliis clericis in vno quoque titulo constituit. *Damas. in Hygin. & Pontificale.*

Cap. X.

Leo iij. defuncto Hadriano Papa (ij.) cóncorditer à Cardinalibus in Papam electus est, &c. cum magna solemnitate suorum Cardinaliũ, Archiepiscoporum, Episcoporum, Prælatorum, ac Primatum ad Imperatorem Carolum in Germaniam veniẽs, &c. Venit à Colonia in Vuerdam stipatus Imperatoria maiestate, & sacrato choro Sanctorum Cardinalium, & Archiepiscoporum & multorum Procerũ, Nonis Septembris anni Dominicæ Incarnationis cc. M. iij. de assensu pariter, & consensu suorum Cardinalium, cæterorúmque Prælatorum illic coram adstantium solemnitates catalogo Sanctorum confessorum S. Suuibertũ adscripsit. Erant verò Cardinales Archiepiscopi Bernard. Ostiens. Fortunatus Treuirorũ, Theodorus, Sabinẽsium Presbyteri, Nicolaus tituli S. crucis in Hierusalem, Eustochius S. Praxedis, Bonifacius tituli S. Marcellini, & Petri. Episcopi alij, &c. S. Ludgerus in Epistola ad Bixfridum Traiectensem Episcopum.

LIBER SECVNDVS

De Patriarchis, & Primatibus.

DE INSTITVTIONE, ET ELECTIONE Patriarcharum, & Primatum.

TITVLVS PRIMVS.

CAPVT I.



VOD non aliæ Metropolitanæ, Ecclesiç vel Primates sint, nisi illæ, quæ prius Primates erant & post Christi aduentum auctoritate Apostolica, & synodali Primatum habere meruerunt: reliquæ verò non Primates, sed Metropoles vocentur, eorúmque Episcopi non Primatum, sed aut Metropolitanorum, aut Archiepiscoporum nomine fruantur. *Nicen. xlvij. apud Iul. epist. 2. cap. 12.*

CAP. II.

Dist. 63. c. 1. & 2. Sancta hæc, & vniuersalis synodus definiuit, & statuit, neminem laïcorum Principum, vel Potentum semet inserere electioni, vel promotioni Patriarchæ, vel Metropolitæ, aut cuiuslibet Episcopi, &c. *viij. syn. CP. cap. 22. sub Hadr. ij. Iuo lib. 3. tit. 2. c. 1. panor. & par. 5. c. 122. decr. Deus d. c. 1. Ansel. lib. 6. cap. 20. Cæsar. lib. 3. c. 63. Tarrac. lib. 1. c. 47.*

CAP. III.

Dist. 50. c. 2. Vos per vestras diœceses Episcopos sacrate, & mittite: quia nos ad alias partes, quod idem iussit Petrus, agere curabimus, &c. [In illis verò ciuitatibus, in quibus olim apud ethnicos Archiflamines eorum, atque primi legis doctores erant, Episcoporum Primates poni præcepit, vel Patriarchas, qui reliquorum Episcoporum iudicia, & maiora, quoties necesse foret, negotia in fide agitarent, & secundùm Dei voluntatem, sicut constituerunt sancti Apostoli, ita vt ne quis iniustè periclitaretur, definirent, &c. *Clem. epist. 1. post med. Vid. Leo ix. ad Episcopos Africæ epist. 3. ante finem. Burch. lib. 1. c. 155. Ansel. lib. 6. c. 105.*

CAP. IV.

Dist. 99. c. 1. Prouinciæ multo ante Christi aduentum tempore diuisæ sunt maxima ex parte, & postea ab Apostolis, & B. Clemente prædecessore nostro ipsa diuisio est renouata, & in capita prouinciarum vbi dudum Primates legis sæculi erant, ac prima iudiciaria potestas, ad quos, qui per reliquas ciuitates commorabantur, quando eis necesse erat, qui ad aulam Imperatoris; vel Regum confugere non poterant, vel quibus permissum non erat, confugiebant pro oppressionibus, vel iniustitus suis, ipsósque appellabant, quotiens opus erat, sicut in lege eorum præceptum erat. Ipsis quoque in ciuitatibus, vel locis Patriarchas, vel Primates, qui vnam formam tenent, licet diuersa sint nomina, leges diuinæ, & ecclesiasticæ poni, & esse iusserunt; ad quos Episcopi, si necesse fuerit, confugerent, eósque appellarent, & ipsi Primatum nomine fruetentur, & non alij. Reliquæ verò Metropolitanæ ciuitates, quæ minores iudices habebant, licet maiores Comitibus essent, haberent Metropolitanos suos, qui prædictis iustè obedirent Primatibus, &c. Primates tamen & tunc, & nunc habere iussæ sunt, &c. Hęc ab antiquis, hæc ab Apostolis, hęc à sanctis Patribus accepimus, &c. *Anaclet. ep. 2. cap. 4. Vid. Greg. vij. lib. 6. regist. ep. 35. ad Rothomag. Episcopum, & alios, Iuo lib. 4. tit. 3. c. 1. panor. & par. 5. c. 53. decr. Cæsar. lib. 2. c. 73.*

CAP. V.

Episcoporum ordo vnus est, licet sint Primates illi, qui primas ciuitates tenent; qui & in quibusdam locis Patriarchæ à nonnullis vocantur. Illi autem, qui in metropoli à B. Petro Apostolo, ordinante Domino, & à prędecessore nostro sancto Clemente, seu à nobis constituti sunt, non omnes Primates, vel Patriarchæ esse possunt: sed illæ vrbes, quç pręfatis, & priscis temporibus Primatum tenuere, Episcoporum, Patriarcharũ, aut Primatum nomine fruantur, &c. *Anacl. ep. 3. c. 3.*

CAP. VI.

Nulli Archiepiscopi Primates vocentur, *Dist. 99. c. 2.*
nisi illi, qui primas tenent ciuitates, quarum Episcopos Apostoli, & successores Apostolorum regulariter Patriarchas, & Primates esse constituerunt, nisi aliqua gens deinceps ad fidem conuertatur, cui necesse sit propter multitudinem eorum, Primatem constitui. Reliqui verò, qui alias Metropolitanas sedes adepti sunt, non Primates, sed Metropolitani nominentur. *Anicet. ep. 1. post prin. Vid. Hadri. c. 23. ad Episc. Mediom. Capit. lib. 7. cap. 439. Burch. lib. 1. c. 28. Iuo lib. 4. tit. 4. cap. 1. panor. & par. 5. capitulo 54. & 139. decret. Anselm. libro 2. capitulo 13. in Roman. Cæsar. libro 2. capitulo 74.*

Cap. VII.

Nulli Metropolitani, aut alij Episcopi appellantur Primates, nisi qui primas sedes tenent, & quorum ciuitates antiqui Primates esse censuerunt. Reliqui verò, qui cęteras Metropolitanas ciuitates adepti sunt, non Primates, sed aut Archiepiscopi, aut Metropolitani vocentur. [Vrbes enim, & loca, qui-
Dist. 80. c. 1. bus Primates præsidere debent, non à modernis, sed etiam multis ante aduentum Christi sunt statuta temporibus; quarum Primates etiam gentiles, pro maioribus etiam negotijs appellabant. In ipsis verò vrbibus post Christi aduentum Apostoli, & successores eorum Patriarchas, vel Primates posuerunt. *Stepha. ep. 2. c. 5. Anselm. lib. 6. c. 109.*

Cap. VIII.

Primates illi, & non alij sint, qui in Nicæna synodo sunt constituti. Reliqui verò, qui Metropoles tenent sedes, Archiepiscopi vocantur, & non Primates, salua in omnibus Apostolicæ sedis dignitate, quæ ei ab ipso Domino est concessa, & postea à sanctis Patribus roborata. *Felix ij. ep. 1. cap. 12. Burch. lib. 1. cap. 163. Inopar. 5. c. 273. decr.*

Cap. IX.

Inter beatissimos Apostolos in similitudine honoris fuit quædam discretio potestatis; & cùm omnium par esset electio, vni tamen datum est, vt cæteris præemineret; de qua forma Episcoporum quóque est orta distinctio, & magna dispositione prouisum est; ne omnes sibi omnia vindicarent, sed essent in singulis prouincijs singuli, quorũ inter fratres haberetur prima sententia, & rursus quidam in maioribus vrbibus cõstituti, sollicitudinem susciperent ampliorem; per quos ad vnam Petri sedem vniuersalis Ecclesiæ cura conflueret, & nihil vnquam à suo capite dis-
2. q. 6. c. 11. & 14. sideret. [Qui ergo quibusdam scit, se esse præpositum, non molestè ferat, aliquem sibi esse prælatum, sed obedientiam, quam exigit, etiam ipse dependat, &c. *Leo. ep. 82. in fi. ad Anastasium Episcopum. Iul. ep. 1. in fi. Vigilius ep. vnic. cap. 7. Gregor. iv. ad omnes Episcopos in epist. incip. Dominis Tolet. xi. cap. 10. Anselm. lib. 2. cap. 18.*

De numero, loco, & dignitate Patriarcharum. Tit. II.

CAPVT I.

Dist. 65. c. 6. mos Mores antiqui seruentur: vt in Ægypto, Libya, & Pentapoli Alexandrinus Episcopus habeat omnem potestatem: quoniá Romano quoque Episcopo hæc consuetudo est. Sic etiam in Antiochia, & in alijs prouincijs sua priuilegia Ecclesijs (*Metropolitanis L.*) seruentur. *Nicæ. c. 6. Vide Chalc. act. 16. ante med. Anselm. lib. 4. c. 44. l. 2. c. 65.*

Cap. II.

Dist. 65. mos. c. 6. Sancta, & vniuersalis Nicęna prima synodus antiquam consuetudinem iubet seruari per Ægyptum, & prouincias, quæ sub ipsa sunt; ita vt horum omnium Alexandrinus Episcopus habeat potestatem, dicens: quia in Romanorum ciuitate huiusmodi mos præualuit. Qua pro causa & hæc magna, & sancta synodus, tam in seniori, & noua Roma, quam in sede Antiochiæ, & Hierosolymorum priscam consuetudinem decernit in omnibus conseruari, &c. *viij. syn. CP. sub Hadr. ij. c. 17. Nicæ. c. 6. Ansel. lib. 4. c. 44 Cæsar. lib. 2. c. 65.*

Cap. III.

Definimus, neminem prorsus mundi po- *Dist. 22. c. vlt.* tentium quemquam eorum, qui Patriarchalibus sedibus præsunt, inhonorare, aut mouere à proprio throno dignos iudicare; præcipuè quidem sanctissimum Papam senioris Romæ, deinceps autem Constantinopoleos Patriarcham, deinde verò Alexandrię, ac Antiochię, atque Hierosolymorum. Si verò quis aliqua potestate fruens, vel potens pellere tentauerit præfatum Apostolicæ cathedrę Papam, aut aliorum Patriarcharum quemquam: anathema sit, *viij. syno. c. 21. sub Hadr. ij. Deusd. c. 3. Anselm. lib. 2. c. 72.*

Cap. IV.

Antiqua Patriarchalium sedium priuile- *De priui. 23. Geg. ix. &c. 6 eo. tit. in 4. coll.* gia renouantes, sacra vniuersali synodo approbante sancimus; vt post Romanam Ecclesiam, &c. CP. primum, Alexandrina secundũ, Antiochena tertium, Hierosolymitana quartum locum obtineant, reseruata cuilibet propria dignitate, ita quòd, postquam eorum Antistites à Romano Pontifice receperint pallium, quod est plenitudinis Pontificalis insigne, præstito sibi fidelitatis, & obedientiæ iuramento, licenter & ipsi suis suffraganeis pallium largiantur, recipientes pro se professionem canonicam, & pro Romana Ecclesia sponsionem obedientiæ ab eisdem. Dominicæ verò crucis vexillum ante se faciant vbique deferri, nisi in vrbe Romana, & vbicunque Summus Pontifex præsens extiterit, vel eius Legatus vtens insignijs Apostolicæ dignitatis. In omnibus autem prouincijs eorum iurisdictioni subiectis, ad eos, cùm necesse fuerit, prouocetur: saluis appellationibus ad sedem Apostolicam interpositis, quibus est ab omnibus humiliter deferendum. *Innoc. iij. in conc. gener. cap. 5.*

Cap. V.

Prima sedes est cælesti beneficio Roma- *Dis. 22. c. 2. p. 1.* næ Ecclesiæ, &c. Secunda autem sedes apud Alexandriam beati nomine à Marco eius discipulo, atque Euangelista consecrata est. Quia ipse & in Ægypto primum verbum veritatis directus à Petro prædicauit, & gloriosum suscepit martyrium. Cui venerabilis successit (*Anianus, & post hunc*) Abilius. Tertia autem sedes apud Antiochiam eiusdem beati Petri Apostoli nomine habetur honorabilis: quia illic prius quàm Romam veniret, & habitauit, & (*Zachaum, postea Euodium,*

postquam) Ignatium Episcopum constituit, & illic primum nomen Christianorum nouellæ gentis exortum est. Reliquas verò in quodam tomo conscriptas direximus. Inde namque & beati Apostoli inter se statuerunt, vt Episcopi singularum scirent gentium, quis inter eos primus esset, quatenus ad eum potior eorum sollicitudo pertineret. Nam & inter beatos Apostolos quædam fuit discretio. *Anaclet. ep. 3. ante med. Incer. in præfa. Nic. syn. Burch. lib. 1. cap. 159. Iuo lib. 4. tit. 1. cap. 4. panor. & par. 5. cap. 2. & 26. & 269. decr. Ansel. lib. 1. cap. 7. & 66. Cæsar. lib. 4. c. 60.*

CAP. VI.

Hæc sancta Romana Ecclesia, & Antiochena à tempore Apostolorum custodit, hæc Hierosolymorum, & Ephesinorum tenet, in quibus Apostoli præsidentes, hæc docuerunt. *Fabia. ep. 2. in princ.*

CAP. VII.

25. q. 2. c. 2. & 17. Priuilegia Ecclesiarum sanctorum Patrum canonibus instituta (*loquitur de Ecclesiis Patriarchalibus*) & venerabilis Nicænæ synodi fixa decretis, nulla possunt improbitate conuelli, nulla nouitate mutari. *Leo ep. 29. al. ep. 52. ad Marcianum Augu. post. post med. Ansel. lib. 4. c. 2. Cæsar. lib. 7. c. 13. Tarrac. l. 1. c. 298.*

CAP. VIII.

Dignum est te Apostolicæ sedis in hac sollicitudine consortem, ad augendam fiduciam priuilegia tertiæ sedis agnoscere, vt in nullo cuiusquam ambitione (*Anatolium CP. insinuat*) minuantur, &c. Et si enim diuersa nonnunquam sunt merita Præsulum, tamen iura remanent sedium: quibus etsi possunt æmuli perturbationem aliquam fortassis inferre, non tamen possunt minuere dignitatē. Vnde, cùm aliquid pro Antiochenæ Ecclesiæ priuilegiis dilectio tua agendum esse crediderit, propriis litteris studeat explicare, vt & nos consultationi tuæ absolutè, & congruè respondere possimus. *Leo epist. 60. ad Maxim. Antiochen. Episcopum in medio.*

CAP. IX.

Numquid Acacius, vt Ioannem quemlibet hominem, catholicum tamen, à catholicis ordinatum, de Alexandria excluderet, Petrúmque in hæresi iam detectum, atque damnatū, absque sedis Apostolicæ consultatione reciperet, aliqua synodo saltem illic habita, hoc audacter arripuit? vt Calendionem de Antiochia depelleret, hæreticúmque Petrum, quem ipse damnauerat, absque notitia sedis Apostolicæ rursus admitteret, aliqua synodo id fecisse monstratur? si certè de dignitate agitur ciuitatum, secundæ sedis, & tertiæ maior est dignitas Sacerdotum, quàm eius ciuitatis, quæ non solùm inter sedes minimè numeratur, sed nec inter Metropolitanorum iura censetur. Nam quod dicitis Regiæ ciuitatis, alia est potestas regni sæcularis, alia Ecclesiasticarum distributio dignitatum. *Gelas. epist. 6. ad Episcopos Dardan. in med.*

CAP. X.

Desideratis nosse, quot sint veraciter Patriarchæ. Veraciter illi habendi sunt Patriarchæ, qui sedes Apostolicas per successiones Pontificum obtinent, id est, qui illis præsunt Ecclesiis, quas Apostoli instituisse probantur: Romanam videlicet, Alexandrinam, & Antiochenam. Romanam, quam sanctorum Principes Apostolorum Petrus, & Paulus, & prædicatione sua instituerunt, & pro Christi amore fuso proprio sanguine sacrauerūt. Alexandrinam, quam Euangelista Marcus discipulus, & de baptismate Petri filius, à Petro missus instituit, & Domino Christo cruore dicauit. Antiochenam, in qua conuentu magno sanctorum facto primùm fideles dicti sunt Christiani, & quam beatus Petrus, prius quàm Romam veniret, per annos aliquot gubernauit. *Nicolaus ad consulta Bulgarorum, c. 92.*

CAP. XI.

Hi (*Petrus & Paulus*) tanquam duo luminaria magna cæli, in Ecclesia Romana diuinitus constituti, &c. in ea vno, eodémque die martyrium consummantes, sanctam Romanam Ecclesiam roseo cruore suo consecrauerunt, &c. Alexandrinam Ecclesiam suam fecerunt, per beatum scilicet Marcum, vnius horum filium, ac discipulum, &c. Fecerat autem beatissimus Petrus præsentia corporali, & Ecclesiam Antiochenam iam suam, quæ sicut beatus Papa dicit Innocentius, vrbis Romæ sedi non cederet, nisi quod illa in transitu meruit, ista susceptum apud se, consummatúmque gauderet. Per has igitur tres præcipuas Ecclesias, omnium Ecclesiarum sollicitudo beatorum Apostolorum Principū Petri, ac Pauli proculdubio moderamē expectat. *Nicol. in ep. ad Michael. Imper. post med. Innoc. ep. 18. c. 5. velc. 41. incorp. can.*

CAP. XII.

Statuimus, vt diaconus, etiam si in dignitate, id est, in quouis sit officio Ecclesiastico, ante presbyterum ne sedeat, præterquàm si proprij Patriarchæ, vel Metropolitani vicem gerens, adsit in alia ciuitate super aliquo capite. Tunc enim, vt locum illius implens honorabitur. *Triul. c. 7. Iuo par. 6. c. 123. decr.* Dist. 93. c. vlt.

CAP. XIII.

Dominus, & Deus noster, qui dixit, fiant luminaria in firmamento cæli, ad illuminationem terræ, & fecit duo magna luminaria, luminare quidem maius in principio diei, minus autem in principio noctis, & posuit ea in firmamento cæli, & tamquam quædam magna luminaria, videlicet quinque Patriarchalia capita, in illuminationem totius terræ, quo præsint die, ac nocte, & separent inter lumen, & tenebras; id est, inter eos, qui agunt opera lucis, hoc est diuina, & inter eos qui agunt opera tenebrarum. *Metrophanes Metropol. Smyrnæ apud syn. viij. gener. act. 6. sub Hadr. 2. in prin.* v. c. 6. de maior. & obed.

CAP. XIV.

Sancimus; vt (*Romana sedes*) principatum Dist. 96. c. 14. Co-

Sanctiones in prin. teneat, tam super quatuor præcipuas sedes, Antiochenam, Alexandrinam, Constantinopolitanam, Hierosolymitanam, quàmque super omnes in vniuerso orbe terrarum Dei Ecclesias. *Constantinus in edicto donationis, in medio ante Conc. Nican. Balsam. ad Phot. tit. 8. cap. 1. nomocan. Deusd. cap. 4. Ansel. lib. 4. c. 33. Cæsar. lib. 2. c. 72. Tarrac. lib. 6. c. 33.*

CAP. XV.

Dist. 22. c. 3. Constantinopolitana. In CP. synodo regulam protulerunt, vt CP. Episcopus haberet honoris priuilegia post Pont. Romanum, eo quod Noua Roma est. Firmauerunt rursus Nicænam fidem, & Patriarchas constituerunt, distribuentes prouincias, vt Episcopi vniuscuiusque diœcesis ad Ecclesias non irent extraneas, quod persecutionis tempore indifferenter agebatur. Nectario CP. & Thraciam: Helladio Ponticã, qui post Basilium fuit: Gregorio Nysseno Basilij germano Cæsaream Cappadociæ: Troilo Melitanæ Armeniæ ius Patriarchæ dederunt: Asianam diœcesim Iconij Amphilochius est sortitus: Optimus Antiochiæ Pisidiæ: Ægyptum Timotheo Alexandrino distribuerunt. Orientalium Ecclesiarum gubernationem Præsulibus commiserunt, Pelagio Laodiceno, & Diodoro Tarsi: Antiochenæ Ecclesiæ priuilegia reseruantes, quę Melitio dederunt. Definierunt pariter, vt si quid in prouincia qualibet emergeret, prouinciæ Concilio finiretur. *Tripar. lib. 9. cap. 13. Vide CP. synod. cap. 3. G. 5. L. & Chalced. 28. Canon sic De Primatu Ecclesiæ CP. à Romana sede non est receptus, vt constat ex Leonis ep. 51. al. 53. & aliis*

De Patriarcha Alexandrino. Tit. III.

CAPVT I.

NVntiatur synodo venisse Ioseph Vicarium Alexandrinæ sedis, huius hortante synodo Epistola commendatitia legitur, & ipse receptus, quæ acta sunt in viij. actionibus prædictis, approbat. viij. *syn. act. ix. sub Hadr. ij. in princ.*

CAP. II.

Secunda sedes apud Alexandriam B. Petri nomine à Marco eius discipulo, & Euangelista consecrata est, ipséque à Petro Apostolo in Ægyptum directus, verbum veritatis prædicauit, & gloriosum consummauit martyrium. *Gelas. & synod. lxx. post princ.*

CAP. III.

Eusebius de quadam parua ciuitate, Apo-
7. q. 1. mutationes. stolica auctoritate mutatus est Alexandriam. *Anter. ep. vn. in prin. Burch. lib. 1. c. 77. Iuo lib. 3. tit. 6. cap. 1. panor. & par. 5. cap. 183. decret. Ansel. lib. 6. cap. 94. Tarrac. lib. 3. c. 66.*

CAP. IV.

Nec dubitare vos credo, Athanasium sacræ legis doctorem, non solùm à nobis, sed etiam à Nicæna synodo, veræ fidei cultorem esse comprobatum; qui defuncto Alexandro mirabili sene, qui Arij prostrauerat blasphemias, post quinque menses Nicæni Concilij, Alexandrinorum Ecclesiæ suscepit Præsulatum, &c. *Iul. ep. 1. in princ.*

CAP. V.

De Alexandrina Ecclesia, & Dioscoro, Athanasio, Theophilo, & Cyrillo, & B. Marco Episcopis. *Leo ep. 49. vel 50. ad Episcopos Galliæ.*

CAP. VI.

Non conuellantur prouincialium intra Primatum, nec priuilegiis antiquitus institutis Metropolitani Antistites fraudentur. Nihil Alexandrinæ sedi eius, quam per sanctum Marcum Euangelistam beati Petri discipulum meruit, pereat dignitatis. Nec Dioscoro in impietatis suæ pertinacia corruente, splendor tantæ Ecclesiæ tenebris obscuretur alienis. *Leo ep. 51. in fine. ad Anatolium CP.*

CAP. VII.

Fratrem Proterium Alexandrinæ vrbis Episcopum, gratulor satisfactionis plenas de fide sua ad nos litteras direxisse, & manifestè, quidnam teneat indicasse: cui me dignam gratiam, pro fidei ipsius sinceritate, necesse est præstare, vt honorem in nullo suæ perdat Ecclesiæ, sed sedis suæ priuilegio, paternæ antiquitatis exemplum; iuxta canonum illibata iura, possideat. *Leo ep. 66 ad Iulian. Episcop.*

CAP. VIII.

De Proterio Alexandrino multa, vbi laudantur Athanasius, Theophilus, & Cyrillus eiusdem Ecclesiæ Episcopi. *Leo ep. 32. vel 67. ad Marcian. August.*

CAP IX

Cùm beatissimus Petrus Apostolicum à Domino acceperit Principatum, nefas est crede- *24. q. 1. c. 16.*
re, quod sanctus discipulus eius Marcus, qui Alexandrinam primus Ecclesiam gubernauit, aliis regulis traditionum suarum decreta formauit, &c. *Leo ep. 9. vel 79. ad Dioscorum in princ. Ansel. lib. 1. c. 30.*

CAP. X.

Alexandrina secunda sedes, Antiochena tertia. *Gelas. ep. 4. ad Faustum, & 6. ad Epis. Dard.*

CAP. XI.

De Timotheo, & Ioanne Alexandrino. *Gelas. ep. 4. ad Faustum.*

CAP. XII.

Quis Patriarcharum secundus sit à Romano, consultis. Iuxta quod sancta Romana tenet Ecclesia, & Nicæni canones innuunt, & sancti Præsules Romanorum defendunt, & ipsa ratio docet; Alexandrinus Patriarcharum à Romano Papa secundus est. *Nicol. ad consulta Bulga. c. 93.*

CAP. XIII.

De pallio Athanasij ad Felicem II. se id sumpsisse Romæ, sed appellat stolam: & Liberatus in Breuiario c. 20. ait, pallium beati Marci Alexandriæ fuisse. *Vide Prosperum c. 20.*

CAP. XIV.

Consuetudo est Alexandriæ (*Patriarcham*) qui defuncto succedit, excubias super defun-

cti corpus agere, manúmque dexteram eius capiti suo imponere, & sepulto manibus suis, accipere collo suo B. Marci pallium, & tunc legitimè sedere. *Liberat.c.20.*

CAP. XV.

Gelasij temporibus iterum venit relatio de Græcia, eo quòd multa mala, & homicidia fierent à Petro, & Acacio CP. Eodem tempore fugiens Ioannes Alexandrinus Episcopus Catholicus venit Romam ad sedem Apostolicam, quem beatus Gelasius suscepit cum gloria, cui etiam & secundam sedem præbuit. *Ex Pontif.*

CAP. XVI.

De Timotheo, & Petro Alexandrinis Episcopis, *Acacius ad Simplic. Felix iij. ad Acac. CP. Episcopum ep.1.*

De Patriarcha Antiocheno.

Tit. IV.

CAPVT I.

NE Episcopus Antiochenus ordinationes in Cypro administraret. *Ephes. decretum.*

CAP. II.

Tertia sedes apud Antiochiam beatissimi Petri nomine habetur honorabilis, eo quòd illic, priusquam Romam venisset, habitauit; & illic primum nomen Christianorum nouellæ gentis exortum est. *Gelas. & syn. lxx. Episcoporum. Vide ante Conc. Nica.*

CAP. III.

Dilectissimis fratribus vniuersis Episcopis per Antiochenam prouinciam constitutis, Marcellus, &c. [Rogamus ergo vos fratres, vt
24.q.1.c.15. non aliud doceatis, neque sentiatis, quàm quod à Beato Petro Apostolo, & à reliquis Apostolis, & Patribus accepistis. Ab illo enim primo instructi estis, ideo non oportet vos proprium derelinquere Patrem, & alios sequi. Ipse enim caput est totius Ecclesiæ, cui ait Dominus: Tu es Petrus, &c. Eius enim sedes
Matt. 16.c. primitus apud vos fuit, quæ postea iubente Domino Romam translata est, &c. Si vestra verò Antiochena, quæ olim prima erat, Romanæ cessit sedi; nulla est, quæ eius non subiecta sit ditioni, &c. *Marcellus ep. 1. in princ. Anselm. lib.1. cap.15.*

CAP. IV.

Ecclesia Antiochena, quam priusquam ad vrbem perueniret Romam, beatus Apostolus Petrus sua præsentia illustrauit, velut germana Ecclesię Romanæ diu se ab eodem alienam esse non passa est, &c. Ipsius ciuitatis Episcopus (*est*) frater meus Alexander, &c. *Inn. ep.14.*

CAP. V.

De Alexandro Antiocheno Episcopo. *Innocent. ep.14.15.16.17.18.19.*

CAP. VI.

Reuoluentes auctoritatem Nicænæ synodi, quæ vna omnium per orbem terrarum explicat mentem Sacerdotum, quæ censuit de Antiochena Ecclesia, cunctis fidelibus ne dixerim Sacerdotibus esse necessarium custodire; quam super diœcesim suam prædictam Ecclesiam, non super aliquam prouinciam, recognoscimus constitutam. Vnde aduertimus, non tam pro ciuitatis magnificentia hoc eidem attributum, quàm quod prima primi Apostoli sedes esse monstretur, vbi & nomen accepit religio Christiana, & quæ conuentum Apostolorum apud se fieri celeberrimum meruit, quæque vrbis Romæ sedi non cederet, nisi quod illa in transitu meruit, ista susceptum apud se, consummatúmque gaudet. *Innoc. ep.18. in princ. ad Alex. Episc.*

CAP. VII.

Antiochena Ecclesia, in qua primum prædicante Apostolo Petro Christianum nomen exortum est, in paternæ constitutionis ordine perseueret, & in tertio gradu collocata nunquam se fiat inferior. *Leo ep.51. in fine ad Anatolium CP. Vide de eadem re. ep. 52. 53. 57.*

CAP. VIII.

Oportet dilectionem tuam toto corde perspicere, cuius Ecclesiæ gubernaculis te Dominus voluerit præsidere (*loquitur de Ecclesia Antiochena*) & cuius meminisse doctrinæ, quam præcipuus Apostolorum omnium beatissimus Petrus per totum mundum quidem vniformi prædicatione, sed speciali magisterio in Antiochena, & Romana vrbe fundauit, &c. Neque vllo modo sinas in Orientalibus Ecclesiis, maximéque in his, quas Antiochenæ sedi sacratissimorum Patrum Nicæni canones deputauere, ab improbis hæreticis Euangelio insultari, &c. Dignum est enim, te Apostolicæ sedis in hac sollicitudine consortem, & ad augendam fiduciam priuilegia tertiæ sedis agnoscere, vt in nullo cuiusquam ambitione minuantur, &c. *Leo epist.60. ad Maximum Antiochen. Episc. post princ.*

CAP. IX.

Antiochena tertia sedes. *Gelas. ep.4. ad Faustum, & 6. ad Episcopos Dardaniæ.*

CAP. X.

Contra Petrum Antiochenum, & de Calendione Antiocheno. *Gelas. ep. 4. ad Faust.*

CAP. XI.

Importabilibus verbis impiè garrulasti, & non iudicasti cedere prædictis sanctis Patribus, qui ornarunt sedem beatæ memoriæ, & multum triumphantis Ignatij Martyris, cuius tu indignus existis, &c. *Felix iv. ad Petrum Antioch. Episc. ante v. syn. in prin.*

CAP. XII.

Petrus primogenitus, & diaboli filius, & qui sanctæ Antiochenæ Ecclesiæ indignissimè se ingessit, sanctámque sedem Pontificatus Ignatij Martyris polluit, qui Petri dextera Episcopus ordinatus est, Eustathiique Confessoris, ac Præsidentis cccxviij. Patrum, qui in Nicæa conuenerunt, &c. *Felix iv. in epist. ad Zenonem Imperator. ante v. syno. ante medium epist.*

De Patriarcha Hierosolymitano. Tit. V.

CAPVT I.

Dist. 65. quoniam mos. 7. QVoniam consuetudo viget, & antiqua traditio est, vt Æliensis Episcopus honoretur: habeat is quidem honorem, sed Metropoli sua dignitas seruetur. *Nica. cap. 7. Vide Calced. act. 6. in princ.*

Cap. II.

Erat quidam Sacerdos, nomine Polychronius, Episcopus Hierosolymitanus. Is per imprudentiam senectutis dicebat, quod Hierusalem prima sedes esset, & ore superbo quasi superiorem affirmabat se Pontificem esse, & summum Sacerdotem, & accepto munere ordinabat Episcopos, Presbyteros, diacones, & Ecclesias dedicabat. Contra quem Xystus iij. synodum congregauit. *Synod. Romana sub Xysto. ij. in expurgatione Polychronij.*

Cap. III.

Clemens Iacobo fratri Domini, & Episcopo Episcoporum regenti Hebræorum sanctam Ecclesiam Hierosolymis: sed & omnes Ecclesias, quæ vbique Dei prouidentia fundatæ sunt cum presbyteris, & diaconibus, & cæteris omnibus fratribus pax sit semper. *Cle. epist. 1. in prin.*

Cap. IV.

Hierosolymitarum primus Archiepiscopus beatus Iacobus Iustus frater Domini à Petro, Iacobo, & Ioanne Apostolis est ordinatus. *Anacl. ep. 2. in princ. refert Anicet. epist. 1. in princ. Burch. lib. 1. c. 15. Iuo lib. 3. tit. 2 c. 10. panor. & p. 5. c. 69. decr. Anselm. lib. 6. c. 47.* *Dist. 66. Petro c.*

Cap. V.

Cur nobis inconsultis Episcopos Antiochiam conuocastis, ad quam nec Maximus Hierosolymitanus venit, nec nostra interfuit legatio? *Iul. epist. 2. post princ.*

Cap. VI.

De Hierosolymitano Episcopo, & de Proterio Alexandrino, & de Theophili Alexandrini de Paschate opinione. *Leo epist. 43. al. 66. ad Iulian. Epis.*

Cap. VII.

Ad Iuuenalem Hierosolym. Episcopum. *Leo ep. 47. al. epist. 70.*

Cap. VIII.

Constantinopolitanus, & Hierosolymitanus Antistites, licet dicantur Patriarchæ, non tantæ tamen auctoritatis, quantæ Alexandrinus, & Antiochenus existunt. Hierosolymitanus enim Præsul, licet & ipse Patriarcha dicatur, & secundùm antiquam consuetudinem, ac Nicænam synodum honorandus sit, salua tamen Metropoli propria dignitate: sed & in eadem sancta, & magna synodo nequaquam Hierosolymitanus, sed Aliæ Episcopus dicitur. *Nic. ad consulta Bulg. c. 92.*

Cap. IX.

Hierosolymitanus Episcopus pro tanti loci reuerentia ab omnibus habetur honorabilis: maximè quod illic primus beatissimus Iacobus, qui dicebatur Iustus, qui etiam secundùm carnem frater Domini nuncupatus est, à Petro, Iacobo, & Ioanne Apostolis est Episcopus ordinatus. Itaque secundùm antiquiorum Patrum definitionem, sedes prima in Hierosolymis esse minimè dicitur: ne fortè ab infidelibus, aut idiotis sedes Domini nostri Iesu Christi, quæ in cælo est, in terra esse putaretur. *Incert. in præfation: Nicæni Concil.*

Cap. X.

Tantum Hierosolymitanæ Ecclesiæ omnes fauorem impendunt, quasi matri Christiani nominis, vt nemo audeat ab ea se discernere. *Iustinus Imp. ep. 2. ad Hormisd. cuius initium est: Quo fuimus.*

De Patriarcha Constantinopolitano. Tit. VI.

CAPVT I.

COnstantinopoleos Episcopus habeat honoris priuilegia (*Primatus honorem l.*) post Rom. Episcopum, cum sit noua Roma. CP. 3. G. 5. *L. refert Chalc. c. 28. & Trul. 36. Hos canones à Rom. Pontif. confirmatos non fuisse constat ex c. xiij. & sequentibus.* *Dist. 22. 3. Constantinopolitana.*

Cap. II.

Episcopi CL. in synodo CP. sub Theodosio maiore, iusta ratione moti dederunt paria priuilegia sedi CP. Nouæ Romæ, quæ olim Patres Antiquæ Romæ dederant. Cùm enim imperio, & senatu decoretur, in Ecclesiasticis quoque rebus erat magnificanda: cum post illam secunda sit. Metropolitani Pontifices, & Asianæ, & Thraciæ diœceseos, & in barbaricis Episcopi, à sola eadem sede CP. ordinentur. Ipsi verò Metropolitani cum suis Episcopis in singulis suis diœcesibus Episcopos ordinent, vt diuinis canonibus continetur. Ipsi verò ab Archiepiscopo CP. ordinentur, decreta verò ex more fiant, & referantur. *Chal. 28. refert Trul. 36.*

Cap. III.

Confirmauimus CL. sanctorum Patrum, qui Constantinopoli congregati sunt, regulá sub piæ memoriæ Theodosio, quæ præcepit post vestram sanctissimam, & Apostolicam sedem honorem habere Constantinopolitanam, quæ secunda est ordinata. *Chalc. syno. ad Leonem in fi. act. 3.* *v. notationem c. superioris.*

Cap. IV.

(*Anthimo CP. vel Trapezuntio*) suffectus est Mennas ab Agapeto præsente, & à temporibus Petri Apostoli, nullum alium Orientalis Ecclesia suscepit Episcopum manibus sedis Apostolicæ ordinatum. *in. v. syn. act. 3.*

Cap. V.

Si Metropolitanus in sua Ecclesia non constituat œconomum, CP. Episcopus sua auctoritate constituat. *Nic. ij. c. 11. Iuo par. 5. cap. 374. 3. decr.* *9. q. 3. cū simus c.*

Cap. VI.

Missæ sunt & aliæ literæ à sanctissimo Papa veteris Romæ ad Tharasium sanctissimum, Patriarcham nostrum, &c. Dilecto fratri Tharasio Patriarchæ, Hadrianus seruus

seruorum Dei salutem. Pastoralibus curis, &c. *vij. syn. act. 2.*

CAP. VII.

Beatissimo, & sanctissimo Domino Tharasio Archiepiscopo CP. Patriarchæ, Orientales Pontifices, & Sacerdotes in Domino gaudere. Lectis. &c. *vij. syn. act. 3.*

CAP. VIII.

Petrus deuotissimus presbyter locum tenens sanctissimi Papæ Romani è charta legit. Tharasio sanctissimo Archiepiscopo CP. nouæ Romæ Patriarchæ, & omni sacræ, & vniuersali synodo Petrus Primas Presbyterorum sanctissimæ Ecclesię sancti, & omnibus sæculis celebrati Petri Apostoli, & Petrus presbyter, & præses sancti Sabæ, ambo Vicarij Hadriani sanctissimi Papæ veteris Romæ. Iustum, &c. *vij. syn. act. 5. in fine.*

CAP. IX.

Definiuit sancta synodus, vt si qui ex Italia clerici, vel laici, vel Episcopi in Asia, vel Europa, vel Libya † commorantes, à sanctissimo Papa Ioanne sub vinculo, aut depositione, aut anathemate positi sint; hi etiam sint apud sanctis. Patriarcham CP. Photium in eodem genere pœnæ, hoc est vel depositi, vel anathemate vincti. Quos verò Photius sanctiss. noster Patriarcha clericos, vel laicos, vel ex maioribus, vel minoribus Pontificibus in quacumque parœcia sub excommunicatione, vel depositione, vel anathemate posuerit etiam sanctis. Papa Ioannes, & quæ sub eo est, sancta Dei Romanorum Ecclesia habeat eos in eodem genere pœnæ nullum tamen priuilegiis sedis sanctissimæ Romanorum Ecclesiæ, & eius Antistitis præiudicium, aut nunc, aut futuris temporibus oriatur. *Syn. viij. vel ix. CP. sub Ioanne viij. c. 1. Hæc synodus damnata fuit à Romano Pontif.*

† Africa.

CAP. X.

De Ioanne Mirando Episcopo (CP.) *Inn. ep. 14. 16. 18. 19.*

CAP. XI.

De Attico CP. Episcopo. *Vide Innoc. ep. 14. 16 17.*

CAP. XII.

De Flauiano CP. Episcopo. *Leo. ep. 2. 3. 4. 5. &c. vel 7. 8. 9. 10. &c.*

CAP. XIII.

Post consecrationem Antiocheni Episcopi, quam tibimet contra canonicam regulam vindicasti, &c. sacratissimas Nicænorum canonum cōstitutiones conaris infringere, quo secundi honoris priuilegium sedes Alexandrina perderet, & Antiochena Ecclesia proprietatem tertiæ dignitatis amitteret: vt his locis iuri tuo subditis, omnes Metropolitani Episcopi proprio honore priuentur, &c. *Leo ep. 28. al. 51. ad Anatolium CP. post prin.*

CAP. XIV.

Persuasioni tuæ in nullo penitus suffragatur quorundam Episcoporum ante sexaginta, vt iactas, annos facta subscriptio, nunquámque à prædecessoribus tuis ad Apostolicæ sedis transmissa notitiam; cui ab initio sui caducæ, dudúmque collapsæ, sera nunc, & inutilia subiicere fomenta voluisti, eliciendo à fratribus speciem consensionis, quam tibi in suam iniuriam verecundia fatigata præberet. *Leo in ead. ep. 51. ad Anatolium Episcopum CP. post med.*

CAP. XV.

Agite, quod & Christianæ est probitatis, & Regiæ, vt prædictus Episcopus (*Constantinopo.*) pareat Patribus, consulat paci, neque sibi æstimet licuisse, quod Antiochenæ Ecclesiæ, sine vllo exemplo, contra statuta canonum, Episcopum ordinare præsumpsit; quod nos amore reparandæ fidei, & pacis studio retractare cessauimus. *Leo ep. 29. al. 52. in fine ad Marcian. Aug.*

CAP. XVI.

Frater, & coepiscopus meus Anatolius parum considerauit, quanto pietatis vestræ beneficio, & mei fauoris assensu, Constantinopolitanæ Ecclesiæ Sacerdotium fuerit consecutus: & non tam de adeptis gauisus, quàm de immodicis appetendis supra mensuram sui honoris accensus est, credens, huic tam intemperanti cupiditati posse prodesse, quàm ei quorundam consensum præbuisse dicitur, extorta subscriptio, cùm tam destruendis mox conatibus contradictio fratrum, & coepiscoporum meorum vicem meam agentium fideliter, & laudabiliter obuiaret. Quoniam contra statuta paternorum canonum, quæ ante longissimæ ætatis annos in vrbe Nicæna spiritualibus sunt fundata decretis, nihil cuique addere conceditur, &c. Constantinopolitanæ verò Præsuli Ecclesiæ, quia ampliùs, quàm assecutus est, concupiscit, quid illi satisfaciet, si tantæ vrbis magnificentia, & claritudo non sufficit? Superbum nimis est, & immoderatum, vltra fines propriós tendere, & antiquitate calcata, alienum ius velle præripere, atque vt vnius crescat dignitas, tot Metropolitanorum impugnare primatus, quietísque prouinciis, & olim sanctæ synodi Nicænæ moderatione depositis, bellum nouæ perturbationis referre, atque vt venerabilium Patrum decreta soluantur, quorundam Episcoporum proferre consensum, qui tot annorum series negauit effectum. Nam sexagesimus ferè annus huius iactantiæ esse iactatur, qua se prædictus Episcopus æstimat adiuuari, frustrà cupiens id sibi prodesse, quod etiam si quisquam ausus est velle, nullus tamen potuit obtinere. *Leo ep. 53. ad Pulcheriam, post prin.*

CAP. XVII.

De custodiendis sanctorum Patrum statutis, quæ in synodo Nicæna inuiolabilibus sunt fixa decretis, obseruantiam vestræ sanctitatis admoneo, vt iura Ecclesiarum, sicut ab illis cccxvuj. Patribus diuinitus inspiratis sunt ordinata, permaneant. Nihil alienum improbus ambitus concupiscat: nec per alterius imminutionem suũ aliquis quærat augmentum. Quantumlibet enim extortis assentationibus sese instruat vanitatis elatio, & appetitus suos Conciliorum æstimet nomine roborandos, infirmum, atque irritum erit, quid

quidquid à prædictorum Patrum canonibus discreparit. Quorum regulis Apostolica sedes, quàm reuerenter vtatur, scriptorum meorum quibus CP. Antistitis conatus repuli, potetit sanctitas vestra lectione cognoscere. *Leo ep. 59. ad Syn. Chalced. in fin.*

CAP. XVIII.

De Anatolio, Flauiano, Attico, Proclo, Ioanne CP. Episcopis. *Leo ep. 45. al. 69. ad Anatolium episcopum.*

CAP. XIX.

Ne fortè, quod solent, dicant, quod si synodus Chalcedonensis admittitur; omnia constare debeant, quæ illic videntur esse deprompta, &c. Cognoscant illud secundùm scripturas sanctas, traditionémque maiorum, secundùm canones, regulásque Ecclesiæ, pro fide communi, & veritate Catholica, & Apostolica, pro qua hanc fieri sedes Apostolica delegauit, factámque firmauit, à tota Ecclesia indubitanter admitti: alia autem, quæ per incompetentem præsumptionem illic prolata sunt, vel potius ventilata, quæ sedes Apostolica gerenda nullatenus delegauit, mox à Vicariis sedis Apostolicæ contradicta, manifestum est, quæ sedes Apostolica, etiam perente Marciano Principe, nullatenus approbauit, quæ Præsul Ecclesiæ Constantinopolitanæ tunc Anatolius, nec se præsumpsisse professus est, & in Apostolicæ sedis Antistitis non negauit posita potestate: quæ ideo sedes Apostolica non recepit, quia quę priuilegiis vniuersalis Ecclesiæ contraria probantur, nulla ratione sustinet. *Gelas. in tom. de Anathem. in prin.*

CAP. XX.

Dist. 12. c. 5. Qua traditione maiorum Apostolicam sedem in iudicium vocant? &c. Cęterùm isti, qui sacri, qui Ecclesiastici, qui legitimi celebrantur, sedem Apostolicam ad iudicium vocare non possunt: & Constantinopolitanæ ciuitatis Episcopus, qui vtique per canones inter sedes nullum nomen accepit, in communionem recidens perfidorum, non debuit submoueri? An, qui homini mentitus dicitur Imperatori, & qui Imperatorem læsisse prohibentur, depelli debuerunt: & in Deum, qui summus, & verus est Imperator, Acacium delinquentem, sincerámque communionem diuini sacramenti studentem miscere cum perfidis, secundùm synodum, qua hæc est damnata perfidia, non oportebat excludi? *Gelas. epist. 4. ad Faustum post med. Ino par. 5. cap. 9. decr. & ep. 1. ad Richer. Senonen.*

CAP. XXI.

Cuius sedis Episcopus (CP.)? cuius Metropolitanę ciuitatis Antistes? nonne Parochiæ Heracliensis Ecclesię? *Gelas. ep. 6. ad episc. Dard. ante med. Ansel. lib. 2. cap. 24 & lib. 12. c. 69.*

CAP. XXII.

Risimus, quod prærogatiuam volunt Acacio comparari, quòd Episcopus fuerit regiæ ciuitatis. Nunquid apud Mediolanum, Rauennam, Sirmium, Treuiros multis temporibus non constitit Imperator? &c. Si certè de dignitate agitur ciuitatum, secundæ sedis, & tertiæ maior est dignitas Sacerdotum, quàm eius ciuitatis, quæ non solùm inter sedes minimè numeratur, sed nec inter Metropolitanorum iura censetur. *Gelas. epist. 6. ad Episcopos Dardan. post med. Nic. ep. ad Mich. Imp. ante med. Anselm. lib. 12. cap. 69.*

CAP. XXIII.

Multa contra Ioan. CP. Episcopum, qui se vniuersalem appellabat, & Concilium generale conuocabat. *Pelag. 11. ep. 13. prin.*] Nullus Patriarcharum hoc tam profano vocabulo vnquam vtatur: quia si vnus † Patriarcha vniuersalis dicitur, Patriarcharum nomen cæteris derogatur, &c. *Pelag. ep. ibid. Ansel. lib. 6. c. 123. Tarrac. lib. 3. c. 65.* Dist. 99. c. 4. † summus.

CAP. XXIV.

Constantinopolitanus, & Hierosolymitanus Antistites, licet dicantur Patriarchæ, non tantæ tamen auctoritatis, quantæ Alexandrinus, & Antiochenus existunt. Nam Constantinopolitanam Ecclesiam, nec Apostolorum quisquam instituit, nec Nicæna synodus, quæ cunctis synodis celebrior, & venerabilior est, eius mentionem aliquam fecit, sed solùm quia Constantinopolis noua Roma dicta est, fauore Principum, potius quàm ratione, Patriarcha eius Pontifex appellatus est. *Nicolaus ad consulta Bulgarorum cap 92.*

CAP. XXV.

Renouantes canonem CP. & Chalced. definimus, vt CP. sedes æqualibus priuilegiis fruatur cum sede antiquioris Romæ, & in Ecclesiasticis rebus, vt illa magni fiat, secundum habens post illam locum; post quam Alexandrina sit, deinde Antiochena, postea Hierosolymitana. *Trul. 36. Vide CP. 3. G. 5. L. Chal. 28.* Dist. 22. c. 6.

CAP. XXVI.

Præsidente sanctissimo, & beatissimo Domino nostro œcumenico Archiepiscopo, & Patriarcha Menna, &c. Euphemius Deo amãtissimus Diaconus, & primicerius Notariorum dixit. *In v. syn. CP. in princ. De œcumenici, vel vniuersalis nomine, quod Patriarcha CP. sibi vsurpabat, vide c. 26.*

CAP. XXVII.

Quemadmodum continent literæ sanctissimi Papæ veteris Romæ Hadriani, & secundùm sententiam beatissimi, & vniuersalis Patriarchæ Tarasij, sic sentio, &c. *Basilius Ancyra Episc. vij. syn. act. 2. post epist. Hadr. ad Taras.*

CAP. XXVIII.

Licet sedes Apostolica nunc vsque contradicat, (*priuilegia CP. Episcopi*) quod à synodo, (*Chalced.*) firmatum est, Imperatoris patrocinio permanet quodammodo. *Liberat. c. 13.*

CAP. XXIX.

Imp. Pius Pacificus Fl. Constantinus fidelis in Iesu Christo Deo, Georgio sanctiss. ac beatiss. Archiepiscopo CP. & vniuersali Patriarchæ. *Constantinus ev. ante vj. synodum.*

De Prouinciis, quæ ad singulos Patriarchas pertinent. Tit. VII.

CAPVT I.

Dist. 65. c. 6. mos. Antiqua consuetudo seruetur per Ægyptum, Libyam, & Pentapolim, ita vt Alexandrinus Episcopus horum omnium habeat potestatem, quia & vrbis Romæ Episcopo parilis † mos est. Similiter autem & apud Antiochiam, cæteràsque prouincias suis priuilegia seruentur Ecclesiis. *Nica. c. 6. Vide Chalc. act. 16. post prin. Anselm. lib. 4. cap. 44. Cæsaraug. lib. 4. cap. 65.*

† hic.

CAP. II.

Episcopi, qui extra diœcesim sunt, ad finitimas Ecclesias non accedant, neque eas confundant; sed iuxta canones, Alexandriæ Episcopus Ægyptios administret: Orientis Episcopi Orientem gubernent, seruatis priuilegiis Nicænis canonibus datis Antiochiæ Ecclesiæ. CP. 2. (9 q. 2. c. 8.)

CAP. III.

Maximus sanctissimus Episcopus, seu Antiochiensium sanctissima Ecclesia duas Phœnicias, & Arabiam sub propria habet potestate. Iuuenalis autem sanctissimus Hierosolymorum Episcopus, siue sanctissima Ecclesia, quæ sub eo est, tres Palæstinas itidem sub propria habeat potestare. *Chalced. act. 7. post med.*

CAP. IV.

Eam consuetudinem, quæ ex longo iam tempore permansit, quam habuit Constantinopolitanorum sancta Dei Ecclesia, ad ordinandum Metropolitanos Prouinciarum tam Asianæ, quàm Ponticæ, vel Thraciæ, & nunc synodali decreto firmauimus. *Chalcedon. ad Leonem act. 3. post med.*

CAP. V.

Ponticæ, & Asianæ, & Thraciæ diœcesis Metropolitani soli, præterea Episcopi prædictarum diœcesum, quæ sunt inter barbaros, à throno sanctissimæ Constantinopolitanæ Ecclesiæ ordinentur: vnoquoque scilicet prædictarum diœcesum Metropolitano cum Prouinciæ Episcopis Prouinciæ Episcopos ordinante, quemadmodum diuinis canonibus est traditum. *Chal. c. 28.*

CAP. VI.

Cùm Ioannes Cypri insulæ Primas cum populo suo in Hellespontum Prouinciam profectus sit ob barbarorum incursiones, & ob libertatem à Gentilium seruitute consequendam, & vt subueneretur Christianis ea insula, vt factum est prouidentia Dei, & virtute Imperatoris placuit, vt immutata sint à synodo in Epheso data ei sedi priuilegia, vt noua Iustinianopolis ius habeat Constantinopolitanæ vrbis, eiusque Episcopus cæteris Hellesponti Prouinciæ Episcopis præsideat, & à suis Episcopis ordinetur, iuxta veterem consuetudinem. Nam in vnaquaque Ecclesia mores esse seruandos, sancti Patres dixerunt. Episcopus verò Cyzicenorum subiicitur Iustinianopolitano, vt cæteri Episcopi, & ab Ioanne Episcopo ordinabitur. *Trul. 39. Nica. c. 6.*

Patriarcha electus synodicam ad alios Patriarchas mittit. Tit. VIII.

CAPVT I.

Quotiens in quatuor præcipuis sedibus Antistites ordinantur; synodales sibi Epistolas vicissim mittunt, in quibus se sanctam Chalcedonensem synodum cum aliis generalibus synodis custodire fatentur. *Greg. ep. 4. ad Secundinum inclusum post princ. lib. 7. c. 53 reg.*

CAP. II.

Quandoquidem antiqua quædam obseruantia, immo verò Apostolica traditio in Ecclesiis diu obtinuit; vt illi, qui recèns assumpti fuissent ad summi alicuius Sacerdotij gradus, illis qui & ante eos, & multis temporibus summi Sacerdotij gradum obtinuissent, fidem suam exponerent: visum est mihi hæc secuto, & me submittere vobis, & manifestè meæ fidei confessionem apud vos exponere, &c. *Tharas. incepist. ad Episcopos Orientis, vij. syn. act. 3. in princ.*

De variis Primatibus Orientis. Tit. IX.

CAPVT I.

Apud Ephesum beatissimus Ioannes Apostolus multo tempore post resurrectionem, & ascensionem in cælos Domini nostri Iesu Christi commoratus est: ibique etiam Euangelium, quod secundùm Ioannem dicitur, diuina inspiratione conscripsit, atque requieuit, & ob hoc Episcopus Ephesinus pro tanti Apostoli, & Euangelistæ memoria, cæteris Episcopis Metropolitanis in synodis honorabiliorem obtinet sedem. *Incer. in præfato. in Nican. Conci. incipient. beatissimo.*

CAP. II.

Vt noua Iustinianopolis Constantinopolis ius habeat, & qui in ea constituitur in primis pius, ac religiosissimus Episcopus, præsit omnibus Hellespontinorum Prouinciæ Episcopis, & à suis Episcopis eligatur ex antiqua consuetudine. Mores enim, qui sunt in vnaquaque Ecclesia diuini etiam nostri Patres seruandos censuerunt, Cyzicenorum ciuitatis Episcopi prædicti Iustiniani ciuitatis subiecto existente. *Trul. syn. cap. 39. Vide Nican. cap. 6.*

De Primatibus Africæ. Tit. X.

CAPVT. I.

Dominis venerabilibus fratribus Prospero Numidiæ primæ sedis Episcopo, Leoni, &c. *Damas. epist. 4. in princ.*

CAP. II.

Valentinus Episcopus primæ sedis Numi-

dicę regionis. *Carth. 10. G. Carth. ij. c. 8. L. 13. 4. G.*

Cap. III.

Vt singulæ prouinciæ singulos habeant Primates, Mauritania Sitifensis non Primatem Numidiæ prouinciæ, sed proprium habeat, aliorum Primatum Africæ, & Episcoporum consensu, propter longinquitatem. *Carth. 17. G.*

Cap. IV.

† Crescetianus f. Crincentianus, † & Aurelius Episcopi primis sedæ duarum Numidiarum. *Carth. 33. G.*

Cap. V.

Misonius Episcopus primæ sedis. *Carth. 33. G.*

Cap. VI.

Primæ sedis Episcopus non appellatur Exarchus (*Princeps L.*) Sacerdotum, vel summus Sacerdos, aut quid simile, sed tantùm Episcopus primæ sedis. *Carth. 39. G. Carth. iij. c. 26. L. Africa. 6. L. Capit. lib. 7. c. 29. Burch. lib. 1. cap. 3. Inopar. 5. cap. 57. decr.* Dist. 99. c. 3.

Cap. VII.

Coram Primate Numidiæ compareat Cresconius Episcopus, deinde in Concilio totius Africæ. *Carth. 78. G. Afric. 44. L.*

Cap. VIII.

Nuntius Episcopus primæ sedis Mauritaniæ Sitifensis. *Carth. 86. G. Afric. 52. L.*

Cap. IX.

Sanctippus Episcopus primæ sedis Numidiæ. *Carth. 86. & 87. G. Afric. 52. 53. L. Mileuit. 13. L.*

Cap. X.

Saluo iure Primatum Numidiæ, & Mauritaniæ, vt in matrice, & chartotheca Numidię, & iure primæ sedis, & Metropolis Constantinæ, antiquius ordinati Episcopi, posterius ordinatis præferantur. *Carth. 87. G. Mileuit. 13. L. (de Metrop. Const. nihil. L.) sed vide Afric. 53. L.*

Cap. XI.

Congregato Concilio in Ecclesia Apostolorum plebis Telensis, beatus Pater primæ sedis Episcopus Donatianus ciuitatis Telensis cùm resedisset, &c. Vincentius, & Fortunatianus dixerunt. *Telen. Conc. in princ. inter epistolas Syricij.*

De Galliæ Primatibus. Tit. XI.

CAPVT I.

Hilarius (*Viennensis Episcopus*) Ecclesiarum statum, & concordiam Sacerdotum nouis præsumptionibus turbaturus excessit, ita suæ vos cupiens subdere potestati, vt se beato Apostolo Petro non patiatur esse subiectum, ordinationes sibi omnium per Gallias Ecclesiarum vindicans, & debitam Metropolitanis Sacerdotibus in suum iùs transferens dignitatem. *Leo epist. 87. ad Episcopos Viennens. post princip.*

Cap. II.

25. q. 2. c. 1. In Galliarum Episcopis nullam tibi auctoritatem tribuimus, quia ab antiquis prædecessorum meorum temporibus pallium Arelatēsis Episcopus accepit, quem nos priuare auctoritate percepta minimè debemus. Britannorum verò omnes Episcopos tuæ fraternitati committimus, vt indocti doceantur infirmi persuasione roborentur, peruersi auctoritate corrigantur. *Greg. ad August. Cantuar. Interr. 7. al. 9. Ansel. lib. 6. c. 89. Tarrac. lib. 4. c. 24.*

Cap. III.

Arelatensis Ecclesia in regionibus Gallicanis Primatus priuilegio, & sedis Apostolicæ vicibus decoratur. *Nic. ep. ad Mich. Imp. ante medium.*

Cap. IV.

Postulasti à nobis, quatenus dignitatem ab antecessoribus nostris concessam Ecclesiæ, cui Deo auctore præesse dignosceris, confirmaremus, & quæque sub infestatione hostili Apostolicæ sedis definitione tueremur. Inclinati precibus tuis, confirmamus Primatum super quatuor Prouincias Lugdunensis Ecclesiæ tuæ, & per eam tibi, tuisque successoribus his tantùm, qui nullo interueniente munere electi, vel promoti fuerint. Prouincias autem illas, quas vobis confirmamus, dicimus Lugdunensem, Rothomagensem, Turonensem, & Senonensem; vt hæ videlicet Prouinciæ condignam obedientiam Lugdunensi Ecclesiæ exhibeant, & honorem, quem Romani Pontifices reddendum esse scriptis propriis præfixerunt, humiliter, & deuotè persoluant, salua in omnibus Apostolicæ sedis reuerentia, & auctoritate. *Greg. vij. lib. 6. reg. ep. 34.*

Cap. V.

Ad Arelatensis Episcopi arbitrium synodus est congreganda; ad quam vrbem ex omnibus mundi partibus, præcipuè Gallicanis, sancti Martini † tempore legimus celebratum fuisse Concilium, atque conuentum. Si quis commonitus infirmitatis causa defuerit, personam vice sua dirigat. *Arel. ij. c. 18.* † Marini, vel Maximi.

Cap. VI.

Inter Episcopos vrbium Arelatensis, & Viennensis, qui de Primatus apud nos honore certabant, à sancta synodo definitum est, vt qui ex eis comprobauerit suam ciuitatem esse Metropolim, is totius Prouinciæ honorem Primatus obtineat, & ipse iuxta præceptum canonum, ordinationum habeat potestatem. Certè ad pacis vinculum conseruandum, hoc consilio vtiliori decretum est, vt si placet memoratarum vrbium Episcopis, vnaquæque de his, viciniores sibi inter prouincias vindicet ciuitates. *Taurinat. c. 1.*

De priuilegiis Primatum. Tit. XII.

CAPVT I.

Extra conscientiam sedis Apostolicæ, hoc est Primatis, nemo audeat ordinare. *Syric. ep. 4. c. 1. Innoc. epist. 2. cap. 1.* Vid. dist. 64. c. 5.

Cap. II.

Cum Primatis voluntate tres Episcopi ordinent Episcopum. *Carthag. 13. G. Carthag. ij. cap. 12.* Dist. 65. placet. c. 5.

CAP. III.

Singulis annis synodus fiat, ad quam omnes, qui primas sedes habent prouinciarum, ex suis synodis duos, vel plures eligant Legatos. *Carth. 18. G. Carth. iij. c. 1. L.*

CAP. IV.

Episcopi mare non exeant, nisi cum decreto primæ sedis eius Prouinciæ Episcopi; hoc est, nisi à Primate formatam acceperit, quæ dicitur absoluta. *Carth. 23. G. Carth. iij. c. 28. L.*

CAP. V.

Si res Ecclesiæ necessitate vrgente vendenda est, Primas certior fiat, & de consilio cæterorum Episcoporum consentiat. *Carthag. 26. G. Carth. v. cap. 4. L. Inopar. 3. cap. 153. decr. Ansel. lib. 5. cap. 45.* *17. q. 4. c. 39. nulli lat..*

CAP. VI.

Episcopus Carthaginensis potest vndecumque accipere alienum clericum, & ordinare Episcopum, Presbyterum, vel diaconum, admonito Episcopo, cuius est ille clericus, etsi singularis sit. *Carth. 55. G. Carth. iij. c. 45. L. Afric. 22. L. Aquisgran. 91.*

CAP. VII.

Dist. 18. placuit. 10. Primates eligunt mittendos ad synodum: eisdem excusationes non venientium deferuntur. *Carth. 77. G. Carth. v. c. 10. L. Afric. 43. L. Capitul. lib. 7. c. 460.*

CAP. VIII.

Episcopus Carthaginensis nomine omnium subscribat, & mittat litteras. *Carthag. 86. 109. G. Mileu. 10. L. Afric. 52. 73. 94. L.*

CAP. IX.

Placuit, vt plebes, quæ nunquam habuerunt proprios Episcopos, nisi ex Concilio plenario vniuscuiusque Prouinciæ, & Primatis decretum fuerit, minimè excipiant. *Carth. 102. G. Concil. Afric. c. 65. L.*

De reuerentia, quæ debetur Patriarchis, & Primatibus. Tit. XIII.

CAPVT I.

NVllus laïcus, monachus, clericus ante diligentem examinationem, & synodicam sententiam, à communione se separet proprij Patriarchæ, licet criminalem quamlibet causam eius se nosse prætendat, sed neque recuset nomen ipsius referre inter diuina mysteria, vel officia, &c. Quod etiam circa Patriarcham suum Metropolitas facere oportet, &c. *viij. syn. CP. c. 10. sub Hadr. ij.*

CAP. II.

Præcipit sancta synodus, ne amplius laïci fictitium Patriarcham, aut fictitios Episcopos irrisionis causa, vt solebant, constituere audeant; præscribit autem pœnam transgressoribus. *syn. viij. gen. sub Hadr. ij. c. 16.*

CAP. III.

Definimus, neminem prorsus mundi potentium, quemquam eorum, qui Patriarchalibus sedibus præsunt, inhonorare, aut mouere à *Dist. 22. c. vlt.* proprio throno tentare, sed omni reuerentia, & honore dignos iudicare, præcipuè quidem sanctissimum Papam senioris Romæ, deinceps autem Constantinopoleos Patriarcham, deinde verò Alexandriæ, & Antiochiæ, atque Hierosolymorum. *Syno. viij. gen. c. 21. sub Hadr. ij. Ansel. lib. 2. c. 72. Deusd. c. 3,*

CAP. IV.

Variis detractionibus, atque accusationibus non decet labefactari Primatem, sed magis Patrum regulis roborari, nec facilè, aut indifferenter suscipere accusationes præsumant. *Felix ij. ep. 1. c. 10. Capitul. lib. 6. c. 287. thr. 5.*

CAP. V.

Episcopi vniuscuiusque nationis suum Primatem noscant, quem vt caput habeant, & nihil ampliùs rerum præter eius voluntatem gerant, sed in suis parœciis, & earum vicis versentur. Is quoque sine Episcopis nil agat; hinc concordia nascatur, & gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. *Ap. 34. G. 35. L.*

Ad Patriarchas, & Primates pertinent maiores causæ, & grauiora negotia. Tit. XIV.

CAPVT I.

EPiscoporum iudicia, & maiora Ecclesiarum negotia ad Primates, vel Patriarchas sunt deferenda. *Beat. Petrus apud Clem. ep. 1. post init. med. Leo ix. ad Episcopos Africæ epist. 3. ante fin. Burch. lib. 1. c. 155. Ansel. lib. 6. c. 105.* *Dist. 80. c. 2. in ill.*

CAP. II.

Ad (*Primates*) post sedem Apostolicam summa negotia conueniãt, vt ibidem, quibus necesse fuerit, releuentur, & iustè restituantur; & ij, qui iniustè opprimuntur, iustè reformentur, atque fulciantur, Episcoporúmque causæ, & summorum negotiorum iudicia, salua Apostolicæ sedis auctoritate, iustissimè terminentur. Hæc ab antiquis, hæc ab Apostolis, hæc à sanctis Patribus accepimus. *Anacl. ep. 2. c. 4. Vide eund. epist. 1. ante finem.*

CAP. III.

Ad (*Patriarchas, vel Primates*) Episcoporum negotia, salua in omnibus Apostolica auctoritate, & maiores causæ post Apostolicam sedem sunt referendæ. *Steph. ep. 2. c. 5. Ansel. lib. 6. cap. 109.* *Dist. 80. vrbes. c. 1.*

CAP. IV.

Ne Episcopus sine consensu Primatis res Ecclesiasticas alienet. *Parisiens. sub Ludouico, & Lothario lib. 1. cap. 17.*

CAP. V.

Primates, qui Episcoporum, & summorum Ecclesiasticorum negotiorum causas suscipere debent, in præfixa Nicæna synodo sint dinumerati, ne inposterum contentio ex hoc orireur. *Athanasius, & alij in Epistola ad Felicem ij. ante medium.*

Patriarchæ, & Primates dant iudices. Tit. XV.

CAPVT I.

11.q.1.c.4. IVdices alij esse non debent quàm quos ipse, qui impetitur, elegerit, aut quos suo cum consensu hæc sancta sedes, aut eius Primates auctoritate huius sanctæ sedis delegauerint. *Iul. ep. 2. cap. 34. Iuo lib. 4. tit. 11. C. 2. pan. Ansel. lib. 3. c. 21.*

Cap. II.

16.q.6.c.2. placuit c.3. de foro compe. Greg. ix. c.4. eo. tit. eui. coll. De litteris Primatum, & de iudicibus datis à Primatibus. *Carthag. 121. G. Mileuit. 21. L. & 122. G. Mileuit. 24. L. Afr. 87. 88. 89. Burchar. lib. 1. c. 68. & 70. Iuo par. 5. cap. 176. & 177. decr. Cæsar. lib. 4. c. 126.*

Patriarchæ, & Primates iudicant de Metropolitanis. Tit. XVI.

CAPVT I.

11.q.1.si clericus. 47. in fi. SI aduersus Metropolitanum, Episcopus vel clericus controuersiam habeat, accipiat Primatem diœceseos, vel CP. sedem, & illic iudicetur. *Chalc. 9. & 17. Nica. xxj. apud Iul. & 54. Nicol. in ep. ad Mich. Imper. in med. Hadr. c. 6. ad Episcopum Mediom. Aquisgr. 86. Capit. lib. 7. c. 151. in addit. Iuo par. 6. c. 360. decr. Tarrac. lib. 1. c. 148.*

Cap. II.

2.q.6.c.7. & 15. Si quis putauerit se à proprio Metropolitano grauari, apud Primatem diœceseos, aut penes vniuersalis Apostolicæ Ecclesię Papam iudicetur. *Nica. xxj. apud Iul. ep. 2. c. 4. Xyst. ij. ep. 1. ante med. Victor ep. 1. in med. Hadria. d. c. 6. Burch. lib. 1. c. 144. Iuo par. 5. cap. 257. decr. & lib. 4. tit. 12. c. 2. in fine panor. Ansel. lib. 2. c. 9. & 11.*

Cap. III.

Similiter Episcopos concurrere ad Patriarchale caput decernimus, qui à Metropolitis suis talia pertulisse fatentur (*loquitur de Episcopis, qui se iniustè fuisse depositos conquerebantur*) vt apud Patriarcham de Metropolitis, qui sub ipso sunt, iustam, & sine suspicione sententiam, negotium quod mouetur, accipiat. Insuper etiam nullo modo quisquam Metropolitanorum, vel Episcoporum à vicinis Metropolitis, vel Episcopis prouinciæ suæ iudicetur, licet quædam incurrisse crimina perhibeatur, sed à solo Patriarcha proprio iudicetur, cuius sententiam rationabilem, & iudicium iustum, ac sine suspicione fore decernimus: eo quòd apud eum honorabiliores quique colligantur, ac per hoc ratum, & firmum penitus sit, quod ab ipso fuerit iudicatum. Si quis autem non acquieuerit iis, quæ à nobis edita sunt, excommunicatus existat. *viij. synod. C P. c. 26. sub Hadr. ij.*

Cap. IV.

9.q.3.c.6. Si Metropolitanus incorrigibilis, & comprouincialibus inobediens apparuerit, (*& si autem propter aliquam causam*) graue ad hanc sedem eius causam deferre fuerit, ad eius Primatem causa deferatur, & penes ipsum, huius sanctæ sedis auctoritate iudicetur. Si (*Episcopus*) suum Metropolitanū suspectum habet, apud Primatem, aut apud Apostolicā sedem audiatur. *Anicet. ep. 1. in prin. Burch. li. 1. c. 63. Iuo lib. 4. tit. 4. c. 1. panor. & par. 5. c. 54. & 243. decret.*

Cap. V.

Si aduersus prouinciæ Metropolitanum Episcopus, vel clericus habuerit querelam, petat Primatem diœceseos, & apud ipsum iudicetur, aut apud sedem Apostolicam. *Hadrian. ad Episcop. Mediom. cap. 26. Capitul. libro 7. cap. 321.*

Patriarchæ, & Primates iudicant Episcopos. Tit. XVII.

CAPVT I.

SAlua Apostolicæ Ecclesiæ auctoritate, nullus Episcopus extra suam prouinciam ad iudicium deuocetur, sed euocatus ipse canonicè in loco omnibus congruo, tempore synodali, ab omnibus comprouincialibus Episcopis audiatur, &c. Si ipse Metropolitanum, aut iudices suspectos habuerit, aut infensos senserit; apud Primates diœcescos, aut apud Romanæ sedis Pontifices iudicetur. *Nica. liv. apud Iul. ep. 2. c. 17. Hadrian. ad Episcopum Med. c. 18. Capitul. lib. 7. c. 314. Burch. lib. 1. c. 170. Iuo par. 5. c. 280. decr. Ansel. lib. 3. c. 88.*

Cap. II.

(Patriarchæ, *vel*) Primates accusatum discutientes Episcopum, non ante sententiam proferant damnationis, † quàm Apostolica freti † auctoritate, aut reum se ipse confiteatur, aut per innocentes, & canonicè examinatos regulariter testes conuincatur (LXXII.) *Nican. lxj. apud Iul. ep. 2. c. 26. Zephy. ep. 1. in prin. Felix ep. 1. ante med. Burch. lib. 1. c. 154. & 157. Iuo lib. 4. tit. 12. c. 21. panor. & par. 5. c. 267. decr. Ansel. lib. 3. c. 65. & 66. Tarrac. libro 2. cap. 40.* 2.q.1.c.4 primates. † definitionis. † fulti.

Cap. III.

Primates, vel Patriarchæ reliquorum Episcoporum iudicia, & maiora negotia in fide agitent, & secundùm Dei voluntatem, sicut constituerunt sancti Apostoli, ita vt ne quis iniustè periclitetur, definiant. Archiepiscopi quoque iudicia Episcoporum, & maiora Ecclesiarum negotia agant, sed si Episcopi reclamauerint, vel eos suspectos habuerint, ad Primates, vel Patriarchas transferantur. *Clem. epist. 1. post med. Burch. lib. 1. c. 155. Ansel. lib. 6. c. 105.* Dist. 80. c. 2. in illis.

Cap. IV.

Ad xij. prouinciæ iudices, ad quorum iudicium omnes causæ ciuitatum referuntur, deferatur negotium. Si autem fuerit Ecclesiasticum, apud Episcopos interueniente Prima- 2.q.6.c.3. omnis.

te, &c. Si autem difficiles causæ, aut maiora negotia orta fuerint, ad maiorem sedem referantur, & si illic facile discerni non potuerint, aut iustè terminari; vbi fuerit summorum congregata congregatio, iustè, & Deo placitè coram Patriarcha, aut Primate, Ecclesiastica iudiceutur negotia. *Anacl. ep. 1. ante fin.*

CAP. V.

De his clericis, vel laïcis, qui Episcopos, vel reliquos sacerdotes, prius tam ad Primates eorum, quàm ad reliquos accusant, iudices, ait Dominus: Audi domus Israël, & domus Regis ausculta, & attendite sacerdotes, quia vobis iudicium est, &c. *Alex. ep. 1. post prin.*

Ose. c. 5. 4.

CAP. VI.

2. q. 7. c. 16. Si quis erga Episcopum, vel actores Ecclesiæ quamlibet querelam, aut actionem iustè se habere crediderit, &c. nō prius Primates aut alios iudices adeat, quàm ipsos, à quibus se læsum æstimat, conueniat familiariter, vt ab eis aut suam iustitiam accipiat, aut iustam excusationem, &c. *Alex. ep. 1. in med. Burch. lib. 1. c. 132. & 144. Ino libro 4. tit. 5. cap. 6. panor. & part. 5. cap. 242. & 257. decr. Ansel. lib. 3. cap. 81.*

CAP. VII.

3. q. 6. c. 7. Quamuis liceat apud Prouinciales, & Metropolitanos, atque Primates (*Episcoporum*) ventilare accusationes, vel criminationes: non tamen licet definire secus, quàm prædictum est. Reliquorum verò clericorum apud Prouinciales, & Metropolitanos, & Primates & ventilare, & iustè definire licet. *Eleuther. epis. 1. ante med. Ino lib. 4. tit. 12. c. 12. panor. & part. 6. c. 316. decr.*

CAP. VIII.

Si à fide deuiauerit Episcopus, erit corrigendus prius secretè à subditis suis, quòd si incorrigibilis apparuerit, tunc erit accusandus ad Primates suos, aut ad sedem Apostolicam. *Fabia. ep. 2. in fine.*

CAP. IX.

Nullus præfati ordinis vir (*loquitur de Episcopis*) accusari potest, aut respondere suis accusatoribus debet, priusquàm regulariter à suo Primate vocatus sit, locúmque defendendi, & inquirendi accipiat, &c. Et licet Apostolo prohibente, inter Christianos non debeant accusationes exerceri, sed si prohiberi non poterit, accusationes Episcoporum ad memoratos Primates debent ab accusatoribus deferri. *Steph. ep. 2. c. 4. Burch. lib. 1. c. 177. Ino par. 5. c. 293. decr.*

1. Cor. c. 6.

CAP. X.

c. 2. de accus. Greg. ix. c. 8. eodem tit. in 1. coll. Si quis Episcopus ab illis accusatoribus qui recipiendi sunt, fuerit accusatus, &c. tunc ad summos Primates causa eius canonicè deferatur. *Fel. ep. 2. in princ. Hadria. c. 5. ad Episc. Mediom. Capitul. lib. 7. c. 143. in addit. Burch. lib. 1. c. 174. Ino par. 5. c. 292. decr.*

CAP. XI.

Est namque synodicis decretum institutis, vt nemo Episcopum penes sæculares arbitros accuset, sed apud summos Primates, &c. Si quis Episcopum post hæc elegerit accusare, summis Primatibus Episcoporum suam indicet causam, & non sæcularibus qui magis ad pacem, quàm ad iudicium eos reuocent, &c. [Si Primates accusatores Episcoporum cum eis pacificare familiariter minimè potuerint, tunc tempore legitimo eos ad synodū conuocent, &c. *Felix ij. ep. 1. c. 1. & 3. Burch. lib. 1. c. 167. & 221. Ino par. 5. cap. 335. & 277. decr.* *5. q. 2. ca. vlt.*

CAP. XII.

Accusati (*Episcopi*) causam accusator apud Primates canonicè deferat, &c. *Felix ij. ep. 1. c. 8.*

CAP. XIII.

Quisquis Episcoporum accusatur, ad Primatem † prouinciæ ipsius causam deferat accusator, nec à communione suspendatur, † cui crimen intenditur, nisi ad causam suam dicendam Primatis † litteris die statura euocatus minimè occurrerit. *Carthag. 19. G. Carth. iij. c. 7. Tullen. post epis. synod. Burch. libro 1. c. 160. Ino lib. 4. tit. 10. c. 2. panor. & par. 5. c. 270. decr. Ansel. lib. 3. c. 33.* *4. q. 5. c. 1. † Primates. † accusator. † electos iudicum.*

CAP. XIV.

Si erga Episcopos, vel actores Ecclesiæ quisquam causam habuerit, eos cum caritate mansuetè conueniat, vt ab eis vulnus, vnde agitur, rectè sanetur, aut ipse, si secus egerit, accusator excommunicetur. Quòd si ab eis nihil valuerit rectè percipere, tunc primò summos adeat Primates, & ipsi tempore congruo canonicè eos conuocare debebunt, &c. *Atha. & alij in ep. ad Felicem ij. post prin. ex concil. Nicæ. Vide Alex. ep. 1. in medio.*

CAP. XV.

Vt omnes Metropolitani, vel reliqui Episcopi sua odia, aut vindictas in reliquos Episcopos exercere non valeant, ideo nominatim in Nicæna synodo expressi sunt Primates, qui reliquos Episcopos audire, & iudicare debeāt; ne vlla fraus in iudicio Episcoporum possit irruere. *Athanasius & alij in eadem Epistola ad Felicem ij. in fine.*

De appellatione ad Patriarchas, & Primates. Tit. XVIII.

CAPVT I.

ILle, qui pulsatus fuerit, si iudices suspectos habuerit, liceat appellare Primates. *Nicæ. c. 60. apud Iul. ep. 2. c. 25. Eleuth. ep. 1. ante fi. Felix ep. 1. post prin. Hadr. c. 8. ad Episcopum Mediom. Anianus nouell. Valentiniani, & Martiani, Neminem exhiberi, post Cod. Theodos. Capitul. lib. 7. c. 144. in additis. Ino par. 6. c. 318. & 338. decr. Ansel. lib. 3. c. 28.* *De regulis iuris in 1. c. 1.*

CAP. II.

Quicumque presbyter, aut diaconus à proprio Episcopo depositus fuerit propter aliquod crimen, vel si quamlibet iniustiriam se pati dixerit, & non acquieuerit iudicio pro-

ptij Episcopi, &c. potestatem habeat ad Metropolitam ipsius prouinciæ concurrere, &c. Episcopos concurrere ad Patriarchale caput decernimus, qui à Metropolitis suis talia pertulisse farentur: vt apud Patriatcham, & Metropolitas, qui sub ipso sunt, iustam, & sine suspicione sententiam, negotium, quod mouetur, accipiat. *Syn. viij. gen. CP. c. 26. sub Hadr. ij.*

CAP. III.

c. antiqua 23. de priuileg. Gregor. ix. c. 6. eod. tit. in 4. coll.

In omnibus prouinciis (*Patriarcharum*) iurisdictioni subiectis, ad eos, cùm necesse fuerit, prouocetur; saluis appellationibus ad sedem Apostolicam interpositis, quibus est ab omnibus humiliter deferendum. *Innocen. iij. in conc. gen. Later. c. 5.*

CAP. IV.

Vid. dist. 99. c. 1.

Ad Patriarchas, & Primates, Episcopi, si necesse fuerit, confugiant, eósque appellent. *Anacl. ep. 2. post med. Iuo li. 4. tit. 3. c. 1. panor. & par. 5. c. 53. decr. Cæsar. lib. 2. c. 73.*

CAP. V.

2. q. 6. ca. 34. placuit. 12. q. 3. c. 34. presbyteri.

Appellationes ab Episcopis ad Primates prouinciarum deferantur, non ad iudicia transmarina. *Carth. c. 28. & 126. G. Afric. cap. 92. Milenit. c. 22. L.*

Patriarchæ, & Primates possunt Episcopos, & Metropolitanos excommunicare. Tit. XIX.

CAPVT I.

PAtriarchæ habeant potestatem ad coërcendum Metropolitanos, vrgente necessitate, & ad corrigendum, cùm fama eos super quibusdam delictis forsitan accusauerit. *Syn. viij. c. 17. sub Hadr. ij.*

CAP. II.

Definit hęc sancta synodus, nullum Archiepiscoporum, aut Metropolitanorũ relinquere propriam Ecclesiam, & sub occasione quasi visitationis ad alias accedere, & potestate propria contra infirmiores abuti, & consumere redditus, qui apud illos inueniuntur, &c. Quisquis ergo Metropolitanorum post hanc definitionem nostram, tale quid facere tentauerit: pœnam à Patriarcha subeat, qui per tempus fuerit, secundùm congruentiam iniustitiæ, ac auaritiæ suæ, & deponatur, & sequestretur. viij. *synod. CP. c. 19. sub Hadr. ij.*

CAP. III.

Si quis Episcopus, aut Metropolita præter hanc definitionem nostram abstulerit aliquem locum à quoquam (*qui illum per emphyteusim percepit*) putans, quod Ecclesiam propriam defendat; sequestretur à proprio Patriarcha per aliquod tempus, dans primò, quod per potestatem suam abstulit, vel surripuit, &c. *viij. syno. CP. c. 10. sub Hadr. ij.*

CAP. IV.

Quisquis Metropolitanorum, &c. non pèr se cum timore Dei, & alacritate, seu conscientia bona, debita ministeria in propria ciuitate, sed per suffraganeos Episcopos suos efficere tentauerit, pœnas exsoluat coram proprio Patriarcha, aut deponatur. *viij. syn. CP. c. 24. sub Hadr. ij.*

Si nolit Episcopus iudicibus electis obedire; primæ sedis Episcopus det litteras, vt nullus Episcopus cum eo communicet, donec obediat. *Carth. 123. G. Milen. 24. L. Afr. 89. L. Iuo libro 4. titul. 12. cap. 8. panor. & par. 6. c. 365. decr.* *2. quæst. 6. quisquis. 19.*

Patriarchæ, & Primatis est congregare Concilia Prouincialia. Tit. XX.

CAPVT I.

SAncta, & vniuersalis Nicæna prima synodus antiquam consuetudinem iubet seruari per Ægyptum, & Prouincias, quæ sub ipsa sunt; ita vt horum omnium Alexandrinus Episcopus habeat potestatem: dicens, quia in Romanorum ciuitate huiusmodi mos præualuit, qua pro causa & hæc magna, & sancta synodus, tam in seniori, & noua Roma, quàm in sede Antiochiæ, & Hierosolymorum priscam consuetudinem decernit in omnibus conseruari: ita vt earum Præsules vniuersorum Metropolitanorum, qui ab ipsis promouentur, & siue per manus impositionem, siue per paludationem † Episcopalis dignitatis firmitatem accipiant, habeant potestatem; videlicet ad conuocandum eos vrgente necessitate ad synodalem conuentum, vel etiam ad coercendos illos, & corrigendum, cùm fama eos super quibusdam delictis forsitan accusauerit. Sed quoniam sunt quidam Metropolitanorum, qui ne secundùm vocationem Apostolici Præsulis occurrant, à mundi Principibus se detineri sine ratione causantur, placuit, talem excusationem omnimodis esse inualidam. Cùm enim Principes pro suis causis conuentus frequenter agant, impium est, vt summos Præsules ad synodos, pro Ecclesiasticis negotiis celebrandis impediant, &c. Consueuerũt autem Metropolitani bis in anno synodos facere, ideóque sicut dicũt ad Patriarchale penitus non posse concurrere caput. Sed sancta hæc, & vniuersalis synodus, nec concilia, quæ à Metropolitanis fiunt, interdicens, multo magis illa nouit rationabiliora esse, ac vtiliora Metropolitanorum conciliis, quæ à Patriarchali sede congregantur, &c. Quos leges Ecclesiæ seuerè condemnantes, omni excusatione remotá subiacere vocationibus proprij Patriarchæ, siue cùm communiter, siue cùm sigillatim factæ fuerint, exigunt, &c. Quisquis ergò Metropolitanorum proprium Patriarcham contempserit, & vocationi eius, quæ siue ad vnum, & solum, siue ad plures, & omnes fit, & absque validis- *Dist. 65. mis. c. 6.* *† pallij datione f.*

sima ægrotatione, vel Paganorum incursu, non obedierit, & per totos duos menses post notitiam vocationis ad proprium venire Patriarcham minimè festinauerit; vel si quocumque modo latitare, aut non cognoscere nuntium ab illo missum tentauerit; segregetur. Si verò intra vnum annum eandem côtumaciam, & inobedientiã demonstrauerit, deponatur omnimodis, & ab omni sacerdotali operatione decidat atque à dignitate, & honore, qui Metropolitanis conuenit, propellatur. Is autem, qui huic definitioni non obedierit, etiam anathema sit. *viii. syno. C P. c.* 17. *sub Hadr. ij. Nica. c.* 6. *Ansel. lib.* 4. *c.* 44. *Cæsar. lib.* 2. *c.* 65.

CAP. II.

c. 2. deacc. us. Greg. ix. & c. 8. eodem ti. tu. in t. coll. Si quis Episcopus ab illis accusatoribus, qui recipiẽdi sunt, fuerit accusatus; postquàm ipse ab eis caritatiuè conuentus fuerit, vt ipsam causam emendare debeat, & eam corrigere noluerit; non olim, sed tunc ad summos Primates causa eius canonicè deferatur. Qui in congruo loco infra ipsam prouinciam, tempore congruo, id est autumnali, vel æstiuo, concilium regulariter conuocare debebunt, ita vt ab omnibus eiusdem prouinciæ Episcopis inibi audiatur, &c. *lxx. Episcopi in synodo apud Felicem ep.* 2. *in prin. Hadr. c.* 5. *the.* 1. & 2. *ad Episcopum Medium. Burch. lib.* 1. *c.* 174. *Ino par.* 5. *c.* 292. *decr. Ansel. li.* 3. *c.* 88.

CAP. III.

Quicumque causam habuerit, apud suos iudices iudicetur, &c. si fuerit Ecclesiasticum negotium, apud Episcopos interueniente Primate, si quidem maior causa fuerit; si verò minor, Metropolitano, &c. Si autem difficiles causæ, aut maiora negotia orta fuerint, ad maiorem sedem referantur, & si illic facile discerni non potuerint, aut iustè terminari: vbi fuerit summorum congregata congregatio, quæ per singulos annos bis fieri solet, & deber, iustè, & Deo placitè coram Patriarcha, aut Primate Ecclesiastico, † & coram Patricio * sæcularia iudicentur negotia in commune. *Anacl. ep.* 1. *in fine.* *2. q. 6. omnis. c. 3.* *† ecclesiasticaf.*

CAP. IV.

Decõser. d. 3. c. 24. placuit. Scribatur ad Primates omnium prouinciarum, vt cùm ad synodum vocant, hunc diem obseruent, x. Kal. Sept (*non impediant. xi. Kal. Nou. L.*) *Carth.* 74. *G. Carth. V. c.* 7. *L. Afr.* 40. *L.*

Patriarchæ, & Primatis est Episcopos suspensos absoluere, spoliatos restituere, innocentésque defendere. Tit. XXI.

CAPVT I.

c. grane. 29. de preb. Greg. PRæcipimus, vt prætermissis indignis assumant (*Prælati ad ecclesiastica beneficia*) idoneos, qui Deo, & Ecclesiis velint, & valeant gratum impendere famulatum; fiatque de hoc in Prouinciali Concilio diligens inquisitio annuatim; ita quod, qui post primam, & secundam correctionem fuerit repertus culpabilis; à conferendis beneficiis per ipsum Concilium suspendatur, &c. Huiusmodi suspensionis sententia, præter Romani Pontificis auctoritatem, aut proprij Patriarchæ, minimè relaxetur; vt in hoc quoque quatuor Patriarchales sedes specialiter honorentur. *Inn. iij. in Conc. gen. Later. c.* 30. *ix. c. 5. eo. tit. in 4. collect.*

CAP. II.

Recto oculo Primates Ecclesiarum vtiliter præuideant, ne quisquam eorum (*Episcoporum*) innocens vexetur, aut scandalizetur. *Enaristus epist.* 2. *in med. Anselm. libro* 3. *cap.* 12.

CAP. III.

Primates, & synodus ablata Episcopis spoliatis restituant, &c. *Stepha. ep.* 2. *post princ. Capitul. lib.* 7. *c.* 131. *in addit. Burch. lib.* 1. *c.* 142. *Ino par.* 5. *c.* 255. *decr.* *2. q. 2. nullus. 33*

CAP. IV.

Antiquitus decretum est: vt omnes possessiones, & omnia sibi sublata, atque fructus cunctos antè litem contestatam præceptor, vel Primas possessori restituat. *Euseb. epist.* 2. *in fin. Ioan. ep.* 1. *Ino lib.* 4. *tit.* 6. *c.* 4. *panor.* *2. q. 2. c. 1.*

De modo, quo Ignatius Patriarcha Constantinopolitanus reconciliauit Episcopos, presbyteros, & alios clericos. Tit. XXII.

CAPVT I.

FOrma (*reconciliationis Episcoporum*) Ponentes Episcopi libellum super sancta Euangelia, & pretiosa ligna, & rursus sumentes eum, dederunt Ignatio sanctissimo Patriarchæ Constantinopoleos, & sumens Patriarcha superhumeralia tradidit eis. *Syn. viij. gen. CP. act.* 2. *sub Had. ij. ante fi.* Paria Episcopis facientes (*presbyteri*) tradiderunt libellum pœnitentiæ; deinde scribentes & ipsi Romanum libellum, susceperunt à Patriarcha orationes sua. *Ibid.* Facientibus (*diaconis*) similia Episcopis, & presbyteris, accipiens Patriarcha oraria ipsorum reddidit eis. *Synod. viij. gen. CP. act.* 2. *sub Hadr. ij. in fin.* Facientibus (*subdiaconis*) similia, pari modo dedit & ipsis (*Patriarcha*) proprij honoris insignia. *Ibidem.*

Ne quisquam laïcus subitò ascendat ad Patriarchatus dignitatem. Tit. XXIII.

CAPVT I

REnouamus, & confirmamus terminos, & vacationes, quæ olim à sanctis Aposto-

lis, & beatis patribus nostris editæ, legem in Ecclesia posuerunt, Non oportere Antistitem promouere quemquam, qui est vel secũdùm fidem, vel secundùm sacerdotalem sortem neophytus; ne inflatus in iudicium incidat, & laqueum Diaboli, sicut dicit Apostolus. Prioribus ergo canonibus concordantes
1.Tim.3 definimus, neminem de Senatoria dignitate, vel mundana conuersatione nuper tonsum cum intentione, vel expectatione Pontificatus, vel Patriarchatus honoris, clericum aut monachum factum ad huiusmodi ascendere gradum, licet per singulos ordines diuini sacerdotij plurimum temporis fecisse probetur. Si verò quis per nullam suspicionem prædictæ concupiscentiæ expectationis, sed propter ipsum bonum humilitatis, quæ est circa Christum Iesum, abrenuntians mundo fiat clericus, aut monachus, & omnem gradum Ecclesiasticum transiens per definita nunc tempora irreprehensibilis inuentus extiterit, & probatus; ita vt in gradu lectoris annum compleat, in subdiaconi verò duos, sitque diaconus tribus, & presbyter quatuor annis, bene placuit huic sanctæ, ac vniuersali synodo eligi hunc, & admitti. Circa eos autem, qui religiosè morati sunt in ordine clericorum, & monachorum, digni iudicati sunt Pontificatus dignitate, pariter & honore, prædictum tempus abbreuiamus, nimirum secundùm quod Episcoporum Prælati probauerint, qui per tempora fuerint. *Synod. viij. gener. sub Hadr. ij. c. 5.*

CAP. II.

Iubet Ioannes viij. Pontifex Maximus, vt mortuo Photio nemo ex laïcis fiat Patriarcha, sed Cardinalis presbyter, aut diaconus, aut alius ex aliis Ecclesiasticis; & dispensat cum Photio, vt Hadrianus cum Tharasio. *Synod. CP. ix. sub Ioan. viij. act. 2. Iuo in prologo panormia, & decreti. Hæc Synod. non fuit legitima, vt supra diximus.*

CAP. III.

Refert Ioannes viij. Pontifex Maximus exemplum Hadriani Papæ, qui ignouit Tharasio Patriarchæ ex laïcis sumpto, propter zelum de imaginibus sacris; sed id trahi non debere ad alia, quin potius Episcopum esse constituendum ex veteranis presbyteris. *Ioan. viij. in epist. ad omnes Episcopos, apud ix. synod. CP.*

CAP. IV.

12.q.2. Durum est, vt hi, quos constat in seruitio
hac.38. Domini cum primæ sedis Antistite desudasse, ab his, qui suarum rerum incubitatores, atque vagantes fuisse cognoscuntur, despecti aliquatenus crucientur. *Ilerden. 16. in fine.*

De his, quæ Patriarchæ, vel Primati facere prohibentur.
Tit. XXIV.

CAPVT I.

NVllus Primas, vel Metropolitanus diœcesani Ecclesiam, vel parochiam, aut *9.q.3.c.* aliquem de eius parochia præsumat excommunicare, vel iudicare, vel aliquid agere absque eius consilio, vel iudicio; sed hoc obseruet, quod ab Apostolis, ac Patribus, & prædecessoribus nostris est statutum, & à nobis confirmatum, &c. [Nullus Primas, nullus *9.q.2.c.3* Metropolitanus, nullúsque reliquorum Episcoporum alterius adeat ciuitatem, aut ad possessionem accedat, quæ ad eum non pertinet, & alterius Episcopi est parochiæ, super cuiusquam dispositione, nisi vocatus ab eo, cuius iuris esse dignoscitur, aut quidquam ibi disponat, vel ordinet, aut iudicet, si sui gradus honore potiri voluerit, sin aliter præsumpserit, damnabitur, & cooperatores, atque consentientes, &c. *Callist. ep. 2. post prin. & ante med. Burch. lib. 1. c. 66. Iuo lib. 4. tit. 4. c. 2. panor. & par. 5. c. 100. & 101. & p. 14. c. 72. decr. Ansel. lib. 6. c. 119. Tarrac. lib. 3. cap. 75. Cæsar. lib. 5. cap. 18.*

Patriarchæ, & Primates à Pontif. Max. vel à synodo generali iudicantur.
Tit. XXV.

CAPVT I.

ANathematizamus etiam Photium, qui contra sacras regulas, & sanctorum Pontificum Roman. veneranda decreta repente de curiali administratione, sæculárique militia sublatus, superstite Ignatio Patriarcha Cõstantinopoli est peruasoriè, immo tyrãnicè à quibusdam schismaticis, vel anathematizatis, atque depositis institutus in Ecclesia; donec sedis Apostolicæ sanctionibus inobediens perseuerans, eius sententiam tam de se, quàm de Patriarcha nostro Ignatio spreuerit & conciliabuli acta, quod se auctore contra sedem Apostolicàm congregatum est, anathematizare distulerit, &c. damnantes omnes, qui in illis damnati sunt, & præcipuè iam dictum Photium, & Gregorium Syracusanũ patricidas, videlicet, qui contra spiritalem patrem suum linguas eximere minimè formidarunt, atque perseuerantes in schismate, sequaces eorum, nec non & qui in illorum communionis societate permanserint: sancta synodus dixit. Omnibus placet libellus à sancta Romana Ecclesia expositus. *viij. syn. CP. sub Hadr. ij. act. 1. in prin. libel.*

CAP. II.

Deinde lecta est definitio Episcoporum Orientis super depositione Ignatij, quæ facta

fuerat prius, quàm Vicarij ſenioris Romæ veniſſent, quæ conueniebat cum ea, quæ facta fuerat à ſynodo Romana præſente Nicolao Papa. *viij. ſyn. CP. act. 1. ſub Hadr. y.*

CAP. III.

In hoc conuentu lecta eſt epiſtola Imperatoris Baſilij, & epiſtola Ignatij Patriarchæ ad Hadrianum Papam, & deinde epiſtola Hadriani Papæ ad Ignatium Patriarcham ſuper damnatione Photij, & ſuorum ſectatorum. *viij. ſyno. CP. act. 3. ſub Hadr. ij.*

CAP. IV.

Secundò legitur altera eiuſdem Nicolai ad Photium epiſtola, in qua inuehitur in illum propter vſurpatum ſacerdotium contra ordinem ſacrorum canonum, & reſpondit de Nectario, & Tharaſio, & Ambroſio. *viij. ſyn. CP. act. 4. ſub Hadr. ij. ante fin.*

CAP. V.

De Tharaſij promotione, qui ex laïcali cœtu ad Patriarchatus ex templo culmen promotus eſt, Hadrianus Papa dicit. Quòd niſi in erigendis imaginibus feruentius contra illarum depoſitores, atque conculcatores, vt verus miles Chriſti reſiſteres, nequaquam veſtræ conſecrationi aſſenſum præberemus, aut in ordine Patriarchatus veſtram dilectionem ſuſtiperemus. *Nicol. ep. ad Photium poſt prin. apud ſyn. viij. act. 4. ſub Hadr. ij.*

CAP. VI.

Beatiſſimum Papam Nicolaum tamquam organum ſancti ſpiritus habentes, nec non & ſanctiſſ. Hadrianum Papam ſucceſſorem eius definimus, atque ſancimus, ea omnia, quæ ab eis ſynodicè per diuerſa tempora expoſita ſunt, & promulgata, tam pro defenſione, ac ſtatu CP. Eccleſiæ, & ſummi ſacerdotis eius, Ignatij videlicet ſanctiſſimi Patriarchæ, quàm etiam pro Photij neophyti, & inuaſoris expulſione, ac condemnatione ſeruari ſemper, & cuſtodiri. *Synod. viij. CP. cap. 2. ſub Hadrian. y.*

CAP. VII.

Amorem principatus, vtpote quandam malam radicem exortorum in Eccleſia ſcandalorum radicitus excidentes, eum, qui temerè, & præuaricatoriè, ac irregulariter, veluti quidam grauis lupus, in Chriſti ouile inſilut Photium ſcilicet, qui mille tumultibus & turbationibus orbem terræ repleuit, iuſto decreto damnantes, promulgantes nunquam fuiſſe prius, aut nunc eſſe Epiſcopum, nec eos, qui in aliquo ſacerdotali gradu ab eo conſecuti, vel promoti ſũt, manere in eo, ad quod prouecti ſunt. Inſuper & eos, qui ab illo conſuetas orationes ad præpoſituræ promotionem ſuſceperunt, ab huiuſmodi patrocinio coërcemus, ſed & Eccleſiæ, quas vt putatur, tam Photius, quàm ij, qui ab ipſo conſecrati ſunt, dedicauerunt, vel ſi commotas menſas ſtabilierunt, rurſus dedicari, & inthronizari, atque ſtabiliri decernimus, omnibus maximè quæ in ipſo, & ab ipſo ad ſacerdotalis gradus acceptionem, vel damnationem acta ſũt, in irritum ductis. Dicit enim vniuerſorum Deus per Prophetam: Quia tu ſcientiam re- Oſe. 4.
pulisti, & ego repellam te, ne ſacerdotio fungaris mihi, & oblitus es legis Dei tui, & ego obliuiſcar filiorum tuorum, ſic peccauerunt mihi, gloriam ipſorum in inhonorantiam ponam: peccata populi mei comedent, & in iniuſtitijs ſuis accipient animas ſuas: Et iterum dicit; Quia multiplicauit Ephraim altaria in Oſe. 8.
peccatum, facta ſunt ei altaria dilecta, ſcribam in ea multitudinem (*al. ſcribam ei multiplices leges meas viij. ſyno. CP. cap. 4. ſub Hadrian. y.*

CAP. VIII.

Quoniam quidem apparuit Photium poſt prolatam contra ſe iuſtiſſimam ſententiam, & damnationem à ſanctiſſimo Papa Nicolao, propter nequiſſimam inuaſionem CP. Eccleſiæ, cum alijs malis operibus ſuis, etiam quoſdam nequam, & adulatores de plateis, & vicis inueniſſe, & Vicarios hos ſanctiſſimarum trium Patriarchalium ſedium Orientis nominaſſe, ac præpoſuiſſe, atque cum his Eccleſiam malignantium, & concilium vanitatis collegiſſe, depoſitorias accuſationes, & crimina contra beatiſſimum Papam Nicolaum commouiſſe, & anathema procaciter, & audacter contra eum, & cunctos communicantes ei, ſæpe promulgaſſe. Quorum quaſi monumentorum libros nos quoque vidimus, ab ipſo maligno opere, ac fallaci dictatione conſuros; qui etiam ſynodicè ab igne conſumpti ſunt. Huius rei gratia, pro cautela Eccleſiaſtici ordinis, anathematizamus primitus ipſum Photium, etiã propter huiuſmodi cauſam, deinde verò & omnem, qui amodò calliditatem fraudulenter egerit, & verbum veritatis adulterauerit, & falſos Vicarios ſimulauerit, vel libros dictaros mendacijs finxerit, & ad propriorum fauorem votorum commentus fuerit, quemadmodum & fortiſſimus pietatis athleta Martinus ſanctiſſimus Papa Romanus tales ſynodicè pepulit. *viij. ſynod. CP. cap. 6. ſub Hadr. ij.*

CAP. IX.

Variam, & diuerſam malitiam antiquitus in Eccleſia CP. infelix operatus eſt Photius; vidimus enim, quod & multum ante tyrannicum præſidatum, propriæ manus ſcriptionibus muniebat adhærentes ſibi clientes, ad diſcendam ſapientiam, quæ à Deo ſtulta facta eſt, cùm manifeſtè noua eſt inuentio, & ſanctis Patribus noſtris, & magiſtris Eccleſiæ penitus aliena. Igitur quoniam omnem colligationem iniquitatis ſoluere, & chirographa violentorum contractuum diſrumpere præcipimus definiuit ſancta, & vniuerſalis ſynodus, neminem ex his omnibus à nunc tale tenere, vel ſeruare chirographum: ſed abſque quolibet offendiculo indubitanter, & intrepidè tam docere, quàm diſcere omnes, qui ad vtrumque conſiſtunt idonei, præter hos,

qui erroris inueniuntur, & hæreticæ impietatis seruituti redacti: huiusmodi enim certissimè, & docere, & discere interdicimus, si quis autem deprehensus fuerit, hanc definitionem nostram spernens, atque præuaricans, si quidem clericus est, à proprio gradu decidat, laicus verò sequestretur, vtpote qui non credit Dominico verbo perhibenti. Quodcumque ligaueritis super terram, erit ligatum & in cælis, & quodcumque solueritis super terram, erit solutum & in cælis. *viij. CP. cap. 9. sub Hadr. ij.* *Matth. 16. c.*

CAP. X.

Et hoc debitè sancta Synodus definiuit, quatenus Episcopi, presbyteri, diaconi, & subdiaconi magnæ Ecclesiæ, qui consecrationem Methodij, & Ignatij sanctissimorum Patriarcharum habuerunt, & secundùm insolens illud, & durissimum cor Pharaonis obdurati sunt, & vsque nunc minimè cum hac sancta, & vniuersali synodo conuenerunt; sed nec nobis consonare in verbo veritatis voluerunt; quinimmo inuasori Photio concordiret consenserunt, depositi sint, & omnino sacerdotali operatione priuati, quemadmodum, & multum ante beatissimus Papa Nicolaus iudicauit, & nequaquam tales in sacerdotij catalogo recipiantur, etiam si ex hoc conuerti voluerint, nisi in perceptione sanctificationum, qua dignos nullatenus eos, nisi per multam misericordiam iudicamus, non enim sunt digni ad priorem honorem restitutionis locum per pœnitentiam inuenire, secundùm exosum illum Esau, licet cum lacrymis expetisset eam. viij. *syno. CP. c. 25. sub Hadr. ij.*

CAP. XI.

Habe cum his, quos libenter amplecteris, portionem ex sententia præsenti, quam per tuæ tibi direximus Ecclesiæ defensorem sacerdotali honore, & communione catholica, nec non etiam à fidelium numero segregatus. sublatum tibi nomen, & muhus ministerij sacerdotalis agnosce, sancti spiritus iudicio, & Apostolica auctoritate damnatus nunquámque anathematis vinculis exuendus. *Felix iij. cum lxvij. Episcopis ad Acaium CP. inst.*

CAP. XII.

Aurelius Carthaginensis Ecclesiæ olim Episcopus cum collegis suis, instigante diabolo, superbire temporibus prædecessorum nostrorum Bonifacij, atque Cælestini contra Romanam Ecclesiam cœpit, sed videns se modò peccatis Aurelij Eulalius à Romanæ Ecclesiæ communione segregatum, humilians recognouit se, pacem, & communionem Romanæ Ecclesiæ petens, subscribendo vnà cum collegis suis, damnauit Apostolica auctoritate omnes scripturas, quæ aduersus Romæ Ecclesiæ priuilegia factæ quoquo ingenio fuerunt. *Bonif. ij. epist. vnt in fine.*

Quibus de causis possint Patriarchæ excommunicari, & deponi.

Tit. XXVI.

CAPVT I.

PHotius falsos Vicarios sanctissimarum trium Patriarchalium sedium Orientis nominauit, ac proposuit, atque cum his Ecclesiam malignantium, & concilium vanitatis colligens, depositarias accusationes, & crimina contra beatissimum Papam Nicolaum commouit, & anathema procaciter, & audacter cõtra eum, & cunctos communicantes ei, sæpe promulgauit. Quorum quasi monumentorum libros nos quoque vidimus, ab ipso maligno opere, ac fallaci dictatione consutos, qui etiam synodicè ab igne consumpti sunt. *synod. gen. viij. capitulo 6. sub Hadrian. ij.*

CAP. II.

Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt; omnia mihi licent, sed non omnia ædificant; dicit alicubi Paulus magnus Apostolus. Igitur quoniam omnia ad vtilitatem, & perfectionem sanctæ Dei Ecclesiæ, & nihil omnino per contentionem, vel inanem gloriam facere debemus, & quoniam auditibus nostris fama sonuit, quòd non solum hæretici, & ij, qui sanctæ CP. Ecclesiæ sacerdotium sortiti, & †orthodoxi, ac legitimi Patriarchæ à sacerdotali catalogo (propriæ manus †) scripta facere ad propriam tutelam, fauorémque suum, & quasi stabilitatem exigant, & compellant: visum est sanctæ huic, & vniuersali synodo, nequaquam id ex hoc à quopiam fieri, excepto eo, quod secundùm formam, & consuetudinem, pro sincera fide nostra, tempore consecrationis Episcoporum exigitur, quod enim aliter fit, omnino non expedit, sed neque ad ædificationem Ecclesiæ pertinet. Quisquis ergò ausus fuerit soluere hanc definitionem nostram, & aut expetierit, aut paruerit expetentibus honore proprio decidat. *viij. synod. CP. cap. 8. sub Hadrian. ij.* *1. Cor. 6. c.* †*sedi.* †*propria manu.*

CAP. III.

Si quispiam Imperatorum, vel potentum, aut magnarum taliter illudere diuinis, & talem, ac tantam iniuriam impiè in diuinum sacerdotium facere, vel admittere tentauerit (*fictitium quendam Patriarcham constituendo*) arguatur à Patriarcha illius temporis, & Episcopis, qui cum ipso fuerint, & segregetur, & indignus diuinis mysteriis iudicetur, &c. Si verò Patriarcha CP. & suffraganei eius Episcopi, quod factum fuerit, cognoscentes, neglexerint debitum aduersus eos ostendere zelum, deponantur, & à proprio sacerdotio, ac honore pellantur. *viij. synod. CP. c. 16. sub Hadr. ij.*

CAP. IV.

Photius ob id specialiter condemnatur, quo-

niam depositionem, vel anathema præsumpsit in sanctæ memoriæ Papam Nicolaum nominare. *Anastasius bibliothe. in proœm. viij. syn. ad Hadr. ij.*

C A P. V.

Primates expelli possunt ab Ecclesia, & à diœcesibus, si sæpius vocati noluerint venire ad synodum. *Carth. 54. G. Carth. iij. c. 43. L.*

Communia de Patriarchis, & Primatibus. Tit. XXVII.

CAPVT I.

NE laïci Principes se electioni Patriarcharum ingerant. *Synod. viij. gen. cap. 22. sub Hadr. ij.* C A P. II.

Volumus, & mandamus; vt Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, & alij, qui curam obtinent animarum, studiosè proponant sibi commissis verbum crucis; obsecrantes per Patrem, & Filium, & Spiritum sanctũ, &c. Reges, Duces, Principes, Marchiones, Comites, & Barones, aliósque magnates, nec non communiones ciuitatum, vt qui personaliter non accesserint in subsidium terræ sanctæ, competentem conferant numerum bellatorum, &c. *Inno. iij. in con. gen. Lat. c. Vltimo.*

C A P. III.

Arbitramur, vt sicut Metropolitanos auctoritate ordinas singulari, (*loquitur cum Episcopo Alexandr.*) sic & cæteros non sine permissu, conscientiáque tua sinas Episcopos procreari. In quibus hunc modum rectè seruabis, vt longè positos litteris datis ordinari censeas ab his, qui nunc eos suo tantùm ordinant arbitratu; vicinos autem, si æstimas, ad manus impositionem tuæ gratiæ statuas peruenire. Quorum enim te maxima expectat cura, præcipuè tuum debent mereri iudicium. *Inno. ep. 18. in prin. ad Alex. Episcopum.*

C A P. IV.

Vos, siue Patriarcham, siue Archiepiscopum, siue Episcopum vobis ordinari postuletis, à nemine nunc velle congruentius, quàm à Pontifice Beati Petri, à quo & Episcopatus, & Apostolatus sumpsit initium, hunc ordinare valetis. *Nicolaus ad consulta Bulgaror. c. 73.*

C A P. V.

Vbicumque, & maximè in eo loco, in quo primæ cathedræ constitutus est Episcopus, interrogentur hi, qui communicatorias litteras tradunt, an omnia recta habeant, & suo testimonio comprobent. *Elib. 58.* C A P. VI.

Apolyticæ, (*Formatæ. L.*) à Primatibus, vel alus Episcopis clericis dandæ, habeant diem Paschæ. Si ea obscura sit, præteritæ Paschæ diem, vt in publicis actibus scribitur. Post Consulatum. *Carthag. 109. G. Mileu. 20. L. Afr. 73. L.*

C A P. VII.

Durum est, vt hi, quos constat in seruitio Domini cum primæ sedis Antistite desudasse, ab his, qui suarum rerum incubitatores, atque vagantes fuisse cognoscuntur, despectiàliquatenus crucientur. *Ier. 16. in fine.* 12. q. 2. Sac. 38.

C A P. VIII.

Significamus Deo placitæ Paternitati vestræ, die xvij. Kalen. Augusti. indictionis quartæ, nostram humilitatem, Diuina gratia, suo, vt præcepit, munere præueniente, vestris sanctis, ac Deo dignis precibus in sancta Romana Ecclesia Pontificalis honoris accepisse consecrationem, & stolam, *Athanas. & alij ad Felic. ij. post med.*

LIBER TERTIVS,

De Archiepiscopis, & Metropolitanis.

DE INSTITVTIONE ARCHIEPISCOPORUM.

TITVLVS PRIMVS.

CAPVT I.

D. 80. c. 2.



IN illis ciuitatibus in quibus dudum apud ethnicos erant Archiflamines minores, Archiepiscopos institui (*Beatus Petrus*) præcepit, qui non tamen Primatum, sed Archiepiscoporum fruerentur nomine, &c. In singulis verò reliquis ciuitatibus singulos Episcopos constitui præcepit, qui non Primatum, aut Archiepiscoporum, aut Metropolitanorum nomine, quia matres ciuitatum non tenent, sed Episcoporum tantùm vocabulo potirentur, &c. *Cle. ep. 2. post med. Leo ix. ep. 3. ad Episcopos Africa, ante fi. Ansel. lib. 6. c. 105.*

C A P. II.

In capite prouinciarum vbi dudum Primates legis sæculi erant, Patriarchas, vel Primates leges

Diſt.99. c.1. prouinciæ. leges diuinæ, & Eccleſiaſticæ poni, & eſſe iuſſerunt. Reliquæ Metropolitanæ ciuitates, quæ minores iudices habebant, licet maiores Comitibus eſſent, haberent Metropolitanos ſuos, qui prædictis iuſtè obedirent Primatibus, ſicut & in legibus ſæculi olim ordinatum erat: qui non Primatum, ſed aut Metropolitanorum, aut Archiepiſcoporum nomine fruerentur. Et licet ſingulæ Metropoles ciuitates ſuas prouincias habeant, & ſuos Metropolitanos iudices habere debeant Epiſcopos, ſicut prius Metropolitanos iudices habebant ſæculares; Primates tamen & tunc, & nunc habere iuſſæ ſunt, ad quos poſt ſedem Apoſtolicam ſumma negotia conueniant, &c. *Anacl. ep. 2. poſt med. Vid. Gregor. vij. lib. 6. reg. ep. 35. ad Rothomag. & alios Epiſcopos. Iuo li. 4. tit. 3. c. 1. panor. & par. 5. c. 53. decr. Anſelm. lib. 6. c. 100. Cæſar. lib. 2. c. 73.*

CAP. III.

Non omnes Primates, vel Patriarchæ eſſe poſſunt; ſed illæ vrbes, quæ præfatis, & priſcis temporibus Primatum tenuere, Patriarcharum, aut Primatum nomine fruantur: reliquæ verò Metropoles, Archiepiſcoporum, aut Metropolitanorum, & nō Patriarcharum aut Primatum vtantur nominibus: quia hæc eadem & leges ſæculi in ſuis continent Principibus. Aliæ autem primæ ciuitates, quas vobis conſcriptas in quodam tomo mittimus, à ſanctis Apoſtolis, & à B. Clemente, ſiue à nobis Primates prædicatores acceperunt. *Anacl. ep. 3. poſt prin. Anſel. lib. 6. c. 106.*

CAP. IV.

Nulli Archiepiſcopi Primates vocentur, niſi illi, qui primas tenent ciuitates, &c. Reliqui verò qui alias Metropolitanas ſedes adepti ſunt, non Primates, ſed Metropolitani nominentur. *Anic. ep. 1. poſt prin.*

CAP. V.

Nulli Metropolitani, aut alij Epiſcopi appellentur Primates, niſi qui primas ſedes tenent, & quorum ciuitates antiqui primates eſſe cenſuerunt. Reliqui verò, qui cęteras Metropolitanas ciuitates adepti ſunt, non Primates, ſed aut Archiepiſcopi, aut Metropolitani vocentur. *Stephan. ep. 2. ante med.*

CAP. VI.

Inter beatiſſimos Apoſtolos in ſimilitudine honoris fuit quædam diſcretio poteſtatis; & cùm omnium par eſſet electio, vni tamen datū eſt, vt cæteris præemineret, de qua forma Epiſcoporum quædam orta eſt diſtinctio, & magna ordinatione prouiſum eſt; ne omnes ſibi omnia vindicarent, ſed eſſent in ſingulis prouinciis ſinguli, quorum inter fratres haberetur prima ſententia. Et rurſum quidam in maioribus vrbibus conſtituti, ſollicitudinem eius ſuſciperent ampliorem, per quos ad vnam Petri ſedem vniuerſalis Eccleſiæ cura confluerent, & nihil vſquam à ſuo capite diſſideret. [Qui ergo ſcit ſe quibuſdam præpoſitum, non moleſtè ferat, aliquem ſibi eſſe prælatum: ſed obedientiam, quam exigit, etiam ipſe dependat. *Iulius ep. 1. in fi. Vide Iul. ep. 2. Vigil. ep. vn. c. 7. Leo ep. 82. in fi. Greg. iv. ad omnes Epiſcopos in ep. incip. diuinis. Tolet. xj. c. 10. Anſel. lib. 2. c. 18.*

2.q.6. c. 12. & 14. & diſtin. 23. quāquam, c. 6. in fin.

CAP. VII.

Primates illi, & non alij ſint, qui in Nicæna ſynodo ſunt conſtituti. Reliqui verò, qui Metropoles tenent ſedes, Archiepiſcopi vocantur, & non Primates, ſalua in omnibus Apoſtolicæ ſedis dignitate, quæ ei ab ipſo Domino eſt conceſſa, & poſtea à ſanctis Patribus roborata. *Felix. ij. ep. 1. c. 12. Burch. lib. 1. c. 163. Iuo par. 5. c. 273. decr.*

CAP. VIII.

Secundùm ſanctorum Patrum canones ſpiritu Dei conditos, & totius mundi reuerentia conſecratos; Metropolitanos ſingularum prouinciarum Epiſcopos, quibus ex delegatione noſtra fraternitatis tuæ cura prætenditur, ius traditæ ſibi antiquitus dignitatis intemeratum habere decernimus, ita vt à regulis præſtitutis nulla aut negligentia, aut præſumptione diſcedant. *Leo ep. 54. alias ep. 82. c. 2. ad Anaſt. Theſſalon. Iuo p. 5. c. 346. decr.* *25.q.2.c. 5. igitur.*

CAP. IX.

Scitote certam prouinciam eſſe, quæ habet x. vel xj. ciuitates; & vnum Regem, & totidem minores poteſtates ſub ſe, & vnum Epiſcopum, alióſque ſuffragatores x. vel xj. Epiſcopos iudices: ad quorum iudicium omnes cauſæ Epiſcoporum, & reliquorum ſacerdotum referantur, &c. *Pelag. ij. ep. 1. in fi. Iuo li. 4. tit. 3. c. 2. panor. Anſel. lib. 6. c. 107. Tarrac. lib. 2. cap. 21.* *6.q.3. c.2.*

CAP. X.

In loco, vbi nunquam Patriarcha, vel Archiepiſcopus conſtiturus eſt, à maiori eſt primitus inſtituendus; quoniam ſecundùm Apoſtolum minor à maiori benedicitur, deinde verò accepta licentia, & pallij vſu, ordinat ipſe ſibi deinde Epiſcopos, qui ſucceſſorem ſuum valeant ordinare. *Nicol. ad conſulta Bulgaror. cap. 73.* *Heb. 7. b.*

De conſecratione, & electione, & confirmatione Archiepiſcoporum. Tit. II.

CAPVT I.

NE laïci Principes ſe electioni Archiepiſcoporum ingerant. *Syn. viij. gen. CP. c. 22.* *Diſt. 63. Archiepiſcopus. c.1. & de temp. ordinan. c. 6. Greg. ix. & c. 9. de elec. in 1. collect. Diſt. 64. c. 4.*

CAP. II.

Si Archiepiſcopus diē obierit, & alter ordinandus Archiepiſcopus electus fuerit; omnes eiuſdem prouinciæ Epiſcopi ad ſedē Metropoleos conueniāt, vt ab omnibus ipſe ordinetur, oportet autem, vt ipſe, qui illis omnibus præeſſe debet, ab omnibus illis eligatur, & ordinetur. Reliqui verò [cōprouinciales Epiſcopi, ſi neceſſe fuerit, cæteris conſentiētibus à tribus iuſſu Archiepiſcopi conſecrari poſſint

Episcopi. Sed melius est, si ipse cum omnibus eum, qui dignus est, elegerit, & cuncti pariter sacrauerint Pontificem. Et licet istud necessitate cogente concessum sit, illud tamen quod de Archiepiscopi consecratione prædictum est, atque præceptum, id est, vt omnes suffraganei eum ordinent, nullatenus immutari licet, quia qui illis præest, ab omnibus Episcopis, quibus præest, debet constitui; si aliter præsumptum fuerit, viribus carere non dubium est, quia irrita erit eius secus acta ordinatio. *Anicet. ep. 1. in prin. Burch. lib. 1. cap. 28. Ivo lib. 3. tit. 2. c. 3. panor. & par. 5. c. 139. decr. Ansel. lib. 6. c. 34.*

CAP. III.

Sicut Metropolitanos auctoritate ordines singulari, sic & ceteros, non sine permissu, conscientiáque tua finas Episcopos procreari. *Inno. ep. 18. in prin. ad Alexan. Antioch. Episc.*

CAP. IV.

Dist. 63. c. 19. d. 77. in prin. Metropolitano defuncto, cùm in loco eius alius fuerit subrogandus, prouinciales Episcopi ad ciuitatem Metropolitanam conuenire debebunt, vt omnium clericorum, atque omnium ciuium voluntate discussa, ex presbyteris eiusdem Ecclesiæ, vel ex diaconibus optimus eligatur, de cuius nomine ad tuam notitiam prouinciales referant sacerdotes, &c. *Leo ep. 54. alias ep. 82. c. 6. ad Thessalo. Episcop. Ivo par. 5. c. 348. decr. Deusd. c. 1. Anselm. lib. 6. c. 16. Cæsar. lib. 3. c. 1.*

CAP. V.

Dist. 65. c. vlt. Admoneatur vnus Episcopus, qui reliquus est, vt alios Episcopos ordinet, per litteras ab Exarcho prouinciæ, id est Metropolitanó. Vocentúrque propinqui Episcopi ad Metropolitanum ordinandum. *Sard. 6. Burch. li. 1. c. 26. Ivo par. 5. c. 137. decr.*

CAP. VI.

In ordinandis Metropolitanis Episcopis antiquam institutionis formulam renouamus, quam per incuriã omnimodis videmus amissam. Itaque Metropolitanus Episcopus à cõprouincialibus clericis, vel populis electus, congregatis in vnum omnibus cum prouincialibus Episcopis, ordinetur: vt talis, Deo propitio, ad gradum huius dignitatis accedat, per quem regula Ecclesiæ in melius aucta, plus floreat. *Aurel. ij. c. 7.*

CAP. VII.

Metropolitani à Metropolitanis omnibus, si fieri potest, præsentibus comprouincialibus ordinentur: ita vt ipsi Metropolitano ordinandi priuilegium maneat, quem ordinationis consuetudo requirat. Ipse tamen Metropolitanus à comprouincialibus Episcopis, sicut decreta sedis Apostolicæ continent, cum consensu cleri, vel ciuium, eligatur. De comprouincialibus verò ordinandis cum consensu Metropolitani, cleri, vel ciuium, iuxta proprîorum † canonum statuta electio, & voluntas requiratur. *Aurel. iij. c. 3.*

† *priorum*

CAP. VIII.

Tempore, quo Metropolitanus in Ecclesia Dei fuerit ordinatus Episcopus, placitum in nomine suorum comprouincialium Episcoporum faciat, vt castè, sobriè, tectéque viuat. *Emerit. c. 4.*

CAP. IX.

Porrexit Hincmarus Archiepiscopus Remensis Epistolam, totius Galliæ Episcoporum manibus subterscriptam ad Apostolicam sedem, pro confirmatione ipsius ordinationis, &c. Ostendit etiam ipsi Christianissimo Principi coram sancta synodo diploma sacrũ, ipsius venerandi Principis manibus insignitum, & sigillo subtersignatum ex approbatione suæ ordinationis, ad eandem sanctam, & Apostolicam, omnium scilicet Ecclesiarum matrem, Romanam Ecclesiam. *Synodus apud Sanctum Medardum in causa Hincmari.*

De reuerentia, quæ debetur Archiepiscopis. Tit. III.

CAPVT I.

NE Episcopi, aut presbyteri ante diligentem examinationem, & canonicam sententiam se separent à communione suorum Metropolitanorum. *Synod. viij. gen. CP. c. 10. sub Hadr. ij.*

CAP. II.

Nolumus prudentiam tuam molestè accipere, quòd Archiepiscopum vestrum Iacobũ consuetudini sanctæ Romanæ Ecclesiæ, matris omnium Ecclesiarum, vestræque specialiter obedire coëgimus; scilicet, vt quemadmodum totius Occidentalis Ecclesiæ clerus, ab ipsis fidei Christianæ primordiis, barbam radendi morem tenuit, ita & ipse frater noster vester Archiepiscopus raderet; vnde Eminentiæ quoque tuæ præcipimus, vt ipsum ceu pastorem, & spiritualem Patrem suscipiens, & auscultans eum, cum consilio eius omnem tuæ potestatis clerum barbas radere facias, atque compellas. *Greg. vij. lib. 8. regist. ep. 10. post prin.*

CAP. III.

Episcopus, presbyter, clericus, sine voluntate, & litteris Episcoporum, qui in prouincia sunt, & maximè Metropolitani, ad Imperatorem non eat, &c. *Antioc. c. 11. G. Capitul. lib. 1. cap. 10. Burch. lib. 2. c. 177. Ivo par. 6. c. 268. decr. Ansel. lib. 6. c. 115.*

CAP. IV.

Placuit, vt Episcopi trans mare non proficiscantur, nisi consulto primæ sedis Episcopo, sicue cuiusque prouinciæ Primate, vt ab eo præcipuè possint sumere formatam, vel commendationem. *Cartha. iij. c. 28.*

CAP. V.

Conseruatio Metropolitani Episcopi Primatu, cæteri Episcoporum, secundùm suæ ordinationis tempus, alius alio sedendi deferat locum. *Brac. 1. c. 24.*

CAP. VI.

Placuit, vt pro reuerentia Principis, ac regiæ sedis honore, vel Metropolitani ciuitatis ipsius, & consolatione; conuicini Toletanæ vrbis Episcopi, qui eiusdem Pontificis admonitionem acceperint, singulis per annum mensibus in eadem vrbe debeant commorari, messiuis, ac vindemmalibus feriis relaxatis. *Tolet. vij. c. 6.*

CAP. VII.

Episcopi secundùm canonicam institutionem, Metropolitano obediant. *Vernen. sub Pepino c. 3.*

CAP. VIII.

Vt Metropolitanis sedibus antiquitus statuta iura seruentur, & à comprouincialibus Episcopis, iuxta regulas Ecclesiasticas, eis reuerentia exhibeatur. *Melden. c. 31.*

CAP. IX.

Ad Episcopos Britonum, qui contra auctoritatem à Metropoli sua moliuntur discindere, synodus litteras secundùm auctoritatem sacram direxit, quatenus ad suam Metropolim redeant, eique debito iure se subdant, ne à canonica, & Episcopali communione se segregent. *Tullen. c. 9.*

CAP. X.

Non ignoramus, Metropolitano vestro carissimo fratri nostro Erardo competentem reuerentiam vos debere; ita vt præter eius præsentiam, aut consensum, nullus in regione vestra canonicè possit ordinari Episcopus; nec vos generale aliquid sine eius assensu posse sancire. Pro qua reuerentia salubriter à vobis, & à gente vestra Metropolitano impendenda, reuerentissimi Papæ Leonis, & successoris eius Benedicti scripta docuerunt, & refragantibus Apostolicæ auctoritati, dignam excommunicationis protulerunt sententiam, &c. Proinde monemus sanctam, nobisque amabilem fraternitatem vestram, vt ab his excessibus vlterius temperetis, & vestra instantia, opitulante Dei gratia, gentem vestram, ad olim traditæ disciplinæ, ac totius Ecclesiasticæ religionis obseruantiam inuitetis. Verùm, si quod non optamus, ab eiusdem Metropolitani sollicitudine vlterius resiluentis, & nostris ex caritate manantibus exhortationibus vos constiteris reluctari; ministerij necessitate, canonicam in vos cogemur proferre sententiam. *Synodus Tullensis in epistola ad quosdam Episcopos, in fine.*

CAP. XI.

Placuit vniuersali concilio; vt Salomoni, qui Britannorum tenet regionem, suggeratis, vt permittat totiùs Britanniæ Episcopis debitam reuerentiam Metropolitano inferre. *Synodus Tullensis post epistolam ad quosdam presbyteros.*

De pallio Archiepiscoporum. Tit. IV.

CAPVT I.

Episcopi, quibus concessum est palliis vti certis temporibus in eisdem temporibus & locis his induantur, & tanto, & tali non abutantur amictu, propter typhum, & inanem gloriam, & humanum placorem, atque sui amorem, omni videlicet tempore diuini sacrificij, & omnis alius Ecclesiastici ministerij hunc ineptè portantes. Quisquis ergo Episcopus præter definita sibi tempora, se pallio induerit, aut corrigatur, aut à Patriarcha proprio deponatur. viij. *Synodus genèr. CP. c. 27. sub Hadrian. ij.*

CAP. II.

Postquàm (*Patriarcha CP. & tres reliqui*) à Romano Pontifice receperint pallium, quod est plenitudinis officij Pontificalis insigne, præstito sibi fidelitatis, & obedientiæ iuramento, licenter & ipsi suis suffraganeis pallium largiantur, recipientes pro se professionem canonicam, & pro Romana Ecclesia sponsionem obedientiæ ab eisdem. *Inno. iij. in concil. gen. Later. c. 5.*

De priuileg. c. 23. antiqua. apud Greger. ix. & c. 6. eo. ti. in 4. coll.

CAP. III.

Reuerendissimo fratri, & coepiscopo nostro Leandro pallium à beati Petri Apostoli sede transmisimus, quod & antiquæ consuetudini, & vestris moribus, & eius bonitati, atque grauitati debebamus. *Greg. ep. 3. in fi. li. 7. c. 122. reg. ad Reccared.*

CAP. IV.

Præterea ex benedictione beati Petri Apostolorum Principis pallium vobis transmisimus, ad sola missarum solemnia vtendum, &c. *Greg. ep. 2. ad Leandrum Hispal. Episcop. l. 7. c. 125. in fi.*

CAP. V.

Tibi sacri pallij direximus munus, quod B. Petri Apostoli auctoritate suscipiens induaris, atque inter Archiepiscopos vnus Deo auctore præcipimus, vt censearis. Qualiter enim eo vtaris, ex mandato Apostolico informatus cognosces: ita vt dum missarum solemnia geris, vel Episcopum te contigerit consecrare, illo tantummodo tempore eo vtaris. *Greg. ij. ep. 8. ad Bonif. Episcopum, in princip.*

CAP. VI.

Archiepiscopus accepta licentia, & pallij vsu, ordinet ipse sibi deinceps Episcopos, qui successorem suum valeant ordinare, &c. Episcopi, qui ab obeunte Archiepiscopo consecrati sunt, simul congregati constituant Archiepiscopum, in throno non sedentem, & præter corpus Christi non consecrantem, priusquàm pallium à sede Romana percipiat; sicut Galliarum omnes, & Germaniæ, & aliarum regionum Archiepiscopi agere comprobantur. *Nicol. ad consulta Bulgar. c. 73.*

CAP. VII.

In hoc primo anno Pontificatus sui Dominus Gregorius Papa constituit, & consecrauit Archiepiscopos, & Episcopos per diuersa loca in Sardinia Prouincia, Iacobum Archiepiscopum Caralitanum, Constantinum Archiepiscopum Turrensem, quibus pallia cum priuilegiis dedit. Brunooi Episcopo Veronensi pallium cum priuilegio dedit. *Ex l. 1. registr. Gregor. vij. in fine.*

CAP. VIII.

Illud, nisi nos Apostolica mansuetudo detineret, seuerius in te animaduersum sentires, quod hucusque præclarius tuæ dignitatis insigne, videlicet pallium, ab Apostolica sede pro more acquirere postposuisti. Te ipsum non ignorare putamus, quàm districtè sanctorum Patrum censura in eos iudicandum statuerit, qui post consecrationem suam per tres continuos menses, pallium, quod sui sit officij, obtinere tepuerint. Proinde Apostolica tibi præcipimus auctoritate, vt quia sanctorum Patrum statuta parui pendisti, nullum deinceps Episcopum, vel sacerdotem ordinare, seu Ecclesias præsumas consecrare, donec oneris tui supplementum, pallij videlicet vsum, ab hac sede impetrauetis. *Gregor. vij. lib. 9. regist. epist. 1.*

CAP. IX.

Quarta actione euidentissimis documentis ostensum est, Hincmatum Archiepiscopum canonicè à vicina diœcesi adeptum, canonicè electum, & canonicè ordinatum, & canonicè pallio Apostolicæ sedis tata ordinatione perfectum, & in culmine Primatis Metropolitana auctoritate vsquequaque, & in omnibus confirmatum. *Synod. apud B. Medardum Suession. in causa Hincmari.*

CAP. X.

Sed hic tamen receptus non fuit à Sede Apost. Archiepiscopus sine pallio missas dicere non præsumat. *Matis. 6.*

CAP. XI.

Leo ij. fecit constitutum, quod archiuo Ecclesiæ continetur, vt qui ordinatus fuerit Archiepiscopus nulla consuetudine, pro vsu pallij, aut diuersis officiis Ecclesiæ quidquam persoluere debeat. *Ex Pontif.*

CAP. XII.

Gregorius iij. venerabilem Vvilcharium in partibus Franciæ in ciuitate Vienna dato pallio Archiepiscopum eum esse constituit. *Ex Pontif. in fine.*

Ne vnus Metropolitanus duas prouincias obtineat, neque vnam prouinciam in duas diuidat. Tit. V.

CAPVT I.

IMperator ad sanctam synodum dixit: Ad honorem sanctæ Martyris Euphemiæ, & vestræ pariter sanctitatis, Chalcedonensium ciuitatem, in qua sanctæ fidei concilium gestum est, Metropolis priuilegia habere sancimus, nomine tantùm hanc honorantes, salua videlicet Nicomediensium ciuitati propria dignitate. Omnes clamauerunt: Iustum iudicium Imperatoris digni sancta Martyre. *Chalced. act. 6. in fine.*

CAP. II.

Dist. 101. peruenit. cap. 1. Sunt, qui contra Ecclesiastica iura per potestates sęculares conantur vnam prouinciam in duas diuidere, vt duo Metropolitani in vna prouincia sint, iubemus id non fieri ab Episcopo, vel cadat à suo gradu, quæ verò vrbes per imperiales litteras Metropoleos nomine gaudent, eo fruantur, sed Episcopus seruet vero Metropolitano sua iura. *Chalc. 12. Burch. l. 1. c. 35. Iuo par. 5. c. 146. decr.*

CAP. III.

Quod sciscitatis, vtrùm diuisis Imperiali iudicio prouinciis, vt duæ Metropoles fiant, si duo Metropolitani Episcopi debeant nominati; non verè visum est, ad mobilitatem necessitatum mũdanarum, Dei Ecclesiam commutari, honoresque aut diuisiones perpeti, quas pro suis causis faciendas duxerit Imperator. Ergo secundùm pristinum prouinciarum morem Metropolitanos Episcopos conuenit nominari. *Innoc. ep. 18. c. 2.* *c. 1. d. ro. post prin. Lege, Imperatori.*

CAP. IV.

Lutubensis Ecclesiæ cleri ordo, vel plebis, preces suas, & lacrymas ad nos, quantum datur intelligi, magno cum dolore miserunt, dicentes, Episcopum Patroclum sua petitione cessante in locum decedentis Episcopi, nescio quem in aliena prouincia prætermisso Metropolitano contra Patrum regulas ordinasse. Quod nequaquam possumus ferre patienter, quia conuenit nos paternatum sanctionũ esse diligentes custodes. Nulli etenim videtur incognita synodi constitutio Nicænæ, quę ita præcipit, &c. Per vnamquamque prouinciam ius Metropolitanos singulos habere debere, nec cuiquam duas esse posse subiectas, &c. vt ista † constitutio quoque nostra definiat, quatenus Metropolitani sui vnaquæque prouincia in omnibus rebus semper ordinem expectet. *Bonif. ep. 3. ad Hilar. Narbon. Vid. Nicæ. 4. & 6. refert Calestin. ep. 2. c. 4.* † *ita.*

CAP. V.

Primùm, iuxta canonum decreta, vnaquæque prouincia suo Metropolitano contenta sit, vt decessoris nostri data ad Narbonensem Episcopum continent instituta, nec vsurpationi locus alicui sacerdoti in alterius concedatur iniuriam. Sit concessis sibi contentus vnusquisque limitibus. Alter in alterius prouincia nihil præsumat, &c. *Calest. ep. 2. c. 4. Bonif. d. ep. 3.*

Archiepiscopi est Episcopos ordinare, aut illorum ordinationi consensum præbere. Tit. VI.

CAPVT I.

CVm Episcopus à tribus præsentibus, aliis per litteras consentientibus ordinatur: auctoritas (*confirmatio L. Cartha. vj.*) tetum gestarum in singulis prouinciis Metropolitano defetatur. *Nicæ. c. 4. Marth. Brac. c. 2. Nic. ij. c. 3. Innoc. ad Victori. c. 1. Io. iij. ep. vn. in med. Iuo par. 5. c. 117. decr. Ansel. libro 6. c. 48. Cæsar. lib. 3. c. 26.* *Dist. 64. c. 1. Episcopi. & cap. 7. Episcopum.*

CAP. II.

Diſt. 64. illud. c. vlt. Si quis ſine Metropolitani ſententia fiat Epiſcopus, Epiſcopus non ſit. *Nicæn. 6. Anſ. lib. 6. c. 37. Deus d. c. 1. Cæſar. lib. 3. c. 47.*

CAP. III.

Diſt. 75. quoniã. c. 1. Quidam Metropolitani negligunt oues ſibi commiſſas, & differunt ordinationes Epiſcoporum. Placuit, vt intra menſes tres Epiſcopi ordinentur; niſi ex neceſſaria cauſa hoc tempus proteletur. Contra faciens ſubiaceat canonicis pœnis. Prouentus verò Eccleſiæ viduatæ apud œconomum eiuſdem Eccleſiæ conſeruetur. *Chalc. 25. Vernen. cap. 17. Vid. Verma. 75. Capitul. libro 3. cap. 28. Burch. lib. 1. cap. 24. Iuopar. 5. cap. 135. decr. Anſel. lib. 6. cap. 35.*

CAP. IV.

Metropolitani Pontifices, Aſianæ, & Thraticæ diœceſeos ab Archiepiſcopo CP. ordinentur, ipſi Epiſcopos in ſuis diœceſibus cum Epiſcopis prouincialibus ordinent. *Chalc. 28. G. Vide C P. 2. G.*

CAP. V.

Diſt. 64. c. 5. Extra conſcientiam Metropolitani Epiſcopi nullus audeat ordinare Epiſcopum. Integrum enim eſt iudicium, quod plurimorum ſententiis confirmatur. *Inno. ep. 2. ad Victori. c. 1. Iuopar. 5. c. 113. decr. Anſel. lib. 6. cap. 50. Tarrac. lib. 3. c. 44.*

CAP. VI.

Lutubenſis Eccleſiæ cleri ordo, vel plebis, preces ſuas, & lacrymas ad nos magno cum dolore miſerunt, dicentes, coepiſcopum noſtrum Patroclum ſua petitione ceſſante in locum decedentis Epiſcopi, neſcio quem, in alia prouincia, prætermiſſo Metropolitano, contra Patrum regulas ordinaſſe. Quod nequaquam poſſumus ferre patienter, quia conuenit, nos paternarum ſanctionum eſſe diligentes cuſtodes, &c. *Boniſ. ep. 3. in med.*

CAP. VII.

Si quiſquam fratrum noſtrorum in quacumque prouincia deceſſerit, is ſibi ordinationem vindicet ſacerdotis, quem illius prouinciæ Metropolitanum eſſe conſtiterit. *Leo ep. 67. al. 87. ad Epiſcopos Viennen. prouin. poſt med.*

CAP. VIII.

Diſt. 65. ſi forte. cap. vlt. Si in aliam forte perſonam partium ſe vota diuiſerint, Metropolitani iudicio is alteri præferatur, qui maioribus & ſtudiis iuuatur, & meritis. *Leo ep. 82. ad Anaſt. Theſſalonic. c. 5. Iuo lib. 3. tit. 1. cap. 6. panor. & par. 5. c. 347. decr. Deus d. c. 1. Anſelm. lib. 6. c. 16.*

CAP. IX.

Diſt. 62. c. 1. Nulla ratio ſinit, vt inter Epiſcopos habeantur, qui neque à clericis ſunt electi, neque à plebibus expetiti, neque à prouincialibus Epiſcopis cum Metropolitani iudicio conſecrati. *Leo ep. 90. ad Ruſticum Epiſc. Narbon. cap. 1. Viden. Eugen. ij. in ſyn. cap. 2. Burch. lib. 1. cap 11. Iuopar. 5. cap. 65. Anſel. lib. 6. cap. 68. Deus d. cap. 1. Cæſar. lib. 3. c. 3. Tarrac. lib. 3. c. 6.*

CAP. X.

Nullus præter notitiam, atque conſenſum fratris Aſcanij Metropolitani aliquatenus conſecretur Antiſtes, quia hoc & vetus ordo tenuit, hoc cccxviij. ſanctorum Patrum definiuit auctoritas, cui quiſquis obuias tetenderit manus, eorum ſe conſortio fatetur indignum, quorum præceptionibus reſultarit. *Hilar. ep. 1. c. 1. Aſcanio, & Epiſcopis Tarrac. prouin.*

CAP. XI.

Licet ij, qui præter notitiam, atque conſenſum tuæ dilectionis ordinati ſunt ſacerdotes, cum ſuis debuerint auctoribus ſubmoueri; ne quid tamen in tanta neceſſitate decernamus auſterum, eos, qui Epiſcopi facti ſunt, ita volumus permanere, vt in Apoſtolicis præceptionibus, & ſtatutis ſanctorum Patrum non reperiantur obnoxij. *Hilar. epiſt. 3. ad Aſcan. Epiſcop. Tarrac. Metropo. in med.*

CAP. XII.

In canone legitur Nicæno: Epiſcopum cõuenit maximè quidem ab omnibus qui ſunt in prouincia Epiſcopis ordinari. Si autem hoc difficile fuerit, à tribus in idipſum conuenientibus, & abſentibus conſentientibus, ordinatio celebretur. Firmitas autem eorum quæ geruntur per vnaquamque prouinciam, Metropolitano tribuatur Epiſcopo. Omnia quoque maxima concilia affirmant, eum non eſſe Epiſcopum, qui minùs quàm à tribus Epiſcopis, auctoritate etiam Metropolitani, fuerit factus Epiſcopus. *Ioan. iij. ep. vn. in med. Nicæ. c. 4.*

CAP. XIII.

Nullus Epiſcopus ſine Metropolitani permiſſu, nec Epiſcopus Metropolitanus ſine tribus Epiſcopis comprouincialibus præſumat Epiſcopum ordinare. *Arel. ij. c. 5. Burch. lib. 1. c. 27. Iuo lt. 5. tit. 2. c. 8. panor. & p. 5. c. 138. decr.* *De tẽp. ordin. c. 7. Grego. ix. & de ele. c. 4. in 1. collect.*

CAP. XIV.

Illud ante omnia clareat, eum, qui ſine conſcientia Metropolitani conſtitutus fuerit Epiſcopus, iuxta magnam ſynodum eſſe Epiſcopum non debere. *Arel. ij. c. 6. Nicæ. c. 6. Burch. lib. 1. c. 20. Iuopar. 5. c. 74. decr.*

CAP. XV.

Epiſcopus non ordinetur ſine conſenſu, & præſentia Epiſcopi Metropoleos prouinciæ. Optimúmque eſſet omnes Epiſcopos cum eo conuenire. *Anti. 19. Mart. Brac. c. 3.* *Diſt. 65. c. 3. & c. non debet. c. 2.*

CAP. XVI.

Epiſcopi iudicio Metropolitanorum, & vicinorum Epiſcoporum ordinentur. *Laod. 12. Tullen. p. 2. c. 8. Capit. li. 7. c. 78. Burch. li. 1. c. 9. Iuop. 5. c. 63. decr.* *Diſt. 14. c. 4 diſt. 61. Epiſcopum. 6.*

CAP. XVII.

Cum conuentu totius prouinciæ Epiſcoporum, maximéque Metropolitani, vel auctoritate, vel præſentia, ordinetur Epiſcopus. *Carth. iv. c. 1. Burch. li. 1. c. 8. Iuopar. 5. c. 62. decr.*

CAP. XVIII.

Si quis in Metropolitana ciuitate non fuerit Epiſcopus ordinatus, poſteaquàm ſuſcepta benedictione per Metropolitani litteras honorem fuerit Epiſcopi adeptus, &c. ſtatuto *Diſt. 65. c. 8.*

tempore, id est, impletis duobus mensibus se in Metropolitani sui præsentet aspectibus, vt ab illo monitis Ecclesiasticis instructus, plenius, quid obseruare debeat, recognoscat. Si non fecerit, in synodo increpatus à fratribus corrigatur. Si infirmitate aliqua, ne hoc impleat, fuerit impeditus, hoc suis litteris Metropolitano indicare procuret. *Tarrac. c. 5.*

CAP. XIX.

Episcopatum desiderans electione clericorum, vel ciuium, consensu etiam Metropolitani eiusdem prouinciæ, Pontifex ordinetur. *Arner. cap. 2.*

CAP. XX.

Licet melius esset in sua Ecclesia fieri, tamen aut sub præsentia Metropolitani, aut certè cum eius auctoritate, intra prouinciam omnino à comprouincialibus ordinetur Episcopus. *Aurel. iv. c. 5.*

CAP. XXI.

Ne quis Britannum, aut Romanum in Armorico sine Metropolitani, aut comprouincialium voluntate, vel litteris, Episcopum ordinare præsumat. Si quis contra ire tentauerit, sententiam in anterioribus canonibus obseruet, & à caritate vsque ad maiorē synodum se cognoscat esse remotum. *Turo. ij. c. 9.*

CAP. XXII.

Dist. 51. quin aliquo c. 5. Nec ille deinceps sacerdos erit, quem nec clerus, nec populus propriæ ciuitatis elegerit, vel auctoritas Metropolitani, vel comprouincialium sacerdotum assensus non exquisiuit, &c. à tribus in Sacerdotem die Dominica consecrabitur, conuenientibus cęteris, qui absentes sunt, litteris suis, & magis auctoritate, vel præsentia eius, qui est in Metropoli constitutus. Episcopus autem comprouincialis ibi consecrandus est, vbi Metropolitanus elegerit. Metropolitanus autem non, nisi in ciuitate Metropoli, & comprouincialibus ibidem conuenientibus. Si quis autem deinceps contra prædicta vetita canonum ad gradum sacerdotij indignus aspirare contenderit, cum ordinatoribus suis adepti honoris periculo subiacebit. *Tolet. iv. c. 18.*

CAP. XXIII.

Dist. 75. c. 2. Quoniam quidam Metropolitanorum, quātum comperimus, negligentius commissos sibi greges, & ordinationes Episcoporum facere differunt; placuit sanctę synodo, intra tres menses ordinationes celebrari, nisi fortè necessitas excusabilis præparet tempus dilationis extendi. Quòd si hoc minimè fecerit, correptioni Ecclesiasticæ subiacebit. Veruntamen redditus Ecclesiæ viduatæ penes œconomum eiusdem Ecclesiæ integri reseruentur. *Vormacien. 75. Chalc. 25.*

CAP. XXIV.

Decreuit sancta synodus, vt nullus Episcopus accipiat de manu Regis, vel Comitis, vel cuiuslibet laicæ personæ donum Episcopatus, &c. Sed Episcopus à suo Metropolitano. *Pictan. c. 1.*

In administratione Sacramentorum, & celebratione Diuinorum officiorum, sequantur Episcopi Prouinciales ordinem præscriptum à Metropolitano. Tit. VII.

CAPVT I.

AD celebrandum diuina officia, ordinem, quem Metropolitani tenent, prouinciales obseruare debebunt. *Epau. 27. Burch. lib. 3. c. 25. Iuo lib. 2. tit. 4. c. 5. panorm. & par. 3. c. 30. decr.* De cōsec. d. 1. c. 30. altaria.

CAP. II.

Institutio missarum, sicut in Metropolitana Ecclesia agitur, ita in omni Tarraconensi prouincia, tam ipsius missæ ordo, quàm psallendo, vel ministrando, consuetudo seruetur. *Gerun. 1. Burch. li. 3. c. 66. Iuo par. 3. c. 68. decr.* De cōsec. d. 1. c. 31.

CAP. III.

Nullus eum baptizandi ordinem prætermittat, quem & antea tenuit Metropolitana Bracarensis Ecclesia, & pro amputanda aliquorum dubietate, prædictus Profuturus Episcopus scriptum, & sibi directum à sede beatissimi Petri Apostoli suscepit. *Brac. 1. c. 23.*

CAP. IV.

Placuit huic sancto concilio, vt Metropolitanæ sedis auctoritate coacti, vniuscuiusque prouinciæ ciues, † rectorésque Ecclesiarum, vnum eundémque in psallendo teneant modum, quem in Metropolitana sede cognouerint institutum, nec aliqua diuersitate cuiuscumque ordinis, vel officij, à Metropolitana se patiantur sede disiungi, &c. *Toletan. xj. cap. 3.* Dist. 12. c. 13. de his. † Pontifices s.

Varia negotia ad Archiepiscopum pertinentia. Tit. VIII.

CAPVT I.

TRansfugam clericum ad suam Ecclesiam Metropolitanus redire compellat. *Leo epist. 82. c. 9.*

CAP. II.

Tuæ sollicitudinis est, frater carissime, omnia debita tibi auctoritate tueri, & illicitis, non modò, non præbere assensum, sed etiam cuncta, quæ contra regulam facta reperenis, coërcere. *Hilar. ep. 3. ad Ascan. Episcop. Tarrac. Metropol. in fi.*

CAP. III.

Episcopus, presbyter, clericus, sine voluntate, & litteris Episcoporum, qui in prouincia sunt, & maximè Metropolitani ad Imperatorem eat, sed & communione, & dignitate priuetur. *Antioc. xj. Capit. lib. 1. c. 10. Burch. lib. 2. c. 177. Iuo par. 6. c. 268. decr. Ansel. li. 6. c. 115.* 23. q. 8. si quis 27.

CAP. IV.

Nullus Episcopus de rebus Ecclesiæ suæ

sine conscientia Metropolitani sui, vendendi aliquid habeat potestatem, vtili tamen omnibus commutatione permissa. *Epau. 12.*

CAP. V.

Ante tres menses Epiphaniorum Metropolitani sacerdotes litteris se inuicem inquirant, vt communi sententia docti, diem resurrectionis Christi comprouincialibus suis insinuent, & vno tempore celebrandum annuntient. *Tolet. iv. c. 4.*

CAP. VI.

De cõsec. dist. 3. placuit. 25. A Metropolitano Episcopo in concilio nuntietur Pascha, &c. *Brac. ij. c. 9.*

CAP. VII.

Dist. 12. c. 13. sac. 1. a De his, qui contra Apostoli voluntatem circumferuntur omni vento doctrinæ: placuit huic sancto concilio, vt Metropolitanæ sedis auctoritate coacti, vniuscuiusque prouinciæ ciues † rectorésque Ecclesiarum vnum, eundémque in psallendo teneant modum, quem in Metropolitana sede cognouerint institutum, nec aliqua diuersitate cuiuscumque ordinis, vel officij à Metropolitana se patiantur sede disiungi. Si enim iustum est, vt inde vnusquisque sumat regulas magisterij, vnde honoris consecrationem accepit, vt iuxta maiorum decreta, sedes, quæ vnicuique sacerdotalis mater est dignitatis, sit Ecclesiasticæ magistra rationis, &c. Quisquis violator extiterit, sex mensibus communione priuetur, apud Metropolitanum sub pœnitentiæ censura permaneat corrigendus, &c. Sub ista ergo regula disciplinæ non solùm Metropolitanus totius suæ prouinciæ Pontifices, vel sacerdotes astringat, sed etiam ceteri Episcopi subiectos sibi Ecclesiarum rectores obtemperare his institutionibus cogant. *Tolet. xi. c. 3. Leo ep. 4. c. 1. ad Episcopos Siciliæ.*

† *Pontifices.*

CAP. VIII.

Constituimus per consilium sacerdotum, & ordinauimus per ciuitates legitimos Episcopos. Et idcirco constituimus super eos Archiepiscopos, Abel, & Ardobertum; vt ad iudicia eorum de omni necessitate Ecclesiastica recurrerent tam Episcopi, quàm alius populus. *Suesson. sub Pipin.*

De cura Metropolitani erga Ecclesiam suam, & diœceses, & personas subditorum Episcoporum; & de sede vacante. Tit. IX.

CAPVT I.

9. q. 3. c. 3. cùm simus. SI Metropolitanus in sua Ecclesia non constituit œconomum, CP. Episcopus constituat, si Episcopus non constituit, tum eius Metropolitanus. *Nice. ij. c. 11. Iuo par. 5. c. 374. decr.*

CAP. II.

11 q. 2. c. 48. Si Episcopus inueniatur indoctus, à Metropolitano proprio, ac deinceps sacerdotes à suo Episcopo, vt doceri possint, admoneantur. *Syn. Rom. sub Eugen. ij. & Leone iv. c. 4.*

CAP. III.

12. q. 2. c. 48. Non liceat Metropolitano, moriente Episcopo, qui sub eius sede censetur, eius bona, vel eius Ecclesiæ auferre, vel alienare, sed sint sub custodia cleri eius Ecclesiæ, vsque ad promotionem alterius, nisi clerici non suscipiant: † tunc enim Metropolitanus ea intacta custodiat, & ordinato Episcopo tradat. *Trul. 35.* † *fuerint.*

CAP. IV.

Episcopo è corpore recedente (*Metropolitani*) electione talis persona ordinandæ domui Ecclesiasticę procuretur, quę vel consueta clericis stipendia dispenset, & creditarum sibi rerum, si forsitan tarditas in Episcopo ordinando successerit, Metropolitano congruis temporibus reddere possit rationẽ. *Valent. Hispã. c.*

CAP. V.

Parentibus, & propinquis decedenti Episcopi, si intestatus obierit, denuntietur, vt sine Metropolitani, vel comprouincialium sacerdotum conscientia, nihil de rebus defuncti occupare pertentent, sed vsque ad ordinationem futuri expectent Antistitis, aut certè, si longum fuerit, ad Metropolitani ordinationem recurrant, &c. Si autem rationabiliter, modestéque vnusquisque repetit, quod sibi iure debetur, ei absque aliqua animaduersione à Metropolitano, vel cui iniunxerit, aut res, aut ratio non negetur. *Valent. Hisp. c. 3.*

CAP. VI.

Propinqui morientis Episcopi nihil de rebus eius, absque Metropolitani cognitione vsurpare præsumant. Quòd si is, qui recesserit, Metropolitanus fuerit, successoris eius sententiam, aut Concilium sustinebunt. *Tolet. ix. c. 7.*

CAP. VII.

Metropolitanus ex morientis (*Episcopi*) Ecclesia nihil prorsus auferre præsumat, sed solam, quæ ad eum pertinet, curam salutatem impendat. *Tolet. ix. cap. 9.*

CAP. VIII.

Quæ de transgressione (*Saphoraci Episcopi*) in Aurelianensi synodo nuper habita sunt decreta, à Metropolitano, cui redigendi actio, vel ordinatio de comprouincialibus eius Ecclesia manet, in memorata vrbe scripta seruentur. *Parisien. ij. c. vii.*

CAP. IX.

Sicut Metropolitanis in confinitimos, cęterósque Ecclesiasticis ordinibus deditos, sic confinitimis in commisso sibi religiosorum numero vigilandum est, qualiter nescientia talium diuinæ legis eruditionibus imbuatur. Ita vt Prælatus quisque subditos quærat, &c. *Tolet. xj. c. 2. & vide Tolet. viii. c. 8.*

CAP. X.

Placuit omnibus Pontificibus Hispaniæ, atque Galliciæ † saluo priuilegio vniuscuiusque Prouinciæ, vt licitum maneat deinceps Toletano Pontifici, quoscunque Regalis potestas elegerit, & dicti Toletani Pontificis iudicium dignos esse probauerit, in quibuslibet Prouinciis, in præcedentium sedibus præficere Præsules, &c. Ita tamen; vt post ordinationis suæ tempus, intra tres menses *Dist. 63. cùm longè 25.* † *Galliæ.* *Electio Regis sola erat præsentatio.*

oprij Metropolitani præſentiam videat, vt ius auctoritate, & diſciplina inſtructus, condignè ſuſceptæ ſedis gubernacula teneat. Quod ſi non fecerit, excommunicatum ſe per omnia nouerit; excepto ſi regia iuſſione impeditum ſe eſſe probauerit, &c. *Tolet. xij. c. 6.*

CAP. XI.

De baptiſmo, & myſterio ſanctæ fidei vnuſquiſque Archiepiſcopus ſuos ſuffraganeos diligenter, ſtudioſéque admoneat, &c. *Arelat. ſub Carolo c. 3.*

CAP. XII.

Si Epiſcopus miniſterium Eccleſiaſticum propter infirmitatem corpoream exhibere non potuerit, in Archiepiſcopi hoc cum voluntate Epiſcopi eiuſdem Eccleſiæ, maneat ordinatione, qualiter debitum officium non remaneat. *Melden. cap. 47.*

CAP. XIII.

Metropolitani munus eſt, dare operam, vt ſi Epiſcopus aliquis eligitur ineptus, alius conſtituatur. Si autem pretio, aut alia re commotus non præſtat officium ſuum, in ſynodo reprehendatur. *Valent. ſub Lothario c. 7. in fi.*

CAP. XIV.

Singulis Metropolitanis cum ſuffraganeis ſuis, cura præcipua ſit de vita, & opinione, non ſolùm totius cleri, ſed etiam ipſorum Epiſcoporum, ne ſe per culpam, vel negligentiam ſuam tales exhibeant, qui meritò apud laïcos, viles atque infames, ac per hoc in ipſo ſacro miniſterio contemptibiles habeantur. *Val. ut. ſub Loth. c. 19.*

CAP. XV.

Epiſcopo de corpore recedente, vicinus illi accedat Epiſcopus, qui ex more exequiis celebratis, ſtatim Eccleſiæ illius curam diſtrictiſſimè gerat; deſcriptióque fideliſſima, ſi fieri poteſt, inter octauas defuncti ſub diligentia præſentis Epiſcopi peragatur. Dehinc ad Metropolitani notitiam habita ordinatè deſcriptio deferatur, vt eius lectione talis perſona ordinandæ domus Eccleſiaſticæ procuretur, quæ vel conſueta clericis ſtipendia diſpenſet, & creditarum ſibi rerum, ſi forſitan tarditas in Epiſcopo ordinando ſucceſſerit, Metropolitano congruis temporibus reddere poſſit rationem. *Troſleia. c. 14.*

Archiepiſcopi eſt vocare Epiſcopos ad concilium. TIT. X.

CAPVT I.

Diſt. 18. peruenit. 6. SEcundùm canones ſanctorum Patrum bis, ſingulis annis in vnaquaque prouincia Epiſcopi conueniant, vbi Metropolitanus voluerit, vt corrigantur, quæ emerſerint. *Chalce. 19. Vide Antio. 20. Capi. li. 1. c. 13. Iuo par. 4. c. 243. decr. Anſelmi. lib. 6. c. 199.*

CAP. II.

Diſt. 18. quoniam. 7. Sextæ ſynodi Patres ſemel ſingulis annis (*concilium*) fieri voluerunt, &c. Si quis Metropolitanus negligat facere ſine aliqua cauſa neceſſaria, canonicis pœnis ſubiicietur. *Nicæ. ij. c. 9. Vide Trull. 8. Iuo par. 5. cap. 373. dec.*

CAP. III.

Sicut olim à ſanctis Patribus noſcitur inſtitutum, Metropolitani ſingulis annis cum ſuis ſuffraganeis Prouincialia Concilia celebrent, &c. *Innoc. iij. in Conc. gen. Lat. c. 6.* *De accu. 25. Greg. ix. & c. 5. eod. tit. in 4 collect.*

CAP. IV.

Ad Arelatenſis Epiſcopi arbitrium ſynodus eſt congreganda; ad quam vrbem ex omnibus mundi partibus, præcipuè Gallicanis, ſub ſancti Martini tempore legimus celebratum fuiſſe Concilium, atque conuentum. Si quis commonitus, infirmitatis cauſa defuerit, perſonam vice ſua dirigat. *Arel. ij. c. 18.*

CAP. V.

Admoneantur Epiſcopi eius Prouinciæ à Metropolitano ſuo, vt ad ſynodum veniant poſt tertiam hebdomadam Paſchę, & Id. Oct. Non fiant autem ſynodi ab eis ſine Metropolitano (*cui de omnibus cauſis conſtat permiſſum eſſe iudicium. L.*) *Antio. 20. Vide Nica. 5. Apoſt. 37. G. 38. L. Mart. Bracar. 18. Capitul. lib. 1. c. 13. Burch. lib. 1. cap. 44. Iuo lib. 4. tit. 2. cap. 3. & 4. panor. & par. 5. cap. 154 decr.* *Diſt. 18. propter. 4. & 15.*

CAP. VI.

Si Epiſcopus Metropolitanus ad comprouinciales Epiſcopos epiſtolas direxerit, in quibus eos ad ordinationem Summi Pontificis, aut ad ſynodum inuitat; poſtpoſitis omnibus, excepta graui infirmitate corporis, aut præceptione Regia, ad conſtitutum diem adeſſe non differant. Quòd ſi defuerint, ſicut priſca canonum præcepit auctoritas, vſque ad proximam ſynodum à caritate fratrum, & Eccleſiæ communione priuentur. *Agath. 35. (Vide Tarrac. 6. Arel. ij. cap. 19. Vaſ. 29.) Burch. lib. 1. c. 49. Iuo lib. 4. tit. 2. c. 5. panor. & par. 5. c. 159. decr. Cæſar. lib. 4. c. 116.* *Diſt. 18. c. 13.*

CAP. VII.

Si quis Epiſcoporum commonitus à Metropolitano, ad ſynodum, nulla graui intercedente neceſſitate corporali, venire contempſerit, ſicut ſtatuta Patrum cenſuerunt, vſque ad futurum concilium cunctorum Epiſcoporum, caritatis communione priuetur. *Tarr. 6. Vide Agath. 35.* *Diſt. 18. cap. 14.*

CAP. VIII.

Epiſtolæ tales per fratres à Metropolitano ſunt dirigendæ, vt non ſolùm è cathedralis Eccleſiæ preſbyteris, verùm etiam de diœceſanis ad concilium trahant, & aliquos, de filiis Eccleſiæ ſæcularibus ſecum adducere debeāt. *Tarrac. 13. Burch. lib. 1. c. 48. Iuo par. 5. c. 158. decr.*

CAP. IX.

Cùm Metropolitanus fratres, vel comprouinciales ſuos ad concilium, aut ad ordinationem cuiuſque conſacerdotis crediderit vocandos, niſi cauſa euidens extiterit, nullus excuſet. *Epan. 1.*

CAP. X.

Statuimus, vt frater, & coepiſcopus noſter Montanus, qui in Metropoli eſt, ad comprouinciales noſtros Domini ſacerdotes litteras de congreganda ſynodo adueniente tempore debeat deſtinare. *Tolet. ij. inſi.*

CAP. XI.

Nullus Epiſcoporum, admonente Metro-

politano, nisi certa tædij causa detentus, ad Concilium, vel ordinationem consacerdotis venire penitus vlla excusatione detrectet. *Aurel.ij.c.1.*

CAP. XII.

Metropolitani singulis annis comprouinciales suos ad Concilium euocent. *Aurel.ij.c.2.*

CAP. XIII.

Vnusquisque Metropolitanus in Prouincia sua cum comprouincialibus suis, singulis annis synodale debet oportuno tempore habere Concilium, quòd si illum infirmitas, aut necessitas certa tenuerit, vt ad constitutum locum adesse non possit, ad suam ciuitatem suos euocet fratres; vt si intra biennium definitum, temporum tranquillitate concessa, admonitis comprouincialibus à Metropolitano synodus indicta non fuerit, Metropolitanus ipse pro euocationis tarditate, anno integro missas facere non præsumat. Quòd si euocati, non corporali infirmitate detenti, adesse suæ euocationi distulerint; simili sententiæ subiacebunt. qui tamen & hanc excusationem sibi nouerint esse sublatam, si absentiam suam per vigorem sortis † crediderint excusandam. *Aurel.iij.c.1.*

† fortis.

CAP. XIV.

Cuncti Metropolitani de comprouincialibus suis in Prouincia sua annis singulis synodum debent congregare. *Aureli.iv.c.36.*

CAP. XV.

Bis ad synodum annis singulis Metropolitanus, & comprouinciales sui in locum, quem deliberatio Metropolitani elegerit, Deo propitiante conueniant, aut si necessitas fuerit ineuitabilis, sicut præcepit auctoritas, vel semel in anno sine cuiuslibet excusatione personæ, &c. *Turon.ij.c.1.*

CAP. XVI.

In omnibus Patrum Conciliis habetur scriptum, vt intra anni circulum vnusquisque Metropolitanus Episcopis iunctis in vnum locum comprouincialibus suis, intra Prouinciam suam studeat habere Concilium, &c. *Aurel.v.c.22.*

CAP. XVII.

Antiquorum Patrum iuribus in omnibus custoditis, ad synodum post triennij tempus omnes conueniant, &c. Et hoc adimplere sollicitudinis sit Metropolitani Lugdunensis Episcopi, vnà cum dispositione magnifici Principis nostri prius definientis locum mediterraneum, ad quem omnes Episcopi sine labore alacres congregentur. *Matisconen.ij.c.20.*

CAP. XVIII.

Si nec de fide, nec de communi Ecclesiæ vtilitate tractabitur, speciale erit Concilium vniuscuiusque Prouinciæ, vbi Metropolitanus elegerit peragendum, &c. Pro compellendis iudicibus, vel sæcularibus viris ad synodum, Metropolitani studio quidam executor à Principe postuletur. *Tolet.iv.c.3.*

CAP. XIX.

Omni anno ad peragendum celebritatem Concilij in Metropolitana sede, tempore, quo Principis, vel Metropolitani electio definierit, omnes Prouinciæ Pontifices adsint. *Tolet. xi.c.1.5.*

CAP. XX.

Statuimus, vt iuxta veterem canonem, quotannis fiat synodus Episcoporum, vbi Metropolitanus voluerit, vbi omnia Ecclesiastica negotia terminentur. *Trul.c.8. Vide Nica.ij.c.6.*

CAP. XXI.

Placuit, per singulas Prouincias bis in anno Concilia fieri, conuocante Metropolitano Episcopo omnes Prouinciæ Episcopos. *Mar. Brach.c.18. Vid. Antio.20.*

De iudiciis Metropolitanorum. Tit. XI.

CAPVT I.

Si quis putauerit, se à proprio Metropolitano grauari, aut penes Primatem Diœceseos, aut penes vniuersalis Apost. Ecclesiæ Papam iudicetur. *Nica.21 apud Iul.ep.2.c.4. Victor ep.1. in med. Burch. lib.1.ca. 144. Iuo par.5.cap. 257. decr. & lib.4.tit.12.cap.2. panor. Ansel. lib.2. cap.9. & 11.* 2.q.6.c.7 & 15.

CAP. II.

Si Episcopus Metropolitanum, aut iudices suspectos habuerit, aut infensos senserit, apud Primates diœceseos, aut apud Romanæ sedis Pontifices iudicetur. *Nica.54. apud Iul. epist.2. c.17. Anicet.ep.1. Burch.lib.1.c.170. Iuo par.5.cap. 280.decr.*

CAP. III.

Quidquid de comprouincialium Episcoporum causis (*loquitur de Metropolitanis*) suarumque Ecclesiarum, & clericorum, atque sæcularium necessitatibus agere, aut disponere necesse fuerit; hoc cum omnium consensu comprouincialium agatur Pontificum, non aliquo dominationis fastu, sed humillima, & concordi omnium administratione. *Nica.61. apud Iul.ep.2.c.23. Hadr. ad Episcop. Mediom.c.43. Capitul.lib.7.c.358. & in addi.c.142.*

CAP. IV.

Archiepiscopi iudicia Episcoporum, & maiora negotia habeant. Sed si Episcopi reclamauerint, vel eos suspectos habuerint; ad Primates, vel Patriarchas transferantur. *Clem.epist.1. sub med.*

CAP. V.

Ad xij. eiusdem Prouinciæ iudices, ad quorum iudicium omnes causæ ciuitatum referantur, deferatur negotium. Si autem fuerit Ecclesiasticum, apud Episcopos interueniente Primate; si quidem maior causa fuerit: si verò minor, Metropolitano. *Anacl.ep.1. ante fi.*

CAP. VI.

Saluo in omnibus Romanæ Ecclesiæ priuilegio, nullus Metropolitanus absque cæterorum omnium comprouincialium Episcoporum instantia, aliquorum audiat causas, quia irritæ erunt aliter actæ, quàm in conspectu omnium ventilatæ, & ipse si fecerit, coërceatur à fratribus. *Hygin.ep.1. ante fi. Nica. apud Iul. 51. Luci. ep.1. Hadr. ad Episcop. Mediom.c. 14. Capitul. lib. 6. c. 106. & in add. c. 146 Burch. lib. 1. cap. 65. Iuo par. 5. 99. & 174. decr. Ansel. lib. 2. c. 22. in* 9.q.3.c. 4.

Rom. CAP. VII.

9.q.3.c. Archiepiscopus nihil de Episcoporum cau-
5. sis, aut de aliis communibus, iuxta statura Apostolorum, absque cunctorum illorum agat consilio: nec illi, nisi quantum ad proprias Parochias pertinet, sine suo, quoniá tali gaudet concordia altissimus, & gloriatur in membris suis, &c. *Anices.ep.vni.cap.1.*

CAP. VIII.

3.q.6.c. Quamuis liceat apud Prouinciales, & Me-
7. tropolitanos, atque Primates eorum, Episcoporum ventilare accusationes, vel criminationes; non tamen licet definire secus, quàm prædictum est. Reliquorum verò clericorum causas apud Prouinciales, & Metropolitanos, ac Primates, & ventilare, & iustè finire licet. *Eleuth.ep.vni.c.2. Iuo par.6.c.316. decret.& lib.4. tit.12. cap.12. panor.*

CAP. IX.

Non liceat Metropolitanis, sicut agere solebant, inconsulto Romano Pontifice, Episcopos damnare; sed communi sanctæ Romanæ Ecclesiæ consilio. *Iul.ep.1. post.med. Ansel.lib.2. c.42.*

CAP. X.

Quamquam comprouincialibus Episcopis vnà cum eorum Metropolitano suæ Prouinciæ causas Episcoporum liceat concorditer agitare: non tamen, sicut in Nicæna synodo est constitutum, licet definire, absque Romani Pontificis auctoritate. *Felix ij. ep.1.c.18.*

CAP. XI.

6.q.4.c. Si Episcopus de aliquibus criminibus iudi-
1.& 2. cetur, & de eo Episcopi eius Prouinciæ discordent, aliquibus innocentem, aliis nocentem iudicantibus, de tota controuersia sic fiat. Metropolitanus ex proxima Prouincia alios euocet, qui iudicent, vnà cum eiusdem Prouinciæ Episcopis. *Antioch.c.14. Mart. Brac.c.13. Burch. lib.1.cap.150. Iuo par.5.c.263.decr. Ansel.lib.5.cap. 77. in addit.*

CAP. XII.

Abbas, si in culpa reperiatur, aut fraude; & innocentem se asserens, ab Episcopo suo accipere noluerit correctionem; ad Metropolitani iudicium deducatur. *Epau.c.19.*

CAP. XIII.

Si quæcunque persona contra Episcopum, vel actores Ecclesiæ se proprium crediderit habere negotium; prius ad eum recurrat caritatis studio, vt familiari aditione commonitus, sanare ea debeat, quæ in querimoniam deducuntur, quam rem si differre voluerit, tunc demum ad Metropolitani audientiam veniatur, de qua re cum litteras suas Metropolitanus ad comprouincialem Episcopum dederit, & causa ipsa inter vtrosque quacumque occasione amicis mediis non fuerit definita, vt ipsi Metropolitano necessarium sit in eodem negotio iterare scriptum; & secundò admonitus, aut mittere, aut venire distulerit; tunc à caritate Metropolitani sui nouerit se esse suspensum, donec ad præsentiam eius veniens, causæ ipsius, de qua petitur, reddiderit rationem. Quòd si patuerit, Episcopum ipsum contra iustitiam fatigatum; is, qui eum iniusta interpellatione pulsauit, anni spatio à communione Ecclesiastica suspendatur. *Aurelian.v.cap.17.*

CAP. XIV.

Si aliquid contentionis aduersus Episcopum potentior persona habuerit, pergat ad Metropolitanum Episcopum, & ei causas alleget, & ipsius sit potestatis, honorabiliter Episcopum, de quo agitur, euocare; vt in eius præsentia accusatori respondeat, & oppositas sibi actiones extricet. Quòd si talis fuerit immanitas causæ, vt eam solus Metropolitanus definire non valeat, aduocet secum vnum, vel duos coepiscopos. Quòd si & ipsis dubietas fuerit, Concilio definito diem, vel tempus instituant, in quo vniuersi ritè collecti fratris sui, & coepiscopi causas discutiant, & pro merito, aut iustificent, aut culpent. *Matisc. ij. cap.9.*

CAP. XV.

Clerici tam locales, quàm diœcesani, qui 10.q.3.c.
se ab Episcopo grauari cognouerint; querelas 6. ad sing-
suas ad Metropolitanum deferre non diffe- guia co-
rant, vt Metropolitanus non moretur eius- gnouimus.
modi presumptiones coërcere. *Tolet.iij.cap.20. Iuo par.3.cap.137. decr.*

CAP. XVI.

Si diuersæ Prouinciæ duo fuerint Sacerdotes, inter quos aliqua disceptatio oriatur, conuenientibus in vnum Metropolitanis ipsorum, omnis illorum actio eorum iudicio terminetur, ita vt si vnus ex Episcopis ab alio Episcopo, aut à quacumque persona iniquè fuerit aggrauatus; communi fratrum studio cum Dei solatio defensetur. *Lugd.c.1.*

CAP. XVII.

Illi ex Pontificibus sententiam excommunicationis merebuntur excipere, qui exortos contra se clamores negotiorum admoniti à Metropolitano distulerint emendare, atque compescere, aut si admoniti, vt in iudicium primæ sedis accedant, aut per se noluerint properare, aut vades suos neglexerint legaliter informatos dirigere. *Tolet.xiv.c.8.*

Archiepiscopus audit appellationes, & querelas, quæ de Episcopis deferuntur. Tit. XII.

CAPVT I.

Placuit, & hoc sanctæ synodo, vt quicumque Presbyter, aut diaconus à proprio Episcopo depositus fuerit propter aliquod crimen, vel si quamlibet iniustitiam se pati dixerit, & non acquieuerit iudicio proprij Episcopi, dicens eum suspectum se habere, vel propter inimicitiam, quam erga se tenuerit, vel propter gratiam, quam aliis quibusdam præstare voluerit, idcirco in se fuisse tale operatum; potestatem habeat ad Metro-

politanum ipsius prouinciæ concurrere, & eam, quam putat iniustitiam, dispositionem, † vel aliam læsionem denuntiare. Metropolita verò ille libenter suscipiat huiusce modi, & aduocet Episcopum, qui deposuit, vel alio modo clericum læsit, & apud se cum aliis etiam Episcopis negotij faciat examen, ad confirmandam scilicet sine omni suspicione, vel destruendam per generalem synodum, & multorum sententiam, clerici depositionem. *Syn.viij.C P. sub Hadr.ij.cap.26.*

† depositionem.

Cap. II.

11. q.3.c.4. Si Episcopus iracundus, quod esse non debet, citò in presbyterum, vel diaconum motus eiicere eum ab Ecclesia voluerit, prouidendum est, ne innocens condemnetur, vel communione priuetur. Eiectus potest ad Metropolitanum confugere, si verò is abest, ad vicinum, (*potest ad vicinos Episcopos confugere. L.*) qui de causa diligenter cognoscet. † Audiendæ enim sunt preces supplicum, &c. *Sard. c4.G.c17.L.Vide Nica. apud Carth. vj.c.6. L. Afr. 101.L. & in epist. ad Bonif. L. ante canones Carth. G.Ivo lib.5.tit.5.c.4.panor. & par.14.c.15. decret. Ansel.lib.3.c.68. Cæsar.lib.5.c.48.*

† cognoscent.

Cap. III.

Si quæcunque persona contra Episcopum, vel actores Ecclesiæ habeat negotium, & ab eo commonitus differat sanare querimoniā: ad Metropolitani audientiam veniatur, de qua re cùm litteras suas Metropolitanas ad comprouincialem Episcopum dederit, & causa non fuerit definita, vt ipsi Metropolitano necessarium sit in eodem negotio iterare scriptum, & secundo admonitus aut mittere, aut venire distulerit; tunc à caritate Metropolitani sui nouerit se esse suspensum, donec ad præsentiam eius veniens, causæ ipsius, de qua petitur, reddiderit rationem, &c. Si verò Metropolitanus à quocunque comprouinciali Episcopo bis fuerit in causa propria appellatus, & eum audire distulerit: ad proximam synodum, quæ constituetur, negotium suum in cōcilium licentiam habeat exercendi: & quidquid pro iustitia à comprouincialibus suis statutum fuerit, studeat obseruare. *Aurel. v.c.17.*

Cap. IV.

10. q. 3. quia 6. Clerici locales, & diœcesani, qui se ab Episcopo grauari cognouerint, querelas suas ad Metropolitanum deferre non differant; & Metropolitanus non moretur eiusmodi præsumptiones coërcere. *Tolet.iij.c. 20. Ivo par.3.c. 137.decr.*

Cap. V.

Si qui Sacerdotum secundum statuta Concilij Valentini, ad humanda decedentis Episcopi membra venire commonitus, pigra voluntate distulerit, appellantibus clericis obeuntis Episcopi, apud synodum, siue apud Metropolitanum Episcopum, tempore anni vnius, nec faciendi Missam, nec communicandi habeat omnino licentiam. *Tolet. vij.c.3. Burch. lib.1.c.216.Ivo par.5.c.330.decr.*

Cap. VI.

Filiis, vel nepotibus eius, qui construxit, vel ditauit Ecclesiam, licitum sit, vt si Sacerdotem, seu ministrum aliquid ex collatis rebus præuiderint defraudari, aut commonitionis honestæ conuentione compescant, aut Episcopo, vel iudici corrigenda denuntient. Quod si talia Episcopus agere tentet, Metropolitano eius hæc insinuare procurent. *Tolet.ix.c.1. Burch.lib.3.c.182.Ivo par.3.c.243.decr.* 16.q.7.c.31.

Cap. VII.

Quicumque ex clericis, vel monachis causam contra proprium Episcopum habens, ad Metropolitanum suum causaturus accesserit, non debeat à proprio Episcopo excommunicationis sententia prædamnari, antequam per iudicium Metropolitani sui, vtrum dignus excommunicatione habeatur, possit agnosci. Quòd si ante iudicium quis Episcoporum in talium personas excommunicationis sententiam præmiserit, illis penitus, quos ligauerit, absolutis, in se illam nouerit retorqueri sententiam. Quod etiam, & inter Metropolitanos conuenit obseruari; si prægrauatus quis à proprio Metropolitano ad alterius Prouinciæ Metropolitanum molestiam pressuræ suæ agnoscendam detulerit; aut si inauditus à duobus Metropolitanis, ad regios auditus negotia sua perlaturus accesserit, & ob hoc excommunicationis iugulum à proprio Episcopo illi videatur infigi. *Tolet.xiij.c.12.*

Archiepiscopus circumeat diœcesim, cùm opus fuerit. Tit. XIII.

CAPVT I.

Archiepiscopi Parochias visitantes, pro diuersitate Prouinciarum, & facultatibus Ecclesiarum, xl. vel l. euectionis numerum non excedant. Cardinales verò xx. vel xxv. non excedant. Episcopi xx. vel xxx. &c. *Alex.iij.in Conc. Later.c.4.* De cons. c.6. Gr. ix. & in 1. collect.

Cap. II.

Quilibet Archiepiscopus, vel Episcopus per se, aut per Archidiaconum suum, vel idoneas personas honestas, bis, aut saltem semel in anno propriam Parochiam, in qua fama fuerit hæreticos habitare, circumeat, &c. *Innoc.iv. in Conc.gen.Later.c.3.* De har. c.13.Gr. ix.& c.1. eod.tit. in 4.collect.

Ne Archiepiscopus auaritiæ causa suffraganeorum diœceses circumeat. Tit. XIV.

CAPVT I.

Auaritiam, vtpote secundam idololatriā, Paulus magnus execratur Apostolus, cunctos videlicet, qui Christiano vocabulo censentur, ab omni turpi lucro abstinere volens, multo magis ergo iis, qui Sacerdotio funguntur, nefas est coepiscopos, & suffraga- Colos.3.a 1.Tim.3. b.Tit 1. 1.Pet.5.a

neos ſuos per quemcunque modum grauare. Huius rei gratia definiuit ſancta hæc, & vniuerſalis ſynodus, nullum Archiepiſcoporum, aut Metropolitanorum relinquere propriam Eccleſiam, & ſub occaſione quaſi viſitationis, ad alias accedere, & poteſtate propria (inferiore ſalut, † & conſumere reditus, qui apud illos inueniuntur ad Eccleſiaſticam diſpoſitionem, & alimenta pauperum: ac per hoc aggrauare auaritiæ modo conſcientias fratrum, & comminiſtrorum ſuorum, excepta hoſpitalitate, quæ aliquando ex neceſſario tranſitu fortaſſis acceſſerit. Sed & tunc non alia, niſi ex iis, quæ ſunt ad præſens, de compendio præparata inueniuntur, cum reuerentia, & cum timore Dei dignanter accipiat, & maturius propoſitum inter perambulet, nihil omnino eorum, quæ ſunt Eccleſiæ illius, vel ſuffraganei Epiſcopi petens, vel exigens. Si enim vnumquemque Epiſcoporum Eccleſiæ propriæ rebus cum multa parcitate vti, & nullatenus in proprias vtilitates importunè, ac ſine ratione diſperdere, vel conſumere reditus Eccleſiaſticos ſacri canones decernunt: qua putas impietate iudicabitur dignus, qui aliis commiſſas Eccleſias grauare, vel ambire, ac per hoc ſacrilegij crimen incidere non formidat? Quiſquis ergo poſt hanc definitionem noſtram tale quid facere tentauerit, pœnam à Patriarcha ſubeat, qui per tempus fuerit, ſecundùm congruentiam iniuſtitiæ, ac auaritiæ ſuæ; & deponatur; & ſequeſtretur, vt ſacrilegus, & alter idololatra factus, iuxta magnum Apoſtolum. *Syn. viij. CP. ſub Hadr. ij. c. 19.*

† in inferiores abuti. l.

Archiepiſcopi à Pontifice Max. à Patriarcha, & à ſynodo iudicantur. Tit. XV.

CAPVT I.

Metropolitanus hæreticus Prouincialiũ Epiſcoporum, & vicinorum Metropolitanorum iudicio ſubiicitur. *Epheſ. 1.*

Cap. II.

Si clericus cum ſuo, vel alieno Epiſcopo controuerſiam habet, à ſynodo Prouinciæ iudicetur. Si verò cum Metropolitano Epiſcopus, vel clericus litigat, apud Primatem diœceſeos, vel CP. ſedem iudicem accipiat. *Chalc. 9. & 17. Aquiſgr. 86. Nicol. in epiſt. ad Mich. Imp. Ivo par. 6. c. 360.*

11. q. 1. c. 47.

Cap. III.

Hie. 48. b.

Diuina Scriptura dicente, Maledictus omnis homo, qui facit opus Domini negligenter; quidam Metropolitanorum in extremam negligentiam, & deſidiam delapſi, præceptionibus ſuis ſubiectos ad ſe adducunt Epiſcopos; & committunt eis Eccleſiæ propriæ diuina officia, & litanias, & cuncta omnino ſacra, quæ ad ſe pertinent miniſteria †; ita vt per illos celebrent omnia, quæ per ſemet alacriter agere debuerunt, ac per id eos, qui Epiſcopalem dignitatem meruerunt, quodammodo clericos ſibi ſubiectos exhibeant; Vacant autem eidem † præter Eccleſiaſticas leges ſæcularibus curis, atque diſpoſitionibus, dimittentes perſeuerare in orationibus, & obſecrationibus pro ſuis delictis, ac populi ignorantiis, quod nuſquam apud alios penitus inuenitur: cùm ſit canonicis nimirum contrarium omnino præceptis, & quod ſæuius † eſt, quia ſuis ſtipendiis per diſtinctas menſium vices præcipi dicuntur prædicta perficere miniſteria, quod ab Apoſtolico munimine modis omnibus oſtenditur alienum. Hæc autem omnia magnis, & multis, & vehementiſſimis damnationibus dignos huiuſmodi ſtatuunt, probantur enim tales per hæc, quæ faciunt, etiam Sathanica iactantia, & ſuperbia languere. Quiſquis ergo Metropolitanorum poſt hanc ſanctæ, & vniuerſalis ſynodi definitionem, eadem audacia, vel ſuperbia, & contemptu abuſus, non per ſe cum timore Dei, & alacritate, ſeu conſcientia bona, debita miniſteria in propria ciuitate, ſed per ſuffraganeos Epiſcopos ſuos efficere tentauerit, pœnas exſoluat coram proprio Patriarcha, & aut corrigatur, aut deponatur. *Synod. viij. CP. ſub Hadr. ij. c. 24.*

† myſteria.

† iidem l.

† canticis

Cap. IV.

Similiter Epiſcopos concurrere ad Patriarchale caput decernimus, qui à Metropolitis ſuis (*quamlibet iniuſtitiam pati dicunt*) vt apud Patriacham de Metropolitis, qui ſub ipſo ſunt, iuſtam, & ſine ſuſpicione ſententiam, negotium, quod mouetur, accipiat. Inſuper etiam nullo modo quiſquam Metropolitanorum, vel Epiſcoporum à vicinis Metropolitis, vel Epiſcopis Prouinciæ ſuæ iudicetur, licet quædam incurriſſe crimina perhibeatur: ſed à ſolo Patriarcha proprio iudicetur, &c. Si quis autem non acquieuerit iis, quæ à nobis edita ſunt, excommunicatus exiſtat. *Synod. viij. CP. ſub Hadr. ij. c. 26.*

Cap. V.

Metropolitani delictum ſuperioris iudicio relinquatur ex parte Concilij nunciandum, &c. *Inno. in Conc. gen. Lat. c. 30.*

Deprab. 29. Greg. ix. & c. 5. eod. tit. in 4. collect.

Cap. VI.

Conſtitutum eſt, vt Æmilia tota cum ſuis vrbibus, id eſt, Placentia, Parma, Regio, Mutina, Bononia, nunquam vlterius Rauennati Metropoli ſubiicerentur. Hæc enim Metropolis pœne iam annos centum contra ſedem Apoſtolicam erexerat ſe, nec ſolùm eius prædia vſurpauerat, ſed ipſam Romanam Eccleſiam aliquando inuaſit Guibertus eius Metropolis incubator. *Synod. apud Guardaſtall. ſub Paſchaſ. ij. c. 1.*

Cap. VII.

Delatum eſt conuentui noſtro Epiſtolium confuſæ confeſſionis, & abolendæ ſubſcriptionis, quo Potamius Bracarenſis Eccleſiæ Epiſcopus de factis propriis, ſuis annotarat

arti-

articulis, &c. tunc solitariè tantùm, secretimque adunatis Pontificibus Dei, prædictum Episcopum adesse coram nobis fecimus, &c. qui scripturam recognouit, &c. & cum vnius Dei nominis iuramento veta esse dixit, vnde etiam per nouem fermè menses sponte desertuisse regimen Ecclesiæ suæ, & ergastulo quodam pro admisso flagitio acturus pœnitentiam se conclusisse dixit, tunc per fidelem confessionem agnito, quod tactu fœmineo sorduisset: licet hunc paterna antiquitas sacris regulis deiicere ab honore decernat, nos tamen non abstulimus nomen honoris, quod ipse sibi sui criminis confessione iam abstulerat; sed decreuimus perpetua pœnitentia hunc inseruire officiis, & ærumnis, &c. Tunc venerabilem Fructuosum Ecclesiæ Dumiensis Episcopum, communi omnium nostrum electione constituimus Ecclesiæ Bracarensis gubernacula continere, ita vt omnem Metropolim Prouinciæ Galliciæ, cunctosque Episcopos, populósque conuentus ipsius, omniumque curam animarum Bracarensis Ecclesiæ gubernandum suscipiat, &c. *Ex Concilio Valentino Gallia tit. 4. Nec illud fratres, &c. Tolet. x. in fine.*

CAP. VIII.

Similiter, & à supradictis Patribus (*Nicænis*) est definitum consonanter, vt si quisquam Episcoporum, aut Metropolitanorum, aut comprouinciales, vel iudices suspectos habuerit, vestram sanctam Romanam interpellet sedem, &c. *Athan. & alij ad Feli. ep. in med.*

CAP. IX.

Ego Manasses Remensis Archiepiscopus pro superbia non dimisi, quod non venerim ad synodum Augustodunensem, ad quam me Diensis Episcopus (*Legatus Apostolicus*) vocauit. Si vocatus nuntio, vel litteris Apostolicæ sedis fuero; nullo malo ingenio, & nulla fraude me subtraham; sed veniens definitioni, & iudicio huius Ecclesiæ fideliter obediam. *Apud Greg. vij. lib. 5. reg. ep. 17. post princ.*

Nihil Metropolitanus sine Episcopis, nihil Episcopi sine Metropolitano agere debent; exceptis iis, quæ ad singulorum Parochias pertinent. Tit. XVI.

CAPVT I.

9. q. 3. c. 4. salua. SAluo in omnibus Romanæ Ecclesiæ priuilegio nullus Metropolitanus, absque cæterorum omnium comprouincialium Episcoporum instantia aliquorum, audiat causas eorum, quia irritæ erunt, immò & causam in synodo pro facto dabit. *Nica. li. apud Iuli. ep. 2. c. 14. Hygin. ep. 1.*

CAP. II.

9. q. 3. c. 7. nullus pri. Si quis Metropolitanus Episcopus, nisi quod ad suam solùm pertinet Parochiam, sine consilio, & voluntate omnium comprouincialium Episcoporum, aliquid agere tentauerit, gradus sui periculo subiacebit; & quod egerit, irritum habeatur, sed quidquid de comprouincialium Episcoporum causis suarúmque Ecclesiarum, & Clericorum, atque sæcularium necessitatibus agere, aut disponere necesse fuerit; hoc cum omni consensu comprouincialium Pontificum agatur; non aliquo dominationis fastu, sed humillima, & concordi administratione, sicut Dominus ait: Non veni ministrari, sed ministrare, & alibi: Qui maior est vestrum, erit minister vester, & reliqua. Similiter & ipsi comprouinciales Episcopi, cum eius consilio, nisi quantum ad proprias Parochias pertinet, agant, iuxta sanctorum Patrum constituta, vt vno ore sancta glorificetur Trinitas in sæcula. *Nica. lxi. apud Iul. ep. 2. c. 23. Ansel. lib. 3. c. 88.* Mat. 20. d. Mar. 10. f.

CAP. III.

Episcopos vniuscuiusque gentis nosse oportet eum, qui in eis est primus, & existimare, vt caput; & nihil facere, quod sit arduum, aut magni momenti, præter illius sententiam: illa autem facere vnumquemque, quæ ad suam Parochiam pertinent, & pagos, qui ei subsunt; sed nec ille absque omnium sententia aliquid agat. *Ap. 34. G. 34. L.*

CAP. IV.

Archiepiscopus nihil de (*Episcoporum*) causis, aut de aliis communibus, iuxta statuta Apostolorum, absque cunctorum illorum agat consilio: nec illi, nisi quantum ad proprias Parochias pertinet, sine suo; quoniam tali gaudet concordia Altissimus, & gloriatur in membris suis, &c. [Si autem aliquis Metropolitanorum inflatus fuerit, & sine omnium comprouincialium præsentia, vel consilio Episcoporum, aut eorum, aut alias causas, nisi eas tantùm, quæ ad propriam suam Parochiam pertinent, agere, aut eos grauare voluerit; ab omnibus districtè corrigatur, ne talia deinceps præsumere audeat. Si verò incorrigibilis, eisque inobediens apparuerit, ad hanc Apostolicam sedem, cui omnia Episcoporum iudicia terminare præcepta sunt, eius contumacia referatur; vt vindicta de eo fiat, & cæteri timorem habeant, &c. *Anicet. epist. 1. post princ. & in med. Hadr. c. 23. ad Episcop. Mediom. Capitul. lib. 7. cap. 493. Burch. lib. 1. c. 63. Iuo lib. 4. tit. 4. c. 1. pan. & par. 5. c. 54. decr. Ans. lib. 2. c. 21. in Rom.* 9. q. 3. c. 5. 9. q. 3. c. 6.

CAP. V.

Item constituimus, sicut & à sanctis Apostolis, eorúmque successoribus decretum reperimus. Si quis Metropolitanus Episcopus, &c. (*vt Nic. 61. apud Iul. ep. 2. c. 23. & Calist. ep. 2.*) Similiter auctoritate fulti Apostolica præcipimus, vt [nullus Metropolitanus Episcopus absque cæterorum omnium comprouincialium Episcoporum instantia aliquorum, audiat causas eorum, quia irrita erũt, & ipse causam pro facto dabit. *Lucius ep. 1. post prin. Had. c. 43. ad Ep. Med. Burc. l. 1. c. 66. Iuo lib. 4. tit. 4. c. 2. panor. & par. 5. c. 100. & 101. decr. Ans. lib. 3. c. 88.* 9. q. 3. nullus. c. 7.

CAP. VI.

Nullus Primas, vel Metropolitanus diœcesani Ecclesiam, vel Parochiam, aut aliquem de 9. q. 3. c. 7.

eius Parochia præsumat excommunicare, vel iudicare, vel aliquid agere absque eius consilio, vel iudicio, sed hoc obseruet, quod ab Apostolis, ac Patribus, & prædecessoribus nostris est statutum, & à nobis confirmatum. Id est, si quis Metropolitanus Episcopus, nisi quod ad suam solummodo propriam pertinet Parochiam, sine consilio, ac voluntate omnium comprouincialium Episcoporum extra aliquid agere tentauerit; gradus sui periculo subiacebit, & quod egerit, irritum habeatur, & vacuum. Sed quidquid de Prouincialium coëpiscoporum causis, eorúmque Ecclesiarũ, & clericorum, atque sæcularium necessitatibus agere, aut disponere necesse fuerit; hoc cum omni consensu Prouincialium agatur Pontificum: nec aliquo dominationis fastu, sed humillima, & concordi administratione,
Mat. 10. d. sicut Dominus ait: Non veni ministrari, sed
Marc. 10. g ministrare, & alibi: Qui maior est vestrum, erit minister vester, & reliqua. Similiter ipsi comprouinciales Episcopi cuncta cum eius consilio, nisi quantum ad proprias pertinet Parochias agant, iuxta sanctorum constituta Patrum, qui quamuis aliquo temporum interuallo nos antecesserint, ab vno tamen, eodémque puritatis fonte veritatis, & fidei lumen
9. q. 2. c. 2. & c. 3. de paro. hauserunt, &c. [Nullus primas, aut Metropolitanus, aut Episcopus alterius adeat ciuitatem, aut ad possessionem accedat, quæ ad eum non pertinet, & alterius Episcopi est Parochiæ, super cuiusquam dispositione, nisi vocatus ab eo, cuius iuris esse dignoscitur: aut quidquam ibi disponat, vel ordinet, aut iudicet, si sui gradus honore potiri voluerit, si aliter, præsumpserit, damnabitur, & cooperatores, atque consentientes, &c. *Calist. epist. 2. post princ. Hadr. c. 43. ad Episc. Meciom. Burch. lib. 1. c. 66. Iuo lib. 4. titul. 4. cap. 2. panor. & par. 5. cap. 100. & par. 14. cap. 72. decr. Ansel. lib. 3. cap. 88. & lib. 6. cap. 119. Cæsaraug. lib. 5 cap. 18.*

CAP. VII.

9. q. 3. per singulas, c. 1. & 2. Episcopi in singulis Prouinciis sciant eum, qui præest Metropoli, & curam totius Prouinciæ suscipere propterea quòd in Metropolim vndique concurrunt omnes, qui negotia habent, vnde visum est honore quoq; eum præesse, nihilque excedere Episcopos sine eo, iuxta veterem, & obseruatum Patrum canonem: his exeptis, quæ ad singulas Parœcias competunt, & vicos, qui sub eis sunt. Namque singuli Episcopi suæ Parœciæ habent potestatem, & eam administrant pro singulorum pietate: & prouidere possunt omnem vicum, qui sub sua vrbe est; vt ordinare Presbyteros, & diaconos, & cum iudicio singula discernant: nihilque amplius computare, sine Metropolitano Episcopo, ipse quoque nihil tentet sine aliorum sententia. *Antio. 9. Mart. Brac. c. 4. Capitul. lib. 1. c. 8.*

CAP. VIII.

Anathema sine consensu Archiepiscopi, aut corepiscoporum; prælata etiam euangelica admonitione (*Episcopus*) nulli imponat. *Meld. c. 56.*

De iis, quæ Archiepiscopi facere prohibentur. Tit. XVII.

CAPVT I.

SAluo in omnibus Romanæ Ecclesiæ priuilegio, nullus Metropolitanus, absque cęterorum omnium comprouincialium Episcoporum instantia aliquorum audiat causas, eorum quia irritæ erunt; immò & causam in synodo pro facto dabit. *Nicæ. l. apud Iul. ep. 2. c. 14.*

CAP. II.

Non licet Metropolitano, inconsulto Rom. Pont. Episcopos damnare. *Iulius ep. 1. post med.*

CAP. III.

Discutere namque Episcopos, & summas *3. q. 6. c.*
Ecclesiasticorum negotiorum causas Metro- *6.*
politano vnà cum omnibus suis comprouincialibus, ita vt nemo ex eis desit, & omnes in singulorum concordent negotiis, licet: sed definite eorum, atque Ecclesiasticarum summas querelas causarum, vel damnare Episcopos absque huius sanctæ sedis auctoritate minimè licet. *Dam ep. 3. c. 2. Ansel. l. 2. c. 60. Tarr. li. 2. c. 45.*

CAP. IV.

Didicimus liberè inexploratæ vitæ homines, quibus etiam fuerint numerosa coniugia, ad præfatas dignitates, (*Episcopatum, Presbyteratum, & Diaconatum*) prout cuicumque libuerit, aspirare: quod non tantùm illis, qui ad hæc inmoderata ambitione perueniunt, quantum Metropolitanis specialiter Pontificibus imputamus: qui dum inhibitis ausibus conniuent, Dei nostri, quantum in se est, præcepta contemnunt, &c. *Syric. ep. 1. c. 8.*

CAP. V.

Ordinationem sibi singuli Metropolitani suarum Prouinciar. cum his, qui cęteros sacerdotii antiquitate præuenerunt, restituto sibi per nos iure defendant. Alienum ius alter sibi non audeat vindicare: suis limitibus, suis terminis sit vnusquisque contentus; & priuilegium sibi debitum in alium transferre se posse, nouerit non licere. Quòd si quis negligens Apostolicas sanctiones, plus gratiæ tribuens personali, sui honoris desertor esse voluerit; priuilegium suum in alium transferre posse se credens: non is, cui cesserit, sed is, qui intra Prouinciam antiquitate Episcopali cæteros præuenit, Sacerdotes ordinandi sibi vindicet potestatem. *Leo ep. 67. sine 87. Episcopis Viennen. prouin. post med.*

CAP. VI.

Hoc etiam placuit custodiri: vt nihil contra magnam synodum Metropolitani existiment vindicandum. *Arel. II. c. 37.*

CAP. VII.

Nullus Metropolitanus cuicumque laicò dignitatem Episcopatus tribuat, sed nec reliqui Pontifices Presbyterii, vel diaconatus honorem conferre præsumant, nisi anno integro fuerit ab eis præmissa conuersio. *Arel. III. c. 2.*

De variis quibusdam Metropolitanis Ecclesiis, quarum mentio fit in Conciliis, & Pontificum Epistolis. Tit. XVIII.

CAPVT I.

Contentio de Metropoli, & leges de Metropoli Nicææ, & Nicomediæ. *Chal. act.* 13.

CAP. II.

Damasus Stephano Archiepiscopo Concilij Mauritaniæ, & vniuersis Episcopis Africanæ Prouinciæ. *Damas. epist. 3. in princ.*

CAP. III.

Bonifacius Episcopus vrbis Ro. Hilario Episcopo Narboniensi (*Metropolitano. Bonif. ep. 3.*

CAP. IV.

De Attico veteris Epiri Metropolitano Antistite. *Leo ep. 82. ad Anastas. Thess.*

CAP. V.

De Metropolitano Episcopo Prouinciæ Venetiæ. *Leo ep. 55. ad Septimum Episcopum Altini, siue ep. 83.*

CAP. VI.

Ad Rauennium Arelatensem Archiepiscopum gratulatoria, & admonitoria. *Leo ep. 68. siue 88.*

CAP. VII.

Frater, & coëpiscopus noster ingenuus Ebredunensis Alpium maritimarum Prouinciæ Metropolitanus, &c. *Hilarius epist. 3.*

CAP. VIII.

De ciuitate, quæ nuper Agrippina vocabatur, nunc verò Colonia, iuxta petitionē Francorum nostræque auctoritatis præceptum, nomini tuo Metropolim confirmabimus, &c. *Zach. ep. 4. in fine.*

CAP. IX.

In Thessalonicensi Metropoli multi Presbyteri, & diaconi alieni versantur, de his seruentur canones, qui de Episcopis disponunt. *Sard. 16. 17. G. 20. L.*

CAP. X.

Vrbs Tarraconensis Metropolitana. *Tarrac. in proœm. Ger. 1.*

CAP. XI.

Cum Galliciæ Prouinciæ Episcopi in Metropolitana Bracarum eiusdem Prouinciæ Ecclesia consedissent, Lucretius memoratæ Metropolitanæ Ecclesiæ Episcopus dixit. &c. *Brac. i. in pro.*

CAP. XII.

Profuturus huius Metropolitanæ Ecclesiæ Episcopus, &c. *Bracar. i. c. 18 22.*

CAP. XIII.

Galliciæ Prouinciæ Episcopi tam ex Bracarensi, quàm ex Lucensi synodo cum suis Metropolitanis in Metropolitana Bracarensi Ecclesia conuenerunt. Martinus Bracarensis Episcopus dixit, &c. Nitigis Lucensis Ecclesiæ Episcopus dixit, &c. *Brac. ii. in pro.*

CAP. XIV.

Martinus Bracarensis Metropolitanæ Ecclesiæ subscripsi. Nitigis Lucensis Metropolitanæ Ecclesiæ Episcopus subscr. &c. *Brac. ij. in fine.*

CAP. XV.

Mausona in Christi nomine Ecclesiæ Catholicæ Emeretensis Metropolitanus Episcopus Prouinciæ Lusitaniæ, &c. subscripsi. *Tolet. iij. in fine.* Postea Toletanus, & Narbonen. & Bracaren.

CAP. XVI.

Isidorus in Christi nomine Spalensis Ecclesiæ Metropolitanus subscripsi. *Toleta. iv. in fine.*

CAP. XVII.

Eugenius Toletanæ Ecclesiæ Prouinciæ Carthaginēsis Metropolitanus Episcopus subscripsi. *Tolet. v. in fine.*

CAP. XVIII.

Orontius in Christi nomine sanctæ Emeritensis ecclesię Metropolitanus Episcopus subscripsi. *Tolet. vi. in fine.*

CAP. XIX.

Eugenius indignus Toletanæ sedis Metropolitanus Episcopus subscripsi. *Tolet. x. in fine.*

CAP. XX.

Ego Quiricus vrbis regiæ Metropolitanus Episcopus hæc gesta synodica subscripsi. *Tolet. xi. in fine.*

CAP. XXI.

Toletanus Archiepiscopus Metropolitanus Carthaginensis Prouinciæ. *Tolet. sub Gundimaro Rege.*

CAP. XXII.

Stephanus Archiepiscopus Concilij Mauritaniæ, & vniuersi Episcopi de tribus Conciliis Africanæ Prouinciæ. *Stephanus ad Damas.*

CAP. XXIII.

Vetus mos viget in Prouinciis Europæ, quod singuli Episcopi duos, vel tres sub se habent Episcopos; vnde Heracleæ Episcopus sub se habet Heracleam, & Panlon; Episcopus autem Byzes, Byzen, & Arcadiopolim; Cœlensis Cœlon, & Calliopolim; Episcopus Sabsadiæ, Sabsadiam, & Aphrodisiadem, &c. *Libellus Euprepij Episcopi Byzes datus in Ephes. synodo.*

Communia de Archiepiscopis. Tit. XIX.

CAPVT I.

Quoniam consuetudo viget, & antiqua traditio est, vt Æliensis Episcopus honoretur: habet is quidem honorem, sed Metropoli sua dignitas seruetur. *Nicæ. c. 7.*

Dist. 65. c. 7.

CAP. II.

Placuit sancto, generalique Concilio, vt vnicuique Prouinciæ iura sua, quæ antiquitus, & ab initio ad eam pertineant, integra, & inuiolata seruentur, secundùm iam inueteratum, & antiquum morem: potestate facta cuique Metropolitano, vt ad suam cautionem actorum excipiat exempla, &c. *Ephes. decret.*

CAP. III.

Si Episcopus formam sibi præscriptam in conferendis prædictis non seruat (*loquitur de Decanatu, & Archidiaconatu, & beneficiis Parochialibus*) potestatem suam amittat, & per Capitulum, aut per Metropolitanum, si per Capitulum concordare nequiuerit, ordinentur. *Alex. iij. in Conc. Lat. c. 3. in fi.*

De elect. c. 7. Gre. ix. & c. 16. eo. tit. in 1. coll.

CAP. IV.

Si Episcopus, & Capitulum conferre (*Præbendas Ecclesiasticas, seu qualibet officia*) neglexerit 1 Metropolitanus de ipsis secundùm

De conces. præb. c. 2. Gre. ix. & in 1. collect.

Deum abſque illorum contradictione diſponat. *Alexan. iij. in Conc. Later. c. 8. in fine.*

Cap. V.

De hær. c. 13. Greg. ix. & c. 2 eod. tit. in 4. collect. Si Dominus temporalis requiſitus, & monitus ab Eccleſia; terram ſuam purgare neglexerit ab hæretica fœditate, per Metropolitanum, & comprouinciales Epiſcopos excommunicationis vinculo innodetur, & ſi ſatisfacere contempſerit, intra annum, ſignificetur hoc ſummo Pontifici, &c. *Inn. iij. in Conc. gen. Later. c. 3.*

Cap. VI.

Diſt. 99. c. 1. Prouinciæ multo ante Chriſti aduentum tempore diuiſæ ſunt maxima ex parte, & poſtea ab Apoſtolis, & beato Clemente prædeceſſore noſtro ipſa diuiſio eſt renouata, &c. *Anacle. epiſt. 2. poſt med. Iuo lib. 4. tit. 3. c. 1. panor. & par. 5. c. 53. decr. Cæſar. lib. 2. c. 73.*

Cap. VII.

Hoc ad præmiſſa adiungimus, ne benedictione, quæ diuina eſſe creditur, per impoſitionem manus, quis pretio comparet, &c. ne ille ſe à culpa æſtimet alienum, qui, etſi ipſe quidem redemptione liber, initiauerit benedictione myſtica Sacerdotem, & tamen ad alterius redempti voluntatem, vel ſponte in hoc, vel neceſſitate conſenſerit, &c. Aduerſus hæc facilius Deo adiuuante prouidebitur, ſi circa Metropolitanos priuilegia à ſanctis Patribus conſtituta permaneant, ſi Metropolitani circa Parochias ſuas ordinem ſuum ea, qua decet veneratione cuſtodiant: vt nec electio Præſulis empta detur pretiis, & nec obſequentis ſit quæſita operibus, &c. *Hormiſ. ep. 4. c. 2.*

Cap. VIII.

Epiſcopus, qui in aliena Prouincia, ſine licentia Metropolitani, vel Epiſcoporum eius Prouinciæ, ordinat clericos, depoſitus à ſynodo cenſetur. *Antio. 1. 3. Mart. Brac. 7. Burch. lib. 1. c. 108. Iuo par. 5. 210. decr. Anſel. lib. 6. c. 198.* *9. q. 2. nullum. 6.*

Cap. IX.

Si quis Epiſcopus Eccleſia carens ad vacantem Eccleſiam ſe irrepſerit, & ſine perfecta ſynodo eam ſedem vſurpet, hunc eiectum (*excommunicatum L.*) eſſe cenſemus, licet à toto populo recipiatur, illa autem eſt perfecta ſynodus, in qua Metropolitanus intereſt. *Antio. 16. Mart. Brac. 9. Chalced. act. 12. G. 11. L. Burch. lib. 1. c. 39. Iuo par. 5. c. 150. decr. Cæſ. l. 4. c. 48. Tar. l. 6. c. 67.* *Diſt. 92. c. 8.*

Cap. X.

Si Archiepiſcopus morbi cauſa non poteſt munus ſuum exequi, vtatur conſilio coepiſcoporum ſuorum in adminiſtratione rerum Eccleſiaſticarum. *Melden. cap. 47.*

LIBER QVARTVS,

De Epiſc. ſiue Pontificibus, vel Sacerdotibus.

DE POTESTATE, ET DIGNITATE Epiſcopi.

TITVLVS PRIMVS.

CAPVT I.

Cap. 1. de ſū. Trin. Greg. ix. & in 4. collect. Et hoc vtique ſacramentum altaris nemo poteſt conficere, niſi Sacerdos fuerit ritè ordinatus, ſecundùm claues Eccleſiæ, quas ipſe conceſſit Apoſtolis, & eorum ſucceſſoribus Iesvs Christvs. *Innoc. iij. in Conc. gen. Lat. c. 1.*

Cap. II.

Eccleſiæ claues Epiſcopos eſſe dicebat. (*Petrus Apoſtolus*) Ipſi enim habent poteſtatem claudere cælum, & aperire portas eius, quia
Mat. 18. claues cæli facti ſunt, &c. Quæcunque alligaueritis ſuper terram, &c. quæcunque ſolueritis, &c. Si duo ex vobis conſenſerint ſuper terram de omni re, quamcunque petierint, fiet illis, &c. Vbi enim ſunt duo, vel tres congregati in nomine meo, &c. & Propheta
Eſa. 61. 6. c. dicit: Vos autem Sacerdotes Domini vocabimini, miniſtri Dei noſtri, dicetur vobis, fortitudinem gentium comedetis, & in gloria eorum ſuperbietis, &c. *Clem. ep. 1. poſt medium.*

Cap. III.

Quòd ſedes in Epiſcoporum Eccleſiis excelſæ conſtitutæ, & præparatæ inueniuntur, vt thronus, ſpeculationem, & poteſtatē iudicandi, & ſoluendi, atq; ligandi à Domino ſibi datam materiam docent, vnde ipſe Saluator in Euangelio ait: Quæcunque ligaueritis, &c. & *Mat. 18.*
quæcunque ſolueritis, &c. & alibi: Accipite *Io. 20. f.*
Spiritū ſanctum; quorum remiſeritis peccata, &c. Ideo iſta prætulimus, vt intelligatis poteſtatem Epiſcoporum veſtrorū, in eiſq; Deum veneremini; & eos, vt animas veſtras diligatis, & [quibus illi non communicant, non com- *11. q. 3. c.*
municetis; & quos eiecerint, non recipiatis. *27.*
Valde enim timenda eſt ſententia Epiſcopi, licet iniuſtè liget aliquem, quod tamen ſummopere præuidere debet. *Vrba. ep. vni. poſt med. Burch. lib. 11. c. 1. Iuo par. 14. c. 74. decret. Anſelm. lib. c. 145. & lib. 12. c. 25.*

CAP. IV.

11.q.3.c. 14. Absit, vt quidquam sinistrum de his loquar, qui Apostolico gradui succedentes, Christi corpus sacro ore conficiunt, per quos nos etiam Christiani sumus, qui claues regni cælorum habentes, ante iudicij diem iudicant.

Deu. 17. c. Veteri quidem lege habetur, quicumque sacerdotibus non obtemperasset, aut extra castra positus lapidabatur à populo, aut gladio ceruice subiecta contemptum expiabat cruore. Nunc verò inobediens spirituali animaduersione truncatur, & eiectus ab Ecclesia rabido dæmonum ore decerpitur. *Anteros ep. 1. post med. Hieron. ad Heliodor. ep. 1. Iuo ep. 57. ad Landonem presbyterum.*

CAP. V.

Dist. 96. c. 10. Duo sunt, Imperator Auguste, quibus principaliter mundus hic regitur, auctoritas sacra Pontificum, & Regalis potestas. In quibus tantò grauius est pondus sacerdotum, quantò etiam pro ipsis Regibus hominū in diuino reddituri sunt examine rationem. Nosti etenim, quòd licet præsideas humano generi dignitate, rerum tamen Præsulibus diuinarum deuotus colla submittis, atque ab eis causas tuæ salutis expetis, inque sumendis cœlestibus sacramentis, eisque disponendis, subdi te debere cognoscis religionis ordine potius, quàm præesse. Itaque inter hæc, ex illorum te pendere iudicio, non illos ad tuam velle redigi voluntatem. *Gelas. ep. 5. ad Anast. Imp. post princ. Vide Greg. vij. lib. 8. ep. 21. Trosle. c. 2. Paris. j. c. 3. Capit. lib. 5. c. 167. Iuo lib. 5. tit. 3. c. 28. par. 1. panor. & par. 5. c. 378. decr. Anselm. lib. 1. c. 71. Tarrac. lib. 4. c. 17.*

CAP. VI.

Beatus Ambrosius non solùm Regem, sed etiam reuera Imperatorem Theodosium moribus, & potestate non tantùm excommunicauit, sed etiam ne præsumeret in loco sacerdotum in Ecclesia manere, interdixit. *Grego. vij. lib. 4. registr. ep. 2. ante med.*

CAP. VII.

Dist. 96. c. 10. duo sunt. Honor, & sublimitas Episcopalis, si Regum fulgori comparetur, & Principum diademati, longè erit inferius, quàm si plumbi metalli ad auri fulgorem compares. (*Hæc Ambr. lib. de dignitate Sacerdotali c. 2.*) Hæc non ignorans Constantinus Magnus Imperator, non primum sessionis, sed vltimum inter Episcopos elegit locum, sciuit enim, quia superbis Deus resistit, humilibus dat gratiam. *Greg. vij. lib. 4. registr. epist. 2. post med. Iuo lib. 5. tit. 3. c. 28. panor. & par. 5. c. vlt. decret. Ans. lib. 1. c. 81.*

CAP. VIII.

d. c. 10. Quanta sit sacerdotij dignitas, quantaque sublimitas Episcopalis, beatus Ambrosius, Doctor scilicet eximius, vestram doceat magnitudinem, vestramque instruat prouidentiam, in Pastorali suo sic ponens: Honor igitur fratres, & sublimitas, &c. vt supra. *Greg. vij. lib. 11. reg. ep. 2. in fi.*

CAP. IX.

Constat sacerdotes vicarios esse Apostolorum, & luminaria mundi. *Paris. sub Ludouic. & Loth. lib. 1. in prin.*

CAP. X.

Totius sanctæ Dei Ecclesiæ corpus in duas eximias personas, in Sacerdotalem videlicet, & regalem diuisum esse nouimus. De qua re Gelasius ad Anastasium, &c. Fulgentius quoque in libro de veritate prædestinationis, & gratiæ ita scribit: Quantum pertinet, inquit, ad huius temporis vitam, in Ecclesia nemo Pontifice potior, & in sæculo Christiano Imperatore celsior inuenitur. *Paris. sub Ludouic. & Loth. lib. 1. cap. 3. Aquisgr. ij. sub Lud. in prin. Capit. lib. 5. c. 167.* Vid. dist. 6. c. 10. duo.

CAP. XI.

Petimus humiliter vestram excellentiam, vt per vos filij, & proceres vestri nomen, potestatem, vigorem, & dignitatem Sacerdotalem cognoscant. Quod ex verbis Domini facilè intelligere possunt, quibus beato Petro, cuius vicem indigni gerimus, ait: Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælo, Mat. c. 16. & alibi discipulis generaliter dicit: Accipite Io. c. 20. Spiritum sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta sunt. Illud etiam ad exemplum eis reducendum est, quod in Ecclesiastica historia Constantinus Imperator Episcopis ait: Deus, inquit, constituit vos Sacerdotes, & potestatem vobis dedit de nobis quoque iudicandi: & ideo nos à vobis rectè iudicamur, vos autem non potestis ab hominibus iudicari. *Paris. sub Ludo. & Loth. lib. 3. cap. 8. Aquisgr. ij. sub Ludou. par. 4. c. 5.*

CAP. XII.

Licet sanctorum decedentium sacerdotum vita, & meritis longè inferiores simus, idem tamen sacrum ministerium, quod indigni suscepimus, non minoris auctoritatis, & dignitatis existit. Et quamquam tanto ministerio indigni simus, propter illum tamen cuius ministerium gerimus, in nobis non est contemnendum. *Paris. sub Ludouico, & Lothar. lib. 3. c. 9. Aquisgr. ij. sub Ludou. par. 4. c. 5.*

CAP. XIII.

Primò visum est normam vniuersæ religionis, atque Ecclesiasticæ disciplinæ duabus consistere personis, Pōtificali videlicet, atque Imperiali: de qua re Gelasius Romanæ sedis venerabilis Episcopus ad Anastasium scripsit, &c. *Aquisgr. ij. sub Lud. in prin.*

CAP. XIV.

Constat Ecclesiam peregrinantem duabus præsentialiter personis gubernari, sacerdotali scilicet, ac regali: quatenus auctoritate Episcopali, atque Imperiali censura, intrinsecus, & extrinsecus circumsepta, liberius modum proprium valeant conseruare. *Aquisgr. ij. sub Ludou. par. 4. c. 5.*

CAP. XV.

Quamuis Apostolis omnibus post resurrectionem suam parem potestatem tribuat (*Dominus*) & dicat: Sicut misit me Pater, &c. accipite Spiritum sanctum, &c. Hoc erāt vtique & cæteri Apostoli, quod fuit & Petrus, sed exordium ab vnitate proficiscitur, &c. Quā vnitatem tenere firmiter, & vindicare debemus, 24. q. 1. loquuntur. 18. Mat. 16. c. Ioā. 20. c.

maximè nos Episcopi, qui in Ecclesia præsidemus, vt Episcopatum quoque ipsum vnum, atque indiuisum probemus, &c. Episcopatus vnus est, cuius à singulis in solidum pars tenetur, Ecclesia vna est, &c. *Cypria. de vnitate Eccles. post princip. Ansel. lib. 1. c. 10. Tarrac. lib. 1. c. 291. & 292.*

De institutione Episcoporum, & de officio ipsorum. Tit. II.

CAPVT I.

Initium Sacerdotij Aaron fuit, licet Melchisedec prior obtulerit sacrificium, & post hunc Abraham, Isaac, & Iacob; sed hi spontanea voluntate, non sacerdotali auctoritate ista fecerunt. Cęterum Aaron primus in lege sacerdotale nomen accepit, primusque Pontificali stola indutus victimas obtulit, &c. Quo loco contemplari oportet Aaron summum Sacerdotem, id est, Episcopum fuisse; porro filios eius presbyterorum demonstrasse figuram, &c. [In nouo autem Testamento post Christum Dominum nostrum, à Petro sacerdotalis cœpit ordo, quia ipsi primo Pontificatus in Ecclesia Christi datus est, dicente Domino ad eum: Tu es Petrus, &c. Cęteri Apostoli cum eodem pari consortio honorem, & potestatem acceperunt, ipsúmque Principem eorum esse voluerunt. Qui etiam iubente Domino in toto orbe dispersi Euangelium prædicauerunt, ipsis quoque discedentibus † in loco eorum successerunt Episcopi, quorum ordinatio prætaxato fieri debet ordine, & modo. Quos qui recipiet, &c. *Anaclet. ep. 2. in med. Isid. lib. 2. de eccl. offic. Aquisgr. c. 8. & 9. Raban. lib. 1. c. 4. de instit. cleric. Burch. Vormac. & Ansel. Lucen. lib. 1. cap. 1. Iuo Carnot. lib. 3. tit. 7. c. 7. panor. & par. 5. c. 1. decret. Cæsar. lib. 2. c. 59.*

Exo. 29. d. — Dist. 21. c. 2. — Mat 16. c. — † decedentibus f. — Luc. 10. c.

Cap. II.

Sacerdotum ordo bipertitus est, & sicut Dominus illum constituit, à nullo debet perturbari. Scitis à Domino Apostolos esse electos, & constitutos, & postea per diuersas prouincias ad prædicandum dispersos, &c. Episcopi Apostolorum, presbyteri lxx. discipulorum locum tenent, &c. Amplius, quàm isti duo ordines sacerdotum, nec nobis à Deo collati sunt, nec Apostoli docuerunt. *Anacl. ep. 3. in princ. c. 2. Burch. lib. 1. c. 4. Iuo par. 5. c. 58. & 98. decr.*

Cap. III.

Huius rei gratia Dominus vobis commisit Ecclesiam suam, vt pro omnibus laboretis, & cunctis opem ferre non negligatis, &c. Vos, qui in summa specula à Domino constituti estis, attendere eos, & opprimere oportet, qui in fratres seditiones, & scandala excitant, ne simul cum eis pereatis. *Alex. ep. 2. in fi. ad omnes Episcopos. Burch. lib. 1. c. 129. Iuo part. 5. c. 229. decr.*

Cap. IV.

Deus, fratres, ad hoc præordinauit vos, & omnes, qui summo sacerdotio funguntur; vt iniustitias remoueatis, & præsumptiones abscindatis, & in sacerdotio laborantibus succurratis, & opprobriis, & calamitatibus eorum locum non præbeatis; sed ei, qui calumniam, & opprobrium patitur, adiutorium feratis, illum verò, qui calumniam, vel opprobrium facit, abscindatis, & Domino in suis sacerdotibus opem feratis. *Fabia. ep. 2. in med.*

3. q. 1. c. vlt.

Cap. V.

Satagendum est vobis, ne aliquis fratrum vestrorum grauiter laceretur, vel pereat. Succurrete ergo vos oportet oppressis, & liberate eos de manu persequentiũ, vt cum beato Iob dicatis: Benedictio perituri super me veniebat, & cor viduę consolatus sum: Iustitia indutus sum, & vestiui me vestimento, &c. vos ergo, qui in specula à Domino estis positi, comprimere, & repellere eos summopere debetis, qui fratribus insidias præparãt, aut in eos seditiones, & scandala excitant. *Zephy. ep. 1. ante fi. ad Episcopos Siciliæ.*

Iob. 29. c.

Cap. VI.

Episcopalis eminentiæ culminis auctoritas non immeritò factis omnibus esse summa percensuit, quæ cæteris sacerdotibus exercenda prohibuit, scilicet templorum Dei sacrationem, chrismatis benedictionem, sacrorumque ordinum institutionem, quæ tam diuinaliter inordinata persistunt, quàm excellentissimè conferuntur, quia & tantò ab eis singularitet impenduntur, quantò eisdem summo culmini peragenda seruantur. Quomodo ergo, quod in se recipit, à se reiicere poterit, cùm hæc à nullo altero conferri, quàm à solis Pontificibus nouit, quibus nec ligata solui, nec soluta poterunt ab aliquo religari? Sic enim ad Petrum Veritas ait: Quodcumque ligaueris super terram, erit ligarum & in cælo, & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in cælo, nequaquam aliquando poterit profanari, quod diuina iussione, simulque Apostolicæ traditionis auctoritate sacrum noscitur extitisse, &c. *Tolet. viij. c. 7.*

Matth. 16. c.

Cap. VII.

Sæpe fiunt barbarorum persecutiones, & multæ vrbes subiiciuntur infidelibus, ita vt non possit eius vrbis Episcopus suam sedem post ordinationem accipere, & ordinare, & alia facere quæ ad Episcopum pertinent; nos honorem suum sacerdotio conseruantes, nolumus posse infideles iura Ecclesiastica dissoluere, sed ita ordinatis concedimus, vt possint ordinationes clericorum facere canonicè, & auctoritate suæ sedis vti, & firmam, & validam esse eius administrationem, neque enim temporis necessitate circumscribitur administratio. *Trul. 37.*

Cap. VIII.

Opportunum ducimus, humilitatem, atque

religionem, & in vultu, & in opere, & in habitu, & in sermone demonstrent (*Episcopi*) vt bene agentes, & habitu, & vultu demulceant; malè agentibus verò, ipso suo visu terribiles sint, iuxta illud, quod in tabernaculo Dei boum, & leonum effigies expressę memorantur. Et Dominus in Euangelio, & astutiam serpentis, & simplicitatem columbæ habendam percenset. *Cabilo sub Carolo c. 4.*

Cap. IX.

Initium quidem sacerdotij Aaron fuit, &c. Quo in loco contemplari oportet, Aaron summum sacerdotem, id est, Episcopum fuisse, & filios eius presbyterorum figuram præmonstrasse, &c. [In nouo Testamento post Christum sacerdotalis ordo à Petro Apostolo cœpit, ipsi enim primum datus est Pontificatus in Ecclesia Christi, sic enim loquitur ad eum Dominus: Tu es Petrus, &c. Hic ergo ligandi, soluendique potestatem primus accepit, primusque ad fidem populum virtute suæ prædicationis adduxit. Siquidem & cæteri Apostolicum Petro par consortium honoris, & potestatis acceperunt, qui etiam in toto orbe dispersi Euangelium prædicauerunt, quibusque decedentibus successerunt Episcopi, qui sunt constituti per totum mundum in sedibus Apostolorum, qui non iam ex genere carnis, & sanguinis eliguntur, sicut primùm secundùm ordinem Aarõ, sed pro vniuscuiusque vita, meritóque quod in eum gratia diuina contulerit, &c. Quatuor sunt genera Apostolorum, vnum à Deo tantùm vt Moses; alterum per hominem, & Deum, vt Iosue: tertium per hominem tantùm, sicut his temporibus multi fauore populi, & potestatum in sacerdotium subrogantur: quartum genus ex se est, sicut pseudo-prophetarũ, & pseudo-apostolorum. Apostoli missi interpretantur, quia ipsos misit Dominus euangelizare ad illuminationem omnium populorum, Episcopus autem, vt quidam prudentium ait, nomen est oneris, non honoris, quod ille, qui superefficitur, superintendit, curam subditorum gerens, scopos quidem intentionem, Episcopos superintendentes possumus dicere, vt intelligat non se esse Episcopum, qui non prodesse, sed præesse dilexerit. Quòd verò per impositionem manus à præcessoribus Dei sacerdotibus Episcopi ordinantur, antiqua est institutio, &c. Sic & superimpletor legis, & Prophetarum Dominus noster Iesus Christus per manus impositionum Apostolos benedixit, sicut
Luc. 24. in Euangelio Lucæ scriptum est: & perduxit illos trans Bethaniam, & eleuauit manus suas,
Act. 13. d. & benedixit eis, &c. Et in Actibus Apostolorum ex præcepto sancti Spiritus Paulo, & Barnabæ ab Apostolis manus imposita est in Episcopatum, & sic missi sunt ad euangelizandum, &c. Cuius præ cæteris spirituale officium est, scripturas legere, percurrere canones, exempla Sanctorum imitari; vigiliis, ieiuniis, orationibus incumbere; cum fratribus habere pacem, nec quemquam ex membris suis discerpere, nullum damnare, nisi comprobatum; nullum excommunicare, nisi discussum. *Isid. lib. 2. c. 6.* † *de Ecclesiast. offic. apud* † *c. 5. Aquisgr. c. 9. Raban. lib. 1. c. 4. de institu. cleric. Caesar. lib. 2. c. 59.*

Cap. X.

Ipsis Sacerdotibus propriè animarum curandarum sollicitudo commissa est, qui pondus populi sibi commissi viriliter sustinentes, pro peccatis omnium, velut pro suis, infatigabiliter supplicant Deo, ac velut quidam Aaron incensum contriti cordis, & humiliati spiritus offerentes, quo placatur Deus, auertunt iram futuræ animaduersionis à populo, qui per Dei gratiam fiunt diuinæ voluntatis indices, Ecclesiarum Christi post Apostolos fundatores, fideles populi duces, veritatis assertores, prauæ doctrinæ hostes, omnibus bonis amabiles, & malè sibi conscüs etiam ipso visu terribiles, vindices oppressorum, patres in fide Catholica regeneratorum, prædicatores cælestium præmiorum, exempla bonorum operum, documenta virtutum, & forma fidelium. Ipsi sunt Ecclesiæ decus, in quibus amplius fulget Ecclesia; ipsi columnæ firmissimæ, quibus in Christo fundatis innititur omnis multitudo credentium; ipsi ianuæ ciuitatis æternæ, per quas omnes, qui credunt, ingrediuntur ad Christum, ipsi ianitores, quibus claues datæ sunt regni cælorum; ipsi etiam dispensatores regiæ domus, quorum arbitrio in aula Regis æterni diuiduntur gradus, & officia singulorum. Hi sunt, qui nõ ambiendo, sed spiritualiter viuendo sacerdotiũ meruerunt; quique nõ fauoris humani suffragio, sed diuino munere sublimati, nihil sibi de præstantia sui principatus applaudunt: quos non inflat honor acceptus, sed exercet labor impositus; qui non excellentiam suam cogitant prouecti, sed sarcinam; nec gloriantur de officij dignitate, sed sudant potius constituti sub onere. *Parisien. sub Ludouico, & Lothar. li. 1. c. 4. & lib. 3. c. 9. Ex Prospero lib. 2. de vita actiua, & contemplatiua c. 2. Aquisgran. sub Ludo. par. 4. c. 5. Capitul. lib. 5. c. 163.*

Cap. XI.

Episcopus iuxta regulam à beato Paulo Apostolo decretam, ministerium peragat Episcopale. At qui secus gesserit, canonum coërceatur auctoritate. *Aquisgran. 9. sub Ludo. par. 1. cap. 2.*

Cap. XII.

Sacerdotum est, diuina populo dare mandata, & referre responsa, quia in rationali pectoris Aaron erant doctrina, & veritas; & sa- *Exo. c. 28.*
cerdotalis chorus os Domini appellatur, sicut scriptum est: Si separaueris pretiosum à
vili, quasi os meum eris, cui etiam dictum *Hier. c. 15.*
est: Tu autem annuntiabis eis, quia in populis vniuersis, ex me, & legem requirent ex ore *Ezechi. c. 33.*
sacerdotis; quia Angelus Domini exercituũ est. Sacerdotum est etiam, imminentem gla-

dium, quæ est animaduersio diuini furoris, atque iudicij, populis nuntiare: eorum est nihilominus, verbi gladio acutiore omni gladio ancipiti, qui penetrat vsque ad diuisionem animæ, & spiritus, compagum quoque & medullarum, ac cogitationum, & intentionem cordis in vnoquoque Ecclesiæ filio praua resecare à rectis, prauosque in omni Ecclesia, si ita res poposcerit, vt sæculi iudices, & iudicij diuini præcones, segregare de rectis, quia nulli, qui sanum sapit, est dubium, ita Dominum omnia moderasse, vt clauibus Ecclesiæ datis, aditus ad vitam claudi debeat, vel reserari, & quidquid ordine ordinato à Sacerdotibus in Ecclesia geritur, per gratiam sancti Spiritus ab illo geratur, qui quod eis promisit, nullatenus pro quocumque in quocumque dimisit, Ecce ego, inquiens vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi. *Melden. in principio.* *Matth. cap. vlt.*

Quibus gradibus debeat Episcopus ascendere ad Episcopatum. Tit. III.

CAPVT I.

Si quis propter ipsum bonum humilitatis, quæ est circa Christum Iesum, abrenuntians mundo fiat clericus, aut monachus, & omnem gradum Ecclesiasticum transiens per definita nunc tempora, irreprehensibilis inuentus extiterit; ita vt in gradu lectoris annum compleat, in subdiaconi verò duos, sitque diaconus tribus, & presbyter quatuor annis, &c. Bene placuit huic sanctæ, ac vniuersali synodo, Episcopum, vel Patriarcham eligi hunc, & admitti, si verò præter hanc definitionem nostram quisquam ad iam factum supremum honorem prouectus extiterit, reprobetur, & ab omni sacerdotali operatione prorsus abiiciatur, vtpote qui extra sacros canones sit promotus. *Synod. viii. gen. sub Hadriano ij. c. 5.*

Cap. II.

Ne per saltum fiat ordinatio, neque ex laïcis Episcopus *Syn. viii. sub Ioan. ix. act. 2.*

Cap. III.

Si quis desiderat in Ecclesia militare, aut proficere; sit prius ostiarius, lector, exorcista, per tempora quæ Episcopus constituerit, deinde acolytus an. v. subdiaconus an. v. custos martyrum an. v. diaconus an. v. presbyter annis tribus, probatus ex omni parte: in tantum, vt etiam ab his, qui foris sunt, testimonium habeat bonum, vnius videlicet vxoris vir, quæ tamen à sacerdote sit benedicta, & si probatus fuerit dignus, & vota populi, & cleri concurrerint, canonicè Episcopus consecretur, quem postea nec clerus, nec populus perturbare debet, &c. *Synod. Rom. cclxviii. Episcopor. sub Siluestro.*

Cap. IV.

Si quis clericatum promereri desiderat, hoc iustum est, vt fit ostiarius annum vnum, lector an. xx. exorcista an. x. acolytus an. v. subdiaconus an. v. diaconus an. v. & sic ad honorem presbyteri accedat, & faciens in eo ordine an. vj. si fuerit omnium votiua gratia, non præmio, non inuasione cupiditatis, nulli præripiens gradum, sic ab omni Ecclesia eligatur consecrandus Episcopus, nullo de membris Ecclesiæ intercidente, & omni Ecclesia conueniente. *Siluest. in conc. Rom. cclxxv. Episcoporum c. 5.*

Cap. V.

(Siluester) præter synodum constituit, vt nullus ex laïca persona ab honore acolyti ad Episcopatum subleuaretur, nisi prius fuisset ostiarius, lector annis xxx. deinde vna die exorcista, postea caperet onus acolyti, & faceret in eodem ordine annos x. vt acciperet onus subdiaconi, & in subdiaconatu esset an. v. deinde ad diaconatus honorem pertingeret fixus, rogantibus xxx. presbyter examen, vt esset diaconus Cardinalis, quia à prima sede erat constitutum, vt seruiret an. x. Si quis desideraret ordinem presbyterij, in vij. annis à cuncto clero Romano probaretur gratia doctrinæ, natiuitatis, generositatis, & consilij non expetens prædam à quoquam, & cuius opinionem claram, & firmam omnes presbyteri declararent, & confirmarent: & sic ad ordinem presbyterij accederet, & faceret in eodem ordine an. iij. & ita si exigat ordo, vel causa pietatis, aut sanctitatis, ad onus Episcopatus ascenderet, & omnis clerus peteret ordinari ex vno voto perenni. *Siluester. in syno. Rom. 284. c. 11.*

Cap. VI.

Nullus laïcus clericus, vel tantùm subdiaconus in Episcopum eligatur. *Vrban. ij. in conc. Clarom. c. 5.*

Cap. VII.

Eum, qui ex vita gentili accesserit, & baptizatus fuerit, vel ex improba viuendi ratione, non est æquum protinus Episcopum fieri. Iniquum est enim, vt qui sui nondum experientiam ostenderit, sit aliorum magister, nisi fortè hoc diuinâ gratiâ fiat. *Apost. c. 80.*

Cap. VIII.

Si quis Episcopus esse meretur, sit primò ostiarius, deinde lector, postea exorcista, inde sacretur acolytus, demum verò subdiaconus, deinde diaconus, & postea presbyter, & exinde si meretur, Episcopus ordinetur. *Caius ep. vni. in fin. Viden. Anacl. ep. 2. post prin.* *Dist. 77. c. 1.*

Cap. IX.

Quicumque se Ecclesiæ vouerit obsequiis à sua infantia, antè pubertatis annos baptizari, & lectoris debet ministerio sociari, qui ab accessu adolescentiæ vsque ad tricesimum † ætatis annum, si probabiliter vixerit, vna rantum, & ea, quam virginem, communi per sacerdotē benedictione percepit, vxore con- *Dist. 77. c. 3.* *† tr.*

tentus, acolytus, & subdiaconus esse debebit, posteáque ad diaconij gradum, si se ipse primitus continentia præeunte, dignum probauerit, accedat, vbi si vltra quinque annos laudabiliter vixerit, & ministrauerit cógruè, presbyterium consequatur; exinde post decénium Episcopalem cathedram poterit adipisci, si tamen per hęc tempora integritas vitæ, ac fidei eius fuerit approbata. Qui verò iam ætate grandæuus, melioris propositi conuersatione prouocatus, ex laico ad sacram militiam peruenire festinat, desiderij sui fructum non aliter obtinebit, nisi eo, quo baptizatur tempore, statim lectorum, aut exorcistarum numero societur; si tamen eum vnam habuisse, vel habere, & hanc virginem accepisse constet vxorem. Qui dum initiatus fuerit, expleto biennio, per quinquennium aliud acolytus, & subdiaconus fiat, & sic ad diaconatum, si per hæc tempora dignus iudicatus fuerit, prouehatur; exinde iam accessu temporum presbyterio, vel Episcopatui, si eum cleri, ac plebis euocauerit electio, non immeritò societur. *Syric. ep. 1. c. 8. 9. & 10. Ivo par. 6. c. 91. & 92. dec.*

CAP. X.

16. q. 1. cap. 29. Monachos, quos morum grauitas, & vitæ, ac fidei institutio sancta commendat, clericorum officiis aggregari & optamus, & volumus, ita, vt qui intra tricesimum annum ætatis sunt digni, in minoribus per gradus singulos crescente tempore promoueantur ordinibus, & sic ad diaconatus, vel presbyterij insignia maturæ ætatis consecratione perueniant, nec per saltus ad Episcopatus culmen ascendant, nisi in his eadem, quæ singulis dignitatibus superius præfiximus, tempora fuerint custodita. *Syric. ep. 1. c. 13. Ivo par. 6. cap. 53. decr. Ansel. lib. 7. c. 101. in addit.*

CAP. XI.

Dist. 33. cap. 6. Laici, qui habentes vxores baptizati sunt, & c. non prohibentur ad clericatus sortem assumi; ita sanè, vt in eos rempora à maioribus constituta seruentur, nec citò quilibet lector, acolytus, diaconus, sacerdos fiat, quia in minoribus officiis si diu perdurent, & vita eorum pariter, & obsequia comprobantur, vt ad sacerdotium posthac emêsis stipendiorum meritis veniant, nec præripiant, quod vita probata meretur accipere. *Inno. ep. 4. c. 4. & 5. Ivo lib. 3. tit. 5. c. 4. panor. & par. 6. c. 95. decr. Ansel. lib. 7. c. 29. Tarrac. lib. 1. c. 129.*

CAP. XII.

Dist. 59. cap. 2. si officia. Quis ille tam arrogans, tam impudens inuenitur, vt in cælesti militia, &c. statim dux esse desideret, cùm tyro ante non fuerit? & prius velit dicere, quàm discere? Assuescat in Dominicastris, in lectorum primitus gradu, diuini rudimentis seruirij; nec illi vile sit, exorcistam, acolytum, subdiaconum, diaconum per ordinem fieri; nec hoc saltu, sed statutis maiorum ordinatione temporibus. Iam verò ad presbyterij fastigium talis accedat, vt & nomen ætas impleat, & meritum probitatis stipendia anteacta testentur; iure inde Summi Pontificis locum sperare debebit. *Zosimus ep. 1. c. 1. Ansel. lib. 6. c. 24.*

CAP. XIII.

Hæc autem [in singulis gradibus obseruanda sunt tempora : si ab infantia Ecclesiasticis ministeriis nomen dederit, inter lectores ad xx. ætatis annum continuata obseruatione perduret. Si maior, & grandæuus accesserit, qui tamen post baptismum statim se diuinæ militiæ desiderat mancipari, siue inter lectores, siue inter exorcistas quinquennio teneatur, exinde acolytus, vel subdiaconus IV. annis sit, & sic ad benedictionem diaconatus, si meretur, accedat. In quo ordine quinque annis, si inculpate se gesserit, hærere debebit, exinde suffragantibus stipendiis, per tot gradus datis propriæ fidei documentis, presbyterij sacerdotium poterit promereri. De quo loco, si eum exactior ad bonos mores vita perduxerit, summum Pontificatum sperare debebit. *Zosi. epist. 1. c. 3. Ansel. lib. 7. c. 41.* Dist. 77. c. 2.

CAP. XIV.

Ordinatos quosdam Episcopos, qui nullis Ecclesiasticis ordinibus ad tantæ dignitatis fastigium fuerint instituti, contra Patrum decreta, didicimus: cùm ad Episcopatum his gradibus, quibus frequentissimè cautum est, debeat perueniri, vt minoribus initiati officiis ad maiora firmentur. *Calest. ep. 2. c. 3. Burch. lib. 1. cap. 18. Ivo par. 5. c. 72. decre. Tarrac. lib. 6. c. 137.* Dist. 59. c. vlt.

CAP. XV.

Meritò beatorum Patrum venerabiles sanctiones, cum de sacerdotum electione loquerentur, eos demum idoneos sacris administrationibus censuere, quorum omnis ætas à puerilibus exordiis vsque ad prouectiores annos, per disciplinæ Ecclesiasticæ studia cucurrisset: vt vnicuique testimonium prior vita præberet: nec posset de eius prouectione dubitari, cui pro laboribus multis, pro moribus castis, pro actibus strenuis, celsioris loci præmium deberetur, &c. Eos, quorum prouectio hoc tantum reprehensionis incurrit, quod ex laicis ad officium Episcopale delecti sunt, &c. susceptum sacerdotium renere permittimus, non præiudicantes Apostolicæ sedis statutis, nec prædecessorum nostrorum, nostrisque decretis, quibus salubriter constitutum est, ne primum, vel secundum, aut tertium in Ecclesia gradum quisquam laicorum quibuslibet suffragiis fultus, ascendat, priusquàm ad hoc meritum per legitima augmenta perueniat. *Leo epist. 85. ad Episc. African. cap. 1. Ivo par. 5. c. 105. decr.* Dist. 61. miramur. c. 5.

CAP. XVI.

Qui non Dei gratia, sed promissione rerum Ecclesiasticarum præmissa, ad sacerdotium conantur accedere, desideriorum talium reprimantur effectus. Qui autem ab huiusmodi

ſe intentione non cohibent, vindictis canonum ſciant ſe ſine dubitatione ſubiiciendos. Nec facilè ad ſacerdotium permittantur accedere, quibus & gradus, & tempora conſtituta ſunt, per quæ ad hanc dignitatem debeant aſpirare, &c. *Symma. ep.* 1. *c.* 2.

CAP. XVII.

Hominem laïcum non promouendum ad ſacerdotium ſubitò, ſed per ſuos gradus, ſicut Sardicenſe concilium ait, vt de laïcis non eligerentur Antiſtites, c. xiij. &c. Et Gelaſius non ſolùm Epiſcopos de laïcis fieri prohibuit, ſed etiam presbyteros, ne talia præſumerent, vetuit in decretorum ſuorum, c. iij. *Nicol. in ep. ad Michael. Imper. ante med. qua incip. Principatum, lecta in act.* 4. *ſynod. viij. CP. ſub Hadr. ij. poſt princip.*

CAP. XVIII.

Si quis diues, vel ſcholaſticus ex foro petatur Epiſcopus fieri, non ante ordinetur, quàm lectoris, diaconi, & presbyteri miniſterium peragat: vt ſi in ſingulis gradibus dignus cenſeatur, ad culmen Epiſcopatus breuiter aſcendat. Habeat autem vnuſquiſque gradus competens temporis ſpatium, in quo eius fides, & virtus cognoſci poſſit; & qui ſacerdotio dignus exiſtimatur, maiore honore fruatur, nõ enim decet Epiſcopum, aut presbyterum, aut diaconum citò ordinare: nam rectè is neophytus dicitur, cùm Paulus gentium doctor prohibeat celeres ordinationes, multi temporis probatio eius conuerſionem, & mores declarabit. *Sard.* 10. *G.* 13. *L. Burch. lib.* 1. *cap.* 17. *Ino par.* 5. *c.* 71. *decr. Cæſar. lib.* 3. *c.* 20.

CAP. XIX.

Non oportet ſtatim à baptiſmo promoueri in ordinem ſacrum neophytum ad ordinem ſacerdotalem. *Laod. c.* 3.

CAP. XX.

Diſt. 51. Qui non promoueantur ad ſacerdotium,
c. 5. *qui in* ex regulis canonum neceſſariò credimus inſe-
aliquo. rendum; Id eſt, qui in aliquo crimine detecti ſunt, &c. Qui per gradus Eccleſiaſticos non aſcenderunt. *Tolet. iv. c.* 18.

CAP. XXI.

Qui ſaltu ſine gradu diaconi ad ſacerdotium proſiluit, in degradationem debitam reſilire debet. *Syn. Sueſſion. apud D. Medar. in accuſat. Hincmari, in fine.*

CAP. XXII.

Caius conſtituit, vt omnes ordines in Eccleſia ſic aſcenderent. Si quis Epiſcopus fieri mereretur, vt eſſet oſtiarius, lector, exorciſta, acolytus, ſequens ſubdiaconus, diaconus, presbyter, exinde Epiſcopus ordinaretur. *Damaſ. in Caij.*

CAP. XXIII.

Siluester conſtituit, vt ſi quis deſideraret in Eccleſia militare, aut proficere, vt eſſet oſtiarius, * lector annos xxx. exorciſta dies xxx. acolytus annis v. ſubdiaconus annis v. cuſtos martyr annis v. diaconus annis vij. presbyter annis iij. probatus ex omni parte, vt etiam ab his, qui foris ſunt, habeat bonum teſtimonium, vnius vxoris vir, vxore à ſacerdote benedicta, & ſic ad ordinem Epiſcopatus aſcenderet: nullum maioris, vel prioris locum inuaderet, niſi ordine temporum cognoſceret omnium clericorum vota grata, nullo omnino clerico contradicente, vel fideli. *Damaſus in Silueſtr. poſt principium.*

Populus, & clerus olim ſolebant in electione oſtendere, quem vellent ſibi præeſſe Epiſcopum, & non populus ſolus. Tit. IV.

CAPVT I.

EPiſcopum conſecrari non conuenit, niſi à clericis, & populo fuerit poſtulatus. *Syno. Rom. ſub Eugen. ij. & Leone iv. c.* 5.

CAP. II.

Quotiens defuncto Paſtore alicuius Eccleſiæ, alius eſt ei canonicè ſubrogandus, inſtantia viſitatoris Epiſcopi, qui ei ab Apoſtolica, vel Metropolitana ſede directus eſt, clerus, & populus remota omni ſæculari ambitione, timore, atque gratia, & Apoſtolicæ ſedis, vel Metropolitani ſui conſenſu Paſtorem ſibi ſecundùm Deum eligat, qui ſi correptus aliquo vitio aliter agere præſumpſerit, electionis perperam factæ omni fructu carebit, & de cætero nullam electionis poteſtatem habebit: electionis verò poteſtas omnis in deliberatione ſedis Apoſtolicæ, ſiue Metropolitani ſui conſiſtat. *Greg. vij. in ſyn. Rom. an. vij. ſui Pontific. c.* 6.

CAP. III.

(Qui *ordines inferiores ſuſcepit*) exinde iam *Diſt.* 77.
acceſſu temporum presbyterio, vel Epiſcopa- *quicumque.*
tui, ſi eum cleri, ac plebis euocauerit electio, *c.* 15.
non immeritò ſocietur. *Syric. ep.* 1. *cap.* 10. *par.* 6. *c.* 91. *decr.*

CAP. IV.

Nullus inuitis detur Epiſcopus, cleri, ple- *Diſt.* 61.
bis, & ordinis conſenſus, & deſiderium requi- *c.* 13. *diſt.*
ratur. Tunc alter de altera eligatur Eccle- 63. *cleri.*
ſia, ſi de ciuitatis ipſius clero, † cui eſt Epiſco- 26.
pus ordinandus, nullus dignus, quod euenire † clericis.
non credimus, potuerit † reperiri, &c. *Cale-* † poterit
ſti. ep. 2. *c.* 5. *Syn. Rom. ſub Eugen. ij. & Leone iv. c.* 5. *Burch. lib.* 1. *c.* 7. *Ino lib.* 3. *tit.* 1. *c.* 7. *panor. & par.* 5. *c.* 61. *decr. & in ep.* 46. *ad Gaufridum. Deuſd. c.* 1. *Anſel. lib.* 6. *c.* 21. *Cæſar. libro* 3. *c.* 25. *Tarrac. lib.* 3. *c.* 3.

CAP. V.

Cùm de Summi ſacerdotis electione tractabitur, ille omnibus præponatur, quem cleri, *Diſt.* 63.
plebiſque conſenſus concorditer poſtulaue- *ſi forte.*
rit. Ita vt ſi in aliam fortè perſonam partium *c. vlt.*
ſe vota diuiſerint, Metropolitani iudicio is alteri præferatur, qui maioribus, & ſtudiis iuuatur, & meritis: tantùm vt nullus inuitis

& non petentibus ordinetur, ne ciuitas Episcopum non optatum aut contemnat, aut oderit, & fiat minus religiosa, quàm conuenit, cui
Dist. 65. c. 4. non licuerit habere, quem voluit. [De persona autem consecrandi Episcopi, & de cleri, plebisque consensu, Metropolitanus Episcopus ad fraternitatem tuam referat, &c. *Leo ep. 54. alias ep. 82. vel 84. ad Anastas. Thessalo. c. 5. & 6. Iuo lib. 3. tit. 1. c. 6. p. mor. & par. 5. c. 347. & 348. decr. Ansel. lib. 6. c. 16. Deusd. c. 1.*

CAP. VI.

d. 63. c. 27. vota. Quid sibi Hilarius quærit in aliena prouincia; & id, quod nullus decessorum ipsius habuerit, cur vsurpat? Expectarentur certè vota ciuium, testimonia populorum, quæreretur honoratorum arbitrium, electio clericorum, quæ in sacerdotum solent ordinationibus ab his, qui norunt Patrum regulas custodiri, ve Apostolicæ auctoritatis norma in omnibus seruaretur, qua præcipitur, vt sacerdos Ecclesiæ præfuturus, non solùm attestatione fidelium, sed etiam eorum, qui foris sunt testimonio muniatur, &c. *Leo ep. 67. vel 87. ad Episcopos Viennen. prou. in med.*

CAP. VII.

V. supra. Per pacem, & quietem Sacerdotes, qui præfuturi sunt, postulentur, teneatur subscriptio clericorum, honoratorum testimonium, ordinis consensus, & plebis. Qui præfuturus est omnibus, ab omnibus eligatur. Ordinationē sibi singuli Metropolitani suarum prouinciarum cum his, qui cæteros sacerdotij antiquitate præueniunt, restituto sibi per nos iure defendant, &c. *Leo ep. 67. siue 87. ad Episcopos Viennen. prouin. ante finem.*

CAP. VIII.

Dist. 62. cap. 1. Nulla ratio sinit, vt inter Episcopos habeantur, qui nec à clericis sunt electi, nec à plebibus expetiti, nec à prouincialibus Episcopis cum Metropolitani iudicio consecrati, &c.
1. q. 1. cap. 40. [Si qui autem clerici ab istis pseudoepiscopis in eis Ecclesiis ordinati sunt, quæ ad proprios Episcopos pertinebant, & ordinario eorum consensu, & iudicio præsidentium facta est, potest rata haberi, ita vt in ipsis Ecclesiis perseuerent, aliter autem vana est habenda ordinatio, quæ nec loco fundata est, nec auctoritate munita. *Leo ep. 70. al. ep. 90. c. 1. ad Rustic. Narbo. Syn. Rom. sub Eugen. 2. & Leone iv. cap. 5. Burch. lib. 1. cap. 11. Iuo par. 5. c. 65. decr. & in epist. 21. ad Eudonem dapiferum. Ansel. lib. 6. c. 68. Deusd. c. 1. Cæsar. lib. 3. c. 3. Tarrac. lib. 3. c. 6.*

CAP. IX.

Istam sacerdotibus ordinandis reuerentiam seruet electio, vt in graui murmure populorum diuinum credatur esse iudiciū. Ibi enim Deus, vbi simplex sine prauitate consensus. *Hormisd. ep. 4. c. 2. ad Episcopos Hispanos.*

CAP. X.

Placuit in ordinatione Episcopi hunc ordinem custodiri, vt primo loco venalitate, vel ambitione submota, ab Episcopis nec nominentur, de quibus clerici, vel laïci ciues ergo vnum eligendi (*non*) habeant potestatem. *Aurel. iij. c. 35.*

CAP. XI.

Quòd non sit populis concedendum, electionem facere eorum, qui sunt ad sacerdotium prouehendi. *Laod. c. 13. Mart. Brac. c. 1. Tullen. part. 2. cap. 8. Capitul. lib. 7. c. 79. Burch. lib. 2. c. 8. Iuo par. 6. c. 28. decret. Ansel. lib. 6. c. 38. Deusd. c. 1. & 4.* *Dist. 63. non est 6.*

CAP. XII.

Quoniam Hipponensium Diaretorum Ecclesiæ destitutio non est diutius negligenda, &c. missis ex præsenti concilio Episcopis, Regino, Alipio, Augustino, Materno, &c. conuentis, & correctis his, qui culpabili pertinacia fugam eiusdem Equitij expectandam putabant, cum omnium voto eis Episcopus ordinetur, &c. *Afric. c. 45. L. 49. G.*

CAP. XIII.

De comprouincialibus ordinandis cum consensu Metropolitani, cleri, & ciuium, iuxta priorum canonum statuta, voluntas, & electio requiratur. *Aurel. iij. c. 3.*

CAP. XIV.

Duobus, aut tribus, qui tamen digni sint, quos consensus cleri, & plebis selegerit, Metropolitani iudicio, eiusque coepiscopis, presentatis, quem sors præeunte Episcoporum ieiunio, Christo Domino terminante monstrauerit, benedictio consecrationis accumulet. *Barcin. c. 3.*

CAP. XV.

Episcopatum desiderans electione clericorum, vel ciuium, &c. Pontifex ordinetur. *Aruern. cap. 2.*

CAP. XVI.

Iuxta quod antiqui canones decreuerunt, nullus inuitis detur Episcopus, sed nec per oppressionem potentium personarum ad cōsensum faciendum ciues, aut clerici, quod dici nefas est, inclinentur. Quòd si factum fuerit, ipse Episcopus, qui magis per violētiam, quàm per decretum legitimum ordinatur, ab indepto Pontificatus honore in perpetuum deponatur. *Aurel. v. c. 11.*

CAP. XVII.

Ille deinceps sacerdos (*non*) erit, quem nec clerus, nec populus propriæ ciuitatis elegit. *Dist. 51. c. 5. qui in aliquo.*
Tolet. iv. c. 18.

CAP. XVIII.

Si quis Episcopus de quacumque ciuitate fuerit defunctus, non ab alio, nisi à comprouincialibus, clero, & ciuibus suis alterius habeatur electio, sin aliter, huius ordinario irrita habeatur. *Cabilo. 10.*

CAP. XIX.

Iuxta antiquam consuetudinem, canonum decreta seruentur. Nullus ciuibus inuitis ordinetur Episcopus, nisi quem populi, & clericorum electio plenissima quæsierit voluntate, non Principis imperio, neque per quamlibet conditionem contra Metropolis † vo- *† Metropolitani i.*

luntatem Episcoporum comprouincialium ingeratur. *Paris. c. 8.*

CAP. XX.

Si quando alicuius ciuitatis Episcopus vocatione Domini decesserit, à gloriosissimo Principe supplicando postuletur, vt canonicam electionem clero, & populo ipsius ciuitatis permittere dignetur. *Valent. sub Loth. c. 7.*

CAP. XXI.

Dist. 63. c. 8.

Non licet populo electionem facere eorum, qui ad sacerdotium prouocantur, sed in iudicio Episcoporum est, vt ipsi eum, qui ordinandus est, probent, si in sermone, & fide, & in vita spirituali edoctus sit. *Mart. Br. 1. Tullen. par. 2. c. 8. Vide. Laod. 12. 13. Burch. lib. 1. c. 10. Iuo par. 5. c. 64. decr. Ansel. lib. 6. c. 8. Cæsar. lib. 3. c. 18.*

CAP. XXII.

Si (*sacerdoti*) secundùm magisteria diuina obtemperaret fraternitas vniuersa, nemo aduersum sacerdotum collegium quidquam mouetet; nemo post diuinum iudicium, post populi suffragium, post coepiscoporum consensum, iudicem se non iam Episcopi, sed Dei faceret, &c. Quando Episcopus in locum defuncti substituitur, quando populi vniuersi suffragio in pace deligitur, quando Dei auxilio in persecutione protegitur, collegis omnibus fideliter iunctis, &c. Cùm talis à quibusdam desperatis, & perditis impugnari videtur; apparet, quis impugnet, non scilicet Christus, qui sacerdotes aut constituit, aut protegit; sed ille, qui Christi aduersarius, & Ecclesiæ eius inimicus. *Cypri. epist. 3. ad Cornel. post principium.*

Qualis debeat eligi Episcopus. Tit. V.

CAPVT I.

† ergo.

Fidelis sermo. Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat. Oportet enim †Episcopum irreprehensibilē esse, vnius vxoris virum, sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem, doctorem, non vinolentum, non percussorem: sed modestum, non litigiosum, non cupidum, suæ domui bene præpositum, filios habentem subditos cum omni castitate. Si quis autem domui suæ præesse nescit, quomodo Ecclesiæ Dei diligentiam habebit? non neophytum; ne in superbiam elatus, in iudicium incidat Diaboli. Oportet autem illum & testimonium habere bonum ab iis, qui foris sunt; vt non in opprobrium incidat, & laqueum diaboli. *Paulus ep. 1. cap. 3. ad Timoth.*

CAP. II.

Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea, quæ desunt, corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego disposui tibi. Si quis sine crimine est, vnius vxoris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ, aut non subditos. Oportet enim Episcopum sine crimine esse, sicut Dei dispensatorem: non superbum, non iracundum, non vinolentum, non percussorem, non turpis lucri cupidum: sed hospitalem, benignum, prudentem, sobrium, iustum, sanctum, continentem, amplectentem eum, qui secundùm doctrinam est, fidelem sermonem, vt potens sit exhortari in doctrina sana, & eos, qui contra dicunt, arguere. *Paulus in epist. ad Titum c. 1.*

CAP. III.

De elect. c. 7. Gre. ix. & ca. 16. eo. tit. in 1. coll. † attendenda, & quærenda. † impleuerit.

Cùm in cunctis sacris ordinibus, & ministeriis Ecclesiasticis, & ætatis maturitas, & morum grauitas, & scientia litterarum sit inquirenda; † multo fortius hoc in Episcopo oportet inquiri, qui ad curam positus aliorum, in se ipso debet ostendere, qualiter alios in domo Domini oporteat conuersari, &c. Nullus in Episcopum eligatur, nisi qui iam xxx. ætatis annum egerit, † & de legitimo sit matrimonio natus, qui etiam vita, & scientia commendabilis demonstretur. *Alexan. iij. in conc. Later. c. 3.*

CAP. IV.

1. Tim. c. 3.

Beatissimi Pauli discretione, atque admonitione Episcopum consecrari omnino oportet desiderabilem boni operis, irreprehensibilem, & reliquis optimis approbationibus quæ sequuntur, vt doctrinam Dei ornet in omnibus; ne, vt in pastorali libro continetur, contradicendus inueniatur. Ab impetitis enim, *Par. 1. c. 1.* inquit, pastorale magisterium, qua temeritate suscipitur, quando ars est artium regimē animarum? Et iterum: *Par. 1. c. 10.* Ille igitur modis omnibus debet ad exemplum viuendi pertrahi, qui cunctis carnis passionibus moriens, iam spiritaliter viuit, qui prospera mundi postponit, qui nulla aduersa pertimescit, qui sola interna desiderat. Cuius intentioni bene congruens, nec omnino per imbecillitatem corpus, nec valde per contumaciam repugnat spiritus. Qui ad aliena capienda non ducitur, sed propria largitur. Qui per pietatis viscera citius ad ignoscendum flectitur, sed nunquam plus quàm deceat, ignoscens, ab arce rectitudinis inclinatur. Qui nulla illicita perpetrat, sed perpetrata ab aliis, vt propria deplorat. Qui ex affectu cordis alienæ infirmitati compatitur, sicque in bonis proximi, sicut in suis profectibus lætatur. Qui ita se imitabilem cæteris in cunctis, quæ agit, insinuat, vt inter eos non habeat, quod saltem de transactis mens erubescat. Qui sic studet viuere, & † proximorum quoque corda arentia doctrinæ (valeat fluentis irrigare. †) Qui orationis vsu, & experimento iam didicit, quod obtinere à Domino, quæ poposcerit, possit. Cui prophetica voce, iam quasi specialiter dicitur; *Esa. c. 58.* Adhuc loquente te, dicam, adsum. Ideoque talium rerum tales esse oportet, non indoctos, ne aliqua oportunitate turpes inueniantur, sicut in eodem libro habetur: Qui cum spiritale aliquid à subditis

† vel. † al. fluentis iniget.

Pastor

Paſtor inquiritur, ignominioſum valde eſt, ſi tunc quærat diſcere, cum quæſtionem debet enodare. *Syn. Rom. ſub Eugen. y. & Leone iv. c. 1. Aquiſgr. c. 13.*

CAP. V.

Epiſcopos per ſingulas ciuitates, quibus ille non miſerat, perdoctos, & prudentes ſicut ſerpentes, ſimpliceſque ſicut columbas, iuxta Domini præceptionem, nobis mittere, (*Petrus*
Mat. 10. *Apoſt. præcepit.*) *Clem. ep. 1. poſt medium.*

CAP. VI.

Cunctorum Sacerdotum vitam ſuperiorẽ,
6. q. 1. c. 5. beatus. ſanctioremque ac diſcretam à ſæcularibus, & laicis hominibus eſſe, & ſpirituales quoſque atque ſacerdotes ſuper carnales, & laïcos ſemper conſtituendos docebat (*Petrus Apoſtolus.*) *Clem. d. ep. 1. poſt med. Anſel. lib. 3. c. 1.*

CAP. VII.

Diſt. 79. c. vlt. Electionem ſummorum Sacerdotum ſibi Dominus reſeruauit, licet electionem eorum bonis ſacerdotibus, & ſpiritualibus populis conceſſiſſet. Electionem enim illorum taliter
Tit. 1. d. Apoſtolus fieri iubet. Si quis ſine crimine eſt, vnius vxoris virum, filios habentem fideles, non in accuſatione luxuriæ, aut non ſubditos, & reliqua. *Anacl. ep. 2. ante med. Iuo par. 5. c. 238. decr. Cæſar. lib. 4. c. 47.*

CAP. VIII.

Illi (*Epiſcoporum*) vitam, & iudicium competenti, regularique debent moderamine diſponere, qui eos in Sacerdotium ordinant, & à quibus iam ordinati ſunt. *Fabia. epiſt. 2. in med.*

CAP. IX.

Virum Catholicum, & præcipuè Domini
Eccl. 18. d. Sacerdotem, ſicut nullo errore implicari, ita nulla oportet cupiditate violari. Dicente quippe Scriptura ſancta: Poſt concupiſcentias tuas non eas, & à voluntate tua vetare; multis mundi huius illecebris, multis vanitatibus reſiſtendum eſt, vt verę continentiæ obtineatur integritas, cuius prima eſt labes ſuperbia initium tranſgreſſionis, & origo peccati. *Leo 51. ad Anatolium Epiſcop. C P. poſt princip.*

CAP. X.

1. Tim. 5. d. Ad Timotheum loquitur Apoſtolus, Manus citò nemini impoſueris, neque communicaueris peccatis alienis, quod propterea memoratur, vt examine habito, & probitate morum, & Eccleſiaſtico labore ſit commendatior, qui vocatur in medium, vt ſummum ſacerdotium poſſit accipere probatus iudicio, non fauore ſuſceptus; veritate, non gratia; Apoſtolico ordine functus, non præcipiti voluntate. De quo ad veſtram ſinceritatem huiuſmodi litteræ cucurrerunt, multo fratrum, & conſacerdotum conſenſu, vt hac veſtra ſubſcriptione firmata Eccleſiaſtici canonis diſpoſitio, quæ apud Nicæam tractata eſt, confirmata, ſuo merito fundatiſſima permaneret; vt tales videlicet ad Eccleſiaſticum ordinem permitterentur accedere, quales Apoſtolica auctoritas iubet; non quales dico, vel eos, qui cingulo militiæ ſæcularis aſtricti olim gloriati ſunt, qui poſteaquàm pompa ſæculari exultauerunt, aut negotiis reip. optauerunt militare, aut mundi curam tractare, adhibita ſibi quorundam manu, & proximorum fauore ſtipati, hi frequenter ingeruntur auribus meis, vt Epiſcopi eſſe poſſint, qui per traditionem, & Euangelicam diſciplinam eſſe non poſſunt. Quancis hoc aliquoties certatum eſt viribus? Sed nihil tale potuit elici, quæ ratio non compellit, etiam de longinquo veniant ordinandi, vt digni poſſint & plebis, & noſtrò iudicio comprobari. *Syrici. ep. 3. c. 1.*

CAP. XI.

Vt [in ſacerdotibus ordinandis, quæ ſunt à *Diſt. 61.*
Patribus præſcripta, & definita cogitetis, quia *c. 2.*
ſicut eſt caput Eccleſiæ Chriſtus, Chriſti autem Vicarij Sacerdotes: ſic & in eligendis his
curam oportet eſſe perſpicuam. Irreprehen- *Eph. 5. c.*
ſibiles enim eſſe conuenit, quos præeſſe ne- *1. Tim.*
ceſſe eſt corrigendis: nec quidquam illi deeſſe *3. a.*
perſonæ penes quam eſt religionis ſumma, & ſubſtantia diſciplinæ. Æſtimet quis pretium Dominici gregis, vt ſciat, quod meritum conſtituendi deceat eſſe paſtoris. *Hormiſda epiſt. 4. c. 1. Anſel. lib. 6. c. 19. Tarrac. lib. 3. c. 13.*

CAP. XII.

Papa noſter Gregorius clero Mediolanenſis Eccleſiæ, pro eligendò ſibi Epiſcopo, litteris ſuis præcipiens ait: Penſantes ergo, quæ cunctis expediunt, & quem vobis gratia Diuina prætulerit, integerrimam ſemper in omnibus obedientiã præbete. Iudicari namque à vobis vltra non debet ſemel prælatus, ſed tanto nunc ſubtiliter iudicandus eſt, quanto poſtmodum iudicandus non eſt. *Nicol. in epiſt. ad Mich. Imper. ante med.*

CAP. XIII.

Inter hoc quid ſequendum eſt, quid tenendum; niſi vt virtutibus pollens coactus ad regimen veniat; virtutibus vacuus, nec coactus accedat? *Gregor. in Paſtorali parte 1. c. 9. them. vlt. Apud Greg. vii. lib. 8. regiſt. epiſt. 21. in fi.*

CAP. XIV.

Non te pigeat, aut pudeat, extraneum fortè, vel humilis ſanguinis virum, dummodo idoneus ſit, ad Eccleſiæ tuæ regimen, quod propriè bonos exoptat, aſcire; cùm Romana reſpublic. vt Paganorum tempore, ſic & ſub Chriſtianitatis titulis, inde maximè Deo fauente excreuerit; quod non tam generis, aut patriæ nobilitatem, quàm animi, & corporis virtutes perpendendas adiudicauit. *Greg. vij. lib. 9. regiſt. epiſt. 2. in med.*

CAP. XV.

Epiſcopi iudicio Metropolitanorum, & *Diſt. 24.*
Epiſcoporum vicinorum ordinentur in Ec- *c. 4. diſt.*
cleſiaſtico throno, qui multis in rebus pro- *61. Epiſ.*
bati ſunt, & in ratione fidei, & recta admi- *c. 6.*
niſtratione vitæ. *Laod. cap. 12. Mart. Br. cap. 1. Tullen. par. 2. c. 8. Vid. Nica. 4. 6. Anti. 19. 23. Capitul. lib. 7. cap. 78. Burchar. lib. 1. cap. 9. Iuo par. 5. cap. 63. decret.*

Cap. XVI.

Commendatario (*intercessori* L.) sedes non præstetur, cuius est commendatarius, ob qualecumque populi studium, sed intra annum de Episcopo prouideatur, aut post annum alius commendatarius fiat. (*intercessor L.*) *Carthag. 75. G. Carth. v. c. 8. L. Afric. 41. L. Capit. lib. 7. c. 120.*

Cap. XVII.

Dist. 23. c. 2. Qui Episcopus ordinandus est, antea examinetur, si natura sit prudens, si docibilis, si motibus temperatus, si vita castus, si sobrius, &c. cùm in his omnibus examinatus, fuerit inuentus plenè instructus; tunc cum consensu clericorum, & laïcorum, & conuentu totius Prouinciæ Episcoporum maximéq; Metropolitani, vel auctoritate, vel præsentia ordinetur Episcopus. Suscepto in nomine Christi Episcopatu, non suæ delectationi, nec suis motibus, sed his Patrum definitionibus acquiescat. *Carth. iv. c. 1. Burch. lib. 1. c. 8. Ino par. 5. c. 62. decr.*

Cap. XVIII.

Placuit etiam, vt sacrum quis Pontificij honorem non votis quærat, sed meritis, nec diuinum videatur munus comparare rebus, sed moribus, atque eminentissimæ dignitatis apicem omnium conscendat electione, non paucorum fauore. Sit in eligendis Sacerdotibus cura præcipua: quia irreprehensibiles esse conuenit, quos præesse necesse est corrigendis, &c. Episcopatum ergo desiderans electione clericorum, vel ciuium, consensu etiam Metropolitani eiusdem Prouinciæ Pontifex ordinetur, non patrocinia potentum adhibeat, non calliditate subdola ad conscribendum decretum alius hortetur præmiis, alius timore compellat. Quod si quis fecerit; Ecclesiæ, cui indignus præesse cupit, communione priuabitur. *Aruernens. 2.*

Cap. XIX.

Dist. 51. c. vlt. Quicumque deinceps ad ordinem Sacerdotij postulatur, & in his, quæ prædicta sunt, exquisitus, in nullo horum deprehensus fuerit; & examinatus, probabilis vita, atque doctrina extiterit, tunc, secundùm synodalia, vel decretalia constituta, ab vniuersis comprouincialibus Episcopis, aut certè à tribus consecrabitur. *Toletan. iv. c. 19.*

Cap. XX.

Qui per canonum constituta tempora Ecclesiasticos per ordines spiritali opere desudando, probatæ vitæ adminiculo comitante conscenderit; ad summum Sacerdotium, si dignitati vita responderit, auctore Domino proueharur, ita tamen, vt duobus, aut tribus, quos consensus cleri, & plebis selegerit, Metropolitani iudicio, eiúsque coepiscopis præsentatis, quem sors, præeunte Episcoporum ieiunio, Christo Domino terminante, monstrauerit, benedictio consecrationis accumulet. *Barcinonen. ij. c. 3.*

Cap. XXI.

Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat, opus, non dignitatem; laborem, non delicias, opus, quod per humilitatem crescit, non intumescat fastidio. Oportet ergo Episcopum irreprehensibilem esse. *1. Tim. 3.* Id ipsum quoque ad Titum. Si quis est sine crimine. *Tit. 1. 6.* Omnes virtutes in vno sermone comprehendit; & pene rem contra naturam exigit. Si enim omne peccatum, etiam in otioso verbo, reprehensione dignum est: quis est ille, qui absque peccato, id est, sine reprehensione versetur in hoc mundo? sed futurus Pastor Ecclesiæ talis eligatur, ad cuius comparationem rectè grex cæteri nominentur, &c. Perdit enim auctoritatem dicendi, cuius sermo opere destruitur. Vnius vxoris virum. Certè de baptizatis sermo Apostoli est, nemo dubitet. Sobrium, prudentem, ornatum, hospitalem, doctorem, &c. Oportet autem eum, & testimonium habere bonum ab iis, qui foris sunt. Quale principium, talis & clausula. Qui irreprehensibilis est, non solùm à domesticis, sed & ab alienis consono ore laudatur. Alieni, & extra Ecclesiam sunt Iudæi, hæretici, atque Gentiles. Talis ergo sit Pontifex Christi, vt qui religioni detrahunt, vitæ eius detrahere non audeant. Hos in Sacerdotibus eligendis canones obseruare oportet. *Hieronymus in ep. ad Oceanum, apud Aquisgr. c. 11.*

Cap. XXII.

Ille modis omnibus debet ad exemplum viuendi pertrahi, qui cunctis carnis passionibus moriens, iam spiritualiter viuit; qui prospera mundi postposuit, qui nulla aduersa pertimescit, qui sola æterna concupiscit, cuius intentioni bene congruens, nec omnino per imbecillitatem corporis, nec valde per contumeliam spiritus repugnat. Ille nihilominus ad dignitatem pastoralis officij debeo prouehi, qui ad aliena cupienda non ducitur, sed propria largitur; qui per pietatis viscera citius ad ignoscendum flectitur, sed non plus quàm decet, ignoscens, ab arce rectitudinis inclinatur. Qui nulla illicita perpetrat, sed perpetrata ab aliis vt propria deplorat. Qui ex affectu cordis alienæ infirmitati compatitur; sicque in bonis proximi, sicut in suis prouectibus lætatur. Ad dignitatē Pontificalis excellentiæ rectè peruenit, qui ita se imitabilem cæteris in cunctis, quæ agit, insinuat; vt inter eos non habeat, quod saltem de transactis erubescat. Qui sic studet viuere, vt proximorum quoque corda arentia doctrinæ valeat fluentis irrigare. Qui orationis vsu, experimento iam didicit, quod obtinere à Domino, quæ poposcerit, possit, &c. Qua mente apud Dominum intercessionis locum pro populo arripit, qui familiarem se eius gratiæ esse per vitæ meritum nescit? aut ab eo quomodo aliis veniam postular, qui vtrùm sibi sit placatus ignorat? Qua in re est adhuc aliud sollicitius formidandum; ne qui pla-

care iram posse creditur; hanc ipse ex reatu proprio mereatur. Cuncti liquidò nouimus, quia cùm is, qui displicet, ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. Qui ergo adhuc desideriis terrenis astringitur, caueat ne districti iram iudicis grauius accendens, dum loco delectatur gloriæ, fiat subditis auctor ruinæ. Solerter ergo se quisque metiatur, ne locum regiminis assumere audeat, si adhuc in se vitium damnabiliter regnat; ne is, quem crimen deprauat proprium, intercessor fieri audeat pro culpis aliorum. *Greg. in pasto. lib. 1. c. 10. & 11. apud Aquisgr. c. 13. Syn. Rom. sub Eug. 11. & Leo. iv. cap. 1.*

C A P. XXIII.

Sunt plerique Pastorum, qui dum metiri se nesciunt, quæ non didicerunt, docere concupiscunt. Qui pondus Magisterij tanto leuius æstimant, quanto vim magnitudinis illius ignorant. Et quia indocti, ac præcipites doctrinæ arcem tenere appetunt, à præcipitationis suæ ausibus in ipsa locutionis ianua repelluntur. Nulla ars doceri præsumitur, nisi intenta prius meditatione discatur. Ab imperitis ergo Pastorale Magisterium, qua temeritate suscipitur, quando ars artium regimen est animarum? Quis autem cogitationum vulnera occultiora esse nesciat vulneribus viscerum? & tamen sæpe, qui nequaquam spiritualia præcepta cognouerunt, cordis se medicos profiteri non metuunt: dum qui pigmentorum vim nesciunt, videri carnis medici erubescunt. Sunt nonnulli, qui intra sanctam Ecclesiam per speciem regiminis, gloriam affectant honoris, videri doctores appetunt, transcendere cæteros concupiscunt: attestante veritate, primos recubitus in cœnis, primas in conuentionibus cathedras quærunt. *Mat. 23. a.* Qui susceptum curæ Pastoralis officium ministrare dignè tanto magis nequeunt, quanto ad huius humilitatis magisterium ex sola elatione peruenerunt. Ipsa quippe in magisterio lingua confunditur, quando aliud dicitur, aliud docetur. Contra quos indignos Pastores Dominus per Prophetam queritur, dicens: *Ose. 8. a.* Ipsi regnauerunt, & non ex me: Principes extiterunt, & non cognoui. Ex se namque, & non ex arbitrio summi rectoris regnant, qui nullis fulti virtutibus nequaquam diuinitus vocati, sed sua cupidine accensi, culmen regiminis rapiunt, potius quàm assequuntur. Quos tamen internus iudex & prouehit, & non cognoscit: quia quos permittendo tolerat, profectò per iudicium reprobationis ignorat, &c. Plerumque qui subire magisterium pastorale cupiunt, nonnulla quoque bona opera animo proponunt, & quamuis hoc elationis intentione appetant, operaturos tamen se magna pertractant: fitque vt aliud in imis intentio supprimat, aliud tractantis animo superficies cogitationis ostendat. Nam sibi ipsa de se mens sæpe mentitur, & fingit se de bono opere amare, quod non amat; & mundi autem gloriam non amare, quod amat: quæ principari appetens, fit ad hoc pauida, cùm quærit; audax, cùm peruenerit. Tendens enim, ne non perueniat, trepidat; sed repente perueniens, iure sibi hoc debitum, ad quod peruenerit, putat, cúmque percepto Principatus officio perfrui sæculariter cœperit, libenter obliuiscitur, quidquid religiosè cogitauit, &c. Ex anteacta ergo vita se quisque inueniat, ne in appetitu se culminis imago cogitationis illudat. Plerúmque in occupatione regiminis ipse quoque boni operis vsus perditur, qui in tranquillitate tenebatur: quia quieto mari, rectè nauim & imperitus nauta dirigit; turbato autem tempestatum fluctibus etiam peritus nauta se confundit. Quid est potestas culminis, nisi tempestas mentis, in qua dum cogitationum semper procellis nauis cordis quatitur, huc, illucque incessanter impellitur, vt per repentinos excessus oris, & operis, quasi per obuiantia saxa frangatur? Inter hæc itaque quæ protulimus, quid sequendum, quid tenẽdum est, nisi vt virtutibus pollens, coactus ad regimen veniat; virtutibus vacuus, nec coactus accedat? Ille, si omnino renititur, caueat, ne acceptam pecuniam in sudario ligans, de eius occultatione iudicetur. Pecuniam quippe in sudario ligare est, percepta dona sub otio lenti torporis abscondere. At contra iste cùm regimen appetit, attendat, ne per exemplum boni operis, Pharisæorum more ad ingressum regni tendentibus obstaculum fiat. Qui iuxta summi magistri vocem, nec ipsi intrant, nec alios intrare permittunt. *Mat. 23. b.* Considerandum quoque est, quia cùm causam populi electus Præsul suscipit, quasi ad ægrum medicus accedit. Si ergo adhuc in eius opere passiones viuunt, qua præsumptione percussum mederi properat, qui in facie vulnus portat? *Greg. lib. 1. Pastoral. in prologo, & cap. 1. & 9. apud Aquisgr. c. 14.*

C A P. XXIV.

Magnitudini vestræ suppliciter suggerimus, vt deinceps in bonis pastoribus, rectoribusque in Ecclesiis Dei constituendis, magnum studium, atque solertissimam adhibeatis curam, quia si aliter factum fuerit, & ordo Ecclesiasticus suam non habebit dignitatem, & religio in multis labefactando, detrimenti sui iacturam patietur, & animæ vestræ, quod non optamus, periculum generabitur. *Paris. sub Ludouic. & Loth. libro 3. capitulo 22. Aquisgran. ij. sub Ludouic. parte 4. cap. 8.*

C A P. XXV.

Nullus Episcopale ministerium per ambitionem munerum attemptare præsumat, sed is ad Episcopale officium perueniat, si secundùm Apostolum viuat, id est, irreprehensibiliter, sobriè, prudenter, pudicè, ornatè, cũ hospitalitate, cum doctrina non violenter, non *1. ad Timot. 3. ad Tit. c. 1.*

iniuriosè, modestè, non litigiosè, non cupidè. Oportet etiam Pontificem propriæ domui esse bene præpositum, & testimonium habere bonum ab his, qui foris sunt; vt doctrinam Dei nostri exornet in omnibus. Nos autem etiam adiungentes, & ab his, qui intus sunt, conuersantes cum Episcopo, habere testimonium omnem Episcopum oportere. *Aquisgr. ij. sub Ludouico par. 1. c. 1.*

CAP. XXVI.

Siquando alicuius ciuitatis Episcopus vocatione Domini decesserit, à gloriosissimo Principe supplicando postuletur, vt canonicam electionem clero, & populo eiusdem ciuitatis permittere dignetur, atque ita aut in clero, aut in diœcesi certè ipsa, vel, si opus sit, in vicinia † ipsius, probata & officio digna persona quæratur; quæ inuenta consensu totius cleri, & populi ad honorem Dei ciuitati ipsi præficiatur. Sed etsi à seruitio pij Principis nostri aliquis clericorum venerit, vt alicui ciuitati præponatur Episcopus, timore casto sollicitè examinetur. Primum cuius vitæ sit, deinde cuius scientiæ; ne maculatæ vitæ, & pompis sæculi turgidus, & simoniaca hæresi pollutus, humilibus, & mundis membris Christi, Ecclesiæque ipsius supponatur Episcopus. Nec præsumat illiteratum, & cupiditate nimia cæcatum, redditurus facti sui rationem, populo Dei præficere. *Valentin. sub Lothario, capitulo 7.*

† vicina f.

Neophyti non possunt eligi Episcopi, neque Laïci. Tit. VI.

CAPVT I.

Dist. 48. quoniam c. 1.

Licet aliquando contra regulam Ecclesiæ factum sit vrgente necessitate, aliáve de causa; vt qui ex Gentili vita nuper ad fidem venerunt, modico tempore catechumeni, statim ad baptismum deducti sint, & simul in Episcopatum, vel presbyterium prælati; id deinceps non fiat, cum tempore ad catechismum opus sit, & post baptisma maiore probatione. Apostolus hoc apertè docet. Non neophytum, ne elatus in iudicium incidat, & laqueum Diaboli, &c. Qui verò aduersus hæc fecerit, vt contradictor magnæ synodi de clero periclitetur. *Nicæn. 2. Mart. Bracc. 22. Ioan. viij. in epist. lecta in viij. vel ix. syn. act. 2. Ivo in prol. panor. & decr.*

1. Tim. 3. a.

CAP. II.

Omnem canonicam stabilitatem in Ecclesiis semper manere in Christo, prouidere cupientes, renouamus, & confirmamus terminos, & variationes, quæ olim à sanctis Apostolis, & beatis Patribus nostris editæ, legem in Ecclesia posuerunt; non oportere Antistitè promouere quemquam, qui est vel secundùm fidem, vel secundùm sacerdotalem sortem neophytus: ne inflatus in iudicium incidat, & laqueum Diaboli, sicut dicit Apostolus. Prioribus ergo canonibus concordantes definimus, neminem de senatoria dignitate, vel mundana conuersatione, nuper tonsum cum intentione, vel expectatione Pontificatus, vel Patriarchatus honoris, Clericum, aut Monachum factum, ad huiuscemodi scandere gradum, licet † per singulos ordines diuini sacerdotij plurimum temporis fecisse probetur. Neque enim propter religionem, vel amorem Dei, aut pro pret expectationem transeundi viam virtutum, sed ob amorem gloriæ, ac principatus, tonsus huiusmodi reperitur. Magis autem coërcemus huiusmodi, si ab imperatoria dignitate ad hoc compellatur. Si verò quis per nullam suspicionem prædictæ concupiscentiæ expectationis, sed propter ipsum bonum humilitatis, quæ est circa Christum Iesum, abrenuntians mundo fiat clericus, aut Monachus; & omnem gradum Ecclesiasticum transigens per definita nunc tempora irreprehensibilis inuentus extiterit, & probatus; ita vt in gradu lectoris annum compleat, in subdiaconi verò duos, sitque diaconus tribus, & Presbyter quatuor annis: bene placuit huic sanctæ, & vniuersali synodo, eligi hunc, & admitti. Circa omnes autem, qui religiosè morati in ordine clericorum, & monachorum digni iudicati sunt Pontificatus dignitate pariter, & honote; prædictum tempus abbreuiamus: nimirum secundùm quod Episcoporum prælati probauerint, qui per tempora fuerint. Si verò præter hanc definitionem nostram quisquam ad iam fatum supremum honorem prouectus extiterit, reprobetur, & ab omni Sacerdorali operatione prorsus abiiciatur, vtpote quia extra sacros canones sit promotus. *cap. 5. synodi octaua CP. sub Hadr. ij.*

1. Tim. 3. a.

† nisi i.

CAP. III.

Nullus laïcus, clericus, vel tantùm subdiaconus in Episcopum eligatur. *Vrban. ij. in Concil. Claramont. c. 5.*

CAP. IV.

Qui ex Gentili vita venit, & baptizatus est, aut ex praua conuersatione, non æquum est, statim Episcopum fieri. Cùm enim non didicerit, aliorum esse magistrum, iniquum est. Nisi ex diuina gratia hoc fiat. *Apost. 80.*

CAP. V.

Ordinatos quosdam Episcopos, qui nullis Ecclesiasticis ordinibus ad tantæ dignitatis fastigium fuerint instituti, contra Patrum decreta didicimus: cùm ad Episcopatum his gradibus, quibus frequentissimè cautum est, debeat perueniri, vt minoribus initiati officijs ad maiora firmentur. Debet enim ante esse discipulus, quisquis doctor esse desiderat, vt possit docere, quod didicit, &c. *Celest. ep. 2. 3. Burch. lib. 1. cap. 18. Ivo par. 5. cap. 72. decr. Tarrac. lib. 6. cap. 137.*

Dist. 59. c. vlt.

Cap. VI

Audiuimus, quaſdam propriis deſtituta rectoribus ciuitates, Epiſcopos ſibi velle petere de laïcis, tantumque faſtigium tam vile credere, &c.

Diſt. 61. c. 7.

Quid proderit per ſingula clericos ſtipendia militaſſe, & omnem egiſſe in dominicis caſtris ætatem; ſi hi, qui præfuturi ſunt,

Diſt. 62. c. 2.

ex laïcis requirantur? &c. [Docendus eſt populus, non ſequendus, &c. *Caleſt. epiſt. 3. c. 2. & 3. Capit. lib. 7. c. 50. Burch. lib. 15. cap. 13. Ivo p. 16. c. 14. decr. Deuſd. c. 1. Anſel. lib. 7. c. 28. Tarrac. lib. 1. c. 124. & lib. 3. c. 4.*

Cap. VII.

Diſt. 61. c. 2. in ſacerdotib. & c. 3. non negamus.

Sacerdotij gradus ſaltu quodam paſſim laïcis non transferantur, longa debet vitam ſuam probatione monſtrare, cui gubernacula committuntur Eccleſiæ, &c. Diſcere prius quiſque debet, ante quam doceat, &c. nec tantum de laïcis conſecrari inhibemus, ſed nec de pœnitentibus, &c. *Hormiſda ep. 4. c. 1. Anſel. lib. 6. c. 19. Tarrac. lib. 3. c. 13.*

Cap. VIII.

Diſt. 59. c. 3. hoc admo.

Quidam deſiderio honoris inflati, defunctis Epiſcopis tonſurantur, & fiunt repente ex laïcis ſacerdotes, atque inuerecunde religioſi propoſiti ducatum arripiunt, qui nec eſſe adhuc milites didicerunt. Quid putamus, quid iſti ſubiectis præſtituri ſunt, qui antequam diſcipulatus limen attingant, tenere locum magiſterij non formidant? Qua de re neceſſe eſt, vt quamuis inculpati quiſque ſit meriti, ante tamen per diſtinctos ordines Eccleſiaſticis exerceantur officiis. Videat, quod imitetur; diſcat, quod doceat; informetur, quod teneat: vt poſtea non debeat errare, qui eligitur viam erranti demonſtrare. Diu ergo religioſa meditatione poliatur, vt placeat, & ſic lucerna ſuper candelabrum poſita luceat, vt aduerſa ventorum vis irruens, conceptam eruditionis flammam non extinguat, ſed augeat.

1. Tim. 3. c.

Nam cum ſcriptum ſit, vt prius quis probetur, & ſic miniſtret: multo ante probandus eſt, qui populi interceſſor aſſumitur; ne fiant cauſa ruinæ populi ſacerdotes mali. Nulla igitur contra hoc excuſatio, nulla poteſt eſſe defenſio; quia cunctis liquido notum eſt, quæ ſit in huius rei diligentia egregij ſollicitudo

1. Tim. 3. b. Diſt. 48. c. vlt.

doctoris, qui neophytum ad ſacros vetat ordines accedere. [Sicut autem tunc neophytus dicebatur, qui initio in ſanctæ fidei erat conuerſatione plantatus; ſic modo neophytus habendus eſt, qui repente in religionis habitu plantatus, ad ambiendos honores ſacros irrepſerit. Ordinate ergo ad ordines accedendum eſt. Nam caſum appetit, qui ad ſumma loci faſtigia, poſtpoſitis gradibus per abrupta quærit aſcenſum, & cum

1. Tim. 5 d.

idem Apoſtolus doceat, inter alia ſacri ordinis inſtituta diſcipulum, manum non eſſe cuiquam citius imponendam, quid hoc celerius, quidve præcipitantius, quam vt exoriatur à ſummitate principium; & ante incipiat eſſe Epiſcopus, quam miniſter?

1. q. 1. cap. 27. non eſt in fine.

Quiſquis igitur ſacerdotium non ad elationis pompam, ſed ad vtilitatem adipiſci deſiderat, prius vires ſuas cum eo, quod eſt ſubiturus, onere metiatur; vt & impar abſtineat, & ad id cum metu, etiam qui ſe ſufficere exiſtimat, accedat. Ab re autem non facimus, ſi ad argumentum rationabile vſum rerum irrationabilium colligamus. Apta namque ædificationibus de ſiluis ligna ſucciduntur, nec tamen viridibus ædificij pondus imponitur, niſi eorum viriditatem multorum dierum mora ſiccauerit, & apta ad neceſſarium vſum effecerit. Quæ, ſi obſeruantia forte negligitur, citius ſuperimpoſita mole franguntur, & gignit ruinam ad auxilium res prouiſa. Hinc etenim & medici, qui curam gerunt de corpore, quædam adiutoria recenti adhuc confectione formata, indigenti non offerunt, ſed maceranda temporibus derelinquunt. Nam ſi immature quis dederit, dubium non eſt, quia fit cauſa periculi res ſalutis. Diſcant itaque diſcant in officio ſuo ſacerdotes, quibus animarum credita eſt cura, ſeruare, quod diuerſatum artium homines docentes ratione cuſtodiunt, & à præcipiti ſe ambitione, etſi non metu, ſaltem pudore contineant. Sed ne forſan adhuc prauæ ſe conſuetudinis quiſquam velit obiectu defendere; fraternitatis tuæ diſcretio rationis eos fræno coërceat, & labi in illicitis non permittat, quia quidquid vitione dignum eſt, non ad imitationis, ſed potius ad exemplum debet correptionis adduci, &c. De his itaque quæ ſuperius dicta ſunt, fraternitatem veſtram auctore Deo volumus ſynodum congregare, atque in ea omnia, quæ ſanctis canonibus, ſicut prædiximus, ſunt aduerſa, diſtricte ſub anathematis interpoſitione damnentur, id eſt, vt nullus pro adipiſcendis Eccleſiaſticis ordinibus dare aliquod commodum præſumat, vel pro datis accipere; neque ex laïco habitu quiſquam repente ad locum ſacri regiminis peruenire. *Greg. ad Syagrium, & Ætherium, & alios, lib. 7. regiſt. ep. 110. vel 108. c. 2. & 4. Vide eund. lib. 4. indict. 13. c. 95. epiſt. 51. ad Vergil. Arelaten. Ivo p. 5. c. 131. decr. Anſelm. lib. 6. cap. 26. & 27. Tarracon. lib. 3. c. 16. & 17.*

Cap. IX.

Diſt. 61. c. 1.

Officium (*ſacerdotum*) in tanta illic, ſicut didicimus, ambitione perductum eſt, vt ſacerdotes ſubito, quod graue eſt nimis, ex laïcis ordinentur. Sed quid iſti acturi ſunt, quid populo præſtituri, qui non ad vtilitatem, ſed fieri ad honorem Epiſcopi concupiſcunt? Hi ergo, qui necdum quod docere debeant, didicerunt; quid aliud agunt, niſi vt paucorum prouectus illicitus, fiat multis interitus, & in confuſionem Eccleſiaſticæ moderationis obſeruantia deducatur, quippe vbi nullus regulariter ordo ſeruetur? Nam qui ad eius

regimen improuidus, & ob hoc magis præcipitatus accedit, qua admonitione subiectos ædificet, cuius exemplum non rationem docuit, sed errorem? Pudet profectò, pudet alius imperare, quod ipse nescit custodire. *Gregor. ad Brunichild. Reginam lib. 7. regist. ep. 113. vel tit. c. 1. Ansel. li. 6. c. 70. Cæsar. lib. 4. cap. 18. Tarrac. lib. 3. c. 14.*

CAP. X.

Synodum fieri vestra iussio constituat, vbi sub districti anathematis interpositione debeat interdici, ne vllus ex laïco habitu subitò ad Episcopatus audeat gradum accedere. *Greg. ad Brunichild. Reginam lib. 7. regist. d. ep. 113. vel tit. c. 3.*

CAP. XI.

In *(vij synodo in)* Epistola beatæ memoriæ Præsulis Hadriani, quantum idem Pontifex illam præsumptionem, qua ex laïcis quidam subitò tonsurantur, & in Episcoporum numerum exacerbatè prosiliunt, damnauerit, si diligenter inquisieritis, profectò inuenietis. *Nicol. ep. ad Michaël. Imper. post prin.*

CAP. XII.

Hominem laïcum non promouendum ad sacerdotium subitò, sed per suos gradus, sicut Sardicen. concilium, vt de laïcis non eligerentur Antistites, in cap. xiij. per omnia prohibuit. Item & Cælestinus Papa in decreto suæ sanctionis cap. xxi. & Leo Romanæ sedis Pontifex hoc ipsum in decretalibus suis prohibuit, cap. xxxuj. Item & Gelasius non solùm Episcopos de laïcis fieri prohibuit, sed etiam presbyteros, ne talia præsumerent, voluit in decretorum suorum cap. iij. & Hadrianus in Epistola, quam CP. pro venerandis imaginibus destinauerat, ita instituit, vt amplius de laïcis nullatenus ordinarentur Antistites. *Nicol. in epistola ad Mich. Imper. incip. Principatum, lecta in 4. sess. octauæ synodi CP. sub Hadr. 2.*

CAP. XIII.

Nectarius ex laïcorum ordine electus est à synodo secunda, quia CP. clerici erant hæretici, & Nectarius expugnator hæreticorum, & defensor Ecclesiarum. Sed vt hoc iterum fieret, non confirmauit, nec instituit. Et ideo licet contra Patrum, atque canonicas institutiones, quod per necessitatis fieri euentus comprobatur, non in auctoritate tenendum est; sed ne iterum talis proueniat necessitas, magis, magisque cauendum, de Tarasij quidem promotione, qui similiter ex laïcali cœtu ad Patriarchatus extemplo culmen promotus est; si sanctam, quæ apud vos tempore sanctissimi viri Hadriani celebrata est, synodum, diligēter scrutati fueritis, inuenietis, quid in eadem sanctissimus vir consultus decreuit, &c. Nisi in erigendis imaginibus feruentius (*inquit*) contra illarum depositores, atque conculcatores, vt verus Christi miles resisteres, nequaquam vestræ consecrationi consensum præberemus, &c. quæ tantò declaratur inordinatè promota, quantum comprobatur contra Apostolica decreta enormiter præsumpta. Beatissimum quoque Ambrosium, qui ex catechumeno diuino præsagio ad Episcopalem per continuos gradus promotus est dignitatem, cur nobis pro vestro tutamine opponitis? &c. Diuina vocatione per miraculorum prodigia electus est. *Nicol. in epist. ad Photium, incip. Postquam beato. post prin. lecta in 4. sess. syn. viii. CP. sub Hadr. ij.*

CAP. XIV.

Ordinari ad diaconatus, vel sacerdotij officium neophytum non debere. *Arel. ij. c. 1.*

CAP. XV.

Conueniens non est, nec ratio, vel disciplina patitur, vt temerè, vel leuiter ordinetur, aut Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui neophytus est maximè cùm & magister gentium beatus Apostolus, ne hoc fieret, denunciasse, & prohibuisse videatur; sed hi, quorum per longum tempus examinata sit vita, & merita fuerint comprobata. *Sardic. cap. 10. L. 13. G. Burch. lib. 1. c. 17. Inopar. 5. cap. 71. decr.* *1. Tim. 3. b.*

CAP. XVI.

Non oportet neophytum promoueri ad ordinem sacerdotalem. *Laod. c. 3.*

CAP. XVII.

Episcopatus, vel presbyterij honorem nullus laicus ante præmissam anni conuersionem, vel ante triginta annos ætatis accipiat. *Arel. iij. c. 1.*

CAP. XVIII.

Nullus Metropolitanus cuicumque laïco dignitatem Episcopatus tribuat, sed nec reliqui Pontifices presbyterij, vel diaconatus honorem conferre præsumant, nisi anno integro fuerit præmissa conuersio. *Arel. iij. c. 2.*

CAP. XIX.

Nullus ex laïcis absque annua conuersatione † præmissa Episcopus ordinetur, ita vt intra anni ipsius spatium à doctis, & probatis viris, disciplinis, & regulis spiritualibus plenius instruatur. Quod si hoc quisquam Episcoporum transcendere quacumque conditione præsumpserit, anno integro ab officio, vel caritate fratrum habeatur extraneus. *Aurel. v. c. 9.* † conuersionis.

CAP. XX.

Neophyti, vel laïci Episcopi esse non possunt. *Tolet. iv. c. 18.* *Dist. 51. c. vlt.*

CAP. XXI.

Nulli deinceps laïcorum liceat ad Ecclesiasticos ordines, prætermisso canonum præfixo tempore, aut per sacra regalia, aut per consensiones cleri, vel plebis, vel per electionem, assensionemque Pontificum, ad summum sacerdotium adspirare, vel prouehi; sed cùm per canonum conscripta tempora, Ecclesiasticos per ordines, spirituali opere desudando, probatæ vitæ adminiculo comitante, conscenderit gradus ad summum sacerdotium, si di-

gnitati vita responderit, aoctore Domino prouehatur. *Barcinon. 17.c.3.*

CAP. XXII.

Quod sæculares viri nequaquam ad ministerium Ecclesiæ assumantur, aoctoritas *1.Tim 5 d.* Apostolica docet, & dicit: Manus citò nemini imposueris: *1.Tim.3 a.* Et iterum; Non neophytum; ne in superbiam elatus, putet se non tam ministerium homilitatis, quá administrationem sæcularis potestatis adeptum: & ne in condemnationem superbiæ, sicut Diabolus, per iactantiam deiiciatur. Quomodo enim valebit sęcularis homo sacerdotij magisterium adimplere, cuius nec officium tenuit, nec disciplinam cognouit? aut quid docere poterit, cùm ipse non didicerit? *Isidor. li. 2.c.6. de eccle. offi. apud Aquisgr. 9.*

CAP. XXIII.

1.Tim 3. d. Oportet Episcopum irreprehensibilem esse, vnius vxoris virum, &c. non neophytum, ne in superbiam elatus in iudicium incidat Diaboli, heri catechumenus, hodie Pontifex, *Dist. 48. in prin.* heri in amphitheatro, hodie in Ecclesia, vespere in circo, mane in altario, dudum fautor histrionom, nunc virginum consecrator. Quod autem ait, ne elatus in iudicium incidat Diaboli; quis non exemplo venturum *frenum f.* † esse probet? Ignorat momentaneos sacerdos humilitatem, & mansuetudinem rusticorum, ignorat blanditias Christianas; nescit se ipsum contemnere; de dignitate transfertur ad dignitatem: non ieiunauit, non fleuit, non mores suos sæpe reprehendit, nec assidua meditatione cotrexit, non substantiam pauperibus erogauit, de cathedra qoodammodo ducitur in cathedram, id est, de superbia ad superbiam. Iudicium autem, & ruina Diaboli, nulli dubium, quin arrogantia sit. Incidunt in eam, qui in puncto horæ necdum discipuli, iam magistri sunt. *Hieronymus ep. ad Oceanum apud Aquisgr. cap. 11. Ansel. lib. 6. c. 30. Cæsar. lib. 3. c. 24.*

CAP. XXIV.

Subrogatus est pro (*Ignatio Patriarcha*) Photius, ptohibentibus sacris canonibus & venerandis legibus neminem ex laïcali militia, subitò ad sacerdotium ptomoueri. *Anastas. biblioth. in proœmio, syn. viii. CP. sub Hadr. ij.*

Digami non possunt eligi Episcopi. Tit. VII.

CAPVT I.

Dist. 33. si quis c. 1. QVi duas vxotes post baptisma habuit, aut concubinam, Episcopus, presbyter, diaconus, clericus esse nō potest. *Ap. 17.* *Dist. 31. si quis c. 13.* Item is, qui duxit viduam, aut eiectam, aut merettricem, aut ancillam, aut scenicam. *Ap. 18. Vide Trul. 3. Iuo par. 8. cap. 287. decr. Anselm. lib. 6. cap. 143.*

CAP. II.

1.Tim.3. a. Tit.1. b. De digamis nec consuli debuit, quod manifesta lectio sit Apostoli: vnius vxoris virū: ad sacerdotium, siue ad clericatum admitti debere, & hanc ipsam tamen si virginem acceperit, &c. *Innocen. ep. 4. c. 2.*

CAP. III.

Hæc [in singulis gradibus obseruanda *Dist. 77. c. 2.* sunt tempora: si ab infantia Ecclesiasticis ministeriis nomen dederit, &c. Exinde suffragantibus stipendiis per tot gradus datis propriæ fidei documentis, Presbyterij Sacerdotium poterit prometeri. De quo loco, si eum exactiot ad bonos mores vita perduxerit, summum Pontificatum spetare debebit. Hac tamen lege seruata, vt neque digamus, neque viduæ maritus, neque pœnitens ad hos gradus possit admitti. *Zosim. ep. 1. cap. 3. Ansel. lib. 7. cap. 41.*

CAP. IV.

Abstineatut ab illicitis ordinationibus. Nullus ex laïcis, nullus digamus, nullus, qui sit viduæ maritus, aut fuerit, ordinetur: sed irreprehensibilis, & qualem elegit Apostolus, fiat. Per Mosen Dominux præcepit: Virgi- *1. Tim. 3 a.* nem accipiat Sacetdos vxorem. Subsequitur *Leu. 21. c. 1. Tim. 3. a.* & supplet Apostolus, eodem locutus spiritu, vnius vxoris virum, debete Episcopum consecrati. Ad hanc ergo eligantur formulam sacerdotes, &c. *Calest. epist. 2. c. 6.*

CAP. V.

Constat ad sacerdotium peruenisse viduarum maritos, quosdam etiam, quibus fuerint numetosa coniugia, & com omni licentia vita liberior, ad sacrum ordinem passim patefactis aditibus fuisse permissos, contra illam beati Apostoli vocem: Vnius vxoris virum, *1 Tim. 3. a. Leu. 21. c.* & contra illud antiqoæ legis præceptum: Sacerdos virginem vxotem accipiat, non viduam, non repudiatam. Hos ergo, quicumque tales admissi sunt, ab Ecclesiasticis officiis, & à sacetdotali nomine Apostolicæ sedis auctoritate iubemus arceri, &c. *Leo ep. 1. c. 2. ad Episcopos per Campaniam.*

CAP. VI.

In ciuitatibus, quatum rectores obierint, de substituendis Episcopis hæc forma seruetur; vt qui ordinandus est, etiam si bonæ vitæ testimonio fulciatur, non laïcus, non neophytus, nec secundæ coniugis sit maritus, aut qui vel vnam quidem habeat, vel habuerit, sed nec quam sibi viduam copulauerit, &c. *Leo ep. 54. al. 82. ad Anast. Thessalo. c. 3. Burch. lib. 1. c. 5. Iuo par. 5. c. 59. decr. Ansel. lib. 6. c. 15.*

CAP. VII.

Dicente Apostolo, vt inter alias electionis regulas, is Episcopus ordinetur, quem vnius *1. Tim. 3.* vxotis virum fuisse, aut esse cōstiterit, tam sacra semper habita est ista præceptio, vt etiam de muliere sacerdotis eligendi, eadem intelligeretur seruanda conditio: ne fortè illa prius, quàm in matrimonium eius veniret, qui aliam non habuisset vxorem, alterius viri esset experta coniugium, &c. Si etiam in veteri testamento hæc sacerdotalium coniu- *Leu. 21.*

Ezec. 44. giorum forma seruata est, quanto magis sub reuelata iam gratia constituti, Apostolicis debemus seruire præceptis? vt quamlibet quis bonis moribus præditus, & sanctis operibus inueniatur ornatus, nequaquam tamen vel ad diaconi gradum, vel ad presbyterij honorem, vel ad Episcopatus culmen ascendat; si aut ipsum non vnius vxoris virum, aut vxorem eius non vnius viri fuisse constiterit, &c. Cum inter vos tantum valuerint, aut studia popularium, aut ambitus superborum, vt non solum laicos, sed etiam secundarum † vxorū viros, aut viduarum maritos ad officium cognoscamus pastorale prouectos: nonne aptissimæ [exigunt causæ, vt Ecclesiæ, in quibus ista commissa sunt, iudicio seueriori purgentur, & non solum in tales Præsules, sed etiam in ordinatores eorum vltio competens proferatur? &c. Eos, qui vel secundas nuptias inierunt, vel viduarum se coniugio sociarunt, in sacerdotio manere non patimur: & multo magis illum, si fuerit vestro iudicio confutatus, qui duarum simul est maritus vxorum, vel illum, qui à prima vxore dimissus, alteram duxisse perhibetur, priuandum honore decernimus. *Leo ep. 85. vel 87. c. 1. ad Episcopos Afr.*

(† secularium. — 1. q. 7. c. 18.)

CAP. VIII.

Sollicitius volumus custodiri, non solum circa sacerdotes, sed circa clericos quoque minoris officij, ne ad sacram militiam hi permittantur accedere, quibus sit tale coniugium, vt contra Apostolicam disciplinam, nō vnius tantum vxoris viri fuisse monstrentur. *Leo ep. 87. vel 89. ante med. ad Episcopos Viennen. prouinciæ.* (1. Tim. 3. d.)

CAP. IX.

Ordinatos Episcopos, qui licet te ignorante prouecti sunt, cum suis auctoribus meruerint submoueri, hac ratione firmamus, si nec viduæ maritus fuerit quisquam, nec in secundæ coniugis nuptias, ac vota conuenerit, &c. *Hilar. ep. 1. c. 4.*

CAP. X.

Si quos reppererit Episcopos tua fraternitas, presbyteros, aut diaconos contra canones, vel statuta Patrum excessisse, id est, in adulterio, vel si plures vxores habuerunt, &c. nulla ratione Apostolica auctoritate permittat sacerdotio fungi, &c. *Zach. ep. 6. post prin.*

CAP. XI.

Nemo de digamis, aut internuptarum maritis ordinetur clericus, nec requirendum, vtrumne initiati sacramentis diuinis, aut Gentiles hac se infelici sortis necessitate maculauerint. *Valent. Gall. cap. 1.*

CAP. XII.

Dist. 55. c. 2. Nullus pœnitentem, nullus digamum, nullus viduarum maritos in prædictis honoribus (*loquitur de Episcopatu, presbyteratu, & diaconatu*) audeat ordinare, &c. Quicumque deinceps contra hæc clericum ordinare præsumpserit, anno integro missas facere non præsumat. Si celebrauerit, ab omnium fratrum caritate nouerit se alienum. *Arel. iij. cap. 1.*

CAP. XIII.

Non promoueantur ad sacerdotium ex regulis canonum, qui semetipsos absciderunt, &c. qui secundæ vxoris coniunctionem sortiti sunt, aut numerosa coniugia frequentauerunt, qui viduam, vel à marito relictam duxerunt, aut corruptarum mariti fuerunt, qui concubinas, aut fornicarias habuerunt. *Tolet. iv. c. 18.* (Dist. 51. qui in aliquo. c. 5.)

CAP. XIV.

Quod vnius virginalis matrimonij sint, qui eliguntur in ordine Pontificatus, & in veteri lege mandatum est, & plenius scribit Apostolus dicens: Vnius vxoris virum sacerdotem quærit Ecclesia, aut de monogamia ordinatum, aut de virginitate sanctum. *Isidor. lib. 2. c. 6. de eccles. off. apud Aquisgr. c. 9. in med.* (1. Tim. 3. d. Tit. 1. b.)

CAP. XV.

Nullo pacto digamos, vel concubinarum cathenis innexos, decet subire sacerdotij ministerium. In Leuitico scriptum est, ac præfinitum, quales eligi debeant sacerdotes, si ergo clericus monogamus fuerit, & vxor eius digama, noli eum ad ministerium applicare. Hæc Tito præcepta idem Apostolus de ordinandis clericis dedit. *Hier. ad Ocean. apud Aquisgran. c. 98. ante fin.* (Leu. 21. c. — Tit. 1. d.)

Ne homines improbi, aut alias indigni eligantur Episcopi. Tit. VIII.

CAPVT I.

QVa indignitate, qua molestia, male tractetur Ecclesia, &c. dum facile imponuntur manus, dum negligenter summus sacerdos eligitur? &c. Nam cum inuoluti mūdanis nexibus, actibus, vel moribus abrupte asciscuntur ad tanti collegium sacerdotij; & illi videntur contemni, de quibus oportuerat eligi; & isti male intromitti, qui præter ordinem irrumpunt potius, quam eliguntur. Quam enim [miserum est, cum magistrum fieri, qui nunquam discipulus fuit? cum summum fieri sacerdotem, qui nunquam in vllo gradu obsecutus fuerit sacerdoti? &c. *Innoc. ep. 12. Anselm. lib. 6. c. 29. Tarrac. lib. 3. c. 1.* (Dist. 61. c. 4.)

CAP. II.

Iam non satis est laicos ordinare, quos nullus fieri ordo permittit, sed etiam quorum crimina longe, lateque per omnes pene prouincias nota sunt, Pontifices ordinantur. Daniel enim nuper missa relatione ex Orientalibus ad nos partibus ab omni, quod tenuerat, virginum monasterio nefas est obiectionibus accusatus. Multa à multis obiecta flagitia; in quamiam lateret terrarū parte quæsitus est; vt si suæ innocentiæ confideret, contra se iudicium postulatum minime declinaret, &c. [Tantis grauatus testimoniis, tanta facinorum accusatione pulsatus, sacrarum, vt dicitur, virginum pollutus incesto, Episcopus asseritur ordinatus. *Calest. epist. 2. c. 3.* (Dist. 81. c. 5.)

CAP. III.

Dist. 6. Necessarium fuit, vt dolorem cordis no-
mira- stri, quo pro Dominicorum gregum pericu-
mur.c.5. lis æstuamus, datis nunc ad vos litteris promeremus; mirantes, tantum apud vos per occasionem temporis impacati, aut ambientium præsumptionem, aut tumultum valuisse popularem, vt indignis quibusque, & longè extra sacerdotale meritum constitutis pastorale fastigium, & gubernatio Ecclesiæ crederetur, *Leo epist. 85. vel 87. ad Episcopos Afric. c. 1. Ivo par. 5. c. 105. decr.*

CAP. IV.

Ne ex pœnitentibus aliquis ad sacrum ministerium prorsus sinatur accedere. *Hilar. ep. 1. c. 4.*

CAP. V.

1. q. 1. c. Nullus per ambitum ad Episcopalem hono-
118. rem permittatur accedere. Nam cùm hic excessus in laica conuersatione culpetur, quis dubitat, quod religiosis, & Deo seruientibus inducat opprobrium? *Symmach. ep. 1. c. 3.*

CAP. VI.

Qui non promoueantur ad sacerdotium, ex regulis canonum necessariò credimus inferendum, id est, [qui in aliquo crimine detecti sunt, &c. *Tolet. iiii. c. 18.*

CAP. VII.

Dist. 51. Qui publicè pœnitentiam profitetur, Epis-
c. 5. copalem cathedram nec tenere, nec regere potest. *Cabil. in ep. ad Theodorum Episc.*

CAP. VIII.

Si is, qui iam in Episcopatu, vel presbyterio positus aliquod peccatum admiserit, retrahitur; quanto magis ante ordinationem, si peccator inuentus est, cauendum, vt non ordinetur? *Isidor. lib. 2. c. 6. de Eccl. off. apud Aquisgr. c. 9.*

CAP. IX.

Non sunt promouendi ad regimen Ecclesiæ, qui adhuc vitiis subiacent, &c. Neque enim quisque ad hoc præficitur, vt subditorum culpas corrigat, & ipse vitiis seruiat. Qui se indignum ad Episcopatum existimat, locum eius, qui dignus est, occupare non præsumat. Nam tam sanctum est Sacerdotij nomen, vt nulla vitiorum nota maculari se sinat. Grauius enim condemnabitur, qui indignus suscipit, quod non meretur. Qui regimen sacerdotij contendit appetere, ante in se discutiat, si vita honori sit congrua, quod si non discrepat, humiliter ad id, ad quod vocatur, accedat. Reatum quippe culpæ geminat, si quis cum culpa ad sacerdotale culmen aspirat. Vniuscuiusque casus tanto maioris est criminis, quanto priusquam caderet, maioris erat virtutis, &c. Plerique sacerdotes suæ magis vtilitatis causa, quàm gregis, præesse desiderant, nec vt prosint, Præsules fieri cupiunt, sed magis vt diuites fiant, & honorentur, &c. *Isidor. lib. 3. de summo bono. c. 34. apud Aquisgr. c. 15.*

CAP. X.

Sicut iniqui, & peccatores ministerium sacerdotale assequi prohibentur, ita indocti, & imperiti à tali officio retrahuntur. *Isidor. de summo bono lib. 3. c. 35. apud Aquisgr. c. 16.*

Ne indocti eligantur Episcopi. Tit. IX.

CAPVT I.

QVamquam admonita doctorum, & statuta Patrum sacerdotes indoctos prohibeant consecrari oportuni temporis moderatione: si Episcopus inueniatur indoctus, à Metropolitano proprio, & deinceps sacerdotes presbyteri à suo Episcopo, vt doceri possint, admoneantur. *Synod. Rom. sub Eugenio ij. & Leone iv. c. 4.*

CAP. II.

Hoc specialiter, & sub prædecessoribus nostris, & nuper à nobis interdictum constat, litteris ad Gallias, Hispaniasque transmissis, in quibus, & in Africa est ista præsumptio: Ne quis penitus contra Patrum præcepta,
[qui Ecclesiasticis disciplinis per ordinem *Dist. 36.*
non fuisset imbutus, & temporis approbatio- *c. 2. &*
ne, diuinis stipendiis eruditus, nequaquam *59. d. c. 1.*
ad summum Ecclesiæ sacerdotium aspirare præsumeret: & non solùm in eo ambitio inefficax haberetur, verùm etiam in ordinatores eius, vt carerent eo ordine, quem sine ordine contra præcepta Patrum crediderant præsumendum. Vnde miramur, ad dilectionem tuam statuta sedis Apostolicæ non fuisse perlata, &c. *Zosi. ep. 1. c. 1. Ivo par. 5. c. 102. decr. Anselm. lib. 6. c. 24.*

CAP. III.

Prospiciendum est, ne duo simul sint in vna Ecclesia sacerdotes, nec litterarum ignarus, aut carens aliqua parte membrorum, aut etiã ex pœnitentibus aliquis ad sacrum ministeriũ prorsus sinatur accedere. Nec tantum putetis petitiones valere populorum, vt cũ his parere cupitis, voluntatẽ Dei nostri, quę nos peccare prohibet, deseratis, &c. *Hil. ep. 1. c. 4. Vide ep. 4.*

CAP. IV.

De illa persona, quæ in Archiepiscopum fuerat eligenda, dicimus, licet satis prudens, & liberalis videatur; tamen quemadmodum nobis notum est, disciplinæ fundamento; videlicet litteralis scientiæ peritia indiget, quæ virtus, quàm sit non modo Episcopis, verùm etiam sacerdotibus necessaria, ipse satis intelligis; cùm nullus sine ea, aut alios docere, aut sese possit defendere. *Gregor. vij. lib. ix. regist. epist. 2. in medio.*

CAP. V.

Episcopo scripturarum scientia necessaria est: quia si Episcopo tantùm sit sancta vita, sibi soli potest prodesse sic viuens: porro si & doctrina fuerit eruditus, potest cæteros quoque instruere, & docere suos, & aduersarios repercutere, qui nisi refutati fuerint, atque conuicti, facile possunt simplicium corda peruertere. *Isidor. lib. 2. c. 6. de eccle. offi. apud Aquisgr. c. 9.*

16.q.7. c.14. coni, irritam manere ex canone dicente. [Si quis Episcopus sæcularibus magistratibus vsus, per eos Ecclesiam obtinuerit, deponatur, & excommunicetur. & omnes qui cum eo communicant. Oportet enim eum, qui est prouehendus ad Episcopatum, ab Episcopis eligi, vt est Nicææ constitutum. *Nica.ij.c.3. Apost.30. C.31. L. Nica. c. 4. Burch. lib. 3. cap. 109. Iuo par. 3. cap. 85. & par. 5. c. 119. & cap. 120 decr. Ansel. lib. 6. c. 5. Deus d. c. 1. & 4. Tarrac. lib. 1. cap. 46. Cæsar. lib. 3. c. 64.*

CAP. II.

Apostolicis, & synodicis canonibus promotiones, & consecrationes Episcoporum, & potentatu, & præceptione Principum factas, penitus interdicentibus, concordantes definimus, & sententiam nos quoque proferimus: vt si quis Episcopus per versutiam, vel tyrannidem Principum huiusmodi dignitatis consecrationem susceperit, deponatur omnimodis, vtpote qui non ex voluntate Dei, & ritu, ac decreto Ecclesiastico; sed ex voluntate carnalis sensus, & ex hominibus, & per homines Dei donum possidere voluit, vel consensit. *Synod. viij. CP. sub Hadr. ij. c. 12.*

CAP. III.

c.1. & 2. Dist. 63. Promotiones, atque consecrationes Episcoporum, concordans prioribus conciliis, electione, ac decreto Episcoporum collegij fieri sancta hæc, & vniuersalis synodus, definit, & statuit, atque iure promulgat, neminem laïcorum Principum, vel potentum semet inserere electioni, vel promotioni Patriarchæ, vel Metropolitæ, aut cuiuslibet Episcopi, ne videlicet inordinata hinc, & incongrua fiat confusio, vel contentio præsertim cùm nullam in talibus potestatem quemquam potestatiuorum, vel cæterorum laïcorum habere conueniat; sed potius silere, ac attendere sibi, vsquequo regulariter à collegio Ecclesiæ suscipiat finem electio futuri Pontificis. Si verò quis laïcorum ad concordandum, & cooperandum ab Ecclesia inuitetur, licet huiusmodi cum reuerentia, si forte voluerit, obtemperare se asciscentibus, taliter enim sibi dignum pastorem regulariter ad Ecclesiæ suæ salutem promoueant. Quisquis autem sæcularium Principum, & potentatum, vel alterius dignitatis laïcus aduersus communem, & consonantem, atque canonicam electionem Ecclesiastici ordinis agere tentauerit; anathema sit, donec obediat, & consentiat, quod Ecclesia de ordinatione, & electione proprij Præsulis se velle monstrauerit. *Synod. viij. CP. sub Had. ij. c. 22. Iuo lib. 3. tit. 2. c. 1. panor. & par. 5. cap. 122. decr. Deusd. c. 1. Ansel. lib. 6. cap. 20. Cæsar. lib. 3. c. 63. Tarrac. lib. 1. c. 47.*

CAP. IV.

De elect. 41. Greg. ix. c. 10. eo. tit. in 4. collect. Quisquis electioni de se factæ per sæcularis potestatis abusum, consentire præsumpserit, contra canonicam libertatem; vt electionis commodo careat, & ineligibilis fiat, & absque dispensatione nō possit ad aliquam eligi dignitatem. Qui verò electionem huiusmodi, quam ipso iure irritam esse censemus, præsumpserint celebrare, ab officiis, & beneficiis per triennium suspendantur, eligendi tunc potestate priuati. *Innoc. iij. in concil. general. Lateranen. cap. 25.*

CAP. V.

Si Episcopus per sæculares potestates Ecclesiam assequatur; deponatur, & excommunicetur: & qui cum eo communicant. *Apo. 30. C. 31. L. Nica. ij. c. 3. Burch. l. 3. c. 109. Iuo par. 3. cap. 85. & par. 5. cap. 119. & 120. decr. Deusd. cap. 1.* 16. q. 7. si quis c. 14.

CAP. VI.

Inter cætera, quæ tua fraternitas agenda suscepit, hoc attentissimè perpendat, & exequi studeat, vt congregatis omnibus, & in conuentu residentibus manifesta personanti denuntiatione interdicat; vt conseruanda deinceps in promouendis Episcopis canonica, & Apostolica auctoritate, nullus Metropolitanorum, aut quiuis Episcoporum alicui, qui à laïca persona donum Episcopatus susceperit, ad consecrandum illum imponere manum audeat, nisi dignitatis suæ honore, officióque carere & ipse velit. Similiter etiā, vt nulla potestas, aut aliqua persona de huiusmodi honoris donatione, vel acceptatione vlterius se intromittere debeat. Qui præsumpserit, eadem sententia, & animaduersionis censura, quam beatus Hadrianus, Papa in octaua synodo de huiusmodi præsumptoribus, & sacræ auctoritatis corruptoribus statuit, atque firmauit, se astrictum, ac ligatum fore cognoscat. *Greg. vij. lib. 4. reg. ep. 22. in fin.*

CAP. VII.

Si per ordinationem Regiam honoris istius (*Episcopatus*) culmen peruadere aliquis nimia temeritate præsumpserit; à comprouincialibus loci ipsius Episcopus recipi nullatenus mereatur, quem indebitè assumptum agnoscunt. Si quis de eis recipere eum cōtra indicta † præsumpserit; sit à fratribus omnibus segregatus, & ab ipsorum omnium caritate remotus. Nam de actis ordinationibus Pontificum ita conuenit, vt coniuncti Metropolitanus cum suis cōprouincialibus Episcopis, vel quos vicinos Episcopos eligere voluerit, in loco, vbi conuenerit, iuxta antiqua statuta canonū, omnia communi consilio, & sententia decernātur. *Par. 8.* † interdicta f.

CAP. VIII.

Decreuit sancta synodus, vt nullus Episcopus, &c. accipiat de manu Regis, vel Comitis vel cuiuslibet laïcæ personæ donum Episcopatus. Sed Episcopus à suo Metropolitano, &c. *Pictau. c. 1.*

CAP. IX.

Nescio, an sint Episcopi, nec in Christi sacerdotibus eos enumerauerim; qui à profanis manibus ad hoc, vt præsint, promoti sunt ad dissolutionem fidei. *Basilius epist. ad Nicopolitanos.*

Ne quisquam per simoniam eligatur, aut consecretur Episcopus. Tit. XIII.

CAPVT I.

1. q. 1. c. 8. SI quis Episcopus propter pecuniam ordinationem fecerit, & in venditionem reduxerit inæstimabilem gratiam, & ita ordinauerit Episcopum, chorepiscopum, presbyterum, diaconum, clericum, aut præfecerit propter pecuniam œconomum, vel defensorem, vel paramonarium, vel quem alium: si quis id fecisse conuincatur, de suo gradu periclitetur; & ordinatus nihil consequatur; sed sit alienus ab honore, & cura, quod nummis quærebat. Si quis mediator fuit, clericus à gradu cadat; laïcus, vel monachus anathematizetur. *Chalced. 2. Nican. ij. cap. 5. Paris. sub Ludou. & Loth. lib. 1. c. 11. Capitul. lib. 1. cap. 19. Burch. lib. 1. cap. 112. Iuo lib. 3. tit. 9. cap. 3. panor. & par. 5. cap. 118. decr. Anselm. lib. 6. cap. 81. Cæsar. lib. 4. c. 21.*

Cap. II.

De simo. c. 9. Gre. ix. & c. 8. eo. ti. in 1. collect. In quibusdam Ecclesiis locum venalitas perhibetur habere, ita vt pro Episcopis, vel Abbatibus, seu quibuscunque personis Ecclesiasticis ponendis in sede, seu introducendis presbyteris in Ecclesiam, &c. aliquid exigatur, &c. ne hoc de cætero fiat districtius inhibemus. *Alex. iij. in concil. Later. c. 7.*

Cap. III.

De simo. c. 39. Gr. ix. & c. 3. eo. tit. in 4. collect. Sicut pro certo didicimus, in plerisque locis, & à plurimis personis, quasi columbas in templo vendentibus, fiunt exactiones, & extorsiones turpes, & prauæ pro consecrationibus Episcoporum, benedictionibus Abbatum, & ordinibus clericorum; &c. tantum abolere volentes abusum, consuetudinem huiusmodi penitus reprobamus, firmiter statuentes; vt pro his, siue conferendis, siue collatis, nemo aliquid quocumque prætextu exigere, ac extorquere præsumat. *Innoc. iij. in concil. gener. Lateran. c. 63.*

Cap. IV.

Polychronius Hierosolymitanus Episcopus, non nisi accepta remuneratione ordinabat presbyteros, diaconos, Episcopos Æthiopes, Ægyptios, in suo gremio vrbis, quod canon damnat. *Concil. Xyst. iij. c. 6. & 7.*

Cap. V.

c. 5. de simo. Gre. ix. & in 1. collect. 1. q. 2. c. 3. nullus. & c. 4. sicut. Nihil vnquam de ordinationibus accipiendum esse constituo, neque ex datione pallij, neque ex traditione chartarum, neque ex ea, quam noua per ambitionem simulatio inuenit, appellatione pastelli. Quia enim ordinando Episcopo Pontifex manum imponit, Euangelicam verò lectionem minister legit, cõfirmationis verò huius Epistolam notarius [illegible] sicut Pontificem manum non decet, quam impo[illegible]t, vendere; ita minister, vel notarius non debet in ordinatione eius vocem suam, vel calamum venundare. *Greg. in syn. Rom. c. 5. & lib. 4. ep. 44. [illegible] 88. Iuo lib. 3. tit. 2. c. 7. panor. & par. 5. c. 109. decr. Ans. lib. 6. c. 83.*

Cap. VI.

Cauere oportet vnumquemque sacerdoté, ne præmiis videatur consecrari, vt non exemplo Simoniaci † in condemnationem, & laqueum incidat Diaboli, quia tam factus, quàm etiam faciens honore debitè † sunt condemnandi. *syn. Rom. sub Eug. ij. & Leon. 4. c. 2.* († simonis Magi. f. † adepto indebitè.)

Cap. VII.

Quidquid in sacris ordinibus, vel in Ecclesiasticis rebus data, vel promissa pecunia ac-quisitum est, nos irritum esse, nullasque vires obtinere censemus. *Vrban. ij. in conc. Placen. c. 2. al. in conc. Claramon. Cæsar. lib. 4. c. 33.* 1. q. 3. c. 5.

Cap. VIII.

Episcopus, presbyter, diaconus, per pecuniam factus deponatur, & qui eum ordinauit, & abuciatur etiam à communione, vt Simon Magus à Petro. *Ap. 29. G. 30. L. refert Nica. ij. c. 5. Capit. l. 1. c. 19. Iuo p. 5. c. 78. decr.* 1. q. 1. cons. c. 21.

Cap. IX.

Quos constiterit indignos meritis sacram mercatos esse pretio dignitatem, conuictos oportet arceri, non sine periculo facinus tale perpetrantes. *Gelas. ep. 1. cap. 26. Burch. lib. 1. c. 22. Iuo par. 5. c. 76. decret. Deusd. c. 2. Cæsar. lib. 4. cap. 5.* 1. q. 1. c. 6.

Cap. X.

Qui non Dei gratia, sed promissione rerum Ecclesiasticarum præmissa; ad sacerdotium conantur accedere, desideriorum talium reprimantur effectus. Qui autem ab huiusmodi se intentione non cohibent, vindictis canonum sciant se sine dubitatione subiiciendos, &c. *Symmach. ep. 1. c. 2.*

Cap. XI.

Nullus per ambitum ad Episcopalem honorem permittatur accedere, nam cùm hic excessus in laïca conuersatione culpetur; quis dubitat, quod religiosis, & Deo seruientibus inurat opprobrium? [Si quis Episcopatum desiderat, data pecunia potentes personas minimè suffragatrices adhibeat, nec ad decretũ sibi faciendum clericos, vel ciues subscribere, adhibito cuiuslibet generis timore, compellat, vel præmiis aliquibus hortetur. Decretum sine visitatoris præsentia nemo conficiat, cuius testimonio, clericorum ac ciuium possit vnanimitas declarari. *Symma. ep. 1. c. 5. Anselm. lib. 6. c. 66.* 2. q. 1. c. 118. 1. q. 6. c. 1.

Cap. XII.

Ne benedictionem per impositionem manus, quę diuina esse creditur, quis pretio comparet; quoniam ante oculos esse conuenit, quod Simon Spiritum sanctum volẽs redemptione mercari, Apostoli fuerit detestatione percussus. Tũc deinde, quis non vile putat esse, quod venditur? &c. néve ille se à culpa æstimet alienum, qui, etsi ipse quidem à redemptione liber initiauerit benedictione mystica sacerdotem, attamẽ ad alterius redempti volun- *Act. c. 8. d.*

[illegible] Lico [illegible] ta, [illegible] pe [illegible] ezio [illegible] [illegible] ... [illegible] *Aurel.* ... *dec.*

CAP. XIII.

N[illegible] Episcoporum ordinatio- [illegible] [illegible] *Aur.* [illegible]

CAP. XIV.

Nullum Episcopum per præmia, aut comparatione [illegible] ipsi, sed voluntate Regis, iuxta [illegible] onem cleri, ac plebis, sicut in antiquis canonibus continetur scriptum, consensu cleri, ac plebis à Metropolitano, vel quem vice sua permiserit, cum comprouincialibus Pontifex consecretur, &c. eum, qui per præmia ordinatus fuerit, statuimus remouendum. *Aurel. 5. c. 10.*

CAP. XV.

1. q. 1. c. 7. Reperiuntur quam plurimi negotio muneris perituri mercari velle gratiam Spiritus sancti, dum vile præmium donant, vt Pontificalis ordinis sublime culmen accipiant, obliti verborum Petri, qui dixit ad Simonem:

Act. 8. d. Pecunia tecum sit in perditionem, quoniam donum Dei existimasti per pecuniam possideri, &c. Quicumque deinceps propter accipiendam sacerdotij dignitatem, quodlibet præmium fuerit detectus obtulisse; ex eodem tempore se nouerit anathematis opprobrio condemnatum, atque à participatione Christi corporis, & sanguinis alienum. *Tolet. viij. c. 3. Iuo par. 5. c. 83 decr. Ansel. lib. 6. c. 78.*

CAP. XVI.

Nullus Episcopus, nec presbyter, vel Abbas, seu diaconus per præmium ad sacrum ordinem penitus accedat. Quod qui fecerit, ipso honore, quem præmiis comparere præsumpserit, omnino priuetur. *Cabil. c. 16.*

CAP. XVII.

Cum quisque Pontificale culmen ante Domini altare percepturus accesserit, sacramenti exactione astringatur, quod pro conferenda sibi consecratione honoris, nulli personæ cuiuslibet præmij collationem, vel aliquando dedisset, vel aliquando in futurum date procuret, &c. per præmium ordinatos, vt vere simoniacos ab Ecclesia separandos, id est, duorum annorum spatio exilio relegari, & digna satisfactione, vel excommunicationis sententia coërcit [illegible] honoris gradum, quem præmiis emerant, lacrymis conq[illegible] reparare intendant, vnde [illegible] satisfactio [illegible] [illegible] communio- [illegible] sed & [illegible] o, & totius [illegible] officio a quibus [illegible] fuerant [illegible]

CAP. XVIII.

Episcopus, vel qui [illegible] am [illegible] deponatur ipse, & qui eum ordina[illegible]

CAP. [illegible]IX.

[illegible] ad [illegible]

CAP. XX.

Pr[illegible] per quos & religio Christiana conseruare, & cæteri ab [illegible] debent saluari, [illegible] postha[illegible] simoniaca peste eliguntur, quales & Apostolicus sermo, & canonicus ordo, & beati Gregorij [illegible] regula docet, [illegible] cet [illegible] gratia, nisi Dei [illegible] eligantur, quoniam [illegible] aliquo munere præsentis, futuræque retributionis, vel pro qualibet alia re, quæ contraria esse possit veritati, diuinæque auctoritati eligitur, quam diuina auctoritas [illegible], quod in huiuscemodi facto Deus offendatur; & taliter electo, & his, quibus præficitur, quin scandalum generetur, dubium non est. Proinde oportet, vt in electione, & ordinatione sacerdotis, valde exceranda simoniaca hæresis, quæ propter quorundam auaritiam, & ambitionem modernis temporibus dignitatem sacerdotalem suscitate comprobatur, nihil [illegible] detestandi iuris habeat. *Paris. sub Lud. & Loth. lib. 1. cap. 11.*

CAP. XXI.

Nullus Episcopale ministerium per ambitionem munerum attentare præsumat. *Aquisgr. ij. sub Ludou. part. 1. c. 1.*

CAP. XXII.

Monemus, vt quandocumque Deo dispensante, quilibet Episcopus ad Dominum migrauerit, submota funditus peste simoniacæ hæreseos, sine dilatione iuxta auctoritatem, sedes vacans Episcopum à vobis regulariter designatum, & gratia sancti Spiritus consecratum accipiat. *Concil. habitum in Theodonis villa, apud syno. Meld. c. 8.*

CAP. XXIII.

Vt nemo Episcopatum, Abbatiam, Archidiaconatum, Archipresbyteratum, præbendam, vel alios Ecclesiasticos honores, vel in duabus Ecclesiis prælationes exerceat, nisi in vna tantum. Et neutrum horum quisquam per pecuniam adquirat. Et quicumque tali modo iam adquisiisse comprobantur, omni remota occasione deponantur. *Pictauien. c. 2.*

CAP. XXIV.

Scimus, diuinos canones, omnes accipientes, aut dantes quidpiam in ordinatione sacerdotali, excommunicare, & à [illegible] n-ctitate repellere, &c. Omnis igitur Episcopus, aut diaconus constitutus, quod per [illegible] aut largitione ordinationem obtinuit, ab Episcopatu excidit. *Taras.* [illegible] *P. ad Ioann. pres.* [illegible] *ante med.*

CAP. [illegible]

Si quis [illegible] a Ecclesi[illegible] vsque ad [illegible] patu [illegible] aurum [illegible] missi [illegible] ficiat [illegible] quia [illegible] *Pelagius in* [illegible]

Communia de electione Episcopi.
Tit. XIV.

CAPVT I.

Dist. 65. sane ... & 2. non debet. SI com[illegible] ... decreto rationabi- [illegible] & [illegible] Ecclesiastica regulam [illegible] aut tres Episcopi) propter contentiones proprias contradicunt (ordinationi Episcopi) obtineat sententia plurimorum. *Nicæn. c. 6. Mart. Brac. c. 3.*

CAP. II.

De elect. c. 6. Gre. ix. & c. cum, in 1. coll. Si à paucioribus aliquis, quam à duabus partibus fuerit electus ad Apostolatus officium, nisi maior concordia intercesserit, nullatenus assumatur, & prædictæ pœnæ subiaceat, si humiliter noluerit abstinere. Ex hoc tamen nullum canonicis constitutionibus, & alijs Ecclesiasticis præiudicium generetur, in quibus maioris, & sanioris partis debet sententia prævalere, quia quod in eis dubium venerit, superioris poterit iudicio definiri, &c. *Alex. iij. in conc. Later. c. 1.*

CAP. III.

De elect. 41. Greg. ix. & c. 8. eod tit. in 4. coll Ne pro defectu pastoris gregem dominicum lupus rapax inuadat, &c. statuimus, vt vltra tres menses cathedralis, vel regularis Ecclesia Prælato non vacet, infra quos iusto impedimento cessante, si electio celebrata non fuerit, qui eligere debuerant, eligendi potestas ad eum, qui proxime præesse dignoscitur, deuoluatur. Is vero, ad quẽ deuoluta fuerit potestas, non differat vltra tres menses viduatam Ecclesiam de persona idonea ipsius quidem Ecclesiæ, vel alterius, si digna non reperiatur in illa, canonice ordinare, si canonicam voluerit effugere vltionem *Innoc. iij. in conc. gen. Later. c. 23.*

CAP. IV.

Apud Greg. ix. de el. c. 42 & c. eo. tit. in 4. coll. Quia propter electionem formas diuersas, quas quidam inuenire conantur, & multa impedimenta proueniunt, & magna pericula imminent Ecclesijs viduatis: statuimus, vt cum electio fuerit celebranda, præsentibus omnibus, qui debent, & volunt, & possunt cōmode interesse, assumantur tres de collegio fide dignis, qui secreto, & singulatim voces† [illegible] diligenter exquirant. Et in scriptis [illegible] publicent in communi, nullo prorsus appellationis obstaculo interiecto, vt [illegible] collatione adhibita eligatur, in quem omnes, [illegible] maior, vel † sanior pars Capituli consentit. V[illegible] eligendi potestas aliqui[illegible] committatur, qui vice om[illegible] viduatæ prouideant de Pasto[illegible] valeat, nisi forte [illegible] [illegible] absque vitio cele[illegible] tara [illegible] dicimus; ne quis in ele[illegible] [illegible] [illegible] ebeat a [illegible] [illegible] [illegible] detentus venire non possit, super quo, si fuerit opus, fidem faciat iuramento, & tunc, si voluerit, vni committat de ipso collegio vicem † suam. Electiones quoque clandestinas reprobamus, statuentes, vt quam cito electio fuerit celebrata, solemniter publicetur. *Innoc. iij. in conc. gen. Later. c. 24.*

† vocem.

CAP. V.

Dist. 63. c. 35. Quoniam vltra tres menses vacare Ecclesias prolibent sanctiones, sub anathemate interdicimus, ne Canonici de sede Episcopali, ab electione Episcoporum excludant religiosos, sed eorum consilio honesta, & idonea persona in Episcopum eligatur. Quod si exclusis eisdem religiosis electio fuerit celebrata, quod absque eorum assensu, & conuenientia factum fuerit, irritum habeatur, & vacuum. *Innoc. ij. in conc. Rom. c. 22.*

CAP. VI.

Dist. 23. illud c. 5. Si ad electionem Episcopi venimus, & nascatur controuersia, tres soli Episcopi non sufficiant ad absolutionem: sed vnus, aut duo alij addantur; & coram populo, cui ordinandus est, examinentur primo personę contradicentium, deinde quæ opponuntur; & cum purgatus fuerit in conspectu populi, ordinetur. *Carth. 51. G. Carth. iij. c. 40. L. Afr. 17. L. Burch. lib. 1. c. 6. Iuo par. 5. c. 60. decr. Anselm. lib. 6. c. 55.*

CAP. VII.

Dist. 63. cum longe. c. 25. In quibusdam ciuitatibus, decedentibus Episcopis proprijs, dum differtur diu ordinatio successoris, non minima creatur officiorum diuinorum offensio, dum tractu terrarum cōmeantium nuntiorum celeritas impeditur; quo aut non queat Regis auribus decedentis Præsulis transitus innotesci, aut de successore morientis Episcopi libera Principis electio præstari. Nascitur sæpe & nostro ordini de relatione talium difficultas, & Regiæ potestati, dũ consultum nostrum pro subrogandis Pontificibus sustinet iniuriosa necessitas. Vnde placuit omnibus Pontificibus Hispaniæ, atque Galliæ, † saluo Priuilegio vniuscuiusque † prouinciæ, vt licitum maneat deinceps Toletano Pontifici, quoscunque Regalis potestas elegerit, & dicti Toletani Pontificis iudicium dignos esse probauerit, in quibuslibet prouincijs in præcedentium † sedibus præficere Præsules, vt decedentibus Episcopis eligere successores. Sic tamen, vt quisquis ille fuerit ordinatus, post ordinationis suæ tempus, intra trium mensium spatium, proprij Metropolitani præsentiam visurus accedat; qualiter eius auctoritate, vel disciplina instructus, condignæ susceptæ sedis gubernacula teneat. Si non se præsentauerit, excommunicatum se per omnia nouerit, excepto si Regia iussione impeditum se esse probauerit. Hanc formulam sicut de Episcopis, ita de cæteris Ecclesiarum rectoribus placuit obseruandam. *Tol. xij. c. 6.*

† Galliciæ.
Electio Regis fuit la erat præsentatio.
† præcedentium.

CAP. VIII.

[illegible] dum iuxta meritum plebium eligunt personæ rectorum, vnde nouerint populi,

to [illegible] me [illegible] e [illegible] *6. de cele[illegible] .ef[illegible] . apud Aquisgr.* [illegible] *Rab[illegible]* [illegible] *4 de inst. cleric.*

Cap. IX.

Qui ad [illegible] sacerdotium prouehitur, de [illegible] ob [illegible] cogitur, o[illegible] a [illegible] les [illegible] obetur. *Synod. apud S. Medard. in can[illegible] incmari.*

Cap. X.

Si quando alicuius ciuitatis Episcopus vocatione Domini decesserit; à gloriosissimo Principe supplicando postuletur, vt canonicam electionem clero, & populo ipsius ciuitatis permittere dignetur, &c. Sed & si a seruis pij Principis nostri aliquis clericorum venerit, vt alicui ciuitati præponatur Episcopus, timore casto sollicite examinetur. Nec præsumat litterarum, & cupiditate nimia cæcatum, redditurus facti sui rationem, populo Dei præficere. Si necessarium idem Metropolitanus viderit, ne tantum malum cogatur agere, vt indebito honorem, bonis tantum debitum tradat; instruat populum, informet clerum, potius adire clementiam Imperialem, & ipse cum coepiscopis, quibus valuerit modis, adeat, vt Ecclesiam Dei gloriosus Imperator digno honoret ministro. *Valent. sub Loth. c. 7.*

Cap. XI.

Non liceat electionem facere eorum, qui ad sacerdotium prouocantur; sed iudicium sit Episcoporum: vt ipsi eum, qui ordinandus est, probent, si in sermone, & in fide, & in Episcopali vita edoctus est. *Tullen. par. vlt. c. 2.*

Cap. XII.

Clerus Mimidonensis Ecclesię presbyterum nomine Druogonem vocatum, Episcopum vnanimi consensu ad Episcopalem promoueri ordinem petierunt: quorum petitioni effectum præbentes, ad pastorale eum promouimus officium. *Coloniens. sub Carolo iu. c. 1.*

Qui dignus est Episcopatu, non debet illum recusare. Tit. XV.

CAPVT I.

Illud intuere, quia si periculum peccati timens, suscipere refugis Ecclesiæ gubernacula, certus esto, quia amplius peccas, quam si populum Dei velut in fluctibus positum, & periclitantem, cum iuuare possis, subterfugis, tuam tantummodo habens considerationem, & non quod in commune omnibus expedit, prouidens. *Clemens ep. 1. ad Iac. in prin.*

Cap. II.

Virtutibus pol[illegible]s coa[illegible]us ad regi[illegible]en veniat, virtutibus va[illegible] n[illegible] coactus accedat. Ille si omnino ren[illegible], c[illegible]eat, ne acceptam pecuniam in sudario ligans, de eius occultatione iudicetur, &c. Iste cum [illegible]n appe[illegible] attendat, ne per exe[illegible]m boni operis Pharisæorum more ad ingressum regni rendentibus obstaculum [illegible], qui iuxta summi magistri vocem, nec [illegible]trant, nec alios intrare permittunt. Consider[illegible] quoque *Matth. 23. b.*
est, quia cum causam populi electus Præsul [illegible]pr[illegible] quasi ad ægrum medicus accedit. Si ergo adhuc in eius opere passiones viuunt, qua [illegible] præsumptione percussum mederi properat, qui in facie vulnus portat? *Greg. cap. 9 lib. 1. pastor. apud Aquisgr. c. 14.*

Cap. III.

Sunt nonnulli, qui eximia virtutum dona percipiunt, & pro excitatione cæterorum magnis muneribus exaltantur, qui studio castitatis mundi, abstinentiæ robore validi, doctrinæ dapibus referti, patientiæ longanimitate humiles, auctoritatis fortitudine erecti, pietatis gratia benigni, iustitiæ seueritate districti sunt, qui nimirum culmen regiminis, si vocati suscipere renuunt; ipsa sibi plerumque dona adimunt, quæ non pro se tantummodo, sed etiam pro aliis acceperunt. Cumque sua, & non aliorum lucra cogitant; ipsi *Matth. 5. b.*
se, quæ priuata habere appetunt, bonis priuant, &c. Non potest ciuitas abscondi, &c. Si *Ioan. 21.*
diligis me, pasce oues meas, si ergo dilectionis est testimonium cura pastionis; quisquis virtutibus pollens gregem Dei tenuit pascere, pastorem summum conuincitur non amare, &c. Sunt nonnulli, qui magnis muneribus ditati, dum solius contemplationis studiis inardescunt, parere vtilitati proximorum in prædicatione refugiunt, secretum quietis diligunt, secessum speculationis appetunt, de quo si districte iudicentur, ex tantis proculdubio rei sunt, quantis venientes ad publicum prodesse potuerunt, &c. Sunt nonulli, qui ex sola humilitate refugiunt; ne iis, quibus se impares æstimant, præferantur, quorum profecto humilitas, si cæteris quoque virtutibus cingitur, tunc ante oculos Dei vera est, cum ad respuendum hoc, quod vtiliter subire præcipitur, pertinax non est, &c. *Greg. lib. 1 pastor. c. 5. & c. 6. apud Aquisgr. c. 17.*

Cap. IV.

Vir Ecclesiasticus, & crucifigi mundo per mortificationem propriæ carnis debet, & dispensationem Ecclesiastici ordinis, si ex Dei voluntate prouenerit, nolens quidem, sed humilis, gubernandam suscipiat. Multis intercipit Sathanas fraudibus eos, qui sensus, & vitæ vtilitate præstantes, præesse, & prodesse aliis nolunt. Et dum eis regimen animarum imponitur, renuunt, consultius arbitrantes, otiosam vitam degere, quam lucris animarum insistere. Quod tamen decepti agunt, per argumentum Diaboli fallentis eos per speciem boni; vt dum illos a pastorali officio retrahit, nequaquam proficiant, qui eorum verbis, atque exemplis instrui poterant. [illegible] *lib. 3. de summo bon. c. 33. apud Aquisgr. cap. 18.*

De confirmatione electionis Episcopi. Tit. XVI.

CAPVT I.

Cum (Episcopus) electus fuerit, & confirmationem acceperit, & Ecclesiarum bonorum ... habuerit, ... ad quem spectant beneficia, ... liberam habeat facultatem. *Alex. iij. in conc. Later. c. 3.*

CAP. II.

Nihil est, quod Ecclesiae Dei magis officiat, quam quod indigni assumantur Praelati ad regimen animarum, &c. Sancimus, quatenus ... quisquam fuerit ad regimen animarum assumptus, ... ad quem pertinet ... confirmatio diligenter examinet & electionis processum, & personam electi: vt cum omnia rite concurrerint munus ei confirmationis impendat, quia si secus fuerit incaute praesumptum, non solum deiciendus est indigne promotus; verum etiam indigne promouens puniendus. Ipsum quoque decernimus hac animaduersione puniri; vt cum de ipsius constiterit negligentia, maxime si hominem insufficientis scientiae, vel inhonestae vitae, aut aetatis illegitimae approbauerit; non solum confirmandi primum successorem illius careat potestate; verum etiam, ne aliquo casu poenam effugiat, à perceptione proprij beneficij suspendatur, quousque si aequum fuerit, indulgentiam valeat promereri, si conuictus fuerit, hoc per malitiam excessisse; grauiori subiaceat vltioni. Ceterum qui ad Romanum pertinent immediate Pont. ad percipiendam sui confirmationem officij, &c. veniant, &c. *Innoc. iij. in conc. gen. Later. c. 26.*

CAP. III.

Dist. 65. c. 4. De persona consecrandi Episcopum, & de cleri, plebisque consensu, Metropolitanus Episcopus ad fraternitatem tuam referat, quodque in prouincia bene placuit, scire te faciat, vt ordinationem rite celebrandam, tua quoque firmet auctoritas. *Leo epist. 82. vel 84. ad Anast. Thessal. Epis. c. 6. Iuo par. 5. c. 348. decr. Deusd. c. 1.*

CAP. IV.

Porrexit (*Hincmarus Archiepiscopus Remensis*) Epistolam, totius Galliae Episcopis manibus subterscriptam ad Apostolicam sedem pro confirmatione ipsius ordinationis, &c. *Suess. apud S. Medard. in causa Hincmari.*

De numero Episcoporum, qui interesse debent consecrationi Episcopi. Tit. XVII.

CAPVT I.

E[piscopum] ... [illegible]

[illegible] ... vel propter vrgentem necessitatem, vel propter ... tres conueniant, absentes ... suffragium ... & ... Auctoritate ... Metropolitani ... in singulis prouinciis ... imperat. *Nic. 4. refertur. Nic. 2. c. 3. Vide ... Brac. 2. Ioann. iij. ep. vn. Iuo par. 5. c. 11. decr. Ansel. lib. 6. c. 48. Caesar. lib. 3. c. 26.*

CAP. II.

Episcopus à duobus, vel tribus Episcopis ordinetur. *Ap. 1. Ans. lib. 6. c. 3.*

CAP. III.

Dist. 64. cap. 2. & Dist. 75. cap. 1. Ordinationes Episcoporum ... auctoritate Apostolica ab omnibus, qui in eadem fuerint prouincia Episcopis, sunt celebrandae, &c. Quod si simul omnes conuenire minime potuerint, assensum tamen suis precibus praebeant, † *episcopus.* vt ab ipsa ordinatione animo non desint. Porro & Hierosolymitarum primus Archiepiscopus beatus Iacobus, qui Iustus dicebatur, & secundum carnem Domini nuncupatus est frater, à Petro, Iacobo, & Ioanne Apostolis est ordinatus, successoribus videlicet dantibus formam, vt non minus, quam a tribus Episcopis, reliquisque omnibus assensum praebentibus, vllatenus Episcopus ordinetur, & communi voto ordinatio celebretur. Dist. 66. cap. 2. [Reliqui vero sacerdotes à proprio ordinentur Episcopo, ita vt ciues, & alij sacerdotes assensum praebeant, & ieiunantes ordinationem celebrent. Similiter & diaconi ordinentur. Caeterorum autem graduum distributioni trium veracium testimonium, cum Episcopi scilicet probatione, sufficere potest. Dist. 67. c. 1. *Anacl. ep. 2. in prin. Vide Anicet. ep. 1. in prin. Burch. lib. 1. c. 15. Iuo lib. 3. tit. 2. c. 5 & 1. panor. & par. 5. c. 69. decr. Ansel. lib. 6. c. 47. Caesar. lib. 3. c. 19. Tarrac. lil. 3. c. 42.*

CAP. IV.

Quod Episcopus non ab vno, sed à cunctis, consensu, aut praesentia comprouincialium est ordinandus, & non minus, quam à tribus, caeteris consentientibus cunctis, idcirco instituente Domino fieri iubetur, ne aliquid contra fidem Ecclesiae, vnius tyrannica auctoritas molirctur, & regula, vel fides confundetur credentium. *Anacl. ep. 2. post med. Isid. lib. 2. c. 6. de eccl. offic. apud Aquisgr. c. 9. Raban. lib. 1. c. 4. de instit. cleric.*

CAP. V.

Episcopus non ab vno, sed à pluribus debet Episcopis ordinari. *Anacl. ep. 3. in princ. Burch. lib. 1. c. 4. Iuo par. 5. c. 58. & 98. decr.* Dist. 80. cap. 3. Epis

CAP. VI.

De ordinationibus Episcoporum ... sancti praedecessoris nostri Anacleti ... nibus quaedam iam decreta reperimus ... mus enim beatissimum Iacobum ... fratrem Domini, a Petro, Iacobo, & Ioanne Apostolis Hierosolymorum Episcopum esse ordinatum. Si autem non minus, quàm à tribus Apostolis tantus vir fuit ordinatus Episcopus patet profecto eos, formam ... non a minus, quam à ...

Episcopis Episcopum ordinari debere. Sed crescente numero Episcoporum, nisi necessitas interuenerit, debent etiam plures augeri, id est; si Archiepiscopus diem obierit, & alter electus fuerit, omnes eiusdem prouinciæ Episcopi conueniant, &c. Reliqui vero [comprouinciales Episcopi, si necesse fuerit, cæteris consentientibus, a tribus, iussu Archiepiscopi, consecrari possunt Episcopi. Sed melius est, si ipse cum omnibus, eum, qui dignus est, elegerit, & cuncti pariter sacrauerint Pontificem. *Anicet. ep. 1. in prin. Vide Anacl. ep. 2. Burch. lib. 1. cap. 28. Iuo lib. 3. tit. 2. cap. 3. panor. & par. 5. c. 139. decr. Anselm. lib 6. c. 34.*

De temp. ordin. c. 6 Greg. ix. & c. 9. de electio. 1. collect. Dist. 64. c. 4.

CAP. VII.

Extra conscientiam sedis Apostolicæ, hoc est Primatis, nemo audeat ordinare. Integrū enim iudicium est, quod plurimorum sententia consequitur: † ne vnus Episcopus Episcopum ordinare præsumat propter arrogantiam, ne furtinum beneficium præstitum videatur, hoc enim in synodo Nicæna constat esse definitum. *Syricii epist. 4. cap. 1. & 2. apud concil. Telen. Innoc. ep. 2. cap. 1. Nicæ. c. 4. Ivo par. 5. c. 113. decr. Ansel. lib. 6. c. 50. Tarrac. lib. 3. c. 44.*

Dist. 64. c. 5. † consensu.

CAP. VIII.

Quod Episcopi non sint, qui minus quam à tribus sunt ordinati Episcopis, omnibus patet: quoniam prohibitum à sanctis est Patribus, vt qui ab vno, vel à duobus sunt ordinati Episcopis, nec nominentur Episcopi. *Damas. ep. 4. ante med. Ans. l. 7. c. 115. Tarrac. lib. 3. c. 79.*

Dist. 68. c. 5. Chorepiscop.

CAP. IX.

Nulla ratio sinit, vt inter Episcopos habeantur, qui neque à clericis sunt electi, neque à plebibus expetiti, neque à prouincialibus Episcopis cum Metropolitani iudicio consecrati. *Leo ep. 90. vel 92. ad Rustic. Epist. Narbon. c. 1. Viden. Eugen. 2. in syn. c. 5. Burch. lib. 1. c. 11. Iuo par. 5. cap. 65. decr. & ep. 21. Eudoni Dapifero. Deusd. c. 1. Ansel. lib. 6. c. 68. Cæsar. lib. 3. cap. 3. Tarrac. lib. 3. c. 6.*

Dist. 62. c. 1.

CAP. X.

In canone legitur Nicæno: Episcopum namque conuenit, &c. Omnia quoque maxima concilia affirmant, eum non esse Episcopum, qui minus quam à tribus Episcopis, auctoritate etiam Metropolitani, fuerit factus Episcopus. *Io. iii. ep. vni. post med. Vide Nicæ. c. 4.*

CAP. IX.

Si longinquitas itineris magna interiacet, vt Episcopi non facile valeant conuenire, an debeant sine aliorum Episcoporum præsentia Episcopi ordinari? Et quidem in Anglorum Ecclesia, in qua solus tu Episcopus inueniris, ordinare Episcopum, non aliter, nisi sine Episcopis potes. Nam quando de Gallis Episcopi veniunt, qui in ordinatione testes assistant? Sed & ita volumus Episcopos ordinare, vt ipsi sibi Episcopi longo interuallo minime disiungantur, &c. Cum Deo auctore fuerint Episcopi in propinquis sibi locis ordinati, tunc Episcoporum ordinatio, sine aggregatis tribus, vel quatuor Episcopis fieri non debet. *Greg. ad August. interr. 6. alias 8. Iuo lib. 3. tit. 2. c. 9. panor.*

Dist. 80. fraternitatem. c. vlt.

CAP. XII.

Quotiens Episcopum consecraueris, duo, vel tres conueniant tecum Episcopi, vt Deo sit gratum, quod geritur; vt eis conuenientibus ipsisque præsentibus, consecres. *Greg. ij. epist. 8. in fine.*

CAP. XIII.

De his, qui vsurpant sibi, quod soli debeant Episcopum ordinare, placuit, vt nullus hoc sibi præsumat, nisi assumptis secum aliis septē Episcopis; si tamen non potuerit septem, sine tribus fratribus non audeant ordinare. *Arel. i. c. 2.*

CAP. XIV.

Nullus Episcopus sine Metropolitani permissu, nec Episcopus Metropolitanus sine tribus Episcopis comprouincialibus, præsumat Episcopum ordinare, ita vt alij comprouinciales Epistolis admoneantur; vt se suo respōso consensisse significent, quod si inter partes aliqua fuerit dubitatio, maiori numero Metropolitanus in electione consentiat. *Arel. ij. c. 5. Burch. lib. 1. c. 27. Iuo lib. 3. tit. 2. c. 8. & p. 5. c. 138. decr.*

De temp. or. nec Episcopi c. 7. Greg. ix. & de elect. c. 4. in 1. coll.

CAP. XV.

Optimum esset, cum Metropolitano omnes prouinciæ Episcopos conuenire: & decet per Epistolam Metropolitanum eos conuocare, & si omnes comparent, recte est; si vero difficile id quidem est, plurimos cōuenire oportet, aut per litteras in eandem sententiam consentire; atque ita cum plurium siue præsentia, siue calculo ordinationem fieri. Si aliter, atque dictum est, fiat; non valeat ordinatio, si vero ita fiat, & aliqui contradicant, propter eorum contentionem, plurium sententia valeat. *Arel. 19. Mart. Brac. c. 3.*

Dist. 65. c. non debet, & c. 3. Episc.

CAP. XVI.

Electionem Episcopi oportet non aliter fieri, nisi cum synodo, & examine Episcoporum, qui post obitum quiescentis potestatē habent, eū, qui dignus extiterit, promouere. *Antioch. c. 23. Mart. Brac. c. 8. Burch. lib. 1. cap. 185. & 187. Iuo p. 5. c. 301. & 303. decr. Ans. lib. 6. cap. 57. Cæsar. lib. 3. c. 37.*

2. q. 1. Episcopo c. 3. & 4.

CAP. XVII.

Vt non liceat Episcopum, nisi à multis ordinari, vel si cogat necessitas, à tribus Episcopis, vt quod ab antiquis constitutum est, seruetur. Cum voluntate Primatis eius prouinciæ. *Carth. 13. G. Carth. iii. c. 12. L.*

CAP. XVIII.

Vetus forma seruetur, vt non pauciores tribus ad ordinationem Episcoporum conueniant. *Carth. 50. G. Carth. iij. c. 39. L. Afr. 16. L.*

Dist. 65. placet. c. 5.

CAP. XIX.

Ordinationem, quam canones irritam definiunt, nos quoque vacuādam esse censuimus, in qua prætermissa trium præsentia, nec expetitis comprouincialium litteris, Metropolitani quoque voluntate neglecta: prorsus nihil, quod Episcopum faceret, ostensum est. *Regien. 1. in fine. Vide. Taurin. cap. 2.*

CAP. XX.

Duo si præsumpserint ordinare Episcopum inuitum, auctoribus damnatis, vnius Ecclesiæ

Dist. 64. de abienti ano

c. 3. de electio. Greg. ix. c. 7. eo. tit. in 1. collect. eorum ipse, qui vim passus est, substituatur, si tamen vita respondet, & alter in alterius deiecti loco nihilominus ordinetur, si voluntarium duo fecerint, & ipse damnabitur, quo cautius ea, quæ sunt antiquitus instituta, seruentur. *Araus. 21. Burc. lib 1. c. 30. Ino li. 3. tit. 2. c. 13. panor. & par. 5. c. 141. decr.*

CAP. XXI.

Nullus Episcoporum admonente Metropolitano Episcopo, nisi certa tædij causa detentus, ad concilium, vel ordinationem consacerdotis venire penitus vlla excusatione detrectet. *Aurel. ij. cap. 1.*

CAP. XXII.

Episcopus in ciuitate, in qua decreto eligitur ordinandus, in sua Ecclesia, cui præfuturus est, constituatur. Sane si subito necessitas temporis hoc implere non patitur, licet melius esset in sua Ecclesia fieri, tamen aut sub præsentia Metropolitani, aut certe cum eius auctoritate intra prouinciam omnino à comprouincialibus ordinetur. *Aurel. iv. c. 5.*

CAP. XXIII.

Quod Episcopus non ab vno, sed à cunctis comprouincialibus Episcopis ordinetur, ideo est institutum, ne in eo aliquid contra fidem Ecclesiæ vnius tyrannica auctoritas moliretur. Propterea ab omnibus conuenientibus constituitur, ac non minus, quam à tribus præsentibus; ceteris tamen consentientibus testimonio litterarum. *Isidor. lib. 2. c. 6. de ecclesiast. offi. apud Aquisg. 9. Anacle. ep. 2. post med. Raban. lib. 1. c. 4. de instit. cleric.*

CAP. XXIV.

Hi, qui ordinandi sunt, secundum ordinem Ecclesiasticum, & institutiones sanctorum Patrum ordinentur, videlicet, vt Episcopi iudicio Metropolitanorum, & eorum Episcoporum qui circumcirca sunt, prouehantur ad Ecclesiasticam potestatem; ij videlicet, qui plurimo tempore probantur, tam verbo fidei, quam rectæ conuersationis exemplo. *Synod. Tullensis parte vltima, cap. 2.*

Episcopus non ordinetur sine consensu Metropolitani. Tit. XVIII.

CAPVT I.

Dist. 64. c. 1. Episcopi. & c. 7. Episcopũ. CVm Episcopus à tribus præsentibus, aliisque per litteras consentientibus ordinatur: auctoritas rerum gestarum in singulis prouinciis Metropolitano deferatur. *Nican. 4. Mart. Brac. cap. 2. Nican. ij. c. 3. Inno. ep. 2. ad Victori. cap. 1. Ioan. iij. ep. vn. in med. Ivo par. 5. cap. 117. decr. Ansel. lib. 6. cap. 48. Cæsar. lib. 3. cap. 26.*

CAP. II.

Dist. 64. c. 8. illud. & dist. 65. c. 1. Si quis sine Metropolitani voluntate fiat Episcopus, non sit Episcopus. Si vero communi omnium suffragio, & iuxta canonem Ecclesiasticum fiat, duo vero, vel tres ob contentionem solam contradicant, valeat plurium sententia. *Nican. 6. Antis. 19. 23. Chalc. act. 16. in med. Bonif. ep. 3. Ansel. li. 6. cap. 37. Cæsar. lib. 3. cap. 47.*

CAP. III.

Metropolitani Pontifices Asianæ, & Thraciæ diœceseos ab Archiepiscopo CP. ordinentur. Ipsi Episcopos in suis diœcesibus cum Episcopis prouincialibus ordinent. *Chalced. 28. G. vide CP. 2. & 3. G.*

CAP. IV.

Extra conscientiam Metropolitani Episcopi nullus audeat ordinare Episcopum. *Inno. ep. 2. c. 1. Vid. Telen. conc. & Syricep. 4. c. 1. Ivo par. 5. c. 113. decr. Ansel. lib. 6. c. 50. Tarrac. lib. 3. cap. 44.* *Dist. 64. c. 5.*

CAP. V.

Lucubensis † Ecclesiæ cleri ordo, vel plebis, preces suas, & lacrymas ad nos magno cum dolore miserunt, dicentes, coepiscopum nostrum Patroclum, sua petitione cessante, in locum decedentis Episcopi, nescio quem, in alia prouincia, prætermisso Metropolitano, contra Patrum regulas ordinasse. Quod nequaquam possumus ferre patienter, quia conuenit, nos paternarum sanctionum esse diligentes custodes. Nulli etenim videtur incognita synodi constitutio Nicænæ, quæ ita præcipit; Per vnamquamque prouinciam. &c. *Bonif. ep. 3. in med.* *† Lustenen.*

CAP. VI.

Si quisquam fratrum nostrorũ in quacumque prouincia decesserit, is sibi ordinationem vindicet sacerdotis, quẽ illius prouinciæ Metropolitanum esse constiterit. *Leo ep. 67. vel 87. ad Episcopos Viennen. prouin. post med.*

CAP. VII.

Si in aliam forte personam partium se vota diuiserint, Metropolitani iudicio is alteri præferatur, qui maioribus & studiis iuuatur, & meritis. *Leo epist. 82. vel 84. ad Anast. Thessalon. c. 5. Ino lib. 3. tit. 1. c. 6. panor. & par. 5. c. 347. decr. Deusd. c. 1. Ansel. lib. 6. c. 16.* *Dist. 63. si forte. cap. vlt.*

CAP. VIII.

Nulla ratio sinit, vt inter Episcopos habeantur, qui neque à clericis sunt electi, neque à plebibus expetiti, neque à prouincialibus Episcopis cum Metropolitani iudicio consecrati. *Leo ep. 90. vel 92. ad Rustic. Episc. Narbon. c. 1. Vide Eugen. ij. in syn. c. 5. Burch. lib. 1. c. 11. Ino par. 5. c. 65. Ansel. lib. 6, c. 68. Deusded. c. 1. Cæsar. lib. 3. c. 3. Tarrac. lib. 3. c. 6.* *Dist. 62. c. 1.*

CAP. IX.

Nullus præter notitiam, atque consensum fratris Ascanij Metropolitani aliquatenus consecretur Antistes, quia hoc & vetus ordo tenuit, hoc cccxviii. sanctorum Patrum definiuit auctoritas, cui quisquis obuias tetenderit manus, eorum se consortio facetur indignum, quorum præceptionibus resultauit. *Hilar. Papa ep. 1. cap. 1. Ascanio, & Episcopis Tarraconensis prouinciæ.*

CAP. X.

Licet ij, qui præter notitiam, atque con-

sensum tuæ dilectionis ordinati sunt sacerdotes, cum suis debuerint auctoribus submoueri: ne quid tamen in tanta necessitate decernamus austerum; eos, qui Episcopi facti sunt, ita volumus permanere, vt in Apostolicis præceptionibus, & statutis sanctorum Patrum non reperiantur obnoxij. *Hilar. ep. 3. ad Ascan. Episco. Tarracon. Metropol. in med.*

CAP. XI.

In canone legitur Nicæno: Episcopum conuenit maxime quidem ab omnibus qui sunt in prouincia Episcopis ordinari. Si autem hoc difficile fuerit, à tribus in idipsum conuenientibus, & absentibus consentientibus ordinatio celebretur. Firmitas autem eorum, quæ geruntur per vnamquamque prouinciam, Metropolitano tribuatur Episcopo. Omnia quoque maxima Concilia affirmant, eum non esse Episcopum, qui minus quam à tribus Episcopis, auctoritate etiam Metropolitani fuerit factus Episcopus. *Ioan. iij. epist. vnic. in med. Vid. Nic. cap. 4.*

CAP. XII.

De consecr. dist. c. 7. Greg. ix. & de elect. c. 4. Nullus Episcopus sine Metropolitani permissu, nec Episcopus Metropolitanus sine tribus Episcopis comprouincialibus præsumat Episcopum ordinare. *Arel. ij. c. 5. Burch. lib. 1. c. 27. iuo lib. 3. tit. 2. c. 8. panor. & p. 5. c. 138. decr.*

CAP. XIII.

Qui sine conscientia Metropolitani constitutus fuerit Episcopus, iuxta magnam synodum esse Episcopus non debet. *Arel. ij. cap. 6. Vide Nicæn. 6. in fin. Burch. libro 1. cap. 20. Iuo par. 5. cap. 74. decr.*

CAP. XIV.

Dist. 65. c. 3. & c. 2. non debet. Episcopus non ordinetur sine consensu, & præsentia Episcopi Metropoleos prouinciæ, optimumque esset, omnes Episcopos cum eo conuenire. *Antioch. c. 19. Mart. Brac. c. 3.*

CAP. XV.

Dist. 24. c. 4. & dist. 61. Episcoporum. c. 6. Episcopi, iudicio Metropolitanorum, & vicinorum Episcoporum ordinentur. *Laod. 12. Tullen. par. 2. c. 8. Capit. lib. 7. cap. 78. Burch. lib. 1. c. 9. Iuo par. 5. c. 63. decr.*

CAP. XVI.

Dist. 23. c. 2. qui Episcop. in fine. Cum conuentu totius prouinciæ Episcoporum maximeque Metropolitani, vel auctoritate, vel præsentia ordinetur Episcopus. *Carth. iv. cap. 1. Burch. lib. 1. cap. 8. Iuo par. 5. cap. 62. decr.*

CAP. XVII.

Dist. 65. c. 8. Si quis in Metropolitana ciuitate non fuerit Episcopus ordinatus, posteaquam susce pta benedictione per Metropolitani litteras honorem fuerit Episcopi adeptus, &c. statuto tempore, id est, impletis duobus mensibus se in Metropolitani sui præsentet aspectibus, vt ab illo monitis Ecclesiasticis instructus, plenius, quid obseruare debeat, recognoscat. Si non fecerit, in synodo increpatus à fratribus corrigatur. Si infirmitate aliqua, ne hoc impleat, fuerit impeditus? hoc suis litteris Metropolitano indicare procuret. *Tarrac. c. 5.*

CAP. XVIII.

Episcopatum desiderans electione clericorum, vel ciuium, consensu etiam Metropolitani eiusdem prouinciæ, Pontifex ordinetur. *Aruer. c. 2.*

CAP. XIX.

Licet melius esset in sua Ecclesia fieri, tamen aut sub præsentia Metropolitani, aut certe cum eius auctoritate, intra prouinciam omnino à comprouincialibus ordinetur Episcopus. *Aurel. 12. c. 5.*

CAP. XX.

Ne quis Britannum, aut Romanum in Armorico sine Metropolitani, aut comprouincialium voluntate, vel litteris, Episcopum ordinare præsumat, si quis contra hæc tentauerit, sententiam in anterioribus canonibus obseruet, & à caritate vsque ad maiorem synodum se cognoscat esse remotum. *Turon. ij. c. 9.*

CAP. XXI.

Nec ille deinceps sacerdos erit, quem nec clerus, nec populus propriæ ciuitatis elegerit, vel auctoritas Metropolitani, vel comprouincialium sacerdotum assensus non exquisiuit, &c. à tribus in sacerdotem die Dominica consecrabitur, conuenientibus cęteris, qui absentes sunt, litteris suis, & magis auctoritate, vel præsentia eius, qui est in Metropoli constitutus. Episcopus autem comprouincialis ibi consecrandus est, vbi Metropolitanus elegerit. Metropolitanus autem non, nisi in ciuitate Metropoli, & comprouincialibus ibidem conuenientibus. Si quis autem deinceps contra prædicta vetita canonum ad gradum Sacerdotij indignus aspirare contenderit; cum ordinatoribus suis adepti honoris periculo subiacebit. *Tolet. iv. cap. 18.* *Dist. 51. qui in aliquo. c. 5.*

CAP. XXII.

Decreuit sancta synodus, vt nullus Episcopus accipiat de manu Regis, vel Comitis, vel, cuiuslibet laïcæ personæ donum Episcopatus, &c. sed Episcopus à suo Metropolitano. *Pictau, cap. 1.*

De cærimoniis, quæ seruari debent in consecratione Episcopi.
Tit. XIX.

CAPVT I.

Patriarchæ à Sacerdotali catalogo propriæ manus scripta facere ad propriam tutelam, fauoremque suum, & quasi stabilitatem exigant, & compellant. Visum est sanctæ huic, & vniuersali synodo, nequaquam id ex hoc à quopiam fieri, excepto eo, quod secundum formam, & consuetudinem pro sincera fide nostra tempore consecrationis Episcoporum exigitur. *Synod. viij. CP. sub Hadr. c. 8.*

CAP. II.

Ordinationes Episcoporum auctoritate Apostolica ab omnibus qui in eadem fuerint Prouincia, Episcopis sunt celebrandæ, qui simul conuenientes scrutinium diligenter agant *Dist. 64. c. 2. & dist. 75. c. 1.*

ieiuniumque cum omnibus celebrent preci bus, & manus cum sanctis Euangeliis, quæ prædicaturi sunt, imponentes, dominica die, hora tertia orantes, sacta que vnctione exemplo Prophetarum & Regum, capita eorum more Apostolorum & Moysi, vngentes, quia omnis sanctificatio constat in Spiritu sancto, cuius virtus inuisibilis sancto chrismate est permixta, & hoc ritu solemnem celebrent ordinationem. *Anacl. ep. 2. in prin. Burch. lib. 1. cap. 15. Iuo lib. 5. tit. 2. cap. 5. panor. & par. 5. c. 69. decr. Ansel. lib. 6. c. 47.*

Cap. III.

Dist. 75. c. 7. quod a patrib. & c. 5. quod die. His, qui consecrandi sunt, ieiunis, & à ieiunantibus sacra benedictio conferatur, &c. Pie, & laudabiliter Apostolicis morem gesseris institutis; si hanc ordinandorum sacerdotum formam per Ecclesias, quibus Dominus præesse te voluit, etiam ipse seruaueris; vt his, qui consecrandi sunt, nunquam benedictiones, nisi in die Resurrectionis Dominicæ tribuantur. *Leo ep. 79. ad Dioscor. cap. 1. Iuo lib. 3. tit. 2. c. 6. panor. & par. 6. c. 70. & 71. decr. Ansl. lib. 7. c. 37. Tarr. lib. 3. c. 47.*

Cap. IV.

Ordinatio Episcopi non passim, sed die legitimo celebretur. Nec sibi constare status sui nouerit firmitatem, qui nō die sabbati vespere, quod lucescit in primam sabbati, vel ipso Dominico die fuerit ordinatus. Solū enim maiores nostri Resurrectionis Dominicæ diem honore dignum iudicauere, vt sacerdotes, qui sumuntur, hoc die potissimum tribuantur. *Leo ep. 87. ad Episcopos Viennen. prouin. ante fin.*

Cap. V.

Dist. 23. c. 7. Episcopus cum ordinatur, duo Episcopi ponant, & teneant Euangeliorum codicem super caput, & ceruicē eius, & vno super eum fundente benedictionem, reliqui omnes Episcopi, qui adsunt, manibus suis caput eius tangant. *Carth. iv. cap. 2. Iuo lib. 3. tit. 2. cap. 11. panor. & par. 5. cap. 124. decr. Ansel. lib. 6. cap. 49. Casar. lib. 3. c. 27.*

Communia de consecratione Episcopi. Tit. XX.

Caput I.

Dist. 75. quoniam. c. 2. Episcopi ordinentur à Metropolitano intra tres menses, nisi ex causa necessaria, aut puniatur canonicis pœnis. *Chalc. 25. Vernen. c. 17. Verma. 75. Burch. lib. 1. c. 24. Iuop. 5. c. 135. decr. Ansel. lib. 6. c. 35. Casar. lib. 3. c. 28.*

Cap. II.

d. 62. c. 3. Nullus in Episcopum, nisi canonice electum consecret: quod si præsumptum fuerit, & consecratos, & consecrator † absque recuperationis spe deponatur. † feßecratus f. *Callist. ij. concil. Rom. c. 10.*

Cap. III.

Cyprios asseris olim Arianæ impietatis potentia fatigatos, non tenuisse Nicænos canones in ordinandis sibi Episcopis, & vsque adhuc habere præsumptum, vt suo arbitratu ordinent, neminem consulentes. Quocirca persuademus eis, vt curent iuxta canonum fidem, fidem Catholicam sapere, atque vnum cum cæteris sentire Prouinciis, vt appareat sancti Spiritus gratia ipsos quoque vt omnes Ecclesias gubernari. *Inno. ep. 18. cap. 2.*

Cap. IV.

Si in ea Prouincia, in qua plurimi Episcopi sunt, vnus Episcopus remaneat, & is noluerit consentire ordinationi aliorum, & plebs conueniens petat ordinationem fieri (*ab Episcopis vicinis L.*) oportet illum Episcopum admoneri per litteras Exarchi Prouinciæ, id est, Metropolitani, vt populis satisfaciat. Si vero noluerit rescribere, neque facere, voluntati populi satisfiat. Ad ordinationem Metropolitani oportet vocari Episcopos vicinæ Prouinciæ. *Sardicen. 6. Burch. lib. 1. cap. 26. Inopar. 5. cap. 137. decr.* Dist. 65. c. vlt.

Cap. V.

Qui deinceps ordinabuntur Episcopi in Africa, litteras accipient ab ordinantibus, eorum manu subscriptas, cum Consule, & die: vt non dubitetur de prioribus, & posterioribus Episcopis. *Carth. 90. G. Afr. 56. L. Mil. 14. L. Vide 87. G.*

Cap. VI.

Porrexit (*Hincmarus*) litteras canonicas, quas canones sacri, ordinatum à suis ordinatoribus accipere iubent, diem præferentes, & Consulē. *Syno. apud S. Medard. in cauſ. Hincmari.*

Cap. VII.

Episcopi formam suæ professionis in sua consecratione prolatam, bis in anno coram se legi faciant diligenter, vt tanto melius professionis suæ recordentur, quanto sæpius eorum fuerit auribus inculcata. *Oxonien. c. 8.*

Quæ debeant obseruari in constituendis nouis Episcopatibus. Tit. XXI.

Caput I.

Episcopos per singulas ciuitates, quibus ille non miserat, doctos, & prudentes, sicut serpentes, simplices sicut columbas, iuxta Domini præceptionem, nobis mittere (*Petrus Apostolus*) præcepit, quod etiam facere inchoauimus. Vos autem per vestras diœceses Episcopos sacrate, & mittite; quia nos ad alias partes, quod idem iussit, agere curabimus, aliquos vero ad Gallias, Hispaniasque mittemus; & quosdam ad Germaniam, & Italiam, atque ad reliquas gentes dirigere cupimus. Vbi autem ferociores, & rebelliores gentes esse cognouerimus, illuc dirigere sapientiores, & austeriores necesse habemus, qui quotidie nō cessent diuina seminare semina, & multos Christo lucrari, & ad rectam fidem, & viā veritatis perducere, vt plures manipulos Domino valeant præsentare. *Clem.* Matth. 10. b

Cap. II.

16. q. 1. c. 54. Præ[illegible] tuta [illegible] exc[illegible] [illegible] copos [illegible] plat[illegible] vt non [illegible] itas Episcopatus. [illegible] ad Bonif. Epist. post. prin.

Cap. III.

16. q. 1. Felix. c. 50. Dioceses quæ nunquam Episcopos [illegible] non habent, & illa, quæ aliquando habent, [illegible] habeat proprium. Et si crescente [illegible] Dei populus multiplicatus desiderat proprium habere R[illegible] voluntate, in cuius potestate est diœcesis constituta, habeat Episcopum. Carth. 11. c. 5. Tolet. xij. c. 4. Burch. lib. 1. c. 33. Iuo par. 5. c. 144. dec.

Cap. IV.

16. q. 1. c. 52. In multis synodis definitum est, vt plebes quæ in parœciis ab Episcopis possessis, Episcopum proprium non habent, sine consensu Episcopi, a quo possidentur, non accipiant. Sunt enim, qui tyrannidem exerceant, fratrum communionem auersentur: alij presbyteri aduersus suos Episcopos ceruices erigunt, & plebem [illegible], & prauis consiliis subuertunt, vt eos petant sibi Antistites. Carth 54. G. Carth. iij. c. 42. L. Afr. 20. L. Anselm. lib. 5. c. 76. in addit.

Cap. V.

Statutum est, vt parœciæ, quæ non habent Episcopos, sine consensu eius, cui subsunt, non habeant, &c. Carth. 57. G. Afr. 23. L. Carth. iij. c. 46. L. Tolet. xij. c. 4. Burc. lib. 1. c. 33. Iuo par. 5. cap. 144. decr. Anselm. lib. 5. c. 75. in addit.

Cap. VI.

Populus, qui caret Episcopo, non accipiat eum, sine synodi eius Prouinciæ, & Primatis decreto, & consensu illius Episcopi, in cuius diœcesi est Ecclesia. Carth. 101. G. Afr. 65. L.

Episcopi non constituantur in oppidis, neque in paruis ciuitatibus. Tit. XXII.

CAPVT I.

Hoc præuidendum instituit (Petrus Apostolus) ne in villis, aut castellis, vel modicis ciuitatibus instituerentur Episcopi; ne vile eorum nomen fieret. Cle. ep. 1. post med.

Cap. II.

Dist. 80. c. 3. Episcopi non in castellis, aut modicis ciuitatibus debent constitui, sed Presbyteri ab Episcopis ordinari, & poni singuli per singulos titulos suos. Episcopus non ab vno, sed a pluribus debet Episcopis ordinari, & non ad modicam ciuitatem, ne vilescat nomen Episcopi, sed ad honorabilem vrbem titulandus, & denominandus, &c. Anacl. ep. 3. in prin. c. 2. Burc. lib. 1. c. 4. Iuo p. 5. c. 58 & 98. decr.

Cap. III.

[illegible] Vbi Episcopi constitui non possunt, nisi in ciuitatibus non minimis. Evarist. epist. 2. in prin. Burch. lib. 1. cap. 149. Iuo par. 5. c. 254. dec. Anselm. lib. 3. cap. 8. [illegible] Tarrac. lib. 2. cap. 38.

Cap. IV.

Dist. 80. c. 4. ... de priuil. Greg. ix & in 1 collect. Vbi maiores sunt p[illegible] conuentus, [illegible] cura [illegible] parua autem gubernacula [illegible] populis, & frequentioribus ciuitatibus [illegible] oportet præsidere; ne quod sanctorum Patrum diuinitus inspirata decreta vetuere, viculis, & possessionibus, vel obscuris, & solitariis municipiis tribuatur sacerdotale fastigium, & honor, cui debent excellentiora committi, ipse sui numerositate vilescat, &c. Episcopi eorum locorum, in quibus non debuerant ordinari, si humana conditione decesserint, loca ipsa ad ius eius Antistitis redigantur, cuius antea fuerant priora. Leo epist. 85. vel 87. cap. 2. ad Episcopos Africæ. Burch. lib. 1. c. 32. Iuo par. 5. c. 107. & 143. decr.

Cap. V.

Memineris, quid in sacris canonibus præcipimur obseruare, vt nequaquam in villulas, vel in modicas ciuitates Episcopos ordinemus, ne vilescat nomen Episcopi, &c. Statuimus per Apostolicam auctoritatem, Episcopales sedes in castello Mursaburg, & in oppido Buraburg, & in loco Erphesfurt, quæ per successionem Episcopos mereantur, & populis præsint, atque verbum prædicationis subiectis insinuent. Zach. epist. 6. ad Bonif. in princ.

Cap. VI.

Non licet ordinare simpliciter Episcopum in vico, vel parua vrbe, cum vnus Presbyter sufficiat; ne contemnatur nomen Episcopi, Sed illic ordinentur, vbi prius erant, vel vbi multum creuerit populi multitudo. Sard. 6. Vide Tolet. xij. cap. 4. Burch. lib. 1. cap. 33. Iuo par. 5. c. 144. decr.

Cap. VII.

Dist. 80. c. 5. Non debere in vicis, & agris ordinari Episcopos, aut Periodeutas, & qui ordinati sunt, nihil agant sine Episcopi vrbis voluntate, Presbyteri quoque sine eiusdem Episcopi voluntate nihil agant. Laod. 56. G. 57. L. refert Tolet. xij. c. 4. Capitul. lib. 1. c. 18. Burch. lib. 1. c. 33. Iuo par. 5. cap. 144. decr.

Cap. VIII.

Stephanus Emeritensis sedis Episcopus dixit, se violentia principali impulsum, vt in monasterio villulæ, in qua corpus sanctissimi Pimenij confessoris quiescit, nouam Episcopalis honoris ordinationem efficeret, &c. Nouit concilium, eundem Principem Vvambam præcepisse, vt in suburbio Toletano, in Ecclesia Prætoriensi sanctorum Petri, & Pauli Episcopus ordinaretur & in aliis vicis, vel villulis similiter fe[illegible] [illegible], [illegible] loco villulæ supradictæ [illegible] sedes Episcopalis non [illegible], neque Episcopus illic vltra con[illegible]ndus existat. Conu[illegible] [illegible] non c[illegible]nandus, qui non ambitione, sed Principis [illegible]pulsione ordinatus est Episcopus [illegible] dem aliam decedent[illegible]

Epi... pittans... & is ... ca institutione mansurus, non E... ... fre... ... sub te... ... A... ... ut ... bucusque fuit, ... ibus mancipandus, &c. Si quis contra hæc canonum interdicta venire coactus fuerit, ... in locis ... se Episcopum eligat ..., ... Episcopus nunquam fuit, anathema sit in conspectu Dei omnipotentis & ... tam ordinator, quam ordinatus gra... ... ordinis perdat, quia non solum antiquorum Patrum decreta, sed Apostolica ausus est conuellere instituta. *Tolet. xij. c. 4. referuntur verba canonum ibid. Burch. lib. 1. c. 33. Iuo par. 5. c. 144. decret.*

Cap. IX.

Constituimus per consilium Sacerdotum, & ordinauimus per ciuitates legitimos Episcopos. *Suession. sub Pipino.*

Cap. X.

Vt Episcopi debeant per singulas ciuitates esse. *Vernen. sub Pipino, c. 1.*

Ne duo sint Episcopi vnius ciuitatis. Tit. XXIII.

CAPVT I.

1. q. 7. si quis c. 8. De Episcopis, Presbyteris, & clericis Catharis (*Nouatianis L.*) conuersis, vt in eodem ordine permaneant, sed vbi est Catholicus Episcopus, catharus Presbyter appelletur, nisi velit Catholicus pati, Episcopi nomine tantum illum dici: vel repetiat ei locum chorepiscopi, vel Presbyteri. Duo tamen Episcopi eiusdem loci esse nequeunt. *Nicæ. 8. Vide Tolet. xij. c. 4.*

Cap. II.

De offic. iud. ord. c. 14. Gr. ix. &c. 1. eod. tit. in 4. coll. Prohibemus omnino, ne vna ciuitas, siue diœcesis diuersos Pontifices habeat, tanquam vnum corpus diuersa capita, quasi monstrum. Sed si vrgens necessitas postulauerit (*vt cum in eadem diœcesi sunt populi diuersarum linguarum*) Pontifex loci Catholicum Præsulem nationibus illis conformem, prouida deliberatione constituat sibi vicarium in prædictis, qui ei per omnia sit obediens, & subiectus; vnde si quis aliter se gesserit, excommunicationis se nouerit mucrone percussum, & si nec sic resipuerit, ab omni Ecclesiastico ministerio deponatur, adhibito, si necesse fuerit, brachio sæculari ad tantam insolentiam compescendam. *Inno. iij. in Con. gener. Latera. c. 9.*

Cap. III.

Dist. 80. in illis c. c. 2. In singulis ciuitatibus, singulos, & non binos, vel ternos, aut plures Episcopos constitui (*Petrus Apostolus*) præcepit, qui non Primatum aut Archiepiscoporum, aut Metropolitanorum nomine, &c. sed Episcoporum potirentur, qu... ... ne... ... ipsos Apostolo ... ... fuit, sed vnu... ... ... Nec in vil... s, aut castell... s, vel mod... s ... ... Episcopi, ne vile eorum nomen fiat ... ... em Apostolorum genere Dominum do... dicebat, & reliquorum discipulorum vicem tenere Presbyteros, &c. *Clem ep 1. post med. Vid. Leo ix. ep. 3. ad Episcopos Africæ. Burch. lib. 1. cap. 155. Anselm. lib. 6. cap. 105.*

Cap. IV.

Perspiciendum est, ne duo simul sint in vna Ecclesia Sacerdotes. *Hilar. ep. 1. c. 4.*

Cap. V.

Ne vnius Ecclesiæ duo esse permittantur Antistites. *Hilar. ep. 3. ad Ascan. Episcop. Tarrac. in fi. & ep. 2. ad Leontium, & alios, in fin.*

Cap. VI.

Sicut Domini vestimentum scissum non est, sed de eo sortiti sunt; ita nec Ecclesia scindi debet, quia in vnitate tota consistit. In potestatem ergo proprij Episcopi Ecclesiæ reducantur, & ab ipso, sicut in sacris canonibus cautum est, ordinentur, alioquin, & Ecclesiæ ipsæ, & clerici earundem diuinis destituantur officiis. *Ex decretis Pasch. ij. in Con. vn. incer. c. vlt.* 16. q. 7. c. 19.

Cap. XVII.

Duo in vna ciuitate penitus vno tempore nec ordinentur, nec habeantur Episcopi: nec res Ecclesiæ sæua diuisione debeant partiri. *Cabilo. 4.*

Ne viuente Episcopo alius Episcopus constituatur. Tit. XXIV.

CAPVT I.

Ne temere à mundana potestate eiciatur legitimus Pontifex, & pro eo subrogetur alter inique, & illegaliter: sancta, & vniuersalis synodus exclamauit: Recipimus hæc omnia, valde quippe sunt discreta, & congrua Ecclesiasticis regulis, atque legibus. *viij. syn. CP. sub Hadr. ij. act. 5. post epist. Nicolai ad Photium.*

Cap. II.

Ipsis Episcopis viuentibus alij constitui non possunt, ideo proprij reuocati, & integerrime restitui debent. Illos vero, qui adulterina fœditate sponsas fouent, eici, & adulteros, atque infames fieri, eosque ab Ecclesiasticis honoribus arceri iubemus, si autem aduersus eos aliquam querelam habueritis, his peractis inquirendum erit, & auctoritate huius sanctæ sedis terminandum. *Euari. ep. 2. in prin. Burch. libro 1. cap. 140. Iuo par. 5. c. 254. decr. Ansel. lib. 3. cap. 82. Cæsar. lib. 5. c. 53. Tarra. lib. 2. cap. 38.* 3. q. 1. c. 4. audiuimus.

Cap. III.

Cur in prædictorum (*Episcoporum*) loco alios adulteros posuistis, antequam penes nos, aut apocrisarios nostros, eorum causa canonice esset examinata. *Iul. ep. 2. in prin.*

Cap. IV.

Si quis, alio transmigrante in locum viuentis ordinatus est, tamdiu vacet Sacerdotij dignitate qui suam deseruit ciuitatem, donec successor eius quiescat in Domino. *Da-* 7. q. 1. c. 43. est.

[illegible] Pal[illegible] [illegible] med. An[illegible] lib. 6. [illegible] 95. [illegible] lib.3 [illegible]

C[illegible] V.

Pr[illegible]o [illegible] la[illegible], & do-len[illegible] æ [illegible] Ep[illegible] po[illegible] rectæ E[illegible]a quoque [illegible]esta est ciu[illegible]p-sius, & n[illegible] [illegible]ne [illegible] fir[illegible]a [illegible]is cont[illegible] H[illegible] pœ-na [illegible]monijs, quod Proiecto E[illegible] ægrotati [illegible]rum n[illegible] fuiss[illegible], e[illegible] fac[illegible]-d[illegible] [illegible]lium præter sui notitiam esse translatum & tanquam in vacuam posses-sionem ab Hilario per[illegible]ore [illegible]ælum vi-uenti in[illegible]ustum, & [illegible]. Apparet, quam mitis sit corde Hilarius, qui obesse præsumptioni suæ fraternæ morti credidit tarditate[illegible]. Quā-tum enim in se fuit, il[illegible]btraxit lucem, ab-stulit vitam, qui hunc dolorem in locum eius alterum subrogando, ne ad salutem illi recur-sus esset, iniecit. *Leo ep. 87. ad Episcopos Viennen. prouin. in med.*

C A P. VI.

(*Episcopi ab Acacio constituti*) hoc ipso secun-dum canones fuerant ab Ecclesiastica com-munione pellendi, quod se passi sunt successo-res viuis sacerdotibus adhiberi. *Gelas. ep. 1. 6. ad Episcopos Darda. in med. Ansel. lib. 12. c. 69.*

C A P. VII.

7 q. 1. in princ. Nulli viuenti Episcopo alius superponatur, aut superordinetur Episcopus; nisi forsitan in eius loco, quem culpa capitalis deiecerit. *Au-rel. v. cap. 12. Burch. lib. 1. cap. 186. Ino par. 5. c. 302. decr.*

C A P. VIII.

Nemo viuente Episcopo, Ecclesiam illius, aut res ad eam pertinentes, inuadere, aut do-minari præsumat, neque sub voluntariæ cleri, ac populi electionis obtentu, præter volun-tatem Episcopi, quisquam quacumque sæcu-lari potestate præditus, quasi œconomum constituat. *Meldæ. cap. 47.*

C A P. IX.

In locum viuentium Episcoporum alij sub-rogantur, &c. Nunquam sane Patres nostros talia ausos fuisse, sed potius vetuisse cognoui-mus, ne cui in locum viuentis per consecra-tionem alium substituendi sui † potestas. *In-*
† sit f. *noc. ep. ad clerum C P. apud Niceph. lib. 13. c. 32.*

De Episcopo, qui non vult suscipere cu-ram sui Episcopatus, & de eo, quem populus suscipere non vult. Tit. XXV.

CAPVT I.

SI Episcopus, Presbyter, diaconus non sus-ceperit curam, & ministerium popul[illegible] *Mat. 10* commissi, excommunicetur, donec suscipiat. Si culpa populi, non sua, non sus[illegible]piatur à po-pulo Episcopus, cle[illegible] pote[illegible] popul[illegible] ex-communicetur. *Ap. 36. G. [illegible] 7. L.*

C A P. II.

S[illegible]p[illegible]e (*Dominus*) de ciuitate ad [illegible]atem propter persecutionem fu[illegible] [illegible] quis eos detrahere, aut datum [illegible] au-det, vel potest, quod verb[illegible] [illegible] ab-temperant? &c. Qui enim pe[illegible]ntur Do-mini Epis[illegible]opos, eosque de ciuit[illegible] ad ci-uitates transire compellunt, non eos tantum pe[illegible]quuntur, quantum Dominum nostrum [illegible] Christum, cuius legatione fun[illegible]tur. Nec [illegible] hoc peccant Episcopi; quoniam non sponte, sed coacte hoc agunt: sed illi, à quibus persequuntur: nec ipsis Episcopis hoc imputari potest; sed illis, qui eos hoc agere cogunt, &c. Apud veteres, sine vlla differen-tia de vna ciuitate ad alteram migrabat Epis-copus; dum vtilitas, aut necessitas euocaret, &c. Huic regulæ contradicere nullus potest. quæ etiam causa vtilitatis, aut necessitatis in-thronizari Episcopum iubet, & mutari, ac transire eum de ciuitate ad aliam ciuitatem, non proprium habentem Episcopum, finit. *Pelag. ij. ep. 2. in med.*

C A P. III.

Si qui Episcopi constituti non recipiuntur in illa parœcia, in qua nominati sunt, & in alias parœcias veniant, & vim inferant ordinatis, & contra eos seditiones moueant; excommu-nicentur. Si velint in Presbyteratu manere, vbi prius erant Presbyteri, non auferatur ab eis honos. Sed si cum Episcopis ibi ordinatis contendant; auferatur ab eis honos Presbyte-ratus, & fint eiecti. *Ancy. 18. Mart. Brac. 12. Burch. lib. 1. c. 36. Ino par. 5. c. 147. decr.* *Dist. 92. c. 6.*

C A P. IV.

Si quis Episcopus ordinatus sit, vt populo præsit, & non suscipiat administrationem ne-que velit abire ad creditam ei Ecclesiam; ex-communicatus sit, quoad coactus eam susci-piat: aut de eo integra synodus Episcoporum, qui in Prouincia sunt, aliquid definiat. *Antio. 17. refert Chalc. act. 12. G. 11. L. vt canon. 96. Mart. Brac. c. 11. Capit. lib. 1. cap. 12. Burch. lib. 1. c. 37. Ino par. 5. c. 148. decr. Ansel. lib. 6. c. 200. fiue c. 100. in Rom. Cæsar. lib. 3. c. 60.* *Dist. 92. c. 7.*

C A P. V.

Si Episcopus ordinatus in parœcia non sus-cipiatur, non sua culpa, sed propter populi contradictionem, aliamve causam: in honore quidem perseueret, & sacro ministerio; nihil tamen ex rebus Ecclesiæ illius vexet, in qua est. Faciet autem, quod à synodo perfecta fue-rit iudicatum. *Antio. 18. refert Pela. ij. ep. 2. Mart. Brac. c. 10. Burc. lib. 1. c. 40. & 41. Ino par. 5. c. 151. & 152. decr. Ansel. lib. 6. c. 41. & in addit. lib. 5. c. 70. Tarrac. lib. 6. c. 68. & 69.* *Dist. 92. si quis. c. 4. & 5.*

De vita, & honestate Episcoporum. Tit. XXVI.

CAPVT I.

CVm rerum necessitas exposcit, pensan-dum valde est, ad culmen quisque regi-

[illegible] tqu [illegible] & b [illegible] iat, [illegible] octi [illegible] præ [illegible] prio extollat, [illegible] *in proœm* [illegible] *ftoral. apud Aquisgr. 13. in prin. & Aqu*[illegible] *.2.* [illegible] *Lu* [illegible] *cap.*

C AP. II.

Sunt n[illegible] q[illegible] solerti cura spiritalia p[illegible]antur, sed quæ intelligendo p[illegible], [illegible]ndo conculcant. Repente [illegible] quæ non opere, sed meditatione [illegible] & quod verbis prædicant, moribus [illegible]gnant. Vnde fit, vt cum pastor per abrupta graditur, ad præcipitium grex sequatur. Hinc namque per Prophetam Dominus [illegible] contemptibilem pastorum scientiam

Ezec. 34. c. queritur dicens. Cum ipsi limpidissimam aquam biberetis, reliquam pedibus vestris turbabatis. Et oues, quæ conculcata pedibus vestris fuerant, pascebantur: & quæ pedes vestri turbauerant, hæc bibebant. Aquam limpidissimam pastores bibunt, cum fluenta veritatis, recte intelligentes, hauriunt; sed eandem aquam pedibus perturbare est, sanctæ meditationis studia male viuendo corrumpere. Aquam scilicet pastorum turbatam pedibus, oues bibunt, cum subiecti quique nō sectantur verba, quæ audiunt; sed sola, quæ conspiciunt, exempla prauitatis imitantur. Qui cum dicta sitiunt, & per opera peruertuntur, quasi corruptis fontibus in potibus lutum sumunt. Nemo amplius nocet in Ecclesia, quam qui peruerse agens, nomen, vel ordinem sanctitatis habet. Delinquentem namque hunc redarguere nullus præsumit, & in exemplum culpa vehementer extenditur, quando pro reuerentia ordinis peccator honoratur. Qui ergo ad sanctitatis speciem deductus, vel verbo cæteros destruit, vel exemplo, melius profecto fuerat, vt hunc ad mortem sub exteriori habitu terrena acta cōstringerent, quam sacra officia in culpis cæteris imitabilem demonstrarent, &c. *Greg. lib. 1. past. cap. 2. apud Aquisgr. c. 27. in princ. & Paris. sub Ludouic. & Loth. lib. 1. cap. 4.*

C AP. III.

Cum Sacerdos non agit bona, quæ loquitur, ei etiam sermo subtrahitur, ne loqui audeat, quod nō operatur, sicut per Prophetam

Psal. 49. dicitur. Peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras iustitiam meam, & assumis testamentum meum per os tuum? &c. Plerumque [illegible]ocer audet quod negligit age[illegible] [illegible]etit bona loqui, quæ operari con[illegible] [illegible]ere [illegible]s incipit praua, quæ a[illegible] [illegible]ctis Dei iu[illegible] [illegible] habeat q[illegible] [illegible]at[illegible]us sum [illegible] enaru[illegible] [illegible]cenditur [illegible] et[illegible]q[illegible] *Moral.*

[illegible] *9. & 10 apud Aqui*[illegible] *in c*[illegible] *27* [illegible] *fine.*

C A[illegible] IV.

M[illegible]e pastoribus qu[illegible] vt plebs populanda prædo[illegible] [illegible] & inde sumat interitum, vnde protectionis d[illegible] habere [illegible] S[illegible] m[illegible]sa sunt ruinæ popu[illegible] *Greg. apud Greg vij. lib. 9. regist. ep. 34. ante finem.*

C A[illegible] V.

E[illegible]opus [illegible]resbyter, atque d[illegible]conus tam sancta conscientia resplendeant, vt effugiant probitate actuum, maledicorum obloqu[illegible]a, & t[illegible]monium in se d[illegible] [illegible]

Mat. 5. b dant, quo Dominus ait: Sic luceat lumen vestrum coram hominibus vt videntes vestra bona opera, glorificent Patrem [illegible] vestrum, qui in cælis est. *Aruer. c. 15. Matisc. c. 1.*

C AP. VI.

Longè altius excellat vita pastoris, comparata subditi gregis, quibus singulariter boni pastoris voce dicitur. Vos estis sal terræ. Et iterum: Vos estis lux mundi, & rursus: Vos estis sal terræ. Et iterum: Luceat

Mat. 5. b & 6. b. lux vestra coram hominibus vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est. Hinc etenim colligi potest in quantum distare debet pastor a grege, dum illos homines, & illo plus quam homines id est lucem hominum, Dominus voluit appellari. *Forotulien. c. 2.*

C AP. VII.

Episcopus vita, habitu, forma, & conuersatione sancta suis sit subiectis exemplum, vt

Mat. 5. b. iuxta Dominicam vocem, videant opera eius bona, & glorificent Patrem Deum, qui in cælis est. *Turo. sub Carolo, cap. 4.*

C AP. VIII.

Vt ea, quæ legendo perscrutantur (*Episcopi*) opere compleant, iuxta illud, cœpit Iesus fa-

Act. 1. a. Rom. 2. b. 1. Cor. 14. d. cere, & docere, &c. & quia non auditores legis, sed factores eius iustificabuntur, & regnum Dei non in sermone (*est*) sed in opere. Et sint subditis norma viuendi, ita videlicet, vt & verbis, & exemplis populo ad æternam patriam pergenti ducatum præbeant, &c. *Cabilo. sub Carolo c. 2.*

C AP. IX.

Lectæ sunt sententiæ libri pastoralis beati Gregorij, vt pastores Ecclesiæ intelligerent, quomodo ipsi viuerent, qualiter sibi subiectos deberent admonere, quoniam teste eodem beato Gregorio, aliter admonendi sunt prælati, aliter subditi. *Rhemen. c. 10.*

C AP. X.

Episcopus honeste, & vt Christianum Antistitem decet, viuat, caueatque ne suo ex[illegible] p[illegible]o subd[illegible]is noceat. *Aug. in lib. ad pastor. tom*[illegible] *apud Aquis*[illegible] *c. 12. in med. sententia.*

C AP. XI.

I[illegible]i (*Pontifice*[illegible]) qui se ab om[illegible] [illegible]entis ne[illegible]orum sæcularium [illegible] tos [illegible]on [illegible]orpent otio, sed insistunt [illegible]ectio[illegible] suæ n[illegible] & ab stultiti[illegible] sapientiæ s[illegible] ve[illegible]o Dei [illegible]nfatigabil[illegible]e

[illegible]aca[illegible]

va[illegible] tonus, ca[illegible] fapiunt, [illegible] næ d[illegible] ate [illegible] [illegible] ; quos in doctri- [illegible] [illegible] dicere [illegible] eiu [illegible] [illegible] gust [illegible] contemplatiuæ vitæ [illegible] a [illegible] tius [illegible] , accipiunt [illegible] ternunt [illegible] , de [illegible] [illegible] non inflan- [illegible] Catholicorum [illegible] capita sed [illegible] potius, [illegible] Christum, qui est Sacerdotum, ac fide- lium omnium caput, clariora membra sunt fu- tura. At si, quod absit, sæcularibus negotijs im- plicati, fundorum terminos sine termino cu- piditatis extendant, ac se passion exquisitis de- licijs dedant, quæ animum, corporisque debi- litant, si gloriam non Christi, sed suam, dece- pti vulgi adulantis honoribus quærant, plus- que de se alienæ linguæ, quam suæ conscien- tiæ credant: si omne gaudium suum non in futurorum remuneratione, nec in sanctitate vitæ, sed in sua tantum dignitate constituant: & dum tales esse, quales creduntur, amant, nunquam [illegible] displiceant, ac placentes sibi, non sint de sua correctione solliciti: quis non intelligat, tales, si in talibus perseuerent, nec se ante finem vitæ præsentis emendent, con- templatiuæ vitæ participes esse non posse? ad quam non perueniunt, nisi qui studuerint esse, quod facti sunt: nec affectant videri, sed esse, quod sunt: non alienis laudibus, sed mo- ribus suis eximij: nec solum de sua dignitate, sed potius de sacerdotalis vitæ nobilitate con- spicui. Qui sunt non appellatione tenus, sed virtute Pontifices, vitæ contemplatiuæ capa- ces, & gaudiorum cælestium coheredes. *Prosper. libro 1. de vita contempl. cap. 13. apud Aquisgr. cap. 19.*

Cap. XII.

Recolite, quanta, & qualia, me audien- te, atque probante, dicere solebatis de admi- nistratione Pontificis, qui populi sibi com- missi cura posthabita, ardentius bona præsen- tia desiderat, quam futura: & oblitus, quod non solum de se, sed etiam de grege sibi cre- dito rationem Pastori pastorum omnium red- dat, sua, suorumque detrimenta non cogitat; quem non delinquentium peccata contri- stant, nec proficientium bona lætificant; sed de se tantum, plerumque autem nec de se omni- no sollicitus, quid à suis boni, malive geratur, ignorat. Qui non prædicat perseuerantiam iustis, pœnitentiam prauis, contemptum mundi conuersis, futuras pœnas auersis. Qui non potest dicere contemptoribus abominationis suæ; Futurum [illegible] iudicium, quod ipse forte non cogitat. [illegible] amat [illegible] mun[illegible]

[illegible] Noste diligere mundum, si eum mundi a- [illegible] delectat ambitionis; A[illegible] fi- ne [illegible] ponite, si eum [illegible] sa p[illegible]

[illegible] eique ebrietas, [illegible] ad alienationem [illegible] [illegible] dapibus grauid[illegible] [illegible] laudare, quam ca[illegible] [illegible] tus, cupidis, [illegible] [illegible] destinauerit pecuniæ [illegible] [illegible] animos diffidentium lacer [illegible] tranquillitate componere: iuste [illegible] iudicibus ecubuerit, quam ipse per- sonæ potentis fauore corrumpit. Nec defen- dit oppressos, si personas aut honorat, aut accipit, & quicquid boni non facit, aut ma- li committit, nec iubebit fieri, nec vetabit; quia necessariam docendi auctoritatem con- trarietate suæ actionis, aut amittit, aut mi- nuit. *Prosper. libro 1. de vita contemplatiua c. 15. apud Aquisg. c. 28. & Paris. sub Ludo. & Loth. lib. 1. cap. 13.*

Cap. XIII.

Sacerdos, si digne se agit, vt sacerdotem decet, ministerium eius & ipsi, & alijs vtile est: indigne autem viuens, alijs quidem vtilis est loquendo, se autem interficit praue viuen- do. *Isidorus lib. 3. de summo bono, cap. 37. apud Aquisg. cap. 29.*

Cap. XIV.

Plerique sacerdotes, & clerici praue vi- uentes, forma cæteris in malum existunt, qui in bonis exemplum esse debuerunt. Hi enim quoscumque exemplo malæ conuersationis suæ perdunt, de illis rationem sine dubio reddituri sunt. Ex carnalium præpositorum exemplo, plerumque fit vita deterior subdi- torum, & plebis merito fiunt tales sacerdo- tes, qui exemplo deteriore populum de- struant, non ædificent, ex merito enim ple- bis nonnunquam Episcopi deprauantur, qua- tenus procliuius corruant, qui sequuntur, ca- pite languescente, cætera corporis membra inficiuntur, vnde & scriptum est: Omne caput languidum, & omne cor mœrens; à planta pe- dis vsque ad verticem, non est in eo sanitas. *Esai. 1. b.* Caput enim languidum, doctor est agens peccatum: cuius malum ad corpus peruenit, dum eo vel peccante, vel praue docente, pe- stifer languor ad plebes subditas transit. De- teriores sunt, qui siue doctrinis, siue exem- plis vitam, moresque bonorum corrumpunt, his, qui substantias aliorum, prædiaque diri- piunt. *Isidor. de summo bono cap. 38. apud Aquisg. cap. 30.*

Cap. XV.

Quia constat religionem Christianam per successores Apostolorum salubriter admini- strari, populisque ad vitam æternam duca- tum exhiberi debere: primo necessarium iudi- cauimus, vt quidquid in nobis reprehensibile facti, q; ministerijs, qui ut indigni mancipa- mur, incongruentibus, & indecens, contrarium q; videbatur toto [illegible], Domino operam teren- te corrigeremus & [illegible] et exempla sanctorum sacerdotum [illegible] vice Ecclesiæ Christi sanguine redemptæ prælati sumus; vitam, &

[illegible] ius, [illegible] in [illegible] imp[illegible] [illegible] satageremus. Quoniam præ[illegible] ari[illegible] sacer[illegible] contem[illegible]; quando [illegible] quod [illegible] prædicat, operibus [illegible] Dei et sacerdotes Christi tanta [illegible] donatos, quos vtique [illegible] [illegible]tores [illegible] cælestis aulæ existere, ex[illegible] [illegible] Deo placuerunt, [illegible]garibilitei sectari, quatenus terrena despiciendo, & cælestia amando, p[illegible] [illegible] a supernæ [illegible] subire, deinde auditores suis dictis, & exemplis ea studeant ap[illegible]rire, ne quod absit, audiant à Domino: H[illegible] clauem scientiæ, vos ipsi
Luc.11.g [illegible] n intr[illegible], & [illegible] intrare non sinitis. Quando vero vita Sacerdorum cum doctrina non concordat, & auditoribus infirmis scandalum, & animarum prouenire periculum, non est dubium. Proinde summopere cauendum est Sacerdotibus, ne offendiculum fiant iis, quibus præsunt. Tunc enim offendiculum fiunt illis, quando quod verbis prædicant, moribus impugnant, vnde fit, vt sicut (*in pastorali*) bea-
lib.2.c.3. tus Gregorius scribit: cum pastor per abrupta graditur, ad præcipitium grex sequatur. Nemo quippe, vt idem ait, amplius in Ecclesia nocet, quam qui peruerse agens, nomen, vel ordinem sanctitatis habet, &c. *Parisi. sub Ludou. & Loth. lib.1.c.4. & Aquisgr.c.27.*

Cap. XVI.

Grandis dignitas sacerdotis; sed grandis ruina, si peccet, lætamur ad ascensum, sed timeamus ad lapsum, non est tanti gaudij excelsa tenuisse, quam mœroris de sublimibus corruisse. Nec enim solum pro delictis nostris reddemus rationem, sed pro omnibus quorum abutimur donis, & nequaquam sumus de eorum salute solliciti. *Hieronymus in cap.44. Ezechiel. apud Parisien. sub Ludouico, & Lothario. lib.1.c.12.*

Cap. XVII.

Necessarium iudicauimus; vt quidquid in nobis reprehensibile, factisque ministeriis, quibus indigni mancipamur, inconueniens, & indecens, contrariumque videatur; toto admisu, Domino opem ferente, corrigeremus. Et vt nos non tantum in cupiditatibus mundanis, & curis, & sollicitudinibus, sec potius in diuinis officiis implicaremus. *Parisien. sub Ludouico, & Lothario, lib.3.c.1.*

Cap. XVIII.

Nullus Episcoporum [illegible] religiosis, vel indisciplinatis locutionibus, tam in domibus, quam in forinsecis conuenticulis omnino indulgeat. *Aquisgr.ij. sub Ludou. par. 1.c.4.*

Cap. XIX.

In ipsa vita sacerdotum pensandum est, qualiter quisque doceat, sicut ait egregius doctor beatus Gregorius, vt recte docens infirmitate [illegible]suam q[illegible] omni [illegible]atione cogn[illegible], ne aut humilitas [illegible]t, aut p[illegible]ni vita contradicat, aut vitam do[illegible]a [illegible], aut [illegible] præ[illegible]pto exto[illegible]at. Prius o[illegible]

[illegible]et, post autem magisterium, quod [illegible], [illegible]tam com[illegible]et: ac deinde n[illegible]e est, vt [illegible] vitæ bonum, quod viuendo ostenditur, etiam loquendo propagetur. *Aquisgr y. sub Lud. par. 1.c.7. Gregor. lib.1. pastoral. in procem. apud Aquisgr. cap.13.*

Cap. XX

In libro pastorali Beatus Gregorius inquit: Tantum debet actionem populi actio transcendere Præsulis, quantum distare solet à grege vita pastoris, oportet namque vt metiri se sollicite studeat, quanta tenendæ rectitudinis necessitate constringitur, sub cuius æstimatione populus grex vocatur. Sit ergo necesse est, cogitatione mundus, actione præcipuus, discretus in silentio, vtilis in verbo, singulis compassione proximus, præ cunctis contemplatione suspensus, bene agentibus per humilitatem socius, contra delinquentium vitia per zelum iustitiæ erectus, interiorum curam in exteriorum occupatione non minuens, exteriorum prouidentiam in internorum sollicitudine non relinquens. *Aquisgr. ij. sub Ludou. par.1. cap.9.*

Cap. XXI.

Episcopus talis existat, quem amor pecuniæ non vexet, aut reprobi mores, & conuersatio reprehensibilis periculose deuastet. *Meldem. cap.35.*

Cap. XXII.

De vita, & religione sua vnusquisque, tam in conuersatione sua, quà etiam in habitus, & vultus, ac sermonis grauitate, talem se domi, forisque, & suis, & externis adhibere studeat, vt maturitate motum, & repudiatione omnium leuitatum, ac vanitatum, omnibus sibi adhærentibus seque intuentibus formam disciplinæ, & verecundiæ, ac modestiæ infundat. *[illegible]alent. sub Loth. cap.15.*

Cap. XXIII.

Episcopum ita conuersari debere pronuntiamus; vt eius vita recte viuendi sit norma. *Ticin. sub Ludou. ij. cap.1.*

De vestibus, & insignibus Episcoporum, Tit. XXVII.

CAPVT I.

Secundum traditas formas per singulas Prouincias, ac regiones, & vrbes in Ecclesiasticis promotionibus, & consecrationibus, illa, quæ iudicia, & signa sunt ordinis, quæ vnicuique inesse videntur, retineri decernimus; ita vt Episcopi, quibus con[illegible]um est palliis vti certis temporibus; in eisdem temporibus, & locis iis induantur, & tantum, & tali non abutantur amictu propter typhum, & inanem gloriam, & humanum placorem, atque sui am[illegible], o[illegible] videlicet [illegible]ore diuini sa[illegible], & om[illegible]is aliu[illegible] [illegible] min[illegible] inepte portantes, [illegible] autem, qu[illegible] [illegible] v[illegible]

sectati sunt, & Episcopalem meruerunt honorem, conseruare schema, & amictum monachicorum indumentorum, & ipsam beatam vitam decernimus, & nullus omnino habeat potestatē deponere iam dictum schema propter typhum, & arrogantem voluntatem, nec † per hoc inueniatur propriorum. Sicut enim ibi continuus palliorum amictus studiosum, & suæ † gloriæ deditum demonstrat Episcopum; ita & hic depositio, & denudatio monachici habitus nihilominus eisdem submittit criminibus eum, qui hoc fecisse captus extiterit. Quisquis ergo Episcopus, præter definita sibi, scripto tempore se pallio induet aut monasticarum vestium schema deposuerit; aut corrigatur, aut à Patriarcha proprio deponatur. *Synod. viij. CP. sub Hadr. ij. c. 27.*

[† mendæ.] [† æc.]

Cap. II.

[*De vita, & honest. cler. c. 15. Greg. ix. c. 4. co. ti. in 4. coll.*]

Pontifices in publico, & in Ecclesia superindumentis lineis omnes vtantur, nisi monachi fuerint. *Inno. iij. in Conc. gen. Later. c. 16.*

Cap. III.

Ingressus est Phorius ad synodum baculo innixus, quem ab eo Marinus Vicarius Romanus iussit auferri, dicens: Baculus signum est dignitatis pastoralis, quod hic habere non debet, quia lupus est, non pastor. *Syn. viij. gener. CP. sub Had. ij. act. 7. in prin.*

Cap. IV.

[*11. q. 3. c. 65.*]

Episcopus depositus, restitutus à synodo, recipit orarium, annulum, & baculum. *Tole. iv. cap. 27. Burch. lib. 2. cap. 192. Ivo lib. 3. tit. 7. cap. 5. panor. & par. 5. c. 367. & par. 6. c. 237. decr. Ansel. lib. 8. cap. 27.*

Cap. V.

Episcopo, dum consecratur, datur baculus: vt eius iudicio subditam plebem, vel regat, vel corrigat, vel infirmitates infirmorum sustineat. Datur & annulus, propter signum Pontificalis honoris, vel signaculum secretorum. *Isido. lib. 2. c. 6. de Ecclesiast. offi. apud Aquisgr. 9. in med.*

Cap. VI.

De superhumerali, quod proprium est Episcoporum. *Synod. viij. gen. sub Hadr. ij. act. 2. post med. & ead. syn. cap. 16. vbi mentio fit de stola Pontificali.*

De tonsura Episcopi. Tit. XXVIII.

CAPVT I.

Omnes clerici, vel lectores, sicut leuitæ, & sacerdotes, detonso superius capite toto, inferius solam circuli coronam relinquant. *Tolet. iv. cap. 40. Anselm. libro 7. cap. 201. in addit.*

Cap. II.

Est clericis tonsura signum quoddam, quod in corpore figuratur, sed in animo additur, scilicet, vt hoc signo in religione vitia resecentur, & criminibus carnis nostræ, quasi crinibus exuamur, &c. Quod vero detonso capite superius, inferius circuli corona relinquitur, sacerdotium, regnumque Ecclesiæ in eis existimo figurari. Tiara enim apud veteres constituebatur in capite sacerdotum: hæc ex bysso confecta, rotunda erat, quasi sphæra media, & hæc significatur in parte capitis tonsa: corona autem, latitudo aurei est circuli, quæ Regum capita cingit. Vtrumque ita signum exprimitur in capite clericorum vt impleatur etiam corporis quadam similitudine, quod scriptum est, Petro Apostolo perdocente: Vos estis genus electum, Regale sacerdotium. *Isid. de Ecclesiasticis officiis lib. 2. cap. 4. apud Aquisgr. cap. 1.* [1. Pet. 2. b]

De domo, vestitu, & supellectile Episcopi. Tit. XXIX.

CAPVT I.

[11. q. 4. c. 1.]

Omnis mollities, & ornatus corporis aliena sunt ab Ecclesiastico ordine, Episcopi igitur, & clerici vestibus splendidis vtentes, puniendi sunt; item vnguentis vncti, &c. Sed si imaginum hostes derideant sobria vestimenta cleri, corrigantur, superioribus enim temporibus ita vestiebantur, &c. Qui non necessitatis causa, sed pulchritudinis id facit, elationis crimine accusetur, vt magnus Basilius ait, &c. *Nicæ. ij. cap. 16. Ivo Carnot. par. 5. cap. 377. decr. Anselm. lib. 6. cap. 185. Cæsar. lib. 4. cap. 59.*

Cap. II.

[11. q. 4. c. 3 episcop.]

Episcopus, Presbyter, diaconus, sæculari indumento minime vtantur, nisi, vt condecet, tunica sacerdotali: sed neque dum ambulauerit, in ciuitate, aut in via, aut in plateis, sine operimento præsumat ambulare; præter, si in itinere longo ambulauerit. *Zachar. in syn. Rom. c. 3.*

Cap. III.

Sacerdotes sine ornatu sacerdotali extra domos eos apparere non conuenit. *Roma. sub Eugen. ij. & Leon iv. cap. 12.*

Cap. IV.

[21. q. 4. c. vlt.] [† scissura.]

Præcipimus, quod tam Episcopi, quam clerici, in statu mentis, & in habitu corporis Deo, & hominibus placere studeant, & nec in superfluitate fissuræ, † aut colore vestium, nec in tonsura intuentium, quorum forma, & exemplum esse debent, offendant aspectum; sed potius, quod eorum deceat sanctitatem. *Inno. ij. in Conc. Rom. c. 3. post Inon. panor.*

Cap. V.

Præcipimus, vt tam Episcopi, quam clerici, neque superfluitate, seu inhonesta varietate colorum, aut fissuta vestium, neque in tonsura, intuentium, quorum forma, & exemplum esse debent, offendant aspectum; sed potius ita in suis actibus errata condemnent, & amorem innocentiæ conuersatione demonstrent, sicut dignitas exigit ordinis clericalis. *Eugen. iij. in Conc. Remen. cap. 2.*

CAP. VI.

Didicimus, quosdam Domini sacerdotes superstitioso potius cultui inseruire, quam mentis, vel fidei puritati, &c. Amicti pallio, & lumbos præcincti, credunt se scripturæ fidem, non per spiritum, sed per litteram completuros. Nam si ad hoc ista præcepta sunt, vt taliter seruarentur: cur non fiunt pariter, quæ sequuntur, vt lucernæ ardentes in manibus vna cum baculo teneantur? Habent suum ista mysterium, & intelligentibus ita clara sunt, vt ea magis, quâ decet significatione seruentur. Nam in lumborum præcinctione castitas, in baculo regimen pastorale, in lucernis ardentibus boni fulgor operis, de quo dicitur: Opera vestra luceant, indicantur, &c. Vnde hic habitus in Ecclesiis Gallicanis, vt tot' annorum, tantorumque Pontificum in alterum habitum consuetudo vertatur? Discernendi à plebe, vel cæteris sumus doctrina, non veste; conuersatione, non habitu; mentis puritate, non cultu. *Cælest.ep.2.c.1.*

Luc. c. 12. *Mat.5.*

CAP. VII.

Dist. 41. c.7. Episcopus non longe ab Ecclesia hospitiolum habeat. *Carth.iv.c.14.Cæsar.lib.4.c.60.*

CAP. VIII.

Dist. 41. c.7. Episcopus vilem supellectilem, & mensam, ac victum pauperem habeat, & dignitatis suæ auctoritatem fide, & vitæ meritis quærat. *Carth.iv.c.15.Cæsar. lib.4.c.60.*

CAP. IX.

1.ad Timot.3. Oportet Episcopum irreprehensibilem esse, vnius vxoris virum, sobrium, prudentem, ornatum, &c. Qui vitia non habet, irreprehensibilis appellatur; qui virtutibus pollet, ornatus est. Possumus & aliud intelligere ex hoc verbo, iuxta illud Tullij: Caput est artis, docere quod facias. Sunt enim quidam ignorantes mensuram suam, & tantæ stoliditatis, ac vecordiæ; vt & in motu, & in incessu, & in habitu, & in sermone communi risum spectantibus præbeant: & quasi intelligentes, quid sit ornatus, comunt se vestibus, & munditiis corporis, & lautioris mensæ epulas parant, cum omnis istiusmodi ornatus, & cultus fœdior sit. *Hieronym. in epist. ad Ocean. apud Aquisg.c.11.*

CAP. X.

Quam moderata discretio in vestium cultu, & mensæ apparatu sacerdotibus tenenda sit, dicta B. Gregorij in expositione Euangeliorum, nec non & vita sanctorum virorum. Augustini, & Ambrosij plenissime docent. *Parisien.sub Ludouico,& Lothar.lib.1.c.19.*

CAP. XI.

1.Tim.3. Salubre, & decens esse cognoscitur, atque Apostolicis regulis conueniens; vt non solum, secundum Apostolum, domni suæ spiritaliter Episcopus bene præsit, verum etiam & domum temporalem ornatam, & compositam, secundũ competens ministerium suum, & de vicinitate Ecclesiæ, & de conuenientia religionis, & de receptione pauperum, vel hospitium habeat, & ita sit ordinatá, vt quicumque conuersationem, & domos conuersationis ipsius viderit; habitacula ea religionis valeat computare, non diuersoria impudicitiæ, aut alicuius irreligiositatis, quæ castitati, vel bonæ operationi contrariá sint, vel officiant, æstimentur. *Meld.c.25.*

CAP. XII.

Suggerendum est, & ex diuino mandato intimandum Regię dignitati; vt Episcopium, quod domus Episcopi appellatur, qualiscumque sit in oculis Domini Episcopus, ipse tamen à Rege Regum Rex constitutus, pro sanctitate ordinis Episcopalis, sicut sanctus Gregorius ad Fortunatum docet Episcopum, venerabiliter intueat, & secundum sanctam prædecessorum consuetudinem; quando orationis, & debitæ susceptionis gratia, in transitu conuenienti ciuitatem ingressus fuerit, habitaculis Episcopalibus reuerenter inhabitet, & non diuersoria feminarum magnificentia sua, & religio venerabilis ibidem fieri permittat. *Melden.c.26.*

De temperantia Episcopi in victu. Tit. XXX.

CAPVT I.

Dolentes referimus, quod nõ solum quidam minores clerici, verum etiam, & aliqui Ecclesiarum Prælati circa comessationes superfluas, & confabulationes illicitas, vt de aliis taceamus, fere medietatem noctis expendunt, & somno residuum relinquentes, vix ad diurnum concentum auium excitantur, transcurrendo vndique continuata syncopa matutinum, &c. Hæc igitur, & similia, sub pœna suspensionis penitus inhibemus, &c. *Inno.iij.in Conc.gen.Later.c.17.* *De celeb. miss.c.9. Greg.ix. c.1.eo.ti. in 4.col.*

CAP. II.

Episcopus, Presbyter, diaconus, aleæ, vel ebrietati deditus, cesset, vel deponatur. *Ap. 42.Raba.cap.28.de pœnit.Burch.lib.14.c.5.Iuoli.3.tit.15.c.4.panor.& par.13.cap.73.decr.Cæsar.lib.8.cap 50.& 100.* *Dist.35. c.1.*

CAP. III.

Placuit, vt sobrie, & pie, casteque iuxta Apostolum viuentes, fugiamus turpis lucri gratiam. Non in comessationibus, & ebrietatibus, & inebriemur vino, in quo est luxuria, quemadmodum per semetipsam veritas generaliter in Euangelio præcipiendo protestatur, dicens: Cauete à crapula, & ebrietate, & curis huius sæculi. Vnde & in Ecclesiastico canone sententialiter constat decisum, aut cessate ab huiuscemodi vitij ingurgitatione, aut certe perseuerantes, honoris iactura periclitari debere. *Foreiul.cap.3.* *Tit.2. Ephes.5.* *Luc.21.*

CAP. IV.

Episcopum non oportere nimium profusis incumbere conuiuiis, sed parco, &

moderato cont[illegible]ntus sit cibo, [illegible]e videatur Domini abuti sententia [illegible] dicentis; *Luc. 21. f.* Attendite, ne grauētur corda ve[illegible] in crapula, & ebrietate. Et qu[illegible] diu conti[illegible]atur, potius sacra lectio ante m[illegible]s recitetur, quam otiosa a susurronibus resonēt verba. *Turon. sub Carolo, c. 5.*

CAP. V.

Episcopi, & Dei ministri non debent comessationibus, & vinolentiis nimiis incumbere; sed considerent sententiam Domini dicentis: *Luc. 21.* Attendite, ne grauentur corda vestra in crapula, & ebrietate moderate enim cibū, & necessarium potum sumant, vt iuxta Apostolum sobrij sint; parati ad seruitium Domini. *Remen. c. 18. Burch. li. 14. c. 3. Inop. 13. c. 71. decr.*

CAP. VI.

Tit. c. 1. b. Prohibet (*Paulus*) Episcopum esse vinolentum, ne vel sensu occupato exaltet risum contra grauitatis decorem, & labiis dissolutis cachinnet, vel si paululum tristis cuiusdam rei fuerit recordatus, inter pocula in singultus prorumpat, & lacrymas. Longum est ire per singula, & insanias, quas ebrietas suggerit, explicare. *Hierony. in commentar. in ep. ad Titum apud Aquisgr. cap. 10.*

CAP. VII.

1. Tim. 3. a. Sobrium, prudentem, ornatum, hospitalem, doctorem, pudicum, &c. Sacerdotes, qui ministrant in templo Dei, prohibentur vinum, & siceram bibere, ne crapula, & ebrietate aggrauentur corda eorum, & vt sensus officium exhibens Deo vigeat semper, & *1. Tim. 3. a.* tenuis sit, &c. Non vinolentum, non percussorem; virtutibus vitia opposuit: didicimus, quales esse debeamus; discamus, quales non debeant esse sacerdotes. Vinolentia scurrarum est, & comessatorum: venterque mero æstuans, cito despumat in libidines. In vino luxuria, in luxuria voluptas, in voluptate impudicitia est. Qui luxuriatur, viuens mortuus est; ergo qui inebriatur, & mortuus *1. ad Timot. 3.* est, & sepultus, &c. Domum suam bene regentem: non vt opes augeat, non vt regias paret epulas, non vt cælatas patinas struat, & phasides aues lentis vaporibus coquat, qui ad ossa perueniant, & superficiem carnis non dissoluant artificij temperamēto, sed vt quod populis pręcepturus est, prius à domesticis exigat. *Hierony. in ep. ad Ocean. apud Aquisg. c. 11.*

CAP. VIII.

Turpe est, ante fores sacerdotis Christi crucifixi, & pauperis, & qui cibo quoque vescebatur alieno, lictores Consulum, & milites excubare, iudicemque prouinciæ melius apud te prandere, quam in palatio. Quod si obtenderis te facere hæc, vt roges pro miseris, atque subiectis; iudex sæculi plus deferet clerico continenti, quam diuiti; & magis sanctitatem suam venerabitur, quam opes, &c. Nunquam redoleas vinum, ne audias illud *Tim. 3. a.* Philosophi: Hoc non est osculum porrigere, sed vinum propinare. Vinolentos sacerdotes, *Leu. 10.* & Apostolus damnat, & verus lex prohibet, Qui altario deseruiunt, vinum, & siceram non bibant, &c. Quidquid inebriat & statum mentis euertit; fuge similiter, vt vinum. Nec hoc dico, quod Dei creatura à nobis damnetur; siquidem & Dominus vini potator est appellatus: & Timotheo dolenti stomachum modica vini sorbitio relaxata est. sed modum pro ætatis; & valetudinis, & corporum qualitate exigimus in potando. Quod si absque vino ardeo adolescentia, & inflammor calore sanguinis, & succulēto, validoque sum corpore, libenter carebo poculo, in quo suspicio veneni est. *Hieron. ad Nepotian. apud Aquisgr. cap. 94. in med.* *Mat. 11. c. 1 Tim. 5. d.*

CAP. IX.

Sobrietatem; quam Apostolus Episcopo habendam docet, adeo nos eam nobis sectandam statuimus, vt nullus sacerdotum ebrietatis deprauatione se, aut ministerium suum vilescere faciat, quo merito reprehensibilis videatur: quia legimus, ebrietatem dedecus esse cuique Christiano sectari, quanto magis sacerdotibus? vnde Apostolus inquit; Nolite inebriari vino, in quo est luxuria. Legitur & *Ephe. 5. d.* alibi, sic oportere Episcopum bibere, vt quasi non bibisse videatur. Quapropter, deinceps quicumque huius ordinis huic noxio vitio inseruiens deprehensus fuerit; censuimus, vt secundum statutum canonicum, quicumque ebrietati deseruit, aut desinat, aut deponatur. *Aquisgr. 11. sub Ludou. par. 1. cap. 6.*

Episcopus pauperes alat. Tit. XXXI.

CAPVT I.

SI Episcopus, vel Presbyter clerico indigenti non præbeat necessaria, excommunicetur, si perseuerat, deponatur, quasi fratris occisor. *Ap. 59.*

CAP. II.

Quid prodest, fratres mei, Apostolus Iacobus ait, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? &c. In actibus Apostolorum legitur: Neque enim quisquam egens erat inter illos, &c. Episcopi, & fideles dispensatores eorum omnibus communem vitam degere volentibus ministrare cuncta necessaria debent, prout melius potuerint. vt nemo in eis egens inueniatur, &c. quia vota sunt fidelium, & pretia peccatorum ac patrimonia pauperum, atque ad prædictum opus explendum Domino tradita, &c. *Vrba. ep. vn. in prin. Burch. lib. 3. c. 143. Inop. 3. c. 139. decr. Anselm. lib. 5. c. 37. & lib. 7. c. 4. Cæsar. lib. 7. c. 57.* *Iacob. 2. c & 3. a. Act. 4. g. 12. q. 1. c. 16. videntes. in fi.*

CAP. III.

Viduarum, pupillorum, atque pauperum, nec non & clericorum stipendia distribuere debent Episcopi. Reliquum sibi vindicent, vt peregrinorum, atque captiuorum largitores esse possint. *Gela. ep. 2. in prin. Episcopis Sicil. Inop. par. 3. c. 147. decr.* *16. q. 3. præsumum. 2.*

CAP. IV.

Centum Ecclesiarum, id est, solidum de catata suscipe, & nullam habeas hæsitationem, dum ex eo poteris eleemosynam tribuere, ac in Christi pauperes partiri, & opus perficere sacrarum Ecclesiarum iuxta canonum instituta. *Zacha. ep. 5. ante finem.*

CAP. V.

12. q. 1. c. 23. Episcopus Ecclesiasticarum rerum habeat potestatem ad dispensandum erga omnes, qui indigent, cum summa reuerentia, & timore Dei, &c. *Antioche. c. 25. Vormaci. c. 46. Mart. Brac. 16. Capit. li. 7. c. 74. Ansel. lib. 6. c. 163.*

CAP. VI.

Dist. 82. c. 1. Episcopus pauperibus, vel infirmis, qui debilitate faciente, non possunt suis manibus laborare, victum, & vestimentum, in quantum possibilitas habuerit, largiatur. *Aurel. 16. vel 18.*

CAP. VII.

Qui pro quibuscumque culpis in carceribus deputantur, ab Archidiacono, seu à præposito Ecclesiæ diebus singulis Dominicis requirantur, vt necessitas vinctorum, secundum præceptum diuinum, misericorditer subleuetur; atque à Pontifice instituta fideli, & diligenti persona, quæ necessaria prouideat, competens victus de dono Ecclesiæ tribuatur. *Aurel. v. cap. 20.*

CAP. VIII.

Licet, propter Deo, omnium Domini sacerdotum, vel quorumcumque hæc cura posset esse fidelium, vt egentibus necessaria debeant ministrari: specialiter tamen debilibus id pietatis causa conuenit, vt vnusquisque Episcoporum incolis, quos infirmitatem incurrisse, tam territorij sui, quam ciuitatis agnouerit, de domo Ecclesiæ, iuxta possibilitatem, victui, & vestitui necessaria subministret, vt non eis desit misericordiæ cura, quos per duram infirmitatem intolerabilis constringit inopia. *Aurel. v. cap. 21.*

CAP. IX.

Placuit vniuerso concilio, vt vniuscuiusque ciuitatis leprosi, qui intra territorium ciuitatis ipsius, aut nascuntur, aut videntur consistere, ab Episcopo Ecclesiæ ipsius sufficientia alimenta, & necessaria vestimenta accipiant, vt illis per alias ciuitates vagandi licentia denegetur. *Lugdun. ij. cap. 6.*

CAP. X.

Decimæ soluantur Ecclesiasticis: quibus sacerdotes aut in pauperum vsum, aut captiuorum redemptionem prorogatis, suis orationibus pacem populo, ac salutem impetrent. *Matiscon. ij. cap. 5.*

CAP. XI.

Mat. 25. d. Sectatores hospitalitatis nos esse, non solum Dominus Iesus admonet, cum se dicit in hospitem receptum fuisse, sed etiam eius Apostolus omnibus pene præceptis. Propterea vnumquemque nostrum oportet, non solum semetipsum ad hoc opus aptare, sed etiam omnium fidelium mentes, vt possint ad Deum misericordiæ operibus pro nostris peccatis intercedere, & nos ei per veram hospitalitatem reconciliari. Si quis ergo nostrum non admonuerit, aut exemplum exhortationis suæ ipse prius non comprobauit opere, indignationem diuinæ proculdubio incurret maiestatis. Prædicetur hoc nostræ mediocritatis statutum in auribus omnium Christianorum, *Matisc. y. cap. 11.*

CAP. XII.

Peregrini, & pauperes conuiuæ sunt Episcoporum; cum quibus non solum corporali, sed & spiritali reficiantur alimento. *Turonens. sub Carolo cap. 6.*

CAP. XIII.

Licitum sit Episcopis, præsentibus presbyteris, & diaconibus de thesauro Ecclesiæ familiæ, & pauperibus eiusdem Ecclesiæ, secundum canonicam institutionem, iuxta quod indiguerint, erogare. *Turon. sub Carol. c. 11.*

CAP. XIV.

Si quando sacerdotes fruges, vel quosdam redditus terræ congregant, & protelant; non ideo hoc faciant, vt carius vendant, & thesauros congregẽt, sed vt pauperibus tempore necessitatis subueniant. *Cabilon. sub Carol. c. 8.*

CAP. XV.

Episcopi, & Abbates, pauperes, & indigentes secum ad mensam habeant. *Remen. c. 17.*

CAP. XVI.

(*Episcopus*) tenebit illam supereminentem donis omnibus caritatem, sine qua omnis virtus nihil est. Custos enim sanctitatis caritas est: locus autem huius custodis humilitas, &c. Inter hæc oportet eum sollicita dispensatione curam pauperum gerere, esurientes pascere, vestire nudos, suscipere peregrinos, captiuos redimere, viduas, ac pupillos tueri, peruigilem in cunctis exhibere curam prouidentia, & distributione discreta. In quo etiam & hospitalitas ita erit præcipua, vt omnes cum benignitate, & caritate suscipiat. Si enim omnes fideles illud Euangelicum audire desiderant; Hospes fui, & suscepistis me: quãto magis Episcopus, cuius diuersorium cunctorum debet esse receptaculum? Laïcus enim vnum, aut duos suscipiens, impleuit hospitalitatis officium; Episcopus, si omnes non receperit, inhumanus est. *Isidor. lib. 2. c. 5. de ecclesf. offic. apud Aquisgra. c. 9. in fi. Hierony. ad Titum. apud Aquisg. c. 10. in fine.* 1. Cor. 13. Mat. 25. d.

CAP. XVII.

Qui non dat pro ouibus substantiam suam, quando pro eis daturus est animam suam? Primum itaque nostrum est, exteriora nostra ouibus eis impendere; postmodum vero, si necesse sit, pro eisdem ouibus animam ponere. *Parisien. sub Ludouico, & Lothar. lib. 1. c. 12. Gregor. in homil. Ego sum pastor.*

CAP. XVIII.

Cum hospitalitas in tremendi examinis die ab æterno iudice sit remuneranda, qui dicturus est; Hospes fui, & collegistis me: & ob id Mat. 25 d.

ab omnibus Christianis summopere sit sectanda, multo magis tamen, vigilantiusque ab his, qui dictis, & exemplis ad vitam æternam aliis ducatum præbere debent, postposita auaritiæ peste, & alia qualibet occasione, prorsus est exequenda. Ab Apostolo quippe, inter cętera virtutum præconia, quæ Episcopo inesse debent, hospitalitas etiam habenda prædicatur, Episcopi namque domus, vt beatus Hieronymus scribit, omnium commune debet esse hospitium. Laïcus enim vnum, aut duos, aut paucos recipiens, implebit hospitalitatis officium; Episcopus, nisi omnes recipiat, inhumanus ab eo scribitur. Hospitalitas, porro, quam Dominus remuneraturum se esse asseruit, illa est intelligenda, quæ membris Christi, tecto scilicet indigentibus, & diuersas necessitates patientibus exhibetur, vnde ait Iob: Foris non mansit peregrinus, ostium meum viatori patuit, &c. *Paris. sub Lud. & Loth. lib. 1. cap. 14.*

1. Tim. 3. d. — *in com. ad Titum c. 1.* — *Iob 31. d.*

C AP. XIX.

Placet, vt deinceps in singulis ciuitatibus, & monasteriis iuxta modum rerum, hospitalitas ordinetur aduenientium, & placuit omnibus Episcopis, vt quocumque sit loco Episcopus, coram se adgreget pauperes semper ad refectionem. *Syn. Aquisgr. g. sub Ludou. p. 1. c. 3.*

C AP. XX.

Salubre, & decens esse cognoscitur, atque Apostolicis regulis conueniens, vt non solum secundum Apostolum, domui suæ spiritaliter Episcopus bene præsit; verum etiam & domum temporalem ornatam, & compositam, & de vicinitate Ecclesiæ, & de conuenientia religionis, & de receptione pauperum, vel hospitum habeat. *Melden. cap. 25.*

1. Tim. 3. d.

C AP. XXI.

Prælati singuli eleemosynarios honestos habeant, & ipsi Prælati sint iuxta Apostolum hospitales. *Oxonien. cap. 8.*

C AP. XXII.

Zacharias statuit, vt crebris diebus alimentorum sumptus, qui & eleemosyna vsque nunc appellatur, de venerabili patriarchio (à parte cællarij † pauperibus, & peregrinis, qui apud B. Petrum demorantur, deportati, eisdemque erogati, hec non & omnibus inopibus, & infirmis per vniuersas regiones istius Roman. vrbis constitutis, eisdem similiter distribui ipsam alimentorum instituit eleemosynam. *Ex Pontif.*

† à paracellario, vel à cællario.

Episcopi quos libros legere debeant. Tit. XXXII.

CAPVT I.

QVi promouetur ad Episcopalem gradum, Psalterium sciat, & inquiratur à Metropolitano, an lectutus sit diligenter sacros canones, sanctum Euangelium, sancti Apostoli librum, & totam sacram Scripturam, & iuxta Diuina præcepta conuertat, & doceat populum suum. est enim substantia hierarchiæ scientia scripturarum, vt ait Magnus Dionysius. Si vero dubitet id facere, & docere, non ordinetur, &c. *Nica. 15. c. 2. Vide Carth. 18. G. in opar. 5. cap. 372. decr.*

C AP. II.

Episcopus Gentilium libros non legat; hęreticorum autem, pro necessitate, & tempore. *Carth. iv. c. 16. Burch. lib. 1. c. 95. Iuo lib. 2. tit. 11. c. 44. panor. & par. 4. c. 160. & par. 5. c. 197. decr. Anseld. lib. 7. cap. 202. in addit. Cæsar. lib. 2. cap. 29. & lib. 4. cap. 56.*

Dist. 37. c. 1.

C AP. III.

Omnes Episcopi studiose operam diuinæ dent lectioni sanctum Euangelium, & Epistolas beati Pauli Apostoli non solum crebro lectitent, sed etiam quantum possint, memoriæ studeant commendare, sanctorumque Patrum opuscula super eadem exposita, deuote frequentent, similiter & de cæteris libris canonicis faciant. *Turonen. sub Carolo c. 2.*

C AP. IV.

Nulli Episcopo liceat, canones, aut librum pastoralem à B. Gregorio Papa editum, si fieri potest, ignorare, in quibus se debet vnusquisque quasi in quodam speculo assidue considerare. *Turonen. sub Carolo c. 3.*

C AP. V.

Quilibet Episcopus habeat homilias continentes necessarias admonitiones, quibus subiecti erudiantur, id est, de fide catholica, prout capere possint, de perpetua retributione bonorum, & æterna damnatione malorum; de resurrectione quoque futura, & vltimo iuditio, & quibus operibus possit promereri beata vita, quibusve excludi. *Turon. sub Carolo. c. 17. Magun. sub Rabano. c. 2.*

C AP. VI.

Decreuimus iuxta sanctorum canonum constitutionem, & cæterarum sanctarum scripturarum doctrinam, vt Episcopi assidui sint in lectione, & scrutentur mysteria verborum Dei, quibus in Ecclesia doctrinæ fulgore splendeant, & verborum Dei alimentis animas sibi subditas satiare nō cessent, & cum Dauid quotidie dicant: Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua, ita videlicet, vt illas scripturas notissimas habeant, quæ catholicæ appellātur, & earum sensum per Patrum tractatus inquirant, canones quoque intelligant, & librum beati Grego. Papæ de cura pastorali, & secundum formam ibidem constitutā & viuant, & prædicent. *Cabilon. sub Carolo c. 1.* *Psal. 118.*

C AP. VII.

Episcopi diligentius operam dent, lectionique diuinæ incumbant, id est, canonicis libris, & opusculis Patrum, & verbum Dei omnibus prædicent. *Remen. 14.*

C AP. VIII.

Qui diligenter de vita contemplatiua considerat, non dubitabit, Ecclesiarum Principes vitæ contemplatiuæ posse, & debere fieri

sectatores, &c. Vacationem ab omnibus occupationibus mundi, & diuinarum studium litterarum etiam hic possunt habere Pontifices. Sedilli, qui se ab omnibus implicamentis negotiorum sæcularium remouentes, non torpent otio, sed insistunt perfectionis suæ negotio, & à stultitia sapientiæ sæcularis auersi, verbo Dei infatigabiliter vacant, sapientes veraciter fiunt, cælestia sapiunt, terrena despiciunt, contradicentes sanæ doctrinæ redarguunt, obedientes instruunt, sanctis virtutibus, quibus in dies singulos fiunt Deo propinquiores, incumbunt, & tam suis, quam omnibus, qui per eos erudiuntur, prouectibus clari, hic quidem velut gustum quendam contemplatiuæ vitæ, quo ad eam feruentius prouocentur, accipiunt; sed ibi iam in æternum felices effecti de eius perfectione gaudebunt. Proinde non inflantur, quia hic omniũ fidelium Catholicorum honorantur vt capita, &c. *Prosper apud Aquisgr. c. 19.*

CAP. IX.

Scire conuenit, quantum Rector sacræ legis meditationibus esse debeat intentus, iuxta quod in libro pastorali habetur, id est, quod omne bonum rite à Rectore agitur, si supernæ formidinis spiritu afflatus, studiose quotidie sacri eloquii præcepta meditetur. *Aquisgr. ij. sub Ludo. par. 2. c. 9.*

Ne Episcopus venationi, aut aucupiis operam det. Tit. XXXIII.

CAPVT I.

c. cum Apostolus. 6 de censib. apud Gr. ix. & in 1, coll. c. 6. eo. tit. CVm canibus venatotiis, & auibus non proficiscantur (*Episcopi cum diœceses visitant*) sed ita procedant, vt non quæ sunt sua, sed quæ Iesu Christi quærere videantur. *Alex. iij. in conc. Later. c. 4.*

CAP. II.

Sacerdotes, qui ad debita, & oportuna officia, Ecclesiis indifferenter adesse debent, fœnore aliquo, aut venatione, vel aliqua aucuparione, rusticoque ministerio omnino non occupentur. *Eugen. ij. in syn. Roma. & Leo iv. c. 12. Inopar. 13. c. 7. decr. Anselm. lib. 7. c. 103. Cæsar. lib. 8. cap. 25.*

CAP. III.

Dist. 24. c. 2. Epis. c. 1. de cler. ven. Gr. ix. & in 1. coll. Episcopis, presbyteris, atque diaconibus, canes ad venandum; & accipitres ad aucupandum habere non liceat. Quod si quis talium personarum in hac voluntate detectus fuerit; si Episcopus est, tribus mensibus se suspendat à communione, presbyter duobus mẽsibus se abstineat, &c. *Agathen. c. 55. Epaun. c. 3. Vorm. c. 17. Burch. lib. 2. cap. 213. Ivo lib. 3. tit 15. cap. 1. panor. & par. 5. cap. 366. & par. 6. c. 288. & par. 13. c. 30. decr.*

CAP. IV.

Volumus quod Episcopalis domus, quæ ad hoc, Deo fauente, instituta est, vt sine personarum acceptione omnes in hospitalitate recipiat, canes non habeat; ne forte hi, qui in ea miseriarum suarum leuamen habere confidunt, dum infestorum canum morsibus laniantur, detrimentum versa vice suorum sustineant corporum. Custodienda est igitur Episcopalis habitatio hymnis, non latratibus, operibus bonis, non morsibus venenosis. Vbi igitur Dei est assiduitas cantilenæ, monstrum est, & dedecoris nota, canes ibi, vel accipitres habitare. *Matisc. y. c. 13.*

CAP. V.

Sacerdotes venationes ferarum, vel auium minime sectentur. *Turon. sub Carolo c. 8*

CAP. VI.

Sacerdotes canum, accipitrum, falconum, vel cęterarum huiusmodi rerum curam paruipendere debent. *Cabil. sub Carolo. c. 9.*

Ne Episcopus ludos sæculares spectet. Tit. XXXIV.

CAPVT I.

SAcerdos sedule diuina debet perscrutari, & admouere eloquia, vt inueniatur beatus, de quo Psalmista ait: Et in lege eius meditabitur die, ac nocte. *Psal. 1.* Quamobrem ludos aliquos coram se fieri non delectetur; transgressor quippe inuentus, admonitione Episcopi vlterius agere desinat; sin autem, canonice iudicetur. *Eugen. ij. in syn. Rom. & Leo iv. c. 11. Inopar. 11. c. 76. decr. Cæsar. lib. 8. c. 81.*

CAP. II.

De consec. dist. 5. c. 37 non oportet. Quod non oporteat sacerdotes, aut clericos, quibuscunque spectaculis in cœnis, aut in nuptiis interesse, sed antequam thymelici ingrediantur, exurgere eos conuenit, atque inde discedere. *Laod. c. 54. Mart. Brac. cap. 59. Aquisgr. c. 83. Inopar. 11. c. 78. decr. Cæsar. lib. 8. cap. 83.*

CAP. III.

Filij Episcoporum, vel clericorum spectacula sæcularia non exhibeant, sed nec spectent, quandoquidem ab spectaculo, & omnes laici prohibeantur; semper enim Christianis omnibus, hoc interdictum est, vt vbi blasphemi sunt, non accedant. *Carth. iij. c. 11.*

CAP. IV.

Ab omnibus quæcumque ad aurium, & ad oculorum pertiuent illecebras, vnde vigor animi emolliri posse credatur, quod de aliquibus generibus musicorum aliisque nonnullis rebus sentiri potest; Dei sacerdotes abstinere debent: quia per aurium, oculorumque illecebras vitiorum turba ad animam ingredi solet. Histrionum quoque turpium, & obscœnorum insolentias iocorum, & ipsi animo effugere, cæterisque sacerdotibus fugienda prædicare debent. *Turon. sub Carolo c. 7.*

CAP. V.

Sacerdotibus non expedit, sæcularibus, & turpibus quibusque interesse iocis. *Turon. sub Carolo c. 8.*

CAP. VI.

Ab omnibus oculorum, auriumque illecebris, sacerdotes abstinere debent, &c. & histrionum, siue scurronum, & turpium, seu obscœnorum iocorum insolentiam, non solum ipsi respuant, verum etiam fidelibus respuenda percenseant: *Cabil. sub Carolo c. 9.*

CAP. VII.

Eph. 5. d. Cum ab omnibus Christianis, iuxta Apostoli documentum, stultiloquium, & scurrilitas sit cauenda, multo magis à sacerdotibus Domini, qui aliis exemplum, & condimentum salutis esse debent, caueri oportet. Hæc quippe à sanctis viris penitus, sunt propellenda, quibus magis conuenit lugere, quam ad scurrilitates, & stultiloquia, & histrionum obscœnas iocationes, & cæteras vanitates, quæ animam Christianam à rigore suæ rectitudinis emollire solent, in cachinnos ora dissoluere. Neque enim decet, aut fas est, oculos sacerdotum Domini huiuscemodi spectaculis fœdari, aut mentem quibuslibet scurrilitatibus, aut turpiloquiis ad inania rapi, &c. Nobis omnibus in commune visum fuit, vt si qui sacerdotum hactenus his vanitatibus vsi fuerint, ab his deinceps, Domino adiuuante, prorsus se cauere debere meminerint. *Paris. sub Lud. & Loth. lib. 1. c. 38.*

De castitate Episcopi. Tit. XXXV.

CAPVT I.

1. Tim. 3. d. Qvicumque in sacerdotio Dei positi sunt, irreprehensibiles esse debent, Paulo attestante: Oportet Episcopum irreprehensibilem esse. Inoffensos ergo, & immaculatos decet Dei existere sacerdotes, nec vllius eos fornicationis contagio pollui; sed caste viuentes, mundos semetipsos celebrandis exhibeant sacramentis. Abstineamus ergo nos ab omni opere malo, & ab omni inquinamento carnis liberi maneamus, vt mundi corpore, purgati mente possimus ad sacrificium Christi digni accedere, & Deum pro delictis omnium deprecari. *Tolet. iv. c. 20.*

CAP. II.

Dum secundum carnis assumptę misterium, Ecclesiæ suæ fuerit dignatus caput existere Christus; merito in membris eius intentio Episcoporum officia peragere cernitur oculorum. Ipsi enim de sublimioribus celsitudine ordinis tegunt, & disponunt subiectas multitudines plebium, vnde quanto ipsi sequentiũ fiunt ductores, tanto meritorum lumine debent præfulgere. Quapropter omnes Episcopi inter cætera virtutum ornamenta, nitore carnis debent propensius enitere, vt ex hoc audientes munditiam appetãt, ex quo doctores immunditia nõ deturpat, &c. *Tolet. viij. c. 4.*

CAP. III

Non solum (*castitatem*) retinendam Pontifices suo corpori censeant, sed & presbyteris, & diaconibus ministrantibus Dei altaribus, modis omnibus obseruandam constituant. *Tolet. xvj. Epist. sub Reccared. Rege.*

CAP. IV.

Tempore, quo Metropolitanus in Ecclesia Dei fuerit ordinatus Episcopus, placitum in nomine suorum comprouincialium faciat, vt caste, sobrie, recteque viuat; Similiter & quãdo confinitimi Episcopi in Ecclesiis, quibus præesse potuerint, ordinati, placitum faciant in nomine Episcopi sui Metropolitani, vt caste, & sobrie viuant. Quod si iuxta canonicam sententiam, per voluntatem Metropolitani, &c. ab alio Metropolitano aliqui fuerint ordinati; tempore quo ad Metropolitanum suum post suam veuerint ordinationem, tale placitum non differant facere, &c. *Emerit. c. 4.*

CAP. V.

Habebit Episcopus inter hæc omnia, & castitatis eminentiam, ita vt mens Christi corpus confectura ab omni inquinamento carnis sit munda, & libera, &c. Erit Episcopo, iuxta Apostolum, mansuetudo, patientia, sobrietas, moderatio, abstinentia, siue pudicitia; vt non solum ab opere immundo se abstineat, sed etiam ab oculi, & verbi, & cogitationis errore; ita, vt dum nullum in se vitium regnare permittit, impetrare apud Deum veniam pro subditorum facinoribus valeat. *Isidor. de Ecclesiastic. offic. lib. 2. c. 6. apud Aquisgr. c. 9. in fine.* *1. Tim. 3. a.*

CAP. VI.

Quod modo mansuetudo, patientia, sobrietas, moderatio, abstinentia lucri, hospitalitas quoque, & benignitas præcipue esse debent in Episcopo, & inter cunctos laicos eminentia; sic & castitas proprie, & vt ita dixerim, pudicitia sacerdotalis, vt non solum ab opere se immundo abstineat, verum à iactu oculi, & cogitationis errore mens corpus Christi confectura sit libera. *Hieron. in comment. in epist. ad Tit. apud Aquisgr. c. 10. in fi.*

Ne Episcopus vxorem ducere audeat. Tit. XXXVI.

CAPVT I.

Statuimus, quatenus Episcopi, presbyteri, diaconi, subdiaconi, regulares canonici, & monachi, atque conuersi, & professi, qui sanctum transgredientes propositum, vxores sibi copulare præsumpserint, separentur. Huiusmodi namque copulationem, quoniam contra Ecclesiasticam regulam esse contractam, matrimonium non esse censemus. Qui etiam ab inuicem separati, pro tantis excessibus condignam pœnitentiam agant, &c. *Innoc. ij. in syn. Rem. c. 5. Eugen. iij. in conc. Rem. c. 7. Pœnit. Rom. tit. 8. c. 7. Iuo in fine panor.* *27. q. 1. c. 40. vt lex.*

CAP. II.

Episcopi, presbyteri, diaconi, &c. qui vxo-

res sibi copulare præsumpserint, separentur, & agant pœnitentiam. *Eugen. ly. in con. Remen. c.* 7.

C A P. III.

Dist. 31. *c.* 10. Lex continentię eadem est ministris altaris, quæ Episcopis, atque presbyteris, qui cum essent laïci, siue lectores, licite, & vxores ducere, & filios procreare potuerunt: sed cum ad prædictos peruenerint gradus, cœpit eis non licere, quod licuit. *Leo ep. 90. vel 92. ad Rustic. Narbo. Episc. c. 3. Burch. lib. 2. c. 114. Iuo lib. 3. tit. 8. c. 23. panor. & par. 6. c. 68. decr. Ansl. li. 7. c. 135. Cæsar. lib. 8. c. 57. Tarr. lib. 1. c. 101.*

Episcopus, qui habet vxorem, abstineat ab illa. Tit. XXXVII.

CAPVT I.

Dist. 82. *c.* 3. & *c.* 4. *quia.* Plurimos sacerdotes, atque Leuitas post longa consecrationis suæ tempora, tam de coniugibus proprijs, quam etiam de turpi coïtu, sobolem didicimus procreasse; & crimen suum hac præscriptione defendere, quia *Leu.* 21. *c.* in veteri testamento sacerdotibus, ac ministris generandi facultas legitur attributa, &c. *Leu.* 21. *c.* Qui (*Episcopi, presbyteri, & diacons*) illiciti priuilegij excusatione nituntur, & sibi asserunt veteri hoc lege concessum; nouerint, se ab omni Ecclesiastico honore, quo indigne vsi sunt, Apostolicæ sedis auctoritate deiectos, nec vnquam posse veneranda attrectare mysteria, à quibus se ipsi, dum obscœnis cupiditatibus inhiant, priuauerunt, &c. *Syric. ep. 1. c. 7. Iuo par. 6. c. 50. decr. Cæsar. lib. 8. cap. 53. Tarrac. lib. 6. c. 35.*

C A P. II.

Dist. 31. *cap.* 4. *tenere.* Quod dignum, & pudicum, & honestum est, suademus, vt sacerdotes, & leuitæ cum vxoribus suis non coeant, quia in ministerio diuino quotidianis necessitatibus occupantur. *Syric. ep. 4. c. 9. apud conc. Telen. Inn. ep. 2. c. 9.*

C A P. III.

Dist. 31. *tenere. cap.* 4. Præterea quod dignum, & pudicum, & honestum est, tenere Ecclesia omnimodo debet: vt sacerdotes, & leuitæ cum vxoribus suis non misceantur; quia ministerij quotidiani necessitatibus occupantur, scriptum est enim: Sancti estote, quoniam & ego sum sanctus Dominus Deus vester. Nam si priscis *Leu.* 21. temporibus de templo Dei sacerdotes anno *g.* 20. *b.* vicis suæ non discedebant, sicut de Zacharia legimus; nec domum suam omnino tangebât, *Luc.* 1. *d.* quibus vtique propter sobolis successionem vxoris vsus fuerat relaxatus; quia ex alia tribu, & præterquam ex semine Aaron ad sacerdotium magis hi sacerdotes, vel leuitæ pudicitiam nullus fuerat præceptus accedere: quanto ex die ordinationis suæ seruare debent, quibus vel sacerdotium, vel ministerium sine successione est; nec præterit dies, qua vel à sacrificiis diuinis, vel à baptismatis officio vacent. Nam si beatus Apostolus Pau- *1. Cor.* 7. lus ad Corinthios scripsit dicens: Abstinete vos ad tempus, vt vacetis orationi; & hoc vtique laïcis præcepit: multo magis sacerdotes, quibus, & orandi, & sacrificandi iuge officium est, semper debebunt ab huiusmodi consortio abstinere. *Inno. ep. 2. c. 9. Vid. ep. 31. Burch. lib. 2. c. 18. Iuo lib. 3. tit. 8. c. 11. panor. & par. 6. cap. 94. & 194. decr. Anselm. lib. 7. cap. 132.*

C A P. IV.

Sacerdotum tam excellens est electio, vt *Dist.* 31. hæc, quæ in aliis Ecclesiæ membris non vo- *omnium* cantur ad culpam, in illis tamen habeantur *cap.* illicita. Nam cum extra clericorum ordinem constitutis, nuptiarum societati, & procreationi filiorum studere sit liberum, ad exhibendam tamen perfectæ continentiæ puritatem, nec subdiaconibus quidem carnale connubium conceditur; vt & qui habent, sint tanquam non habentes; & qui non habent, permaneant singulares. Quod si in hoc ordi- *1. Cor.* 17. ne, qui quartus à capite est, dignum est custo- *e.* diri: quanto magis in primo, aut secundo, vel tertio seruandum est, ne aut leuitico ministerio, aut presbyterali honori, aut Episcopali excellentiæ quisquam idoneus existimetur, qui se à voluptate vxoris necdum frenasse detegitur? *Leo epist. 82. ad Anastas. Thessalon. Episcop. cap. 3. & 4. Burch. lib. 1. cap. 5. & lib. 2. cap. 148. Iuo lib. 3. tit. 8. cap. 17. panor. & par. 5. cap. 59. & par. 6. cap. 98. & 221. decr. Anselm. lib. 6. cap. 15. & lib. 7. c. 137.*

C A P. V.

A die suscepti sacerdotij etiam ab ipso proprio coniugio prohibendi sunt (*sacerdotes*) &c. Quomodo ad orandum pro peccatis populi accedere præsumunt, dum sacri canones, neque purum clericum, cui sacerdotium non est, secundis copulari nuptiis præcipiunt? Isti è contrario, non solum post susceptum sacerdotium se abstinere ab vna vxore nolunt, immo luxuria obuoluti peiora sæcularium scelera committunt, vt plures vxores habere præsumant, quibus neque vnam concessum est, post susceptum ministerium attrectare. *Zach. ep. 6. ante med.*

C A P. VI.

Placuit, in totum prohibere Episcopis, presbyteris, diaconibus, ac subdiaconibus positis in ministerio, abstinere se à coniugibus suis, & non generare filios. *Elib. c.* 33.

C A P. VII.

Episcopos, presbyteros, & diaconos ita *Dist.* 31. placuit, vt condecet sacro sanctos Antistites, *c.* 3. & & Dei sacerdotes, nec non & leuitas, vel *dist.* 84. qui sacramentis diuinis inseruiunt, continen- *c.* 3. *cum* tes esse in omnibus, quo possint simpliciter, *in præte-* quod à Deo postulant, impetrare: vt quod *rito.* Apostoli docuerunt, & ipsa seruauit antiquitas, nos quoque custodiamus. Ab vxoribus abstineant Episcopi, presbyteri, diaconi, &c. *Carth. c. 3. & 4. G. Carth. ij. c. 2. L. Raban. c. 29. de pœnit. Iuo. lib. 3. tit. 8. c. 10. panor.*

CAP. VIII.

Dist. 31. c. 13. plerumque. d. 84. c. 4. cum de quorundam. E[illegible], dia onus, sub [illegible] nus, [illegible] al[illegible]et, [illegible] officio Ecclesia[illegible] *Carth. 1. 25 & 71. G. A. fric. [illegible] L. Magun. sub Arnul c 19. Ivo [illegible] tit. 8. [illegible] 22. panor. Anselm. lib. 8. c. 7.*

CAP. IX.

Licet a Patribus nostris fuerit constitutum, vt q[illegible]umque sacerdos, vel leuita filiorum pro[creat]ioni operam dare fuisset conuictus, à [co]mmunione Dominica abstineret, nos tamen, &c. decreuimus, vt sacerdos, vel leuita coniugali concupiscentiæ inhærens, vel à filiorum procreatione non desinens, ad altiorem gradum non conscendat, &c. Sed vt hæc valeant obseruare, fomitem omnium vitiorum oportet abscindi, Apostolo præcipiente: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, &c. Neque fornicarij, neque idolis seruientes, neque ebriosi regnum Dei possidebunt. *Turon. c. 2.* *Ephes. 5.* *1. Cor. 6.*

CAP. X.

Episcopus coniugem vt sororem habeat, & ita sancta gubernatione gubernet domum omnem, tam Ecclesiasticam, quam propriam; vt nulla de eo suspicio quaqua ratione consurgat, &c. Tam longe absint mansionis propinquitate diuisi, vt nec hi, qui ad spem recuperandam clericorum seruitute nutriuntur, famularum propinqua contagione polluantur. *Turon. 13. c. 13.* Episcopum Episcopam non habentem nulla sequatur turba mulierum, &c. *Ibidem. c. 13.*

CAP. XI.

Compertum est, Episcopos, presbyteros, & diaconos venientes ex hæresi, carnali adhuc desiderio vxoribus copulari, ne ergo hoc fiat, præcipimus, quod & canonibus prioribus continetur, vt non liceat eis viuere libidinosa societate, sed manente inter eos coniugali lege, communem vtilitatem habeant, & non sub vno conclaui maneant. Vel certe, si suffragatur virtus, in alia domo suam vxorem faciat habitare, vt castitas apud Deum, & homines habeat testimonium bonum. Si quis vero obscœne cum vxore elegerit viuere, nec lector habeatur. Qui vero semper sub canone Ecclesiastico iacuerint, si contra veterum imperata, in suis cællulis mulierum, quæ infamiæ suspicionem possunt generare, consortium habuerint; illi canonice quidem distringantur, mulieres vero ab Episcopis venundentur, & pretium ipsum pauperibus erogetur. *Tolet. 3. c. 5.*

CAP. XII.

Episcopi, presbyteri, vel honoratiores clerici, si coniugibus suis post ordines copulentur, omni in perpetuum, quam admisso iam crimine perdidit, dignitate priuabitur. *Matiscon. cap. 11.*

CAP. XIII.

Peruenit ad nos, quo[d] [qui]dam fac[illegible]tes, & mi[illegible] obliuiscentes ma[illegible] & veterum constitutorum, aut vx[illegible] [illegible]arum [illegible] que fe[illegible]arum immunda societate, & exe[illegible] [illegible] al [illegible] conta[gio]ne turpa[illegible] pessima cordis [illegible]stinatione tam factis lætetis, quam Patrum [illegible]ulis obuiantes, &c. S[illegible] est Sancti estote, quoniam & ego sanctus sum, dicit Dominus. Et illud Apostolicum Mortificate membra vestra, quæ sunt super t[er]ram, id est, fornicationem, & inmunditiam, concupiscentiam malam, & auaritiam; quibus quanto est pertinacior vis in malis, tanto austerioribus conuenit obuiare decretis, &c. *Toletan. 7. cap. 5.* *Leu. 19. d. 20. b.* *Coloss. 3. d.*

CAP. XIV.

Placuit, vt Episcopi, presbyteri, &c. abstineant se à coniugibus, & non generent filios. Quod si hoc decretum violauerint, ab honore clericatus pellantur. *Vormacien. c. 9.*

Ne apud Episcopum habitent feminæ, præter matrem, & sororem, &c. Tit. XXXVIII.

CAPVT I.

Interdixit per omnia magna synodus non Episcopo, non presbytero, non diacono, nec alicui omnino, qui in clero est, licere subintroductam habere, nisi forte aut matrem, aut sororem, aut amitam, vel materteram, vel eas tantum personas, quæ suspiciones effugiunt. *Nicæ. cap. 3. Aquisgr. cap. 39. Triburi. cap. 9. Mar. Brac. cap. 32. Iustin. Nouell. 123. in prin. Capitul. lib. 1. cap. 4. Burch. lib. 2. cap. 109. Ivo lib. 3. tit. 8. cap. 29 panor. & par. 6. c. 186. decr. Anselm. lib. 7. cap. 133. Cæsar. lib. 8. cap. 63.* *Dist. 32. c. 16.*

CAP. II.

Mulieres degere in Episcopiis, aut monasteriis, suspicionis causa est. Si quis ancillam, vel liberam in Episcopio, vel monasterio habet ad aliquod ministerium, pœniteat; perseuerans deponatur. Si vero in suburbanis mulieres sint, & Episcopus, vel præpositus monasterio illuc eat, non ministrent mulieres, sed secedant. *Nicæ. 2. c. 18.*

CAP. III.

Episcopi cum mulieribus omnino non habitent, ne antiqui hostis fraude decipiantur, vt iuxta Apostolicam vocem; Non vituperetur ministerium nostrum, quia scriptum est: Si quis templum Dei violauerit, disperdet illum Deus. Cauere nos oportet, fratres mei, ab illicitis, vt mundas valeamus ad Deum leuare manus, scriptum est enim: Sancti estote, quoniam ego sanctus sum, dicit Dominus. *Zachar. in syn. Rom. c. 1.* *2. Cor. 6. d.* *1. Cor. 3. d.* *Leu. 19. 6.*

CAP. IV.

Neque hoc silendum est peruenisse ad nos, quod cum grandi tristitia animi dico, per diuersa loca huius Italiæ, & Longobar[diæ] partes, face[illegible] cum sancti[moni]a[libus] [illegible] minis, id est monac[h]is habitare, quod nefarium [est d]icere, vel audire, contra [canonum] san[cti]a. Vbi enim tal[is] fue[rit] commo-

[illegible] debet. [illegible] dum est, [illegible] n-fa ant [illegible]

Exec. 22. f [illegible] Prophetia [illegible] terminant fan[illegible], & [illegible] m, &c. *Zachar. in syn. Rom. c. 15*

CAP. V.

Volumus [illegible] regere &c. atque in ea, omnia, quæ sancti canonibus sunt aduersa, distri[illegible] e sub anathematis interpositione damn[illegible] &c. id est, vt neque aliæ mulieres [illegible] habitent, nisi eæ, quæ sacris canonibus sunt permissæ. *Greg. ad Syagrium, & Ætherium Episcopos, lib. 7. regist. ep. 110. vel 108. c. 4. in fine.*

CAP. VI.

Episcopus, vel quilibet clericus aut sororem, aut filiam virginem dicatam Deo tantum secum habeat, extraneam vero nequaquam. *Elib. c. 27.*

CAP. VII.

Nullus diaconus, vel presbyter, vel Episcopus a[illegible] cellarij secretum intromittat puellam, vel ingenuam, vel ancillam. *Arel. ij. c. 4.*

CAP. VIII.

De familiaritate extranearum mulierum, tam Episcopi, quam presbyteri, vel diaconi, præteritorum canonum statuta custodiant. *Aurel. c. 31. vel 29.*

CAP. IX.

Antiqua concilia non siluerunt, vt nullus clericorum a gradu subdiaconatus, & supra, in consortio familiaritatis habeat mulierem, vel ingenuam, vel libertam, vel ancillam. Sed [illegible] matri, vel sorori, vel alij propinquæ contradicat, &c. Si propinqua deest, alterius do[illegible] us ad[illegible] quæratur, ita, vt femina domum eius ingrediatur. *Tolet. ij. c. 3.*

CAP. X.

Quod sæpe transcenditur, conuenit replicari, ne quis Antistitum, clericorumue omnium licentiam habeat, intra domum suam vllam absque propinquis mulieribus, quas priores canones eloquuntur, habere personam, &c. Si quis clericorum suspicionem aduersam, aut oblocutionem populi de muliere quacumque fortassis incurrerit; eam statim, si intra domum habet, abiiciat, si certe extranea, & sui iuris est, ita omnibus conditionibus studeat obuiare, vt infamia, quæ exc[illegible] est, abrogetur. Qui hæc vitare noluerit, pro inobedientia, triennij excommunicatione multetur. Si de adulterij permi[illegible] ne fuerit comprobatus, in regradatione ho[illegible] m canonum statuta seruen[illegible] us communionibus Metropo[illegible] s a[illegible] mprouinc[illegible] libus suis, comp[illegible] à M[illegible] tano cum r[illegible] is c[illegible] ncialibus [illegible] 4.

CAP. XI.

E[illegible], t[illegible] a [illegible] quia [illegible] [illegible] lere [illegible] *Matth. 5. b.* quo Dominus ait: Sic luceat lux ve[illegible] coram [illegible] non [illegible] vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui in cælis est. Fugi[illegible] extranearum mulierum culpanda libertas & tantum cum auia, matre, sorore, vel nepte, si necessitas compulerit, habitent, de quibus, vt priorum canonum series continet, nefas est aliud, quam natura constituit, suspicari. In cubiculo etiam horum, atque cellario, vel familiari quolibet seruitio, neque sanctimonialis vlla, neque extranea mulier, neque ancilla vllo modo admittatur. Quod si quis præceptorum Dei immemor crediderit conte[illegible]nendum, sciat se auctoritate canonica, communionis sine dubio iacturam subire. *Aruer. c. 15. & 16. Matisc. c. 1.*

CAP. XII.

Nullus clericorum Episcopus, presbyter, diaconus, subdiaconus, quasi sanctimonialem, aut viduam, vel ancillam propriam, pro confirmatione rerum in domo sua stabilire præsumat; quæ & ipsa extranea est, dum non est mater, aut soror, aut filia, quæ etiam pronior propinquabit ad culpam, dum dignoscitur subiecta dominatui. Si quis Episcopus, presbyter, diaconus, subdiaconus, de hac re statuta Patrum, vel nostra temerare præsumpserit, excommunicetur. *Turon. ij. c. 11.*

CAP. XIII.

Episcopum Episcopam non habentem nulla sequatur turba mulierum, &c. Habeant ministri Ecclesiæ vtique clerici, qui Episcopo seruiunt, & eum custodire debent, licentiam extraneas mulieres de frequentia cohabitationis eucere. *Turon. ij. c. 14.*

CAP. XIV.

Nullus Episcoporum, presbyterorum, & diaconorum, extranearum mulierum intra domum præsumat habere solatium, quibus etiã pro vtilitate sua aliqua familiarius regenda committat. Quod etiam de propinquis feminis indicentes similiter prohibemus; ne sub concessa sibi licentia parentali, ex earum sequipedis memoratorum vita, vel opinio polluatur. Quod si Episcopus nunc vetitis vti sub quadam præsumptione voluerit, anno vno à Metropolitano, vel à comprouincialibus suis ab officio suspendatur. *Aurel. v. c. 3.*

CAP. XV.

Licet iam prioribus canonibus fuerit statutum, placuit tamen renouare, vt si quis Episcopus, presbyter, aut diaconus, vel quicunque ex sacerdotali catalogo, præter personas, quæ in ipsis canonibus continentur, cum qualicumque extranea muliere familiaritatem habere præsumpserit, quæ dedecoris vel adulterij possit adferre suspicionem, iuxta statuta canonum, ab ordine degradetur. *Cabilon. c. 3.*

CAP. XVI.

Omnem fornicandi occasionem cupientes auferre, sancimus, vt nullus sacer[illegible] siue

siue quisque de clero absque honesto, & competenti testimonio, excepta sola matre, cum quibuslibet fœminis secrete se præsumat adiungere; & non solum cum extraneis mulieribus, sed nec cum ipsis etiam sororibus, vel propinquis; ne licentia sororum, vel propinquarum mulierum, quisquam solus familiariot habeatur ad perpetrandum scelus. Huius perceptionis transgressores sex mensibus se nouerint pœnitentiæ legibus subiacere: *Brac. sy. cap. 4.*

CAP. XVII.

Vt à sacerdotibus omnis suspicio mulierum funditus eradicetur, cum quibus etiam nulla habitatio eis conceditur, præter illam, quæ in Nicæna synodo permittitur, id est, matrem, aut sororem, aut eas tantum personas, à quibus omnes suspiciones effugiant. *Remen. c. 22. Vide Nicæn. cap. 3.*

CAP. XVIII.

Suggerendum est, & ex diuino mandato intimandum Regiæ dignitati, vt Episcopium, quod domus Episcopi appellatur, qualiscunque sit in oculis Domini Episcopus, venerabiliter, ac reuerenter introeat; & quando in transitu ciuitatem ingressus fuerit, habitaculis Episcopalibus reuerenter inhabitet, & non diuersoria fœminarum magnificentia sua, & religio venerabilis ibidem fieri permittat. Quia si secundum leges canonicas, in mansiones clericorum introitus fœminarum prohibentur; quanto magis domus Episcopi ab huiusmodi inhabitatione, & conuersatione etiam, & à legitimo connubio coniugatorum debet immunis esse, & aliena? *Melden. cap. 26.*

CAP. XIX.

Nullus Episcopus, neque Presbyter, neque diaconus, neque omnino aliquis ex clero licentiam habeat intromittendi ad se quasi adoptiuam aliquam mulierem, quasi in loco filiæ, aut sororis, aut matris, nisi forte sororem patris, vel matris, & illas solas personas, quæ ab omni mala suspicione alienæ sunt. *Mart. Brac. c. 32. Vide Nicæ. c. 3.*

Ne fœmina vlla apud Episcopum habitet. Tit. XXXIX.

CAPVT I.

VT iuxta Nicæni venerandi definitionem Concilij, nullus patiatur (*loquitur de Episcopis, Presbyteris, &c.*) subintroductas mulieres secum in domo propria habere, vel priuate cum eis cohabitantes conuersari. Et quamquam de quibusdam inhonesta carentibus suspicione, clementius aliquo modo inibi legatur indultum: nos tamen omnes omnino nunc necessarium vetare prospeximus, eo quod experimento didicerimus, illarum velamento alias licentius ad eos aditum veniendi perditionis causam habuisse. *Foroiul. c. 4. Vide Nicæ. c. 3.*

CAP. II.

Nequaquam in sua domo secum, aliquam fœminam (*sacerdotes*) habeant, nec matrem, nec sororem; sed auferentes omnem occasionem Sathanæ, Angelicam vitam ducant, & Domino Deo casto corpore, & mundo corde fine tenus seruiant. *Meten. c. 3.*

CAP. III.

Prohibendum, & modis omnibus interminandum est, vt nullus Sacerdos eas personas fœminarum, sicut & in canone insertum continetur, de quibus suspicio esse potest, in domo sua habeat, sed neque illas, quas canones concedunt: quia instigante Diabolo etiam in illis scelus frequenter perpetratum reperitur, aut etiam in pedissequis illarum, scilicet matrem, amitam, sororem; sed si quis de his habuerit talem necessitatem patientem, cui sit necessaria sustentatio Presbyteri, habeat in vico, aut in villa domum longe à Presbyteri conuersatione, & ibi eis subministret, quæ necessaria sunt. *Nannet. c. 3. Capitul. lib. 7. cap. 376. Burch. lib. 2. cap. 116. Inopar. 6. c. 192. dec.*

c. 1. de cohabit. cleric. & mulier. apud Gr. ex. & in 1. collect.

Ne Episcopi soli cum fœminis loquantur. Tit. XL.

CAPVT I.

CLerici, vel continentes ad viduas, vel virgines, nisi iussu, vel permissu Episcoporum, aut presbyterorum non accedant. Et hoc non soli faciant, sed cum clericis, vel cum iis, cum quibus Episcopus iusserit, vel Presbyter. Nec ipsi Episcopi, aut Presbyteri soli habeant accessum ad huiusmodi fœminas, nisi aut clerici præsentes sint, aut graues aliqui Christiani. *Carth. 38. G. Carth. iij. c. 25. L. Afri. c. 5. L. Trosle. c. 9. Capit. lib. 7. c. 28. Ansel. lib. 7. c. 143.*

Dist. 81. c. 32.

CAP. II.

Episcopo Presbytero, & diacono, vel diuersis clericis, horis indebitis, id est meridianis, vel vespertinis, ad fœminas prohibemus accessum; qui tamen si causam habuerit, cum Presbyterorum, aut clericorum testimonio videatur. *Epaun. c. 14.*

CAP. III.

Nulla mulier in cubiculo Episcopi, absque duobus Presbyteris, aut certe diaconibus ingredi permittatur. *Matiscon. cap. 3.*

CAP. IV.

Ne Episcopus absque sacerdotibus, vel clericis suis, vt decet, & honeste conuenit, adire (*monasteria puellarum*) licentius se existimet. Sed siue ipse, siue qualibet religiosa persona, alienus ab illicita suspicione, quem morum grauitas ornat, permittente, & admonente Episcopo, exhortationis, vel ædificationis obtentu, quæ ad salutem animi pertinet, dignum fuerit, vt adeat hæc Deo dicata loca, non aliter, sed cum idoneis testibus peragant, ne propter incautam præsumptionem, sanctæ Ecclesiæ infametur Angelicus ordo. *Foroiul. c. 12.*

CAP. V.

Sancti Africani canones decreuerunt, vt nec ipsi Episcopi, aut Presbyteri soli habeant accessum ad viduas, vel virgines, vel ad quas-

cumque feminas; sed vbi aut clerici præsentes sunt, aut graues aliqui Christiani. Vnde sicut Beatus Gregorius ad ministros Ecclesiæ Romanæ scripsit, Beatus Augustinus nec cum sorore habitare consensit, dicens Quæ cum sorore mea sunt, sorores meæ non sunt. Et ex hoc dicit sanctus Gregorius: Docti ergo viri cautela, magna nobis debet esse instructio; nam inhoneste præsumptionis est, quod fortis pauet, minus validum non timere, &c. *Troslei. c.9. Vide Afric.c.5. Greg.lib.7.reg.ep.39. Inopar. 6.c.77.decr. Ansel.lib.7.cap.134. Tarrac. lib.3.c. 55.& lib.6.c.197.*

Dist. 81. c.25. legitur.

De Episcopo lapso à castitate. Tit. XLI.

CAPVT I.

SI quispiam Sacerdotum, id est, Episcopus, Presbyter, aut diaconus, vel etiam subdiaconus, de quacunque fœmina, crimine fornicationis suspicatus, post primam, secundamque, & tertiam admonitionem Metropolitani, vel alterius Episcopi, aut eius, cui subiacere videatur, inueniatur fabulari cum ea, aliquove modo conuersari, canonice iudicetur. *Eug. ij. & Leo vi. in syn. Rom.c.15. Ansel.lib.8.cap.8.*

Dist. 81. c.22. & c.2. de cohabit. cle. & mulier. Greg. ix. & in 1. coll. c. 3. e. tit.

Cap. II.

Nullus Sacerdos, aut diaconus, vel subdiaconus, sed & nullus, qui canonicam habet, fornicationis sibi copulam adiungat, &c. *Vrban. ij. in Conc. Claram. cap.9.*

Cap. III.

Episcopus, Presbyter, diaconus in fornicatione, &c. deprehensus, deponatur, non etiam excommunicetur. Cum scriptura dicat: Non iudicabis bis in id ipsum. *Ap. 24. G.25. L. Tribu. c.11. Raban.c.1. de pœnit. Burch.lib.2.cap.189. Ivo par.6.cap.234.decr. Ansel.lib.11.c.30.*

Dist. 81. c. 12. Nunm. 1.

Cap. IV.

Tua fraternitas, si quos repererit Episcopos, Presbyteros, aut diaconos contra canones, vel statuta Patrum excessisse, id est, in adulterio, vel si plures vxores habuerunt &c. nulla ratione, Apostolica auctoritate permittat sacerdotio fungi, &c. Quomodo sacerdotio fungi desiderant, qui talibus sceleribus inuoluti esse monstrantur, vt neque sæculares fideles his facinoribus obuolutos optemus? &c. *Zach. ep. 6. ad Bonif. cuius initium est: Susceptis, post princ.*

Cap. V.

Si Episcopi, Presbyteri, diacones, in ministerio positi, sint mœchati, propter scandalum, & nefandum crimen, nec in finem communionem accipiant. *Elib.cap.18.*

Cap. VI.

Deinceps Episcopi, detecti si fuerint execrabilibus flagitiis cum quibuslibet fœminis pollui, ac familiari peculiaritate versati: nouerint se irreuocabili sententia Patrum vlcisci, id est, & loci, & ordinis dignitate priuati. *Tolet. viij. c.4.*

Cap. VII.

Quilibet ab Episcopo vsque ad subdiaconum deinceps, qui vel ex ancillæ, vel ex ingenuæ detestando connubio, in honore constituti filios procrearint; illi quidem, ex quibus geniti probabuntur, censura damnentur: proles autem tali pollutione nata, non solum hereditatem parentum nunquam accipiet; sed etiam in seruitutem eius Ecclesiæ, de cuius Sacerdotis, vel ministri ignominia nati sunt, iure perenni manebunt. *Tolet. ix. c.10. Inopar. 6.cap.425.dec.*

15. q. 8. c. 8. cum multa.

Cap. VIII.

Per fidelem confessionem † est agnitum, quod tactu fœmineo sorduisset (*Potamius Episcopus.*) Licet hunc Paterna antiquitas sacris regulis deiicere ab honore decernat, nos tamen non abstulimus nomen honoris, quod ipse sibi sui criminis confessione iam abstulerat, sed decreuimus perpetua pœnitentia hunc inseruire officiis, & ærumnis. *Tolet. x. in fine.*

† confessorem.

Cap. IX.

Si quis Episcoporum, Magnatis cuiusquam vxorē, filiam, neptem, vel propinquam adulterina pollutione fœdauerit; & honoris proprij gradum amittat, & sub exilij religatione perpetuam excommunicationis sententiam ferat, excepto vitæ fine. *Tolet. xi. c.5. in fi.*

Cap. X.

Episcopus, Presbyter, &c. consecratam Deo violans, vti sponsam Dei corrumpens, deponatur; laïcus excommunicetur. *Trull. c.4.*

27. q.1. si quis. c.6.

Cap. XI.

Sancimus, vt si masculi in masculos turpitudinem fuerint operati, Episcopus, Presbyter, diaconus de proprij honoris gradu deiectus, exilio perpetuo damnetur, alij legitime puniantur. *Tolet. xvi. cap.3.*

Cap. XII.

Sacerdotes, si in fornicationis laqueum ceciderint, & criminis manifestus, siue ostensus fuerit actus, Sacerdotij non possunt habere honorem, secundum canonicæ institutionis auctoritatem. *Vormacien. cap.11.*

Ne quisquam audiat missam Episcopi, quem certo scit concubinam habere. Tit. XLII.

CAPVT I.

NVllus missas eorum audiat, quos vxores, vel concubinas habere cognouerit, *Inno. ij. in syn. Rom.c.5. Nicol. ij. in syn. Rom.c.3. Iuo lib. 3. tit.11.c.3. panor. & in fine eiusd. panor.*

Vid. dist. 32. c.5. & 6.

Cap. II.

Quicunque Sacerdotis, (*qui concubinam habet, aut fœminam suspectam domi*) missam scienter audierint, excommunicationi subiacere debeant. *Pictau. c.9.*

De cohabit. cler. c. 2. int. collect.

Cap. III.

Prædecessores nostri Nicolaus, & Gregorius à missis sacerdotum, quos tales (*adulteros,*

Dist. 32. c. 6. præter. p. ad hoc.

homicidas, ebriosi teuera esse constiterit, fideles abstinere de... ... unt, vt & peccandi licentiam cæteris auferrent, & huiusinodi ad digna pœnit... ntiæ lamenta reuocarent. *Vrban. ij. in epist. ad L. Præpositum.*

Episcopus habeat semper secum testes suæ vitæ. Tit. XLIII.

CAPVT I.

Qvidam ex clericis, vel etiam ex monachis electi ministerio cubiculi Pontificalis obsequantur, vt is, qui in loco est regiminis, habeat testes tales, qui ad vitam eius in secreta conuersatione videant, & ex visione sedula exemplum profectus sumant. *Greg. in syn. Rom. c. 2. lib. 4. c. 88. reg.*

Cap. II.

De consf. c. 1. subr. mus. 59. Hortamur vos, sicut & in hac sancta Ecclesia constitutum habemus, vt semper testes vobiscum Sacerdotes, & diaconos habeatis, & licet conscientia sufficere possit propria, tamen *1. Tim. 3. b.* propter maleuolos, iuxta Apostolum, etiam testimonium vos oportet habere bonum ab his, qui foris sunt, quoniam & in hac sancta sede constitutum habemus, vt duo Presbyteri, vel tres diaconi in omni loco Episcopum non deserant, propter testimonium Ecclesiasticum, &c. *Lucius ep. 1. in prin. Ansel. lib. 6. c. 133. Tarrac. lib. 3. c. 51.*

Cap. III.

De conuersatione vitæ id statuere placuit, à Pontifice vsque ad subdiaconatum, post suscepti honoris officium, si quis ex coniugatis fuerit ordinatus, vt semper alterius fratris vtatur auxilio, cuius testimonio vita eius debeat clarior apparere. *Gerund. c. 6.*

Cap. IV.

Oportet Episcopos testimonium probabilium personarum conuersationis, & vitæ in conclaui suo habere, vt & Deo placeant per conuersationem bonam, & Ecclesiæ per optimam famam. *Tolet. iv. c. 21.*

Cap. V.

Placuit, vt quemadmodum Antistites, ita Presbyteri, atque leuitæ, quos forte infirmitas, atque ætatis grauitas in conclaui suo manere non sinit, vt & iidem in cællulis suis testes vitæ habeant, vitamque suam, sicut nomine, ita meritis teneant. *Tolet. iv. c. 22.*

Cap. VI.

Episcopus coniugem, vt sororem habeat, & ita sancta gubernatione gubernet domum omnem, tam Ecclesiasticam, quam propriam, vt nulla de eo suspicio quaque ratione consurgat. Et Deo propitio, clericorum suorum testimonio castus viuat, qui cum illo tam in cælla, quam vbicumque fuerit, secum habitent, eumq; & Presbyteri, & diaconi, vel deinceps clericorum turba iuniorum Deo adiutore conseruent, &c. *Turon. ij. c. 13.*

Cap. VII.

Episcopo (*Presbyter*) testis assistat castitatis, & vitæ, & fidei, & doctrinæ illius. *Franci. synod. Capit. lib. 5. c. 2.*

Cap. VIII.

Quia nonnullos socios ordinis nostri sine his personis, quas sua religiosa conuersatio testes habere, & quibus exemplum bonum debuit præbere, cubilia secreti sui didicimus incolere; id non sine magna, turbidaque indignatione ferre potuimus, & ne deinceps quispiam Prælatorum id facere pertentet, pari consensu inhibuimus: quia in hoc facto conuersatio Sacerdotalis commaculatur, & detrahentibus locus præbetur, & animarum perditio generatur. Vt ergo sacerdos discipulis suis de se ipso exemplum bonum debeat præbere, Apostolus scribens ad Titum docet dicens: In omnibus te ipsum præbe exemplum bonorum operum in doctrina, in integritate, in castitate, & reliqua. *Ad Tit. 2.* Si qui de hac re exempla quærere voluerunt, vitas B. Augustini, & Ambrosij, & cæterorum aliorum sanctorum virorum legant, & perspicue inuenient; quod vita, & conuersatio Pontificis semper testes vitæ probabilis habere debeat. *Paris. sub Lud. & Loth. li. 1. c. 20.*

Cap. IX.

Lucius præcepit, vt duo Presbyteri, & tres diacones, in omni loco Episcopum non desererent, propter testimonium Ecclesiasticum. *Dam. in Lucij.*

Episcopi est conficere chrisma. Tit. XLIV.

CAPVT I.

Inuenimus quosdam Episcopos non per singulos annos in cœna Domini chrisma conficere, sed duos, aut tres annos confectionem sancti chrismatis semel actam conseruare. *De consf. d. 3. c. 18. litteris.* Dicunt enim, nec balsamum per singulos annos posse reperire, nec necesse fore, per singulos annos chrisma conficere, &c. Errant, qui talia excogitant, &c. *Fabia. ep. 2. in prin. Iuo par. 2. c. 73. decr.*

Cap. II.

Chorepiscopis non licet Sacerdotes consecrare, &c. nec chrisma conficere, nec chrismate baptizatorum frontes signare, &c. Quæ omnia solis Pontificibus deberi, tam ex superioribus, quam ex alijs Patrum constitutis, aut sacris canonibus edocti estis. *Damas. ep. 4. in med. Leo epist. 86. in fi. Hispal. ij. c. 7.*

Cap. III.

Episcopi est chrisma conficere. *Inn. ep. 1. c. 8. Dist. 95. Vorm. c. 8. & 72. Iuo par. 2. c. 75. decr. Ar. s. l. 11. c. 14 c. 3. illud.*

Cap. IV.

Nullus alius, nisi Episcopus, chrisma conficiat, & per diœcesim destinet. *Tol. 1. c. 20. Mart. Brac. c. 51.* *De consf. dist. 4. c. 124. omnem.*

Cap. V.

Episcopalis eminentiæ culminis auctoritas non immerito sacris omnibus esse summa *mytemp.* percensuit, quæ cæteris sacerdotibus exercenda prohibuit, scilicet templorum Dei sacrationem, chrismatis benedictionem, sacrorumq; ordinum institutionem. *Tolet. viij. c. 7.*

Cap. VI.

Chrisma conficere nullus praeter Episcopum praesumat: nam illi soli haec dignitas concessa est. *Form. c. 2. & c. 8.*

Cap. VII.

De consec. d. 4. Omni tempore iuxta Pascha singulis, scilicet annis Episcopo liceat chrisma conficere,
c. 124. & per suas dioeceses destinare. *Mar. Brac. c. 51. Tolet. 1. cap. 20.*

Cap. VIII.

Siluester constituit, chrisma ab Episcopo confici. *Damas. in Siluestr. post prin.*

Episcopi est conferre sacramentum confirmationis. Tit. XLV.

CAPVT I.

Omnibus festinandum est sine mora renasci Deo, & demum consignari ab Episcopo, id est, septiformem gratiam Spiritus sancti percipere, quia incertus est vniuscuius-
† vnusquisque. s. que † exitus vitae. Cum autem regeneratus fuerit per aquam, & postmodum septiformi Spiritus gratia ab Episcopo confirmatus, &c. demum ex operibus bonis ostendat in se similitudinem eius, qui eum genuit, patris. *Clem. ep. 4. ante fi.*

Cap. II.

De consec. d. 5. c. 1. Omnes fideles per manus impositionem Episcoporum Spiritum sanctum post baptismũ accipere debent, vt plene Christiani inueniantur. *Vrban. ep. sing. prope fin. Burch. lib. 4. c. 66. Iuo lib. 1. tit. 3. c. 1. panor. & par. 1. cap. 260. & 296. decr. Anselm. lib. 9. c. 23. Caesar. lib. 12. cap. 91. Tarrac. lib. 4. c. 4.*

Cap. III.

Manus impositionis sacramentum magna
De cons. d. 5. c. 4. veneratione tenendum est, quod ab aliis perfici non potest, nisi à summis sacerdotibus, nec tempore Apostolorum ab aliis, quam ab ipsis Apostolis legitur, aut scitur peractum esse; neque ab aliis, sicut iam dictum est, quam ab illis, qui eorum locum tenent, vnquam perfici potest, aut fieri deber, nam si aliter praesumptum fuerit, irritum habeatur, & vacuum; nec inter Ecclesiastica vnquam reputabitur sacramenta. *Euseb. ep. 3. in fi. Burch. lib. 4. cap. 63. Iuo lib. 1. tit. 3. c. 3. panor. & p. 1. c. 257. & 297. decr.*

Cap. IV.

De cons. dist. 5. de his. c. 3. Vtrum maius esset sacramentum, manus impositio Episcoporum, aut baptismus? Scitote vtrumque magnum esse sacramentum, & sicut vnum à maioribus fit, id est à summis Pontificibus, quod à minoribus perfici non potest; ita & maiori veneratione venerandum, & tenendum est. *Miltiad. ep. 1. ante med. Burch. lib. 4. c. 61. Iuo lib. 1. tit. 3. c. 2. panor. & p. 1. c. 255. decr. Ansel. lib. 9. c. 26. Caesar. lib. 12. c. 90. Tarrac. lib. 4. cap. 5.*

Cap. V.

Quod solis Apostolis, eorumque successo-
Act. 8. c. ribus proprij sit officij tradere Spiritum sanctum, liber Actuum Apostolorum docet, praesertim cum nullus ex lxx. discipulis, quorum isti (*chorepiscopi*) in Ecclesia speciem gerunt, legatur donum sancti Spiritus per manus impositionem tradidisse. *Damas. ep. 4. post med.*

Cap. VI.

De consignandis infantibus, manifestum est, ab alio fieri, quam ab Episcopo non licere: nam Presbyteri, licet sint Sacerdotes, Pontificatus tamen apicem non habent. Haec autem Pontificibus solis debere, vt vel consignent, vel paracletum Spiritum tradant, non solum consuetudo Ecclesiastica demonstrat? verum illa lectio Actuum Apostolorum, quae asserit, Pe- *Act. 4. f.*
trum, & Ioannem esse directos, qui iam bap-
tizatis traderet Spiritum sanctum. Nam [Pres- *D. cons.*
byteris, seu extra Episcopum, seu praesente *d. 4. c.*
Episcopo, cum baptizant, chrismate baptiza- *119.*
tos vngere licet; sed quod ab Episcopo fuerit consecratum: non tamen frontem ex eodem oleo signare, quod solis debetur Episcopis, cum tradunt Spiritum sanctum paracletum. *Inno. ep. 1. c. 3. Burch. lib. 4. c. 69. Iuo lib. 1. tit. 3. c. 4. pan. & par. 1. c. 263. & 298. decr. Ansel. lib. 9. c. 25.*

Cap. VII.

Non conficiendi chrismatis, non consigna- *Dist. 95.*
tionis Pontificalis adhibendae sibimet accipere *presbyte-*
facultatem possunt Presbyteri. *Gelas. ep. 1. ca. 8.* *rol. c. 2.*

Cap. VIII.

Donum sancti Spiritus per impositionem manuum chorepiscopi non tradant, nec Presbyteri, sed Episcopi; quia non lxx. sed Apostoli tantum manus imponebant. *Ioann. iij. ep. vn. in prin.*

Cap. IX.

Plebi, quam acceperit, benedicere (*loquitur de Episcopo, qui tantum fuit consecratus a duobus Episcopis*) ex constitutionis huius permissu, atque in eadem Ecclesia neophytos confirmare in castellis, ac vicis liceat. *Regien. c. 3. in f.* In Ecclesia quoque in qua ordinatus fuerit, consecrandi virginem, sicut confirmandi neophytum, ius habebit. *Regien. c. 4.*

Cap. X.

Si quando Episcopis peragrandae Parochiae
necessitas incumbit, in confirmandis homini- *10. q. 3.*
bus, &c. in lucris animarum potius, quam in *canendũ.*
depraedandis, & spoliandis hominibus, & *c. 7.*
scandalizandis fratribus operam dent, &c. *Cabilon. sub Carolo. c. 14. Iuo par. 5. c. 133. decr.*

Cap. XI.

Emersit quidam reprehensibilis, & valde iam inolitus vsus; eo quod quidam chorepiscopi vltra modum suum progredientes, & donum sancti Spiritus per impositionem manuum tradant, & alia quaeque, quae solis Pontificibus debentur, contra fas peragant, praesertim cum nullus ex septuaginta discipulis, quorum speciem in Ecclesia gerunt, legatur donum sancti Spiritus per manus impositionem tradidisse. Quod autem solis Apostolis, eorumque successoribus proprij sit officij tradere Spiritum sanctum, liber Apostolorum docet, in quo legitur: Cum Apollo

esset Corinthi, &c. Item in eodem: Cum audissent Apostoli, qui erant Hierosolymis, &c. Ecce aperte demonstratur, quod non septuaginta discipuli, quorum formam tenent chorepiscopi, sed Apostoli, quorum successores sunt Episcopi, tradebant Spiritum sanctum. *Paris. sub Ludou. & Loth. lib. 1. c. 27.*

CAP. XIII.

Episcopi conferant ieiuni sacramentum confirmationis. *Paris. ead. syn. c. 33. lib. 1.*

CAP. XIV.

Ipsi Episcopi concessum sibi otium, non in suas voluptates, sed in diuinum, & officiosum conuertant negotium; quatenus studentes, prædicationi, & correctioni, atque confirmationi, quod hactenus per parochias fuit neglectum, solerter, & deuotissime de cætero sit correctum. *Melden. cap. 28.*

CAP. XV.

Vt chorepiscopus modum suum iuxta canonicam institutionem teneat, & nec sanctum chrisma, nec sanctum paracletum Spiritum, solis Episcopis, iuxta decreta Innocentij, tribuere debitum, tradere tentet. *Meld. c. 44.*

Episcopi munus est, consecrare Ecclesias, & altaria. Tit. XLVI.

CAPVT I.

ALtare erigere, & vngere, aut sacrare; ecclesias dedicare, Episcopi tantum possunt, non chorepiscopi, nec presbyteri. *Dam. epist. 4. in medio.*

CAP. II.

Nu. 7. a. In diuinis litteris præcipiente Domino solus Moses in tabernaculo Dei erexit altare, solus ipse vnxit, qui vtique summus sacerdos Dei erat, sicut scriptum est de eo: Moses, & Aaron in sacerdotibus eius, ideoque *Psal. 98.* id, quod tantum facere principibus sacerdotum iussum est, quorum typum, Moses, & Aaron tenuerunt; omnino decretum est, vt chorepiscopi, vel presbyteri, qui filiorum Aaron gestant figuram, arripere non præsumant. Nam quamuis cum Episcopis plurima illis ministeriorum communis sit dispensatio, quędam tamen auctoritate veteris legis, quædam nouellis, & Ecclesiasticis regulis sibi prohibita nouerint, sicut presbyterorum, & diaconorum, aut virginum consecratio, sicut constitutio altaris, ac benedictio, vel vnctio. Siquidem nec erigere eis altaria, nec Ecclesias, vel altaria consecrare licet. *Leo epist. 86. in fi. ad Episc. Germ. Hisp. &c. 7.*

CAP. III.

Episcopali eminentiæ diuina auctoritas concessit, quæ cæteris sacerdotibus exercenda prohibuit, scilicet templorum Dei sacrationem, & chrismatis benedictionem, sacrorumque ordinum institutionem, &c. Verum sicut sanctum chrisma collatum, & altaris honor euelli non queunt, ita quoque sacrum decus honorum. *Tolet. viii. c. 7.*

CAP. IV.

Vt basilicæ à chorepiscopis consecratæ ab Episcopis consecrentur, roboratum est. quia iuxta decreta Damasi Papæ, Innocentij, & Leonis, vacuum est, atque inane quidquid in summi sacerdotij chorepiscopi egerunt ministerio. *Meten. cap. 5.*

Ne Episcopus pretium vllum accipiat causa consecrandi Ecclesias. Tit. XLVII.

CAPVT I.

SI quisque consecrationem altarium, vel Ecclesiarum, interueniente execrabili ardore auaritiæ per pecunias acquisiuit, honore male acquisito careat; & emptor, atque venditor, & interuentor nota infamiæ percellantur. *Inn. II. in syn. Rom. c. 1. post Inonis panor.* *1. q. 3. c. vlt.*

CAP. II.

Quotiens ab aliquo fidelium ad consecrandas Ecclesias Episcopi inuitantur; non quasi ex debito munus aliquod à fundatore requirant, sed si ipse quidem aliquid ex suo voto obtulerit, non respuatur. Si vero aut paupertas illum, aut necessitas retinet, nihil exigetur ab illo. *Brac. II. cap. 5. Vorm. c. 3. Burch. l. 3. cap. 37. Ivo par. 3. cap. 42. decr.* *1. q. 2. c. 1.*

CAP. III.

Nullus Episcoporum deinceps pro dedicatione sanctæ Ecclesię aliquid exigere præsumat. *Aquisgr. II. sub Lud. par. 1. c. 5.*

CAP. IV.

Nullus Episcopus pro sactis ordinibus, vel pro Ecclesiarum benedictionibus, vel quibuslibet aliis benedictionibus, minus accipiat. *Pictau. cap. 4.*

Ne Episcopus in aliena diœcesi Ecclesias consecret. Tit. XLVIII.

CAPVT I.

SI quis Episcoporum in alienæ ciuitatis territorio Ecclesiam ædificare disponit, &c. non præsumat dedicationem, quæ illi omnimodo reseruatur, in cuius territorio Ecclesia assurgit, &c. *Arausic. c. 10.*

CAP. II.

Episcopus in diœceses alienas ad alienos clericos ordinãdos vel consecranda altaria accedere non debet. Quod si fecerit, remotis iis, quos ordinauerat, altaris tamen consecratione manente, transgressor canonum anno à missarum celebritate cessabit. *Aurel. iij. cap. 15.* *7. q. 1. c. 28.*

CAP. III.

Vbi Pontifex obierit, nullus Episcopus, &c. aut in ciuitate, aut per parochias altaria audeat consecrare, &c. Si fecerit anno integro missas facere non præsumat. *Aurel. cap. 6.*

Solus Episcopus confert sacros ordines, & virgines consecrat. Tit. XLIX.

CAPVT I.

Dist. 69. quoniam, c. 1. Ordo gubernat sacerdotiū. Scimus quosdam sine manus impositione ab infantia coronam clerici accipere, & legere in synaxi in ambone. Id non fiat in Ecclesia neque in monasterio. Licet tamen lectoris ordinem præposito monasterij dare, si ipse præpositus ab Episcopo ordinatus est presbyter. Ita olim chorepiscopi, permissione Episcopi, lectores ordinabant. *Nican. ij. c. 14. Ino par. 5. cap. 376. decr.*

Cap. II.

Presbyter, diaconus, clericus ab vno Episcopo ordinetur. *Apost. cap. 2.*

Cap. III.

Dist. 67. c. 1. Reliqui sacerdotes (*prater Episcopos*) à proprio ordinentur Episcopo, ita vt ciues, & alij sacerdotes assensum præbeant, & ieiunantes ordinationem celebrent, similiter & diaconi ordinentur. Cæterorū autem graduum distributioni trium veracium testium, cum Episcopi scilicet approbatione, sufficere potest. *Anaclet. ep. 2. post prin. Ansel. lib. 6. c. 47.*

Cap. IV.

Episcopi soli possunt sacerdotes consecrare, diaconos, subdiaconos, virgines, &c. *Damas. ep. 4. in med. Leo ep. 86. ad episcopos Germania, & Gallia, in fin. Hispalen. ij. c. 7.*

Cap. V.

Ne presbyteri sibi meminerint vlla ratione concedi, sine summo Pontifice, subdiaconum, aut acolythū ius habere faciendi. *Gelas. ep. 1. c. 8.*

Cap. VI.

Chorepiscopis non licet, presbyteros, aut diaconos ordinare. *Ancyr. cap. 13.*

Cap. VII.

Chorepiscopus ad Episcopo vrbis ordinatur; ipse lectores, subdiaconos, & exorcistas tantum ordinare potest, non presbyterum, & diaconum. *Anti. 10.*

Cap. VIII.

Presbyterorum, & diaconorum, ac virginum consecratio Episcopis tantum est permissa. *Hispalen. ij. cap. 7.*

Cap. IX.

Nosse nos conuenit, quod Episcopalis eminentiæ diuina auctoritas non immerito sacris omnibus esse summa percensuit, quæ cæteris sacerdotibus exercenda prohibuit: scilicet templorum Dei sacrationem, chrismatis benedictionem, sacrorumque ordinum institutionem. *Tolet. viii. cap. 7.*

Cap. X.

Vt chorepiscopus modum suum iuxta canonicam institutionem teneat, & nec sanctum chrisma, nec sanctum paracletum. Spiritum, solis Episcopis, iuxta decreta Innocentij, tribuere debitum, tradere tētet, neque Ecclesias consecret, neque ordines Ecclesiasticos, qui per impositionem manus tribuuntur, id est, non nisi vsque ad subdiaconatum, & hoc iubente Episcopo, & in locis, quibus canones designant, agere præsumat. *Synod. Melden. cap. 44.*

Ne Episcopus clericum alienum ordinet, aut suscipiat. Tit. L.

CAPVT I.

SI quis audeat ordinare in sua Ecclesia, eū, qui alterius Episcopi est, eo Episcopo non consentiente, irrita sit ordinatio. *Nican. 16. G. 17. L. Vid. Aquisg. cap. 45. Mart. Brac. 73. Burc. lib. 1. c. 109. Ino par. 5. c. 211. decr.* Dist. 71. c. 3.

Cap. II.

Nullus Episcopus alterius parochianum præsumat retinere, aut ordinare absque eius Episcopi voluntate, vel iudicare, salua tamen in omnibus Apostolica auctoritate. Quia sicut irrita erit eius ordinatio, ita & diiudicatio, quoniam censemus, nullum alterius iudicis, nisi sui, sententia teneri, nam qui eum ordinare non poterit, nec iudicare vllatenus potest. *Nic. xxvij. apud Iulium ep. 2. cap. 6. Vide Apost. 35. G. 36. L. Xyst. ij. ep. 2. c. 2. Hadr. ad Episcopum Mediom. c. 16. Magun. sub Arnul. cap. 14. Capitul. lib. 7. c. 308. & in addit. c. 149.*

Cap. III.

Interdicimus, vt nullus Episcoporum audeat, iuxta sanctorum canonum instituta, &c. alterius ciuitatis clericum sine dimissorijs sui Episcopi suscipere, vel ordinare, &c. *Zachar. in syn. Roman. cap. 11.*

Cap. IV.

Ordinati ab alio, quam à suo Episcopo, non recipiantur. *Greg. vij. in conc. Rom. incer. c. 24.*

Cap. V.

Nemo alterius terminos vsurpet, nec alterius parochianum iudicare, aut excommunicare præsumat: quia talis iudicatio, vel ordinatio, aut excommunicatio, vel damnatio, nec rata erit, nec vires vllas habebit: quoniam nullus alterius iudicis, nisi sui, sententia tenebitur, aut damnabitur, Vnde & Dominus loquitur, dicens: Ne transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui. *Callist. ep. 2. cap. 3. Burc. lib. 2. cap. 39. Ino lib. 5. c. 100. & 101. & 236. & lib. 14. cap. 72. decr. Ansel. lib. 6. cap. 120. Cæsar. lib. 5. cap. 18.* 9. q. 2. c. 1. Prou. 22. d.

Cap. VI.

Vt de aliena Ecclesia ordinare clericum nullus vsurpet. *Syrici. epist. 4. c. 6. apud Con. Telen.*

Cap. VII.

De aliena Ecclesia clericum ordinare, aut iudicare nullus vsurpet, nisi eius Episcopus precibus exoratus, concedere voluerit, quod etiam Nicæna videtur synodus continere. *Inno. ep. 2. cap. 7. Ino lib. 3. tit. 5. cap. 23. panor. Vid. Nican. 16. & 17.* Dist. 71. c. 2.

Cap. VIII.

Non ambiant sibimet Episcopi vindicare De cōsec.

...ad.1.ba- filicas, c. 5. clericos potestatis alienæ. *Gelas. ep. 1. cap. 6. Vorma. 48. Ansel. lib. 5. c. 4. Tarrac. lib. 3. c. 91.*

C a p. IX.

Dist. 71. c. 1. Si quis Episcopus ex aliena parœcia ministrum alienum sine permissione sui Episcopi in aliquo gradu ordinet, & infirma, & irrita ordinatio existimetur, si quis id fecerit, à suis coepiscopis corripiatur. *Sard. 15. G. 18. 19. L. refert Carth. 1. c. 5. & Tribur. 28.*

C a p. X.

Dist. 71. c. 6. Primatus. Non licet clericum alienum ab aliquo suscipi sine litteris Episcopi sui, neque apud se retinere, nec laïcum vsurpare sibi de plebe aliena; vt eum ordinet sine conscientia eius Episcopi, de cuius plebe est, &c. nam & in Sardicensi concilio statutum est, vt nemo alterius plebis hominem vsurpet, sed si forte est necessarius, petat à collega suo, & ex consensu habeat. *Carth. 1. c. 5. L. Vide Sard. 15. G. 18 19. L. Tribur. 28. Burch. li. 2. c. 43. Iuo par. 6. c. 144. decr. Ansel. lib. 6. cap. 124. in Romano.*

C a p. XI.

Clericus, vel laïcus non communicet in aliena plebe sine litteris Episcopi sui. *Carth. 5. c. 7.*

C a p XII.

Dist. 72. c. 2. Clericum alienũ, nisi concedente eius Episcopo, nemo audeat vel retinere, vel promouere in Ecclesia sibi credita. Clericorum nomine etiam lectores, psalmistæ, & ostiarij continentur. *Carth. iij. c. 21. Vide Tribur. 28. Burch. lib. 2. c. 42. Iuo par. 6. c. 143. decr.*

C a p. XIII.

In pluribus synodis decretum est: vt nullus Episcopus alienum clericum vsurpet, sine voluntate sui Episcopi, &c. *Carth. 54. G. Afr. 20. 21. L. Carth. iij. cap. 44. L. Aquisgr. cap. 91. Tribur. cap. 28.*

C a p. XIV.

Si quis contrà statuta maiorum (*alienos*) ordinauerit, qui ordinatus fuerit, sacerdotij honore priuabitur: qui ordinauerit, auctoritatem in ordinationibus, & conciliis non retinebit. *Taurin. cap. 2. Tolet. xij. c. 4.*

C a p. XV.

Clericum alterius, secundum statuta canonum, nemo suscipiat, neque suæ Ecclesiæ in alio gradu audeat ordinare, neque abiectum recipiat in communionem. *Tauri. c. 6.*

C a p. XVI.

Si quis alibi consistentem clericum ordinandum putauerit, prius definiat, vt cum ipso habitet, nec eum sine consultatione eius Episcopi, cum quo ante habitauit, ordinare præsumat, quia non sine causa diu ab alio non ordinatus remansit. *Arans. c. 8.*

C a p. XVII.

Si qui autem alienos ciues, aut alibi consistentes ordinauerint, nec ordinati in vllo accusantur, aut ad se eos reuocent, aut ipsi eis imperrent, cum quibus habitent. *Arans. c. 9.*

C a p. XVIII.

Aliis Episcopis aliorum clericis gradum augere non liceat. *Andegauen. c. 10.*

C a p. XIX.

Clericos ab aliis Episcopis ordinatos, &c. sine permissu eorum, à quibus fuerant ordinandi, promouere ad superiorem aliquem ordinem non præsumant, ne concordiam fraternam iniuria illata contaminet. *Venet. 10.*

C a p. XX.

Nullus alienum clericum, secundum decreta canonum, sine consensu Episcopi sui, audeat ordinare, sed nec vllum sanctorum sacerdotum quispiam ordinet, qui localem se futurum primitus non spoponderit, vt per hęc nullus à regula, vel disciplina Ecclesiastica deuiare permittatur impune. *alia. Hisp. c. 6.*

C a p. XXI.

Ne vllus Episcopus alterius clericum contra voluntatem Episcopi sui suscipere audeat, aut Sacerdotio prærogare. *Arue. c. 10.*

C a p. XXII.

Nullus clericum, seu lectorem alienum, sine sui concessione Episcopi, vel promouere, vel sibi quibuslibet conditionibus audeat vindicare. Quod si quis hanc constitutionem fuerit quacunque præsumptione transgressus, memoratæ personæ ab eo, cum quo sunt debitæ, seu Ecclesiastico iuri, seu proprio reuocatæ, quia illicita vocatione discesserant, ab honore, vel officio suscepto, iuxta arbitrium sui Pontificis, suspendantur. Episcopus vero, qui ordinauerit, sex mensibus missas facere non præsumat. *Aurel. 2. c. 5.*

C a p. XXIII.

Nullus Episcopus clericum alterius ordinare præsumat, sicut & antiqui canones vetuerunt, nisi forte signata ipsius scripta susceperit. *Brac. 1. c. 26.*

C a p. XXIV.

Vt nullus alterius clericum retinere præsumat, sicut priscis est canonibus institutum, nec ad sacrum ordinem, sine voluntate sui Episcopi penitus promouere. *Cabilon. c. 13.*

C a p. XXV.

Nullus clericus cuiuscumque ordinis, † sine litteris dimissoriis sui Episcopi, in alia Ecclesia ordinetur: † alias ordinatus, & ordinans deponantur. *Trul. 17.* 21. q. 2. c. 2. † gradus. † constituatur.

C a p. XXVI.

Multiplici prohibitione sancitum est, vt alterius clericum nemo sollicitaret, nemo fugientem reciperet, nemo etiam aut obcelare, † aut ordinare auderet. *Tolet. xiij. c. 11.* † al. subalare.

C a p. XXVII.

Vnusquisque Episcopus in sua parochia presbyteros, vel diaconos diligenter inquirat, & fugitiuos omnes clericos ad loca sua redire iubeat, & propriis Episcopis, aut rectoribus quærentibus reddat. *Arela. sub Carolo c. 24.*

C a p. XXVIII.

Vnusquisque Episcoporum parochiam suam diligenter perscrutari nitatur, ne aliquis presbyter ab alterius parochia in suam commigrans, officium celebrare præsumat, sine litteris commendatitus, sicut olim mul-

tis in locis actum esse repertum est. *Turonen. sub Carolo cap. 13.*

C a p. XXIX.

Vnusquisque Episcopus in sua parochia diligenter presbyteros, vel clericos inquirat, vnde sint; etsi aliquem fugitiuum inuenerit, ad suum Episcopum redire faciat. *Magun. 31. Capitul. libro 5. cap. 84. Burch. lib. 8. cap. 56. Iuo par. 7. cap. 74. decr.*

C a p. XXX.

Postulandum de presbyteris, qui hinc inde de diuersis parochiis veniunt, & in Palatio morantur, vt sine proprij Episcopi consensu, ibi locum consistendi non habeant, nec recipiantur: quia fieri potest, vt intra parochiam metu perpetrati criminis, ne id palam iuxta canonum sanctiones vlciscatur, Palatinas ædes frequentent, aut certe, licet non sit ordinatus, ipse tamen absque litteris ordinatum se attestetur. *Aquisgran. ij. sub Ludouico, parte 4. cap. 22.*

C a p. XXXI.

Si quis Episcopus iudicauerit, vel ordinauerit alterius parochianum, sine consensu, & voluntate sui Episcopi; oportet non sine increpatione in communi concilio admitti, ita vt Ecclesiasticum vltra non soluat canonem. *Magunt. sub Arnulpho cap. 15.*

C a p. XXXII.

19. q. 2. c. 1. Alienum clericum, inuito Episcopo ipsius, nemo suscipiat, nemo sollicitet, nisi ex placito caritatis id inter dantem, accipientemque conuenerit. *Tribur. cap. 28. Aquisgr. 58. ex Leone epist. 82. cap. 9. Iuo par. 6. cap. 69. decr. Ansel. lib. 7. c. 161. Tarra. lib. 4. cap. 18.*

C a p. XXXIII.

Omnibus ministris Ecclesiasticæ dignitatis interdicimus, vt nullus quocumque munere, aut fauore corruptus clericum alterius parochiæ latenter, ac furtiue ad ordinationem subintroducere præsumat. Quod si fecerit, iuxta Chalcedonense decretum is, qui ordinatus est, donum Spiritus sancti, quod furari conatus est, amittat: & qui mediator extitit, si clericus est, proprio gradu decidat; si laïcus, aut monachus, anathematizetur. *Nanneten. c. 7. Burch. li. 1. c. 106. Iuo p. 5. c. 208. decr.*

C a p. XXXIV.

Si quis in contemptu positus presbyter, aut diaconus, vel quicumque ex clero recesserit ab Ecclesia sũa, nullo modo in alia suscipiatur, &c. Si quis autem Episcopus ausus fuerit eum ordinare in sua Ecclesia, non consentiẽte Episcopo suo, à quo recessit, ordinatio illius vacua deputetur. *Mart. Brac. c. 33. Nica. 16.*

Episcopus seruet canonum statuta in conferendis, ordinibus; & beneficiis, aut det pœnas. Tit. LI.

CAPVT I.

c. 7. de elect. Greg. ix. c. 16. DEcanatum, Archidiaconatum, & alia, quæ curam animarum habent annexã, nullus omnino suscipiat, sed nec parochialis Ecclesiæ regimen, nisi qui iam XXV. annum ætatis attigerit, & scientia, & moribus existat commendandus, &c. Episcopus autem, si fecerit, aut fieri consenserit contra hoc; in conferendis prædictis potestatem suam amittat, & per Capitulum, aut per Metropolitanum, si Capitulum concordare nequiuerit, ordinentur. *Alex. iij. in conc. Later. c. 3.* *eo. tit. in 1. coll.*

C a p. II.

Episcopus, si aliquem sine certo titulo, de quo necessaria vitæ percipiat, in diaconum, vel presbyterum ordinauerit; tamdiu necessaria ei subministret, donec in aliqua ei Ecclesia conuenientia stipendia militiæ clericali assignet, nisi forte talis, qui ordinatur, extiterit, qui de sua, vel paterna hæreditate subsidium vitæ possit habere. *Alexan. iij. in concil. Lateran. c. 5.* *De præben. c. 4. Greg. ix. c. 5. eo. tit. in 1. coll.*

C a p. III.

Res non parum necessarias, fauente Domino, vobiscũ pariter multo tempore volumus emendare, & modum arbitrio pium in hac vrbe de forensibus sacerdotibus qui per viciniorês Episcopos consecrantur, rationabilius ordinare; qualiter nullatenus amplius per titulorum, vel diaconiarum Ecclesias in sacerdotali gradu constituti sacerdotes reperiantur, quam nos communi consilio superfuerit * annotato recolimus. Denique à maioribus ordinatum, vt secundum facultatem rerum clerici ordinentur. Nos tantam superfluitatem Presbyterorum forensium cernimus ordinatam, quorum non amplius, quam tertiam partem debito modo posse sufficere; & credo in nonnullis sancti corrumpi canones potuissent dicentes: Non neophytum, ne in superbiam elatus in iudicium incidat Diaboli; & in aliis 1. Tim. 3 multis, quæ hic per totum longum esse recensere, & maxime in hoc, quod nullus debeat absolute ordinari Presbyterorum. Deinceps vero qui contra interdicta attentare præsumpserit, sciat se in eum omnimodo vindicandum. *Leo IV. in sy. Rom. c. 39.*

C a p. IV.

Episcopus, Presbyter, diaconus, qui iterum ordinatur, deponatur cũ ordinatore. *Apost. c. 68*

C a p. V.

Antistites sciant, quod si vltra ad sacros ordines quemquam de pœnitentibus crediderint assumendum, & de suo, & de eorum statu, quos contra canones, & interdicta nostra prouexerint, congruam ab Apostolica sede promendam esse sententiam. *Syric. ep. 1. c. 15. Ansel. lib. 7. cap. 17. & lib. 8. c. 6.*

C a p. VI.

Quantum illicitum sit illud, æstimari non potest, vt transeuntes siue simulent, siue sint monachi, quod se appellant, quorum nec vitam possumus scire, nec baptismum, quorum fidem incognitam habemus, nec probatam, nolint (*Episcopi*) sumptibus adiuuare, sed statim aut diaconos facere, aut Presbyteros

ordinare festinent, aut quod est grauius, Episcopos constituere non formident. Carius apud illos dari sumptum est transeunti, quam sacerdotium non retento. Inde in superbiam exaltatur, inde insuper ad perfidiam cito corruunt, quia fidem veram in Ecclesiasticis toto orbe peregrini discere non asseruntur. *Syric. epist. 3. c. 2.*

CAP. VII.

Dist. 51. aliquantis c. 1. Dilectionis vestræ maturitas prouidere debebit, vt tantæ vsurpationi, saltem nunc finis necessarius imponatur, eo videlicet constituto, vt quicumque tales (*curiales, aut qui in forensi exercitatione versati sunt, aut milites*) ordinati fuerint, cum ordinatoribus suis deponantur. *Innoc. ep. 23. c. 2. ad synod. Tolet.*

CAP. VIII.

Post hæc si quis aduersus formas canonum, vel ad Ecclesiasticum ordinem, vel ad ipsum sacerdotium venire tentauerit; vna cum ordinatoribus suis, ipso, in quo inuenti fuerint, ordine, & honore priuentur. *Inno. d. ep. 23. c. 3. ad syn. Tolet.*

CAP. IX.

Dist. 36. c. 2. qui Ecclesiasticus. dist. 59. c. 1. Hoc specialiter interdictum constat, ne quis contra Patrum præcepta ad summum Ecclesiæ sacerdotium aspirare præsumeret, & non solum in eo ambitio inefficax haberetur, verum etiam in ordinatores eius, vt carerent eo ordine, quem sine ordine contra præcepta Patrum crediderant præsumendum. *Zosi. epist. 1. c. 1. Iuo par. 5. c. 102. decr. Ansel. lib. 6. c. 24.*

CAP. X.

1. q. 1. c. 43. & 15. q. 2. cap. 24. Si qui Episcopi talem consecrauerint sacerdotem, qualem non liceat; etiam si aliquo modo damnum proprij honoris euaserint, ordinationis tamen ius vlterius non habebunt, nec ei sacramento intererunt, quod neglecto diuino iudicio, immerito præstitere. *Leo ep. 85. vel 87. c. 2. ad Episcopos Africa. Iuo part. 5. cap. 107. decr. Ansel. li. 6. c. 65. in addit. Cæsar. li. 4. c. 17. Tarrac. lib. 1. c. 113.*

CAP. XI.

25. q. 2. c. 23. & dist. 74. c. 7. Denuntiamus, quod si posthac quidquam tale præsumpseris, & aliquem Episcopum, presbyterum, seu diaconum inuitum facere forte crediderіs: ordinationes tibi Rauennatis Ecclesiæ, vel Æmiliensis noueris auferendas. *Simpli. ep. 2. Ansel. lib. 6. c. 61.*

CAP. XII.

Relatio nos vestræ dilectionis instruxit, Gaudentium Ausiniẽsis Ecclesiæ sacerdotem contra statuta canonum, ac nostra præcepta ordinationes illicitas perpetrasse, quare illi totam auferri præcipimus potestatem. *Simplic. epist. 3. in princ. Burch. lib. 1. c. 110. Iuo par. 5. c. 212. decr.*

CAP. XIII.

Dist. 50. ex penitentia. c. 55. Si per ignorantiam Episcopi pœnitens ordinatus fuerit, deponatur à clero, quia se ordinationis tempore non prodidit fuisse pœnitentem. Si autem sciens Episcopus ordinauerit talem; etiam ipse ab Episcopatus sui ordinandi dumtaxat potestate priuetur. Simili sententiæ subiacebit Episcopus, si sciens ordinauerit clericum eum, qui viduam, aut repudiatam vxorem habuit, aut secundam. *Carth. iv. c. 68. & 69. Burch. li. 2. c. 35. Iuo lib. 3. tit. 5. c. 19. panor. & p. 6. c. 136. & par. 15. c. 5. decr. Ansel. lib. 7. c. 20. Cæsar. lib. 15. c. 32.*

CAP. XIV.

Iudicauit synodus; vt, si quis hoc fecerit (*in ordinibus conferendis*) contra statuta maiorum; sciat is, qui ordinatus fuerit, sacerdotij se honore priuandum; ille vero, qui ordinauerit, auctoritatem se in ordinationibus, vel in concilijs minime retenturum. *Taurin. c. 2. Vide Tolet. 12. c. 4. & Regien. c. 1.*

CAP. XV.

Cum de voluntate Domini apud Regiensem Ecclesiam conuenissemus, & transgressionis apud Ebredunensem Ecclesiam habitæ remedium quæreretur, qua sanctis Ecclesiæ canonibus ac reuerendis Patrum constitutionibus omni parte neglectis, absq; trium Episcoporum præsentia, absque comprouincialium litteris, absque Metropolitani auctoritate, irritam ordinationis speciem à duobus temere conuenientibus præsumptam esse clarebat, &c. Placuit misericordiæ, & caritatis occursu ita in communionem, dilectionemq; recipi, vt scirent secundum recentem, & saluberrimã Taurinensis synodi definitionem, ad perpetuam vitæ istius suffusionem, nullis se de cætero ordinationibus, nullis ordinariis futuris interesse concilijs. *Regien. in principio, & c. 1. Vid. Taurin. 2.*

CAP. XVI.

Duo si præsumpserint ordinare Episcopum in nostris prouincijs, placuit de præsumptionibus vt sicubi contigerit, duos Episcopos inuitum Episcopum facere, auctoribus damnatis, vnius eorum Ecclesiæ, ipse, qui vim passus est, substituatur, si tamen vita responder: & alter in alterius deiecti loco nihilominus ordinetur. Si voluntarium duo fecerint, & ipse damnabitur; quo cautius ea, quæ sunt antiquitus instituta, seruentur. *Arausi. c. 21. Burch. lib. 1. c. 30. Iuo lib. 3. tit. 2. c. 13. panor. & par. 5. c. 141. decr.* *Dist. 64. de abitione. c. 7. de elec. c. 7. in 1. collect.*

CAP. XVII.

Ne secundæ vxoris, aut renuptæ maritus presbyter, aut diaconus ordinetur, abunde sufficeret ab Apostolo constitutum, &c. Qui scienter eum contra dicta ordinauerit, reus fratribus fiat. *Epaun. 2.* *1. Tim. 3. 4.*

CAP. XVIII.

Qui contra decreta canonum ordinauerint, nullum ordinare iam audeant, & qui deinceps ordinati fuerint, deponantur. *Ilerd. c. 12.*

CAP. XIX.

Episcopus, qui inuitum, aut reclamantem præsumpserit ordinare, annuali pœnitentiæ subditus, missas facere non præsumat. *Aurel. iij. c. 7. Tarrac. lib. 6. c. 8.* *Dist. 74. c. 8.*

CAP. XX.

Si quis Episcoporum sciens bigamum, aut internuptæ maritum, ad officium leuiticæ dignitatis, siue presbyterij contra ius canonum promouere præsumpserit; sciat se vnius anni spatio ab omni officio sacerdotij esse suspensum. Qui si forte sententiæ subiacere contempserit, à communione eius vsque in aliam synodum se fraternitas vniuersa suspendat. *Aurel. iv. c. 10.*

CAP. XXI.

Dist. 23. c. 13. ex epistola. & c. 14. quorundam. Si Episcopus oculorum dolore detentus manum suam super presbyteros, & leuitas posuit, & presbyter quidam illis benedictionem dedit; à gradu sacerdotali, vel leuitici ordinis depositi, æquo iudicio abiiciantur. *Hispal. ij. c. 5. Burch. lib. 1. c. 111. Iuopar. 5. c. 212. & 213. & part 6. c. 102. decr.*

CAP. XXII.

21. q. 2. c. 1. Ordinatus, & ordinans sine litteris dimissoriis sui Episcopi in alia Ecclesia, deponatur. *Trul. 17.*

CAP. XXIII.

Si quis in locis illis se Episcopum eligat fieri, vbi Episcopus nunquam fuit, anathema sit in conspectu Dei omnipotentis, & insuper tam ordinator, quam ordinatus gradum sui ordinis perdat; quia non solum antiquorum Patrum decreta, sed Apostolica ausus est conuellere instituta. *Tolet. xvj. c. 4. in fine. Burch. lib. 1. c. 33. Iuo part. 5. c. 144. decr.*

CAP. XXIV.

Vbi, qui ordinandi sunt, secundum ordinem ecclesiasticum, & institutionem sanctorũ Patrum ordinentur, videlicet vt Episcopi iudicio Metropolitanorum, & eorum Episcoporum qui circumcirca sunt, proueh antur ad Ecclesiasticam potestatem. *Tullen. p. vlt. c. 8.*

Ne Episcopus causa administrandi sacramenta, munera accipiat. Tit. LII.

CAPVT I.

QVi donatione auri ordinauerunt in Ecclesia, vltimum gradum habeant sui ordinis, si perseuerant, pœnis suis corrigantur, &c. *Nicæn. ij. c. 5.*

CAP. II.

Episcopus, præpositus, clericus, vel cesset à simonia in datione ordinum, vel susceptione monachorum, vel deponatur. Præposita eiiciatur à monasterio, & in alio pœniteat. Item præpositus, si presbyter non est. *Nicæ. ij. c. 19.*

CAP. III.

Polychronius Hierosolymicanus Episcopus non nisi accepta remuneratione ordinabat presbyteros, diaconos, Episcopos, Æthiopes, Ægyptios in suo gremio vrbis, quod canon damnauit. *Synod. Roman. sub Xyst. iij. capitulo 6. Nicola. epist. ad Michaël. Imperat. ante medium.*

CAP. IV.

Nullus Episcopus grauamen, seu seruile seruitium ex vsu contra Ecclesiasticam normam Abbatibus, seu clericis suis imponat, vel interdictum sacerdotale officiũ, pretio incetueniẽte restituat, quod si fecerit, officij sui periculũ subeat. *Greg. vij. in syn. Rom. anni vj. c. 10.*

CAP. V.

Si qui à simoniacis non simoniace ordinati sunt, si quidem probare poterint se, cum ordinarentur, nescisse eos simoniacos esse, etsi † tunc pro catholicis habeantur in Ecclesia; calium ordinationes misericorditer sustinemus, si tamen eos laudabilis vita commendet. *Vrban. ij. in concil. Placent. c. 3. al. in concil. Claromont. Cæsar. lib. 4. c. 33.* 1. q. 11. c. 108. † quod si.

CAP. VI.

Qui scienter se à simoniacis consecrari, immo execrari permiserint; eorum consecrationem omnino irritam esse decernimus. *Vrban. ij. in concil. Placent. c. 4. al. in concil. Claromontis. Cæsar. d. c. 33.* Ibid.

CAP. VII.

Patrum nostrorum exemplo, & scriptis instructi, qui diuersis temporibus Nouatianos, Donatistas, & alios hæreticos in suis ordinibus susceperunt; præfati Regni (*Theutonici*) Episcopos in schismate ordinatos, nisi aut inuasores, aut simoniaci, aut criminosi comprobentur, in officio Episcopali suscipimus. Id ipsum de clericis cuiuscumque ordinis constituimus, quos vita, scientiaque commendat. *Paschal. ij. in concil. apud Guardastall. c. 2.*

CAP. XVIII.

Dominus Papa Nicolaus synodo in basilica Constantiniana præsidens dixit: [Erga simoniacos nullam misericordiam in dignitate seruanda habendam esse decreuimus; sed iuxta canonum sanctiones, & decreta sanctorum Patrum, eos omnino damnamus, ac deponendos esse Apostolica auctoritate sancimus. De iis autem, qui non per pecuniam, sed gratis sunt à simoniacis ordinati, &c. quia vix qualibet Ecclesia valet reperiri, quæ hoc morbo non sit aliqua ex parte corrupta: eos qui vsque modo gratis sunt à simoniacis consecrati, in acceptis ordinibus manere permittimus, nisi forte alia culpa ex vita eorum contra canones eis existat, &c. [Decreto si quis ab eo, quem simoniacum esse non dubitat, se consecrari permiserit; & consecrator, & consecratus non disparem damnationis sententiam subeat: sed vterque depositus pœnitentiam agat, & priuatus à propria dignitate persistat, &c. *Nicol. ij. in syno. Rom. cxiij. Episcoporum. Iuo li. 3. tit. 9. c. 9. panor. & par. 5. c. 79. decr. Deusded. par. 2. Cæsar. lib. 4. c. 14. & 15. Tarrac. lib. 1. c. 52. & lib. 6. c. 23.* 1. q. 1. c. 110. 1. q. 1. c. 109.

CAP. IX.

Baptizandis, consignandisque fidelibus pretia nulla præfigant, nec illationibus quibuslibet impositis exagitare cupiant renascentes: quoniam quod gratis accepimus, gratis 1. q. 1. c. 99. Matth. 10.

dare mandamus. Et ideo nihil à prædictis prorsus exigere moliantur, &c. Quod qui prohibita deprehensi fuerint admisisse, vel commissa non potius sua sponte correxerint, periculum subituri proprij sint honoris. *Gelas. epist. 1. c. 7. Burch. lib. 4. c. 71. Iuo par. 1. c. 72. & 265. decr. Cæsar. lib. 4. c. 37*,

CAP. X.

Ne benedictionem per impositionem manus, quæ diuina esse creditur, quis pretio comparet, &c. Nec ille se à culpa æstimet alienum, qui, &c. ad alterius redempti voluntatem, vel sponte in hoc, vel necessitate consenserit, &c. *Hormisd. epist. 4. c. 2. ad Episcopos Hispan. Burch. lib. 1. c. 23. Iuo par. 5. c. 77. decr.*

CAP. XI.

Quoniam Xystus † Capuanæ Ecclesiæ Episcopus, in Romana ciuitate positos, de hac luce migrauit, curæ nobis fuit, &c. vt memoratæ Ecclesiæ visitator accedas: sic tamen, vt nihil de prouentionibus clericorum, &c. à quoquam præsumi patiaris. *Greg. epist. 12. ad Gaudentium Episco. lib. 4. regist. c. 56. Ansel. li. 5. c. 12.*

Dist. 61. c. vlt. † *Festus.*

CAP. XII.

Gaudentio Nolanæ ciuitatis Episcopo dedimus in mandatis, vt nihil de prouentionibus clericorum à quoquam vsurpari patiatur. *Gregor. epist. 13. ad clerum Capuanæ ecclesiæ, lib. 4. regist. c. 57.*

CAP. XIII.

Vehementi tædio mœroris afficimur, si in Ecclesiasticis officiis quemquam habeat locum pecunia; & fiat sæculare, quod sacrum est. [Quicumque ergo hoc pretij studet datione mercari, dum non officium, sed nomen attendit, sacerdos non esse, sed dici tantummodo concupiscit, &c. Itaque frater carissime, si in sacerdotibus ordinandis sinceritas vigear, sit simplex sine venalitate consensus, &c. *Gregor. in ep. ad Syagr. & Ætherium, & alios, c. 1. ep. 108. vel 110. lib. 7. regist. Iuo ep. 21. Eudoni Dapifero. Ansel. lib. 6. c. 72.*

1. q. 1. c. 2.

CAP. XIV.

De his fraternitatem vestram auctore Deo volumus synodum congregare, atque in ea omnia, quæ sanctis canonibus, sicut prædiximus, sunt adoersa, districte sub anathematis interpositione damnentur: id est, vt nullus pro adipiscendis Ecclesiasticis ordinibus dare aliquod commodum præsumat, vel pro datis accipere. *Gregor. in ead. epistol. 108. vel 110. c. 4. in fine.*

CAP. XV.

Petimus, vt synodum fieri vestra iussio constituat: vbi sub districti anathematis interpositione debeat interdici; ne vllus ex laico habitu subito ad Episcopatus audeat gradum ascendere, neque pro Ecclesiasticis ordinibus quilibet quidquam dare, vel fit ausus accipere. *Gregor. ad Brunichild. Reginam lib. 7. regist. ep. 111. vel 113.*

CAP. XVI.

Quæsitum est de his, qui turpissimo lucro columbam in templo Domini vendere non pertimescunt, & sui † acta improba te meritate Simonis hæreseos coniungentes, vtrum possint in ordines pœnitentiam agere; aut tantummodo extra ordinem, & sacerdotalem fieri gradum: quod nos, qui à Deo consulti, & tam detestabile nefas, quod iam multis est damnandum conciliis, peregisse cognoscitur, non pœnitentia illis possumus subuenire, qui tales † spirituales Patres obuiare, sed in illorum Patrum me sententiæ conuenire omnibus certum sit; ita tamen vt omnia in consiliis sint Episcoporum. *Leo iv. epist. ad Britanniæ Episcopos in prin. Iuo part. 5. c. 115. decr. Cæsar. lib. 4. c. 11.*

1. q. 7. c. 5. re-

quiritis. † *sua.*

† *& tot.*

CAP. XVII.

Illud fraternitati tuæ notum esse volumus contra simoniacam hæresim in synodo confirmasse; nam à sanctis Patribus longe ante statutum est; ac vehementer prohibuisse, vt neque Ecclesiæ vllatenus vendantur, aut pro manus impositione pretium accipiatur, quod si hoc modo ordinatus aliquis fuerit, eum à missæ celebratione, & Euangelij lectione omnib. modis remouemus. *Greg. vij. l. 2. reg. ep. 67.*

CAP. XVIII.

Quod M. presbyter filius noster interrogare curauit, quid de his, qui à simoniacis nescienter, & sine pretio ordinati sunt, Apostolicæ sedis misericors censura decernat; hoc obseruare te volumus: eos, qui ante tempus Nicolai Papæ sine venalitate à simoniacis ad aliquem gradum promoti sunt, si tamen vita eorum irreprehensibilis esse probatur; per manus impositionem confirmatos in suis ordinibus permanere, & ministrare posse. *Gregor. vij. lib. 6. registr. epist. 39.*

CAP. XIX.

Qui baptizantur, nummos in concham non mittant: ne sacerdos, quod gratis accepit, pretio distrahere videatur. *Eliber. c. 48.*

1. q. 1. emendarunt. c. 104.

CAP. XX.

Gratis, inquit (*Dominus*) accepistis, gratis date, &c. A me, inquit, accepistis dignitatẽ sacerdotij; si mihi pro ipso parum quid, vel magnum soluistis, & hoc à me venditum est, vos quoque ipsum aliis vendite, sin autem gratis accepistis, vos quoque gratis date. Quid hoc est mandato apertius? Quid autem iis, qui parent vtilius? væ illis reuera, qui Dei donum acquirere, vel illud pro pecuniis dare in animum induxerunt. *Gennadius, & synodus Constantinop. sub eo habita.*

Matth. 10. a.

CAP. XXI.

Ne quis Episcopus de quibus libet causis, vel Episcoporum ordinationibus, cęterorumque clericorum aliquid præsumat accipere. quia sacerdotem nefas est cupiditatis venalitate corrumpi. *Aurel. ij. c. 3.*

CAP. XXII.

Per præmium aliquem ordinare Episcopos non præsumat, &c. *Turo. 2. c. 7.*

CAP. XXIII.

Nullus Episcoporum de ordinationibus

clericorum præmia præsumat exigere; quia non solum sacrilegum, sed & hæreticum est, sicut in dogmatibus Ecclesiasticis habetur insertum, ad ordinandum clericum per ambitionem, ad imaginem Simonis magi pecuniâ offerre sacerdoti, quia dicitur: Gratis accepistis, gratis date. Et cum talis sit, qui gratiam Dei à sacerdote æstimat pretio comparari; qualis ille, qui vendit? vterque vsque ad synodum ab Ecclesia segregetur. *Turon. ij. c. 28.*

Act. 8. c. Matth. 10. a.

CAP. XXIV.

De ordinatione clericorum Episcopi munera nulla accipiant; sed sicut scriptum est, quod gratis donante Deo accipiunt, gratis dent. Non aliquo pretio gratia Dei, & impositio manuum venundetur: quia antiqua definitio Patrum ita de Ecclesiasticis ordinationibus statuit; anathema sit danti, & accipienti, propterea, quia aliquanti multis sceleribus obnoxij, sancto indigne ministrantes altari; non hoc testimonio bonorum actuum, sed profusione munerum obtinent; oportet ergo non per gratiam munerum, sed per diligentem prius discussionem, deinde per multorum testimonium clericos ordinare. *Brac. ij. c. 3. Iuo parte 5. c. 128. decr.*

1. q. 1. placuit. c. 22. Matth. 10. a.

CAP. XXV.

Cum ad officia Ecclesiastica clerici proue-huntur, nihil pro benedictione, aut subdiaconi, aut diaconi, vel presbyteri collata, quidquam, vel sub oblationis nomen, à quocumq; Episcopo, vel ab eius clero inquiratur, illud Domini Iesu meminentes dictum, quod ait: Gratis accepistis, gratis date. *Barcin. ij. c. 1.*

Matth. 10. a.

CAP. XXVI.

Quicumque Simonis imitator, simoniacæ quoque hæresis extiterit sectator; vt Ecclesiasticorum ordinum gradus non dignitate morum obtineat, sed munerum impensione conquirat, & per oblata munera capiat, quibus hunc nec rationis ordo, nec dignitas morum vlla commendat; talis inuentus sacrorum ordinum apices penitus adipisci nullo modo permittatur: sed etsi adeptus fuerit, communione priuatus cum ordinatoribus suis propriorum bonorum amissione damnetur. *Tolet. vi. c. 4.*

CAP. XXVII.

Quicumque deinceps propter accipiendam sacerdotij dignitatem, quodlibet præmium fuerit detectus obtulisse; ex eodem tempore se nouerit anathematis opprobrio condemnatum, atque à participatione Christi corporis, & sanguinis alienum, &c. Munerum acceptores, si clerici fuerint, honoris amissione multentur; laïci anathemate perpetuo condemnentur. *Toletan. viij. cap. 3. Iuo par. 5. c. 83. decr. Ansel. lib. 6. c. 78.*

1. q. 1. c. 7. reperiuntur. in fin.

CAP. XXVIII.

Quicumque deinceps in Ecclesiastico ordine constitutus, aut pro baptizandis, consignandisque fidelibus, aut collatione chrismatis, vel promotionibus graduum pretia qualibet, vel præmia, nisi voluntarie oblata, pro huiusmodi ambitione susceperit si sciente loci Episcopo tale quidquam à subditis perpetratur, idem Episcopus duobus mensibus excommunicationi subiaceat; pro eo quod, & sciens mala contexit, & correptionem necessariam non adhibuit, &c. *Tolet. vi. c. 8. Iuo par. 1. c. 73. & par. 5. c. 126. decr.*

1. q. 1. quidquid 110.

CAP. XXIX.

Non expedit, vt donum sancti Spiritus pecuniis comparetur, &c. Quicumque pro conferendo cuiquam sacerdotij gradu, aut munus quodcumque aut promissiones muneris, ante quam ordinetur, acceperit, vel etiam postquam ordinatus fuerit, in aliquo se pro hoc ipso præsumpserit munerari, siue qui dederit, siue ille, qui acceperit, iuxta sententiam Chalcedonensis concilij, gradus sui periculum sustinebit. *Brac. iij. c. 7. Chalce. c. 2. Iuo lib. 3. tit. 9. c. 2. panor.*

CAP. XXX.

Nemo Episcopus, presbyter, diaconus communionem dans, ab accipiente exigat ob eam susceptionem obolos, vel speciem aliquam; non enim gratia venditur, neque pecunia sanctum Spiritum damus, sed doni meritis. Si vero quis id exigat, deponatur, vt Simonis amator. *Trull. c. 23. Iuo part. 2. c. 92. decr.*

1. q. 1. Nullus 100.

CAP. XXXI.

Illud summopere, vigilantique studio præcauentes decernere curauimus, vt nullus canonice deditus ditioni, donum sancti Spiritus pecuniæ pretio fraudulenter deceptus vendere, vel emere præsumat. Ne cui in quélibet sacrum Ecclesiastici ordinis gradum, muneris exigente merito, liceat quempiam subuehendo promouere; patentique semper cordis aure pertimescens, intelligat clarissimam illam Domini vocem, dicentis: Gratis accepistis, gratis date. *Forosiuli. c. 1.*

Matth. 10. a.

CAP. XXXII.

Sunt nonnulli, qui quidem nummorum præmia ex ordinatione non accipiunt, & tamen sacros ordines pro humana gratia largiuntur, &c. Aliud est munus ab obsequio, aliud munus à manu, aliud munus à lingua. Munus quippe ab obsequio, est subiectio indebite impensa: munus à manu, pecunia est: munus à lingua, fauor. Qui ergo sacros ordines tribuunt, tunc ab omni munere manus excutit, quando in diuinis rebus non solum nullam pecuniam, sed etiam humanam gratiam non requirit. *Grego. Hom. 4. in Euang. Matth, Misit Dominus Iesus, apud Aquisgr. c. 38. Burch. li. 1. c. 113. Iuo li. 3. tit. 9. c. 5. panor. & par. 5. c. 86. decr. Ansel. li. 6. c. 75. Tarra. li. 3. c. 22.*

1. q. 1. c. 114.

CAP. XXXIII.

Gregorius in homilia Euangeliorum xvj. Vobis enim, inquit, sacerdotibus lugens loquor, quia nonnullos vestrum cum præmiis facere ordinationes agnouimus, spiritualem gratiam vendere, & de alienis iniquitatibus cum peccati damno temporalia lucra cumulare. Cur ergo ad memoriam vestram non redit,

Matth. 10. dit, quod vox Dominica præcipiens dicit: Gratis accepistis, gratis date? cur non ante mentis oculos reuocatis, quod templum Redemptor noster ingressus, cathedras vendentium columbas euertit, nummulariorum effudit æs? (Ioan. 2. Matth. 21.) Qui namque sunt in templo Dei hodie, qui columbas vendunt, nisi qui in Ecclesia pretium de impositione manus accipiunt, per quam impositionem Spiritus sanctus cælitus datur? Columba ergo venditur, quia manus impositio, per quam Spiritus accipitur, præbetur. Sed Redemptor noster cathedras vendentium columbas euertit, quia talium negotiatorum sacerdotium destruit. Hinc est, quod sacri canones simoniacam hæresim damnant, & eos sacerdotio priuari præcipiunt, qui de largiendis ordinibus prætium quærunt. Cathedra ergo vendentium columbas euertitur, quando hi, qui spiritalem gratiam vendunt, vel ante humanos, vel ante Dei oculos sacerdotio priuantur. *Paris. sub Ludou. & Loth. lib. 2. c. 11.*

CAP. XXXIV.

Nullus Episcoporum, vel ministrorum ipsorum deinceps pro distributione sacrorum ordinum, pro dedicatione sanctæ Ecclesiæ, seu pro acceptione sacri chrismatis, vel pro immutatione titulorum, aliquid exigere præsumat, & qui fecerit, conuictus canonicæ subiaceat disciplinæ. *Aquileg. ij. sub Lud. p. 1. c. 5.*

CAP. XXXV.

Nemo Episcoporum, vel quilibet minister Ecclesiasticus, propter sacrũ chrisma aliquid muneris accipiat, neque denarios, vel qualibet munuscula, quæ per ministros Episcoporum inordinabiliter exiganrur; *Melden. c. 45.*

CAP. XXXVI.

In ordinandis plebium rationibus eiuium instituta seruentur, & pestiferæ ambitionis vitium radicitus extirpetur, & neque ob quorundam propinquitatem, neque pro alicuius familiaritatis gratia, quod maxime detestandum, propter pecuniarum acceptionem, indignus quilibet ordinerur, &c. *Ticinen. c. 4.*

CAP. XXXVII.

Episcopi de sacris ordinibus munus non accipiant, nec aliquis loco eorum, neque aliquis de subiectis eorum, sicut pro scribendis nominibus ordinandorum solebant scriptores pretium accipere. *Bituricen. c. 2. apud Lemouicen. act. 3.*

CAP. XXXVIII.

Nullus Episcopus pro sacris ordinibus, vel pro Ecclesiarum benedictionibus, vel quibuslibet aliis benedictionibus munus accipiat. *Pictau. c. 4.*

CAP. XXXIX.

Sit, & est abdicatus, & ab omni sacerdotali dignitate, & ministerio alienus, & anathemati maledictionis obnoxius, tam qui se sacerdotium pecuniis acquirere posse putat, quam qui se pecuniis id præbere pollicetur, siue sit clericus, siue laïcus. *Gennad. Patriarch. CP. in syn. apud Taras. in epist. ad Hadrianum.*

CAP. XL.

Dicunt quidam, nonnullos vestrum accipere pecunias ab eis, qui ordinantur, id vero pietatis nomine adumbrare, est id deterius. Si quis enim faciat malum boni prætextu, is est duplici pœna dignus, & eo quod id, quod non bonum est, facit; & ad peragendum peccatum, eius, quod bonum, & honestum est, opera, si dici potest, vtitur. Hæc si ita habent, deinceps non fiant, sed corrigantur. Necesse est enim, dicere ei, qui pecuniam accipit, id, quod ab Apostolis dictum est ei, qui volebat dare, vt Spiritus sancti gratiam emeret: Argentum tuum sit tibi in perditionem. *Act. 8.* Leuius enim peccat, qui propter ignorantiam vult emere, quam qui Dei donum vendit. Emptio enim facta est, & quod tu gratis accepisti, si vendideris, tanquam à Sathana emptus, dono, & gratia priuaberis. In rebus autem spiritualibus cauponationem inducis; & in Ecclesia, in qua corpus, & sanguis Christi nobis est creditus, hæc non oportet fieri. Quod est autem eorum artificium, dicam; existimant enim, se non peccare, quod neque simul accipiant, sed post ordinationem capiant, capere autem est, quandocumque capere. Vos itaque adhortor, vt hunc redditum, vel potius ad gehennam aditum deponatis; & ne huiusmodi sordibus vestras manus polluentes, vos indignos reddaris, qui sancta mysteria peragatis. Ignoscite mihi primum quidem, vt non credens, deinde, vt persuasus minitor. Si quis post hanc meam Epistolam tale quid fecerit; ab altaribus quidem, quæ hic sunt, recedat: quæret autem, vbi Dei donum emens possit vendere. *Basil. ad quosdam Episcopos.*

CAP. XLI.

Multipliciter, multisque modis Euangelice, apostolice, & paterne docemur, vt mores ab auaritia alienos in sacerdotij consecratione habeamus, & neque deauremur, vel deargentemur, vel nobis aliquid vindicemus in cuiusquam sacerdotalis viri ordinatione. Qui enim manus imponunt, sunt ministri Spiritus, non Spiritus venditores, *Matth. 10.* & qui Spiritus gratiam gratis accepere, eam quoque gratis dare iis, qui illam participant, iussi sunt, à Domini voce hac libertate accepta. Si quis autem eam auro emisse conuictus fuerit, diuina ei actione interdictum esse iubent, &c. Mundi sumus à sanguine eorum, qui transgrediuntur canonicas constitutiones; & multo magis eorum, qui pecuniis ordinauerunt, vel ordinati sunt; cum diuinus Petrus Apostolus, cuius cathedram sortita est fraterna vestra Sanctitas, vt *1. q. 1. c. 21. eos.* Simonem Magum eos deposuerit, &c. Macedonij, vt eorum, qui circa illum erant, sancti Spiritus hostium, tolerabilior erat hæresis. Cum illi enim, sanctum Spiritum Dei, & Patris creaturam, & seruum nugentur; hi ipsum, vt videntur, seruum suum faciũt. Omnis enim

Dominus id, quod habet, vendit, &c. *Taras. ep. ad Hadr. Pont. max. Ansel. lib. 6. c. 79. Deusd. c. 2. Caesar. lib. 4. c. 20. Tarrac. lib. 1. c. 61.*

CAP. XLII.

Scimus, diuinos canones, omnes accipientes, aut dantes quippiam in ordinatione sacerdotali, excommunicare, & à sacerdotij sanctitate repellere, &c. *Taras. CP. ep. ad Ioan. presbyterum post prin. ante vij. synod. Apost. c. 26. G. 30. L.*

Ne Episcopus in conferendis Ecclesiis parochialibus, aut aliis beneficiis, vllam simoniae suspicionem det. Tit. LIII.

CAPVT I.

Ne Prael. vic. su. c. 2. Greg. ix. & in 1. coll. tit. de Prael. c. 2. QVia in quibusdam Episcopatibus Decani quidam, vel Archipresbyteri ad agendas vices Episcoporum, seu Archidiaconorum, & terminandas causas Ecclesiasticas, sub annuo pretio constituuntur; &c. id vlterius fieri districtius prohibemus, quod si fecerit, remoueatur à clero. Episcopus quoque qui hoc in sua dioecesi sustinuerit, & Ecclesiastica iudicia sua patitur dissimulatione peruerti, canonica districtione plectatur. † *Alex. iij. in concil. Turon. c. 7. post conc. Later. par. 2. c. 1.*

† percellatur.

CAP. II.

De simo. c. 9. Gre. ix. & c. 8. eo. tit. in 1. coll. De censibus c. 7. Greg. ix. & in 1. coll. Cum in Ecclesiae corpore omnia debeant ex caritate tractari, &c. ne pro personis Ecclesiasticis deducendis ad sedem, vel sacerdotibus instituendis, &c. aliquid exigatur, districtius inhibemus, &c. Prohibemus insuper, ne noui census ab Episcopis, vel Abbatibus, aliisue Praelatis imponantur Ecclesiis, nec veteres augeantur, nec partem redituum suis vsibus appropriare praesumant, sed libertates, quas sibi maiores desiderant conseruari, minoribus quoque suis bona voluntate conseruent. Si quis autem aliter egerit; irritum, quod fecerit, habeatur. *Alexand. iij. in concil. Lateran. c. 7.*

CAP. III.

Ne Prael. vic. su. c. 1. Greg. ix. & in 1. coll. tit. de Prala. c. 1. Quoniam quidam in quibusdam partibus sub pretio statuuntur, qui Decani vocantur, & pro certa pecuniae quantitate Episcopalem iurisdictionem exercent: praesenti decreto statuimus, vt qui de caetero id praesumpserit, officio suo priuetur, & Episcopus conferendi hoc officium potestatem amittat. *Alexan. iij. in conc. Latera. c. 15.*

CAP. IV.

De simo. c. 41. Gregor. ix. c. 5. eo. tit. in 4. coll. Audiuimus de quibusdam Episcopis, quod decedentibus Ecclesiarum rectoribus, ipsas interdicto subiiciunt, nec patiuntur aliquos in eisdem institui, donec ipsis certa summa pecuniae persoluatur, &c. exactiones huiusmodi penitus inhibemus, &c. *Innoc. iij. in conc. gener. Latera. c. 65.*

CAP. V.

Si quis praebendas, Archidiaconatus, Praepositures, vel aliqua officia Ecclesiastica vendiderit, vel aliter, quam statuta sanctorum Patrum praecipiunt, ordinauerit; ab officio suspendatur. Dignum est enim, vt sicut gratis Episcopatum accepit, ita membra eiusdem Episcopatus gratis distribuat. *Greg. vij. in syn. Roman. iv. c. 4. Caesar. lib. 14. c. 9. Tarrac. lib. 5. c. 48.* *1. q. 3. c. 3.*

CAP. VI.

Nullus Episcopus grauamen, seu seruile seruitium ex vsu contra Ecclesiasticam normam Abbatibus, seu clericis suis imponat, vel interdictum sacerdotale officium pretio interueniente restituat, quod si fecerit, officij sui periculum subeat. *Gregor. vij. in syn. Roman. anni vj. c. 10. Tarrac. lib. 5. c. 54.*

CAP. VII.

Episcopus omnia sui Episcopatus membra; videlicet Archidiaconatus, Archipresbyteratus, Decanias; vel aliquas Praepositures Ecclesiae, siue canonicas, gratis, & absque omni venalitate disponat; praebendas etiam, quae canonicae dicuntur, sine venalitate distribuat. Quisquis autem ea pretio dederit, quique pretio acceperit, depositioni subiaceat. *Vrban. ij. in synod. apud Melfiam. c. 1.*

CAP. VIII.

Quoniam in quibusdam locis Alemaniae fundatores Ecclesiarum, vel heredes ipsorum, potestate, in qua eos Ecclesia huiusque sustinuit, abutuntur, partem decimarum, vel obuentionum Ecclesiasticarum in quibus ius obtinent patronatus, sibi retinentes, ex pacto repraesentantes clericos ad easdem: huic vulneri canceroso, & simoniaco censurae ferrum apponimus, decernentes; vt ex quo constiterit, patronum huiusmodi flagitium perpetrasse, anathemate feriatur, & eius terra supponatur Ecclesiastico interdicto, donec Ecclesiam liberam cum suo iure dimittat, saluo iure patronatus, quod eis de misericordia reseruetur, qui possunt per iuris excusari ignorantiam. Qui vero caeca cupiditate ducti, taliter à patronis repraesentationem receperint; officio, beneficioque priuentur: nec ad beneficium, vel actus Ecclesiasticos admittantur, nisi cum eis per sedem Apostolicam fuerit dispensatum. Episcopi vero, & Archidiaconi, qui talibus simoniacis scienter curam animarum commiserint; ab institutione, & collatione perpetuo sint suspensi. Statuimus etiam, quod nullus clericus ad curam animarum ab Episcopo, vel Archidiacono admittatur, nisi prius iurauerit, quod nullam in adeptione beneficij, ad cuius curam praesentatur, commiserit simoniam. *Concil. habit. in Germania sub Conrado Cardin. c. 9. 10. & 11.*

Ne Episcopus in aliena diœcesi Episcopalia munera exequatur. Tit. LIV.

CAPVT I.

9. q. 1. c. 8. EPiscopi ad Ecclesias extra diœceses non veniant, neque eas confundant. Sed iuxta canones, Alexandriæ Episcopus Ægyptum, Orientis Episcopi Orientem tantum gubernent, seruatis priuilegiis canonum Nicænorum Antiochenæ Ecclesiæ. Asianæ diœceseos Episcopi Asianam, Pontices Episcopi Ponticen, Thraciæ Episcopi Thraciam tantum gubernent. Inuocati autem non eant extra diœcesim ad ordinandum, aut ad alias administrationes Ecclesiasticas, &c. Quæ vero in barbaris nationibus Ecclesiæ sunt, iuxta Patrum consuetudinem gubernentur. *CP. c. 2. G. 2. 3. 4. L.* 9. q. 2. non inuitati. c. 9.

CAP. II.

Episcopus Reginus, & Episcopi prouinciæ Cypriorum Zenon, & Euagrius detulerunt ad nos rem, quæ contra consuetudines Ecclesiasticas, & canones sanctorum Apostolorum designetur, & omnium libertatem attentet. Quoniam igitur communia vitia maiorem, & exquisitiorem curationem requirunt, vt quæ maius adferant incommodum, sicut mos quidem antiquus subsecutus est, vt Episcopus Antiochenus ordinationes in Cypro administret, &c. obtinebunt illæsum, & inuiolatum ius suum, qui in Cypro sanctis Ecclesiis præsunt, vt secundum canones sanctorum Patrũ, ac veterem consuetudinem, ipsi per sese ordinationes religiosissimorum Episcoporum administrent. Idem etiam in aliis quoque diœcesibus, prouinciisque omnibus obseruabitur, vt nemo Episcoporum prouinciam occupet alienam, quæ non antiquitus, & iam inde ab initio fuerit sub potestate vel ipsius, vel eorũ, qui ante eum præfuerunt. Sed etiam si quis occupasset, ac vi in suam potestatem redegisset; vt is eam pristino suo iuri restituat, ne maiorum canones violentur, &c. neu libertatem amittamus, &c. Placuit ergo sancto, generalique concilio; vt vnicuique prouinciæ iura sua, quæ antiquitus, & ab initio ad eam pertineant, integra & inuiolata seruentur, secundum iam inueteratum, & antiquum morem, potestate facta cuique Metropolitano, vt ad suam cautionem actorũ excipiat exempla. Si quis autem diuersam, contrariamue iis, quæ nunc statuta sunt, formam produxerit: placuit vniuersali, ac generali concilio, hanc esse irritam, & infirmam, eique fidem omnino derogari. *Ephes. decretum, & exemplar suggestionum de Cypri Episcopis.*

CAP. III.

Placuit magnæ huic, & vniuersali synodo, quod nullus fratrum, & coepiscoporum nostrorum constituat presbyteros, aut quemlibet alium clericum in Ecclesiis, quæ sibi subiectæ non sunt, præter voluntarem Episcopi, cui illa Ecclesia commissa est. Sed neque quisquam presbyterorum, vel diaconorum qui sacris officiis dediti sunt, vltro, ac per se Ecclesias ingrediens, sacrum aliquod operetur, &c. Quisquis ergo post hanc definitionem nostram, visus fuerit faciens aliquid horum, quę nunc interdicta sunt; separetur aliquo indicto tempore. *Syn. vni. CP. c. 23. sub Hadr. 1j.*

CAP. IV.

Episcopus extra suos fines non audeat ordinare, ad vrbes, & vicos alienos. Si vero accusetur id fecisse sine voluntate eorum, qui eas vrbes, vel vicos obtinent; deponatur cum his, quos ordinauit. *Ap. 35. G. 36. L.*

CAP. V.

Nullus Primas, nullus Metropolitanus, nullusque reliquorum Episcoporum alterius adeat ciuitatem, &c. aut quidquam ibi disponat, vel ordinet, aut iudicet, &c. quia sicut ordinatio, ita & iudicatio, & aliarum rerum dispositio prohibetur. Nam qui ordinare non poterit, qualiter iudicabit? *Callist. epist. 2. c. 3. Burch. lib. 1. cap. 66. & lib. 2. cap. 39. Iuo lib. 4. tit. 4. cap. 2. in fine panor & par. 5. c. 100. & 101. & par. 6. c. 140. decr. Anselm. lib. 6. c. 119. Tarrac. lib. 3. c. 75.* 9. q. 2. c. 3

CAP. VI.

Ne vsurpationi locus alicui sacerdoti in alterius concedatur iniuriam, sit concessis sibi contentus vnusquisque limitibus. Alter in alterius prouincia nihil præsumat. *Celest. ep. 2. c. 4.*

CAP. VII.

Nullus audeat, iuxta sanctorum canonum traditionem, ex alio Episcopatu ibidem translatati, aut ordinare Episcopum, post vestram de hoc sæculo euocationem; nisi is, qui Apostolicæ nostræ sedis in illis partibus præsentauerit vicem. Sed nec vnus alterius parochias inuadere, aut Ecclesias subtrahere præsumat. Nam si quis fuerit, qui contra hanc nostram præceptionem temerario ausu venire tentauerit, sciat se æterno Dei iudicio anathematis vinculo esse innodatum, &c. *Zachar. epist. 1.*

CAP. VIII.

Nemo Episcopus audeat in aliam prouinciam ire, & ordinare in Ecclesia aliquos ad diuina ministeria, neque coniungat sibi alios, nisi vocatus fuerit per litteras Metropolitani, & Episcoporum qui cum eodem sunt, in quorum regionem peruenit: Si nemine vocante venerit ad ordinandum aliquos, & res Ecclesiasticas constituendum, quæ ad eum non pertinent; irrita sint omnia, & ipse suæ temeritatis pœnas ferat, depositus à synodo. *Antioc. 13. Mart. Brac. c. 7. Capitul. lib. 1. c. 11. Burch. lib. 1. c. 108. Iuo par. 5. c. 210. decr. Ans. lib. 6. c. 198.* 1. q. 2. nullum. c. 6.

CAP. IX.

Episcopus non veniat in alienam vrbem, quæ ei non subiacet; neque in regionem, quæ 9. q. 2. Episcoporum. c. 7.

ad ordinationem eius non pertinet; neque ordinet presbyteros, vel diaconos ad loca alteri Episcopo subiecta, sine voluntate Episcopi eius loci. Si id facere audeat, ordinatio sit irrita, & à synodo punietur. *Antio. 22. Burch. lib. 1. c. 71. Iuo par. 5. c. 178. decr.*

CAP. X.

Auaritiæ cupiditas radix est omnium malo-
1. Tim. 6. b. rum. Ne quis alienos fines vsurpet, aut transcendat Episcopum collegam suum, aut vsurpet alterius plebes sine eius petitu; inde cętera mala omnia generantur. *Cart. 1. c. 10.*

CAP. XI.

Exo. 20. c. Nullus Episcopus alterius plebes, vel diœcesim pulset, nam lex sancta prohibet, & ipsa
Deut. 5. veritas definit, non debere quemquam aliena
7 19. 27. concupiscere, &c. Nemo Episcopus alienos li-
Prin. 22. d. mites transgrediatur. *Carth. ij. c. 11.*

CAP. XII.

Placuit, vt à nullo Episcopo vsurpentur ple-
1. q. 1. c. 27. bes alienæ, nec aliquis Episcoporum supergrediatur in diœcesi suum collegam. *Carth. iij. c. 20. Capitul lib. 6. c. 236. Burch. lib. 1. c. 64. Iuo par. 5. c. 173. decr.*

CAP. XIII.

Ne quis ad eam Ecclesiam, quæ Episcopum perdidit, nisi vicinæ Ecclesiæ Episcopus exequiarum tempore accedat, &c. *Regie. 5.*

CAP. XIV.

Si quis Episcopus in ius fratris sui suam conatus fuerit inferre potestatem, vt aut diœceses alienas, transgrediendo terminos à Patribus constitutos, peruadat, aut clericos ab aliis ordinatos, vel sanctimoniales promouere præsumat: ab vniuersorum fratrum, & consacerdotum suorum communione se alie-
1. Thess. 3. a. num efficiendum non dubitet. Quia Apostolo docente, nullam nos cum fratribus inordinate ambulantibus, & non secundum traditionem à Patribus constitutam, posse habere participationem. *Turon. 9.*

CAP. XV.

7. q. 1. c. 28. Episcopus in diœceses alienas ad alienos clericos ordinandos, vel consecranda altaria accedere non debet, quod si fecerit, remotis his, quos ordinauerat, altaris tantum consecratione manente, transgressor canonum anno à missarũ celebritate cessabit. *Aurel. iij. c. 15.*

CAP. XVI.

In ciuitate, vbi Pontifex iure humanæ conditionis obierit, nullus Episcopus ante substitutionem deputati per ordinem successoris, aut in ciuitate, aut per parochias ordinare clericos, aut altaria audeat consecrare, vel quidquam de rebus Ecclesiæ præter humanitatem præsumat auferre. Quod si quisquam temerario ausu statuta transcenderit, conuentus ab instituto Pontifice, sine dilatione ablata restituat. Si vero sine voluntatis arbitrio, vel quorumcumq; precibus actus, quamcumque personam promouere, aut contra interdictum ire præsumpserit; anno integro missas facere non præsumat. *Aurel. v. c. 8.*

CAP. XVII.

Nullus Episcoporum parochiam alterius inuadat: sed contentus sit gubernatione creditæ sibi plebis. *Angl. 2.*

CAP. XVIII.

De Episcopis vagantibus qui parochias non habent, nec scimus de ordinatione, qualiter fuit; placuit iuxta instituta sanctorum Patrum, vt in alterius parochia ministrare, nec vllam ordinationem facere debeant sine iussione Episcopi, cuius parochia est: & si hoc facere præsumpserint, ab officio suspendantur. *Vernen. sub Pipino c. 13. Vorm. c. 62.*

Episcopi contineant se suis finibus, abstineantque alienis. Tit. LV.

CAPVT I.

VEnit & hoc nunc ád aures nostras, quod quidam Episcoporum à quibusdam rogati, possessiones, quæ ad alias Ecclesias pertinent, irrationabiliter conferant, & per hoc, quantum possunt, ad propriam voluntatem aliorum potestatem Episcoporum vsurpent. Hoc autem & Propheticam illius manifeste maledictionem acquirit, qui dixit: Væ qui coniungitis domum ad domum, & Esa. 5. b.
agrum ad agrum, vt proximo auferatis aliquid; & criminis eos sacrilegij reos constituit. Huius rei gratia placuit magnæ huic, & vniuersali synodo, quod nullus fratrum, & coëpiscoporum nostrorum, vel quisquam talem sibi facere nequissimam locationem roget, vel ab alio aliquo ipse rogatus quamlibet alienarum, & extranearum conferat Ecclesiarum possessionem, &c. Quisquis ergo post hanc definitionem nostram visus fuerit faciens aliquid horum, quæ nunc interdictæ sunt, separetur aliquo indicto tempore, discisso videlicet, & dirupto modis omnibus locatario pacto, quod siue scripto, siue sine scripto præter canonem factum est, &c. *c. 23. syn. viij. sub Hadr. ij.*

CAP. II.

Nemo alterius terminos vsurpet, nec alte-
rius parochianum iudicare, aut excommuni- 9. q. 2. c. 1.
care præsumat, &c. vnde & Dominus loqui-
tur: Ne transgrediaris terminos antiquos, Prou. 19.
quos posuerunt patres tui, &c. *Callist. ep. 2.* d. & 22.
post prin. Iuo part. 5. c. 236. & par. 14. c. 72. decr. d.
Anselm. lib. 6. c. 120. Cæsar. lib. 5. c. 18. Tarrac. lib. 3. c. 74.

CAP. III.

Nullus Primas, Metropolitanus, vel Episco- 9. q. 2.
pus alterius adeat ciuitatem, aut ad possessio- c. 3.
nem accedat, quæ ad eum non pertinet, & alterius Episcopi est parochiæ, super cuiusquam dispositione, nisi vocatus ab eo, cuius iuris esse dignoscitur, &c. *Callistus epist. ea. 2. ante med. Burch. lib. 1. c. 66. Iuo lib. 4. tit. 4. c. 2. pauor. & par. 5. c. 101. decr. Ansel. libro 6. c. 119. Tarrac. lib. 3. c. 75.*

CAP. IV.

De Ecclesiis parochianis, vnde Apostolicam sedem consulere voluisti, qualiter sint custodiendæ per Cordubensem prouinciam, ac diuidendæ sacerdotibus, nihil tuæ caritati melius nobis videtur intimare, quam vt sequaris, quod nos in Romana Ecclesia nuper
13.q.1.c.1. egimus. Ecclesias singulas singulis presbyteris dedimus; parochias, & cœmeteria eis diuisimus & vnicuique ius proprium habere statuimus: ita videlicet, vt nullus alterius parochiæ terminos, aut ius inuadat, sed vnusquisque suis terminis sit contentus, & taliter Ecclesiam, & plebem sibi commissam custodiat, vt ante tribunal æterni iudicis ex omnibus sibi commissis rationem reddat; & non iudicium, sed gloriam pro suis actibus accipiat. Hanc quoque normam carissime re, & omnes Episcopos sequi conuenit, & quod tibi scribitur, omnibus quibuscumque potueris, notum facias; vt non specialis, sed generalis fiat ista præceptio. *Dionys. ep. 2. post prin. Burch. lib. 3. c. 43. Ivo lib. 2. tit. 4. c. 15. panorm. & par. 3. c. 47. decr. Ansel. lib. 7. c. 112.*

CAP. V.

Deut. 19. d & 27. c. Pro. 22. c. Non semel, sed aliquotiens clamat Scriptura diuina; transferri non oportere terminos à patribus institutos: quia nefas est, si quod alter semper possederit, alter inuadat, &c. Feliciensem parochiam ad suam diœcesim à maioribus pertinentem inuasisse te, atque illic diuina celebrasse mysteria, eodem nesciente, Vrsus Episcopus conquestus est, &c. nostris litteris admonitum te conuenit abstinere, &c. *Innoc. ep. 8. ad Florentium Episcopum.*

CAP. VI.

Patroclus in locum decedentis Episcopi, nescio, quem in alia prouincia, prætermisso Metropolitano, contra Patrum regulas ordinauit, &c. Nemo (*Patrum*) terminos audax temerator excedat, nec aliquis in illorum contumeliam partibus suis, quæ sibi ab his non videntur concessa, defendat. Cesset huiusmodi pressa nostra auctoritate præsumptio eorum, qui vltra licitum suæ limitem dignitatis extendunt. *Bonif. epist. 3. in fine.*

CAP. VII.

Nolumus, Ecclesiarum priuilegia, quę semper sunt seruanda, confundi; nec in alterius prouincia sacerdotis alterum ius habere permittimus, quia per hoc non minus in sanctarum traditionum delinquitur sanctiones, quã in iniuriam ipsius Domini prosilitur, &c. *Hila. ep. 2. in med. ad Leontium, & alios.*

CAP. VIII.

Ne vnus (*Episcopus*) alterius parochias inuadere, aut Ecclesias subtrahere præsumat.
c. 1. de pa. *Zachar. epist. 1. in med.*

lib. Gr. CAP. IX.

ix. & in 1. collect.
16. q. 6. c. 2. Pax seruetur, pacta custodiantur (*inter Episcopos super diuisione*) *Carth. c. r. 12.*

Pla- CAP. X.

ceus. Quicumque Episcopi plebes, quas credunt ad se pertinere, non ita repetant, vt aliis Episcopis iudicantibus consentiant, sed inuadant ab aliis possessas, inuitis vel volentibus populis, suæ rei damnum patiantur. Qui hoc fecerit, si inter Episcopos non conuenit, sed inter se contendunt; ille inde discedat, de quo constat prætermissis Ecclesiasticis iudicibus prædonem fuisse. Neque sibi blandiatur, si Primatis litteras, vt possideat, habeat. Sed siue habeat, siue non habeat, conueniat possidentem, & ab eo litteras accipiat, vt ostendat illum possidere pacifice Ecclesiam ad se pertinentẽ. Si vero ille quæstionem moueat, inter Episcopos iudices finiatur; vel inter eos, quos Primas ei dederit, vel inter vicinos ex consensu electos. *Carth. 121. G. Mil. 21. L. Afr. 87. L. Burc. lib. 1. c. 70. Ivop. 5. c. 177. decr. Cæsar. lib. 4. c. 126.*

CAP. XI.

Ne parochiam cuiuslibet Episcopi alterius ciuitatis Episcopus canonum temerator inuadat, & vesanæ cupiditatis facibus inflammatus, suis quoquo modo non contentus rapiat aliena. *Aruer. 9.*

Episcopus nihil faciat sine consensu Archiepiscopi, præter eã, quæ pertinent ad suam diœcesim; & obtemperet illi. TIT. LVI.

CAPVT I.

Comprouinciales Episcopi sine (*Metropolitani*) nil consilio, nisi quantum ad proprias pertinet parrochias, agant, iuxta sanctorum constituta Patrum. *Nican. 61. apud Iul. ep. 2. cap. 23. in fine Calist. ep. 2. c. 3.*

CAP. II.

Episcopi suum Primatem, & caput noscant; nihil que eminens sine eius voluntate faciant præterquam quæ ad parœcias, & vicos suos pertinent. Is quoqte sine eis nihil rerum gerat. *Apost. 34. G. 35. L.*

CAP. III.

Archiepiscopus nihil de Episcoporum causis, aut de aliis communibus, iuxta statuta Apostolorum, absque cunctorum illorum agat consilio: nec illi, nisi quantum ad proprias parochias pertinet, sine suo; quoniam tali gaudet concordia Altissimus, & gloriatur in membris suis. *Anicet. ep. 1. ante med.* 9.q.3.c.5

CAP. IV.

Cum Christianitas apud Bulgaros fuerit dilatata, & Episcopi per singulas Ecclesias ordinati; tunc eligendus est inter eos vnus, qui si non Patriarcha, certe Archiepiscopus appellandus sit; ad quem omnes concurrant, & cuius consilium in causis maioribus præstolentur. Id ipsum etiam Apostolicis regulis præcipientibus, ac dicentibus, Episcopos gentium singularum scire conuenit, quis inter eos primus habeatur, quem velut caput existimẽt, & nihil amplius præter eius cõscientiam gerant.

&c. *Nicolaus ad consulta Bulgarorum c. 72. Vide Apost. 34. & 35. L.*

CAP. V.

9. q. 3. per singulas. & 2. Episcopi suum Metropolitanum in prouincia agnoscant, nihilque agant sine eo, vt constitutum est, præterea, quæ ad suas diœceses, & vicos pertinent, in quibus omnia agere possunt; vt ordinare presbyteros, & diaconos. Ipse quoque sine eis nihil excedat. *Antio. 9. Vide Mart. Brac. cap. 4. Capitul. lib. 1. c. 8. Ansel. lib. 5. c. 73. in addit.*

CAP. VI.

Si vocatus à Metropolitano Episcopus sanus non venerit, absque excommunicatione dimittendus non erit. *Emerit. cap. 6.*

CAP. VII.

Si quispiam (*Episcopus*) imminente nimia necessitate, inconsulto Primate prouinciæ, aut certe maiori vrgente necessitate, non adhibitis testibus vicinis Episcopis (*res ecclesiæ distrahere*) tentauerit, ita canonico iudicio percellitur, scilicet vt amisso honore, reus Deo, & concilio teneatur. *Parisien. sub Ludouico, & Lothario lib. 1. c. 17.*

De vigilantia Episcopi in pascendo grege. Tit. LVII.

CAPVT I.

Episcopi in baptismalibus plebibus, vt certe propriis, diligenter curam habere debent, & cum in eis presbyteros necessitas occurrerit ordinandi, vt reuerentius obseruetur, conuenit enim ibidem habitantium sibi adhibere consensum. *Synod. Roman. sub Eugen. ij. & Leone iv. cap. 8.*

CAP. II.

Hortamur, vt secundum debitam sollicitudinem commissæ sibi à Deo Ecclesiæ curam vnusquisque vestrum agere studeat, & gregẽ Christi sanguine redemptum, bonis exemplis, & salubribus documentis instruat, habẽs semper præ oculis illum tremendum iudicem, qui suum sacratissimum sanguinem pro omnibus fudit; vt cum ante ipsius tribunal steteritis, v-
Mat. 25. nicuique vestrum dicat: Euge serue bone, & fidelis: quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui. *Rauennat. sub Ioan. ix. in fi.*

CAP. III.

Scitote cuncti, quod supra omnes vos laboret Episcopus: quia vnusquisque vestrum suum proprium fert laborem, ille vero, &
8. q. 1. ex. 13. suum, & singulorum, propter quod, o [Clemens, (*loquitur Petrus Apostolus*) tamquam qui omnibus præesse te noueris, singulos prout potueris, iuua, & singulos releua, qui & singulorum onus, & sollicitudinem portas. Vnde & ego nunc hanc tibi iniungens dispensationem, scio, quia accipio gratiam magis, quam præsto. *Clem. ep. 1. ante med.*

CAP. IV.

Oportet omnes doctores, qui ad salutem animarum instituti sunt, & ad lucrandas animas Episcopi sunt consecrati, pro cunctis sollicitudinem gerere, & errantes ad viam veritatis, & ad portum salutis reducere. *Clemens epist. 4. in principio.*

CAP. V.

Scitote cuncti, quod supra omnes vos laboret Episcopus: quia vnusquisque vestrum suum proprium fert laborem, ille vero & suum, & singulorum: & ideo, sicut ille pro vobis omnibus, ita & vos omnes summopore laborare pro eo debetis, in tantum vt, si etiam necesse fuerit, animas vestras pro eo ponatis; sicut & ipse animam suam pro vobis, si necesse fuerit, ponere debet, dicente Saluatore: Bonus pastor, &c. Vos vero obedite eis, Ioa. 10. b. & vigilare pro eis, quia ipsi pro vobis vigilant, quasi rationem pro animabus vestris redditurj, vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes. *Euar. ep. 2. post prin.*

CAP. VI.

Obiurgando, hortando, suadendo, blandiendo, cõsolando, prodesse quibus possumus, festinemus. Lingua nostra bonis fomentum sit, prauis aculeus, timidos retundat, iratos mitiget, pigros exacuat, desides hortando succendat, refugientibus suadeat, asperis blandiatur, desperatos consoletur; vt quia doctores dicimur, viam salutis gradientibus ostendamus. Scimus in custodia vigilantes, aditum contra hostis insidias solliciti muniamus. Et si quando perditam ouem de commissis gregibus error abduxerit, toto illam adnisu ad caulas Dominicas reuocare contendamus; vt de pastoris nomine, quod habemus, non supplicium, sed præmium consequamur. *Dionys. ep. 2. ad Seuerum Episc. in fine.*

CAP. VII.

Impatienter audiuimus, tantum diuinarum rerum subiisse despectum, vt feminæ sacris altaribus ministrare ferantur: & cuncta, quæ non nisi virorum famulatui deputata sunt, sexum, cui non competit, exhibere: visо quod omnium delictorum, quæ sigillatim perstrinximus, noxa omnis, & crimen eos respicit sacerdotes, qui vel ista committunt, vel committentes minime publicando, prauis excessibus se fauere significant: si tamen sacerdotum iam sint vocabulo nuncupandi, qui delegatum sibi religionis officium sic prosternere moliuntur; vt in peruersa quæque profanaque decliues, sine vllo respectu regulæ Christianæ, præcipitia funesta sectentur. Cumque scriptũ sit: Minima qui spernit, paulatim decidit; quid est de talibus existimandum, qui immensis, ac multiplicibus prauitatum molibus occupati, ingentem ruinam multimodis impulsionibus ediderunt, quod non solum ipsos videatur obruere, sed & Ecclesiis vniuersis mortiferam, si non sanentur, inferre perniciem? Nec ambigant, qui hæc ausi sunt exercere, sed etiam qui hactenus cognita siluerunt, sub honoris proprij se iacere Eccl. 19. a.

dispendio; si non quanta possint celeritate festinēt, vt lethalia vulnera comperenti medicina curentur. Quo enim more teneant iura Pontificum, qui Pontificalibus excubiis eatenus iniuncta dissimulant; vt contraria domui Dei, cui præsident, potius operentur? *Gelas. ep. 1. c. 28. Paris. sub. Lud. & Loth. lib. 1. c. 45.*

CAP. VIII.

1. Pet. 5. a. Petri epistola ait: Seniores obsecro consenior; pascite, qui in vobis est, gregem Dei prouidentes non coacte sed spontanee, secundum Deum neque turpis lucri gratia, sed voluntarie; neque vt dominantes in clero, sed forma facti gregis, & ex animo: vt cùm apparuerit Princeps Pastorum, percipiatis immarcescibilem gloriæ coronam, &c. *brac. 9. in prolog.*

CAP. IX.

Episcopi in protegendis populis, ac defendendis, impositam à Deo sibi curam non ambigant. *Tol. iv. c. 31. Colon. sub Carolo iy. c. 3.*

CAP. X.

Hæc Sancta Synodus fieri elegit, vt annuis vicibus vnusquisque nostrum omnes Abbates monasteriorum, vel presbyteros, & diaconos suæ diœcesis ad locum, vbi Episcopus elegerit, congregare præcipiat, &c. cunctosque sub Ecclesiasticis regulis adesse præmoneat: quosque etiam parsimoniæ, & sobrietati, atque veridicæ castimoniæ honestorum virorum testimonio fama commendet. Sollicitum etiam pro hac re vnumquemq; nostrum esse conuenit, vt curiosa indagine perquiramus, si presbyteris, & diaconibus, & clericis pudica sit vita, &c. *Oscen. synod.*

CAP. XI.

Sancta instituit synodus, vt constitutio, quæ dudum in concilio Oscensi cōstituta quidem, sed minime conscripta fuit, confirmata, & in perpetuum valitura perduret, &c. *Egaren. synod.*

CAP. XII.

Decreuimus, vt secundum canones vnusquisque Episcopus in sua parochia sollicitudinem habeat, adiuuante Graphione, qui defensor Ecclesiæ est, vt populus Dei paganias non faciat. *Franc. syn. Capitul. lib. 5. c. 2.*

CAP. XIII.

Prouidendum est necesse vnicuique Episcopo, qualiter Canonici viuere debeant, nec nō & monachi, vt secundum ordinem canonicū, vel regularem viuere studeant, vt ait Apostolus: Vnusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat. *Arel. sub Carolo. c. 6. Magunt. sub Rab. cap. 13.* (1. Cor. 7. d.)

CAP. XIV.

Qui pastorum nomina audire volunt, & pastorum officium implere nolunt, quid ad eos per Prophetam dicatur, recensemus, &c. Væ pastoribus † Israël, qui pascunt se solos. numquid non oues pascunt pastores? &c. Qui sunt, qui se ipsos pascunt? de quibus Apostolus dicit: Omnes enim, quæ sua sunt, quærunt, non quæ Iesu Christi, &c. Quod Christiani sumus, propter nos est, quod præpositi sumus, propter vos est, &c. Cum ergo præpositi ad hōc sint, vt his, qui subiecti sunt, consulant; nec in eo quod præsunt, omnino vtilitatem suam attendant, sed eorū, quibus ministrant: quisquis ita præpositus est, vt in eo, quod præpositus est, gaudeat, & honorem suum quærat, & commoda sua sola respiciat; se pascit non oues, &c. Ecce lac consumitis, & lanis vos tegitis, & quod crassū est, interficitis, & oues meas non pascitis. Quod infirmum est, non confortastis; & quod ægrotat, non corroborastis; & quod contribulatum est, non colligastis; & quod errabat, non reuocastis; & quod periit, non requisistis; & quod forte fuit, confregistis; & dispersæ sunt oues meæ, eo quod non sit pastor, &c. Cum lac sumerent, & lanis se tegerent, oues negligebant: sua ergo tantum quærebant, non quæ Iesu Christi, &c. Qui præbet lac, potum præbet; qui præbet lanam, honorem præbet. Ista sunt duo, quæ à populis quærunt qui semetipsos pascunt, non oues; commodum supplendæ necessitatis, & fauorem honoris, & laudis quærunt, &c. Videte cuiusmodi indumentum acceperat à bona Dei plebe idem Paulus, cum diceret: Sicut Angelum Dei excepistis me. Testimonium enim vobis perhibeo, quia si fieri posset, oculos vestros eruissetis, & dedissetis mihi, &c. Ecce & accepit de lacte ouium, sicut paulo ante commemorauimus, & indutus est lanis ouium; sed tamen oues non neglexit, non enim sua quærebat, sed quæ Iesu Christi, &c. Sed mali illi pastores non parcunt talibus. Parum est, quod illas languentes, & infirmas, & errantes, & perditas non curant; etiam istas fortes, & pingues necant, quantum in ipsis est: & si illæ viuunt, de misericordia Dei viuunt; tamen quantum ad pastores malos attinet, occidunt. Quomodo inquit, occidunt? male viuendo, malum exemplum præbendo. An frustra dictum est seruo Dei eminēti in membris summi pastoris: Circa omnes te ipsum bonorum operum præbe exemplum, & forma esto fidelibus? &c. Et dispersæ sunt oues meæ, eo quod non sit pastor, & factæ sunt in comesturam omnibus bestiis agri, &c. Propterea pastores audite sermonem Domini. Viuo ego, dicit Dominus Deus. Ecce ego ipse requiram oues meas, & visitabo eas, sicut visitat pastor gregem suum, &c. Audite vocem pastores, colligite vos ad montem Scripturæ sanctæ, vbi sunt deliciæ cordis vestri, vbi nihil venenosum, nihil alienum, &c. Quod periit, inquiram; & quod errauit, reuocabo; & quod imminutum est, colligabo; & quod exanime est, confortabo; & quod pingue est, & forte, custodiam, &c. *Augustinus in libro ad pastores (tom. 10.) apud Aquisgr. c. 12.*

(†Opastores. Ezec. 34. a. Philip. 2. Gal. 4. b. Tit. 2. b. Ezec. 34. a. b.)

CAP. XV.

Pastores dici volumus, nec tamen esse contendimus. Officij nostri vitamus laborem, ap-

petimus dignitatem. Immundorum spirituum feras à grege dilacerando non pellimus, & quod eis remanserit, ipsi consumimus; quando peccantes diuites, vel potentes non solum non arguimus, sed etiam veneramur, ne nobis aut munera solita offensi non dirigant, aut obsequia desiderata subducant. Ac si muneribus eorum, & obsequiis capti, immo per hæc illis addicti, loqui eis de peccato suo, aut de futuro iudicio formidamus. Et ideo minaciter superbiam nostram diuinus sermo contundit, sed noster auditus nihil, vnde proficiamus, admittit: quia præsentis vitæ capti dulcedine, quæ pœna negligentiam nostram maneat in æternum, nolumus cogitare. In pastores ergo ista dicuntur, de quorum nobis inani appellatione blandimur. Hæc
Ez. 34. a dicit Dominus Deus: Væ pastoribus Israël, qui pascebant semetipsos. Nonne greges pascuntur à pastoribus? &c. Ecce ego ipse super pastores, requiram gregem meum de manu eorum, & cessare faciam eos, vt vltra non pascant gregem, nec pascant amplius pastores semetipsos. Quis ad hæc non contremiscat? Quis ista sine intolerabili metu futuræ examinationis accipiat, nisi qui aut non intelligit, aut futura non credit? sed quia omnia, quæ Deus obseruari voluit, tam aperte posuit, & ita sui nominis auctoritate firmauit; vt ea facilius, quod dictu quoque nefas est, contemnamus, quam nos non intelligere, vel non credere tam aperta, & diuina fingamus, quando audiuimus, Hæc dicit Dominus: quis non futurum esse credat, quod dicit Dominus, nisi qui Deo non credit? Quod autem dicit, Væ pastoribus: istud væ, pro maledicto poni, & Pastorum nomine nos significari, quis non intelligat, nisi qui futurum non cogitat? Greges Domini pascendos, pastores facti, suscipimus: & nos ipsos pascimus, quando non gregum vtilitati prospicimus, sed quid foueat, & augeat nostras voluptates, attendimus. Lac, & lanas ouium Christi oblationibus quotidianis, ac decimis fidelium gaudentes, accipimus: & curam pascendorum gregum, ac reficiendorum, à quibus peruerso ordine volumus pasci, deponimus. Non sanamus spirituali consilio peccatis infirmum, non sacerdotali ope consolidamus, ac reficimus diuersis tribulationibus fractum, non ad viam salutis reuocamus errantem, non requirimus sollicitudine pastorali veniæ desperatione iam perditum; ad hoc potentes tantum effecti, vt nobis in subiectos damnationē tyrannicam vindicemus, non vt afflictos, contra violentiam potentum, qui in eos ferarum more sæuiunt, defendamus. Inde est, quod tam à potentibus huius mundi, quam à nobis, quod peius, nonnulli grauiter fatigati depereunt, quos se de manu nostra Dominus requisiturum terribiliter comminatur, dicens: Requiram oues meas de manu pastorum, & cessare eos faciam, vt vltra iam non pascant greges meos. Quod quid est aliud, quam pastores, qui semetipsos, non greges meos pascunt, sublimitate suæ dignitatis expoliabo, & inter reprobos, quia honorem suum noluerunt custodire, proiiciam? *Prosper de vita act. & contemplat. lib. 1. cap. 21. apud Aquisgr. lib. 1. cap. 32.*

C A P. XVI.

Omnis spiritalis zelus doctoris animum frangit, quia valde cruciatur, dum infirmos quosque æterna deserere, & rebus corporalibus delectari conspicit. Nullum quippe omnipotenti Deo tale est sacrificium, quale est zelus animarum, sicut Psalmista ait: Zelus *Ps. 68. b.*
domus tuæ comedit me. Paulus Apostolus zelo animarum cruciatus, dicebat: Quis in- *2 Cor. 11. g.*
firmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? Ipsum suum cor, quod animarum zelo succenderat, quid aliud, quàm quasi sartaginem fecerat, in quo amore virtutum contra vitia ardebat? Quod enim vrebatur, sartago erat. Inardescebat enim, & coquebat, quia incendebatur amaritudine, sed virtutum alimenta præparabat ex sua afflicta cogitatione. Quid est, quod Ezechiel *Ez. 4. d.*
Propheta sartaginem inter se, & ciuitatem murum ferreum ponit; nisi quod idem fortis zelus, qui nunc in mente doctoris agitur, in die extremi iudicij inter eum, & animam, quam à vitiis zelatur, testis est: etsi audire is, qui docetur, noluerit, doctor tamen pro zelo, quem exhibet, de auctoris negligentia reus non sit? Murum ergo ferreum Propheta inter se, & ciuitatem ponit, quia in vltionis tempore inde doctor à damnationis periculo munitur, vnde nunc per zelum custodiæ cordis frixuram patitur. Quantum vero frixura cordis, quæ spiritali zelo agitur omnipotenti Deo placeat, aperte ostenditur; cum offerri per legem similia in sacrificium iubetur. Scriptum quippe est: In sartagine oleo *Leu. 6. c.*
conspersa frigetur, offeretque eam calidam in odorem suauissimum Domino sacerdos, qui patri iure successerit, & tota cremabitur in altari, &c. Circundat doctor auditoris animam, cum in omne, quod in hac vita agitur, tētationum laqueos apponi posse denuntiat: vt dum vbique sit mens pauida, vbique circumspecta, quanto timidior, tanto vigilantior viuat. Ipse namque zelus rectitudinis, dum inquietudine mentem agitat, eius mox aciem obscurat, vt altiora in commotione nō videat, quæ bene prius tranquilla cernebat. &c. Sed cū per zelum animus mouetur, curādum summopere est, ne hæc eadem, quæ instrumento virtutis assumitur, menti ira dominetur, &c. Vnde necesse est, vt hoc ante omnia, qui zelo rectitudinis mouetur, attendat; ne ira extra mentis dominium transeat: sed sed in vltione peccati tempus, modumque considerans, surgentem animi perturbationem, subtilius retractando restringat, animositatem reprimat, & motus feruidos sub

æquitate disponat; vt eo fiat iustior vltor alienus, quo prius extitit victor suus: quatenus sic culpas delinquentium corrigat; vt ante ipse, qui corrigit, per patientiam crescat, vt feruorem suum transcendendo diiudicet, ne intemperanter excitatus, ipso zelo rectitudinis, longe à rectitudine aberret. *Gre. l. 1. super Ezech. homil. 12. & in moral. lib. 5. c. 33. apud Aquisgr. c. 34.*

CAP. XVII.

Didicimus, socios ordinis nostri in gubernandi congregationibus sibi subiectis, canonicis videlicet monachis, & sanctimonialibus hactenus valde negligentes extitisse, & ob id multos in sui detrectationem, & contemptum prouocasse; ita vt nonnulli alij Prælati in eorum parochiis constituti, eorum praua exempla secuti, suas similiter congregationes neglexerint. Quos & fraterno, & synodali conuentu admonendos esse, necessario duximus: vt ab hac negligentia deinceps se cohibeant, & cæteris se imitabiles præbeant. *Parisiens. sub Ludouico, & Lothario lib. 1. c. 21. & Aquisg. ij. sub Ludouico par. 1. c. 11.*

CAP. XVIII.

Non erunt Prælati excusabiles, & immunes à periculis apud Dominum, cui pro sibi commissis rationes sunt reddituri, si eis carnalia solummodo, & non spiritalia fideliter subministrauerint; cum de manu eorum, sanguinem eorũ, si perierint, sit exacturus, testante Ezechiele Propheta, & expositione beati Augustini super eodem Propheta, plurimum Eze. 34. huic rei adstipulante. Grandis porro miseria, cæcaque cupiditas, dum huiuscemodi Prælati in locis sibi subiectis, cupiditatem suam potius explere, quam animarum suarum periculum contendunt vitare. *Parisiens. sub Ludou. & Loth. lib. 1. c. 24.*

CAP. XIX.

Episcopi presbyteros sibi commissos, & doctrina, & castitate, & sobrietate, atque hospitalite secundum eorum ministerium ornari compellant. *Melden. c. 28.*

CAP. XX.

Episcopi se ipsos, atque ministros suos, & maxime Ecclesiasticos, cunctosque Christianos in sua parochia, perpendentes ex hoc statuta Niceni concilij, & cæterorum conciliorum, ab vsuris sine excusatione compescant, & quos compescere aliter non potuerint, canonicam in eo sententiam proferant. *Melden. cap. 55.*

CAP. XXI.

Vnusquisque nostrum in clero & populo, & sacerdotibus, ac monasteriis sibi commissis, sollicita, & paterna pietate prouideat; ne propter aliquas oppressiones, pestiferis conturbationibus, & querimoniis, ac detractionibus aduersus eosdem pastores suos inseruiant. *Valent. sub Lothario c. 14.*

CAP. XXII.

Sacerdotes vice Mosis, iram Domini super populum sæuientem precibus suis debent mitigare. *Meten. c. 5.*

CAP. XXIII.

Hæc de præcipuis in eadem sacra synodo fuere statuta. Cæterum specialia de quibusque parochiis, prout visum fuerit, secundum Ecclesiasticam auctoritatem definita, & Episcopis in propriis parochiis sunt ad exequendum commissa, *Tullen. c. 13.*

CAP. XXIV.

Nobis, qui gregis Dei curam accepimus pastoralem, summopere curandum, & prohibendum est; ne nostra desidia agente, diebus (*festis*) vllus placitum habere, & populum nobis commissum à seruitio Dei nostri audeat impedire. *Tribur. c. 35.*

CAP. XXV.

Prælati singuli eleemosynarios honestos habeant; & vt ipsi Prælati sint iuxta Apostolum, hospitales, & vt boris competentibus ad pauperes audiendos, & iustitiam exhibendam, in publico præsentiam suam exhibere procurent, & in personis propriis confessionibus audiendis interdum intersint, & pœnitentiis iniungendis: ipsi etiam per confessores discretos ciuitates proprias obeant, & in Ecclesiis suis cathedralibus residere procurent; vt aliquibus maioribus festis, & saltem in aliqua parte pro se, prout animæ suæ saluti magis viderint expedire. *Conc. Oxonien. c. 8.*

Episcopi adhibeant diligentiam in oppugnandis hæreticis. Tit. LVIII.

CAPVT I.

Qvilibet Archiepiscopus, vel Episcopus per se, aut per Archidiaconum suum, vel idoneas personas honestas, bis, aut saltem semel in anno propriam parochiam, in qua fama fuerit hæreticos habitare, circumeat; & ibi tres, vel plures boni testimonij viros, vel etiam, si expedire videbitur, totam viciniam iurare compellat: quod si quis ibidem hæreticos sciuerit, vel aliquos occulta conuenticula celebrantes, seu à communi conuersatione fidelium, vita, & moribus dissidentes, eos Episcopo studeat indicare. Ipse autem Episcopus ad præsentiam suam conuocet accusatos, qui nisi se ab obiecto reatu purgauerint, vel si post purgationem exhibitam in pristinam fuerint relapsi perfidiam, canonice puniantur, &c. Volumus igitur, & mandamus, & in virtute obedientiæ districte præcipimus, vt ad hæc efficaciter exequenda Episcopi per diœceses suas diligenter inuigilent, si canonicam effugere voluerint vltionem, &c. *Inn. iij. in conc. gen. Later. c. 3.* De heret. c. excommunicamus. 13. p. adiicimus. Greg. ix. c. 2. e. tit. in 4. coll.

CAP. II.

In partibus Tolosę damnanda hæresis dudum emersit, &c. Contra eam Episcopos, & omnes Domini sacerdotes in illis partibus inuigilare præcepimus, & subinterminatione De heret. c. 10. in 1. coll.

† incendi-ctione. † anathematis prohibere, ne vbi cogniti fuerint illius hæresis sectatores, receptaculum quisquam eis in terra sua præbere, aut præsidium impertiri præsumat, &c. *Alex. iij. in Conc. Turon. c. 4.*

CAP. III.

Fratres, hortor dilectionem vestram, obtestor, & moneo; vt qua debetis, & potestis sollicitudine, vigiletis ad inuestigandos hæreticos, & inimicos sanctæ Dei Ecclesiæ, & à sanis mentibus, † ne pestis hæc latius diuulgetur, seueritate, qua potestis, pro viribus extirpetis. *Luci. ep. sing. in fin. Felix ep. 3. in fi. Marc. ep. vn. in fin. ad Athanas. & alios Episcopos Ægypt.* † com-bus, Marcus.

CAP. IV.

Tuam moneo dilectionem, vt cunctos, quos errare cognoueris, ad catholicam fidem, & ad vnitatem rectè credentium conuertere studeas, &c. Si autem te non audierint, & errantes permanserint, nobis eos manifestare, quam citius poteris, non tardes, vt Apostolica auctoritate, aut cito ad Ecclesiam conuertantur, aut ab Ecclesia separentur. *Xyst. ij. ep. 1. in med. ad Gratum Episcop.*

CAP. V.

Filij nostri Prosper, & Hilarius, tantum nescio quibus presbyteris illic licere, qui dissensioni Ecclesiarum studeant, sunt apud nos prosequuti; vt indisciplinatas quæstiones vocantes in medium, pertinaciter eos dicant prædicare aduersantia veritati. Sed vestræ dilectioni iustius imputamus, quando illi supra vos habent copiam disputandi, &c. Quid illic spei est, vbi magistris tacentibus, hi loquuntur, qui eorum discipuli non fuerunt? Timeo, ne conniuere sit, hoc tacere. Timeo, ne magis ipsi loquantur, qui permittunt illis taliter loqui. In talibus causis non caret suspicione taciturnitas: quia occurreret veritas, si falsitas displiceret. Merito namque causa nos respicit, si silentio faueamus errori. Ergo corripiantur huiusmodi. Non sit his liberum, habere pro voluntate sermonem, &c. Repetentes sæpius admonemus, vt vitentur huiusmodi, qui laborant per terras aliud, quam illic noster iussit agricola, seminare. *Celest. ep. 1. ad Episc. Galliæ, c. 1.*

CAP. VI.

Hanc ad dilectionem vestram Epistolam misimus per acolythum nostrum, vt effecta certior sanctitas vestra, sollicitius agere dignetur, & cautius: necubi Manichææ peruersitatis homines plebes vestras facultatem lædendi, & huius sacrilegij possint inuenire doctores. Aliter enim nobis commissos regere non possumus, nisi eos, qui sunt perditores, & perditi, zelo fidei dominicæ persequamur, & à sanis mentibus, ne pestis hæc latius diuulgetur, seueritate, qua possumus, abscindamus. Vnde hortor dilectionem vestram, obtestor, & moneo, vt qua debetis, & potestis sollicitudine vigiletis ad inuestigandum eos, necubi occultandi se reperiant facultatem. *Leo epist. 2. ad Episcop. Italiæ.*

CAP. VII.

Illud plurimum mihi displicere significo; quod inter dilectionis tuæ clericos quidam esse dicuntur, qui aduersariorum conniueant prauitati, & vasa iræ vasis misericordiæ misceantur. Quibus inuestigandis, & seueritate congrua coercendis, debet diligentia tua vigilanter insistere; ita vt his, quibus prodesse non potuerit correctio, non parcat abscissio. Oportet enim nos Euangelici meminisse mandati, quod ab ipsa veritate præcipitur: vt si nos oculus, aut pes, aut dextera scandalizauerit manus, à compage corporis auferatur; quia melius sit, his in Ecclesiis carere membris, quam cum ipsis in æterna ire supplicia. Nam superfluo extra Ecclesiam positis resistimus; si ab his, qui intus sunt, in eis, quos decipiunt, vulneramur. Abiicienda prorsus pestifera hęc à sacerdotali vigore patientia est; quę sibimet, peccatis aliorum parcendo, non parcit. Sicut Heli quondam sacerdos filiorum suorum delicta tolerando, cum ipsis diuinæ iustitiæ sententiam meruit experiri, quia segni indulgentia dissimulauit plectere peccatores. *Leo ep. 74. vel 76. ad Anatolium Episcopum CP. ante fin. Iuo par 6. c. 339. decr.* 24. q. 3. c. 34. Matth. 18. b. Mar. 9. f. 1. Reg. c. 2.

CAP. VIII.

Vt Imperialis est potestatis, tumultus publicos, ac seditiones sacrilegas seuerius coërcere: ita auctoritatis est sacerdotalis, monachis prædicandi aliquam contra fidem licentiam non præbere, & omni virtute resistere; ne ea, quæ ad sacerdotes pertinent, sibi audeant vindicare. *Leo epist. 80. ad Iulian. Episcop. Coen. in med.*

CAP. IX.

Hostis humani generis ad impugnandam sinceritatem fidei fraudulētam hæreticorum fallaciam subinduxit, contra quos viri Ecclesiarum pastores viriliter insurgentes, eorum praua dogmata cum ipsorum auctoribus condemnauerunt. *Innocen. y. in epist. ad Sampsonem Archiepisc. Remen. & alios, post prin.*

CAP. X.

Si in matrice, vel in sede Episcopus negligens fuerit contra hæreticos; admoneatur à vicinis Episcopis. Si ab eo die intra sex menses non in prouincia sua conuertat ad vnionem Ecclesiæ catholicæ alios, non ei communicetur, donec id faciat. Si executor ad ea loco non venerit, Episcopo non adscribatur. *Carth. 124. G. Mil. 25. L. Afr. 90. L.*

Munus Episcopi est docere clericos, & reliquum populum. Tit. LIX.

CAPVT I.

Episcopus iuxta diuina præcepta conuertat, & doceat populum suum, &c. *Nicæ. c. 2. Iuo par. 5. c. 372. decr.* Dist. 38. omnes. c. 6.

CAP. II.

De dec. Quidam Prælatorum ecclesiæ decimas, & om.c.27. ecclesias disponere (laicis) indulgent, & eos Greg.ix. in devia mortis impellunt, qui prædicatione &c.2.eo. ipsorum ad viam fuerant reuocandi. *Alex. iij. in conc. Turon. cap. 3.* tit. in 2. collect.

CAP. III.

Sacerdotes, & alij clerici; qui fuerint in exercitu Christiano, tam subditi, quam Prælati, orationi, & exhortationi diligenter insistant, docendo eos verbo pariter, & exemplo; vt timorem, & amorem semper habeant diuinum ante oculos; ne quid dicant, aut faciant, quod diuinam maiestatem offendat. *Innoc. iij. in Conc. gen. Lat. c. vlt.*

CAP. IV.

Episcopum bono opere consistere oportet, vt factis congruentibus luceat, vt optimus speculator existat; qualiter populus verbum prædicationis ostenso opere sine dubio obseruando attendat, beatissimo Gregorio Papa docente. Pro qualitate igitur audientium formari debet sermo doctorum, vt & sua singulis congruant, & tamen à communis ædificationis arte nunquam recedat, hæc enim si digna desiderat exempla speculatoris perficere, toto mentis debet meditari conamine, quatenus prodesse magis, quam præesse populo Domini videatur. *Synodus Romana sub Eugenio ij. & Leone iv. c. 3. Greg. lib. 3. past. in præfat.*

CAP. V.

Episcopus, vel Presbyter, qui negligit clerum, vel plebem suam religionem docere, excommunicetur. Si perseuerat, deponatur. *Ap. 58. Vide Trul. 19.*

CAP. VI.

Instruebat B. Petrus Episcopos Sacerdotes suos, ac cunctos reliquos Ecclesiæ ministros, atque omnem plebem sibi commissam, verbo diuino, & mandato instruere, ac dirigere. *Cle. epist. 1. in fine.*

CAP. VII.

Vos ergo, qui sacerdotio Domini fruimini, & in specula estis positi, plus scire oportet; vt subditos vobis populos pleniter docere possitis, eisque ad regna cælorum ducarum Dist. 25. præbere Deo annuente valeatis, &c. Audire c. 2. ergo Episcopum attentius oportet, & ab ipso suscipere doctrinam fidei, monita autem vitæ à presbyteris inquirere, à diaconis vero ordinem disciplinæ. *Clem. ep. 3. in princ. Anselm. lib. 7. cap. 76.*

CAP. VIII.

Dist. 45. Percussor ille doctor dicitur, qui sermone sane c. vl. inutili conscientiam percutit infirmorũ. Ideo Tit. 1. b. tenere vos, & omnes fideles oportet eum, qui secundum doctrinam est, fidelem sermonem, vt potens sit consolari in doctrina sana, & contradicentes redarguere, & recte viuentes, atque rectam fidem tenentes consolidare. *Anacl. ep. 2. ante fi. ad Episcopos Italiæ.*

CAP. IX.

Dist. 93. c. 11. Diaconi custodiant Episcopum prædicantem. *Euarist. epist. 1. in prin.*

CAP. X.

Episcopum oportet opportune, & importune, atque sine intermissione ecclesiam suam docere, eamque prudenter regere, & amare: vt à vitiis se abstinear, & salutem consequi possit æternam. Et illa cum tanta reuerentia eius doctrinam debet suscipere, eumque amare, & diligere; vt legatum Dei, & præconem veritatis, quia testante veritate, quæcumque ligauerit, &c. Præuidendum est vobis, ne offendaris eos, qui tantam à Domino habent potestatem. Et ideo potius obediendi, diligendi, & summopere venerandi sunt; non detrahendi, aut lacerandi, aut euciendi, sed portandi, & amandi, ipso dicente Domino: Qui vos audit, me audit; & qui vos spernit, me spernit, &c. *Euar. ep. 2. in prin. Burch. l. 1. c. 99. Ivo p. 5. c. 201. decr. Ans. l. 6. c. 102.* 7. q. 1. c. 11. sicut & c. 2. Mat. 16. c. Luc. 10.

CAP. XI.

Quæ precor maior caritas, aut quod efficacius pietatis patrocinium potest à quoquam alicui impendi; quam si ignorantiæ tenebras, & imperitiæ caliginem ab eo repellat? Demum veræ fidei doctrinæ pabulo, non ad quæstum, non ad ambitionem, sed eruditionem, & ædificationem reficere. † Tamquam enim mutilo sit manus, claudo pes, oculus cæco, qui ignorantiæ tenebris obuoluto, sapientiæ & scientiæ thesaurum reserat, & candorem lucis, vlasque Domini benigniter aperit. Vtrisque autem, id est, & famem verbi Dei parientibus, & Episcopis necessitatem, quando inthronizantur propter communem vtilitatem, in aliis ciuitatibus non modica exhibetur misericordia. Negantes autem hæc, vt speciem habeant pietatis, virtutem tamen eius abnegent. *Anter. epist. 1. post princip.* † reficiat. f.

CAP. XII.

Ipsi sacerdotes oues suas nutriant, ipsi Domino suo fructum cum vsura reddãt, fructuosque manipulos ei cum gloria repræsentent. Nam si Dominus leprosos, inter cæteras ouium suarum curas, tetigit, & mundauit; cur nos eadem agere dedignamur? Aut cur nos ipsi, qui pastorale officium suscepimus, aliis alendas tradimus? maxime, cum Dominus Petro præceptori nostro dixerit: Si diligis me, pasce oues meas, &c. Nam & beatum Iacob, qui pro vxoribus diu seruierat, dixisse meminimus: Viginti annis fui tecum; oues tuæ, & capræ steriles non fuerunt: arietes gregis tui non comedi, nec captum à bestia ostendi tibi; ego damnum omne reddebam; & quidquid furto perierat, à me exigebas; die, noctuque æstu vrebar, & gelu; fugiebat somnus ab oculis meis. Si ergo sic laborat, & vigilat, qui pascit oues Laban: quanto labori, quantisque vigiliis debet intendere, qui pascit oues Dei? Sed in his omnibus ipse nos instruat, qui pro suis dedit ouibus animam, & adiuuet nos; vt de his, qui nobis commissi Mat. 8. A Mar. 1. d Luc. 5. e. Io. 21. c. Gen. 31. f Io. 10

sunt, fructum multiplicem, ac mensuram superfluentem ad æterna gaudia reportare concedat. *Damas. ep. 4. post med.*

CAP. XIII.

Porro pro Episcopo illo, qui nunc vsque desidia quadam in eadem gente prædicationis verbum disseminare neglexerat, & nunc sibi partem, quasi parochiam defendit, Carolo excellentissimo filio nostro, vt eum compescat suadentes, paternis litteris scripsimus. *Greg. 9. ep. 7. ad Bonifacium Episcopum incip. Credita specu-lationis, in fine.*

CAP. XIV.

Dist. 88. c. 6. Episcopus nullam rei familiaris curam ad se reuocet, sed lectioni, & orationi, & verbi Dei prædicationi tantummodo vacet. *Carth. iv. c. 20. Cæsar. lib. 4. c. 63.*

CAP. XV.

7. q. 1. Episc. 38. Tam ad verbum faciendum, quam ad oblationem consecrandam inuitentur Episcopi, vel Presbyteri, qui causa visitandæ Ecclesiæ alterius Episcopi ad Ecclesiam venerint. *Carthag. iv. cap. 33.*

CAP. XVI.

Dist. 38. c. 1. in f. Sciant Sacerdotes scripturas sanctas, & canones meditentur; vt omne opus eorum in prædicatione diuina, & doctrina consistat, atque ędificent cunctos, tam fidei scientia, quam operum disciplina. *Tolet. 4. c. 24. Arel. sub Carol. c. 3. Burch. lib. 1. c. 100. Ivo par. 5. c. 202. decr. Ansel. lib. 7. c. 105. Cæsar. lib. 4. c. 54.*

CAP. XVII.

Quantum quis præcelsi culminis obtinet locum, tantum necesse est, vt præcedat cæteros gratia meritorum; vt in eo, quod præsidet singulis, singulariter oriatur eminentia sanctitatis, habens semper & in ore gladium veritatis, & in opere efficientiam luminis, vt *Tit. 1. b.* iuxta Paulum, potens sit exhortari in doctrina sana, & contradicentes reuincere. Nos proinde nostri ordinis gradum, vel suscepti regiminis modum magnopere cogitare debemus: vt qui officium prædicationis suscepimus, nullis curis à diuina lectione priuemur. Nam quorundam mentes Pontificum, ita corporis otio à lectionis gratia secluduntur, vt quid doctrinæ gregibus subditis exhibeat, non inueniat præco mutus. Insistendum ergo semper erit maioribus, vt quos sub tegiminis cura tuentur, fame verbi Dei perire non sinant. Sicut Metropolitanis in confinitimos, cæterosque ecclesiasticis ordinibus deditos; sic confinitimis in commissos sibi religiosorum numero vigilandum est; qualiter nescientia talium diuinæ legis eruditionibus imbuatur. Ita vt indesinenti sollicitudine Prælatus quisque subditos quærens, aut profectum eorum lætabundus agnoscat, aut nescientiam sine arrogantia instruat. Placuit ergo, iuxta instituta Toletani concilij, vt aut sponte sumant intentionem necessariam perdiscendi, aut à maioribus ad lectionis exercitia cogantur inuiti. *Tolet. xj. c. 2. Vide Tolet. viij. c. 8.*

CAP. XVIII.

Oportet ecclesiis præpositos quotidie, sed præsertim dominicis diebus clerum, & populum docere pietatis sermones, ex sacra scriptura differentes, sensus, & iudicia veritatis *Trull. c. 19.*

CAP. XIX.

Non licet Episcopo in alia vrbe ei non competenti publice docere. Si quis fecerit, Episcopatu cesset, in presbyteratu manens. *Trull. c. 20.*

CAP. XX.

Quando presbyteri ab Episcopis in parochiis ordinantur, necesse est, vt ab ipsis Episcopis diligenter instructi ecclesias sibi deputatas accipiant. *Arel. sub Carolo c. 4. Vide Tolet. iv. c. 25. Ivo lib. 3. tit. 2. cap. 16. panor. & p. 3. c. 129. decr. Anselm. lib. 7. c. 104.* *Dist. 38. c. 2.*

CAP. XXI.

Sollicite studeat vnusquisque Episcopus gregem sibi commissum sacra prædicatione, quid agere, quidve vitare debeat, informare. *Turon. sub Carolo. 1. 4.*

CAP. XXII.

Episcopi assidui sint in lectione, & scrutentur mysteria verborum Dei, quibus in Ecclesia doctrinæ fulgore splendeant, & verborum Dei alimentis animas sibi subditas satiare non cessent, &c. canones quoque intelligant, & librum B. Gregorij Papæ de cura pastorali, & secundum formam ibidem constitutam, & viuant, & prædicent. *Cabilon. sub Carolo c. 1.*

CAP. XXIII.

Vita eorum, & doctrina nequaquam discordent: sed quæ dicunt, faciant, & quæ faciunt, docere studeant. Et prædicatione assidua plebem admoneant, & falce iustitiæ à credentium mentibus vitiorum spinas eradicent, & verbi Dei semine agros mentis eorum ad fœcunditatem perducant. *Cabil. sub Carolo cap. 2.*

CAP. XXIV.

Si quando Episcopis peragrandæ prouinciæ necessitas incumbit, &c. in prædicatione verbi Dei, in lucris animarum operam dent, &c. 7. & verbi Dei prædicator sumptus vbi proprij desunt, à fratribus accipiat. & item fratres illius potentia non grauentur, exemplo Apostoli Pauli, qui ne quem grauaret, arte, & manibus victum quærebat. *Cabil. sub Carol. c. 14. Ivo par. 3. c. 133. decr.* *10. q. 3. cauendũ.* *2. Thess. 3. d.*

CAP. XXV

Episcopo scripturarum scientia necessaria est: quia si Episcopo tantum sit sancta vita, sibi soli potest prodesse sic viuens: porro si & doctrina fuerit eruditus, potest cæteros quoque instruere, & docere suos, & aduersarios repercutere. qui nisi refutati fuerint, atq; conuicti, facile possunt simplicium corda peruertere. Huius autem sermo debet esse purus, simplex, & aptus, plenus grauitate, & honestate, plenus suauitate, † & gloria, tractans de mysterio legis, de doctrina fidei, de virtute continentiæ, de disciplina iustitiæ. Vnumquemq; diuersa admonens cohortatione, iuxta professionis, morumque qualitatem, videlicet, vt prænoscat quid, quando, cui, vel quomodo *† sanctitate.*

modo proferat. *Isid. lib. 2. c. 6. de ecclef. offic. apud Aquisgr. c. 9. ante fi. Rab. lib. 1. c. 4. de instit. cleric.*

CAP. XXVI.

Quod doctrina à sacerdotibus expectatur, & veteris præcepta sunt legis, & ad Titum ple-
Tit. 1. b. nius scribitur. Innocens enim, & absque sermone conuersatio, quantum exemplo prodest, tantum silentio nocet. Nam latratu canum, baculoque pastoris luporum rabies deterrenda est. *Hieronymus in epistola ad Occeanum, apud Aquisgr. c. 11. post prin.*

CAP. XXVII.

Episcopus non blandiatur subditis; sed doceat aperte, quæ ad consequendam æternam felicitatem pertinent. *August. in lib. ad pastores tom. 10. apud Aquisgr. c. 12. ante med.*

CAP. XXVIII.

Clama, ne cesses, sicut tuba exalta vocem
Esa. 58. a tuam. Præconis namque officium suscipit, quisquis ad sacerdotium accedit, vt ante aduentum iudicis, qui terribilis sequitur, ipse scilicet clamando gradiatur. Sacerdos ergo si prædicationis nescius, quam clamoris vocem daturus est præco mutus? *Gregor. in regiftr. lib. 1. c. 24. apud Aquisgr. c. 13. in prin. & Greg. lib. 2. c. 4. pastor.*

CAP. XXIX.

Fortes, perseuerantesque doctores, velut imputtibilia ligna quętendi sunt, qui instructioni sacrorum voluminum semper inhærentes, sanctæ Ecclesię vnitatem denuntient, & quasi intromissis circulis arcam Domini portent. Vectibus arcam testamenti portare, est bonis doctoribus sanctam Ecclesiam ad rudes infidelium mentes prædicando deduci. Qui auro quoque iubentur operiri; vt cum sermone aliis insonant, ipsi etiam vitæ splendore fulgescant. Necesse est igitur, vt qui ad officium prædicationis excubant, à sacræ lectionis studio non recedant, &c. ignominiosum valde est, tunc quærat discere, cum quæstionem debeat enodare, &c. vnde bene primus pastor Ecclesiæ pastores cæteros admonet dicens:
1. Pet. 3. c Parati semper ad satisfactionem de ea, quæ in nobis est, spe. &c. *Greg. lib. 2. c. 11. pastoralis, apud Aquisgr. d. cap. 13. in prin.*

CAP. XXX.

Exo. 28. a. b. In sacerdotis habitu ante omnia aurum fulget, vt in eo intellectus sapientiæ principaliter emicet. Cui hyacinthus; qui aëreo colore resplēdet, adiungitur: vt per omne, quod intelligēdo penetrat, non ad fauores infimos, sed ad amorem cælestium surgat: ne, dum incautus suis laudibus capitur, ipso etiam veritatis intellectu vacuetur. Auro quoque & hyacintho, ac purpuræ, bis tinctus coccus adiungitur; vt ante interni iudicis oculos, omnium virtutum bona ex caritate decorentur, & cuncta, quæ coram hominibus rutilant, hanc in conspectu occulti arbitri flamma intimi amoris accendat. Quæ scilicet caritas, quia Deum, simul ac proximum diligit, quasi ex duplici tinctura fulgescit. Qui igitur sic ad auctoris speciem anhelat, vt proximorum curam negligat; vel sic proximorum curam exequitur, vt à diuino amore torpescat: quia vnum horum quodlibet negligit, in superhumerali ornamēto habere coccum bis tinctum nescit. Cęterum cum rector se ad loquendum præparat; sub quanto cautelæ studio eloquatur, attendat: ne si inordinate ad loquendū rapitur, erroris vulnere audientium corda feriantur: & cum fortasse sapiens videri desiderat, vnitatis compagem insipienter abscindat. Hinc namque in Euangelio ve- Matt.
ritas dicit: Habete sal in vobis, & pacem ha- 9. g.
bete inter vos, &c. Ac si figurate per habitum sacerdotis dicat; Mala punica tintinnabulis Exo. 28.
iungite; vt per omnia, quæ dicitis, vnitatem c.
fidei cauta obseruatione teneatis. Sacerdos semper vocem prædicationis habeat; ne superni spectatoris iudicium ex silentio offendat. Scriptum quippe est: Audiatur sonitus, quando ingreditur, aut egreditur sanctuariū in conspectu Domini, & non moriatur. Sacerdos namque in tabernaculum ingrediens, vel egrediens moritur, si de eo non auditur: quia iram contra se occulti iudicis exigit, si sine prædicationis sonitu incedit. Apte autem tintinnabula vestimentis Pontificis describuntur inserta. Vestimenta etenim sacerdotis, Ps. 131. a
quid aliud, quam recta opera debemus accipere, Propheta testante, qui ait: Sacerdotes tui induantur iustitiam? Vestimentis itaque illius tintinnabula inhærent, vt vitæ viam cum linguæ sonitu, ipsa quoque bona opera sacerdotis clament. Nos, quia infimi homines sumus, cum de Deo hominibus loquitur, debemus primum meminisse, quid sumus; vt ex propria infirmitate pensemus, quo docendi ordine infirmos fratres consolemur, Consideremus igitur, quia aut tales sumus, quales nonnullos corrigimus; aut tales aliquando fuimus, etsi iam diuina gratia operante, non sumus, vt tanto eos temperantius corde humili corrigamus, quanto nosmetipsos verius in his, quos emendamus, agnoscimus. *Greg. in pastor. lib. 2. c. 3. & c. 4. apud Aquisgr. c. 24.*

CAP. XXXI.

Statuimus pari voto, parique consensu, vt vnusquisque nostrum dictis, & exemplis, plebes parochiæ suæ attentius ad meliora incitare studeat; easque vt se à malis cohibeant, & ad Dominum toto corde conuertant, sollicite admoneat, &c. *Parif. sub Ludou. & Loth. lib. 1. c. 5. & lib. 3. c. 1.*

CAP. XXXII.

Sicut studendum est sacerdotibus, vt auditores sui mysterium sacri baptismatis intelligant, & Deo opem ferente operibus compleant: ita nihilominus procurare debent, vt abrenuntiationes, quas in Diabolum, suaque opera, eiusque pompas fecerunt, intelligant; & his intellectis, ne ad eas denuo redeant, sollicite inuigilent. Quibus etiam admonendo sæpius inculcādum est, ne iugo Sathanę, quod

eiecerant, eiusque dominationi, quam aspernati sunt, quoquomodo succumbant. *Parisien. sub Ludouico, & Lothario lib. 1. c. 10.*

Cap. XXXIII.

Non ideo se solo quilibet Episcopo vas misericordiæ putet in gloria præparatum; quia Pontificali militia † fungitur, sed si pro grege sibi credito sollicitus semper inuigilet, & prædicet verbo, instet, oportune, importune, arguat, obsecret, increpet in omni patientia, & doctrina. *Fulgen. in lib. de veritate prædestinat. apud Paris. sub Ludouic. & Lothar. lib. 1. c. 23.*

† mitra. 2. Tim. 4. d.

Cap. XXXIV.

Presbyteri etiam imperiti solerti studio ab Episcopis suis instruendi sunt, qualiter & confitentium peccata discrete inquirere, eisque congruum modum secũdum canonicam auctoritatem pœnitentiæ nouerint imponere. *Paris. sub Lud. & Loth. lib. 1. c. 32.*

Cap. XXXV.

In statutis conuentibus primo omnium pari voto, parique consensu decreuimus, vt vnusquisque nostrum in parochia sua dictis, & exemplis plebes sibi subiectas ad meliora incitare studeret, easque vt se amabilis cohiberent, & ad Deum ex toto corde conuerterent, sollicite admoneret; Deumque quem peccando sibi iratum fecerant, digna pœnitentia, satisfactione, & eleemosynarum largitione sibi placabilem facere satagerent. *Paris. sub Lud. & Loth. lib. 3. c. 1. Vide c. Paris. l. 1. c. 5.*

Cap. XXXVI.

Doctrina sacerdotalis secundum cuiusque qualitatem omnibus sufficiens esse debet, modesta, prudens, discreta, honesta, atque vtilis: nec minus exemplum boni operis doctrinæ conueniẽs in sacerdotibus esse debet; vt quod ore doctrina profert, vitæ meritum iustæ operationis, verba sacerdotis omnibus delectabilia faciat exequenda, vitamque probabilem commendet. *Aquisgr. ij. sub Ludouic. par. 1. c. 8.*

Cap. XXXVII.

Dignum duximus, vt vnusquisque Episcoporum studeat ministros suos, pro modulo possibilitatis bene instruere. *Aquisgr. ij. sub Ludou. par. 2. c. 11.*

Cap. XXXVIII.

Nos propter auctoritatem ministerij nostri, vos admonere, immo admonendo exigere à vobis quoquo modo debueramus: vos è contra propter diuinum amorem, & honorem admonendo nos ad potiora prouocatis. *Aquisgr. ij. sub Ludou. par. vlt. in fine, vbi loquuntur Episcopi cum Imperatore.*

Cap. XXXIX.

Regia magnificentia liberiorem libertatem Episcopis ad suum peragẽdum in eorum parochiis ministerium, maxime in sacratissimis temporibus, quadragesimæ scilicet, & aduentus Domini tribuat, &c. Ipsi autem Episcopi concessum sibi otium, non in suas voluptates, sed in diuinum, & officiosum conuertant negotium; quatenus studentes prædicationi, & correctioni, &c. quod hactenus per parochias fuit neglectum, de cætero sit correctum, &c. *Melden. c. 8.*

Cap. XL.

Omnes sacerdotes Domini pia vigilantia fidem catholicam indagare, & subditos sibi cum mandatorum Domini obseruantia, Episcopi quique studiosissime docere contendant. *Melden. c. 29.*

Cap. XLI.

Vt quisque Episcopus, talem iuxta se, pro viribus habere decertet, qui iuxta sincerissimum, & purissimum sensum catholicorum Patrum de fide, & obseruatione mandatorum Dei, seu & prædicationis doctrina, presbyteros plebium assidue instruat; & informet; ne domus Dei viui, quæ est Ecclesia, sine lucerna verbi Diuini remaneat. *Melden. c. 35. Burch. l. 1. c. 88. Iuo par. 5. c. 194. decr.*

Cap. XLII.

Vnusquisque nostrum, siue per se, siue per aliquem, vel aliquos ex ministris Ecclesiæ fideliter doctos, ita verbum prædicationis, tam in vrbe, quam foris in plebibus exhibeat; vt omnino eis admonitio, & exhortatio salutaris deesse non possit. *Valen. sub Loth. c. 16.*

Cap. XLIII.

Qui aliorum errata corrigere debemus, Episcopi dicimur, sed Episcopale ministerium non impleuimus: ministerium prædicatoris reliquimus, eos, qui nobis commissi sunt, videmus Deum deserere, & in prauis actibus iacere, & tacemus, nec eis manum correctionis tendimus. *Trosle. in princ.*

Cap. XLIV.

Terribilem nimis, imminentemque nobis (*& gregi nostro*) damnationem, & per nos, & per secundi ordinis consacerdotes, omnibus modis euadere conemur, erudientes assidue commissos nobis, fidei verbis, & bonorum operum exemplis, vt in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, vt non vituperetur ministerium nostrum. *Trosleia. c. 15.*

2. Cor. 6. d.

Cap. XLV.

Constantinus Constantiæ, quæ in Cypro est, Episcopus ait: Oportebat vos Episcopos existentes ab aliis non debere doceri, sed aliorum esse doctores. *Apud vij. syno. act. 1. ante med.*

Cap. XLVI.

Euaristus septem diaconos ordinauit, qui custodirent Episcopum prædicantem propter stilum veritatis. *Damas. in Euar.*

Cap. XLVII.

Licet absque nostra admonitione ad vos (*Episcopos*) specialiter prædicandi causa pertineat: attamen reliquorum peccatis vos omnino credimus esse participes, si filiorum vestrorum culpas non assidua obiurgatione corrigitis, sed silentio præteritis. *Guntrannus Rex Francorum ad syn. Matisc. ij.*

Cap. XLVIII.

Diebus Dominicis, &c. & reliquis solemnitatibus, &c. vos Apostolici Pontifices iun-

gentes vobiscũ cõsacerdotes vestros, & filios seniores Ecclesiæ, ac iudices locorum quoscumque agnoscitis, quos vita honesta, ac qualitas commendat, ita vniuersam populi multitudinem constituite, vel Deo placita iugiter prædicatione corrigite. vt & bene viuentes mysticus adhortationis sermo mulceat, & excedentes ad viam recti itineris correctio pastoralis adducat, &c. *Ibid.*

De iudicio Episcopi. Tit. LX.

CAPVT I.

Si quis non hæreticus, non excommunicatus, non iudicatus, non accusatus dicat, se habere Ecclesiasticam accusationem contra Episcopum; ante omnes Episcopos prouinciæ instituat accusationes, & illic probet crimina in aliquibus causis Episcopi. Si quis hæc contemnens, audeat aures Imperiales molestare, aut sæcularium magistratuum iudicia, aut œcumenicam synodum, contemnens omnes diœceseos Episcopos, hic nunquam ad accusandum recipiatur. *C P. c. 6. G.*

Cap. II.

c. 2. ne Prælati vices suas Gre. ix. & in 1. coll. Quia in quibusdam Episcopatibus Decani quidam, vel Archipresbyteri ad agendas vices Episcoporum, seu Archidiaconorum, & terminendas causas Ecclesiasticas sub annuo pretio constituuntur: quod ad sacerdotum grauamen, & subuersiones iudiciorum non est dubium redundare; id vlterius fieri districtius prohibemus. *Alex. iij. in conc. Turo. c. 7.*

Cap. III.

c. accedentibus. 12. de excess. Prælat. Greg. ix. & c. vn. eo. tit. in 4. coll. Cognitio causarum matrimonialium est Episcopi, non Abbatis. *Innoc. iij. in conc. gen. Lat. c. 60.*

Cap. IV.

De presbyteris, diaconibus, seu clericis, qui inter se causam habuerint, nullo modo præsumant publicis actoribus interpellationem facere, nisi suo Episcopo. Et si forsitan Episcopus contra eum habuerit, ad vicinum Episcopum confugium faciat iuxta canonum statuta; & si minime conuenerit, vt decidatur inter eos intentio, apud Apostolicam conueniat Sedem. Si quis præter statuta agere præsumpserit, gradus sui honore priuetur, & ab Ecclesia pellatur, quousque causa susceperit finem. *Zach. in syn. Rom. c. 12.*

Cap. V.

Presbyteri huius vrbis, Episcopum proprium recognoscant, & delinquentes canonice iudicet, iudicatisque obedienter auscultent, & ad eos iusti adueniant, si volunt Ecclesiasticis participium retinere. Cuncta hæc illis patienter sunt obseruãda; si ex toto canonum nolũt damna sentire. *Leo iv. in synod. Rom. c. 39.*

Cap. VI.

Perniciosa inoleuit consuetudo; vt iudex publicus, vel ministet peccata populi, quæ ab Episcopis sunt inquirenda, quibus animarum sollicitudo commissa est, quasi inquirendo vendant, & ea occasione scelesta vitia augmententur, &c. Habeat Episcopi singularum vrbium in sua diœcesi liberam potestatem, adulteria, & scelera inquirere, vlcisci, & iudicare, secundum quod canones cẽsent, absque impedimento alicuius. Et cum opus fuerit, ad comprimendos rebelles, & contemptores publicum conuocent, non ad præiudicandum, sed potius ad ea, quæ Deo placita sunt, & saluti animarum conueniunt, prosequendum. *Rauenn. sub Ioan. ix, par. 2. c. 13.*

Cap. VII.

Nullus presbyter superponat se altari, † sed † *alteri.* si criminosus fuerit aliquis presbyter, in præsentia Episcopi, vel Archidiaconi diiudicetur; & si probata fuerit eius culpa, per Episcopum, vel suos expellatur, & alius per Episcopum intromittatur. *Greg. vij. in syn. Rom. c. 4.*

Cap. VIII.

Quicumque causam habuerit, apud suos iudices iudicetur, & non ad alienos, &c. Sed ad xij. eiusdem prouinciæ iudices, ad quorum iudicium omnes causæ ciuitatum referuntur, deferatur negotium. Si autem fuerit Ecclesiasticum, apud Episcopos interueniente Primate, si quidem maior causa fuerit: si vero minor, Metropolitano; si vero fuerit sæculare, apud eiusdem ordinis viros iudicio tamen Episcoporum, &c. [Omnis oppressus, libere sacer- *2. q. 6. cap. 3.* dotum si voluerit appellet iudicium, & à nullo prohibeatur; sed ab his fulciatur, & liberetur, &c. *Anacl. ep. 1. ante fin.*

Cap. IX.

Si quis erga Episcopum, vel actores Eccle- *2. q. 7. c. 16.* siæ quamlibet querelam, aut actionem iuste se habere crediderit; ipse Redemptoris sui, cuius actio nostra est institutio, viatum non immemor, sed sectator egregius, qui cum malediceretur, non remaledicebat, sed tamquam ouis coram tondente se obmutuit, ac pro suis persecutoribus in cruce pendens apud Pa- *1. Pet. 2. d.* trem intercessit; non prius Primates, aut alios *Esa. 53. b* iudices adeat, quam ipsos, à quibus se læsum *Luc. 23. c.* æstimat, conueniat familiariter, & non semel, sed sæpissime, vt ab eis, aut suam iustitiam accipiat, aut iustam excusationem. *Alex. ep. 1. in med. Capitul. lib. 7. c. 21. in addi. Burch. lib. 1. c. 132. & 144. Ivo lib. 4. tit. 5. c. 6. panor. & par. 5. c. 242. & 257. decr. Ansel. lib. 3. c. 81. Tarrac. lib. c. 27.*

Cap. X.

De accusationibus clericorum, super quibus consulti sumus, quia omnes eorum accusationes difficile est ad sedem Apostolicam deferre; finitina Episcoporum tantum iudicia huc deferantur, vt huius sanctæ sedis auctoritate finiantur, &c. Reliquorum clericorum causas *3. q. 6 c. 7. quamuis.* apud prouinciales, & Metropolitanos, atque Primates, & ventilate, & iuste definire licet. *Eleuth. ep. vn. c. 2. Ivo par. 6. c. 316. decr. & lib. 4. tit. 12. c. 12. panor.*

CAP. XI.

2.q.2. c. vlt. Præceptum est in antiquis statutis, Episcopos eiectos, atque suis rebus expoliatos Ecclesias proprias recipere, & primo sua omnia eis reddi, &c. Iudices esse decernentes, Episcopos recte sapientes in Ecclesiam conuenientes, vbi testes essent singulorum, qui oppressi videbantur. *Zeph. epist. 2. in princ. Hadr. ad Episcop. Mediom. c. 13. Capitul. lib. 6. c. 287. & lib. 7. c. 129. in addit. Burch. lib. 1. c. 153. Iuo lib. 4. tit. 6. c. 1. & 2. panor. & par. 5. c. 265. decr.*

CAP. XII.

3.q.1. c.6. Deus, fratres, ad hoc præordinauit vos, & omnes, qui summo sacerdotio funguntur, vt iniustitias remoueatis, & præsumptiones abscindatis, & in sacerdotio laborantibus succurratis, & opprobriis, & calamitatibus eorum locum non præbeatis; sed ei, qui calumniam, & opprobrium patitur, adiutorium feratis. Illum vero, qui calumniam, vel opprobrium facit, abscindatis; & Domino in suis sacerdotibus opem feratis. *Fabia. epist. 2. ad Orientales Episcopos in med.*

CAP. XIII.

3.q.6.c. 2. si quis. Oportet, si aliquis Episcoporum super certis accusetur criminibus, vt ab omnibus audiatur, qui sunt in prouincia Episcopi, quia non oportet accusatum alicubi, quam in foro sui audiri. *Fabian. ep. 3. c. 2. Xyst. iij. epist. in. Burch. lib. 1. c. 147. Iuo par. 5. c. 260. decr. Anselm. lib. 3. c. 73.*

CAP. XIV.

Episcopi per singulas prouincias obseruent, ne posteriores se prioribus sui præferant; nec eis inconsultis, nisi quantum ad propriam pertinet parochiam, aliquid agant. Sed omnes de communibus eorum causis consonam sententiam proferant, & determinent. Quoniam aliter acta nullas vires habebunt, nec Ecclesiastica reputabuntur. *Luc. ep. 1. post prin. Burch. lib. 1. c. 54. Iuo par. 5. c. 164. decr.*

CAP. XV.

Episcopus aliter non debet audiri, aut iudicari, nisi in præsentia omnium comprouincialium, & ab omnibus comprouincialibus Episcopis; quia ipsis absentibus, nec debet, nec potest. *Steph. ep. 2. c. 6.*

CAP. XVI.

c. 1. de accusat. Greg. ix. c. 8. eo. tit. in 1. collect. Si quis Episcopus ab illis accusatoribus, qui recipiendi sunt, fuerit accusatus, &c. tunc ad summos Primates causa eius canonice deferatur; qui in congruo loco infra ipsam prouinciam, tempore congruo, id est autumnali, vel æstiuo, concilium regulariter conuocare debebunt, ita vt ab omnibus eiusdem prouinciæ Episcopis ibi audiatur. *Felix epist. 2. in princ. Hadri. Papa c. 5. in princ. ad Episcop. Mediom. Capitul. lib. 7. c. 143. in addit. Burch. lib. 1. c. 174. Iuo par. 5. c. 292. decr.*

CAP. XVII.

2.q.7. c.50. Si quis Episcopus, presbyter, aut diaconus, vel quilibet clerici apud Episcopos, quia alibi non oportet, à qualibet persona, quæ sit recipienda est, fuerint accusati, quicumque fuerit, siue ille sublimis vir honoris, siue alterius dignitatis, &c. nouerit probationis documenta se debere inferre. *Caius ep. 1. c. 3. Cod. Theod. lib. 16. tit. 2. const. 41. Hadr. Papa c. 22. vel 24. ad Episcop. Mediom. Capitul. lib. 7. c. 438. Ansel. lib. 3. c. 45.*

CAP. XVIII.

Non licet Episcopo aliarum prouinciarum Episcoporum iudicium experiri, vel pati: sed omnibus eiusdem prouinciæ Episcopis congregatis iudicium auctoritate huius sedis terminetur. *Marcellus ep. 1. post princ. Ansel. lib. 2. c. 7.*

CAP. XIX.

Tanta sæculi potestates circa sacerdotalem ordinem reuerentia præualuere, etiam hi, quos sub Imperiali nomine terris diuina potentia præesse præcepit; vt ius distringendorum negotiorum Episcopis sanctis iuxta diualia constituta permiserint. Quod cum & iuris antiqui formulis, & illibatis frequentius sit legibus confirmatum, præsenti tempore à plerisque inuenimus fuisse calcatum, &c. Censemus, vt quicumque prætermisso sacerdote Ecclesiæ suæ ad disceptationem venerit sæcularium: factis liminibus expulsus à cælesti arceatur altario, &c. Sane si clericus laicum pulset, prius se audiri ab Episcopis poscat, tum si petitioni suæ laicum viderit obuiare; ex permissu Episcopi sui in sæculi moderatores disceptatione confligat. *Leo ep. 94. in med. ad Episcopos Thracia. Ansel. lib. 3. c. 110. in Rom.*

CAP. XX.

Scitote certam prouinciam esse, quæ habet x. vel xj. ciuitates, & vnum Regem, & totidem minores potestates sub se, & vnum Episcopum, aliosque suffragatores x. vel xj. Episcopos iudices, ad quorum iudicium omnes causæ Episcoporum, & reliquorum sacerdotum, ac ciuitatum causæ referantur; vt ab his omnibus iuste consona voce discernantur, nisi ad maiorem auctoritatem fuerit ab his, qui iudicandi sunt, appellatum. Vnde non oportet, vt degradetur, vel dehonoretur vnaquæque prouincia; sed apud semetipsam habeat iudices, sacerdotes, & Episcopos singulos, videlicet, iuxta ordines suos. Et quicumque causam, habuerit, à suis sacerdotibus iudicetur, & non ab alienis, id est, à suæ iustis iudicibus prouinciæ, & non ab externis; nisi à iudicatis fuerit appellatum. *Pelag. ij. ep. 1. ante fin. Iuo lib. 4. tit. 3. c. 2. panor. Ansel. lib. 6. c. 107. Tarrac. lib. 2. c. 21.* 6. q. 3. c. 2.

CAP. XXI.

Si quis tumidus, vel contumeliosus extiterit in maiorem natu, vel aliquam causam habuerit; à tribus vicinis Episcopis, si diaconus est, arguatur; si presbyter, à sex; si Episcopus, à duodecim consacerdotibus audiatur, &c. Contemptus debet contumaciæ, & superbiæ in omnibus frangi, causa vero pro personis à statuto numero audiatur. *Carth. i. c. 11.* 15. q. 7. cap. 3. 15. q. 7. Felix. cap. 4. c.

CAP. XXII.

Veteres synodi statuũt, vt si quis Episcopus accusetur, & non possint plures Episcopi con- 3. q. 8. c. 2. suggero.

uenire, ne in reatu diu maneat, à duodecim Episcopis audiatur (*extra synodum L.*) presbyter à sex Episcopis, & à suo Episcopo; diaconus à tribus. *Carth. c. 12. G. Carth. ij. c. 10. L.* Tripolitanus presbyter à quinque Episcopis, diaconus à tribus præsidente Episcopo proprio. *Carth. cap. 14. G. Corpus canon. Carth. cap. 12. & 14. Triburien. c. 10. Tullen. post epist. synod. refert. Carth. cap. 12. & Burch. lib. 1. c. 140. & Ivo par. 5. c. 262. decr. & Anselm. l. 3. c. 42. sine inscriptione Cap. l. 6. c. 235.*

Cap. XXIII.

15. q. 7. c. 6. Episcopus nullius causam audiat absque præsentia clericorum suorum: alioquin irrita erit sententia Episcopi, nisi clericorum præsentia confirmetur. *Carth. iv. cap. 23. Hadr. ad Episcop. Mediom. cap. 24. Burch. lib. 1. c. 114. Ivo par. 5. c. 214. decr.*

Cap. XXIV.

15. q. 7. si autem. c. 5. Si presbyteri, vel diaconi accusentur; adiuncto legitimo numero ex propinqua regione electorum Episcoporum quos accusati petierint, hoc est, nomine presbyteri sex, diaconi tres; cum his reorum accusatorum Episcopus, causas eorum examinet. Eadem ratione dierum, & dilationum & examinationum, & personarum inter accusatores, & accusatos seruanda. Cæterorum clericorum causas solus loci Episcopus cognoscit, & iudicat. *Carth. c. 20. G. Carth. iij. c. 8. L. refertur in Corpore canonum, vt Cart. c. 20. & in concil. Tribur. c. 10. & apud Burch. l. 2. c. 205. in editis, in veter. c. 208. & Ivo par. 6. c. 280. decr.*

Cap. XXV.

11. q. 1. placuit. 12. Si quis ab Imperatore iudiciorum cognitionem petierit, proprio honore priuetur. Si iudicium Episcopale ab Imperatore petat, non impediatur. *Carth. cap. 107. G. Milev. cap. 19. L. Afr. 71. L.*

Cap. XXVI.

16. q. 3. placuit. c. 15. Si qui negligant loca pertinentia suæ sedi lucrari ad Ecclesiæ Catholicæ vnitatem, admoneantur à vicinis Episcopis, vt id faciant. Quod si intra sex menses non fecerint, qui poterit ea lucrari, sibi acquirat, nisi aliqua fit collusio hæreticorum cum his, de qua collusione iudicent iudices Episcopi. Si Episcopi diuersarum prouinciarum sint ille, Primas det iudices, sub quo locus ille est, de quo contenditur: si vero communi voluntate vicinos elegerunt iudices, aut vnus eligatur, aut tres: si tres, vel trium, vel saltem duorum sententiam sequantur. *Carth. 122. G. Milev. 24. L. Afr. 88. L. Burch. l. 1. c. 68. Ivo par. 5. c. 176. decr.* *c. 3. de foro. comp. Greg. ix. c. 4. eo. tit. in 1. coll. c. 1. de arbit. Greg. ix. d. c. 4. in 1. coll.*

Cap. XXVII.

Placuit, vt non sibi vnus Episcopus vindicet cognitionem. *Afr. c. 74.*

Cap. XXVIII.

Contra Episcopale iudicium laïcis non liceat prosilire. *Andegav. c. 2.*

Cap. XXIX.

Nullus clericus de qualibet causa, extra discussionem Episcopi sui, à sæculari iudice iniuriam pariatur. *Matisc. c. 7.*

Cap. XXX.

Omne negotium clericorum, aut in Episcopi sui, aut in presbyteri, aut Archidiaconi præsentia finiatur. *Matiscon. cap. 8. Burch. lib. 16. cap. 21.* *11. q. 1. c. 6. nullus. & in 1. coll. c. 2. de foro compet.*

Cap. XXXI.

Decernat de libertis vestra auctoritas, qui ideo plus à iudicibus affliguntur, quia sacris sunt commendati Ecclesiis: vt si quas quispiam dixerit contra eos actiones habere, non audeat eos magistratui contradere, sed Episcopi tantum iudicio, in cuius iudicio principaliter constant, quæ sunt iustitiæ, & veritatis. Indignum est enim, vt ij, qui in sacrosancta Ecclesia iure noscuntur legitimo manumissi, aut per Epistolam, aut per testamentum, aut per longinquitatem temporis, libertatis iure fruuntur, à quolibet iniustissime inquietantur, &c. Quicumque à nobis de libertis latum decretum, superbiæ ausu præuaricari tentauerit, irreparabili damnationis suæ sententia feriatur. Sed si placuerit Episcopo, ordinarium iudicem, aut quemlibet alium sæcularem in audientiam eorum accersiri; cum libuerit, fiat, nullus alius audeat causas pertractare libertorum, nisi Episcopus, cuius interest; aut is, cui idem audiendum tradiderit. *Matisc. ij. c. 7.*

Cap. XXXII.

Neque presbyter, neque diaconus, neque subdiaconus de Ecclesiis trahantur, aut iniuriam aliquam, inscio Episcopo eorum, patiantur: sed quidquid quis aduersus eos habuerit, in notitiam Episcopi proprij perducat, & ipse causam iustitia præunte discutiens, animo clericos accusantis satisfaciat. *Matisc. ij. c. 10.*

Cap. XXXIII.

Iudices non prius viduas, & pupillos conueniant, nisi Episcopo nuntiarint, cuius sub velamine degunt. Quod si Episcopus præsens non fuerit; Archidiaconus, & presbyter pariter sedentes cõmuni deliberatione causis eorum terminos figant, ita iuste, ac recte; vt deinceps de talibus antedictæ personæ non conquassentur. Quod si is, qui iudex est, aut impetitor, eis aut iniuriam aliquam ingesserit, aut definitionem tanti concilij transgressus fuerit, à communione suspendatur. *Matisc. ij. cap. 12.*

Cap. XXXIV.

Decreuimus, vt iuxta priscorum Patrum synodalem sententiam, nullus nostrum sine concilij examine deiicere quemlibet presbyterum, vel diaconum audeat, &c. Episcopus enim sacerdotibus ac ministris solus honorem dare potest, auferre solus non potest, &c. Qui profecto nec ab vno damnari, nec vno iudicante poterunt honoris sui priuilegiis exui; sed præsentati synodali iudicio, quod canon de illis præceperit, definiri. *Hispal. ij. cap. 6. Hadr. c. 25. de Episcop. Mediom. Capitul. lib. 7. cap. 320.* *14. q. 7. c. 1. & vlt.*

Cap. XXXV.

Nullus Episcopus, nec Abbas, nec laïcus,

propter iustitiam faciendam sportulas contradictas accipiat, quia vbi dona intercurrunt, iustitia euacuatur. *Vern. c. 25.*

Cap. XXXVI.

Nullus Episcoporum presbyterum, vel diaconum, vel Archimandritam in dispendio honoris condemnare præsumat, absque huius venerandæ sedis consultu. *Foroiul. c. 7.*

Cap. XXXVII.

Vt comites, iudices, seu reliquus populus obedientes sint Episcopo, & inuicem consentiant ad iustitias faciendas, & munera pro iudicio non recipiant, &c. *Arel. sub Carol. c. 13.*

Cap. XXXVIII.

Episcopus ad forum, neque vbi publice negotia iudiciaria exercentur, non pergat suæ causæ suffragaturus, &c. Hoc & de Abbatibus, & de presbyteris, & diaconibus obseruandum est. Si vero eorum, qui in clero sunt, propria causa agenda est; cum licentia Episcopi, & aduocato peragat, & suæ causæ cum iustitia suffragetur. *Cabilon. sub Carol. c. 11.*

Cap. XXXIX.

Episcopi consentientes sint comitibus, & iudicibus ad iustitias faciendas; & nullatenus per aliquorum mendacium, vel falsum testimonium, neque per periurium, aut per præmium lex iusta in aliquo deprauetur. *Magun. cap. 8.*

Cap. XL.

Episcopi, & iudices iudicia discernant: quia sunt quædam iudicanda modo, quædam Dei
1. Cor. 4. iudicio reseruanda. Scriptum est enim: Nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit vnicuique à Deo. Et illius me-
Mat. 7. mores sint: In quo iudicio iudicaueritis, iu-
a. dicabitur de vobis. *Remen. c. 19. Burch. lib. 1. c. 60. Iuopar. 5. c. 170. decr.*

Cap. XLI.

Prædicatores sancti, qui districtum Dei iudicium metuunt, animarum iudices fiunt: & alios dânant, & liberant, qui semetipsos damnari metuebant, horum profecto nunc in Ecclesia Episcopi locum tenent. Soluendi atque ligandi auctoritatem suscipiunt, qui gradum regiminis sortiuntur, grandis honor, sed grauis pondus istius est honoris. Durum quippe est, vt, qui nescit tenere moderamina vitæ suæ, iudex fiat vitæ alienæ. Et plerumque contingit, vt ipse iudicij locum teneat, cui ad eum locum vita minime concordat. At proinde sæpe agitur, vt vel damnet immeritos, vel ipse ligatus, alios soluat, sæpe in soluendis ac ligandis subditis, suæ voluntatis motus, non autem causarum merita, sequitur, vnde fit, vt ipse hac ligandi, ac soluendi potestate se priuet, qui hanc pro suis voluntatibus, & non pro subiectorum meritis, exercet, sæpe fit, vt erga quemlibet proximum odio, vel gratia moueatur pastor. Iudicare autem digne de subditis nequeunt, qui in subditorum causis sua vel odia, vel gratiam sequuntur. *Greg. homil. 26. supr. Euang. Ioan. 20. Cum sero esset. apud Aquisgr. c. 37.*

Cap. XLII.

Statutum est in hac sancta, & vniuersali synodo, vt nullus Episcopus deponatur, nisi à duodecim Episcopis, presbyter à sex, diaconus à tribus. In concilio Carthaginiensi cap. 15. q. 7. c. duodecimo, [Felix Episcopus dixit. Si quis 4. & 3. q. Episcopus in reatum aliquem incurrerit, & 8. c. vlt. non potest plurimos congregare Episcopos: ne in crimine remaneat, à duodecim Episcopis audiatur, & presbyter à sex, cum proprio suo Episcopo, & diaconus à tribus Episcopis 15. q. 7. c. audiatur. Et in eodem concilio, cap. vigesi- 5. si autem. mo: Vt presbyter à sex, diaconus à tribus discutiatur Episcopis, Reliquorum clericorum causas, etiam solus Episcopus loci cognoscat & definiat. *Trib. c. 10. Carth. 12. G. Carth. ij. c. 10. & Carth. iij. c. 4. L. Tullen. post epist. syn. Burch. lib. 1. c. 149. & lib. 2. c. 205. Iuopar. 5. c. 262. & par. 6. c. 280. decr. Ansel. lib. 3. c. 42.*

Cap. XLIII.

Si forte inter ipsos Episcopos, quæstio de quolibet negotio orta fuerit; Primas prouinciæ iudices Episcopos dare debebit. *Trosleia. in principio.*

Cap. XLIV.

Clerici, & monachi, qui inter se negotium aliquod habuerint, à suo Episcopo iudicentur, & non à sæcularibus. *Trosleia. c. 3. Ex Capitular. lib. 1. c. 28. vbi ex Chalced. c. 9.*

Cap. XLV.

Sancimus, sicut edicti nostri forma declarat; sententias Episcoporum quolibet genere latas, sine aliqua ætatis discretione inuiolatas semper, incorruptasque seruare: scilicet, vt pro sanctis semper, & venerabilibus habeatur, quidquid Episcoporum fuerit sententia terminatum. Siue itaque inter minores, siue inter maiores ab Episcopis fuerit iudicatum; apud vos, qui iudiciorum summam tenetis, & apud cæteros omnes iudices, ad executionem volumus pertinere. Multa enim, quæ in iudicio captiosæ præscriptionis vincula promi non patiuntur, inuestigat, & promit sacro-sanctæ religionis auctoritas. Omnes itaque causæ, quæ vel prætorio iure, vel ciuili tractantur, Episcoporum sententiis terminatæ, perpetuo stabilitatis iure firmentur: nec liceat vlterius retractari negotium, quod Episcoporum sententia deciderit. *Edict. constant. Imperator. apud concil. Valentin. sub Lothario.*

Cap. XLVI.

Deus vos constituit sacerdotes, & potestatem vobis dedit, de nobis quoque iudicandi; & ideo nos à vobis recte iudicamur, vos autem non potestis ab hominibus iudicari. Propter quod Dei solius inter vos expectate iudicium; vt & vestra iurgia, quæcumque sint, ad illud diuinum reseruentur examen. Vos etenim nobis à Deo dati estis Dij, conueniens

non est, vt homo diudicet Deos, sed ille solus, de quo scriptum est: Deus stetit in congregatione Deorū, in medio autem Deos discernit. *Psal. 81.* *Constantinus apud Euseb. lib. 10. c. 1. & Sozom. Trip. lib. 2. c. 2. & apud Parisi. sub Ludou. & Loth. lib. 1. c. 19.*

De immunitate Episcoporum. Tit. LXI.

CAPVT I.

Nemo clericus, vel subdiaconus, aut diaconus, aut presbyter, aut Episcopus, propter causam suam quamlibet incret in curiam; quoniam omnis curia à cruore dicitur, & immolatio simulacrorum est. Quod si quis clericus in curiam introierit, anathema suscipiat, nunquam rediens ad matrem Ecclesiam. *Silvest. in syn. Rom. c. xxiij. Episcopor. cap. 16. & in epilogo. Longob. lib. 2. tit. 51. cap. 12. Iuo lib. 4. tit. 5. c. 1. panor.* *11. q. 1. c. 94. nullus.*

Cap. II.

Relatum est, quod quidam æmuli Christi, eiusque sanctæ Ecclesiæ insidiatores, sacerdotes Dei ad iudices publicos accusare præsumat: cum magis Apostolus Christianorum causas ad Ecclesias deferri, & ibidem terminari præcipiat. *Alex. epis. 1. in prin. Capitul. lib. 7. c. 55. Ansel. lib. 2. c. 35.* *11. q. 1. c. 15. 1. Corin. 6. a. b.*

Cap. III.

Cur non adistis Imperatorem? &c. allegantes, nunquam de Pontificibus nisi Ecclesiam iudicasse; obsequi solere Principes Christianos decretis Ecclesiæ, non suam præponere potestatem. Episcopis caput subdere Principem solitum, non de eorum capitibus iudicare. *Gelas. ep. ad Episcopos Orientis, in medio.*

Cap. IV.

Si quis Episcopus, presbyter, diaconus, clericus, de re criminali, vel ciuili in Ecclesia contendat, omisso iudicio Ecclesiastico, publicis iudiciis velit se purgare; licet pro eo sententia feratur, suum locum amittat, si causa criminalis est. Si ciuilis, amittat quod euicit, si proprium locum habere voluerit, &c. *Carth. c. 15. G. Corpus canon. cap. 15. Cartha iij. cap. 9. L. Capitul. lib. 1. cap. 38. & lib. 7. cap. 145. & 155. Vide Chalc. 9. Iuo part. 6. c. 362. decret. Cæsar. lib. 5. cap. 63.* *11. q. 1. c. 44. placuit.*

Cap. V.

Ad vllam administrationem Pontifices, presbyteros, atque diaconos ideo excusatos esse decreuimus; quia, quod lex sæculi etiam paganis sacerdotibus, & ministris ante præstiterat, iustum est, vt erga Christianos specialiter conseruetur. *Aurel. iv. cap. 13.*

Cap. VI.

Deus vos constituit sacerdotes, & potestatem vobis dedit, de nobis quoque iudicandi, & ideo nos à vobis recte iudicamur: vos autem non potestis ab hominibus iudicari. Propter quod Dei solius inter vos expectate iudicium, vt vestra iurgia, quæcunque sunt, ad illud diuinum referantur examen. Vos etenim nobis à Deo dati estis Dij. Et conueniens non est, vt homo iudicet Deos; sed ille solus, de quo scriptum est: Deus stetit in synagoga Deorum, in medio autem Deos discernit. *Constantinus Imperator in historia Ecclesiastica Rufini lib. 10. cap. 2. apud Parisien. sub Ludou. & Lothar. lib. 1. c. 19.* *Psal. 81.*

Episcopus corrigat subditos. Tit. LXII.

CAPVT I.

Irrefragabili, constitutione sancimus, vt Ecclesiarum Prælati ad corrigendum subditorum excessum, maxime clericorum, & reformandum mores prudenter, & diligenter intendant, ne sanguis eorum de suis manibus requiratur. *Inno. iij. in Concil. gen. Later. cap. 7.* *De offi. iudic. ordi. c. 3. Greg. ix. c. 1. eo. tit. in 4. coll.*

Cap. II.

Qualiter, & quando debeat Prælatus procedere ad inquirendum, & puniendum subditorum excessus, ex auctoritatibus noui, & veteris testamenti colligitur euidenter, &c. non solum cum subditus, verum etiam cum Prælatus excedit, si per clamorem, & famam ad aures superioris peruenerit, &c. debet coram Ecclesiæ senioribus veritatem diligentius perscrutari, &c. diligentius tamen obseruandum est in Prælatis, qui quasi signum sunt positi ad sagittam. Et quia non possunt omnibus complacere; cum ex officio teneantur non solum arguere, sed etiam increpare; quin etiam interdum suspendere, nonnumquam vero ligare; frequenter odium multorum incurrunt, & insidias patiuntur. Ideo sancti Patres prouide statuerunt, vt accusatio Prælatorum non facile admittatur, ne concussis columnis corruat ædificium, &c. *Innoc. iij. in conc. gener. Latera. c. 8.* *Decretal. 24. Greg. 9. c. 4. eo. tit. in 4. collect. Thre. 3. b.*

Cap. III.

Si quis Episcopus fornicationem presbyterorum, diaconorum, seu subdiaconorum, vel crimini † incestus in sua parochia, precibus, vel pretio interueniente consenserit; vel commissum, sibique compertum auctoritate sui officij non impugnauerit, ab officio suspendatur. *Greg. vij. in syn. Roman. anni vi. c. 12. Tarrac. lib. 5. c. 56.* *Dist. 83. cap. 1. † crimen.*

Cap. IV.

Pastoralis ordinis est, infatigabiliter reuocare quidquid ad correctionem populorum immo magis filiorum spiritualium cognouerit pertinere, & non cum suo periculo alienę spei, per solam negligentiam facere detrimētū, sed quod ad generalis salutis spectat compendium, salubri necesse est prouidere tractatu. *Clem. ep. 2. post med.*

Cap. V.

Sunt quidam presbyteri, sed Episcopi mul-

tis vitiis irretiti, quorum vita in se [illegible] sacerdotium maculat; & adiecisti, si tibi liceret cum eis edere, aut loqui, nisi coërciti fuerint. Hos ex Apostolica auctoritate redarguendo admoneas, & ad munditiam Ecclesiasticæ disciplinæ reducas. Et si quidem obedierint, saluabunt animas suas, & ipse mercedem lucratus es. Veruntamen collocutionem; & mensam communem cum eis agere non recuses, &c. Sæpe conuiuiorum sedulitas, & admonitio blanda ad viam perducit iustitiæ. *Greg. lib. 4. ep. 4. in fine.*

CAP. VI.

Dist. 43. c. vlt. Sicut non leue discrimen incumbit Pontificibus siluisse pro diuinitatis cultu, & Ecclesiæ correctione, quod congruit: ita his, quod absit, non mediocre periculum est; qui cum debeant parere, despiciunt. *Nicol. epist. ad Mich. Imper. in fi.*

CAP. VII.

Dist. 50. c. 21. Contumaces clerici, prout dignitatis ordo permiserit, ab Episcopis corrigantur; & si qui prioris gradus elati superbia, communionem fortasse contempserint, aut Ecclesiam frequẽtare, vel officium suum implere neglexerint; peregrina eis communio tribuatur: ita vt, cum eos pœnitentia correxerit, rescripti in matricula gradum suum, dignitatemque recipiant. *Agath. c. 2. Capit. lib. 7. cap. 311. & in addit. 280. Iuo par. 6. c. 366. decr.*

CAP. VIII.

Vt vnusquisque Episcoporum potestatem habeat in sua parochia, tam de clero, quam de regularibus vel sæcularibus ad corrigendum, vel emendandum secundum ordinem canonicum spiritalem; vt sic viuant, qualiter Deo placere possint. *Vernen. sub Pipino. c. 3.*

CAP. IX.

Qui præficitur ad regimen, taliter erga disciplinam subditorum præstare se debet, vt non solum auctoritate, verum etiam humilitate clarescat, sed tamen ita erit in eo virtus humilitatis, ne dissoluatur vita subditorum in vitiis: atque ita auctoritas aderit potestatis, ne per tumorem cordis, seueritas existat immoderationis. Hæc est in Dei sacerdotibus vera discretio, qua nec per libertatem superbi; nec per humilitatem fiunt remissi. Hinc est, quod sancti cum multa constantia redarguerunt etiam Principum vitia: in quibus cum summa esset humilitas, loco tamen necessario libere transgressores iustitiæ increpabant. Aliquando etiam subditis nos
9. q. 3. ca. 15. oportet animo esse humiliores, quoniam [facta subditorum iudicantur à nobis, nostra vero Deus iudicat. Agnoscat Episcopus, seruum se esse plebis, non Dominum, verum hoc caritas, non conditio exigit. *Isidor. lib. 3 de summo bono c. 42. apud Aquisgr. cap. 22. Anter. epist. vn. Ansel. lib. 1. c. 53.*

CAP. X.

Ad hoc, nisi me fallit opinio, sancte viuendum est sacerdoti, ne dicta sua repugnantibus factis euacuet; si, quod prædicat fieri debere, non faciat; aut si, quod non facit, prædicare præsumpserit, nihil apud eos, qui eius vitam nouere, proficiat. Quia ad hoc est Ecclesiæ Dei præpositus, vt non solum bene viuendo alios exemplo suæ conuersationis instituat; sed etiam fiducialiter prædicando, singulis ante oculos peccata sua constituat, quæ pœna maneat duris, quæ gloria obedientibus ostendat. Nullius salutem desperando contemnat, animas emendari nolentium plangat, imitatus Apostolum, qui ait: Vt *2. Cor. 12 g.*
lugeam multos ex his, qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam. Et iterum. Quis *2. Cor. 11 g.*
infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror? Quapropter sciens, quod si quibuslibet diuitibus, ac potentibus male viuentibus parcat, aut foueat, eos perdat, simul & pereat: & sancte debet viuere propter exemplum, & pie docere propter suæ administrationis officium, certus, quod ei sua iustitia nihil suffragetur, de cuius manu anima pereuntis exigitur. Quando quicumque alius perierit, quem nulla docendi necessitas manet, solus pœnas sui sceleris dabit: ille autem, cui dispensatio verbi commissa est, etiam si sancte viuat, & tamen perdite viuentes arguere, aut erubescat, aut metuat; cum omnibus qui eo tacente perierint, perit. Et quid ei proderit, non puniri suo, qui puniendus est alieno peccato? Mentior, nisi hoc Dominus per Ezechielem Prophetam sub cuiusdam terroris denunciatione loquitur, dicens ad eum: Et tu fili hominis, speculatorẽ dedi te domui *Eze. 3. b.*
Israël. Nec hoc transenter debemus audire, quod sacerdotem speculatorem appellat, &c. Audies, inquit, ex ore meo sermonem, & an- *Eze. 3. d.*
nunciabis eis ex me, &c. Hoc est dicere: Si ei sua peccata non annunciaueris, si eum non argueris, vt ab impietate sua conuertatur, & viuat; & te, qui non increpasti, & ipsum, qui te tacente peccauit, flammis perennibus perdam. Quis, rogo, tam saxei pectoris, quis tam ferreus erit, quem sententia ista non terreat? quis tam alienus à fide, qui sententiæ isti non credat? *Prosper de vita contemplat. lib. 1. c. 20. apud Aquisgr. c. 26.*

CAP. XI.

Sacerdotes pro populorum iniquitate damnantur, si eos aut ignorantes nõ erudiant, aut peccantes non arguant, testante Domino ad Prophetam: Speculatorem dedi te domui Is- *Eze. 3. d.*
raël, si non fueris locutus, vt se custodiat impius à via sua, ille in iniquitate sua morietur, sanguinem vero eius de manu tua requiram. *1. Reg. 2. c. & 4. d.*
Sic enim Heli sacerdos pro filiorum iniquitate damnatus est: & licet eos delinquentes admonuit; sed tamen, vt oportuit, non redarguit, sacerdotes exquirere debent peccata populorum, & sagaci sollicitudine vnumquemque probare, iuxta testimonium Domini, ad Hieremiam loquentis: Probatorem, *Hie. 6 g.*
inquit, dedi te in populo meo robustum, &

ties, & probab... ias eorum. Sacerdotes studio corrigendi, facta perscrutari debent subiectorum, vt emendatos lucrifacere possint. Sicut autem peccatorem conuenit argui, ita iustum non exulcerari. Sacerdotes curam debent habere de his, qui pereunt, vt sacerdotali redargutione, aut corrigantur à peccatis, aut si incorrigibiles existunt, ab Ecclesia separentur, &c. Bonorum studia sacerdotum, multa diligentia etiam parua plebium facta perquirunt, vt dum in minimis subditorum peccatis se acerrimos præstant, maiori malo cautos sibi subditos, ac sollicitos faciant. Sicut medici morbos imminentes curandos suscipiunt, futuros vero, ne irrepant, medicinæ obiectu quadam præscientia antecedunt: ita & doctores boni, sic ea, quæ male acta sunt, resecant: vt ea, quæ admitti possunt, ne perpetrentur, doctrina sua succurrente præueniant. *Isidor. lib. 3. de summo bo. cap. 46. apud Aquisgr. cap. 36.*

Cap. XII.

Post illa verba, quibus negligentium sacerdotum finis ostenditur, de Pontifice officium suum curante, Propheta sic loquitur: Si autem annuntiante te ad impium, vt à vitiis suis conuertatur, non fuerit conuersus à via sua; ipse impius in iniquitate sua morietur, & tu animam tuam liberasti. Hic certe satis euidenter ostenditur, quod siue proficiant, siue non proficiant auditores, tacere eis non debeant sacerdotes. Nec ideo rei sunt, si forte eorum verba populi non audiunt, vel audita contemnunt; sed si ab eis corrigendis abstinent: qui si nec exemplo vitæ præpositorum suorum, nec verbo doctrinæ populi contumaces emendari proficiunt; ipsi sibi causa suæ perditionis existunt, & doctores suos, quorum exempla simul, ac verba despiciunt, inuoluere criminibus suis omnino non potuerunt, &c. Quod si corripientem, si iram futuram, quæ contemptoribus imminet nuntiantem, homines terreni despiciant; sanguis eorum in ipsis erit; & sacerdos, qui eis peccata eorum non tacuit, pœnæ, quæ eos expectat, particeps esse non poterit. *Prosper lib. 1. de vita contempl. c. 22. apud. Aquisg. c. 106.*

Ezec. 33. b. & 3. c.

Cap. XIII.

SCRIPTVRA diuina (*Episcopos bonos*) speculatores appellat, qui speculantur actus omnium, & qualiter vnusquisque cum suis in domo, qualiter in ciuitate cum ciuibus viuat, intentione religiosæ curiositatis explorant; quos bonos probauerint, honorando confirmant; quos deprehenderint vitiosos arguentes emendant; aut si emendare nequiuerint, æquanimiter portant, habituri vberrimum fructum, aut de sua districtione, si correcti profecerint; aut de sua patientia, etiam si illi, quos sustinent, emendari noluerint. *Paris. sub Ludou. & Loth. lib. 1. c. 4.*

Cap. XIV.

Qui Sacerdos est, & non corripit delinquentes, Sacerdotis officium prætererit. *Hieron. in c. 2 Malach. apud Parisien. sub Ludou. & Lothar. lib. 1. cap. 12.*

Cap. XV.

Omnibus Sacerdotibus illa specialiter sententia beati Gregorij ante oculos constituenda est, in qua inter cætera: Cum rerum, inquit, necessitas exposcit, pensandum valde est, ad culmen quisque regiminis qualiter veniat, atque ad hoc rite perueniens, qualiter viuat; & bene viuens qualiter doceat; & recte docens, infirmitatem suam quotidie, quanta valet consideratione, cognoscat. *Paris. sub Ludou. & Loth. lib. 1. c. 12. ex Greg. in pro. pastor.*

Cap. XVI.

Si forte, quod absit, vllus Episcoporum deinceps sectatores auaritiæ ministros in parochia sua constituerit, & eorum cognitam prauitatem auctoritate pastorali acriter ferire detrectauerit; exemplum negligentis Heli sacerdotis imitari se cognoscat; sciatque, quia quidquid prauitatis, vel auaritiæ, huiuscemodi subiecti in plebibus Christi egerint; si eos corrigere iuxta facti qualitatem neglexerit, in eo procul dubio, à quo constituti sunt, ea, quæ admiserint, redundabunt; & synodali se correptioni modis omnibus subiiciendũ. Nam & in communi consensu statuimus; vt vnusquisque Episcoporum super Archidiaconis suis deinceps vigilantiorem curam adhibeat; quoniam propter eorum auaritiam, & morum improbitatem multi scandalizantur. *Paris. sub Ludou. & Loth. lib. 1. c. 25. Aquisgr. ij. sub Ludou. par. 3. c. 4.*

Cap. XVII.

Oportet, vt Episcopi suæ Parochiæ Sacerdotes, & monachos (*à villicationibus & negotiationibus*) aliisque illicitis actionibus, sua auctoritate compescant; transgressores vero censura corripiant. *Parisien. sub Ludouico. & Lothar. lib. 1. c. 28.*

Cap. XVIII.

Vnusquisque Episcoporum, non solum Presbyterorum, verum etiam sequentium ordinum Parochiæ suæ gradum amittentium, vitam, & conuersationem, motumque emendationem tam per se, quam per ministros suos nouerit, eosque canonicæ disciplinæ subdere non negligat. *Parisien. sub Ludou. & Lothar. lib. 1. c. 34.*

Cap. XIX.

Necesse est, vt rector so lerter inuigilet, ne hunc cupido placendi hominibus pulset; ne cum studiose interiora penetrat, cum prouide exteriora subministrat, se magis à subditis diligi, quam veritatem quærat: ne cum bonis actibus fultus, à mundo videtur alienus, hunc auctori reddat extraneum amor suus. *Aquisgr. ij. sub Ludou. par. 1. c. 10.*

Cap. XX.

Si forte vllus Episcoporum deinceps sectatores auaritiæ ministros in Parochia sua constituerit, & eorum cognitam prauitatem au-

ctoritate pastorali acriter ferire detrectauerit, exemplum negligentis Heli sacerdotis imitati se cognoscat, & synodali correptioni modis omnibus subiiciendum. Nam & in consensu communi statuimus, vt vnusquisque Episcoporum super Archidiaconos suos deinceps vigilantiorem curam adhibeat; quoniam propter eorum auaritiam, & motum improbitatem multi scandalizantur, & ministerium sacerdotale vituperatur,& in Ecclesiis à sacerdotibus multa propter eos negliguntur. *Aquisg. ij. sub Ludou. imper. part. 3. c. 4. paris. sub Ludouic. & Loth. lib. 1. c. 25.*

CAP. XXI.

Ipsi Episcopi concessum sibi otium, non in suas voluptates, sed in diuinum, & officiosum conuertant negotium: quatenus studentes prædicationi, & correctioni, atque confirmationi, quod hactenus per Patochias fuit neglectum, solerter, & deuotissime de cætero sit correctum,& emendatum. *Melden. c. 28.*

CAP. XXII.

Episcopi secundum illorum ministerium, ac sacram auctoritatem vniti sint, & mutuo consilio, atque auxilio Reges, regnorumque primores, atque populum sibi commissum in Domino tegant, & corrigant. *Tallen. par. 1. cap. 2.*

CAP. XXIII.

Qui aliorum errata corrigere debemus, Episcopi dicimur; sed Episcopale ministerium non impleuimus, ministerium prædicatoris reliquimus, &c. Nobis ergo, qui nomine censemur Episcopi, maxima, & prope importabilis incumbit sarcina Pastoralis officij: dum instat reddenda ratio negorij nobis commissi, cum exactione lucri. Et dum iam iamque aduentus immineat illius in maiestate terribili; vbi omnes cum gregibus suis venient Pastores in conspectum Pastoris æterni; augmentum de grege, luctum de negotio, manipulos de segete illaturi: quid sumus acturi Pastores vocati illic, sine ouibus venientes, quæ valeant præsentari? *Herueus Archiepiscopus Remens. in Conci. Trosleia. post principium.*

Episcopi visitent diœceses. Tit. LXIII.

CAPVT I.

De stat. mon. c. 7. Greg. ix. & c. 1. eo. tit. in 4. collect. IN singulis regnis, siue Prouinciis fiat de triennio in triennium, saluo iure diœcesanorum Pontificum, commune capitulum Abbatum, atque Priorum, &c. Ordinentur etiam in eodem capitulo religiosæ, ac circumspectæ personæ, quæ singulas Abbatias eiusdem regni, siue Prouinciæ, non solum monachorum, sed etiam monialium, secundum formam sibi præfixam, vice nostra studeant visitare, &c. Si rectorem loci cognouerint ab administratione penitus amouendum, denuntient Episcopo proprio, vt illum amouere procuret: quod si non fecerit, ipsi visitatores hoc referant ad Apostolicam sedem,&c. Porro diœcesani Episcopi monasteria sibi subiecta ita studeant reformare, &c. ne per eos dicta monasteria indebitis oneribus aggrauentur, quia sic volumus superiorum iura seruari, vt inferiores nolimus iniurias sustinere. Ad hoc, districte præcipimus tam diœcesanis Episcopis, quam personis, quæ præsunt capitulis celebrandis, vt per censuram Ecclesiasticam appellatione remota compescant aduocatos, Pattonos, &c. ne monasteria præsumant offendere in personis, ac rebus, &c. *Inno. iij in Concil. gen. Later. c. 12.*

CAP. II.

Hoc concilio vtiliori decretum est, vt si placet memoratarum vrbium Episcopis, vnaquæque de his (*loquitur de vrbe Arelatensi, & Viennensi*) viciniores sibi inter Prouincias vindicet ciuitates, atque eas Ecclesias visitet, quas oppidis suis proximas magis esse constiterit. *Taurin. c. 1 in fine.*

CAP. III.

Constitutum est in Concilio Hipponensi, singulas Prouincias tempore Concilij visitandas esse. *Carth. 53. G. Afr. 19. L.*

CAP. IV.

Antiquæ consuetudinis ordo seruetur, vt annuis vicibus ab Episcopo diœceses visitentur, & si qua forte basilica reperta fuerit destituta, ordinatione ipsius reparari præcipiatur: quia rertia ex omnibus antiqua traditione, vt accipiatur ab Episcopis, nouimus statutum. *Tarrac. 8. Burch. lib. 3. cap. 33. Iuo par. 3 cap. 38. decr.* *10. q. decreuimus 10.*

CAP. V.

Episcopum per cunctas diœceses, Parochiasque suas per singulos annos ire oportet, vt exquirat, quo vnaquæque basilica in reparationem sui indigeat. Quod si ipse languore detentus, aut aliis occupationibus implicatus id explere nequiuerit, Presbyteros probabiles, aut diaconos mittat, qui & reddirus basilicarum,& reparationes, & ministrantium vitam inquirant. *Tolet. iv. c. 35. Burch. lib. 1. c. 87. Iuo par. 5. c. 193. decr.* *10. q. 1. c. 11.*

CAP. VI.

Per singulas Ecclesias Episcopi, & diœceses ambulantes, primum discutiant clericos, quomodo ordinem baptismi teneant, vel missarum, & qualiter officia in Ecclesia peragant, & si recte quidem inuenerint, Deo gratias agant; sin autem minime, docere debent ignaros, &c. alia die conuocata plebe ipsius Ecclesiæ doceant illos, vt errores fugiant idolorum, vel diuersa crimina, &c. & sic postea Episcopus de Ecclesia illa proficiscatur ad aliam. *Bracar. 4. c. 1. Burc. lib. 1. c. 85. Iuo par. 1. c. 75. & par. 5. c. 191. decr.* *10. q. 1. c. Placuit.*

CAP. VII.

Quorundam Episcoporum reprehensibilis, immo damnabilis consuetudo omnimo-

dis corrigatur, qui plebes sibi creditas, aut raro, aut nunquam per se ipsos, iuxta ordinem Euangelicum, & Apostolicum, atque Ecclesiasticum visitant, cum Dominus dicat: Speculatorem dedi te domui Israel, & audies ex ore meo verbum, & annunciabis eis ex me? *Melden.cap.39.*

Ezech.c. 3.& c.33.

De sumptibus, qui decernuntur Episcopis, cum visitant dioeceses.

Tit. LXIV.

CAPVT I.

De consi- bus.c.6. Gr.ix.& in ii.coll. 1.Th.2.b 2 The.3. 6.

CVm Apostolus se, & suos propriis manibus decreuerit exhibendos, vt locū prædicandi auferret pseudo-apostolis, & illis, quibus prædicabat, non existeret onerosus, &c. quidam fratrum coëpiscoporum nostrorum ita graues in procurationibus suis subditis existunt, vt interdum ornamenta Ecclesiastica subditi compellantur exponere, & longi temporis victum breuis hora consumat. Quocirca statuimus, quod Archiepiscopi Parochias visitantes, pro diuersitate Prouinciarum, & facultatibus Ecclesiarum xl. vel L. euectionis numerum non excedant, &c. Episcopi viginti, vel triginta nequaquam excedant, &c. Sane quod de prædicto numero euectionis secundum tolerantiam dictum est, in illis locis poterit obseruari, in quibus ampliores sunt redditus, & Ecclesiæ facultates, &c. *Alex.iij. in Conc. Later.c.4.*

CAP. II.

Decem- fibus. 11.Greg. ix. c.2. eo.tit. in 4.coll.

Procurationes, quæ visitationis ratione debentur Episcopis, Archidiaconis, vel quibuslibet aliis, etiam Apostolicæ sedis legatis, aut nuntiis, absque manifesta, & necessaria causa nullatenus exigantur, nisi quando præsentialiter officium visitationis impendunt, & tunc euectionum, & personarum mediocritatem obseruent, in Lateranensi Concilio definitam, &c. Qui contra hoc venerit, & quod acceperat, reddat; & Ecclesiis, quæ taliter aggrauantur, tantundem impendat. *Innocentius iij. in Concilio general. Later.c.33.*

CAP. III.

10.q.3. c.4.

Nullus Episcoporum per suas dioeceses ambulans, præter honorem cathedræ suæ, id est, solidos duos, aliquid aliud per Ecclesias tollat; neque tertiam partem ex quacumque oblatione populi in Ecclesiis Parochialibus requirat. *Brac.ij.cap.2.*

CAP. IV.

Placuit, vt tam à Presbyteris, quam ab Abbatibus, siue etiam diaconibus, Episcopo honor debitus impendatur; vt à nullo contumeliam pati videatur, & quandoque contigerit eum, iuxta canonicam sententiam visitandi †suam parochiam, & digne eum suscipiant, & prout habuerint, aut ratio permiserit, illi præparent, quæ fuerint necessaria. *Emeriten. cap.11.* | visitare

CAP. V.

Cum Episcopus dioecesim visitat, nulli præ multitudine onerosus existat, nec vnquam quinarium † numerum euectionis excedat, aut amplius, quam vna die per vnamquamq; basilicam remorandi licentiam habeat. *Tolet. vij.c.4. Burch. lib.1.c.86. Iuo p.5.c.192. dec.* | 10.q.3. in ter.c.8. † quinquagenarium.

CAP. VI.

Quando iure canonico Episcopus circumit parochiam ad confirmandum populum; Abbates, vel Presbyteri parati sint ad suscipiendum Episcopum in adiutorium necessitatis. *Suession. sub Pipino.*

CAP. VII.

Cauendum est, ne cum Episcopi parochias suas peragrant, quādam damnosam erga subditos, seu erga socios tyrannidem exerceant, nec, quod absit, cum † caritate, sed † cum quadam iudiciaria inuectione stipendia ab eis exigant. Obseruandum etiam modis omnibus vt si quando eis peragrandæ parochiæ necessitas incumbit, in confirmandis hominibus in inquirendis rebus emendatione dignis, in prædicatione verbi Dei, in lucris animarum potius, quam in deprædandis, & spoliandis hominibus, & scandalizandis fratribus operam dent. Et si quando eis ad peragendum ministerium suum à fratribus, aut subditis aliquid accipiendum est, hoc summopere obseruare debent, ne quem scandalizent, aut grauent. Tanta ergo in hac re discretio tenenda est, vt & verbi Dei prædicator, vbi proprij desunt, & item fratres illius potentia non grauentur, exemplo Apostoli Pauli, qui ne quem grauaret, arte, & manibus victum quærebat. *Cabilo sub Carolo c.14. Iuo par 3. cap.133. decr.* | 10.q.3.c. 7. † sine f. † & f. 2.Thes. 3.a.

CAP. VIII.

Episcopi præuideant † quem honorem Presbyteri pro Ecclesiis senioribus tribuant: *Worma.58.* | † prouideant f.

CAP. IX.

Didicimus quorundam relatu, nonnullos coepiscoporum nostrorum in peragendis parochiis suis non solum consacerdotibus verum etiam quibusdam aliis fidelibus, quibus consultum ferre debuerant, oneri existere, & ob hanc causam multos in sui detrectationem detestationemque pertrahere. Idcirco in cōmune statuimus, ne vlterius à quoquam Episcoporum tale quid fiat. Statuimus etiam, vt tempore congruo vnusquisque (*Episcoporum*) Parochiam suam circumeat. Et quamquam auctoritas canonica doceat; vt quarta pars decimarum, & redituum ex oblationibus fidelium in vsus Episcoporum cedat, vbicumque tamen Episcopus sua habet, suis contentus sit: vbi autem nihil rerum Ecclesiæ suæ habet, accipiat de memorata quarta parte sibi, suisque: non quod auaritia, quod absit, suaserit; sed potius, quod necessitas compulerit. Cæterum si accipiendi nulla necessitas vrserit; nihil de memorata quarta parte accipiat, sed vsibus Ecclesiarum, & pauperibus

Christi impartiendam secundum suam dispositionem relinquat. *Parif. sub Ludon. & Loth. lib.1.cap.32.*

C AP. X.

Ipsa visitatio plebium, & Parochialium sacerdotum, tam moderate, & in quantum fieri potest, iuxta canonicam institutionem fiat: vt manifestum sit, siue per nos, siue per nostros sola ibi animarum lucra perquiri, nec aliquem importunitate, & nimietate grauari, & contristari; ne verbum Domini, & doctrina blasphemetur. Placet. Firmatum. *Valent. sub Lothar.c.17.*

C AP. XI.

De seruitio Presbyterorum erga Episcopos suos, consuetudo, vt nobis videtur, valde reprehensibilis amputetur; vt scilicet quotiens Episcopus statuto tempore visitationem, & prædicationem per eosdem sacerdotes, & populos* non* exercet, nequaquam ab eis pro solito seruitio pecunias exigat. Hoc enim & B. Iob per similitudinem terræ fructiferæ, &
Iob 33.d agricolarum eius, id est, Ecclesiæ, & sacerdotum, nimis cauendum significat dicens: Si fructus eius comedi absque pecunia, & animam agricolarum eius afflixi; docens, nequaquam absque pecunia, id est, prædicationis verbo, vel pretio, Ecclesiastica stipendia vsurpanda; nec improbitate aliqua agricolarum, id est, consacerdotum, & conlaborantium animas affligendas. *Valen. sub Lothario c. 22.*

C AP. XII.

Statuimus, ne Episcopi, quando pro confirmando populum parochias circumeunt, Archipresbyteros suos grauent; vt huiusmodi dispensa contenti sint: panes centum, fristringas quatuor, vini sextaria quinquaginta, pullos septem, oua quinquaginta, agnum vnum, porcellum vnum, annonam ad caballos modios sex, fœni corbes tres, mel, oleum, cera, quod sufficit. *Ticinen. sub Ludon. ij.c.15.*

Episcopi veniant ad synodum. Tit. LXV.

CAPVT I.

Dist. 18. peruenit. c.6. QVi non conuenerint (*ad synodum*) cum sani in suis sedibus sint, neque excusatione, aut alia necessaria causa impediantur; fraterne admoneantur. *Chalc. cap. 19. Iuo par.4.c. 243.decr. Ansel.lib.6.c.199.*

C AP. II.

Episcopos, qui acceptis Epistolis nostris, aut cognitis, neque per se, neque per canonicam excusationem ad præsentem synodum venerunt; ab Episcopali suspendimus officio. *Greg. vij. in synod. Rom. anni v. sui Pontificatus, c. 5.*

C AP. III.

Anno ab incarnatione Domini millesimo octuagesimo primo, celebrata est synodus Romæ, in qua Dominus Papa suspendit ab officio quosdam Episcopos, qui ad Concilium inuitati, neque ipsi, neque nuntij eorum pro ipsis venerunt. *Greg. vij. in synod. Rom. anni viij. sui Pontificatus.*

C AP. IV.

Ad Arelatensis Episcopi arbitrium synodum congregandam, si quis commonitus infirmitatis causa defuerit, personam vice sua dirigat, &c. Si quis adesse neglexerit, aut cœtum fratrum, antequã dissoluatur concilium, crediderit deserendum: alienum se à fratrum communione cognoscat, nec eum recipi liceat, nisi in sequenti synodo fuerit absolutus. *Arel.ij.c.18.& 19.Burch.lib.1.c.50. Iuo par.c.160. decr. Cæsar.lib.4.c.117.* *Dist. 18. c. 12. si quis.*

C AP. V.

Admoneantur Episcopi eius Prouinciæ à Metropolitano suo, vt ad synodum veniant, post tertiam hebdomadem Paschæ, & idibus Octobr. &c. Non fiant autem synodi ab eis sine Metropolitano (*cui de omnibus causis constat permissum esse iudicium L.*) *Antio. 20. Vide Mart. Br.18. Burch. lib.1.c.44. Iuo lib. 4.ti. 2.c.3. panor. & par.5.c.154. decr.* *Dist.18. propterea. 4. & 15.*

C AP. VI.

Non oportet Episcopos vocatos ad synodum contemnere, sed abire, & docere, & discere ad emendationem Ecclesiæ, & aliorum. Qui contempserit, se ipsum accusat, nisi ob valetudinem † omittat. *Laod.40. Mart. Brac.19 Burch.lib.1.cap.47. Iuo par.5.cap.157. decr. Cæsar. lib.4.cap.114.* *Dist. 18. c.5.* *† necessitatem.*

C AP. VII.

Si sæpius vocati noluerint venire ad synodum, ne sua delicta cognoscantur: ab Ecclesia & diœcesibus expellantur etiam Primates. *Carth.54.G.Carth. iij.c.43.L. Afr.20. L.*

C AP. VIII.

Quotiens synodus conuenire debet, Episcopi, qui neque ætate, neque valetudine, neque aliqua necessitate graui impediuntur, conueniant. Primates vero vniuscuiusque, Prouinciæ ex omnibus Episcopis duos, vel tres ex singulis collegiis eligant, qui compareant in die synodi. Si non comparent, neque impedimentum Primati ostendunt, communione suæ Ecclesiæ contenti sint. *Carth. 77.G.* (*dua, vel tres fiant turmæ, & ex singulis turmis aliquot veniant. L.*) *Carth.v.cap.10. L. Afr.c. 43.L. Capitul.lib.7.c.34.& 460. Ansel. lib.7.cap.188.& 190.in addit.* *Dist. 18. c.10 placuit.*

C AP. IX.

Episcopus ad synodum ire non tardet, nisi graui necessitate inhibeatur, sic tamen vt in sua persona legatum mittat, suscepturus, salua fidei veritate, quidquid sacra synodus statuerit. *Carth.iv.c.21. Ansel.li.7.c.191. in addit.* *Dist. 18. c.9.*

C AP. X.

Si Episcopus Metropolitanus ad comprouinciales Episcopos Epistolas direxerit, in quibus eos ad ordinationem summi Pontificis, aut ad synodum inuitat; postpositis omnibus excepta graui infirmitate, aut præceptione Regia, ad constitutam diem adesse non diffe- *Dist. 18. c.13.*

differant. Quod si defuerint, sicut prisca canonum præcepit auctoritas, vsque ad proximam Synodum à caritate fratrum, & Ecclesiæ communione priuentur. *Agath. 35. Burch. lib. 1. c. 49. Iuo lib. 4. tit. 2. c. 5. panor. & par. 5. c. 159. decr. Cæsar lib. 4. cap. 116.*

CAP. XI.

Cum Metropolitanus fratres, vel comprouinciales suos ad concilium, aut ad ordinationem cuiuscunque consacerdotis crediderit euocandos, nisi causa euidentis rædij exstiterit nullus excuset. *Epaun. c. 1.*

CAP. XII.

Distin. 18. c. 14. Si quis Episcoporum commonitus à Metropolitano, ad Synodum, nulla graui intercedente necessitate corporali, venire contempserit, sicut statura Patrum censuerunt, vsque ad futurum concilium cunctorum Episcoporum caritatis cõmunione priuetur. *Tar. c. 6.*

CAP. XIII.

Nullus Episcoporum, admonente Metropolitano Episcopo, nisi certa tædij causa detentus, ad concilium, vel ordinationem cõsacerdotis venire penitus vlla excusatione detrectet. *Aurel. 4. c. 1.*

CAP. XIV.

Si quis Episcopus ad synodum venire distulerit, vsque ad maiorẽ synodum à fratribus & comprouincialibus maneat excõmunicatus; nec eum ex alia prouincia vllus Episcopus interea communicare præsumat, &c. *Turon. ij. cap. 1.*

CAP. XV.

Si quis de prouincialibus Episcopis à Metropolitano suo ad concilium intra suam prouinciam fuerit euocatus, & præter euidentem infirmitatem ad concilium venire distulerit, atque de Synodali conuentu, antequam cuncta conueniant, sine commeatu cõcilij ipsius discedere fortasse præsumpserit, sicut est præcedentibus regulis statutum, sex mensibus à missarum officio suspendatur. Quod si quem à concilio quæcumque necessitas illata abstulerit, à Metropolitano suo veniam postulans, ad missarum faciendarum gratiam reuocetur. *Aurel. v. c. 18.*

CAP. XVI.

Si aliquis (*Episcopus*) contumax fuerit, aut excusationem falsæ necessitatis, quare non intersit (*concilio*) inuenerit, & postea publicatum fuerit, quod inepta erat eius excusatio, volumus, vt vsque ad concilium vniuersale à communione, & caritate fratrum maneat alienus. *Matisc. ij. c. 20.*

CAP. XVII.

Tempore, quo concilium per Metropolitani voluntatem, & regiam iussionem electum fuerit agere, omnes confinitimos Episcopos in vnum oportet adesse, nec pro tali re, quælibet causa opponi debet ad excusationem. Quod si contigerit, aliquem de fratribus retineri ab infirmitate, qualiter non possit venire, aut per regiam iussionem iniunctum accepetit aliquid agere, vt fit, per quod non possit concilio interesse; quidquid tale acciderit, Metropolitano suo fideliter intimet, cuncta per suam epistolam manu sua scriptam, &c. Archipresbyterum suum dirigat, aut si Archipresbytero impossibilitas fuerit, Presbyterum vtilem instructum, vt ratio poscit, atque cum eo mandatarium suum iuxta legis ordinem munitum. Vt si à quolibet contra eundem Episcopum in concilio fuerit suggestum, ab eo, quem direxit, qui petit, accipiat responsum; & iustitia, quæ fuerit ordinata, nullam in postmodum dilationem habeat. *Emerit. c. 5.*

CAP. XVIII.

Decretum est priscis canonibus semel in anno fieri concilium, vbi elegerit Metropolitanus Episcopus, atque in ea sancta regula manet ordinatum, vt comprouinciales Episcopi, dum à suo Metropolitano fuerint admoniti, præsto esse debeant ad locum tempore debito. Sunt nonnulli, qui pro hoc admonitionem sui Metropolitani, & regiam iussionem accipiunt, & minime implent, quæ iubentur; hos priscorum canonum sententiæ excommunicatos esse iubent, vsque ad tempus superuenturi concilij, & quamuis excommunicationis damno feriantur, nihil tale in his impenditur, quod debeant metuere. Placuit huic sanctæ synodo, vt quisquis ille Episcopus ad concilium venire distulerit admonitus. Illic excommunicationis agat tempus, vbi cum his, qui præsentes fuerint, elegerit Metropolitanus. Cælla vero, & res ad eum pertinentes, quousque ille sub pœnitentia fuerit instantia, & sollicitudine regantur Metropolitani, quia ideo est hoc electum, vt discat sub pœnitentia, quod implere noluit voluntate recta. Dum ergo ad suam redierit cællam, rem in statu inueniat, quæ Ecclesiæ suæ est debita. *Emeriten. c. 7.*

CAP. XIX.

Quisquis Episcoporum, excepta ineuitabili causa, se absentauerit à concilio; vnius anni erit excommunicatione plectendus. *Toletan. xi. c. 15. Iuo lib. 4. tit. 2. c. 6. panor.*

CAP. XX.

Qui non conueniunt Episcopi (*ad Synodum*) dum sani sunt, & necessitas, aliaue causa non excusat, fraterne corripiantur. *Trullen. capitulo 8.*

CAP. XXI.

Quisquis (*Episcoporum*) Kalen. Nouemb. annis singulis pro celebratione concilij venire distulerit, excommunicationi debitæ subiacebit. *Tolet. xvj. c. 12.*

CAP. XXII.

Si quilibet Episcopus ad Synodum vocatus, quacunque occasione venire distulerit, nisi euidens impossibilitas præpedierit, salua censura ex hoc Patrum auctoritate decreta, cesset ab officio, donec satisfaciat fratribus. *Melden. cap. 33.*

Ne Episcopi sint superbi. Tit. LXVIII.

CAPVT I.

MOdestiæ tuæ non auctoritas constantiam, sed mansuetudo commendet, iustitiam lenitas temperet, patientia contineat libertatem; & decliuata superbia, cui proximum est, vt decidat; ametur humilitas, cui semper debetur, vt crescat. *Leo epist. 88. ad Rauennium Arelaten. Episcop.*

CAP. II.

Nullus Episcoporum alium Episcopum conculcet. *Arel. 2. c. 17.*

CAP. III.

Nullus Episcopus se præferat alteri per ambitionem. *Anglic. c. 8.*

CAP. IV.

Episcopus ita humiliter pariter, & auctoritate præstabit, vt nec per nimiam humilitatem suam subditorum vitia conualescere faciat, nec per immoderatam auctoritatem, seueritatis potestatem exerceat; sed tanto cautius erga sibi commissos agat, quanto durius à Christo iudicari formidat, &c. *Isid. lib. 2. c. 6. de eccle. off. apud Aquisg. 9. prope finem. Raban. lib. 1. c. 4. de instit. cleric.*

CAP. V.

Sancti viri dum præsunt, non in se potestatem ordinis, sed æqualitatem conditionis attendant, nec præesse gaudeant hominibus sed prodesse. Sciant enim, quod antiqui Patres nostri, non tam Reges hominum, quam pastores pecorum fuisse memorantur, &c. Homo quippe animalibus irrationalibus, non autem cæteris hominibus natura prælatus est. Idcirco ei dicitur: vt ab animalibus, & non ab homine timeatur, quia contra naturam superbiæ † est, ab æquali velle timeri, cuncti, qui præsunt, non in se potestatem debent ordinis, sed æqualitatem pensare conditionis, &c. Necesse est ergo, vt rectores à subditis timeantur, quando ab eisdem Deum minime timeri deprehendunt, vt humana saltem formidine peccare metuāt, qui diuina iudicia non formidant, &c. Prælati plebibus plangunt culpas infirmantium, seque sic de alienis lapsibus, ac si de propriis affligunt, &c. *Gregor. lib. 21. moral. cap. 11. in Iob c. 31. & lib. 2. cap. 6. pastoral. apud Aquisgr. 13. post princ.*

Gen. 9. a. † *superbus.*

CAP. VI.

Plerumque qui subire magisterium pastorale cupiunt, nonnulla quoque bona opera animo proponunt; & quamuis hoc elationis intentione appetant, operaturos tamen se magna pertractant, fitque vt aliud in imis intentio supprimat, aliud tractantis animo superficies cogitationis ostendat. Nam sibi ipsa de se mens sæpe mentitur, & fingit se de bono opere amare, quod non amat; de mundi autem gloria non amare, quod amat. Sæpe mens principari appetens, fit ad hoc pauida, cum quærit; audax, cum peruenerit. Tendens enim, ne non perueniat, trepidat; sed repente perueniens, iure sibi hoc debitum, ad quod peruenerit, putat. Cumque percepto principatus officio perfrui sæculariter cœperit, libenter obliuiscitur, quidquid religiose cogitauit. Necesse est enim, vt dum cogitatio extra vsum ducitur, protinus mentis oculus ad opera transacta reuocetur; ac penset quisque quid subiectus egerit, & repente cognoscet, si Prælatus bona agere, quæ proposuetat, possit, quia nequaquam valet in culmine humilitatem discere, qui in imis positus non desinit superbire, &c. Plerumque in occupatione regiminis ipse quoque boni operis vsus perditur, qui in tranquillitate tenebatur, &c. Quid est potestas culminis, nisi tempestas mentis? &c. *Greg. lib. 1. pastor. c. 9. apud Aquisgr. c. 14. in fine.*

CAP. VII.

Quia sunt plerique, qui non paternum affectum circa gregem sibi commissum, sed quendam exercere videntur dominatum; cumque non vt Dominicum, sed flatibus ventosæ arrogantiæ inflati, vt suum proprium tractare non verentur: quantum à paternitatis officio aberrent, subter collecta documenta declarant. Dominus in Euangelio. Si diligis me, pasce oues meas, meas inquit, non tuas. Item: Qui maior est vestrum, erit minister vester. Et non post multa: Non ita erit, inquit, inter vos; sed qui voluerit inter vos maior fieri, erit vester seruus. Petrus. Neque dominantes in clero, sed forma facti gregis ex animo Salomon: Principem te constituerunt, noli extolli, sed esto in eis quasi vnus ex ipsis. Fulgentius in libro de veritate prædestinationis, & gratiæ. Non ideo, inquit, se solum quilibet Episcopus vas misericordiæ putet, in gloria præparatum, quia Pontificali militia fungitur, sed si pro grege sibi reddito † sollicitus semper inuigilet, & prædicet verbo, instet oportune, importune arguat, obsecret, increpet, in omni patientiā, & doctrina, nec sibi dominatum superbus vsurpare contendat, sed Apostolicis informatus eloquiis, & exemplis, seruum se cunctis exhibeat, neque sedis illius altitudine collatum sibi gaudeat temporale fastigium, sed humili corde fidelibus præbeat bonæ conuersationis exemplum. Quicumque igitur sacris officiis seruituri, sub quolibet ordine applicantur, dignum est, vt illius dicantur, cuius seruitio mancipantur. Qua ergo temeritate, immo præsumptuosa vanitate quilibet Prælatorum dicere præsumit, illa congregatio mea est, aut ille presbyter, vel clericus meus est; cum non illius sit, sed illius, cui dicatus est? Proinde quia is inolitus vsus Ecclesiasticæ non concordat regulæ, corrigatur, necesse est. *Paris. sub Lud. & Loth. lib. 1. c. 23.*

Ioan. 21. d. *Matth. 20. d.* *Marc. 10. g.* *1. Petr. 5. a.* *Eccle. 32. a.* † *credito.* *2. Tim. 4. 1.*

Ne Episcopus sit iracundus, Tit. LXIX.

CAPVT I.

[*11. q. 3. si Episcopus. 4.*] SI inueniatur quis Episcopus ad iram propensus, quod quidem ab eiusdem homine abesse debet, & aduersus presbyterum, vel diaconum citò commotus, eum ex Ecclesia eiicere voluerit, prouidendum est, ne is repente condemnetur, & communione priuetur. *Sardic.14.G.17.L.Carth.vj.c.6.Carth.135.L.Afr. 101.L.Iuo.li.5.tit.5.c.4.panor.& par.14.c.15.decr. Ans. lib.3.c.68.Cæsar. lib.5.c.48.*

Cap. II.

Placuit huic sancto concilio, vt omnis potestas Episcopalis modum ponat suæ iræ, nec pro quolibet excessu cuilibet ex familia Ecclesiæ aliquid corporis membrorum sua ordinatione præsumat extirpare, aut auferre, &c. & quia omnino iustum est, vt pontifex sæuissimam non impendat vindictam, quidquid coram iudice verius patuerit, per disciplinæ seueritatem, atque turpi decaluatione maneat emendatum. *Emerit. c. 15.*

Ne Episcopus tributa clericis imponat, neve ipsorum, aut Ecclesiæ res iniuste eripiat. Tit. LXX.

CAPVT I.

DEfiniuit sancta hæc, & vniuersalis synodus, nullum Archiepiscoporum, aut Metropolitanorum relinquere propriam Ecclesiam, & sub occasione quasi visitationis ad alias accedere, & potestate propria in inferiorem abuti, & consumere redditus, qui apud illos inueniuntur ad Ecclesiasticam dispositionem, & alimenta pauperum, &c. Excepta hospitalitate, quæ aliquando ex necessario transitu fortassis accesserit, sed & tunc non alia, nisi ex his, quæ sunt ad præseos, de compendio præparata inueniuntur, cum reuerentia, & cum timore Dei dignanter accipiat; nihil omnino eorum, quæ sunt Ecclesiæ illius, vel suffraganei Episcopi petens, vel exigens. Si enim vnumquemque Episcoporum, Ecclesiæ propriæ rebus cum multa parcitate vti, & nullatenus in proprias vtilitates importune, ac sine ratione dispendere, vel cōsumere redditus Ecclesiasticos sacri canones decernunt; qua putas impietate iudicabitur dignus, qui aliis Episcopis commissas Ecclesias grauare, vel ambire, ac per hoc sacrilegij crimen incidere non formidat? &c. *CP. viij.c.19. vel 17. sub Hadr. ij.*

Cap. II.

[*De censibus. c. 6. Greg. ix. & in 1. collect.*] Prohibemus, ne subditos suos talliis, & exactionibus grauare præsumant. Sustinemus autem, pro multis necessitatibus, quæ aliquotiens superueniunt; vt si manifesta, & ratio habilis causa extiterit, cum caritate moderatum ab eis valeant auxilium postulare. Cum enim dicat Apostolus: Non debent parentibus filij thesaurizare, sed parentes filiis; multum longe à paterna pietate videtur, si præpositi suis subditis graues existant, quos in cunctis necessitatibus pastoris more fouere debeant. *Alex. iij. in concil. Later. c. 4.* [*2. Cor. 12. c.*]

Cap. III.

[*De censibus. c. 7. Greg. ix. & in 1. collect.*] Prohibemus, ne noui census ab Episcopis, vel Abbatibus aliisve Prælatis imponantur Ecclesiis, nec veteres augeantur; nec partem redditū suis vsibus appropriare præsumant, sed libertates, quas sibi maiores desiderant conseruari, minoribus quoque suis bona voluntate conseruent. Si quis autem aliter egerit, irritum, quod fecerit, habeatur. *Alex. iij. in concil. Later. c. 7.*

Cap. IV.

[*De immun. Eccles. 8. Greg. ix. & in 4. coll. c. 4. de censib.*] Quia plerique Prælati, vt procurationem, aut seruitium aliquod impendant Legato, vel alij, plus extorquent à subditis, quam exoluant, & in eorum damnis lucra sectantes, quærunt prædam potius, quam subsidium in subiectis: id de cætero fieri prohibemus. Quod si quis forte præsumpserit, & sic extorta restituat, & tantundem cogatur pauperibus elargiri. Superior autem, cui super hoc fuerit querela deposita; si negligens fuerit in huiusmodi executione statuti, canonicæ subiaceat vltioni. *Inno. iij. in conc. gen. Later. c. 34.*

Cap. V.

[*12. q. 2. c. 27.*] Nulli Episcoporum liceat res mobiles de subiectis plebibus, seu aliis piis locis in proprio vsu habere; ne maiores enormiter locupletentur, & minores tali facto pauperiores inueniantur. Cōtra agens canonica auctoritate coarctād. existat. *Euge. ij. & Leo iv. in syn. Rom. c. 16.*

Cap. VI.

[*16. 1. q. c. 93.*] Nulli liceat Episcoporum à subiecto sacerdote, vel alio quolibet clerico, & piis locis dationes vltra statuta Patrum exigere, aut superposita in angariis inferre; sed cum sit optimus prospector, ita prospiciat, vt vniuersæ sibi oues commissæ à se maxime alantur, atque in necessitatibus adiuuentur, quam illicitis exactis dationibus opprimantur. *Synod. Rom. sub Eugenio ij. & Leone iv. c. 26.*

Cap. VII.

[*11. q. 1. c. 124.*] Nullus Episcopus grauamen, seu seruile seruitium ex vsu contra Ecclesiasticam normam Abbatibus; seu clericis suis imponat. *Synod. Rom. sub Greg. vij. c. 10. an. 1078. Pont. an. 6. xiij. K. Dec. ind. 2. ex lib. 6. regist. Tarrac. lib. 5. cap. 54.*

Cap. VIII.

[*12. q. 3. c. 3.*] Pontifices, quibus in summo sacerdotio constitutis ab extraneis dumtaxat aliquid, aut cum Eccle'ia, aut sequestratim aut dimittitur, aut donatur: quia hoc ille, qui donat, pro redēptione animæ suæ, non pro commodo sacerdotis offerre probatur, nō quasi suum proprium, sed quasi dimissum Ecclesiæ, inter facultates Ecclesiæ computabunt; quia iustum est, vt sicut sacerdos habet, quod Ec-

clesiæ dimissum est, ita & Ecclesia habeat, quod relinquitur sacerdoti. Sane quidquid per fidei commissum aut sacerdoti, aut Ecclesiæ dimittitur, cuicumque alij postmodum profuturum, id inter facultates suas Ecclesia computare, aut retinere non poterit. *Agath. 6. Burch. lib. 1. c. 217. Ivo par. 5. cap. 331. decr. Cæsar. lib. 4. cap. 85.*

CAP. IX.

Si quis sacerdos res Ecclesiæ debitas, vel proprias horrenda cupiditate occupauerit, retinuerit, aut à potestate ex competitione perceperit, si eas non restituerit, nullis rebus excusetur. Sed & si agnito iure Ecclesiastico non statim Ecclesiæ, vel sacerdoti reformauerit, vt ipsum ius agnoscere possit, & in iudicium electorum venire distulerit; tamdiu à communione Ecclesiastica suspendatur, quádiu restitutis rebus, tam Ecclesiam, quam sacerdotem reddat indemnem. Similis etiam de his, qui oblationes defunctorum legaliter dimissas quolibet ordine assignare taraduerint, vel detinere præsumpserint, districtionis Ecclesiasticæ, iuxta priores canones, forma seruetur. Cui etiam sententiæ subiacebit quisquis ille quolibet ordine, quod pro deuotione sua Ecclesiis dedit, reuocare præsumpserit. *Aurel. iij. cap. 22.*

CAP. X.

Quia exempla boni operis à Pontificibus debent primum Christo opitulante procedere, nullus Episcopus res competat alienas; aut si competitas aut à se, aut ab antecessore suo forte quis possedit; Domino proprietatis possessionem propriam absque præiudicio liberalitatis regiæ integra reformatione restituat, vt quia Deus dona reprobat iniquorum, non ad iudicium suum Ecclesiæ res exteras derelinquat. *Paris. 3.*

CAP. XI.

Nullus Episcoporum, aut cuiuslibet ordinis clericus, vel alia quæcumque persona, quibuslibet conditionibus, seu in vno regno, seu in alio positus, alterius cuiuscumque Ecclesiæ res aut petat, aut præsumat accipere, quod si fecerit, tamdiu habeatur à communione altaris, vel omnium fratrum, ac filiorum caritate suspensus; donec ipsi Ecclesiæ, cuius directo ordine res est ablata, restituatur. *Aurel. v. c. 14.*

CAP. XII.

10.q.3.c.1. Nullus Episcoporum per suas diœceses ambulans, præter honorem cathedræ suæ, id est, solidos duos, aliquid aliud per Ecclesias tollat, neque tertiam partem ex quacumque oblatione populi in Ecclesiis parochialibus requirat. Sed illic tertia pars pro luminaribus Ecclesiæ, vel reparatione seruetur, & per singulos annos Episcopo inde ratio fiat. Nam si tertiam partem illã Episcopus tollat; lumen, & sarta tecta abstulit Ecclesiæ. Similiter parochiales clerici serui li more in aliquibus operibus Episcopis seruire non cogantur, quia

1.Pet.5.a scriptum est: Neque vt dominantes clero. *Brac. ij. cap. 2.*

CAP. XIII.

Quia cognouimus, Episcopos per parochias suas non sacerdotaliter agere, sed crudeliter desæuire; & dum scriptum sit. Forma estote gregi, non vt dominantes in clero; exactiones diœcesi suæ, vel damna infligant: censemus, excepto quod veterum constitutiones à parochiis habere iubent Episcopos, vel alia, quæ illis hucusque præsumpta sunt, denegentur, hoc est, neque in angariis presbyteri, aut diacones, neque in aliquibus fatigentur indictionibus, ne videamur in Ecclesia Dei exactores potius, quam Dei Pontifices nominati. Hi vero clerici tam locales, quam diœcesani, qui se ab Episcopo grauati cognouerint; querelas suas ad Metropolitanum deferre non differant, & Metropolitanus non moretur, eiusmodi præsumptiones coërcere. *Tolet. iij. c. 20. Ivo par. 3. c. 137. decr.* 10.q.3.c.6. 1.Pet.5.a

CAP. XIV.

Querimonias parochianorum presbyterorum Galliciæ prouinciæ audiuimus contra Pontificum suorum rapacitates. Nam indiscreto moderamine parochianas Ecclesias prægrauentes, dum in exactionibus superflui frequenter existunt, pene vsque ad exinanitionem extremę virtutis, quasdam basilicas perduxisse probantur, &c. Non amplius, quã duos solidos vnusquisque Episcoporum præfatæ prouinciæ per singulas diœceses, vel singulas Ecclesias, iuxta synodum Bracarensem, annua illatione sibi expetat inferri; monasteriorum tamen basilicis ab hac solutionis pensione seiunctis. Cum vero Episcopus diœcesim visitat, nulli præ multitudine onerosus existat, nec vnquam quinarium numerum euectionis excedat, aut amplius, quam vna die per vnamquamque basilicam remorandi licentiam habeat. Qui aliter egerit, correptioni canonum subiacebit, tamquam constitutionum synodalium transgressor, & priscorum Patrum edicti corruptorum. *Tolc. vij. c. 4. Burch. lib. 1. c. 80. Ivo par. 5. c. 192. decr. Ansel. lib. 7. c. 196. in addit.* 10.q.3.c.8. inter cætera.

CAP. XV.

Defuncto presbytero, vel Abbate, nihil ab Episcopo auferatur, vel Archidiacono, vel à quocumque de rebus parochiæ, vel xenodochij, vel monasterij aliquid debeat minui. Quod qui fecerit, iuxta statuta canonum debet coërceri. *Cabil. 7.*

CAP. XVI.

Imputatur quibusdam fratribus eo quod auaritiæ causa hominibus persuadeant, vt abrenuntiantes sæculo, res suas Ecclesiæ conferant; quod penitus ab omnium mentibus eradicandum est. Animarum etenim salutem inquirere sacerdos, non lucra terrena debet. Quoniam fideles ad res suas dandas non sunt cogendi, neque circumueniendi. Oblatio enim spontanea esse debet. Voluntariæ sacrificabo tibi. Et illud: Omnis populus Psal. 53. mente deuota obtulerunt donaria Domino. Exo. 35.a.

Ecclesia vero sancta non solum fideles spoliare non debet; quin potius inopibus opem ferre. *Cabil. sub Carol. c. 6.*

CAP. XVII.

Inuentum est, quod in quibusdam locis presbyteri duodenos, vel quaterdenos denarios Episcopis in censum annis singulis darent: quod penitus abolendum esse decreuimus. *Cabilon. sub Carolo cap. 17.*

CAP. XVIII.

Ne Episcopo liceat matricis Ecclesiæ rem tituli sui nomine vsurpare. *Magun. sub Rab. c. 7.*

Ne Episcopus in vlla re auaritiæ, aut simoniæ suspicionem præbeat. Tit. LXXI.

CAPVT I.

16. q. 1. prædicator. 64. Act. 20. 1. Cor. 6. c. Paulus ad Ephesios ait: Nullius pecuniam concupiui, &c. Episcopus à suis Episcopis, clericis, vel monachis non exigat aurum, vel argentum, vel aliquam speciem; ait enim Apostolus: Iniusti regnum Dei non possidebunt, &c. Si quis igitur ob eas res prohibeat quem ministerio, vel excommunicet aliquem clericum, vel claudat templum, ne fiant sacra ministeria Dei, &c. pari pœna puniatur, vt contraueniens mandatis Dei, & Apostolicis 1. Pet. 5. d. constitutionibus. Petrus enim Princeps Apostolorum ait: Pascite gregem Dei, qui in vobis est. *Nican. 7. cap. 4. Anselm. lib. 6. cap. 167.*

CAP. II.

Si quis Episcopus fornicatione presbyterorum, diaconorum seu subdiaconorum, vel crimini incestus in sua parochia, precibus vel pretio interueniente, consenserit; vel cōmissum, sibique compertum auctoritate sui officij non impugnauerit; ab officio suspendatur. *Greg. vij. in concil. Rom. anni vi. cap. 12.*

CAP. III.

Ne Prel. vicesimas &c. cap. 2. Greg. ix. & in 1. collect. Quia in quibusdam Episcopatibus Decani quidam, vel Archipresbyteri ad agendas vices Episcoporum, seu Archidiaconorum, & terminandas causas Ecclesiasticas, sub annuo pretio constituuntur, &c. id vlterius fieri districtius prohibemus. Quod si quis fecerit, remoueatur à clero, &c. Episcopus quoque qui hoc in sua diœcesi sustinuerit, & Ecclesiastica iudicia sua patitur dissimulatione peruerti; canonica districtione plectatur. *Alex. iij. in conc. Turon. c. 7. & post conc. Later. p. 2. c. 1.*

CAP. IV.

Imputatur quibusdam fratribus eo quod auaritiæ causa hominibus persuadeant, vt 16. q. 7. c. 42. consensuit, & 20. q. 3. c. vlt. abrenuntiantes sæculo, res suas Ecclesiæ conferant, &c. Episcopi, siue Abbates, qui non in fructum animarum, sed in auaritiam, & turpe lucrum inhiantes, quoslibet homines illectos circumueniendo totonderunt, & res eorū tali persuasione non solum acceperunt, sed potius subripuerunt; pœnitentiæ canonicæ, siue regulari, vt puta turpis lucri sectatores subiaceant. Hi vero, qui varius promissionibus, vel quibuslibet machinationibus persuasi, mētis inopes effecti, rerum suarum Domini esse nescientes, comā deposuerint; in eo, quod cœperunt, perseuerare cogantur. Res namque quæ ab illectis, & negligentibus datæ, ab auaris, & cupidis non solum acceptæ, sed raptæ noscuntur, hæredibus reddantur; qui dementia parentum, & auaritia incentorum exheredati esse noscuntur. Si vero nescientibus Episcopis, aut Abbatibus, ministri eorum, quilibet videlicet in clero, hoc fecisse conuincuntur; Episcopi, & Abbates desidia, illi vero rapacitate, & auaritia iudicentur. Hoc vero, quod quisque Deo iuste, & rationabiliter de rebus suis offert, Ecclesia tenere debet. *Cabilo. sub Carol. cap. 6. & 7. Burch. lib. 8. cap. 93. Iuo par. 7. cap. 111. decr.*

CAP. V.

Cauendum, & summopere præcauendum, 1. q. 7. c. 3 ac per virtutem Christi sanguinis interdicendum, & Episcopis, & Regibus, & omnibus sublimioribus potestatibus atque cunctis fautoribus, & electoribus quorumcumque atque cōsensoribus, seu ordinatoribus in gradu Ecclesiastico; vt nemo per simoniacam hæresim regiminis locum obtineat quacumque factione, calliditate, promissione, seu commoditate, aut datione per se, aut emissam personam, cum Spiritus sanctus inter cætera documenta Ecclesiastica per os sancti dicat Gregorij. Cur non perpenditur, quia benedictio illi in maledictionem conuertitur, quia ad hoc, vt fiat hæreticus, promouetur? &c. *Meld. cen. c. 43. Burch. lib. 1. c. 21. Iuo par. 5. c. 75. & 112. decr. Ansel. lib. 6. c. 72.* lib 7. ep. 110. 1. q. 1. c. 13. cum liqueat & c. 4. benedictio.

Ne Episcopi Principibus laïcis honorem nimium tribuant. Tit. LXXII.

CAPVT I.

Eos, qui diuina gratia ad Episcopale aduocantur officium, tamquam imaginem, & figuram ferentes sanctorum cælestium hierarcharum, id est Angelorū secundum hierarchicum plane gradum, & morem, omni honore dignos ab omnibus Principibus, & subditis sancimus haberi, & neqnaquam Strategis, vel quibuslibet aliis Principibus obuios procul ab Ecclesiis suis occurrere, sed neque semet à multo spatio de equis, vel mulis deiicere, ac cum timore, ac tremore procidere, & adorare; sed nec cum sæcularibus Principibus ad mensam intrare hora prandij, eosdem, quos illi honores Strategis exhibentes, sed secundum congruentiam spiritalis dignitatis, ac honoris sui, reddere quidem omnibus debita, cui vectigal, vectigal; cui honorē, honorem, Præferri autem, & multam à Princi- Rom. 13. b.

pibus amicorum Christi Imperatorum venerationem, & reuerentiam promereri confessionis eorum, & honoris similis existentes; ita vt fiduciam habeant Episcopi arguere Strategos multotiens, & alios Principes, atque omnem sæculi dignitatem. Si vero aliquis Episcopus post hanc definitionem sanctæ synodi debitum, & canonice collatum sibi contēpserit honorem, sequestretur anno vno. *synod. viii. gen. CP. c. 14. sub Hadr. ij.*

Cap. II

Ne Episcopus, vel sacerdos, Regi, vel alicui laico, in manibus ligiam fidelitatem faciat. *Vrban. ij. in concil. Claram. cap. 17.*

Ne Episcopi negotiis sæcularibus operam dent. Tit. LXXIII.

CAPVT I.

Dist. 86. peruenit. 1. vlt. DEcreuit sanctum hoc, magnumque concilium, nullum deinceps, non Episcopū, non clericum, vel monachum, aut possessiones conducere, aut negotiis sæcularibus se miscere, pręter pupillorum, si forte leges imponant inexcusabilem curam, aut orphanorum tutelam, & viduarum, earumque quæ sine vlla defensione sunt, personarum, quę maxime Ecclesiastico indigent adiutorio, & propter timorem Domini causa deposcat, &c. *Chalcedonen. c. 3. Parisien. sub Ludou. & Loth. lib. 1. c. 28. Burch. lib. 2. c. 145. Ino par. 6. cap. 218. decr. Ansel. lib. 6. c. 181. in Rom.*

Cap. II.

Depost. c. 1 Greg. ix. & in 1. collect. Clerici in subdiaconatu, & supra, & in minoribus quoque ordinibus, si stipendiis Ecclesiasticis sustentantur, coram iudice sæculari aduocati in negotiis fieri non præsumant. &c. *Alex. iij. in conc. Later. cap 12.*

Cap. III.

Sacerdotes, qui ad debita, & oportuna officia Ecclesiis indifferenter adesse debent, fœnore aliquo, aut venatione, vel aliqua aucupatione, † rusticoque ministerio omnino non occupentur, quia sine ornatu sacerdotali extra domos eos apparere non conuenit, ne vt aliquis sæcularium iniurias patiantur, sed ea solummodo, quæ per Patres constituta videntur, obseruent: contrarius denique inuentus, aut deinceps desinat, aut canonicæ subiaceat disciplinæ. *Eug. ij. in syn. Rom. & Leo. iv. c. 12.*

† occupatione.

Cap. IV.

14. q. 1. c. 2. Quamquam sacerdotum testimonium credibilius habeatur, tamen ipsi in sæcularibus negotiis pro testimonio, aut conficiendis instrumentis non rogentur: quia eos in talibus rebus esse non conuenit. Si enim euentę † causæ aliquid viderint, aut audierint, vbi nullæ idoneæ sæcularium inueniantur personæ, ne veritas occultetur, & malus vt bonus existimetur, in prouidentia proprij sit Episcopi, vt aut coram se, & competentibus iudicibus, aut aliter veritatem honorifice attollant. *Eugen. ij. & Leo iv. in synod. Roman. cap. 13.*

† euentæ.

Cap. V.

Episcopus presbyter, diaconus, si sæcularia negotia susceperit, deponatur. *Ap. 6. G. 7. L. Ansel. lib. 6. cap. 148.* *Dist. 88. c. 3.*

Cap. VI.

Episcopus, aut presbyter, non se immisceat publicis administrationibus, sed ecclesiasticis rebus præsto sit. Itaque aut cesset aut deponatur. Nemo enim potest duobus dominis seruire. *Ap. 81.* *Mat. 6. c.*

Cap. VII.

Episcopus, presbyter, diaconus militiam exercens, si vult vtrumque retinere, Romanum magistratum, & sacram administrationem, deponatur. Nam quæ sunt Cæsaris, Cęsari: quæ sunt Dei, Deo. *Apost. 83.* *Mat. 22. Luc. 20.*

Cap. VIII.

Et quidem (*loquitur B. Petrus cum Clemente*) oportet irreprehensibiliter viuere, & summo studio niti, vt omnes vitæ huius occupationes abiicias; ne fidei iussor existas, ne aduocatus litium fias, &c. *Clem. ep. 1. post prin.* *11. q. 3. c. 30.*

Cap. IX.

Sicut tibi (*loquitur Petrus Apostolus cum Clemente*) impietatis crimen est, neglectis verbi Dei studiis, sollicitudines suscipere sæculares: ita & vnicuique laicorum peccatum est, nisi inuicem sibi, etiam in iis, quæ ad communis vitæ vsum pertinent, operam fideliter dederint. *Clemens epist. 1. post. prin. Anselm. lib. 7. c. 63.* *11. q. 3. c. 31.*

Cap. X.

Episcopi, presbyteri, diaconi, de locis suis negotiandi causa non discedant; nec circumeuntes prouincias, quæstuosas nundinas sectentur. Sane ad victum sibi conquirendum, filium, libertum, mercenarium, amicum, aut quemliber mittant; & si voluerint negotiari, intra prouinciam negotientur. *Elib. c. 19.*

Cap. XI.

Episcopi, presbyteri, diaconi, exceptores (*conductores L.*) vel procuratores non fiant: neque ex aliquo turpi, vel inhonesto quæstu cibum parent; scriptum est; Nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus. *Carth. 16. G. Carth. iv. c. 15. L. Vorm. c. 67. Burch. li. 2. cap. 151. Ino par. 6. c. 242. decret. Anselm. lib. 7. cap. 151.* *21. q. 3. placuit. c. 3.* *2. Tim. 2. a.*

Cap. XII.

Episcopus, presbyter, aut diaconus non sint conductores. *Hipponen. c. 17.*

Cap. XIII.

Nemo sacerdotum, vel monachorum negotiis illicitis se implicet, quando scriptum est: Nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus. *Rem. c. 30.* *2. Tim. 2*

Cap. XIV.

Si, quod absit, Episcopi sæcularibus negotiis implicati, fundorum terminos sine termino cupiditatis extendant, ac se passim exquisitis deliciis ditant, quæ animum, corpusque debilitant; si gloriam non Christi, sed suam, decepti vulgi honoribus adulantis, quærant,

plusque de se alienæ linguæ, quam suæ conscientiæ credant, &c. Si nunquam sibi displicent, ac placentes sibi non sunt de sua correctione solliciti, &c. Contemplatiuæ vitæ participes esse non possunt; ad quam non perueniunt, nisi qui studuerint esse, quod facti sunt; nec effectant videri, sed esse, quod sunt; non alienis laudibus, sed moribus suis eximij, nec solum de sua dignitate, sed potius de sacerdotalis vitæ nobilitate conspicui. Qui sūt non appellatione tenus, sed virtute Pontifices, vitæ contemplatiuæ capaces, & gaudiorum cælestium coheredes. *Prosper apud Aquisgr. c. 19.*

C a p. XV.

Irrepsit sane in nonnullis Ecclesiarum Præsulibus miserabilis temporis nostri inepta, immo corrigenda consuetudo, quæ iam ita pro lege tenetur, vt sanctitatis, & religionis nomē sibi ascribere non vereatur, scilicet, super diuersarum rerum innumeris superfluitatibus, & vanitatibus, quas dinumerare longum est, nec non in auaritia, & tenacitate, improbaque intentione, & in turpi, inhonestaque conuersatione, morumque improbitate, & vanæ gloriæ appetitu; & quod his periculosius est, sui officij cura posthabita, in diuinorum præceptorum transgressione, &c. Non igitur mirum est, si propter hæc, & his similia Deus offendatur, & infirmorum animis scandalum generetur, statusque sāctæ Ecclesiæ periclitetur. Proinde omnibus studendum est sacerdotibus, vt ab his deinceps caueant; & iis rebus insistant, quibus sibi, & iis quibus præsumit, Dominum propitium facere mereantur. *Paris. sub Ludouic. & Loth. lib. 1. cap. 19.*

C a p. XVI.

Quorundam Prælatorum temerario ausu, qui sibi licere putant, quod non licet; & expedire, quod non expedit; Ecclesiæ suis ad tempus viduantur sacerdotibus, quoniam si quid eis in forensibus negotiis agendum, si quid iā in diuersis aliis partibus nuntiandum, occasio necessitatis opponit; id potius per sacerdotes Domini currentes, & discurrentes, quam per alios effici præcipiunt, &c. Proinde omnibus Prælatis cauendum est, ne illicita sibi presbyterorum transmissione, animarum suarum habeant damnationem. *Paris. sub Ludo. & Loth. lib. 1. cap. 29.*

C a p. XVII.

Sacerdotes, & Principes à recto tramite deuiarunt; quia & principalis potestas diuersis occasionibus interuenientibus, secus quam auctoritas Diuina se habeat, in causas Ecclesiasticas prosilierit; & sacerdotes partim negligentia, partim ignorantia, partim cupiditate, in sæcularibus negotiis, & sollicitudinibus mundi, vltra quam debuerant, se occupauerint: & hac occasione aliter, quam Diuina auctoritas doceat, in vtraque parte actum extitisse, dubium non est. *Parisien. sub Ludouico, & Lothar. lib. 3. c. 26. Aquisgran. ii. sub Ludouic. parte 4. c. 14.*

Ne Episcopus armis vtatur.
Tit. LXXIV.

CAPVT I.

Seruus Dei per omnia omnibus armaturam portare, vel pugnare, aut in exercitium, & in hostem pergere omnino prohibemus; nisi illi tantummodo, qui propter Diuinum ministerium, Missarum scilicet solemnia adimplenda, & sanctorum patrocinia imploranda, ad hoc electi sunt. id est, vnum, vel duos Episcopos cum Capellanis Presbyteris Princeps secum habeat. *Syn. Franc. Capitul. lib. 5. cap. 2. & lib. 7. cap. 121. & 125. & 146. Burch. lib. 1. cap. 218. Ivo par. 5. cap. 332. & par. 6. cap. 289. & par. 13. c. 29. decr.*

C a p. II.

Nos, qui relinquimus sæculum, id modis omnibus obseruare volumus, vt arma spiritualia habeamus, sæcularia dimittamus. *Magunt. cap. 17.*

Ne Episcopi constituant sibi successores.
Tit. LXXV.

CAPVT I.

Nonnulli Episcopatum, qui non nisi meritis præcedentibus datur, non diuinum munus, sed hereditarium putant esse compendium: & credunt, sicut res caducas, atque mortales, ita sacerdotium velut legatario, aut testamentario iure posse dimitti. Nam plerique 8. q. 1. c. 3.
sacerdotes in mortis confinio constituti, in locum suum feruntur alios designatis nominibus subrogare, vt scilicet non legitima expectetur electio, sed defuncti gratificatio pro populi habeatur assensu, &c. atque ideo, si placet, etiam hanc licentiam generaliter de Ecclesiis auferamus, &c. *Hilar. in synod. in fine. Ivop. 5. c. 104. decr. Ans. lib. 6. c. 56.*

C a p. II.

Non oportet Episcopum, fratrem suum, vel filium, vel propinquum in Episcopum ordinare. Heredes enim Episcopatus facere nō iustum est: nec humano affectu diuina sunt tractanda. Si fiat, non valeat ordinatio; ipse vero excommunione puniatur. *Ap. 76.*

C a p. III.

Nec Episcopalis honor hereditarium ius putetur, quod nobis sola Dei nostri benignitate Christi confertur. *Hilar. ep. 1. c. 3.*

C a p. IV.

De eo, quod tibi successorem constituere dixisti, & † te iubente in tuo loco eligatur Episcopus, hoc nulla ratione concedi patimur: quia contra omnem Ecclesiasticam regulam, vel instituta Patrum esse monstratur. Sed volumus, vt tibi ministret, & sit in Euangelium Christi adiutor, &c. Sin autem & eundem diuina voluerit clementia post tui diem transi- 7. q. 1. petisti 17. † vel.

situs superesse, si cum aptum cognoueris, & in tua voluntate fuerit definitum, ea hora, qua te de præsenti sæculo migraturum cognoneris, præsentibus cunctis, tibi successorem designa, vt huc veniat ordinandus: hoc nulli alij concedi patimur, quod tibi caritate cogente largiri censuimus. *Zachar. epist. 6. ad Bonifacium Episcop. in med.*

CAP. V.

8. q. 1. Episcopus. c. 3. & 4. Episcopus non potest pro se alium successorem ordinare, etsi proximus morti sit. Si fiat, irrita sit ordinatio, atque seruetur Ecclesiastica constitutio, quæ ait, non oportere Episcopum fieri, nisi cum synodo, & iudicio Episcoporum, qui post obitum eius possunt dignum promouere. *Antio. 23. Mar. Brac. c. 8. Burch. lib. 1. c. 185. & 187. Iuopar. 5. c. 301. & 303. decr. Ansel. lib. 6. c. 57. Cæsar. lib. 3. c. 37.*

CAP. VI.

Dist. 51. quoniam aliquos c. 5. Non promoueantur ad sacerdotium, qui à decessoribus in sacerdotium eliguntur, &c. *Tolet. iv. c. 18.*

CAP. VII.

Alij (*Episcopi*) successores filios, vel parentes faciunt, & conantur posteris præsulatus relinquere dignitatem; cum hoc nec Moses Nu. 27. d. amicus Dei facere potuit, sed Iosue de alia tribu elegit, vt sciremus, principatum in populo non sanguine deferendum esse, sed merito vitæ. *Isidor. lib. 2. c. 9. de eccle. offic. apud Aquisgr. c. 9. in fine.*

De adiutoribus Episcoporum. Tit. LXXVI.

CAPVT I.

c. 15. de off. ind. ordin. Greg. ix. & c. 3. et. tit. in 4. coll. CVm sæpe contingat, quod Episcopi propter occupationes multiplices, vel inualitudines corporales, aut hostiles incursus, seu occasiones alias, ne dicamus defectum scientiæ, quod in eis reprobandum omnino, nec de cætero tolerandum; per se ipsos non sufficiunt ministrare populo verbum Dei, maxime per amplas diœceses, & diffusas, &c. Vnde præcipimus, tam in cathedralibus, quam in aliis conuentualibus Ecclesiis viros idoneos ordinari, quos Episcopi possint coadiutores, & cooperatores habere, &c. Si quis autem hoc neglexerit adimplere, districtæ subiaceat vltioni. *Inn. iy. in concil. gener. Later. c. 10.*

CAP. II.

Si post omnia occurrerit imbecillitas fragilitatis humanæ, vt si quis Episcopus per infirmitatem, debilitatemve aliquam, aut hebetudinem sensus inciderit, aut officium oris amiserit; ea, quæ non nisi per Episcopos geruntur, non sub præsentia sua presbyteros agere permittat; sed Episcopum euocet, cui hoc, quod in Ecclesia agendum fuerit, imponat. *Arauſ. 19. in fine.*

Ne Episcopus relicta sua Ecclesia ad aliam se transferat, nisi magna ex causa. Tit. LXXVII.

CAPVT I.

COnsuetudo contra regulam tollatur, & Episcopus, presbyter, diaconus ab vna vrbe in aliam non transeat. Sed si quis id facere tentauerit; quod fecerit, irritum sit, & ad suam Ecclesiam, in qua ordinatus est, vnusquisque reducatur. *Nica. 15. Aquisgr. c. 43. Tribur. c. 28. Mar. Brac. c. 5. Burch. lib. 2. c. 97. Iuopar. 6. c. 174. decr. Ansl. lib. 2. c. 104.* 7. q. 1. non oportet. c. 19.

CAP. II.

De iis, qui transeunt ab vna vrbe in aliam Episcopis, vel clericis, placuit de eis canones constitutos à sanctis Patribus robur suum habere. *Chalc. 5. Aquisgran. sub Ludou. c. 44. Capit. lib. 1. c. 24.* 7. q. 1. c. 16. propter eos.

CAP. III.

Quia necessitatis causa de Portuensi Ecclesia Formosus pro vitæ merito ad Apostolicam sedem prouectus est; statuimus, & omnino decernimus; vt id in exemplum nullus adsumat, præsertim vt † sacri canones hoc penitus interdicant, & præsumentes tanta feriant vltione, & etiam in fine laïcam eis prohibeant communionem. *Rauennaten. sub Ioanne ix. c. 3.* † cum &

CAP. IV.

Sedium mutationes sancti Patres in Africano concilio congregati omnimodis interdixerunt, quos secuti & nos interdicimus; statuentes, vt Ecclesiæ, cui regulariter præpositi perpetuo consistunt, nec eis sine canonicæ auctoritatis publica censura eiectis, alij coordinetur, & Ecclesia diuisionem sustineat; sed secundum quod sancti Patres statuerunt, vnusquisque Episcopus suæ Ecclesiæ curam habeat, & Ecclesiasticarum rerum potestate potiatur, ne quoquo modo scissuram sancta patiatur Ecclesia, quia nec militibus Christum crucifigentibus eius tunicam scindere permissum est. *Rauennaten. sub Ioan. ix. c. 5. Vide Afr. 15. & Carth. iv. c. 27.*

CAP. V.

Non licet Episcopo suam parœciam relinquere, & ad aliam venire, & si à multis cogatur. Nisi, si qua iusta causa id facere cogat; vt si maximum lucrum illic in religione facere possit; tum vero non sponte sua, sed iudicio multorum Episcoporum, & maxima aduocatione (*supplicatione L.*) fiat. *Ap. 14.*

CAP. VI.

Sicut vir non debet adulterare vxorem suam, ita nec Episcopus Ecclesiam suam; id est, vt illam dimittat, ad quam sacratus est, absque ineuitabili necessitate, aut Apostolica, vel regulari mutatione; nec alteri se ambitus causa coniungat. Et sicut vxori non licet dimittere virum suum, &c. ita Ecclesiæ 7. q. 1. c. 11.

non licet dimittere Episcopum suum, aut ab eo se segregare. *Euaristus epist. 2. in princip. Burch. lib. 1. c. 76. Iuo par. 5. c. 182. decr. Ans. lib. 6. c. 102. Tarrac. lib. 3. c. 67.*

CAP. VII.

Vxor Episcopi, quæ eius Ecclesia, vel parochia indubitanter intelligitur, eo viuente, absque eius iudicio, & voluntate alteri † iudicare, vel disponere, aut eius concubitu frui, id est, ordinatione nullatenus conceditur, &c. Si alteram sponte duxerit, adulter æstimabitur, & communione priuabitur. Si autem persecutus fuerit in sua Ecclesia, fugiendum est illi ad alteram, eique associandus, dicente Domino: Si persecuti vos fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Si autem vtilitatis causa fuerit mutandus; non per se hoc agat, sed fratribus inuitantibus, & auctoritate huius sanctæ sedis faciat, non ambitus causa, sed vtilitatis. *Callist. ep. 2. ante med. Burch. lib. 1. c. 80. & lib. 3. c. 49. Iuo lib. 3. tit. 5. c. 27. panor. & par. 3. c. 53. & par. 5. c. 101. & 186. decr. & ep. 77. ad Episcopos diœcesis Remen. Ansel. lib. 6. c. 103. Tarrac. lib. 3. c. 68.*

7.q.1. sicut.39. † aliter. — Matth. 10.c.

CAP. VIII.

7.q.1. mutationes 34. De mutatione Episcoporum, vnde sanctam sedem Apostolicam consulere voluistis, scitote eam communi vtilitate, atque necessitate fieri licere: sed non libitu cuiusquam, aut dominatione. Petrus, &c. de Antiochia vtilitatis causa translatus est Romam, &c. Eusebius de quadam parua ciuitate auctoritate Apostolica mutatus est Alexandriam. Felix de ciuitate, qua ordinatus erat, electione ciuium propter doctrinam, & bonam vitam, quam habebat, communi Episcoporum, & reliquorum sacerdotum, ac populorum consilio translatus est Ephesum. Non enim transit de ciuitate ad ciuitatem, qui non suo libitu, aut ambitu hoc facit, sed vtilitate quadam, aut necessitate, aliorum hortatu, & consilio potiorum transfertur, nec transfertur de minori ciuitate ad maiorem, qui non ambitu, nec propria voluntate facit, sed aut vi à propria sede pulsus, aut necessitate coactus, aut vtilitate loci, aut populi, non superbe, sed cum humilitate ab aliis translatus, & inthronizatus est, quia homo videt in facie, Dominus autem in corde, & Propheta ait: Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt. Non ergo mutat sedem, qui non mutat mentem, nec mutat ciuitatem, qui non sua sponte, sed consilio, & electione aliorum mutatur. Non ergo migrat de ciuitate ad ciuitatem, qui non auaritiæ causa, nec sponte dimittit suam; sed aut pulsus à sede sua, aut necessitate coactus, aut electione, & exhortatione sacerdotum, & populorum translatus est ad alteram ciuitatem. Nam sicut Episcopi habent potestatem ordinare regulariter Episcopos, & reliquos sacerdotes: sic quotiens vtilitas, aut necessitas expoposcerit, supradicto modo & mutare, & inthronizare potestatem habent, &c. (*Quidam*) mente reprobi amantes voluptatem, quod licet, docent non licere, id est, Episcopos migrare de ciuitate ad ciuitatem prætaxato modo: & quod non licet, docent licere, id est, misericordiam non agere circa patientes necessitatem, hoc est, eis, qui Episcopum non habent, & sacro Episcopali indigent ministerio, Episcopum de alia ciuitate causa vtilitatis, vel necessitatis tribui; & Episcopis persecutionem, aut necessitatem patientibus aliam cathedram dari negant, &c. Vtrisque autem, id est, & famem verbi Dei patientibus, & Episcopis necessitatem, quando inthronizantur, propter communem vtilitatem, in aliis ciuitatibus non modica exhibetur misericordia, &c. Auaritiæ quoque causa, vel præsumptionis, aut propriæ voluntatis, non sunt Episcopi mutandi de ciuitate ad ciuitatem; sed vtilitatis, & necessitatis, &c. *Anter. ep. vni. in princ. Burch. lib. 1. c. 77. Iuo lib. 3. tit. 6. c. 1. panor. & par. 5. c. 183. decr. Anselm. lib. 6. c. 94. Tarrac. lib. 3. c. 69.*

1.Reg. 16.b.

CAP. IX.

Eos, qui ab Ecclesiis ad Ecclesias migrauerint, tamdiu à nostra communione alienos habemus, donec ad eas redierint ciuitates, in quibus primitus sunt ordinati. Quod si quis alius, alio transmigrante, in locum viuentis ordinatus est, tamdiu vacet sacerdotij dignitate, donec successor eius quiescat in Domino. *Dam. ad Paulin. Antioch. & apud Theod. l. 5. cap. 11. & Trip. lib. 9. c. 16. Anselm. lib. 6. c. 95. Tarrac. lib. 3. c. 70.* 7.q.1. c.43.

CAP. X.

Si quis Episcopus mediocritate ciuitatis suæ despecta, administrationem loci celebrioris ambierit, & ad maiorem se plebem quacumque occasione transtulerit; non solum à cathedra quidem pellatur aliena, sed carebit & propria; vt nec illis præsideat, quos per auaritiam concupiuit; nec illis, quos per superbiam spreuit. Suis igitur terminis contentus sit quisque, nec supra mensuram iuris sui affectet augeri. *Leo ep. 82. c. 8. ad Anastas. Thessalon. Burch. lib. 1. c. 74. Iuo par. 5. c. 103. decr. Ansel. lib. 6. c. 96. Cæsar. lib. 4. c. 26. Tarrac. lib. 3. c. 71.* 7.q.1. c.31.

CAP. XI.

Pars illa (*Nicæni concilij*) contemnitur qua vetatur, ne quis relicta Ecclesia sua ad alteram transire præsumat: quod nimis improbe conniuentibus, & vt doleatur grauius, vobis adserentibus, Irenæus Episcopus conatur admittere. *Hilar. ep. 1. ad Ascan. c. 1. & 2. Vide Nicæn. c. 15.*

CAP. XII.

Remoto ab Ecclesia Barcinonensi, atque sua remisso Irenæo Episcopo, sedatis per sacerdotalem modestiam voluntatibus, quæ per ignorantiam Ecclesiasticarum legum desiderant, quod non licet obtinere; talis protinus de clero proprio Barcinonensibus Epis- 7.q.1. c.36.

copus ordinetur, qualem te præcipue, frater Ascani, oporteat eligere, & deceat consecrare. *Hilar. ep. 1. c. 3. Ansel. lib. 6. c. 101.*

Cap. XIII.

Si Irenæus Episcopus ad Ecclesiam suam, deposito improbitatis ambitu redire neglexerit; quod ei non iudicio, sed humanitate præstabitur, remouendum se ab Episcopali consortio esse cognoscat. *Hilar. ep. 1. ad Ascan. Tarrac. Episcop. c. 5.*

Cap. XIV.

Exigit dilectio tua consulta sedis Apostolicæ si licitum foret Episcopum transire, aut mutari de ciuitate ad ciuitatem; dum quidam canones, vt tibi videtur, hoc fieri prohibeant. Significasti etiam litteris tuis, quendã fratrem nomine, & actu Dei seruum, causa vtilitatis mutare te velle in locum, & ciuitatem defuncti, licet quidam dicant, hoc fieri non licere, nisi consensum Apostolicæ sedis
7. q. 1. c. 36. habuisses. [Scias, aliud esse causam necessitatis, & vtilitatis, & aliud causam præsumptionis, & propriæ voluntatis. Non ergo mutat sedem, qui non mutat mentem, id est, qui
† delectationis. non causa auaritiæ, aut damnationis, aut propriæ voluntatis, vel suæ electionis † migrat de ciuitate ad ciuitatem; sed causa necessitatis, aut vtilitatis mutatur. Nam plurimorum vtilitas vnius vtilitati, aut voluntati præferenda est: aliud est enim mutare, aliud mutari, &c. Quod enim in canonibus legitur, non debere Episcopum de ciuitate in ciuitatem transire, vel transferri, non de his dicitur, qui aut vi expulsi, aut necessitate coacti, aut auctoritate maiorum hoc agunt: sed de his, qui auaritiæ ardore inflammati, sponte sua prosiliunt, & potius ambitioni, quam vtilitati Ecclesiæ seruire, & vt dominationem agant, insistere cupiunt. Vnde & in subiectis canonibus continetur: Si aliquis extiterit temerarius, qui forsitan excusationem afferat, quod populi litteras acceperit, & ideo migrauerit; dum manifestum sit, præmio, & mercede paucos, qui sinceram fidem non habent, potuisse corrumpi, vt clamarent in Ecclesia, & ipsum petere videretur; omnino has fraudes remouendas esse censemus. His verbis, & aliis liquet, non de his dicere, qui pulsi, aut non recepti à ciuibus, vel à quibuscunque, aut necessitate cogente, vel auctoritate maiorum, transeunt de ciuitate ad ciuitatem; sed de iis, qui sponte prosiliunt, aut temeritatis, aut ambitionis causa hoc faciunt, &c. Quis enim vnquam audet dicere, Sanctum Petrum Apostolorum Principem, non bene egisse, quando mutauit sedem de Antiochia in Romam? &c. Aut quis negat, sanctos non esse multos alios Episcopos, qui de ciuitatibus ad ciuitates translati sunt, aut meritum Pontificatus perdidisse? &c. Aut quis vnquã potest approbare, Sanctum non esse Alexandrum, qui Hierosolymam de altera ciuitate translatus est? aut Sanctum Gregorium Nazianzenum, qui in Nazianzo constitutus est? aut Sanctum Proclum, qui de Cyzico translatus, & CP. inthronizatus est? Non ergo bene intelligunt ecclesiasticas regulas, qui ergo hoc causa vtilitatis, aut necessitatis fieri posse, quotiens communis vtilitas, aut necessitas persuaserit. Nullum enim ex his, aut ex aliis, qui meliori consilio mutauerunt ciuitates necessitate quadam, aut vtilite ecclesiastica, aut laica communione carere reperimus, vel vllatenus vnquam fieri debet. Sententia vero, quæ in Antiocheno concilio habetur, vt Episcopus ab alia parochia
neqoaquam migret ad aliam: atque omnes *7. q. 1. c. 37. §. vlt.*
sententiæ de ea re vim superius comprehensam retinent, &c. Negat misericordiam necessitatem patientibus, qui populis indigentibus diuinis mysteriis, & non habentibus proprium Episcopum, qui eos instruat, causa vtilitatis, atque necessitatis, ex alia ciuitate licet minor sit, in eam, quę non habet Episcopum doctiorem, vel vtiliorem meliori consilio non sponte transeuntem, sed maiorũ exhortatione mutare, aut Episcopum eiectũ & persecutionem patientem causa vtilitatis, aut necessitatis inthronizari non permittit. Apud veteres enim sine vlla differentia, de vna ciuitate ad aliam migrabat Episcopus, dum vtilitas aut necessitas euocaret, &c. Sicut potestatem habemus, Episcopos, & sacerdotes regulariter titulare, & ordinare, ita vt prædictum est causa necessitatis, aut vtili-
tatis, habes † & mutare, ac de titulo, ad titu- *† habemus f.*
lum translatare, † licet de minori ad maio- *† transferre.*
rem vrbem mutandus sit. Hoc tamen summopere prauidendum est, ne causa arrogantiæ, aut auaritiæ, vnquam fiat. Quia hi à prædictis canonibus damnantur, non illi, qui necessitate, aut vtilitate; maiorum consilio, & sana, ac pura, & Deo placita intentione hoc faciunt. *Pelag. ij. ep. 2. Nicæ. 15. Sard. 1. 2. G. 1. L. Antio. 18. 21. Ansel. lib. 6. c. 97.*

Cap. XV.

Nullus cuiusque ordinis clericus, non diaconus, non presbyter, non Episcopus, quacũ-
que occasione faciente, propriam relinquat *7. q. 1. Episc. 25.*
ecclesiam, sed omnimode, aut excommunicetur, aut redire cogatur. *Arel. ij. c. 13.*

Cap. XVI.

Episcopus ab vna parœcia in aliam non transeat, neque sua sponte irruens, neque à
populo impulsus, neque ab Episcopis coa- *c. 1. de cler. non res. Greg. ix. & in 1. collect.*
ctus; sed in ea permaneat, quam sortitus est à Deo ab initio, iuxta priorem definitionem. *Anti. 21. Mart. Brac. c. 6. Burch. lib. 1. c. 72. Ivo par. 5. c. 179. decr.*

Cap. XVII.

Osius Cordubensis dixit, Mala consuetudo tollatur: & Episcopus ab vna vrbe minore in aliam non transeat; cum nemo ad minorem transeat ex maiore; ex cupiditate, & ambitione dominandi mouentur. Itaque ne laicorum quidem communione vtantur. (*Sy-*

c. 1. de elect. Gr. ix. & in 1. coll. *nedum respondit, Placet L.) Sardic. 1.* Licet Episcopus se excuset litteras ostendens illius populi. Nam possunt aliqui corrumpi, vt clamarent, & peterent eum Episcopum. Laicorũ careat communione etiam in fine. *Sard. 2. G. 1. L. Pelag. ij. ep. 2. Nicol. in ep. ad Hincma. incip. Epistolam. Burch. lib. 1. c. 19. & 79. Iuo par. 5. c. 73. & 185. decr.*

CAP. XVIII.

De cõs. d. 4. non licet. 107. In Synodo Capuæ statutum est, vt non liceat fieri rebaptizationes, vel reordinationes, vel mutationes Episcoporum. Cresconius tamen Regiensis agri Episcopus suo populo contempto ad Tubicenam ecclesiam venit; & hucusque sæpius admonitus, vt iuxta decreta discedat, & ad suam reuertatur, noluit. [Petimus vt liceat nobis, Præsidem prouinciæ adire iuxta constitutiones gloriosissimorũ 11. q. 1. c. 20. Imperatorum; vt si noluit benignæ admonitioni sanctitatis vestræ obedire, auctoritate Præsidis compellatur. Placet. *Carth. 49. G. Carth. iij. cap. 38. L. Vide 78. G. Afr. 15. L. Iuo lib. 1. tit. 2. cap. 76. panor. & par. 1. cap. 152. decr. Cæsar. lib. 12. cap. 61.*

CAP. XIX.

Episcopus de loco ignobili ad nobilem 7. q. 1. c. 37. per ambitionem non transeat, nec quisquam inferioris ordinis clericus. Sane si pro vtilitate Ecclesiæ faciendum poposcerit, decreto pro eo clericorum, & laicorum Episcopis porrecto, in præsentiam synodi transferatur, nihilominus alio in loco eius Episcopo subrogato. Inferioris vero gradus sacerdotes, vel alii clerici, concessione suorum Episcoporum possunt ad alias ecclesias transmigrare. *Carth. iv. cap. 27. Iuo. lib. 3. tit. 6. cap. 2. panor. & par. 4 cap. 125. decr.*

CAP. XX.

Ne quis ad Ecclesiam, quæ summum amiserat sacerdotem, nisi Metropolitani litteris inuitatus ne à plebe decipiatur, accedat, & vim pati voluisse videatur. *Regien. 6.*

CAP. XXI.

Presbyter de titulo minori ad maiorem non migret: sed eadem feriatur sententia, qua Episcopus, si de minori ad maiorem transmigrauerit sedem. *Turon. sub Carolo 14.*

CAP. XXII.

De Episcopo canonica decreuit auctoritas, vt si per ambitionem maiorem ciuitatem appetierit, & illam perdat, quam tenuit, & illam nequaquam obtineat, quam vsurpare tentauit. *Nannet. cap. 16.*

CAP. XXIII.

Si quis particeps alicuius fuerit ambitionis inuentus, siue Episcopus, siue presbyter; vel diaconus, de inferiori ciuitate non transeat ad maiorem. Quod si quis contra hæc magni concilij constitura importunus extiterit, omni modo euacuetur huiusmodi factum, & suæ irem restaurerur ecclesiæ, vbi Episcopus, aut presbyter, aut diaconus prius fuerat constitutus. *Mar. Brac. c. 5. Ni. a. 15.*

De residentia Episcoporum, & ne sine graui causa Imperatorem adeant.

Tit. LXXVIII.

CAPVT I.

Episcopi ad culturam propriæ Ecclesiæ sæpissime debent adesse; quia absentia Episcopi plerumque fit calamitas plebis. Ideoque Sardicensi admonente concilio, vltra trium hebdomadarum spatium à propriis Ecclesiis non morentur, nisi fortasse per iussionem Metropolitani, vel Principis, ex necessitate contingat, quoniam longius, nisi per auctoritatem canonicam proficisci, neque suscipi sacerdotes debent. *Syn. Rom. sub Eugen. ij. & Leone iv. c. 6. Sard. 11. 12. G. 14. 15. L.*

CAP. II.

Suggestum nobis est, quod pro præteritis 7. q. 1. c. 46. laboribus, & infestationibus nonnulli vestrum assignatas sibimet, & à Deo commissas relinquunt plebes, & in futuro plures relinquere veluit eas, quas tueri debent, ecclesias, & pro ouibus sibi commissis laborare negligant, & monasteriorum se quieti contradere festinent & vacationem ab Episcopatus laboribus eligere, & silentio atque otio vitam degere magis appetant, quam in his, quæ sibi commissa sunt, permanere, &c. non sit qui vos decipiat, aut seducat in subtilitate sermonis, vt plebes vobis commissas relinquatis. *Liber. epist. 2. ante med. Tarrac. lib. 6. c. 110.*

CAP. III.

Vene quis dum in ea durare poterit, qualibet necessitate suam relinquat Ecclesiam. *Hadr. ad Epis. Med. c. 55. Capit. lib. 7. c. 366.*

CAP. IV.

Nullus cuiuscunque ordinis clericus, non diaconus, non presbyter, non Episcopus, quacumque occasione faciente, propriam relinquat Ecclesiam: sed aut excommunicetur, aut redire cogatur. Quod si aliquis commotationis tempore inuito Episcopo suo in aliena Ecclesia habitans ab Episcopo loci clericus fuerit ordinatus, huiusmodi ordinatio irrita habeatur. *Arel. ij. c. 13.*

CAP. V.

Si quis Episcopus, &c. præter consilium, & litteras Episcoporum prouinciæ, & præcipue Metropolitani, adierit Imperatorem; hunc reprobari, & abiici oportere, non solum à communione, verum & ab honore, cuius particeps videtur existere, &c. *Antioch. cap. 11. Aquisgr. c. 73. Cap. l. 1. c. 10. Burch. li. 2. c. 177. Iuo p. 6. c. 298. decr. Ans. lib. 6. c. 115.*

CAP. VI. 23. q. 8.

Nemo Episcopus à sua prouincia in aliã, c. 27. in qua Episcopi sunt, veniat, nisi ab aliquo ex fratribus vocetur, vt non portas dilectionis claudamus. *Sard. c. 3. G. 2. L.*

CAP. VII. 23. q. 8.

Osius Episcopus dixit, &c. [Si vobis pla- c. 28.

cet,

cet, decernite, ne Episcopi ad comitatum accedant, nisi forte hi, qui religiosi Imperatoris litteris, vel inuitati, vel euocati fuerint. *Sardic. c.7.G.8.L.Ansl.lib.6.c.11.*

Cap. VIII.

Alypius Episcopus dixit: Si propter pupillos, & viduas, vel laborantes, quæ causas iniquas non habent, susceperint (*Episcopi*) peregrinationis incommoda, habebunt aliquid rationis nunc vero cum ea postulent præcipue, quæ sine inuidia omnium hominum, & sine reprehensione esse non possunt, non necesse est eos ire ad comitatum. *Sardic. c.10.*

Cap. IX.

Memini, superiore concilio fratres nostros constituisse, vt si quis laicus in ea, in qua commoratur ciuitate, tres dominicos dies, id est per tres septimanas non celebrasset conuentum, communione priuaretur. Si ergo hæc circa laïcos constituta sunt, multo magis Episcopo, nec licet, nec decet, si nulla sit tam grauis necessitas, quæ detineat, vt amplius à suprascripto tempore absens sit ab ecclesia sua. *Sardic.11.G.14.L.*

Cap. X.

Tribus hebdomadibus Episcopus in suis possessionibus esse potest. *Sard.c.12.G.15.L.*

Cap. XI.

Si quis Episcopus vim passus iniuste eiciatur, vel propter doctrinam, vel propter confessionem Catholicæ Ecclesiæ, vel propter veritatis defensionem, & fugiens periculum innocens ad aliam vrbem venit: non prohibeatur illic versari, donec reuertatur, vel iniuriæ sibi factæ inueniat remedium. *Sar.c.18.G.21.L.*

Cap. XII.

Vnusquisque nostrum cum progredientem Episcopum viderit, inquirat transitum eius, causas videat; quo tendat, agnoscat; & si quidem eum inuenerit ire ad comitatum, requirat & illud, num forte inuitatus sit, vt ei facultas eundi permittatur. Si vero propter desideria, & ambitiones ad comitatum pergat, neque in litteris eius subscribatur, neque in communionem recipiatur, &c. Vniuersi dixerunt, hoc honestum esse, & placere sibi hanc constitutionem. *Sardic.c.21.G.11.L.* Debet ergo Episcopus ciuitatis ipsius admonere eum, & instruere, & ex eo loco diaconum suum mittat admonitus; ipse tamen redeat in parochiam suam. *Sardic.c.12.L.*

Cap. XIII.

Recitatæ sunt litteræ Papæ Innocentij, vt Episcopi ad transmarina pergere facile non debeant: quod Episcoporum sententiis confirmatur. *Afr.61.*

Cap. XIV.

Nemini Episcopo liceat, relicta maiori sede in aliqua Ecclesia in diœcesi constituta residere; aut in aliquo suo negotio; in quo negligat curam suæ sedis, manere. *Carth.72.G.Carth.v.cap.5.L.Afr.38.L.Capitul.lib.2.c.41.& lib.7.c.32.Ansel.lib.6.c.176.* *7.q.1. placuit. 21.*

Cap. XV.

Episcopus, si infirmitate non fuerit impeditus, Ecclesiæ, cui proximus fuerit, die Dominico deesse non debet. *Aurel.1.c.vlt. Cæsar. lib.4.c.62.* *De cons. d.3.c.4.*

Cap. XVI.

Episcopus, Presbyter, diaconus, clericus, laïcus, qui tribus dominicis diebus in tribus hebdomadibus sine necessitate in Ecclesia sua non conuenit, clericus deponatur, laicus excommunicetur. *Trull.81.*

Cap. XVII.

Comperimus, quosdam socios ordinis nostri, non causa necessitatis, aut vtilitatis, sed potius auaritiæ, & propriæ delectationis, sæpissime propria ciuitatis suæ sede relicta, cleroque neglecto, remoriora loca frequentare, de qua re & destitutio diuini cultus, & prædicatio in plebibus, & cura subiectorum postponitur, & hospitalitas negligitur. Quod ne vlterius à quoquã sine ineuitabili necessitate, & certa vtilitate fiat, pari consensu inhibuimus. *Paris. sub Ludou.& Loth.lib.1 c.21. Aquisgr.ij.sub Ludo.par.1.c.11.*

Cap. XVIII.

Episcopi non propter suam quietudinem ad remotiora loca secedentes, & suum ministerium negligentes, proprias deserant ciuitates; sed vt parochias suas cum officij efficacia circumeant, aut cum religione in suis ciuitatibus canonice cum suis filiis degant. *Melden.c.28.*

Ne Episcopus dimittat Episcopatum. Tit. LXXIX.

CAPVT I.

Evaristus vrbis Romæ Episcopus, omnibus per Ægyptum conglutinatis fratribus, &c. Scimus, sicut à Patribus accepimus, Christum esse caput, cuius & membra sumus. Ipse est sponsus, Ecclesia sponsa: cuius filij nos sumus, & ideo vnum Patrem habemus Deum in cælis. Sacerdotes vice Christi legatione funguntur in Ecclesia, & sicut ei sua coniuncta est spõsa, id est, Ecclesia; sic Episcopis iunguntur ecclesiæ, vnicuique pro portiõne sua, &c. Episcopus custodire, & amare, atque prudenter regere debet Ecclesiam. Ecclesia Episcopo suo in omnibus obedire, eumque diligere, & amare, vt animam suam debet. Episcopus non debet adulterare ecclesiam suam, id est, vt eam dimittat, ad quam sacratus est, absque ineuitabili necessitate, aut Apostolica, vel regulari mutatione, & alteri se ambitus causa coniungat. Ecclesiæ non licet dimittere, aut ab ea segregare Episcopum, non, vt alterum viuente eo accipiat; sed aut ipsum habeat, aut innupta maneat, id est, ne alterum episcopum suo viuente accipiat, &c. Nam si se alteri episcopo iunxerit, aut super se alterum episcopum adduxerit, *7.q.1.sicut vir. c.11.*

aut esse fecerit, vel desideraverit; per acerrimam pœnitentiam, aut suo reconcilietur Episcopo, aut innupta permaneat. *Euar. epist. 2. in prin. Burch. lib. 1. c. 76. Iuo par. 5. c. 182. decr. Ansel. lib. 9. c. 102. Tarrac. lib. 3. c. 67.*

CAP. II.

Miror dilectionem tuam in tantum scandalorum quacunque occasione nascentium aduersitate turbari, vt vacationem ab Episcopatus laboribus optare te dicas, & malle in silentio, atque otio vitam degere, quam in his, quæ tibi commissa sunt, permanere, &c. *Leo epist. 70. vel 90. ad Rustic. Narbonen. in princip.*

CAP. III.

Ne Episcopus dimittat Episcopatum ob labores cleri corrigendi. *Mart. ep. vn.*

CAP. IV.

De eo, quod tibi successorem constituere
7. q. 1. c. 17. petisti. dixisti, & te iubente, in tuo loco eligatur Episcopus; hoc nulla ratione patimur: quia cōtra omnem Ecclesiasticam regulam, vel instituta Patrum esse monstratur. Sed volumus, vt tibi ministret, & sit in Euangelium Christi
1. Tim. 3. c. adiutor, dicente Apostolo. Si quis bene ministrauerit, gradum sibi bonum acquiret. Nimis enim reprehensibile manifestum est, vt te viuente tibi alium substituamus. *Zacha. epist. 6. ad Bonif. in medio. Vide Bonif. epist. ad Zach.*

CAP. V.

Confrater noster Sanctius Aragonensis Episcopus multa nobis de infirmitate corporis sui conquerens, deserendi Episcopatum à nobis suppliciter licentiam postulauit: quod eum morbo confectus, & pene consumptus, diutius competenti ministerio regere, & custodire non possit. Nouerit dilectio tua, nos iam consuluisse, & præcepisse Episcopo; vt ipse quantum possit, Episcopali officio in spiritualibus insistens, auxilia comprouincialiū Episcoporum petens ad peragendas exteriores, & interiores curas talem clericum in Ecclesia constituat, qui ad tantam procurationem prouidens, & si res postulauerit, ad percipiendam Episcopalis officij dignitatem, & ordinem sit idoneus, quo perannum vnum, aut amplius in Ecclesia consistente, si diuina clementia interim Episcopo vires corporis, & sanitatem reddiderit, sicut iustum est, ipse in loco suo super Dominicum gregem vigilans consistat. Si vero infirmitas, & debilitas corporis sui adaucta fuerit, & administrationem commissam sibi iure nequaquam exequi poterit: tunc demum, si illius vita, mores, & disciplina probabilis fuerit, Apostolicæ sedi tuis, & Episcopi litteris, nec non sub testimonio cleri eiusdem Ecclesiæ, denuntietur, & de ordinatione Ecclesiæ deliberato consilio certa vobis, & salubris annuente Deo responsio dabitur. Verum hæc nequaquam tam absolute dixissemus, nisi quod Episcopo se excusanti, & impedimentum suæ infirmitatis proponenti, fraternæ compassionis adiutum denegare non potuimus. *Gregor. vij. lib. 2. regist. epist. 50. post principium.*

CAP. VI.

Transmundus vester dictus Episcopus ad nos venit, quem nimirum nos duris verbis increpuimus, propterea quod Episcopatum sine ratione dimiserat. *Greg. vij. lib. 8. regist. ep. 15.*

CAP. VII.

Alia res est, quæ ecclesiasticæ consuetudini non placet, offerre sacerdotes aliquos renuntiationis libellos: si sunt enim digni, qui sacra mysteria obeant, in his maneant. Sin autem indigni, nec per renuntiationem exeant, sed rebus ipsis potius condemnati. *Cyrill. Episc. Alex. in ep. ad Domnum.*

Episcopus res Ecclesiæ curet, illasque secundum canonum statuta dispenset. Tit. LXXX.

CAPVT I.

SI quis Episcopus, vel monasterij præfectus inuentus fuerit, ex Episcopatus, vel *12. q. 2. quisquis, 19.*
monasterij agris, in Principis alicuius, aut magistratus manus alienare, vel alteri personæ tradere; nullius sit momenti traditio, vt sanctorum Apostolorum vult canon, qui dicit: Omnium rerum Ecclesiasticarum Episcopus curam gerat, & eas administret, tamquam Deo intuente. Ne liceat autem quidquam ex eis sibi vindicare, vel propriis cognatis, quæ Dei sunt, elargiri. Si sint autem pauperes, vt pauperibus suppeditet, sed non eorum prætextu res ecclesiæ venundet, &c. *Nicæ. ij. c. 12. Apost. 38. Iuo par. 5. c. 375. decr. Ansel. lib. 6. c. 184. Cæsar lib. 7. cap. 72.*

CAP. II.

Ne Episcopus ecclesiasticos redditus lædat, quos ad propriam vtilitatem, & ob escam pauperum, & peregrinorum sustentationem esse decernimus. Omnem vero ecclesiasticarum rerum potestatem habeat, & has meliorare, ac dilatare, prout oportuerit. *Syn. viij. CP. sub Hadr. ij. cap. 15.*

CAP. III.

Vnumquemque Episcoporum Ecclesiæ propriæ rebus cum multa parcitate vti, & nullatenus in proprias vtilitates importune, ac sine ratione disperdere, vel consumere redditus ecclesiasticos, sacri canones decernunt, &c. *Syn. viij. sub Hadr. ij. c. 19. vel. 17.*

CAP. IV.

Ne pro defectu pastoris gregem Dominicum lupus rapax inuadat, aut in facultatibus sub ecclesia viduata graue dispendium patiatur, &c. Statuimus, vt vltra tres menses cathedralis, vel regularis ecclesia Prælato non vacet, &c. *Inno. iij. in c. concil. gen. Later. c. 23.* *De elect. c. 41. G. ix. c. 8. eo. tit. in 4. collect.*

CAP. V.

Qui deliguntur Episcopi, ante confirmationem, si sunt valde remoti, videlicet vltra Italiam constituti, si electi fuerint in concordia, *De elect. 44. Gre. ix. c. 11. eo. tit. in 4. collect.*

dispensatiue propter necessitates, & vtilitates ecclesiarum, in spiritualibus, & temporalibus administrent, sic tamen, vt de rebus ecclesiasticis nil penitus alienent. *Innoc. iij. in Conc. gen. Later. c. 26.*

Cap. VI.

Mannianus cœpit postulare à Xysto III. fundum ecclesiæ. Respondit Xystus. Nihil ex meis redditibus accreuit ecclesiæ, vnde pauperum senecta subleuari desiderat, nec ego veni ecclesiam subuertere. *Acta contra Xyst. iij. in princ.*

Cap. VII.

Vnusquisque Episcopus suæ ecclesiæ curam habeat, & ecclesiasticarum rerum potestate potiatur. *Synodus Rauen. sub Ioanne Papa ix. c. 5.*

Cap. VIII.

Vt decimæ, & primitiæ, seu oblationes viuorum, & mortuorum ecclesiis Dei fideliter reddantur à laicis: & vt in dispositione Episcoporum sint. *Nicola. ij. in synod. Rom. 113. Episcoporum, cap. 5.*

Cap. IX.

Nullus Abbas, nullus ecclesiarum præpositus, quæ iuris sunt ecclesiastici, accipere sine Episcopi concessione præsumat. *Synod. apud Melfiam sub Vrba. y. c. 6.*

Cap. X.

16. q. 7. c. 1. de capellis monac. c. 1. in collect. 1. Proposita nobis est quæstio de ecclesiis, vel de ecclesiasticis possessionibus à clericis, vel monachis vsque in præsentiarum inconsultis Episcopis acquisitis; nos autem vsi saniori consilio eorundem Episcoporum condescendentes pro tempore, prouidentesque ecclesiasticæ paci, vel quia aliter absque ineuitabilis scandali periculo huiusmodi quæstio non poterat procedere: Apostolica auctoritate decreuimus; vt ea, quæ à clericis, vel monachis, vel à quibuscunque personis, prout potuerint, vsque hodie fuerint acquisita, rata perenniter, & inconcussa permaneant, hoc tamen tenore, ne in posterum inconsultis Episcopis talia præsumant. *Vrban. ij. in concil. Claromontan.*

Cap. XI.

Secundum Apostolorum canones, omnium negotiorum ecclesiasticorum curam Episcopus habeat, & ea velut Deo contemplante dispenset. *Callist. ij. in concil. Rom. c. 4. Apost. 38.*

Cap. XII.

16. q. 7. c. 11. Sicut sanctis canonibus constitutum est, animarum cura, & pecuniarum ecclesiasticarũ dispensatio in Episcopi iudicio, & potestate permaneat. *Callist. ij. in Concil. Rom. c. 7.*

Cap. XIII.

Ad Episcopi, & Presbyterorum domum afferantur fructus oblati, vt ipsi diuidant diaconis, & reliquis clericis. *Ap. c. 4. G. 5. L.*

Cap. XIV.

12. q. 2. c. 19. quæ-quæ. Omnium rerum ecclesiasticarum curam habeat Episcopus, easque dispenset quasi Domino inspiciente, non tamen liceat quidquam alienare, aut propinquis suis, quæ Dei sunt, largiri; sed si pauperes sint, vt pauperibus eis det, sed non ea occasione ecclesiasticas res distrahat. *Ap. 38. G. 39. L. Vormaci. c. 45. Vide synod. vij. c. 12. Inopar. 5. c. 375. decr. Ansel. lib. 6. c. 184. Cæsar. lib. 7. c. 72.*

Cap. XV.

Episcopus bona ecclesiæ in sua potestate habeat, nam & animæ multo pretiosiores ei committuntur, &c. Ex eius auctoritate per Presbyteros, & diaconos cum Dei timore omnia indigentibus distribuantur (*id est, vbi opus est L.*) Ipse vero Episcopus, si indigeat; suis, & peregrinorum fratrum necessitatibus inde subueniat. Nam qui altari seruiunt, de altari viuere debent; & nemo militat suis stipendiis. *Ap. 41. Paris. sub Ludon. & Loth. lib. 1. c. 15. Ansel. lib. 6. c. 160. Cæsar. lib. 7. c. 56.* 12. q. 1. c. 24. præcipimus. & c. 22. ex his. 1. Cor. 9. b.

Cap. XVI.

Videntes sacerdotes summi, & alij, atque leuitæ, & reliqui fideles, plus vtilitatis posse afferre, si hereditates, & agros, quos vendebant, ecclesiis, quibus præsidebant Episcopi, traderent, &c. cœperunt prædia, & agros, quos vendere solebant, matricibus ecclesiis tradere, & ex sumptibus eorum viuere. Ipsæ vero res in ditione singularum parochiarum Episcoporum, qui locum tenent Apostolorũ; erant, & sunt vsque adhuc, & futuris debent esse temporibus. *Vrb. ep. sing. in prin. Burch. lib. 3. c. 3. Iuo pa. 3. c. 3. & 138. decr. Ansel. lib. 7. c. 4. Cæs. lib. 7. c. 4.* 12. q. 1. c. 16.

Cap. XVII.

Præsulũ auctoritas nostrorum emanauit, vt facultates ecclesiæ Episcopi ad regendum habeant potestatem: ita tamen, vt viduarum, pupillorum, atque pauperum, nec non & clericorum stipendia distribuere debeant. Hoc eis etiam statuimus dari, quod hactenus decretum est; reliquum sibi vindicent, vt sicut ante diximus, peregrinorum, atque captiuorum largitores esse possint. *Gelas. ep. 2. in princ. Iuop. 3. c. 147. decr.* 16. q. 3. c. 2.

Cap. XVIII.

De censu ecclesiarum, id est, solidum de casata suscipe, & nullam habeas hæsitationem, dum ex eo poteris eleemosynam tribuere, ac in Christi pauperes partiri, & opus perficere sacrarum ecclesiarum iuxta canonum instituta. *Zach. ep. 5. ante fin. ad Bonif. Episcop. incip. Benedictus Deus.*

Cap. XIX.

Res Ecclesiæ à Presbyteris non existente Episcopo venditas Episcopus potest recipere, nisi malit pretium. *Ancy. c. 15. Vid. Mart. Brac. c. 17. Ansel. lib. 6. c. 162. Cæsar. lib. 7. c. 71.* 12. q. 2. c. 42. si quæ.

Cap. XX.

Si quis fructus ecclesiasticos velit capere, aut dare extra ecclesiam, sine voluntate Episcopi, vel eius, cui hæc committuntur, anathema sit. *Gan. 7. & 8. Capitul. lib. 1. c. 47. & lib. 6. cap. 285. & lib. 7. cap. 7. Anselm. lib. 5. cap. 44. Cæsar. lib. 7. cap. 43.* 17. q. 1. in canonib. 57.

Cap. XXI.

Quæ sunt Ecclesiæ, dispensanda sunt iudicio, & potestate Pontificis, cui commissus est populus, & animæ. *Antio. 24. Aquisgr. ij.* 10. q. 1. c. 5.

sub Ludou. par. vlt. cap. 7. Mar. Brac. cap. 15.

Cap. XXII.

12. q. 1. c. 23. & 10. q. 2. c. 8. Episcopus habet omnium rerum ecclesiæ potestatem, & administrare debet indigentibus cum omni pietate, & Dei timore. Ipse quoque pro sua necessitate percipiat, si indiget, ad necessarias causas suas, & fratrum peregrinorum, vt nihil eis desit: cum Apostolus dicat: *1. Tim. 6. b.* Habentes victum, & vestitum, his contenti simus. Si vero his non sit contentus, & res accipiat ad suos vsus; & redditus ecclesiæ, aut fructus agrorum non cum voluntate Presbyterorum, & diaconorum tractet; sed domesticis suis, & propinquis, aut fratribus, aut filiis præbeat facultatem, vt per eos latenter lædantur rationes ecclesiæ: in synodo Prouinciæ plectatur: (*reatum apud Metropolitanum præstet L.* Si vero aliter diffamatur Episcopus, aut sui Presbyteri, quæ ecclesiæ sunt, siue ex agris, siue ex alia causa ecclesiastica ad se conuertere, & pauperes vexentur (*penuria opprimi L.* & calumnia, & infamia rationibus, & administratoribus eorum iniungatur. In hos quidem correctione opus erit, vt synodus arbitrabitur oportere. *Antio. 25. refert Paris. sub Ludou. & Loth. l. 1. c. 15. Vorm. c. 46. Mart. Brac. c. 16. Capitul. lib. 7. c. 76. Anselm. li. 6. cap. 163.*

Cap. XXIII.

12. q. 2. sine exceptione. 52. §. 1. Episcopus rebus ecclesiæ tamquam commendatis, non tamquam proprius vtatur. *Carthag. iv. c. 31.*

Cap. XXIV.

† oblationibus f. De obligationibus, † vel agris, quos D. N. Rex ecclesiæ suo munere conferre dignatus est, vel Deo inspirante contulerit, ipsorum agrorum, vel clericorum immunitate concessa, in reparationibus ecclesiarum, alimoniis sacerdotum, & pauperum refectione, vel redemptionibus captiuorum, quidquid Deus in fructibus dare dignatus fuerit, expendatur, & clerici ad adiutorium ecclesiastici operis constringantur. Quod si aliquis sacerdotum, seu minoris officij ad hanc curam minus sollicitus fuerit, ac deuotus extiterit; publice à comprouincialibus Episcopis confundatur. Si non se correxerit, donec emendet errorem, communione fratrum habeatur indignus: minores vero, vt dignum est, distringantur. *Aurel. 7. vel. 5.*

Cap. XXV.

10. q. 1. antiquos. 8. Oblationum in altari medietatem Episcopus habeat, alteram clerus: prædia, & omnis commoditas in Episcopi potestate sit. *Aurel. 16. vel 14.*

Cap. XXVI.

10. q. 1. de hoc. 7. † pecunia In parochiis terræ, vineæ, mancipia, & pecunia † oblata in Episcopi potestate sunt. In altari oblatorum tertiam partem Episcopus habet. *Aurel. 17. vel 15. Capitul. lib. 7. cap. 182. in addit. Burch. lib. 3. cap. 136. Iuo lib. 2. titu. 5. c. 5. panor. & par. 3. cap. 202. decr.*

Cap. XXVII.

16. q. 7. c. 10. Omnes basilicæ in eius Episcopi potestate sint, in cuius territorio positæ sunt. *Aurel. 19. vel. 17. Colon. c. 4. Burch. lib. 3. c. 8. Iuo p. 3. c. 10. decr. Ansel. lib. 5. c. 10. in Rom.*

Cap. XXVIII.

Si quæ oblationes in quibuslibet rebus, atque corporibus collatæ fuerint basilicis in ciuitatibus constitutis, ad potestatem Episcopi redigantur: & in eius sit arbitrio, quid in reparatione basilicæ, ant obseruantium ibi substantiæ deputetur. De facultatibus vero parochiarum, vel basilicarum in pagis ciuitatis constitutis, singulorum locorum consuetudo seruetur. *Aurel. iij. c. 5.*

Cap. XXIX.

In Pontificis potestate consistat, qualiter pro conseruando iure ecclesiastico, rem possessam inter clericos debeat communicare. *Aurel. iv. cap. 18.*

Cap. XXX.

† subterata, vel subtracta. De substituendo Antistite si fortassis mora extiterit, & voluntate decessoris ante fuerit res errata, † quam successor accedit ecclesiæ; non impediat successorem. Si quispiam clericorum aliquid de facultate illa præsumpserit: in potestate sit aduenientis Episcopi, vtrum sua debeat voluntare adire; an reuicere decessori, nec ecclesiæ in obiecto veniant tempora legibus constituta, dum non extitit persona, quæ de vtilitate ecclesiæ cogitarit. *Aurel. iv. cap. 34.*

Cap. XXXI.

10. q. 1. c. 2. siquidem. Multi contra canonum constituta ecclesias, quas ædificauerint, postulant consecrari, vt dotem, quam eidem ecclesiæ contulerunt, censeant ad Episcopi ordinationem non pertinere. Quod factum & in præteritum displicet, & in futuro prohibetur: sed omnia secundum constitutionem ad Episcopi ordinationem, & potestatem pertineant. *Tolet. iv. c. 19. Vorm. cap. 6. & 55. Magun. sub Arnu. cap. 4. Capit. lib. 7. c. 213. Trostei. cap. 6. Burchar. lib. 3. c. 20. Iuo. lib. 2. tit. 2. c. 3. panorm. & par. 3. cap. 23. decr.*

Cap. XXXII.

10. q. 1. c. 6. nouerint. Conditores basilicarum in rebus, quas eisdem ecclesiis conferunt, nullam potestatem habent; sed iuxta canonum instituta, sicut ecclesia, ita & dos eius ad ordinationē Episcopi pertineat. *Tolet. iv. cap. 32. Rab. cap. 32. de pœn. Burch. lib. 3. Iuo c. 203. lib. 2. tit. 1. c. 4. pan. & p. 3. c. 255. decr.*

Cap. XXXIII.

Præbendum est à sacerdotibus vitæ solatium indigentibus, &c. Si clericis, seu monachis, vel peregrinis, aut quamlibet necessitatem sustinentibus pro solo necessitatis intuitu, in vsum res ecclesiasticæ largiuntur; quanto magis consulendum est, quibus retributio iusta debetur? *Tolet. iv. c. 37.*

Cap. XXXIV.

Sancto huic placuit Concilio, vt quemcumque (*clericum*) Episcopus ad bonum pro-

fectus videtur crescere per bonam intentionem, venerandi, amandi, & honorandi, atque de rebus Ecclesiæ, quod voluerit, illi largiendi habeat potestatem, &c. Quidquid ergo bonis largitur per gratiam, ita in ius habeant, vt & remedium ex hoc sentiant, & rem Deo dicatam ad augmentum perducant. Quod si id, quod acceperint, per suam tepiditatem ad profectum minime perduxerint, aut detrimentum patiuntur; Episcopus habet licentiam, sine vllo præiudicio in iure † Ecclesiæ reuocare rem propriam. *Emerit. c. 13.*

† ius s.

C A P. XXXV.

Quidquid pecuniæ à fidelibus in Ecclesia fuerit oblatum, fideliter collectum maneat, & conseruatum, & fideliter Episcopo præsentetur. Qualiter exinde tres partes fiant æquales; vnam Episcopus habeat, & alteram presbyteri, & diacones inibi deseruientes consequantur, &c. Tertia vero subdiaconibus, & clericis tribuatur. *Emerit. cap. 14.*

C A P. XXXVI.

Omnis rei Ecclesiasticæ quantitas, sicut remedium veniæ tribuit conferenti, ita damnum præparat fraudatori. Nullus sacerdotum, vel ministrorum ex rebus Ecclesiæ, quæ in quibuscumque locis à fidelibus largiuntur, aliquid auferat; & † iuri suo, aut cathedræ propriæ vnitate connectat. Deuotio enim vniuscuiusque sicut gratanter votum contulit Deo, ita definiuit, vt ibi conseruaretur, &c. Condignis [filiis, vel nepotibus, honestioribusque propinquis eius, qui construxit, vel ditauit Ecclesiam, licitum sit hanc habere solertiam; vt si sacerdotem, seu ministrum aliquid ex collatis rebus præuiderint defraudare; aut commotionis honestæ conuentione compescant, aut Episcopo, vel iudici corrigenda denuntient. Quod si talia Episcopus agere tentet, Metropolitano eius hæc insinuare procurent. *Tolet. ix. c. 1. Burch. lib. 3. c. 182. Inopar. 3. c. 243. decr.*

† vel

16. q. 7. c. 31.

C A P. XXXVII.

11. q. 2. bona. 74.

Quisquis Episcoporum in parochia sua monasterium cōstruere forte voluerit, & hoc ex rebus Ecclesiæ, cui præsidet, ditare decreuerit; non amplius ibidem, quam quinquagesimam partem dare debebit; vt hac temperamenti equitate seruata, & cui tribuit, competens subsidium conferat, & cui tollit, damna grauia non infligat. Ad Ecclesiam vero, quæ monasticis non informabitur regulis, aut quam pro suis magnificare voluerit sepulturis, non amplius, quam centesimam partem census Ecclesiæ, cui præsidet, ibidem conferre licebit; ea tamen cautela seruata, vt vnam tantummodo, quę placuerit, ex his duabus remunerandam assumat. *Tolet. ix. cap. 5. Inopar. 3. cap. 170. decr.*

C A P. XXXVIII.

Episcopi res Ecclesiasticas Ecclesiis collatas cauta circumspectione dispensent, quasi Dei ministri, non quasi turpis lucri sectatores; illisque ita vtantur, non vt propriis, sed vt sibi ad dispensandum commissis. *Turonen. sub Carolo c. 10.*

C A P. XXXIX.

Licitum sit Episcopis, præsentibus presbyteris, & diaconibus, de thesauro Ecclesiæ, familiæ, & pauperibus eiusdem Ecclesiæ, secundum canonicam institutionem, iuxta quod indiguerint, erogare. *Turon. sub Carolo cap. 11.*

C A P. XL.

Oportet, vt si quando sacerdotes fruges, vel quosdam redditus terrę congregant, & protelant, non ideo hoc faciant; vt carius vēdant, & thesauros congregent, sed vt pauperibus tempore necessitatis subueniant. *Cabil. sub Carolo cap. 8.*

C A P. XLI.

Episcopi potestatem habeant res Ecclesiasticas prouidere, regere, gubernare, atque dispensare secundum canonum auctoritatem. & laici in eorum ministerio obediant Episcopis ad tegendas ecclesias Dei, viduas, & orphanos defensandos, & vt obedientes sint eis ad eorum Christianitatem seruandam, &c. *Magun. cap. 8. Magun. sub Rab. c. 7. Burch. lib. 15. c. 4. Inopar. 16. c. 5. decr.* 1. Tim. 6. b.

C A P. XLII.

Episcopus, qui imitator Apostoli esse cupit, habens victum, & vestitum, his tantum debet esse contentus. Qui altario seruiunt, de altari viuant. Viuant inquit, sed non fiant diuites. Vnde & æs nobis excutitur è zona, & vna tantum tunica induimur, vt non de crastino cogitemus. Turpis lucri appetitio est, plus de pręsentibus, quam futuris cogitare. *Hier. in ep. ad Titum apud Aquisgr. 10. inf.*

C A P. XLIII.

Dicitur ad pastores pascentes se ipsos, non oues, quid diligant, quid negligant, quid ergo diligunt? Lac consumitis, propter quod Apostolus dicit: Quis plantat vineam, & de fructu eius non sumit? quis pascit gregem, & de lacte gregis non percipit? Inuenimus ergo esse lac gregis, quidquid à plebe distribuitur præpositis ad eorum sustentandum victum temporalem, &c. Et quidem Apostolus, quamquam elegerit manibus suis transfigi, & nec ipsum lac quærere: ab ouibus tamen lactis percipiendi potestatem habere se dixit; & sic Dominum disposuisse, vt qui Euangelium annuntiant, de Euangelio viuant. Et dicit alios coapostolos suos vsos fuisse hac potestate non vsurpata, sed data. Plus ille fecit, vt nec quod debebatur, acciperet, &c. Bene fecistis communicante necessitatibus meis, &c. *Augustinus in libro ad pastores (tom. 10.) apud Aquisgr. cap. 12. post princip.* 1. Cor. 9. d. Phil. 4. c.

C A P. XLIV.

Expedit facultates Ecclesiæ possideri, & proprias perfectionis amore contemni. Non enim propriæ sunt, sed communes Ecclesiæ

facultates. Et ideo quisquis omnibus quæ habuit, dimissis, aut venditis, fit rei suæ contemptor: cum præpositus fuerit factus Ecclesiæ, omnium quæ habet Ecclesia, efficitur dispensator. Denique sanctus Paulinus ingentia prædia, quæ fuerant sua, vendita pauperibus erogauit. Sed cum postea factus fuisset Episcopus, non contempsit Ecclesiæ facultates, sed fidelissime dispensauit, &c. Quid sanctus Hilarius? nonne & ipse omnia sua, aut parentibus reliquit, aut vendita pauperibus erogauit? is tamen cum merito perfectionis suæ fieret Ecclesiæ Arelatensis Episcopus, quod illa tunc habebat Ecclesia, non solum possedit, sed etiam acceptis fidelium numerosis hæreditatibus ampliauit, &c. Vnde datur intelligi, quod tales, ac tanti viri, qui volentes fieri Christi discipuli, renuntiauerant omnibus quæ habebant, non vt possessores, sed vt procuratores, facultates Ecclesiæ possidebant, & idcirco scientes, nihil aliud esse res Ecclesiæ, nisi vota fidelium, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum; non eas vindicauerunt in vsus suos, vt proprias; sed vt commendatas, pauperibus diuiserunt, &c. Quod habet Ecclesia, cum omnibus nihil habentibus commune habet: nec aliquid inde eis, qui sibi de suo sufficiunt, erogat, quando nihil aliud sit habentibus dare, quam perdere. *Prosper lib. de vita contemplatiua 2. c. 9. apud Aquisg. c. 35.*

CAP. XLV.

Quod nulli sacerdorum liceat res Deo dicatas, sibique commissas, vtpote proprias tractare, vel ad multifarios, secundum libitum suum, eas vsus retorquere: sed potius secũdum canonicam auctoritatem, sanctorumque Patrum dicta, & exempla, administrare, vel dispensare: ea, quæ sequuntur, perspicue manifestant. Quod autem ea, quæ Domino sanctificabantur, ad ius pertinerent sacerdotum, legalia instituta sanciunt. In nouo quippe testamento, in initio videlicet sanctæ nascentis Ecclesiæ, vota fidelium ante pedes po-*Act. 4.* nebantur Apostolorum, eorumque iudicio, vnicuique prout opus erat, distribuebantur. Et licet crescente fidelium deuotione, copiosissimis, ac munificentissimis eorum liberalitaribus sancta donata sit Ecclesia; eundem tamen vsum Apostolorum successores in tractandis, & dispensandis Ecclesiasticis rebus se seruare debere meminerint. Quoniam qui stipem Ecclesiæ, iuxta documentum B. Hieronymi, in suos conuertit vsus, scriba est, & Pharisæus, similisque Iudæ perdito, &c. Prosper, cum de sanctis, perfectisque Pontificibus tractaret, qui facultates Ecclesiæ, non vt proprias, sed vt commendatas tractauerunt, ait: Et idcirco scientes, nihil aliud esse res Ecclesiæ, nisi vota fidelium, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum, non eas vindicauerunt in vsus suos, vt proprias; sed vt commendatas pauperibus diuiserunt. Hoc est enim possidendo contemnere, non sibi, sed aliis possidere: nec habendi cupiditate, Ecclesiæ facultates ambire; sed eas pietate subueniendi suscipere. Hieronymus in expositione Sophoniæ Prophetæ: Iudices quoque eius quasi lupi *Sophon. 3.* Arabiæ † occidentes vespere, & nil relinquentes in mane; non adspicientes ad ortum solis, *† nubidi.* sed morãtes semper in tenebris, & possessiunculas Ecclesiæ, & ea, quæ in Dei donaria conferuntur, vertentes in lucrum suum, vt non habeant pauperes, quod mane comedant: qui quasi in nocte, & nullo vidente populantur; & cum luporum more cuncta diripiant, ne paruos quidem cibos indigentibus derelinquunt. Sicut igitur præmissa documenta declarant, non sunt res Ecclesiæ, vt propriæ, sed vt Dominicæ, & à Domino commendatæ tractandæ. Quicumque ergo eas ad suos proprios vsus, terrenosque honores, & delectationes retorquet, quanti sit discriminis, quantæque transgressionis, aperte animaduerti potest. *Paris. sub Ludo. & Loth. lib. 1. c. 15. Aquesg. siue Aquisgran. lib. 3. c. 15.*

CAP. XLVI.

Conuenit pastoribus Ecclesiarum, res Ecclesiæ possidere, non ab his possideri; & vt Prosper scribit, eas possidendo debent contemnere, & non sibi, sed aliis possidere. Constat autem, sanctissimos Pontifices, qui cum Christo remuneratore suo regnant, quorum nos indigni locum tenemus, res Ecclesiæ non sibi, sed aliis possedisse, &c. Quicumque ergo secundum eorundem sanctorum exempla, res sibi creditas, dispẽsauerit, seque ab illecebris mũdialibus, & incentiuis carnalibus custodierit, ad eorum consortium, se pertinere dubitare non poterit. Si autem secus fecerit, eorum consortio se indignum fore pertimescat. Miserabiliores plane cunctis mortalibus nonnulli existunt Pontifices, qui in breuissimo huius mortalitatis interuallo, suæ miseræ fragilitatis immemores, sacerdotalis honoris culmine vltra metas subuecti, amore mundi decepti, cupiditate terrenarum rerum illecti, pro caducis, & cito præterlabentibus rebus, quas vtiliter, fideliterque expendere negligunt, sanctorum sacerdorum consortio se priuant. Cesset ergo ambitio, quæ dicere solet: nimis rerum habere Ecclesias Christi: & perpendat, quia quantæcumque sint res Ecclesiæ, si eo modo, quo dispensandæ sunt, dispensentur, nimiæ non sunt; cupiditas quippe, immo negligentia, quorundam dispensatorum, non Ecclesiæ amplæ res in vitio sunt. *Paris. sub Ludou. & Loth. lib. 1. c. 18.*

CAP. XLVII.

Statuimus, vt tempore cõgruo vnusquisque Episcopus parochiam suam circumeat. Et quamquam auctoritas canonica doceat, vt quarta pars decimarum, & redditũ ex oblationibus fidelium in vsus Episcoporum cedat, vbicumque tamen Episcopus sua habet, suis contentus sit: vbi autem nihil rerum Ecclesiæ

suæ habet, accipiat de memorata quarta parte sibi, suis[...]e, non quod auaritia, quod absit, suasſerit, [...] potius, quod necessitas compulerit. Cæterum si accipiendi nulla necessitas vrſerit, n[...]il de memorata quarta parte accipiat, sed v[...]ibus Ecclesiarum, & pauperibus Christi impertiendam, secundum suam dispos[...]onem relinquat. *Parisien. sub Ludou. & Loth. lib. 1. cap. 31.*

CAP. XLVIII.

Scite conuenit Præsulibus res Ecclesiasticas non vt proprias, sed à Domino sibi pro aliorum necessitatibus commissas, atque iuxta Prosperi documentum, nihil aliud esse res Ecclesiæ, quam vota fidelium, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum, idcirco summopere est decertandum, ne aliquis Pontificum ea, quæ Ecclesiasticis tradita sunt ministeriis, pro remissione peccatorum, aut aliis aptanda officiis, aut pauperibus eroganda: ne aliquis ea propria cupiditate, aut potentum terrore, parentumque procuratione ad alios vsus retorqueat: ne forte quod aliis extat remissio peccatorum, ipsis sit damnationis augmentum: sed potius solerti meditatione indigentibus eas, & Ecclesiasticis ministeriis distribuat, ne exinde à Domino velut inutilis dispensator damnetur; verum, quod beatius est, desiderabili voce laudetur, iuxta Euangelicæ parabolæ exemplum: Euge serue bone, & fidelis, intra in gaudium Domini tui. *Aquisg. y. sub Ludo. par. 2. c. 7.*

Matt. 25. b.

CAP. XLIX.

Vt Episcopi potestatem habeant res Ecclesiæ prævidere, tegere, & gubernare, atque dispensare secundum canonum auctoritatem volumus. *Magun. sub Rabano c. 7. Magun. sub Carolo cap. 8. Burch. lib. 15. cap. 4. Iuo par. 16. cap. 5. decr.*

CAP. L.

Valde male habet magnaque tristitia afficit Sanctissimos Episcopos qui sunt vbique terrarum, quod sumptuum, qui illis eueniunt, dispensationis ratio ab eis exigatur, siue ex Ecclesiasticis redditibus, siue ex fructu aliunde percepto. Vnusquisque enim nostrum dabit suorum malorum rationem omnium iudici. Vasa enim pretiosa, & possessiones immobiles oportet seruari Ecclesiis. Episcopis autem, qui tunc diuinum sacerdotium administrant, incidentium sumptuum administrationem secure credi. *Cyrillus Epis. Alexandr. ad Dominum.*

De parte, quæ ex bonis Ecclesiasticis ad Episcopum pertinet.
Tit. LXXXI.

CAPVT I.

De redditibus Ecclesiæ quatuor partes fiant, quarum vna cedat Pontifici ad sui sustentationem, &c. *Siluester. in synod. Roma.* *cclxxxiv. Episcoporum cap. 4.*

CAPVT II.

De redditibus Ecclesiæ, vel oblatione fidelium, sola Episcopo ex his quarta portio remittatur, &c. *Simplic. epist. 3. Anselm. lib. 5. c. 66. Cæsar. lib. 7. c. 101.* 12. q. 2. c. 28.

CAP. III.

Quatuor tam de redditu, quam de oblatione fidelium, &c. conuenit fieri portiones; quarum sit vna Pontificis, &c. *Gelas. ep. 1. c. 29. Paris. sub. Ludou. & Loth. lib. 1. c. 15. Vorm. c. 47. Tribur. cap. 13. Burc. lib 3. cap. 137. Iuo lib. 2. tit. 1. cap. 7. panor. & par. 3. c. 203. decre. Ansel. lib. 5. cap. 68. Cæsar. lib. 7. c. 100.* 12. q. 2. c. 27.

CAP. IV.

Mos Apostolicæ sedis est, ordinatis Episcopis præceptum tradere, vt ex omni stipendio, quod accedit, quatuor fieri debeant portiones; vna videlicet Episcopo, & familiæ propter hospitalitatem, atque susceptionem; alia clero, tertia pauperibus, quarta Ecclesiis reparandis. *Greg. ad Aug. interr. 1. Iuo lib. 2. tit. 1. c. 8. panor. Ansel. lib. 5. c. 64. Cæsar. lib. 7. c. 106. Tarrac. lib. 1. c. 180. & 261.* 12. q. 2. c. 30.

CAP. V.

Bonifacio Episcopo dedimus in mandatis, &c. vt de redditu Ecclesiæ, vel oblatione fidelium quatuor faciat portiones, quarum vnam sibi ipse retineat, &c. *Gregor. y. epist. 3. in medio.*

CAP. VI.

Si Episcopum multas expensas, & minorem substantiam habere constiterit; parochiis, quibus largior fuerit collata substantia, hoc tantum, quod clericis, vel architectis rationabiliter sufficiat, reseruetur. Quod autem amplius fuerit, propter maiores expensas Episcopus ad se debeat reuocare, ita tamen, vt nihil de facultatiuncula ipsa, vel de ministeriis clericorum loci ipsius licentiam habeat minuendi. *Carpent. cap. 1.*

CAP. VII.

Antiquos canones renouamus, vt de his, quæ in altario oblatione fidelium conferuntur, medietatem Episcopus sibi vindicet, & medietatem sibi dispensandam secundum gradus clerus accipiat; tam de prædiis, quam de omni commoditate in Episcoporum potestate durantibus. *Aurel. c. 16. vel 14.* 10. q. 1. c. 8.

CAP. VIII.

De his, quæ in altario accesserint, tertia fideliter Episcopis deferatur. *Aurel. cap. 17. vel 7. & his 15. Capitul. lib. 7. c. 182. in addit. Burch. lib. 3. cap. 136. Iuo lib. 2. tit. 5. cap. 5. panor. & par. 3. cap. 202. decr.* 10. q. 1. c. 6.

CAP. IX.

De rebus Ecclesiasticis tres æquæ fiant portiones, id est, vna Episcopi, alia clericorum, tertia in reparatione, vel in luminaribus Ecclesiæ. *Brach. 1. c. 25.*

CAP. X.

Multi fidelium in honorem Christi, & Martyrum in parochiis Episcoporum basilicas

construunt, oblationes tribuunt; sacerdotes hæc auferunt, &c. [Constitutum est, Episcopos ita diœceses suas regere, vt nihil ex earum iure præsumant auferre, sed iuxta priorum conciliorum auctoritatem de oblationibus, * decimis, * & tributis, ac frugibus tertiam consequantur. *Tolet. iv. c. 32. Raban. c. 32. de pænit. Burchar. lib. 3. c. 203. Iuo par. 3. cap. 255. decr.*

16. q. 1. c. 60.

CAP. XI.

12. q. 3. c. vlt. Notum est præteritis sanctionibus quæ de rebus parochialium Ecclesiarum pars Episcopo conferatur. Itaque si Episcopus tertiam, quam de rebus eisdem sanctione sibi debitam nouit, aut ipsi Ecclesiæ, cuius res esse patebit, aut alteri Ecclesiæ, quam eligit, conferre decreuerit, licitum sit. *Tolet. ix. c. 6. Iuo par. 3. c. 171. decr. Cæsar. lib. 7. c. 109.*

CAP. XII.

Statuimus, in nostris Ecclesiis, vel ciuitatibus hoc esse seruandum; vt quidquid pecuniæ à fidelibus in Ecclesia fuerit oblatum, fideliter collectum maneat, & conseruatum, & fideliter Episcopo præsentetur; qualiter exinde tres partes fiant æquales, vnam Episcopus habeat, & alteram presbyteri, & diacones inibi deseruientes consequantur, & inter se, vt dignitas, & ordo poposcerit, diuidant: tertia vero subdiaconibus, & clericis tribuatur, vt à primicerio, iuxta quod in officio eos percipit esse intentos, ita singulis dispensetur. *Emerit. cap. 14.*

CAP. XIII.

10. q. 3. c. 3. Vnio nostræ congregationis decreuit, & constituit; vt tertias, quas antiqui canones de parochiis suis habendas Episcopis censuerunt, si eas exigendas crediderint, ab ipsis Episcopis dirutæ Ecclesiæ reparentur, &c. Citra ipsas tertias, nullus Episcoporum quippiam pro Regiis inquisitionibus à parochitanis Ecclesiis exigat, nihilque de prædiis ipsarum ecclesiarum cuiquam alicuius causa stipendij dare præsumat. *Toletan. xvi. cap. 5.*

CAP. XIV.

Quatuor tam de redditibus, quã de oblatione fidelium conuenit fieri portiones, quarum sit vna Pontificis, &c. *Magunt. sub Rab. c. 10.*

CAP. XV.

De redditu Ecclesiæ, & de oblatione, quatuor fiant portiones: quarum vnam sibi retinet Episcopus, &c. *Vormac. c. 7.*

CAP. XVI.

Quatuor fieri partes iuxta canones iudicamus de decimis, & oblationibus fidelium: vt vna sit Episcopi, &c. *Tribur. c. 13. Burch. lib. 3. c. 133. in fine. Iuo lib. 2. tit. 5. c. 4. in fine panor. & par. 3. c. 199. in fine decr.*

CAP. XVII.

Quatuor partes ex decimis, & oblationibus fiant; vna ad fabricam Ecclesiæ releuandam, altera pauperibus distribuenda, tertia presbytero cum suis clericis habenda, quarta Episcopo reseruanda, vt quidquid exinde iusserit, prudenti consilio fiat. *Nannet. c. 10. Burch. lib. 3. c. 138. Iuo par. 3. c. 204. decr.*

Omnia Ecclesiastica grauiora ad Episcopum deferantur; nihilque agant presbyteri sine ipsius consensu. Tit. LXXXII.

CAPVT I.

Nullus presbyter ministerium Ecclesiæ, vel ipsam ecclesiam ab aliquo accipiat nisi ab Episcopo; qui iniungat sibi obedientiam, & curam animarum. *Greg. vij. in concil. Rom. incert. cap. 2.*

CAP. II.

Nullus clericus, vel monachus, vel laïcus donum ecclesiasticæ rei, vel ipsam ecclesiam à laïco recipiat, sed ab Episcopo. *Grego. vij. in conc. Rom. incert. c. 10.*

CAP. III.

Nullus presbyter volens monachus fieri, ecclesiam monachis relinquat, nisi ex licentia Episcopi. *Greg. vij. in syn. Rom. incert. cap. 13.*

CAP. IV.

Presbyteri, vel diaconi; qui de alio Episcopo ad alium transeunt, vel quicumque clerici sine commendatitiis à suo Episcopo litteris non recipiantur. *Greg. vij. in conc. Rom. incert. cap. 23.*

CAP. V.

Apostolica auctoritate decreuimus, vt ea, quæ à clericis, vel monachis vsque hodie fuerint acquisita, tam perenniter, & inconcussa permaneant, hoc tamen tenore, ne in posterum inconsultis Episcopis talia præsumant. *Vrban. ij. in conc. Claram.*

CAP. VI.

In parochialibus Ecclesiis presbyteri per Episcopos constituantur, qui eis respondeant de animarum cura, & de his quæ ad Episcopos pertinent. [Decimas, & Ecclesias à laïcis non suscipiant absque consensu, & voluntate Episcoporum, & si aliter præsumptum fuerit, canonicę vltioni subiaceant. *Callist. ij. in syn. Rom. c. 18.* 16. q. 7. c. 39.

CAP. VII.

Sine voluntate Episcopi, presbyteri, & diaconi nihil agant, ipse enim est, cui creditus Deus populum suum, & qui de animis populi redditurus est rationem. *Ap. 39. G. 40. L.*

CAP. VIII.

Nullum presbyterum in alicuius Episcopi parochia aliquid agere debere absque eius permissu (*B. Petrus*) docebat, cunctosque presbyteros propriis Episcopis in omnibus absque mora obedientes esse debere, &c. Ecclesiæ claues Episcopos esse dicebat. Ipsi enim habent potestatem claudere cœlum, & aperire portas eius, quia claues cœli facti sunt. Amouere autem eos neminem debere docebat, quia oculi domini sunt, & qui eos tangit, tangit pupillam oculi eius, &c. *Cle-* Matth. 16. c. Zach. 2. c.

men. epist. 1. post med. Burch. lib. 2. cap. 94. Ivo par. 6. c. 171. decr.

Cap. IX.

16. q. 1. c. 41. Cunctis fidelibus, omnibus presbyteris, & diaconibus, ac reliquis clericis attendendum est; vt nihil absque Episcopi proprij licentia agant; non vtique missas sine eius iussu quisquam presbyterorum in sua parochia agat. non baptizet, nec quicquam absque eius permissu faciat. Similiter & reliqui populi, maiores scilicet, ac minores per eius licentiam, quidquid agendum est, agant; nec sine eius permissu à sua parochia abscedant, vel in ea aduentantes morari præsumant. Animæ eorum ei creditæ sunt: ideo omnia eius consilio agere debent, & eo inconsulto nihil. Quicumque enim obediunt Episcopis suis, videntur quidem aliquid gratiæ conferre Deo. *Clemens epist. 3. post med. Tribur. c. 32. Burch. lib. 2. cap. 93. Ivo par. 2. c. 123. & par. 6. c. 90. decr. Cæsar. lib. 4. cap. 97.*

Cap. X.

12. q. 2. c. 42. si qua & 50. d. si quis c. 22. Si Episcopo non existente, presbyteri res dominicas vendant, restituantur res ecclesiæ, & in potestate Episcopi sit, an velit rem, vel pretium. (*rescisso contractu ad ius ecclesiasticum reuocari L.*) *Ancyr. 15. Vid. Mart. Brac. 17. Burch. li. 3. c. 179. Ivo p. 3. c. 173. & 240. decr. Ansel. lib. 6. c. 162. Cæsar. lib. 7. c. 71. & 79.*

Cap. XI.

Presbyteri sine conscientia Episcoporum nihil faciant. *Arel. i. c. 19.*

Cap. XII.

23. q. 8. si quis Episcopus. 27. Episcopus, presbyter, clericus, qui sine voluntate, & litteris Episcoporum qui in prouincia sunt, & præsertim Metropolitani, audeat ad Imperatorem venire, eiiciatur non solum à communione, sed etiam à dignitate, quam obtinet: vt qui audeat molestare Dei amantissimi Imperatoris nostri aures, contra Ecclesiæ institutionem. Si vero necessaria sit causa, vt ad Imperatorem eat, id fiat cum voluntate Metropolitani, aut Episcoporum eius prouinciæ, & cum litteris eorum. *Antioc. c. 11. Vid. Aquisgr. 73. Capit. lib. 1. c. 10. Burch. lib. 2. c. 177. Ivo p. 6. c. 268. decr. Ansel. li. 6. c. 115.*

Cap. XIII.

Dist. 80. c. 5. non debere. Presbyteri sine consilio Episcopi nihil agant. *Laod. c. 56. G. 57. L.*

Cap. XIV.

Si presbyter inconsulto Episcopo agenda in quolibet loco celebret, ipse honori suo contrarius existit. *Carth. ij. c. 9.*

Cap. XV.

Vnusquisque presbyter semper in cœna Domini rationem, & ordinem ministerij sui Episcopo reddat, & chrisma, & oleum petat. *Suessionen. sub Pipino.*

Cap. XVI.

Episcopi, vel presbyteri de aliis regionibus non suscipiantur in ministerium ecclesiæ, nisi prius fuerint probati ab Episcopo, cuius parochia est. *Suession. sub Pipino post med.*

Cap. XVII.

Vt omnes presbyteri, qui in parochia sunt sub potestate Episcopi esse debeant, & de eorum ordine nullus presbyter præsumat in illa parochia baptizare, nec Missas celebrare, sine iussione Episcopi, in cuius parochia est. *Vernen. c. 8.*

Cap. XVIII.

Interdicendum videtur clericis, siue laicis, ne quis cuilibet presbytero præsumat dare ecclesiam sine licentia, & consensu Episcopi sui. *Turon. sub Carolo c. 15. Magun. sub Raban. c. 12. Magunt. sub Arnulf. c. 5.*

Cap. XIX.

Sine auctoritate, vel cōsensu Episcoporum, presbyteri in quibuslibet ecclesiis nec constituantur, nec expellantur. *Vorm. c. 49. Trosleia. c. 6. ex Capitular. li. 2. c. 36. hodie lib. 1. c. 90.*

Cap. XX.

Si quilibet presbyterorum defunctus fuerit, vicinus presbyter apud sæcularem seniorem, nulla precatione, vel aliquo xenio ecclesiam illam obtineat; quia titulus per se constans antea extitit: sed neque capellam sine consultu Episcopi. *Nannet. c. 16.*

Cap. XXI.

Nullus presbyterorum quemquam, nisi iussu Episcopi in ecclesiam introducere præsumat, cui pro aliquo delicto illam ingredi non liceat. *Salegunst. c. 20. in fine decr. Burchardi. Ivo par. 15. c. 186. decr.*

Cap. XXII.

Sicut habet Episcopus in sua ordinatione omnem generaliter parochiam cum omnibus rusticanis parochiis, quas per tricennium inconcusse possidet: ita & vnusquisque presbyter in sua ordinatione, ac dispensationis cura habeat parochiam suam cum dote, & decimis ecclesiæ, videlicet cum sui Episcopi consilio, ac dispensatione, secundum regulas antiquitus, & diuinitus constitutas. *Troslei. c. 6.*

Cap. XXIII.

Nullus Abbas, monachus, vel quilibet alius pœnitentias iniungat, nisi quibus proprius Episcopus hanc curam dederit. *Pictau. c. 5.*

Cap. XXIV.

Presbyter de cura animarum, & de Christianitatis ministerio Episcopo respondeat. *Pictau. c. 6.*

Ne quisquam bona Episcopi defuncti surripere audeat. Tit. LXXXIIII.

CAPVT I.

NOn liceat clericis post mortem Episcopi sui, rapere eius bona, vt antiquis † canonibus prohibetur: aut de suis gradibus periclitentur. *Chalce. c. 22. Aquisgr. 88. Vormat. 75.* 12. q. 2. c. 43. † Prætextatis.

Cap. II.

Quia scelestissima consuetudo inoleuit, vt obeunte sanctæ Romanæ Ecclesiæ sedis Pontifice, ipsum Patriarchium deprædari soleat,

& non solum in eodem sancto Patriarchio, sed etiam per totam ciuitatem, & suburbana eius, talis baccharur præsumptio; necnon quia & id multum hactenus neglectum est, adeo, vt omnia Episcopia eadem patiantur, vniuscuiusque ecclesiæ obeunte Pontifice; quod ne vlterius præsumatur, omnimodis interdicimus; quod qui facere præsumpserit, non solum ecclesiastica censura, sed etiam Imperiali indignatione feriatur. *Rauen. sub Ioan. xij. vel ix. c. 11.*

CAP. III.

12. q. 2. c. 47. Illud, quod in sacro Chalcedonensi constitutum est concilio, irrefragabiliter conseruari præcipimus; vt videlicet decedentium bona Episcoporum à nullo omnino hominum diripiantur; sed ad opus ecclesiæ, & successoris sui in libera œconomi, & clericorum permaneant potestate; cesset igitur de cætero illa detestabilis, & sæua rapacitas. Si quis autem hoc aliquo modo attentare præsumpserit, excommunicationi subiaceat. Qui vero morientium presbyterorum, vel clericorum bona rapuerit, simili sententiæ subijciatur. *Innocen. ij. in synod. Rom. c. 4. post Iuonis panor.*

CAP. IV.

12. q. 1. c. 21. & c. 20. manifesta. Sint manifesta bona Episcopi, si qua habuit, & dominica (*hoc est, Ecclesiæ, L.*) vt possit sua moriens, quibus velit, & vt velit relinquere. Ne cum ecclesiæ bonis bona Episcopi perdantur; vt si vxorem, aut liberos habet, aut propinquos, aut seruos. Æquum enim est hoc apud Deum, & homines; vt ecclesia, & Episcopus, siue eius propinqui, sine damno, & infamia sint. *Ap. 40. Vide Antioch. 24. & Mart. Brac. 15. Ansel. lib. 6. c. 161.*

CAP. V.

Ne quis ad ecclesiam, quę Episcopum perdidit, nisi vicinæ ecclesiæ Episcopus exequiarum tempore accedat, qui curam ecclesiæ districte gerat. & ne quid pereat, vicinis vicinarum ecclesiarum inspectio, descriptio, recensioque rerum mandatur. *Regien. c. 5.* Hæc autem omnia exequiarum tempore fiant, vsque ad septimam defuncti diem, exinde ecclesiæ referens mandatum Metropolitani, simul cum omnibus sanctis Episcopis sepeliatur, &c. *Ibid. c. 6. Vid. Valent. Hisp. c. 2.*

CAP. VI.

12. q. 5. c. 6. sicubi. Defuncto Episcopo intestato, post defunctionem eius à presbyteris, & diaconibus de rebus ipsius inuentarium fideliter conscribatur à minimo vsque ad maximum, id est, vtensilibus, vel omni supellectili. Ita tamen, vt si quis exinde vel sumpsisse aliquid, vel occulte fuerit tulisse conuictus, secundum furti tenorem restituat vniuersa. *Tarr. c. 12.*

CAP. VII.

Prisci canones iubent, vt cuiuscumque ecclesiæ Pontifice defuncto, non passim prohibito suo in earum rerum direptionem, quas obiens dereliquit, quisquam irruat; sed sacerdos, qui exequiarum tempore est, ea omnia conseruet. Nos defuncto Antistite, vel in suptemis agente iubemus, vt nullus clericorum cuiuslibet ordinis, officij, gradusue sit, quidquam de domo præsumat, vel quod de vtilitate instrumenti domus esse agnoscitur, id est, mobilis, & immobilis rei ecclesiasticæ, conetur inuadere; nihil furto, dolose sue supprimens, auferens, abscondens, sed is, cui domus commissa est, subiectis † sibi cum consilio vno, vel duobus fidelissimis clericis, omnia ad tempus Pontificis substituendi debeat conseruare, & his, qui domo inueniuntur, clericis consuetam alimoniam administrare. Substitutus autem Antistes susceptæ sedis commoda ordinabit, velut Deus imperabit, vt eis vti cum his debeat; quos cognouerit disciplinæ, & caritati prędecessoris sui fideliter paruisse. Quod si quisquam post hæc cuiuslibet ordinis clericus, quacumque occasione quicquam abstulerit, vel suppresserit, reus sacrilegij prolixiori anathemate condemnetur, & vix quoque peregrina ei communio concedatur. Quia durum est, vt hi, quos constat in seruitio Domini cum primæ sedis Antistite desudasse, ab his, qui suarum rerum incubitatores, atque vagantes fuisse cognoscuntur, despecti aliquatenus crucientur. *Iler. c. 16. Vide Valent. Hisp. c. 2. & 3.* 12. q. 2. hæc. c. 38. † Subiunctis.

CAP. VIII.

Episcopo à sæculo iubente Domino accersito; clerici rapaces manus abstineant ab omni supellectili; vel quęcumque sunt in domo, ecclesiæ, vel Episcopi libris, speciebus, vtensilibus, vasculis, frugibus, gregibus, animalibus, vel omni omnino re; & nihil latronum more diripiant. Sed si fecerint, Metropolitani, vel omnium comprouincialium sacerdotum districtione coacti, in pristinum statum omnia redintegrent, vt nihil necessariorum Antistiti, vel dispensatori futuro depereat. Et secundum Regiensis synodi constituta, Episcopo decedente vicinior Episcopus accedat, qui ex more exequiis celebratis, ecclesię curam gerat; ne quid ante ordinationem futuri Pontificis clericorum subuersioni, vel direptioni liceat. Ita vt directis hominibus inspectio certior, descriptio fidelissima, si fieri potest, intra octauas defuncti, sub diligentia pręsentis Episcopi peragatur. Deinde ad Metropolitani notitiam habita ordinate descriptio deferatur; vt eius electione talis persona ordinandæ domui ecclesiasticæ procuretur, quę vel consueta clericis stipendia dispenset; & creditarum sibi rerum, si forsitan tarditas in Episcopo ordinando successerit, Metropolitano congruis temporibus reddere possit rationem, &c. *Valent. Hisp. cap. 2. Vid. Regien. c. 5. & 6.*

CAP. IX.

Parentibus, & propinquis decedentis Episcopi, si intestatus obierit, denuntietur; vt sine Metropolitani, vel comprouincialium sacerdotum conscientia, nihil de rebus defun-

ɛ̃ti occupare pertentent: ne enim hæreditarijs res Ecclesiæ vsurpent. Sed vsque ad ordinationem futuri Antistitis expectent; aut si longum fuerit, ad Metropolitani ordinationem recurrant. Si quis contra hæc venerit clericus, vel laicus; & communione, & consortio priuetur Ecclesiæ, ne ad illam conueniat, quá spoliare non metuit, nisi correptus recuperet indulgentiam. Si autem rationabiliter, modesteque vnusquisque repetit, quod sibi iure debetur; ei absque alia animaduersione, à Metropolitano, vel cui iniunxerit, aut res, aut ratio non negetur, &c. *Valen. Hisp. c. 3.*

CAP. X.

Vt Episcopus, qui ad sepeliendum Episcopum venerit, euocatis presbyteris in vnam domum, ecclesiæ (adeat descriptum,† qui idoneis personis custodiendas sub integra diligentia derelinquat; vt res Ecclesiæ vllorum improbitate non pereant. *Aurel. ij. cap. 6.*

† res ecclesiæ habeat descriptas.

CAP. XI.

Vbi Episcopus obierit, nullus Episcopus quidquam de rebus Ecclesiæ, præter humanitatem, præsumat auferre. Si fecerit, conuentus ab instituto Pontifice; sine dilatione ablata restituat. Sin minus, anno integro missas facere non præsumat. *Aurel. 5. cap. 8.*

CAP. XII.

Propinqui morientis Episcopi nihil de rebus eius absque Metropolitani cognitione vsurpent. Si vero decedens Metropolitanus fuerit, successoris eius sententiam, aut concilij sustinebunt; ne passim hæreditatis adeundæ danda licentia de rebus Ecclesiæ, aut non retineatur ratio plena, aut fraus inueniatur illata. Si presbyteri, aut diaconi fuerint, quos obisse constiterit; non sine agnitione sui Episcopi, rem eius hæredibus adire licebit. Quisquis transgressor extiterit, pro his, quæ non exspectato ordine adierit, inuasionis damno legis sententia subiacebit. *Tolet. ix. cap. 9.*

CAP. XIII.

Cum Pontificem mori contigerit, Episcopus, qui ad humandum corpus aduenerit, descriptis thesauris, atque ornamentis omnibus si locuples decedentis ecclesia fuerit, non amplius, quam libram auri in rebus, quibus ei placuerit, exceptis ornamentis ecclesiæ, cum gratia offerentium auferre pertentet. Si vero minor rebus extiterit, dimidiam libram sibi licenter vsurpet. Quod eius, qui conuenit, sacerdotis iniuriæ contemplatione antiquitas vsurpauit. Porro breue descriptarum rerum sub fideli ratione hic, qui descripsit, dirigere Metropolitano curabit. Metropolitanus autem ex eadem morientis ecclesia nihil prorsus auferre præsumat; sed solam, quæ ad eum pertinet, curam salutarem impendat. *Toletan. ix. cap. 9.*

CAP. XIV.

12. q. 2. c. 48. Non liceat Metropolitano, moriente Episcopo, eius bona, vel eius ecclesiæ auferre, vel alienare, sed sub custodia cleri sint, quoad alius promoueatur; nisi clerici ea non receperint. Tunc enim Metropolitanus ea custodiat, Episcopo ordinando ea daturus. *Trul. cap. 35.*

CAP. XV.

Quia inter nostrates hic pessimus inoleuit mos, vt defuncto ecclesię Episcopo, mox à quibuscumque potentioribus res peruadantur ecclesiasticæ, quasi Episcopi fuerint propriæ; cum etiam si eius iuris essent, contra omne ius hoc fieret: hoc tam immane sacrilegij facinus, & iam sæpius factum scientes dolemus, & ne vlterius à quolibet pręsumatur, auctoritate Dei, & sanctorum eius, qui cum illo regnant in cælo, nostro etiam Episcopali ministerio interdicimus. *Trosles. cap. 14.*

CAP. XVI.

Episcopo è corpore recedente, vicinus illi accedat Episcopus, qui ex more exequiis celebratis, statim ecclesię illius curam districtissime gerat, ne quid ante ordinationẽ Pontificis futuri remanentium, clerici communi subuersioni, vel direptioni iam liceat, ita, vt perspectis omnibus inspectio certior, descriptioque fidelissima, si fieri potest, inter octauas defuncti sub diligentia præsentis Episcopi peragatur. Dehinc ad Metropolitani notitiam habita ordinate descriptio deferatur, vt eius lectione, talis persona ordinandæ domus ecclesiasticæ procuretur, quæ consueta Ecclesiis stipendia dispenset, &c. vt sub hac salubri constitutione clerici stipendiis suis omnino contenti, labores non diripiant Episcopi decedentis, & in vacuam Ecclesiæ domum futurus Pontifex non sine dolore succedat; sed magis de prædecessoris sui dimisso possit & ipse gaudere, & alius ministrare. *Troslei. c. 14. ex concil. Regien. c. 5.*

Cum Episcopus non potest, curet Archiepiscopus res Ecclesiæ, Tit. LXXXIV.

CAPVT I.

SI Metropolitanus in sua ecclesia non constituit œconomum, CP. Episcopus constituat. si Episcopus non constituit, tũ eius Metropolitanus. *Nica. ij. c. 11. Ivo par. 5. c. 374. decr.*

9. q. 3. c. 3. cum simus.

CAP. II.

Episcopo è Corpore recedente (*Metropolitani*) electione talis persona ordinandæ domni ecclesiasticæ procuretur, quæ vel consueta clericis stipendia dispenset, & creditarum sibi rerum, si forsitan tarditas in Episcopo ordinando successerit, Metropolitano congruis temporibus reddere possit rationem. *Valentin. Hispan. cap. 2.*

CAP. III.

Sicut Metropolitanis in confinitimos, cæterosque ecclesiasticis ordinibus deditos, sic cõfinitimis in commisso sibi religiosorum numero vigilandum est, qualiter nescientia talium diuinæ legis eruditionibus imbuatur.

Ita vt Prælatus quisque subditos quærat, &c. *Tolet. xi. c. 2. Vide Tolet. viij. c. 8.*

C A P. IV.

Si Episcopus ministerium ecclesiasticum propter infirmitatem corpoream exhibere non potuerit, in Archiepiscopi, hoc, cum voluntate Episcopi eiusdem ecclesiæ maneat ordinatione, qualiter debitum officium non remaneat. *Melden. c. 47.*

Episcopus cum discedit longius ex diœcesi, deferat litteras commendatitias. Tit. LXXXV.

CAPVT I.

Episcopus, presbyter, diaconus peregrinus sine commendaritiis non suscipiatur. Illis vero oblatis discutiantur, & si pij sint, suscipiantur; sin minus, datis eis necessariis, in communionem non admittantur; cum multa per surreptionem fiant. *Ap. 33. G. 34. L.*

C A P. II.

43. q. 8. § qui. 27. Episcopus, presbyter, clericus sine voluntate, & litteris Episcoporum, qui in prouincia sunt, & maxime Metropolitani, ad Imperatorem non eat: sed & communione, & dignitate priuetur. *Antioc. c. 11. Aquisgr. 73. Capit. lib. 1. c. 10. Burc. lib. 2. c. 177. Iuo par. 6. c. 268. decr. Ansel. lib. 6. c. 115.*

C A P. III.

Nemo Episcopus nauiget sine dimissoriis Primatis. *Carth. 57. G. Vide Africa. in prin. L.*

C A P. IV.

Placuit, vt Episcopi trans mare non proficiscantur, nisi consulto primæ sedis Episcopo, siue cuiusque prouinciæ Primate, vt ab eo præcipue possint sumere formatam, vel commendationem. *Carthag. iij. c. 28.*

C A P. V.

Placuit, Episcopos de Gallicanis prouinciis venientes, intra Gallias non discutiendos, sed solum sufficere, si nullus communionem eis interdixerit, &c. *Vasens. 1.*

Peregrino Episcopo locus sacrificandi detur. Tit. LXXXVI.

CAPVT I.

Peregrino Episcopo locus sacrificandi detur. *Arel. 1. c. 20. Vid. Burch. lib. 1. c. 116. Iuo par. 5. c. 216. decr.*

C A P. II.

7. q. 1. c. 38. Episcopi, vel presbyteri, si causa visitandæ ecclesię alterius Episcopi ad ecclesiam venerint, & in gradu suscipiantur, & tam ad verbum faciendum, quam ad oblationem consecrandam inuitentur. *Carthagin. iv. cap. 33.*

C A P. III.

Statuimus, vt secundum canonicam cautelam omnes vndecumque superuenientes ignotos Episcopos, vel presbyteros ante probationem synodalem in ecclesiasticum ministerium non admittamus. *Synod. Franc. post med. Capital. lib. 5. cap. 2.*

C A P. IV.

Episcopi, vel presbyteri de aliis regionibus non suscipiantur in ministerium ecclesiæ, nisi prius fuerint probati ab Episcopo, cuius parochia est. *Suession. sub Pipino post med.*

Reuereantur omnes Episcopum, nullusque illi iniuriam facere audeat. Tit. LXXXVII.

CAPVT I.

In nouissimis temporibus noua prauitas, & valde reprehensibilis apparuit adinuentio. Homines enim laici ad dedecus, & confusionem Christi Dei nostri, & Ecclesiæ ipsius, ac sacerdotalis dignitatis, amicti sacerdotalibus stolis, & Episcopalibus superhumeralibus, & accipientes orationem sacerdotalem ab aliquo laico, Patriarchalem formam habente, præsumpserunt sacerdotio fungi, & agere putatiua, veluti digni summi sacerdotes diuina administrationis mysteria, in diuersionem, & vituperationem dati à Deo Principibus sacerdotum honoris, & detractionem immaculatæ Christianorum fidei, &c. Ideo iustum duximus, hos aptis, & conuenientibus epitimiis submittere, vt nequaquam amodo huiusmodi nefas in Ecclesia Dei, & in Christianissimo populo fiat, &c. *Syn. viij CP. act. 9. sub Hadr. ij. in fine.*

C A P. II.

Eos, qui diuina gratia ad Episcopale aduocantur officium; tamquam imaginem, & figuram sanctorum cælestium hierarchicum, id est, Angelorum, secundum hierarchicum plane gradum, & morem, omni honore dignos ab omnibus Principibus, & subditis sancimus haberi, & nequaquam Strategis, vel quibuslibet aliis Principibus obuios, procul ab ecclesiis suis occurrere, sed neque semel à multo spatio de equis, vel mulis deiicere, aut cum timore, ac tremore procidere, & adorare; sed nec cum sęcularibus Principibus ad mensam intrare hora prandij, eosdem, quos illi, † honores Strategis exhibentes; sed secundum congruentiam spiritalis dignitatis, ac honoris sui, reddere quidem omnibus debita, cui vectigal, vectigal; cui honorem, honorē; præferri autem, & multam à Principibus amicorum Christi Imperatorum venerationem, & reuerentiam prometeri, confessores eorum, & honoris similis existentes, ita vt fiduciam habeant Episcopi arguere Strategos multotiens, & alios Principes, atque omnem sæculi dignitatem, cum iniustum, & irrationabile agere quid illos inuenerint, & per hoc corrigere, & reddere meliores. Si vero aliquis Episcopus post definitionem sanctæ synodi, delatum, & canonice collatum sibi contēpserit hono-

† al. ius.

Ro. 13. b.

honorem, & quid [illegible] cundum veterem, & inhumanam, ac inor[illegible]tam consuetudinem, præterquam nunc [illegible]efini[illegible]a sunt, fieri permisit, seq[illegible]estret[illegible] anno vno, & Princeps ille duobus annis [illegible]n m[illegible]re[illegible]rur percipere sanctificatio[illegible]um communionem. *Synod. viii. C. P. sub Hadr. ij. c. 14.*

CAP. III.

Aiunt fuisse quosdam laicos sub eo, qui nuper [illegible]petauit, in ordine senatorio, qui secundum di[illegible]ersam Imperatoriam dignitatem videbantur capillorum comam circumplexam inu[illegible]uere, atque reponere, & gradum quasi sacerdotalem per quædam indicia, & vestimenta sacerdotalia sumere: & vt putabatur Episcopos constituere superhumeralibus, id est, palliis circumamictos, & omnem etiam aliam Pontificalem indutos stolam, qui etiam proprium Patriarcham adscribentes eum, qui in adinuentionibus risum mouentibus Prælatus, & Princeps erat, insultabant, & illudebant quibusque diuinis, modo quidem electionos, promotiones, & consecrationes; modo autem calumnias, damnationes, & depositiones Episcoporum, &c. agentes, & patientes, &c. Sancta, & vniuersalis synodus definiuit, & promulgauit, illos quidem malitiæ risus omnino vt scelestos abominari; neminem autem fidelium, qui ex Christiana censetur appellatione, deinceps conati tale quid faciendi, vel admittendi, aut silentio tegendi quemquam eorum, qui huiusmodi operantur impietatem. *Sin. viii. gen. sub Hadr. ii. c. 16.*

CAP. IV.

Si quis laicorum transgrediens, & contemnens diuinas, & Imperiales iussiones, irridens vincula, & iura ecclesiastica, & ciuilia, ausus sit aliquem Episcopum verberare, aut custodire, aut sine causa, aut efficta causa: anathema sit. *Syno. viii. C. P. alias ix. sub Ioan. viii. c. 3.*

CAP. V.

De privil. c. 3. Greg. ix. & in 1. collect. Fratrum, & coepiscoporum nostrorum vehementi cõquestione comperimus, quod Fratres Templi, & Hospitalis, alij quoque religiosæ professionis indulta sibi ab Apostolica sede excedentes priuilegia, contra Episcopalem auctoritatem multa præsumunt, quæ & scandalum generant in populo Dei, & graue patiunt periculum animarum, &c. Ecclesias sane, & decimas de manu laicorum sine consensu Episcoporum, tam illos, quam quoscũque alios religiosos recipere prohibemus, &c. Excommunicatos, & nominatim interdictos tam ab illis, quam ab omnibus aliis, iuxta Episcoporum sententiam statuimus euitandos. In ecclesiis suis, quæ ad eos pleno iure *c. 2. de capel. mona. in 1. collect.* non pertinent, instituendos presbyteros Episcopis præsentent, vt eis quidem de plebis cura respondeant, ipsis vero pro rebus temporalibus rationem exhibeant competentem. Institutos autem Episcopis inconsultis non audeant remouere, &c. De fraternitatibus hoc statuimus, vt si non se prædictis fratribus omnino reddiderint, sed in suis proprietatibus duxerint remanendum; propter hoc ab Episcoporum sententia nullatenus eximantur, Sed potestatem suam in eos, sicut in alios parochianos suos exerceant, cum pro suis excessibus fuerint corrigendi, &c. *Alexand. iii. in con. Later. c. 9.*

CAP. VI.

Episcopi, qui throni Dei vocantur, non sunt lacerandi, sed magis portandi, & venerandi. *Synod. Rom. cclxxxiv. Episcoporum sub Syluestro in epilogo.*

CAP. VII.

Pontifici presbyter, presbytero diaconus, *Dist. 93. c. 5. à subdiacono.* diacono subdiaconus, subdiacono acolythus, acolytho exorcista, exorcistæ lector, lectori ostiarius in omni loco repræsentent obsequiũ, siue in publico, siue in gremio ecclesiæ. *Syluester in Rom. Syn. cclxxxiv. Episcoporum cap. 7. Burch. li. 2. c. 224. Inopar. 6. c. 299. decr. Ansel. lib. 7. c. 62.*

CAP. VIII.

Vniuersa synodus dixit: Episcopalem persecutionem, & Ecclesiarum abscissionem, vel vastationem, atque seruorum Dei insectationem, fulti prædicta auctoritate, & omnium sanctorum Patrum prohibitione, vestraque consolatione, communi tractatu pariter in futurum robuste, ac veraciter amputantes, sanctorum Patrum statuta firmantes, expressis sententiis sancimus, ne vnquam talia à quoquam nostris, aut futuris temporibus præsumantur, Et silentio facto, Symmachus Episcopus Ecclesiæ catholicæ vrbis Romæ, dixit: Quod si aliqui hæc transgressi fuerint, & talia præsumpserint, quid super his vobis videtur, pari adunatione manifestate. Cum- *3. q. 3. accusatorib. c. 3.* que surrexissent, & paulo post iterum consedissent, vna voce dixerunt? Si quis hæc, quæ hodie in hac sancta synodo prohibita sunt, infringere præsumpserit, aut voluntarie transgredi tentauerit, si clericus est, gradu proptio penitus careat: si vero monachus, aut laicus fuerit, communione priuetur. Et si non emendauerit vitium, anathemate feriatur. Secretas vero insidias, vel manifestas Põtificibus à quibuscumque illatas, si quis ad Ecclesiæ pertulerit notitiam, potiatur honore: & hi, qui aduersa eis moliuntur, sicut à sanctis Patribus dudum statutum est, & hodie synodali, & Apostolica auctoritate firmatur, penitus abiiciantur, & exilio, suis omnibus sublatis perpetuo tradantur. *Synod. Roman. v. sub Symm. ante fin.*

CAP. IX.

Presbyteri Episcopum proprium recognoscant, & delinquentes canonice iudicet, iudicatisque obedienter auscultent. *Leo. iv. in syn. Rom. c. 39.*

CAP. X.

Statuimus, vt nullus futuris temporibus, Episcopis vim inferre, vel eos temere lacerate præsumat quatenus tum ad synodũ con-

uenerint, libere eis tractare, & statuere liceat, quæ sanctorum Patrum canonica censura decreuit. Nullusque eos lacerare, vel sacris canonibus contemptis absque audientia, & iusta examinatione inquietare, facultatibus nudare, aut quoquo modo in custodiam retrudere absque status sui periculo pertemptet. *Rauenn. sub Ioanne ix. c. 2.*

Cap. XI.

Si quis Episcopum ceperit, & incarcerauerit; perpetuæ infamiæ subiaceat, vlterius arma non exerceat. Et clamatum est ab omnibus: Fiat. *Vrba. ii. in conc. Claram. c. 30.*

Cap. XII.

Si presbyter, diaconus, clericus sine licentia sui Episcopi in aliena parœcia versetur, non ministret. Si reuocetur à suo Episcopo, & non reuertatur, vt laicus communicet. *Apost. 15.* Et si Episcopus, hoc contemnens, alienum clericum, vt clericum tractet, quasi magister inobedientiæ excommunicetur. *Apost. 16.*

Cap. XIII.

Si quis presbyter, contempto proprio Episcopo, seorsum congregationem fecerit, & alterum altare fixerit, Episcopo suo in religione ac iustitia nulla in re à se condemnato, deponatur, vt impetum obtinendi cupidus: est enim tyrannus. Similiter & clerici, & quotquot ei accesserunt. Laici autem segregentur, easque post vnam, alteramque ac tertiam admonitionem fiant. *Ap. 31. C. 32. L.*

Cap. XIV.

Exod. 22 Si clericus iniuria affecerit Episcopum, deponatur. Præfecto enim populi tui non maledices. *Ap. 55.*

Cap. XV.

Episcopus tamquam proreta vigilanter, & sollicite gubernatoris verba custodiat Christi; diligatur ab omnibus, & ipsius solius præceptis, ac iussis credat, & obediat omnis ecclesia, &c. Sed & vos carissimi fratres, & cõserui mei, huic, qui præsidet ad veritatem docendam, in omnibus obedite; scientes, quod si hunc contristauerit Christum, qui ei docendi credidit cathedram, non recipit. *Clem. ep. 1. ante med.*

Cap. XVI.

Dist. 93. c. 1. & 11. q. 3. c. 15. si inimicus. Si inimicus est (*iste Clemens*) alicui pro actibus suis, vos nolite expectare, vt ipse vobis dicat, cum illo nolite amici esse: sed prudenter obseruare debetis, & voluntati eius absque commonitione obsecundare, & auertere vos ab eo, cui ipsum sentitis aduersum: sed nec loqui his, quibus ipse non loquitur, vt vnusquisque qui in culpa est, dum cupit omnium vestrum amicitias reparare, festinet citius reconciliari ei, qui omnibus præest, & per hoc redeat ad salutem, cum obedire cœperit monitis præsidentis. Si vero quis amicus fuerit his, quibus ipse amicus non est, & loquutus fuerit his, quibus ipse non loquitur, vnus est & ipse ex illis, qui exterminare volunt Ecclesiam Dei & cum corpore vobiscum esse videatur, mente, & animo contra vos est; & est multo nequior hostis hic, quam illi qui foris sunt, & euidenter inimici sunt. Hic enim per amicitiarum speciem, quæ inimici sunt gerit, & Ecclesiam dispergit, & vastat. *Petrus apud Cle. ep. 1. ante med. Anacl. ep. 3. ante fin. Vase. c. 6. Capitul. lib. 7. c. 461. Iuopar. 14. c. 22. decr. Ansel. lib. 1. c. 6. Cæsaraug. lib. 4. c. 95. Tarrac. lib. 6. cap. 61.*

Cap. XVII.

Nullum presbyterum in alicuius Episcopi parochia aliquid agere debere absque eius permissu docebat (*Petrus Apostolus*) sed & cunctos presbyteros propriis Episcopis in omnibus absque mora obedientes instituente Domino esse debere docebat. *Clem. epist. 1. ad Iacob post med. Burch. lib. 2. c. 94. Iuopar. 6. cap. 171. decret.*

Cap. XVIII.

Omnes, qui (*Episcopis*) contrauenerint, damnatos, & infames vsque ad satisfactionẽ (*Petrus Apostolus*) monstrabat. *Clem. ep. 1. ante fi. Burch. lib. 1. c. 124. Iuopar. 5. c. 224. decr.* 11. q. 3. c. 11. si autem.

Cap. XIX.

Instruebat (*B. Petrus*) verba diuina libenter audire, & sacerdotibus suis libenter obtemperare, atque obedientes esse docebat, &c. Seniores venerari, & iuniores diligere. Episcopos, sacerdotes suos, ac cunctos reliquos ecclesiæ ministros, atque omnem plebem sibi commissam verbo diuino, & mandato instruere, & diligere, hosque omnes eorum Episcopos tota animi virtute diligere, vt oculos suos, quia oculi sunt illorum eorum præceptis in omnibus obedire, etiamsi ipsi aliter, quod absit, agant; memores Dominici præcepti, quæ dicunt, facite; quæ autem faciunt, facere nolite. Ipsi autem Episcopi, si exorbitauerint, ab istis non sunt reprehendendi, vel arguendi, sed supportandi, nisi in fide errauerint. Illi ergo super hos sunt, non isti super illos, quoniam maior à minori nec argui, nec iudicari potest. Nullus se extollat erga doctores; aut magistros suos; quia discipulus super magistrum esse non debet, nec potest. Nullus velit dici sanctus ante quam sit, sed prius sit, vt verius dicatur. *Clem. ep. 1. prope finem. Id. Isido. li. 3 senten. 39. sent. 4. Burch. lib. 1. c. 137. Iuopar. 5. c. 251. decr.* 2. q. 7. sacerdotes. c. 8. Mat. 23.

Cap. XX.

Si vobis Episcopis non obedierint omnes presbyteri, diaconi, ac subdiaconi, & reliqui clerici, omnesq; Principes, tam maioris, quam inferioris ordinis, atq; reliqui populi, tribus, & linguæ non obtemperauerint, non solum infames, sed & extorres à regno Dei, & consortio fideliũ, ac liminibus sanctæ Dei Ecclesiæ alieni erunt. Nam vestrum est, eos instruere; eorum est, vobis obedire vt Deo, &c. Dominus noster mittens vos vice sua in loco Apostolorum ad prædicandum, præcepit vobis, docere omnes; omnesque vobis fideliter obedientes, vt ipsi existere, &c. Primus enim Põtifex Aaron extitit magistratione compositionis perfundus, Princeps populi 11. q. 3. c. 11. si autem.

fuit, & tamquam Rex primitias, & tributum per capita accepit à populo, &c. Quid in præsenti sęculo Propheta gloriosius, Pontifice, clarius, Rege sublimius? Omnis enim Pontifex sacro chrismate perunctus, & in ciuitate constitutus, scripturis sacris conditus, † catus, & pretiosus hominibus oppido esse debet: quē quasi Christi locum tenentem honorate omnes debent, eique seruire, &c. *Clemen. ep. 3. in prin. refert Tribur. c. 8. & 9. Trosl. c. 5.*

† erudi-tus.

Cap. XXI.

Maiores, ac minores per Episcopi licentiam quidquid agendum est, agant; nec sine eius permissu à parochia abscedant, vel in ea aduentantes morari præsumant. Animæ eorum creditæ sunt; ideo omnia eius consilio agere debent, & eo inconsulto nihil. Quicumque enim obediunt Episcopis suis, videntur aliquid gratiæ conferre Deo; qui autem eis non obediunt, indubitanter rei, & reprobi existunt. Porro ipsi à Deo donum summi muneris consequuntur, qui per iustitiæ, & præceptorum eius semitas incedentes, doctoribus suis, qui recte Episcopi intelliguntur, libenter obediunt, &c. Si quis ergo his obedierit, Deo, vt dictum est, magnum munus offert; qui autem his restiterit, aut inobediens extiterit, non his, sed Domino saluatori nostro, cuius legatione funguntur, resistit. *Clem. ep. 3. post med. Tribur. c. 32. Burch. lib. 2. c. 93. Iuo par. 2. c. 123. & par. 6. c. 90. decr.*

v.c. 9 d. 93.

Cap. XXII.

Obediendi, diligendi, & summopere venerandi sunt (*Episcopi*) non detrahendi, vel lacerandi, aut eiciendi, sed portandi, & amandi. *Euarist. ep. 2. post prin. Burch. lib. 1. c. 134. Iuo par. 5. c. 233. decr.*

Cap. XXIII.

n. q. 1. c. 19. Si quis sacerdotum, vel reliquorum clericorum suo Episcopo inobediens fuerit, aut insidias ei parauerit, aut contumeliam, aut calūniam, & conuinci potuerit; mox curiæ tradatur. *Pius ep. 2. in fine. Iuo par. 5. c. 243. decr. Ansel. lib. 8. c. 17. Cæsar. li. 4. c. 99.*

Cap. XXIV.

Episcopi à plebibus & clero, &c. ferendi sunt: vt sub exercitatione tolerantiæ, sustineantur temporalia, sperentur æterna. *Zephyr. epist. 1. ante fin.*

Cap. XXV.

n. q. 1. stat-uns. 32. Si aliquis clericorum suis Episcopis infestus, aut insidiator fuerit, eosque criminari voluerit, aut conspirator fuerit, vt mox ante examinatum iudicium submotus à clero curiæ tradatur, cui diebus vitæ suę deseruiat, & infamis absque vlla restitutionis spe permaneat. *Fabianus ep. 2. prope fin. Gregor. vij. lib. 7. regist. epist. 2. ante med. Deusd. c. 4. Ansel. lib. 7. c. 159. Tarrac. lib. 2. c. 23.*

Cap. XXVI.

Qualiter obedientia, vel reuerentia sit prępositis exhibenda, ex tuis quoque subiectis ipse non ambigis. In qua re valde est vtile; si id, quod disciplinæ vigor imponit, nullo cogente, humilitas laudanda seruauerit. *Stepha. ep. 1. ante fin. ad Hilar. Episcop.*

Cap. XXVII.

Clericus, qui Episcopum suum accusauerit, aut ei insidiator extiterit, non est recipiendus, quia infamis effectus est; & à gradu debet recedere, aut curiæ tradi seruiturus. *Stephanus ep. 2. in med. Grego. vij. lib. 7. regist. epist. 2. in med. Deusd. c. 4.* 3. q. 4. c. 8.

Cap. XXVIII.

Infames sunt impugnatores Episcoporum, omnesque, qui aduersus Patres armantur, & conculcatores ecclesiarum, sacerdotumque. *Euseb. ep. 1. ante med.*

Cap. XXIX.

Similiter, & de presbyteris hæc habeantur, vt sine iussu proprij Episcopi nihil agant: quia quod rarum est, hoc & pulchrius esse videtur. Et si nomen vilescit Pontificum, omnis status perturbatur Ecclesiæ. *Damas. epist. 4. in med.*

Cap. XXX.

A plebibus, vel cæteris generaliter omnibus sunt timendi, & ferendi, atque venerandi pastores, & prædicatores Ecclesiæ, vt sub exercitatione bonæ voluntatis sustineantur temporalia, sperentur æterna. *Pelag. ii. ep. 3. ante fi. ad Episcopos Italiæ.*

Cap. XXXI.

Super vexatione Episcoporum, quia nos consulere voluistis; scimus, quia à nullis vita Præsulis perturbari debet: quoniam si Dauid Regum iustissimus in Saül, quem constabat iam à Deo reprobatum, & abiectum esse, manum mittere non pręsumpsit: quanto magis cauendum est, ne manum detractionis, aut vituperationis, siue indiscretionis, aut dehonorationis, quidam mittant in vnctum Domini, vel in prędicatores sanctę Ecclesiæ? quia eorum vexatio, siue detractio, ad Christum pertinet, cuius vice in Ecclesia, legatione funguntur. Vnde summopere cauendum est omnibus fidelibus, ne clanculo, aut publice Episcopum suum, id est, vnctum Domini, detractionibus, aut vituperationibus dilanient, perpendentes illud exemplum Mariæ, quia pro eo quod Moysi famulo Domini propter Æthiopissam detraxit immūditia lepræ multata fit. Et illud Psalmistæ: Nolite tangere Christos meos: & in Prophetis meis nolite malignari. Et in lege diuina legitur: Diis non detrahes, & Principi populi tui non maledices. Vnde valde prę-uidendum est subditis, tam clericis, quam laicis, ne Episcoporum, vel præpositorum vitam temere reprehendant suorum, si quid forte eos agere reprehensibile vident; ne vnde mala redarguunt, inde per elationis impulsum in profundiora mergantur. Admonēdi sunt etiam iidem, ne cum culpas præpositorum suorum considerant, contra eos audaciores fiant: sed sic eorum praua apud semet-

1. Reg. 26. b. Nu. 12. c Ps. 104. b. Exodi 22. d.

ipsos considerent; vt Diuino timore constricti, ferre sub eis iugum ceuerentiæ non recusent, &c. Quaptoptec admonendi sunt subditi vtriusque ordinis viri, vt cum magistrorũ facta conspicinnt, ad suum cor redeant, & de eo-
Matt. rum increpationibus non præsumant: quia
10.e. non est discipulus supec magistrum, nec seruus super dominum suum. *Gregor. ad Felicem Siciliæ Episc. li. 12. regist. ep. 31. alias 37.*

CAP. XXXII.

Oportet pietatem vestram sacecdotibus qualescumque sint, pcoptec eum, cui deseruiunt reuerentiam potius, quam iniurias exhibere, &c. Quid mirum si Christianus Impecator veri Dei sacerdotes honotet, dum pagani Pcincipes honorem impendere sacerdotibus nouerunt, qui Diis ligneis, & lapideis seruiebant,
11.q.3.c. &c. [Non quales sint sacerdoces Domini, sed
86. quid de Domino loquantur, est vobis magnopere pcæuidendum. *Nicol. ad Mich. Imper. in prin. Iuo par. 5. c. 18. decr. Ansel. li. 1. c. 72.*

CAP. XXXIII.

Certe partes à filiis honorari, non solum diuinis, verum etiam humanis legibus præcipi-
Exod. 20 tuc. Et si hoc carnales, quanto potius spiritales, digna penitus à filiis debent veneratione potiri? Quanto enim spiritus carnem pręcellit, tanto magis ea, quæ sunt spititalia, carnalibus oportet omnibus anteponi. Vetum si hoc Ignatij (*Episcopi Constantinopolitani*) subditi dedignati sunt arrendere, saltem scelus Iu-
Ps. 139.a. dæorum in Christum patratum perhortuissent committere, nec acuerent linguas suas aduecsum Patrem, ac magistrum suum ipsi sicus serpentes, nec esset gladius in labiis eorum; nec fierent dentes eorum arma, & sagittæ, &
Ps 56.a. lingua eorum machæra acuta, &c. *Nicol. ep. ad Mich. Imp. ante medium.*

CAP. XXXIV.

Debueratis imitari Constantinum Pium Augustum, de quo scriptum est, quod dixerit: Quia si vidissem aliquem eorum, qui celigioso ciccumamicti sunt habitu, curpirudinem aliquam operantem, chlamydem meam explicassem, & cooperuissem eum, ne videretut à quoquam. Sed hoc in vito (*loquitur de Ignatio CP.*) omnia hęc obliuioni traduntur; sic plausus de Domini sacerdote scurris, & histrionibus, &c. *Nicol. ad Mich. Imper. in med.*

CAP. XXXV.

Auctocitate sanctæ Romanæ Ecclesiæ, vice bearorum Apostolorum Petri, & Pauli nobis licet indignis concessa, vos admonemus, vt ecclesiis honotem, pauperibus afflictis compassionem, sacerdotibus, præcipueque Episcopis reuerentiam, ac obedientiam, quasi Patribus procuretis impendete. *Greg. vij. lib. 8. regist. ep. 14.*

CAP. XXXVI.

Ipsum Episcopũ, cui etiam si iniustam sentenciam super te dedisset, obedire debueras, contra morem æquitatis tuæ insecutus es; cum constet, aliquem amotem Dei non posse habece, qui spiritalis Patcis pto culpa inobedientiæ suæ gratiam, & dilectionem probatut amisisse. *Gregor. vij. li. 9. registr. ep. 22. post prin.*

CAP. XXXVII.

Si quis ptesbytec, aut diaconus, & omnino 7.q.1.c.
quilibet ex clero, &c. in alia parochia nititut 24.
immorari, vlterius ibidem non ministret, maxime si vocanti suo Episcopo obedire contempserit, &c. *Antioch. c. 3. Synod. Roma. sub Leone iv. in causa Anastasii. Aquisgr. c. 71. Mar. Brach. c. 34. Ansel. li. 7. c. 195.*

CAP. XXXVIII.

Si presbyter Episcopum contemnens se ab ecclesia sequestrat, deponatur. *Antiochen. c. 5.*

CAP. XXXIX.

Non oportet presbyteros antę aduentum Dist. 95. c.
Episcopi ingredi, & sedere in rribunali. Sed 8. & de
cum Episcopo ingredi; nisi ægcotec, vel absit consec. d.
Episcopus. *Laod. 55. G. 56. L. Mar. Brac. c. 53.* 4. omn. 124. ips.

CAP. XL.

Si quis presbytec à Præposito suo excom- 11.q.3.d.
municatus, vel correptus fuerit; debet vtique 5.
apud vicinos Episcopos conqueti, vt ab ipsis eius causa possit audiri, ac per ipsos suo Episcopo teconciliari. Quod nisi fecerit, sed superbia inflatus secernendum se ab Episcopi sui communione duxerit, ac separatim cum aliquibus schisma faciens, sacrificium Dei obtulerit; anathema habeatur, & locum amittat. *Carth. c. 11. G. Carth. ii. c. 8. Vorm. c. 66. Burch. lib. 2. c. 194. Iuo par. 6. cap. 239. decr. Anselm. lib. 12. cap. 33.*

CAP. XLI.

Nullus audeac clericorum ordinationem sui Episcopi contemnere; sed vbi ordinacus fueric, ambulare debeat cum gratia, & obedientia, & quæ iniuncta fuerint, agere. Quod si sub cothurno supecbiæ neglexerit implere, non solum ab stipendio, sed anno vno à communione priuetur. *Narbonens. c. 10.*

CAP. XLII.

Episcopus prouincię nostræ, si voluerit de parochianis presbyteris, atque diaconibus cathedralem sibi in principali ecclesia facere, maneat illi pec omnia licentia. Ij tamen, qui fuerinc transducti, humilitatem dignam Episcopo suo teneant; & eo honore, & reuetentia habeantur, & venerentur in cathedrali ecclesia, sicut ij, quos constát fuisse ordinatos in ea. *Emeritten. c. 12.*

CAP. XLIII.

Decernimus, vt nullus subiectus decedentem detrahat Episcopum, nullus de eo decoget, nec malum quidquam loquatuc. Si quis talia deinceps facere præsumpserit, si presbytec fuerit, tribus mensibus ab Episcopo suo sub pœnitentia religacus maneat; si diaconus, quinque. *Emeritten. c. 17.*

CAP. XLIV.

Decreuimus iuxta sanctorum canones, vc vnusquisque presbyter in parochia habitans, Episcopo illi subiectus sic, in cuius parochia

habitat, & semper in quadragesima rationem, & ordinem ministerij sui, siue de baptismo, seu de fide Catholica, siue de precibus, & ordine Missarum Episcopo reddat, & ostendat. *Syno. Francs. in med. Capit. lib. 5. c. 2.*

CAP. XLV.

Vnusquisque presbyter, qui in parochia est, Episcopo obediens, & subiectus sit. *Suessionen. sub Pipino.*

CAP. XLVI.

De presbytero, qui à suo Episcopo degradatus, ea, quæ sacerdotis sunt, attingere audet, *Vernen. c. 9.*

CAP. XLVII.

Si quis Episcopo insidias posuerit, comprehenderit, vel in aliquo dehonestauerit, decem quadragesimas sine subditis annis pœniteat, & presbyteri non occisi triplicem compositionem componat, &c. *Synod. apud Theodonis villam cap. pen. Vide cap. vlt.*

CAP. XLVIII.

Si quis in his supradictis sanctorum canonum, nostrique decreti sanctionibus, Episcopis inobediens, & contumax extiterit; primũ canonica sententia feriatur. Deinde in nostro regno beneficium non habeat, & alodis eius in bannum mittatur. Et si annum, & diem in nostro banno permanserit; ad fiscum nostrum redigatur, & captus in exiliũ relegetur; & ibi tamdiu custodiatur, & constringatur, donec coactus Deo, & sanctæ Ecclesiæ satisfaciat, quod prius gratis facere noluerat. *Synod. apud Theodonis villam in edicto Caroli Mag. & Ludouici.*

CAP. XLIX.

Vt comites, iudices, siue reliquus populus obedientes sint Episcopo, & inuicem consentiant ad iustitias faciendas, & munera pro iudicio non recipiant, &c. *Arel. sub Carolo. c. 13*

CAP. L.

Comitibus, iudicibus, reliquoque populo expedit, vt suis sint Episcopis consentientes, & obedientes propter Dei amorem, suique gradus honorem, & semper ab eis vtile quærant auxilium, illorumque salubria non spernant monita, sed intenta cordis aure audiant. Similiter vero, & Episcopi prædictas personas humiliter suscipiant, honorificeque erga eos in omnibus agant, & sic sese mutuis studeant subleuare consolationibus. *Turone. sub Carolo c. 33. Magunt. sub Arnul. c. 24.*

CAP. LI.

Laïci obediant Episcopis ad regendas Ecclesias Dei, viduas, & orphanos defensandos, & vt obedientes sint eis ad eorum Christianitatem seruandam. *Mag. sub Carolo cap. 8. Mag. sub Rab. cap. 7. Burch. lib. 15. c. 4. Iuo par. 16. cap. 5. decr.*

CAP. LII.

Subditi Episcopis honorem habere debent. *Aug. in lib. ad pastores, tom. 10. apud Aquisg. c. 12. ante med.*

CAP. LIII.

Prouidet sæpe Deus curis deditos sæcularibus ad susceptionem regiminis: vt dum hi exteriora sine tædio procurant, spirituales rebus interioribus sine impedimento rerum terrenarum deseruiant. Dei ergo ordinationem accusant, à quo instituuntur, qui Episcopos condemnant; dum minus spiritualia, sed magis terrena sectantur, ex diuini enim constat tabernaculi dispositione, obniurias mundi ferendas, & turbines, quosdam institui Episcopos sæcularibus curis insistentes; vt hi, qui interius superna desiderant, nullo terreno obsistente negotio, liberius hoc quod amant, intendant. Non est itaque iudicandus à plebe rector inordinatus: dum magis nouerint populi, sui fuisse metiri, peruersi regimen suscepisse Pontificis. Nam pro meritis plebium, disponitur à Deo vita rectorum. Exemplo Dauid peccant ad comparationem Principum, qui ex merito plebis, præuaricantur. Sententia damnantur Cham filij Noe, qui suorum præpositorum in publico culpas produnt: sicut Cham, qui Patris pudenda non operuit, sed deridenda monstrauit. Habiti sunt Sem meritum, & Iaphet, qui reuerenter operiunt, quæ patres suos excessisse cognoscunt, si tamen patrum facta non diligant, sed tantum operiant, nec imitentur. Nam sunt, qui præpositos suos peruerse iudicant, dum terrenis studiis eos plus videant esse intentos; si vel parum iam ipsi de spiritualibus cognouerint. Rectores ergo iudicandi à Deo sunt, à suis autem subditis nequaquam iudicandi sunt, exemplo Domini, qui per se vendentes columbas, & nummulariorum mensas proprio euertit flagello, & proiecit à templo. Vel etiam, sicut dicit Psalmista: Deus stetit in synagoga Deorum, in medio autem Deos diiudicat. Quod si à fide exorbitauerit rector, tunc erit arguendus à subditis: pro moribus vero reprobis tolerandus magis, quam distringendus à plebe est. *Isidorus lib. 3. de summo bono cap. 39. apud Aquisgr. cap. 31.*

2. Reg. 24. a.
Gen. 9. d.
Ioan. 2. c.
Psal. 81. a.

CAP. LIV.

Esto subiectus Pontifici tuo, & quasi animę parentem suscipe. *Hieron. ad Nepot. apud Aquisg. c. 94. ante medium.*

CAP. LV.

Quamquam multi Prælatorum, ad instar Saul, sint reprobi effecti; non sunt tamen manu reprehensionis, & detractionis tangendi. Quia, vt Isidorus in libro sententiarum scribit: Rectores à Deo solummodo, non à subditis sunt iudicandi, & pro moribus reprobis tolerandi magis, quam à plebe sunt restringendi. *Paris. sub Ludo. & Loth. lib. 1. c. 19.*

CAP. LVI.

Licet sacerdotes moderno tempore propter imminentes perturbationes, in multis sint negligentes; non sunt tamen vituperandi, nec despiciendi: sed propter illum, cuius ministerium gerunt, audiendi, & congruo honore venerandi. Post Apostolos enim ad ipsos hæc

Luc. c. 10. Domini sententia dirigitur: Qui vos audit, me audit; & qui vos spernit, me spernit. Quapropter attendendum est, quod sacerdotum Christi spretio ad iniuriam Christi pertinet, cuius vicem, & ministerium gerunt. *Aquisgr. 9. sub Ludouic. par. 4. cap. 7.*

CAP. LVII.

Laici monendi sunt, ne sacerdotes contemptui habeant, neue eorum monita despiciant, & tam turpiter tractent, vti hactenus, ne *Osee. 4.* perueniat, quod dicit Propheta: Populus tuus sicut hi, qui contradicunt sacerdoti: & corrues hodie, corruet etiam Propheta tecum. *Aquisgr. 9. sub Ludouic. par. 4. c. 19.*

CAP. LVIII.

Decet presbyteros cum voluntariis eulogiis tempore congruo visitare, & venerari suos Episcopos. *Melden. c. 45.*

CAP. LIX.

Vt hi, qui sacerdotes, ac viros ecclesiasticos non solum dehonorant, verum & diuerso, atque aduerso modo affligunt, velut sacrilegi canonicæ sententiæ subigantur. *Melden. c. 60.*

CAP. LX.

Placuit, vt si in ministerio diaconi, vel presbyteri officio aliquis constitutus existat, si Episcopi, à quo ordinatus est, præceptis non obedierit; vt in delegata sibi Ecclesia officium deperdat assiduum, quousque in vitio permãserit, & communione, & honore priuetur. *Vormaci. c. 19.*

CAP. LXI.

Relatum est sanctæ synodo, quod à malis Christianis plurimæ vexationes sacerdotibus Christi, seu cæteris clericis inferioris gradus sæpissime inferantur; vnde visum est sancto concilio, ne inantea talia existant, iaculo spiritali eos percutere. *Magun. sub Arnul. c. 7.*

CAP. LXII.

Nemo contemnat, neque transgrediatur bannum ab Episcopis superpositum. Sciat, & *11. q. 3. c. si autem.* abhorreat in Epistola B. Clementis dictũ contra se scriptum: Si vobis Episcopis non obedierint, &c. Si quis inuentus fuerit corripuisse bannum ab Episcopis impositum, quadraginta dierum castigatione corripiatur in pane, sale, & aqua. *Tribur. c. 8. Clemens epis. 3. in prin.*

CAP. LXIII.

Cum Episcopus Ecclesiam à Domino Deo sibi commissam regens, Episcopatum circumeundo perrexerit, & placitum canonice constitutum decreuerit, populumque sibi creditum illo inuitauerit: atque Comes eadem die, sciens placitum ab Episcopo condictum, vel nesciens, placitum cum populo suum condixerit, & per bannum illuc venire præceperit: placitum Comitis omnes postponant, & Comes ipse: idemque populus, post Episcopum festine pergant, scientes se non illic seditiosa contentione decertare, sed pro fide Catholica inuigilare: non cumulum pecuniarum, sed lucrum congregare animarum, &c. *Tribur. c. 9.*

CAP. LXIV.

Qui Sacerdotibus iniuriam, vel contumeliam irrogant, &c. sacrilegi habentur, &c. Sacerdotes Dei non sunt infestandi; non contristandi, non à sæcularibus arguendi, non reprehendendi, non aliqua iniuria, vel contumelia afficiendi, &c. Si quis Episcopo aliquam iniuriam, aut iniustam dehonorationem fecerit, de vita componat, & omnia, quæ habere visus fuerit, Ecclesiæ, cui Episcopus esse dignoscitur, integerrime socientur. *Troslei. c. 5. ex. Capitul. lib. 6. c. 99. al. 98.*

Ne presbyteri, aut Abbates Episcoporum munera attingant. Tit. LXXXVIII.

CAPVT I.

Accedentibus ad nos de diuersis mundi partibus Episcoporum querelis, intelleximus graues, & grandes quorundam Abbatum excessus, qui suis finibus non contenti, manus ad ea, quæ sunt Episcopalis dignitatis, extendunt; de causis matrimonialibus cognoscendo, iniungendo publicas pœnitentias, concedendo indulgentiarum litteras, & similia præsumendo, vnde contingit interdum, quod vilescat Episcopalis auctoritas apud multos. Volentes igitur in his, & Episcoporum dignitati, & Abbatum prouidere saluti, præsenti decreto firmiter prohibemus, ne quis Abbatum ad talia se præsumat extendere, si proprium voluerit periculum euitare, nisi forte quisquam eorum speciali concessione, vel alia legitima causa super huiusmodi valeat se tueri. *Innocen. 3. in concil. gener. Later. c. 60.* *De excess. Prel. 12. Greg. ix. & c. vn. eo. tit. in 4. collect.*

CAP. II.

Presbyteri Episcopali fastigio debita non assumant, non conficiendi chrismatis, non consignationis Pontificalis adhibendæ accipiant facultatem, non præsente Antistite, nisi iubeatur, orationis, vel actionis sacræ suppetere sibi præsumant esse licentiam, aut sedere, aut veneranda tractare mysteria, nec sine summo Pontifice, subdiaconum, aut acolythum ius habeant faciendi. Nec prorsus addubitent, si quid Episcopale fecerint, cõtinuo se presbyterii dignitate, & sacra communione priuari, si eorum Præsule deferente, huiusmodi fuerit præuaricatio comprobata, nec ipso Episcopo à culpa conniuentiæ vacaturo. *Gela. ep. 1. c. 8.* *Dist. 95. presbyteros. c. 2.*

CAP. III.

Nullus clericorum, vel laicorum præter Episcopum Epistolia facere præsumat. *Turon. 3. c. 6.*

Presbyter non potest reconciliare pœnitentem sine iussu Episcopi. Tit. LXXXIX.

CAPVT I.

Nec publice in Missa quemquam pœnitentem reconciliare, &c. nec pœniten-

tem sine præceptione Episcopi sui reconciliare chorepiscopus potest. *Damas. epist. 4. in med. Leo ep. 86. ad Episcopos Germ. & Gall. in med.*

CAPVT II.

Si quis grauilapsu in ruinam mortis inciderit, non agat pœnitentiam sine Episcopi cōsulto, cogente tamen infirmitate, non est presbyterorū vel diaconorum communionē talibus præstare, nisi eis iusserit Episcopus. *Elib. c. 32.*

CAP. III.

26. q. 6. Aurel. c. 5. Si quis in periculo constitutus petierit se reconciliari diuinis mysteriis Episcopo absente, presbyter petat ab Episcopo, & ita ex eius renunciatione reconciliet. *Carth. c. 7. G. Carth. ij. c. 4. L. Vid. Tribur. cap. 31. in fin. Burch. lib. 18. c. 13. Iuo par. 15. c. 2. decr. Cæsaraug. lib. 15. cap. 24.*

CAP. IV.

26. q. 6. c. vlt. Presbyter sine voluntate Episcopi non reconciliet pœnitentem, nisi necessitas cogat absente Episcopo. *Carth. 43. G. Carth. iij. c. 31. 32. L. Afric. 10. L. Raba. c. 35. de pœnit. Capit. lib. 5. cap. 53. & lib. 7. c. 30. Burch. lib. 19. cap. 40. & 70. Iuo part. 15. c. 4. & c. 84. decr. Cæsar. lib. 15. c. 46. Pœnit. Rom. tit. 9. c. 9.*

CAP. V.

Nec publice in missa quemquam pœnitentem reconciliare, &c. nec pœnitentē sine præcepto Episcopi sui reconciliare presbyteris licet, sed tantum Episcopo. *Hispalens. ij. cap. 7.*

CAP. VI.

Chorepiscopus impositioni pœnitentiæ, aut pœnitentium reconciliationi, per parochiam secundum mandatum Episcopi sui inseruiat. *Meld. c. 44.*

CAP. VII.

Nullus presbyterorum quemquam nisi iussu Episcopi, in Ecclesiam introducere præsumat, cui pro aliquo delicto illam ingredi non liceat. *Salegunst cap. 20. post Burch. decr. & apud Iuon. lib. 15. cap. 186. decr.*

Communia de Episcopis. Tit. LXXXX.

CAPVT I.

Episcopum in presbyteri gradum deducere est sacrilegium. *Chalc. c. 29. G.*

CAP. II.

De concess. preb. c. 2. Gregor. ix. & in 2. coll. Si Episcopus, vbi ad eum spectauerit, conferre distulerit, per Capitulū ordinetur, quòd si ad Capitulum electio pertinuerit, & intra prædictum terminum (*sex mensium*) hoc non fecerit, Episcopus hoc secundum Deum, cum virorum religiosorum concilio, exequatur, &c. *Alexan. iij. in conc. Later. c. 8.*

CAP. III.

De treu. & pace c. 1. Gregor. & in 1. collect. Si quis treugam frangere tentauerit, post tertiam commonitionem si non satisfecerit, Episcopus suus sententiam excommunionis dictet, & scriptam vicinis suis annunciet. Episcopus autem nullum excommunicatum in communionem suscipiat, immo scriptam susceptam sententiam quisque confirmet. Si quis autem hoc violare præsumpserit, ordinis sui periculo subiaceat. Et quoniam funiculus triplex non facile rumpitur; præcipimus, vt Episcopi ad solum Dei, & salutis populi habentes respectum, omni tepiditate seposita, ad pacem firmiter tenendam, mutuum sibi consilium, & auxilium præstent; neque hoc alicuius amore, vel odio prætermittant. Quod si quis in opere Dei tepidus fuerit inuentus, damnum dignitatis suæ incurrat. *Alexan. iij. in conc. Latera. c. 21. Vide Innoc. ij. in con. Rom. c. 9.* *Eccl. 4.*

CAP. IV.

Quod nonnullis est religiosis indultum, in fauorem Pontificalis officij ad Episcopos extendentes, concedimus; vt cum commune terræ fuerit interdictum, excommunicatis, & interdictis exclusis, quandoque ianuis clausis, & suppressa voce, non pulsatis campanis celebrent diuina, nisi hoc ipsum fuerit eis expresse interdictum. *Innoc. iij. in con. gen. Later. c. 58.* *De priu. 25. Greg. ix. & c. 8. eo. tit. in 4. collect.*

CAP. V.

De licentia quæstuandi, & indulgentiis Episcoporum, & de reliquiis sanctorum. *Innoc. iij. in concil. gen. Lat. cap. 62.* *De reliq. c. vlt. & de pœnit. c. 14. Gr. ix. & c. 5. eo. & c. 2. de immun. eccl. in 4. collect.*

CAP. VI.

Omnes Episcopi, qui huius Apostolicę sedis ordinationi subiacebunt, qui propinqui sunt, Idibus Maii sanctorum Principum Apostolorum Petri, & Pauli liminibus præsententur omni occasione seposita. Qui vero de longinquo, iuxta chirographum suum impleant. Nam qui huius constitutionis contemptor extiterit, prætet si ægritudine valida fuerit detentus, sciat se canonibus subiacere. *Zachar. in synod. Rom. cap. 4.* *dist. 93. c. 4. nuxta.*

CAP. VII.

Nihil illo est pastore miserius, qui luporum laudibus gloriatur. Quibus si placere voluerit, atque ab his amari delegerit, erit hinc ouibus magna pernicies. Nullus ergo pastorum placere lupis, & gregibus ouium potest. *Anacl. epist. 1. ante med. Iuo par. 5. cap. 237. in fine. Ansel. lib. 6. c. 146. Tarrac. lib. 4. c. 25.* *Dist. 83. c. vlt.*

CAP. VIII.

Principatus, quem aut seditio extorsit, aut ambitus occupauit, etiam si moribus, atque actibus non offendit, ipso tamen initii sui est perniciosus exemplo; & difficile est, vt bono peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio. &c. *Leo epist. 85. ad Episcopos Africa in princip. Iuo par. 5. cap. 105. decret. Anselm. lib. 6. cap. 17. Cæsar. lib. 3. cap. 72. Tarrac. lib. 3. cap. 9.* *1. q. 1. c. 25. & dist. 61. c. 5. miramur. p. 1.*

CAP. IX.

De Musæo, & Eutychiano, & ab eis ordinatis. *Sardic. 19. 20.*

CAP. X.

De Æquitio, & ecclesia Hipponensi. *Cartha. 66. 79. & 95. G. Afric. 32. 45. L.*

CAP. XI.

c.1. de pa-ro. Greg. ix. & in 1. collect. Inter Episcopum Catholicum antiquum, & Donatistam conuersum diuidantur loca, ita vt antiquiot diuidat, iuniot eligat, &c. *Carth. 119. G. Afr. 85. L.*

CAP. XII.

Episcopi, vel clerici suos filios à sua potestate per emancipationem exite non sinant, nisi de moribus eorum fuerint. & ætate securi, vt possint ad eos iam propria pertinere peccata. *Carth. iij. c. 14.*

CAP. XIII.

Aurelius Episcopus dixit, &c. Si necessarium Episcopatui quis habet presbyterum, & vnum habuerit, etiam ipsum ad promotionem dare debebit. Postumianus Episcopus dixit: Ergo si habet alius abundantes clericos, debet mihi alia plebs subuenire. Aurelius Episcopus dixit: Sane quomodo Ecclesiæ alterius te subueneris, persuadebitut illi, qui plures habet cleticos, vt vnum tibi ordinandum largiatur. *Carth. iij. c. 45. in fine.*

CAP. XIV.

16. q. 3. c. 25. Placuit, vt quicumque negligunt ad suam cathedram pertinentia in Catholicam vnitatem lucrari, conueniantur à diligentibus vicinis Episcopis, vt id agere non morentur. Quod si intra sex menses à die conuentionis non hoc fecerint, qui potuetit ea lucrari, ad ipsum pertineant, ita sane, vt si ille, ad quem pertinuisse videbantur, probare potuerit, magis illius electam negligentiam ab hæreticis, impune vt ibi sint; & suam diligentiam fuisse præuentam, vt eo modo eius cura solertior vitaretut, cum hoc iudices Episcopi cognouetint, suæ cathedræ loca restituant. *Milev. c. 24. Carth. 122. G. Afr. 88. L. Burch. lib. 1. c. 68. Iuo. par. 5. c. 176. decr.*

CAP. XV.

Dist. 50. c. 7. Si Episcopus, presbyter, aut diaconus capitale crimen commiserit, &c. ab officij honore depositus, in monasterium retrudatur; & ibi quamdiu vixerit, laïcam communionem accipiat. *Agath. c. 50. Epaun. cap. 22.*

CAP. XVI.

Renouamus canonem, vt si qua vrbs ex auctoritate Imperiali renouatur in ciuilibus, & publicis rebus, ecclesiasticarum quoque terum ordo sequatur. *Trul. 38. Chalc. 17. in fi.*

CAP. XVII.

Sancta synodus definiuit, vt quicumque Pontificum, vel sacerdotum deinceps per manus impositionem pœnitentiæ donum exceperint, nec se mortalium criminum professione notauerint, tenorem retentandi regiminis non omittant, sed per Metropolitanum reconciliatione pœnitentium more suscepta, solita expleant ordinis, vel cætera mysteriorum sibi credita sacramenta. *Tolet. 13. c. 10.*

CAP. XVIII.

Vt publicum baptisterium in nulla parochia esse debeat, nisi vbi episcopus constituerit, cuius parochia est. *Vern. sub Pipina. c. 7.*

CAP. XIX.

Vt illos Presbyteratus, qui ad illum episcopatum legibus obtingunt, ille episcopus ipsos debeat habere. *Vern. sub Pipino. c. 21.*

CAP. XX.

Si laïcus idoneum, vtilemque clericum obtulerit, nulla qualibet occasione, ab episcopo, sine certa ratione repellatur; & si reuciendus est, diligens examinatio, & euidens ratio, ne scandalum generetur, manifestum faciat. *Parisien. sub Ludouico, & Lothario lib. 1. c. 22.*

CAP. XXI.

Nullus deinceps veritatis Episcopus, solito super sacra iurare præsumat, quod mysterij causa sancti quæsierint Patriarchę, & fecerint. Non enim in hæsitatione, & malitia exigentis, sed in caritate non ficta fides seruatur. Quod, qui transgredi ausu temerario præsumpserit, quolibet modo illectus, censuræ ecclesiasticæ sine tetractatione subiaceat. *Melden. c. 38.*

CAP. XXII.

Titulos cardinales in vrbibus, vel suburbiis constitutos, Episcopi canonice, & honeste sine retractatione ordinent, & disponant. *Melden. c. 54.*

CAP. XXIII.

Quædam Apostolica, atque ptisca traditio in sanctis Dei per totum orbem ecclesiis tenuit, vt qui ad Pontificatum ducuntur, qui prę eis Pontificatus regunt, omnia sinceritet consulant, qualiter sapiant, & qualiter fidem detineant, &c. *Sophronius Hierosolymitanus apud vi. syn. CP. act. 11.*

CAP. XXIV.

Hormisdæ temporibus Episcopatus in Africa post annos lxxiv. (*alias* lxxxiv. *alias* lxxix) reuocatus est, qui ab hęreticis fuerat exterminatus, *Ex Pontific.*

LIBER QVINTVS,

De Conciliis, & Synodis, siue Conuentibus.

DE AVCTORITATE CONCILIORVM.

TITVLVS PRIMVS.

CAPVT I.

Dico vobis, quia si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re, quamcunque petierint, fiet illis à Patre meo, qui in cælis est. Vbi enim sunt duo, vel tres congregati in nomine meo; ibi sum in medio eorum. *Christus apud Matth. cap. 18.*

CAP. II.

Placuit nobis collectis in vnum eligere viros, & mittere ad vos cum carissimis nostris Barnaba, & Paulo, &c. Visum est enim Spiritui sancto, & nobis, nihil vltra imponere vobis, quam hæc necessaria, &c. *Concil. Apost. Act. c. 15.*

CAP. III.

Mat. 18. c. Si vbi sunt duo, aut tres congregati in nomine eius, ibi se in medio eorum fore (*Christus*) perhibuit: quantam circa Sacerdotes peculiaritatem potuit demonstrare, qui & patriæ, & liberis † suæ confessionis notitiam prætulerunt? *Syn. Chalcedon. in ep. ad Leonem Pap. post princ. act. 3. in fi.*

† laboris.

CAP. IV.

Nos, quibus regere Ecclesiam Domini creditum est, timentes maledictionem, quæ imminet his, qui negligenter opera Domini faciunt, festinamus bonum fidei semen purum conseruare ab impietatis zizaniis, quæ ab inimico inseminantur, &c. eo quod Sacerdotes decet, communibus quæstionibus finem communem imponere, &c. Ad memoriam (*Vigilij Papæ*) perduximus magna illa Apostolorum exempla, & Patrum traditiones. Licet enim sancti Spiritus gratia, & circa singulos Apostolos abundaret, vt non indigerent alieno consilio ad ea, quæ agenda erant: non tamen aliter voluerunt de eo, quod mouebatur, si oporteret gentes circumcidi, definire prius; quam communiter congregati, diuinarum scripturarum testimoniis vnusquisque sua dicta confirmauerunt. Vnde communiter de eo sententiam protulerunt, ad gentes scribentes: Visum est Spiritui sancto, & nobis, &c. Sed & sancti Patres, qui per tempora in sanctis quatuor conciliis conuenerunt, antiquis exemplis vtentes, communiter de exortis hæresibus, & quæstionibus disposuerunt, &c. Ipse Dominus dixit: Amen dico vobis, si duo ex vobis conuenerint, &c. Vbicunque enim fuerint duo, aut tres, &c. *V. synod. C P. collatio 8. in definit. contra tria capitula, in princip.*

Iere. 48. Mat. 33. Act. 15. Mat. 18.

CAP. V.

Excitauit Christus Deus noster fidelissimũ Imperatorem, nouum Dauid, virum secundũ cor suum inueniens, (*loquitur de Constantino iv.*) qui non dedit somnum oculis suis, & palpebris suis dormitationem, donec per hunc nostrum à Deo congregatum, sacrumque conuentum ipsam recte fidei reperit perfectam prædicationem: secundum enim à Domino editam vocem: Vbi duo, vel tres fuerint congregati in nomine meo; ibi sum in medio eorum. *Syn. vi. gen. C P. contra Monothelitas act. 17. in definit.*

Psal. 131. Mat. 18. c.

CAP. VI.

Spiritus sancti testatur præsentiam congregatio sacerdotum. Certum est enim, quod legimus, quia non potest veritas mentiri, cuius in Euangelio ista sententia est: Vbi duo, vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi & ego sum in medio eorum. Quod si nec huic tam breui numero Spiritus sanctus deest, quanto magis eum, nunc interesse credamus, quando in vnum conuenit tanta turba sanctorum? Sanctum namque concilium est pro debita veneratione collectum, in quo vtique nunc Apostolorum frequentissimæ illius, quã legimus, congregationis aspicienda reuerentia est. Nunquam his defuit, quem receperant prædicandum. Adfuit his semper Dominus, & magister, nec docentes à suo doctore deserti sunt. Docebat ille, qui miserat; docebat ille, qui dixerat, quod docerent; docebat ille, qui in Apostolis suis se confirmat audiri. *Cælest. epist. 4. ad concil. Ephes. in prin.*

Mat. 18. c.

CAP. VII.

Ne qua inter fratres dissensio, ne qua inter præpositos, & subiectos sint fomenta discordiæ, in vnum conuenire Sacerdotes necesse est; vt & de incidentibus causis disceptatio, & sit salubris de Ecclesiastica obseruatione collatio: quatenus dum per hoc & præterita corriguntur, & regulam futura suscipiunt, omnipotens Dominus fratrum concordia † collaudetur: cuius vobis adesse præsentiam, si hæc obseruabitis, scitote; quia scriptum est. Vbi fuerint congregati duo, aut tres in nomine meo, ibi sum in medio eorum.

† lore. Mat. 18. c.

Si ergo adesse dignabitur, vbi duo, vel tres fuerint; quanto magis non deerit, vbi plures conuenerint sacerdotes? *Grego. ad Syagrium, & Ætherium Episcopos lib. 7. registr. epist. 108. vel. 110. prope fin. & ad Felicem Siciliæ Episc. c. 3. ante fi. lib. 12. reg. ep. 37. al. 31.*

CAP. VIII.

Vndecimæ occasionis articulo decretorum vniuersalium petenne dedimus firmamentū, &c. Hinc & decreta præcedentium Patrum ad contentionis iurgium radicitus euellendum, rite synodalem fieri censuere conuentum: vt illic de diuersitate iudiciorum præteritæ lites habeant terminum, vbi sanctus Spiritus vniuersalem coadunauerit cœtum, &c. *Tolet. vij. cap. 11.*

CAP. IX.

Mat. 28. d. Nam qui dicebat Apostolis, se adfuturum vsque ad consummationem sæculi, profecto hoc ipsum & illis, qui Ecclesiæ suæ curam gerunt, annuntiauit. Non enim illis corporaliter adfuturus erat, vsque ad huius præsentis sæculi transitionem. Item & tribus, aut *Mat. 18. c.* quatuor in nomine illius congregatis adfuturum se illis dixit. Putasne tantas congregationes zelo bono coëuntes, vt illius cultus propagetur, diuina illius inspiratio, & ductio relinquit? ne posset consummationem perfectæ confirmationis suæ Ecclesiæ, in qua neque macula, neque ruga, neque aliquid tale est videre? &c. *Germanus C P. Episcopus in epistola ad Thomam Episcopum Claudiopoleos. vij. syn. act. 4.*

CAP. X.

Valde, pernecessarium esse perspexi, beatitudinem vestram in vnum conuenire, habens *Mat. 18. c.* sententiæ Dominicæ fidem, qua dicit: Vbi fuerint duo, vel tres collecti in nomine meo, ibi sum in medio eorum. Credo enim, beatam sanctæ Trinitatis diuinitatem huic sancto interesse concilio; & ideo, tanquam ante conspectum Dei, ita in medio vestri fidem *Psal. 39.* meam protuli conscius admodum sententiæ diuinæ dicentis: Non cælaui misericordiam tuam, & veritatem tuam à congregatione multorum. *Reccared. Rex ad concil. Tolet. iij. in princip.*

Quibus de causis concilia congregari oporteat, & in primis maiora. Tit. II.

CAPVT I.

HVmiliter, ac sapienter exposcite, vt petitioni nostræ, qua plenariam indici synodum postulamus, clementissimus Imperator dignetur annuere; quo citius, adiuuante misericordia Dei, & sanis fortitudo augeatur, & morbidis, si curari acquiescant, medicina præstetur. *Leo. ep. 22. ad clerum, & plebem C P. in f.*

CAP. II.

Synodum congregari mos erat in depulsione Episcopi, & in receptione illius, qui damnatus fuerat. *Gelas. epist. 3. in tomo de anathematis vinculo, cuius initium est, Ne forte, ante fin.*

CAP. III.

Patres nostri, Catholici videlicet, doctique Pontifices in vnaquaque hæresi quolibet tempore suscitata, quidquid pro fide, pro veritate, pro communione Catholica, atque Apostolica, secundum scripturarum tramitem, prædicationemque maiorum, facta semel congregatione sanxerunt, inconuulsum voluerint deinceps, firmumque constare: nec in eadem hac causa denuo, quæ præfixa fuerant, retractari, qualibet recenti præsumptione permiserint, sapientissime prouidentes, quoniam si decreta salubriter cuiquam liceret iterare, nullum contra singulos quosque prorsus errores stabile persisteret Ecclesiæ constitutum; ac semper iisdem furoribus recidiuis omnis integra definitio turbaretur. Nam si limitibus etiam præfixis positarum semel synodalium regularum, non cessaur elisæ pestes, resumptis certaminibus contra fundamentum veritatis sese attollere, & simplicia queque corda percutere: quid fieret, si subinde fas esset perfidis, inire concilium ?cum, quælibet illa † manifesta sit veritas, nunquam † illis desit, quod perniciosa depromat falsitas; tametsi ratione, vel auctoritate deficiens, sola tamen contentione non cedens? Quæ [maiores nostri diuina inspiratione cernentes, ne- 24. q. 1. c. 2. cessarie præcauerunt; ne † contra vnamquamque hæresim coacta semel synodus, pro fide, † vt communione, & veritate Catholica, atque Apostolica promulgasset, non sinerent nouis post hæc retractationibus † mutilari; ne prauis † retractationibus occasio præberetur, quæ medicinaliter fuerant statuta, pulsandi. *Gelas. epist. 6. ad Episcopos Dardaniæ in prin. Ansel. lib. 12. c. 69.*

CAP. IV.

Quotiens vniuersalis poscit religionis causa, ad concilium te cuncti fratres euocante conueniant, &c. *Hormisda. ep. 7. ad Sallust. Hispal. Episcop. in fine.*

CAP. V.

Ne qua inter fratres dissensio, ne qua inter præpositos, & subiectos sint fomēta discordiæ, in vnum conuenire sacerdotes necesse est: vt de incidentibus causis disceptatio, & sit salubris de Ecclesiastica obseruatione collatio: quatenus, dum per hoc præterita corriguntur, & regulam futura suscipiunt, omnipotens Dominus fratrum concordia † collaudetur, † ore. cuius vobis adesse præsentiam, si hæc obseruabitis, scitote, &c. *Greg. ad Syagrium, & Ætherium Episcopos lib. 7. regist. epist. 108. vel. 110. prope fin. & ad Felic. Siciliæ Episcop. lib. 12. regist. epist. 37. al. 31.*

CAP. VI.

In Hipponensi synodo definitum est, vt singulis annis synodus totius Africæ fiat, non solum Carthagine, sed per diuersas Prouincias ne suo, quod sæpe factum est in Numidia,

& Byzacio. De[illegible] necesse, sed quotiens commu[illegible]itas coget, per totam Af[illegible]ican[illegible] da[illegible] non est communis in suis Prouin[illegible]us iudi[illegible]etur. *Carthag. 96. 97. G. Mileuit. 9.[illegible]. Afric. 62.[illegible]. Burch. lib. 1. c. 53. Iuo par. 5. cap. 163. decr.*

Cap. VII.

P[illegible]t, vt quotiens secundum statuta Patrum [illegible]cta synodus congregatur, nullus Episcoporum aliquam prius causam suggerere audeat, quam ea, quæ ad emendationem vitæ, ad seueritatem regulæ, ad animæ remedium pertinent, finiantur. *Aruernen. c. 1. Burch. lib. 1. cap. 58. Iuo lib. 4. tit. 2. cap. 9. pan. & par. 5. c. 168. decr.*

Cap. VIII.

Cum Gallicia Prouinciæ Episcopi tam ex Bracarensi, quam ex Lucensi synodo cum suis Metropolitanis præcepto Regis in Metropolitana Bracarensi Ecclesia conuenissent, &c. Martinus Episcopus dixit, &c. Sancti Patres præcessores nostri, aut generales synodos vndique colligi pro vnitate rectæ fidei fecerunt, &c. Aut certe speciales synodos per suas vnusquisque Prouincias pro resecandis contentionibus, vel emendandis aliquorum negligentiis collegerunt, & prout euentus culparum, aut qualiscunque excessus exegit, per singulas quasque diuinas canonum sententias, mediante inter eos Dei spiritu conscripserunt, quas oportet nos relegere, & tenere, &c. *Brac. ij. in præf. ante canones.*

Cap. IX.

A nobis vniuersaliter definitum est, vt quia iuxta Patrum antiqua decreta, bis in anno difficultas temporis fieri consilium non sinit, saltem vel semel à nobis celebretur. Ita tamen, vt si fidei causa est, aut quælibet alia Ecclesiæ communis, generalis totius Hispaniæ, & Galliciæ synodus conuocetur. Si vero nec de fide, nec de communi Ecclesiæ tractabitur, speciale erit concilium, &c. *Toleta. iv. c. 3.*

Cap. X.

Decreta præcedentium Patrum ad contentionis iurgium radicitus euellendum, rite synodalem fieri censuere conuentum; vt illic de diuersitate iudiciorum præteritæ lites habeant terminum, vbi sanctus Spiritus vniuersalem coadunauerit cœtum. *Toletan. viij. c. 11.*

Cap. XI.

Quoniam per aliquot annos, iuxta decreta canonum nequiuimus congregari; nunc quia annuente Domino, congregandi nobis facultas, iuxta decreta canonum data est, cum Dei gratia conuenientibus nobis in vnum, cooperante eo, in cuius congregamur nomine, & qui habitare facit vnanimes in domo, primo nobis, & ante omnia necessarium est seruare vnitatem spiritus in vinculo pacis, vt vnum sentiamus, & vnum in Christe omnes dicamus; & secundum salutaria dicta Martyris Cypriani, seruetur à nobis caritas animi, honor collegij, vinculum fidei, concordia sacerdotij, & vt attendentes regulares constitutiones Patrum nostrorum, à Metropolis suæ quisque regulari consuetudine non abducatur. *Erueus, Archiepiscopus Remensis apud synodum Troslcianam in princ.*

Cap. XII.

Facta est hæc sacrosancta synodus anno imperij Basilij Pij Principis tertio: quæ vniuersos Patriarchales thronos, sicut aliarum villa in eorum locis seruantibus Præsules habens, non inconuenienter ab omnibus appellatur vniuersalis. Primo, quia Catholica fides in ea, & sanctæ leges, quæ non solum à sacerdotibus, sed ab vniuersis Christianis coli debent, & venerari, contra hostes ipsarum consona voce defenduntur. Deinde, quia cum Christus in corpore suo, quod est Ecclesia, tot Patriarchales sedes, quot in cuiusque mortalis corpore sensus locauerit; profecto nihil generalitati deest Ecclesiæ, si omnes illæ sedes vnius fuerint voluntatis, sicut nihil deest motui corporis, si omnes quinque sensus integræ, communisque fuerint sanitatis, &c. Tertio cum Photius tot excessuum suorum morbo vniuersam Ecclesiam maculauerit, vniuersalis curatio adhibita est, vt totum curaretur, quod totum fuerat maculatum, &c. Nec fatendum creditur, quod tunc iure dicetur vniuersalis, si pro fide celebrata consisteret: cum & in hac nonnulla, quæ ad fidem pertinent, sint definita; & in cæteris vniuersalibus conciliis multa disposita inueniantur, quæ ad fidei doctrinam non pertinent, quod non minus in fide, quam in legis præuaricatione peccent. *Anastasius bibliothec. in proœmio syn. viij. CP. ad Hadr. ij. in medio.*

Conciliorum generalium conuocatio ad Pontificem Maximum pertinet. Tit. III.

Vide supra libro primo titulo sexto.

Legatos Pontificis Maximi præesse in conciliis. Tit. IV.

Vide supra libro primo titulo septimo. Eisque addantur hæc.

CAPVT I.

Si vbi sunt duo, aut tres congregati in nomine eius, ibi se in medio eorum fore *Mat. 18. c.* (*Christus*) perhibuit: quantam circa sacerdotes peculiaritatem potuit demonstrare, qui & patriæ, & labori † suæ confessionis notitiam † liberis prætulerunt? Quibus tu quidem, sicut membris caput præeris, in his, qui tuum tenebant ordinem, beneuolentiam præferens. *Chalced. in epist. ad Leon. act. 3. in fin.*

Cap. II.

Ne piissimi Principis dispositioni (*loqui-*

tur de Theodosio Imperatore) qua Episcopale concilium voluit congregari, nos ita vt decreto, præsentia defuisse, fratres meos ... ianum Episcopum, Renatum Presbyterum, & filium meum Hilarium diaconum misi, qui vicem præsentiæ meæ implere sufficerent. *Leo ep. 17. in fin. ad Pulcheriam Augustam.*

C A P. III.

Necessarium est conferri de tribus capitulis, vnde quibusdam quæstio nata est. Et ideo petimus, præsidente nobis vestra beatitudine, sub tranquillitate, & sacerdotali mansuetudine propositis sanctis Euangeliis, communi tractatu eadem capitula in medio proponenda quæri, & conferri, & finem quæstioni imponi Deo placitum. *Eutychius Episcopus CP. in epist. ad Vigil. Pontif. Maxim. apud syn. CP. v. act. 1.*

Quo pacto concilium habeatur, & de modestia, quam omnes in eo seruare debent. Tit. V.

CAPVT I.

DVm omnes (*Episcopi*) venissent in synodum, sederunt, &c. Presbyteri autē Romani omnes, & diaconi, clerusque & gradus sequentes à tergo Episcoporum steterunt. Nemo enim sedit in eodem loco, nisi tantum Episcopi, & Siluester Episcopus, & Pontifex vrbis Romæ. Erat enim ibi & Calpurnius, qui primo Gentilis, & postea Christianus Præfectus vrbis. *Synod. Rom. sub Syluestro. cclxxv. Episcoporum. c. 1.*

C A P. II.

Xv. Kal. Iun. congreganda est in Prouincia synodus propter vernale tempus, &c. Hora itaque diei prima ante solis ortum eiiciantur omnes ab ecclesia, obseratisque foribus cunctis, ad vnam ianuam, per quam Sacerdotes ingredi oportet, ostiarij stent, & conuenientes omnes Episcopi pariter introeant, & secundum ordinationis suæ tempora resideant. Post ingressum omnium Episcoporum, atque consessum, vocentur deinde Presbyteri, quos causa probauerit introire. Nullus se inter eos ingerat diaconorum. Post hos ingrediantur diacones probabiles, quos ordo poposcerit interesse, & corona facta de sedibus Episcoporum, Presbyteri à tergo eorum resideant, diaconi in conspectu eorum stent. Deinde ingrediantur laici, qui electioni concilij interesse meruerint, & notarij, quos ad recitandum, vel excipiendum ordo requirit, & obserentur ianuæ. Sedentibusque in diuturno silentio Sacerdotibus, & cor tantum habentibus ad Deum, dicat Archidiaconus: Orare, &c. Diaconus alba indutus codicem canonum in medio proferens, capitula de conciliis agendis pronunciet. finitisque titulis, Metropolitanus Episcopus concilium alloquatur. Ecce sanctissimi Sacerdotes recitatæ sunt ex canonibus priscorum Patrum sententiæ de concilio celebrando. Si qua ergo quempiam vestrum actio commouet, coram suis fratribus proponat. Tunc si aliquis quamcumque querelam, quæ contra canonem agit, in audientiam sacri dotalem protulerit, non prius ad aliud transeatur capitulum, nisi primum, quæ proposita est actio, terminetur. Nam & si Presbyter aliquis, aut diaconus, vel clericus, siue laicus, de his qui foris steterint, concilium pro qualibet re crediderit appellandum; Ecclesiæ Metropolitanæ Archidiacono causam suam intimet, & ille concilio denuntiet, & tunc illi & introeundi, & proponendi licentia concedatur. Nullus autem Episcoporum à cœtu communi secedat, antequam hora generalis secessionis adueniat. Concilium quoque nullus soluere audeat, nisi fuerint cuncta determinata, ita vt quæcumque deliberatione communi finiuntur, Episcoporum singulorum manibus subscribantur. Tunc enim Deus suorum sacerdotum concilio interesse credendus est, si tumultu omni abiecto sollicite, atque tranquille Ecclesiastica negotia terminentur. *Tolet. iv. c. 3.*

C A P. III.

In loco benedictionis considentes Domini sacerdotes, nullis debent aut indiscretis vocibus perstrepere, aut quibuslibet tumultibus perturbari, nullis etiam vanis fabulis, vel risibus agi: & quod deterius est, obstinatis disceptationibus tumultuosas voces effundere. *5. q. 4. c. 3.*

Si quis enim, vt Apostolus ait, putat se religiosum esse, non refrænans linguam suam, sed seducens cor suum, huius vana est religio, &c. *Iac. 1. d.*

Et Propheta: Erit cultus iustitiæ silentium. *Esa. 32. d.*

Debet ergo quidquid aut consultationibus considentium agitur, aut ab accusantium parte proponitur, sic mitissima verborum relatione proferri; vt nec cōtentiosis vocibus sensus audientium turbent, nec iudicium vigorem de tumultu eneruent. Quicumque ergo in conuentu concilij hæc violanda crediderit, & contra hæc interdicta aut tumultu, aut contumeliis, vel risibus concilium conturbauerit; iuxta diuinæ legis edictum: Ejice derisorem, & exibit cum eo iurgium, cum omni dedecore de consessione abstractus, à communi cœtu secedat, & trium dierum excommunicationis sententiam perferat. *Tolet. xi. c. 1. Iuo par. 4. c. 245. decr.* *Pro. 22. b*

C A P. IV.

Quo pacto concilium habeatur, Isid. Mercator initio concil. ex Tolet. iv. c. 3. addit orationes, & canones, qui legendi sunt de concilio Tolet. æra 18. & æra 3. Item ex capitulis Orientalium Patrum, quæ Martinus Episcopus de Græco in Latinum vertit, æra 18. de synodo facienda. Item ex concilio Chalcedonensi, æra 18. † Item ex concilio Agatheosi æra 25. vel 26. † vel aliud de canonibus quod Metropolitano aptius visum fuerit, &c. Et postea. Sicq; Archidiaconus lecturus est canonē Toletani concilij xj. æra prima; ne tumultu *† 19 f.* *† 15 vel 71. f*

con-

concilium agitetur. Quo canone perlecto, concilium Ephesinum ex ordine perlegatur. Deinde collatio pariter & instructio de mysterio sanctæ Trinitatis habeatur, simulque & de officiorum ordinibus si in omnium sedibus celebritatis vnitas teneatur. Pro his quoque causis, prout spatium diei permiserit, & epistolæ Papæ Leonis ad Flauianum Episcopum de erroribus Eutychetis, & mysterio Trinitatis legendæ sunt. Canones quoque de officiorum vnitate, &c. *Isid. Mercat. & Ansel. Lucens. ante collectiones suas.*

Vt prius ordinati Episcopi priorem locum in conciliis obtineant. Tit. VI.

Vide libro quarto, titulo sexagesimo sexto. Quibus adde.

CAPVT I.

EPiscopi per singulas Prouincias obseruent, ne posteriores se prioribus suis præferant; nec eis inconsultis, nisi quantum ad propriam pertinet parochiam, aliquid agant. *Lucius ep. sing. post prin. Burch. lib. 1. c. 54. Iuo par. 5. cap. 164. decr.*

Concilium generale singulis annis habeatur. Tit. VII.

CAPVT I.

NOn incognitum vobis esse credimus, in Romana iam dudum synodo constitutum esse; vt per singulos annos ad decorem, & vtilitatem sanctæ Ecclesiæ generale concilium apud sedem Apostolicam sit tenendum. Nos itaque huius celebritatis hoc in tempore causam valde necessariam considerantes, in prima hebdomada quadragesimæ synodum annuente Deo Romæ celebrare disposuimus, ad quam omnes vos & Apostolica auctoritate præsentiam vestram exhibere commonemus, atque præcipimus. *Greg. vij. lib. 1. reg. ep. 46.*

Concilium generale non iudicat de Pontifice Maximo. Tit. VIII.

CAPVT I.

POsto si synodus vniuersalis fuerit congregata, & facta fuerit etiam de sancta Romanorum Ecclesia quæuis ambiguitas, & controuersia; oportet venerabiliter, & cum conuenienti reuerentia de opposita † quæstione sciscitari, & solutionem accipere, & aut proficere, aut profectum facere; non tamen audacter sententiam dicere contra summos senioris Romæ Pontifices. *Synod. viij. gen. CP. sub Hadr. ij. c. 21. Ansel. lib. 7 c. 72.*

† propositа.

Pontifex Maximus confirmat generale Concilium. Tit. IX.

Vide libro primo, titulo octauo.

Canones conciliorum, & Pontificum decreta seruentur ab omnibus. Tit. X.

CAPVT I.

CAnones [à sanctis Patribus in vnaquaque synodo hucusque positi seruentur. *Chalced. c. 1.* 25. q. 1. c. 14.

CAP. II.

His, qui sacram sortiti sunt dignitatem, testimonia, & directiones canonicarum præceptionum formæ consistunt. Quas libenter suscipientes, cum Deiloquio Dauid canimus, ad Dominum Deum dicentes: In via testimoniorum tuorum delectatus sum, sicut in omnibus diuitiis: & mandasti iustitiam, testimonia tua in æternum, intellectum da mihi, & viuifica, † &c. Diuinos canones amplectabiliter in pectore recondamus, & integram illorum præceptionem, ac in sancti Spiritus tubis immobilem teneamus; tam scilicet illorum, qui ab almis, & laudatissimis Apostolis, sancti Spiritus tubis editi sunt, quam eorum, qui à sex sanctis venerabilibus synodis, atque his conciliis, quæ localiter collecta sunt, in expositionem huiusmodi decretorũ promulgati sunt. Nec non & eorum, qui à sanctis Patribus prolati fuisse probantur. Ab vno enim, eodemque Spiritu illustrati definierunt, quæ expediunt. Et quidem, quos anathemati transmittunt, & nos anathematizamus: quos vero depositioni, nos deponimus: quos autem segregationi, & segregamus. Porro quos epitimio tradunt, & nos quoque simili modo summittimus sine auaritia, &c. *Syn. vij. Nic. ij. c. 1.* Psal. 118. † viuam.

CAP. III.

Per æquam, & regiam diuinæ iustitiæ viam inoffense incedere volentes, veluti quasdam lampades semper lucentes, & illuminantes gressus nostros, qui secundum Deum sunt, sanctorum Patrum definitiones, & sensus retinere debemus. Quapropter & has, vt secunda † eloquia secundi, magni, & sapientissimi throni sui arbitrantes; & æstimantes, etiam de eis cum diuino Dauid promptissime canimus: Mandatum Domini lucidum illuminans oculos, & lucerna pedibus meis lex tua, & lumen semitis meis; & cum Prouerbiatore dicimus: Mandatum lucerna est, & lex lux. & cum magniuoco Esaia. Clamans ad Dominum Deum, quia lux præcepta tua sunt super terram. Luci enim veraciter assimilatæ sunt diuinorum canonum hortationes, & dehortationes, secundum quod discernitur melius à peiori, & expediens, atque proficuum ab eo, quod non expedire, sed obesse dignoscitur. Igitur regulas, quæ sanctæ Catholicæ, † sancta. f. Psal. 18. c. & 118. Prou. 9. c. Esa. 1.

& Apoſtolicæ Eccleſiæ, tam à ſanctis famoſiſſimis Apoſtolis, quam ab orthodoxorum vniuerſalibus, nec non & localibus concilijs, vel etiam à quolibet Deiloquo Patre, atque magiſtro Eccleſiæ traditæ ſunt, ſeruare, ac cuſtodire profitemur; his & propriam vitam, & mores regentes, & omnem ſacerdotum catalogum, ſed & omnes, qui Chriſtiano cenſentur vocabulo, pœnis, & damnationibus, & è diuerſo receptionibus ac iuſtificationibus, quæ per illas probatæ ſunt, & definitæ, ſubiici canonice decernentes. Tenere quippe traditiones, quas accepimus, ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam ſanctorum, qui antea fulſerunt,
2.Theſ. 2. Paulus admonet aperte magnus Apoſtolus. *Syn. viij. CP. ſub Hadr. ij. cap. 1.*

CAP. IV.

Beatiſſimum Papam Nicolaum, tamquam organum ſancti Spiritus habentes, nec non & ſanctiſſimum Hadrianum Papam ſucceſſorem eius; definimus, atque ſancimus, ea omnia, quæ ab eis ſynodice per diuerſa tempora expoſita ſunt, & promulgata, tam pro defenſione, ac ſtatu Conſtantinopolitanorum Eccleſiæ, & ſummi ſacerdotis eius, Ignatij videlicet ſanctiſſimi Patriarchæ, quam etiam pro Photij neophyti, & inuaſoris expulſione, ac condemnatione ſeruari ſemper, & cuſtodiri, &c. *Syn. gener. viij. CP. ſub Hadr. ij. c. 2.*

CAP. V.

25.q.1.c. 9. Prima ſalus eſt, rectæ fidei regulam cuſtodire; deinde, à conſtitutis Dei, & Patrum nullatenus deuiare. *Libellus datus Legatis ab Hadr. ij. lectus apud ſyn. viij. gener. CP. act. 1. Euſeb. epiſt. 3. ante med. Ioann. CP. Epiſc. ad Hormiſdam ep. 5. ad Epiſcopos Hiſpaniæ. Libellus Eulalij Epiſc. Carthagin. ad Bonif. ij. relatus in ep. vn. eiuſdem Bonifacij.*

CAP. VI.

Sequimur ſanctam ſynodum, & amplectimur, quam beatæ recordationis Papa Nicolaus, cui & ipſe Domine coangelice ſumme Pontifex Hadriane, ſubſcripſiſti, ante ſacratiſſimum Petri, & Pauli Apoſtolorum eximij corpus celebrauit. Simul & quam tu ipſe nuper egiſti; & omnia, quæ in his ſtatuta ſunt, ſecundum decreti veſtri moderationem venerabiliter conſeruabimus, recipientes, quos recipiunt, & damnantes omnes, qui in illis damnati ſunt, &c. *Libellus Eccleſiæ Romæ. ab viij. ſynodo CP. approbatus poſt prim. act. 1. ſub Hadr. ij.*

CAP. VII.

Vbi neceſſitas non eſt, nullo modo violentur ſanctorum Patrum ſtatuta; vbi vero neceſſitas fuerit, ad vtilitatem Eccleſiæ, qui poteſtatem habet, ea diſpenſet; ex neceſſitate enim fit mutatio legis. *Synod. CP. ix. ſub Ioan. viij. actio. 2.*

CAP. VIII.

Silueſter Epiſcopus dixit: Omnis Epiſcopus, qui conuenit ad concilium, fidem ſuam chirographo confirmet, vt deinceps rediens ad parochiam ſuam, compaginem noſtræ ſalutationis plebi ſuæ innoteſcat, vt fide concilij declarata, intemeratus ordo ſeruetur. *Silueſt. in concil. cclxxv. epiſc. c. 3.*

CAP. IX.

Nulli fas ſit, ſine ſtatus ſui periculo, vel diuinas conſtitutiones, vel Apoſtolicæ ſedis de- 25.q.1.c.
creta temerare. *Rom. ſyn. ſub Hilar. c. 1. Capit. lib.* 4.
6. c. 267. In opar. 5. c. 37. decr. Anſel. l. 1. c. 46. & 62.

CAP. X.

Si quis ſecundum ſanctos Patres non confitetur proprie, & ſecundum veritatem omnia, quæ tradita ſunt, & prædicata ſanctæ catholicæ, & Apoſtolicæ Dei Eccleſiæ, perindeque à ſanctis Patribus, & venerandis vniuerſalibus quinque concilijs vſque ad vnum apicem, verbo & mente condemnatus ſit. *Lateran. ſub Mart. c. 17.*

CAP. XI.

Si quis ſecundum ſanctos Patres conſonanter nobis, pariterque fide non reſpuit, & anathematizat anima, & ore omnes, quos reſpuit, & anathematizat nefandiſſimos hæreticos cum omnibus impiis eorum conſcriptis vſque ad vnum apicem ſancta Dei Eccleſia catholica, & Apoſtolica, hoc eſt, ſanctæ, & vniuerſales quinque ſynodi, & conſonanter omnes probabiles Eccleſiæ Patres, &c. huiuſmodi condemnatus ſit. *Later. ſub Martino 1. c. 18.*

CAP. XII.

Si quis ea, quæ ſceleroſi hæretici ſapiunt, indubitanter profeſſus, atque intelligens, per inanem proterui am dicit, hæc pietatis eſſe dogmata, quæ tradiderunt ab initio ſpeculatores, & miniſtri verbi, hoc eſt dicere, ſanctæ, & vniuerſales quinque ſynodi, calumnians vtique ipſos ſanctos Patres, & memoratas ſanctas quinque ſynodos in deceptione ſimplicium, vel ſuſceptione ſuæ profanæ perfidiæ, huiuſmodi condemnatus ſit. *Later. ſub Mart. c. 19.*

CAP. XIII.

Si quis ſecundum ſceleroſos hæreticos quocumque modo, aut verbo, aut tempore, aut loco terminos remouens illicite, quos poſuerunt firmius ſancti catholicæ Eccleſiæ Patres, id eſt, ſanctæ, & vniuerſales quinque ſynodi, nouitates temere exquiſiuerit, &c. huiuſmodi condemnatus ſit. *Lat. ſub Mart. c. 20.*

CAP. XIV.

Si quis alium terminum fidei, ſiue ſymbolũ, aut doctrinam habet, præter quod traditum eſt à ſanctis magnis, & vniuerſalibus ſex ſynodis, & confirmatum eſt ab his ſanctis Patribus qui in eis conuenerunt, &c. talem impium anathematizamus, & alienum, extraneumque deputamus ſanctæ, catholicæ, & Apoſtolicæ Eccleſiæ, &c. *Stephanus Papa in concilio pro ſacris imaginibus in partibus Franciæ, vel Italiæ apud Hadr. .2. ad Carol.*

CAP. XV.

Synodus, quæ veſtris temporibus in baſilica B. Petri Apoſtoli pro nonnullis malis eradicandis, & maxime pro cauſa domini Formoſi ſanctiſſimi Papæ acta eſt, veſtro Imperiali conſenſu, & venerabilium Epiſcoporum,

ac optimatum vestrorum roboretur, & perpetualiter stabilita seruetur. *Rauenna. sub Ioan. ix. in responsione ad Imperatorem. c. 3.*

CAP. XVI.

Amplector sanctos canones Apostolorum; quatuor vniuersalia concilia, sicut quatuor Euangelia, Nicænum, Ephesinum, CP. Chalcedon. & Antiochenum; & decreta sanctorũ Patrum Romanorum Pontif. & præcipue decreta Domini mei Papæ Gregorij, & beatæ memoriæ Papæ Vrbani. Quæ ipsi laudauerunt, laudo: quæ ipsi tenuerunt, teneo: quæ confirmauerunt, confirmo: quę damnauerunt, damno: quæ repulerunt, repello: quæ interdixerunt, interdico: quæ prohibuerunt, prohibeo in omnibus, & per omnia. Et in his semper perseuerabo. *Paschal. ij. in synodo Lateran.*

CAP. XVII.

12. q. 1. c. 2. in fine. Concilium dantes vestram prudentiam hortamur, vt ab Apostolicis regulis non recedatis. *Clem. epist. 5. in fi. Iuo in epist. 208. ad Ioan. Aurelian. Episcopum.*

CAP. XVIII.

Contemplari oportet, quod vbi occurrit necessitas, sæpe constitutiones Patrum transgredimur. *Felix Papa apud synod. CP. ix. sub Ioanne viij. act. 2.*

CAP. XIX.

25. q. 1. c. 5. Violatores voluntarij canonum grauiter à sanctis Patribus iudicantur, & à Spiritu sancto, cuius instinctu, ac dono dictati sunt, damnantur; quoniam blasphemare Spiritum sanctum non incongrue videntur, qui contra eosdem sanctos canones non necessitate compulsi, sed libenter, vt præfixum est, aliquid, aut proterue agunt, aut loqui præsumunt, aut facere volentibus sponte consentiunt, &c. Idcirco norma sanctorum canonum, qui sunt Spiritu Dei conditi, & totius mundi reuerentia consecrati, fideliter est à nobis scienda, & diligenter tractanda, &c. *Damas. in ep. ad Aurel. Carthagin. ante collectio. Concil. Isido. Mercat. Ansel. lib. 3. c. 109. Deusd. c. 4. Cæsar. lib. 2. c. 36. Tarrac. lib. 6. c. 21.*

CAP. XX.

Ecclesiasticorum canonum norma nulli esse debet incognita Sacerdoti: quia nesciti hæc à Pontifice satis est indecorum; maxime cum à laicis religiosis viris sciatur, & custodienda esse ducatur. *Innoc. epist. 5. ad Maxim. & Seuerum Episcopos.*

CAP. XXI.

Innocentius Aurelio, & omnibus sanctis Episcopis, & cæteris, qui in concilio Carthaginiensis Ecclesiæ adfuerunt, dulcissimis fratribus in Domino salutem. Inquirendo de his rebus, quas omni cum sollicitudine decet à sacerdotibus, maxime à vero, iustoque & Catholico tractari concilio, antiquæ traditionis exempla seruantes, & Ecclesiasticæ memores disciplinæ, &c. *Inn. ep. 24. in princ. vel. 25.*

CAP. XXII.

Dist. 38. c. 4. Nulli sacerdoti liceat canones ignorare; nec quidquam facere, quod Patrum possit regulis obuiare. *Cælesti. ep. 3. c. 1. Capit. lib. 5. cap. 32. & lib. 7. c. 49. & 113. Burch. lib. 2. c. 160. Iuo par. 6. c. 251. decr. Ansel. lib. 7. c. 108. Tarrac. lib. 3. c. 2.*

CAP. XXIII.

Sicut quædam sunt, quæ nulla possunt ratione conuelli; ita multa sunt, quæ aut pro consideratione ætatum, aut pro necessitudine rerum oporteat temperari: illa semper conditione seruata, vt in his, quæ vel dubia fuerint, vel obscura, id nouerimus sequendum, quod nec præceptis Euangelicis contrarium, nec decretis sanctorum Patrum inueniatur aduersum. *Leo epist. 90. vel 92. ad Rusticum Narbonen. Episcop. in princip. Iuo in præf. panor. & decr. Ansel. lib. 2. c. 76. Cæsar. lib. 2. c. 56. Tarr. lib. 1. c. 114. & lib. 3. c. 61.* Dist. 14. c. 2.

CAP. XXIV.

Etsi illa nonnunquam sinenda sunt, quæ, si cæterorum constet integritas, sola nocere non valeant: illa tamen sunt magnopere præcauenda, quæ recipi, nisi manifesta decoloratione non possunt, &c. *Gelas. epist. 1. cap. 11. in fin. Tarrac. lib. 1. c. 116.* 1. q. 7. c. 23.

CAP. XXV.

Paternas regulas, & decreta à sanctis definita conciliis, ab omnibus seruanda mandamus, &c. Ibi fas, nefasque præscriptum est; ibi prohibitum, ad quod nullus audeat aspirare, ibi concessum, quid debeat mens Deo placitura præsumere. *Hormisd. epist. 7. ad Sallust. Hisp. Episc. in fi.*

CAP. XXVI.

Vt paternos terminos non transgrediamur, sacros canones non conculcemus, nec decretalia sedis Apostolicæ constituta, quibus Ecclesia tota fulcitur, atque munitur, quoquo modo violemus. *Nic. in epist. ad Episcopos, & clerum CP. incip. Ea, quæ nuper post princ. refertur act. 7. synodi. viij. CP. sub Hadr. ij.*

CAP. XXVII.

Nihil contra magnam synodum Metropolitani existiment vindicandum. *Arel. ij. c. 37.*

CAP. XXVIII.

Si quis statuta (*conciliorum*) supergressus corruperit, vel pro nihilo habenda putauerit, si laicus est, communione; si clericus, honore priuetur. *Carth. 1. c. 14. Burch. lib. 15. c. 6. Iuo par. 16. c. 7. decr.*

CAP. XXIX.

Genedius Episcopus dixit: Omnia, quæ à vestro cœtu gloriosissimo statuta sunt, placet ab omnibus custodiri? Ab vniuersis Episcopis dictum est: Placet, placet, vt custodiantur ab omnibus, &c. *Carthag. ij. c. 13.*

CAP. XXX.

Ordinato Episcopo, aut clerico primum ab ordinantibus decreta à synodis in aures eorum imponantur: vt si non fecerint iuxta synodi definitiones, pœniteant. *Carth. 18. G. Carthag. iij. c. 3. L.* Dist. 38. c. 7. placuit.

CAP. XXXI.

Canones suos nec ignorare quemquam, nec dissimulare, id est, præterite permittitur. *Aurel. iij. c. 32. in fine.*

CAP. XXXII.

Parochiani clerici à Pontificibus suis necessaria sibi statuta canonum legenda percipiant; ne ipsi, vel populi, quæ pro salute eorum decreta sunt, excusent postmodum ignorasse, *Aurel. iv. cap. 6.*

CAP. XXXIII.

Præcepta antiquorum canonum, quæ modo in concilio recitata sunt, nullus audeat præterire. Si quis autem contumax transgreditur ista, necesse est, vt de suo degradetur officio. *Brac. i. cap. 40.*

CAP. XXXIV.

Si quis horum capitulorum terminum transgressus, ad inordinatas consuetudines reuerti voluerit, totius concilij excommunicatione correptus, verissimam sibi de sui ordinis inclinatione nouerit imminere sententiam. *Brac. ij. in fine.*

CAP. XXXV.

Qui concilia omnium orthodoxorum Episcoporum consona conciliis Nicæno, CP. primo Ephesino, & Chalcedonensi non recipit, anathema sit. *Tolet. iij. ante canones.*

CAP. XXXVI.

Permaneant in suo vigore conciliorum omnium constituta, simul & synodicæ sanctorum Præsulum Romanorum epistolæ. *Tolet. iij. c. 1.*

CAP. XXXVII.

A feria sancti Martini vsque ad Natalem Domini canones legantur, vt nullus fateatur per ignorantiam deliquisse. *Matisc. 9.*

CAP. XXXVIII.

Dist. 38. ignorantia. c. 1. Sacerdotes scripturas sanctas, & canones meditentur. *Tolet. iv. cap. 24. Burch. lib. 1. c. 100. Ino par. v. cap. 202. decr. Anselm. lib. 7. c. 105. Cæsar. lib. 4. cap. 54.*

CAP. XXXIX.

Ne quælibet in posterum, aut impune valeant committi, aut generalia statuta conuelli, plena decernimus vnanimitate connexi, vt quæcumque pro fidei causis, ecclesiasticisque negotiis, aut in præteritis gestis, aut in præsentibus constitutis, aut in futuris etiam decretis, vel sint, vel fuerint definitiones conscriptæ vniuersali auctoritate; nullus deinceps contradicere audeat, &c. ne gratia & honoris sui, & communionis sacræ lugeat amissione multatus. Cum vero aut quælibet sancta synodus agitur, aut pacifice inter Pontifices quippiam definitur; si pauciores per nescientiam, vel contentionem forte dissentiant, aut commoniti plurimorum sententia cedant, aut ab eorum cœtu cum dedecore confusionis abscedant, aut excommunicationis annuæ sententiam luant. *Tolet. viij. c. 11.*

CAP. LX.

Cætera decretorum nostrorum iudicia, quæ ab hac sancta synodo noscuntur esse confecta, si quis conuellere forsitan decreuerit, aut temere implere neglexerit, vel infringere quandoque voluerit · per iudicium omnipotentis Dei anathema sit. *Tolet. viij. c. 12. in fine.*

CAP. XLI.

Canonum statuta ab omnibus intemerata seruentur. *Cabilo. 2. Melden. c. 34. Burch. l. 1. c. 61. Ino p. 5. c. 171. decr.* *De consec. c. 1. Greg. ix. & in 2. collect.*

CAP. XLII.

Quamquam omnes, qui sacris mancipantur ordinibus, canonicis regulis teneantur astricti, &c. Solet tamen plus timeri, quod singulariter pollicetur, &c. Qui ad Ecclesiasticos gradus est accessurus, &c. sua annotatione promittat fidem Catholicam sincera cordis deuotione custodire; iuste, & pie, viuere; in nullis operibus suis, canonicis regulis contradicere, &c. *Tolet. xi. c. 10. Ino epist. 67. ad Bernardum Abbatem, post med.*

CAP. XLIII.

Traditiones sanctorum Apostolorum, seu reuerendissimorum Patrum, qui in supradictis (*quinque*) conciliis adfuerunt, omni cum veneratione suscipimus, amplectimur, defendimus. *Mansuetus Episcopus, & syn. Mediol. ep. ad Constantinum iv. imp. ante vi. syn. CP.*

CAP. XLIV.

Maiorum institutionibus ausu temerario contraire, & sanctorum Patrum decreta conuellere, & superiorum suorum effrænata libidine contra sanctissimam Apostoli doctrinã, sanctionibus reniti, quid aliud est, quam vinculum societatis Christi abrumpere, & vsurpatæ præsumptionis licentia statum Ecclesiæ dissipare? &c. *Tolet. xij. c. 4. Burch. lib. 1 c. 33. Ino p. 5. c. 144. decr.*

CAP. XLV.

Huic sanctæ synodo placuit, vt deinceps, ad animarum medelam, & perturbationum curationem firmi, stabilesque maneant, qui à sanctis Patribus, qui nos præcesserunt, suscepti, ac confirmati sunt, atque à Deo nobis etiam traditi sunt, sanctorum, & gloriosorum Apostolorum nomine octoginta quinque canones &c. Obsignamus etiam reliquos omnes canones, qui à sanctis, & beatis Patribus expositi sunt, id est, à trecentis decem & octo sanctis, ac diuinis Patribus, qui Nicææ conuenerunt; iisque qui Ancyræ, qui Neocæsareæ, & qui Gangris; iisque, qui Antiochiæ Syriæ; atque iis, qui Laodiceæ Phrygiæ. Præterea autem, & centum quinquaginta Patribus, qui in hac Dei cultrice, & Imperiali ciuitate conuenerunt; & ducentis, qui in Ephesiorum metropoli prius coacti sunt; & sexcentis triginta sanctis, & beatis Patribus, qui Chalcedone: similiter & iis, qui Sardicæ, & qui Carthagine, & qui rursus in hac Dei cultrice, & Imperiali vrbe conuenerunt sub Nectario, qui Imperiali huic ciuitati præsidebat, & Theophilo, qui fuit Alexandriæ Archiepiscopus. Quin etiam canones Dionysij, qui fuit Archiepiscopus magnæ Alexandrinorum ciuitatis: & Petri, qui Alexandriæ Archiepiscopus, & Martyr: Gregorij Neocæsareæ Episcopi Thaumaturgi dicti; Athanasij Alexandrini Archiepiscopi, Basilij Archiepiscopi Cæsareæ Cappadociæ, Gregorij Episcopi Nyssæ, Gregorij

Dist. 16. quoniã c. 7. & c. 4. placuit.

Nullius auctoritatis est hic canon sicut nec alij Trullani.

Theologi, Amphilochij Iconij, Timothei Archiepiscopi Alexandrini, Cyrilli eiusdem Alexandriæ Archiepiscopi, & Gennadij, qui fuit Patriarcha huius Dei cultricis, & Imperialis ciuitatis, &c. Si quis autem, prædictorum canonum aliquem innouare, vel subuertere conuictus fuerit, reus erit secundum eum canonem, vt ipse pronuntiat canon, pœnam luens, & per ipsum in eo, in quo offendit, medelam suscipiens. *Trull. c. 2. Iuo lib. 2. tit. 11. c. 29. & 38. panor. & par. 4. c. 106. & 134. decr. Caf. lib. 1. c. 42. & 53. & lib. 2. c. 8.*

CAP. XLVI.

Gesta (*sextæ*) synodi Constantinopolitanæ probauimus, decretis quidem synodalibus & præcipuis in omnibus consona, & Nicænæ quidem, Constantinopolitanæ, vel Ephesinæ fidei concordantia, Chalcedonensi vero tam esse vnita, vtpote ipsis verbis edita, vel libata, quippe quibus sumpta videtur pene omnis ipsius soliti præcurrentis materia, & ideo supradicta acta concilij in tantum à nobis veneranda sunt, & recipienda constabunt, in quantum à præmissis conciliis non descíscunt. *Tolet. xiv. c. 5. & 6.*

CAP. XLVII.

Dist. 38. c. 1. in fine. Sciant sacerdotes scripturas sanctas, & canones: vt omne opus eorum in prædicatione, & doctrina consistat, atque ædificent cunctos tam fidei scientia, quam operum disciplina. *Arelat. sub Carolo c. 3.*

CAP. XLVIII.

Cum omnia concilia, canonum, qui recipiuntur, sint à sacerdotibus legenda, & intelligenda; & per ea sit eis viuendum, & prædicandum: necessarium duximus, vt ea, quæ ad fidem pertinent, & vbi de extirpandis vitiis, & plantandis virtutibus scribitur, hoc ab eis crebro legatur, & bene intelligatur, & in populo prædicetur. *Cabil. sub Carolo c. 37. Magun. sub Raban. c. 2. Burch. lib. 19. c. 14. Iuo part. 15. cap. 157. decr.*

CAP. XLIX.

c. 1. de cō. ss. Greg. ix. & in 1. coll. Vt canonum statuta sine præiudicio ab omnibus custodiantur, & nemo in actionibus, vel iudiciis Ecclesiasticis suo sensu, sed eorum auctoritate ducatur. *Melden. c. 34. Cabilo. c. 2. Burch. lib. 1. c. 61. Iuo par. 5. c. 171. decr.*

CAP. L.

Ipsa visitatio plebium, & parochialium sacerdotum, tam moderate, & in quantum fieri potest, iuxta canonicam institutionem fiat, vt manifestũ sit, siue per nos, siue per nostros, sola ibi animarum lucra perquiri; nec aliquẽ importunitate, & nimietate grauari, & contristari, ne verbum Domini, & doctrina blasphemetur. *Valen. sub Lothario c. 17.*

CAP. LI.

Dist 11. c. 5. ecclesiasticar. Dogmatum, & prædicationum, quæ in Ecclesia custodita sunt, hæc quidem ex scriptis mandata doctrina habemus: illa vero ex traditione Apostolorum nobis tradita in mysterio suscepimus, quæ vtraque habent easdem vires ad pietatem. His autem nemo contradicet, qui rituum Ecclesiasticorum vel minimam experientiam habuerit. Si enim non scriptas consuetudines, tamquam non magnam potestatem habentes, recusare voluerimus; in rebus principalibus ipsum Euangelium imprudentes damno afficiemus, vel potius id, quod prædicatum est, ad solum nomen redigemus. *Basil. in lib. de Spiritu sancto ad Amphilochium, c. 27. Burch. lib. 3. c. 127. Iuo lib. 2. tit. 12. c. 23. panor. & par. 4. cap. 69. decr.*

CAP. LII.

Suscipimus, & ex animo amplectimur, & amamus sex sacras, & vniuersales synodos, &c. Et postea. Locales autem synodos non auersamur, sed magis amamus, amplectimur, & recipimus: earum etiam diuinitus inspiratas canonicas constitutiones, correctiones, & vtiles earum legislationes summa obseruantia colimus. *Theodorus Hierosolym. Episcopus in synodica lecta in syno. vij. Nicæ. ij. actio. 3.*

CAP. LIII.

In conciliis quædam à certis ibi conuenientibus dicuntur, aut per fauorem, aut per contrarietatem, aut per ignorantiam; nemo autem attendit ea, quæ per partem à quibusdam dicuntur: sed sola illa, quæ ab omnibus communi consensu definiuntur. Si enim aliquis secundum illos voluerit attendere eiusmodi contrarietates: vnaquæque synodus inuenietur semetipsam destruens. *Iustinia. ad Ioan. ij. post med.*

CAP. LIV.

Ergo N. S. R. E. diaconus, vel presbyter, aut Episcopus Cardinalis electus, vt fiam per Dei gratiam huius sanctæ Apostolicæ sedis humilis minister, profiteor tibi beate Petre Apostolorum Princeps, &c. sanctæque tuæ Ecclesiæ, quam hodie tuo præsidio regendam suscipio, quod quamdiu in hac misera vita constitutus, ipsam non deseram, &c. nec me segregabo ab ipsa: sed veræ fidei rectitudinem, &c. quam in tua sancta Ecclesia reperi, totis conatibus vsque ad animam, & sanguinem custodiri (*faciam*) tam de sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis mysterio, &c. quam de cæteris Ecclesiæ dogmatibus, sicut in vniuersalibus conciliis, & constitutionibus Apostolicorum Pontificum, probatissimorumque Ecclesię Doctorum scriptis sunt commendata: id est, quæ ad rectitudinem nostræ, vestræque orthodoxæ fidei à te traditionem recipiunt, conseruare: [sanctaque *Dist. 16. c. 8.* octo vniuersalia concilia, id est, Nicænum, Constantinopolitanum, & Ephesinum primũ, & Chalcedonense; quintum quoque & sextum item CP. & septimum item Nicænum, octauum quoque item CP. vsque ad vnũ apicem immutilata seruare, & pari honore, & veneratione digna habere: & quæ prædicauerunt, & statuerunt, omnimode sequi, & prædicare; quęque condemnauerunt, condemnare ore, & corde, diligentius autem, & viua-

tius, quamdiu vixero omnia decreta canonica prædecessorum Apostolicorum nostrorum Pontificum, quæcumque ipsi synodaliter statuerunt, & probata † sunt, confirmare, & indeminuta seruare, & sicut ab eis statuta sunt, in sui vigoris stabilitate custodire: quæque vel quoscúque condemnauerunt, vel abdicauerunt, simili sententia condemnare, vel abdicare, &c. sacrosque canones, & Sacrorum Pontificum constituta, vt diuina, & cælestia mandata, Deo auxiliante custodire, &c. *Professio summorum Pontific. ex lib. diurno. Iuolib. 2. tit. 11. c. 15. pan. & par. 4. c. 132. decr.*

† prolata

De quatuor conciliis generalibus Nicæno, Constantinopolitano, Ephesino, & Chalcedonensi. Tit. XI.

CAPVT I.

Tenere, & seruare, & prædicare sanctis Ecclesiis confessi sumus hanc fidei confessionem, quam latius exposuerunt cccxviij. sancti Patres Nicææ congregati, qui sanctum mathema, siue symbolum tradiderunt: insuper autem, & cl. Constantinopoli collecti exposuerunt, qui eandem fidei confessionem secuti sunt, & eam explanauerunt: & cc. sanctorum Patrum prius Ephesi collectorum pro eadem fide consensum: & quæ à DCXXX. Chalcedone congregatis definita sunt, pro vna, eademque fide, quam & ipsi secuti prædicauerunt. Eos autem, qui pro tempore condemnati, vel anathematizati à Catholica Ecclesia, & prædictis quatuor conciliis sunt, confessi sumus condemnatos, & anathematizatos habere. *V. syno. CP. collatio. 8. de trib. capitulis post prin.*

CAP. II.

Iterum confitemur, quod suscipimus sanctas quatuor synodos: id est, Nicænam, Constantinopo. Ephesinam primam, & Chalcedonen. quę pro vna eademque fide definiuerunt, prædicauimus, & prædicamus. Eos autem, qui hæc non suscipiunt, alienos Catholicæ Ecclesiæ iudicamus. *Ibid. ante anathemata.*

CAP. III.

His ita habentibus manifestum facimus quoniam omnia, quæ à prædictis sanctis quatuor synodis, sicut dictum est, de orthodoxa fide promulgata sunt, & de ecclesiastica stabilitate terminata, & seruauimus, & seruamus. Licet enim diuersis temporibus contra emersos hæreticos denominata quatuor concilia facta sunt, vnâ, tamen eandemque confessionem rectæ fidei conseruauerunt, & prędicauerunt. Et propterea omnia, quæ consonant bis, quæ ab antefatis quatuor synodis pro recta fide definita sunt, suscipimus, &c. *V. synodus CP. in definitione, refert Martinus Papa in synod. Lateran. secretario 4.*

CAP. IV.

Si quis non anathematizat Arium, Eunomium, Macedonium, Apollinarem, Nestoriú, Eutychen, & Origenem, cum impiis eorum scriptis, & omnes alios hæreticos, qui condemnati sunt, & anathematizati à sancta Dei Catholica, & Apostolica Ecclesia, vel prædictis sanctis quatuor conciliis: sed & eos, qui similia cum prædictis hæreticis sapuerunt, aut sapere noscuntur, & vsque ad finem permanserunt in propria impietate: talis anathema sit. *V. syno. CP. cap. 11. actio. vlt. de trib. capitulis. refert Martinus Papa in synod. Lateran. secretario quarto.*

CAP. V.

His igitur ita confessis à nobis, quę & accepimus de diuina scriptura, à sanctorum Patrum doctrina, & definitis de vna, eademque fide à prædictis sanctis quatuor conciliis, &c. contra eos, qui defendere præsumpserunt, aut defendunt prædicta tria capitula, &c. Si quis conatus fuerit contraria tradere, aut docere, &c. Episcopus, aut clericus, &c. denudabitur ab Episcopatu, aut à clero: si autem monachus, aut laïcus fuerit, anathematizabitur. *V. synod. d. actio. vlt. in fine. refert Martin. in d. synod. Later. secr. 4.*

CAP. VI.

Hoc sanctum nostrum vniuersale concilium impietatis errorem, &c. procul abiciens, sanctorum autem, ac probabilium Patrum inoffense recto tramite iter consecutum, sanctasque & vniuersales quinque synodos pie in omnibus eis consonuit, cccxviii. sanctorum Patrum, qui Nicææ conuenerunt aduersus Ariú furiosum, & ei, qui à cl. apud CP. aduersus Macedoniú impugnatorem Spiritus, & Apollinarem impium. Similiter & ei, quæ Ephesi prius aduersus Nestorium Iudaicæ intelligentię congregata est, cc. venerabilium virorum. Atque ei, quę Chalcedone DCXXX. Patrum aduersus Eutychem, & Dioscorum Deo odibiles, &c. *VI. synod. CP. actio. 17. in definitione.*

CAP. VII.

Cuncta Ecclesię Catholicę dogmata conseruamus, & sex vniuersalibus conciliis inhęrentes, eorum acta comprobamus. *VII. synod. Nicæ. 2. actio. 7. in definitione.*

CAP. VIII.

Sanctissimam virginem proprie, & veraciter Dei genitricem fatemur, quemadmodum vniuersalis tertia synodus, quę prius apud Ephesum congregata est, pręedicauit. Cum qua & nos hominis cultorem iactantissimum, atque Iudaicum sensum habentem Nestorium anathematizamus. Docentes vnum, eundemque Christum, & Dominum Deum scilicet perfectum, & hominem perfectum in vna persona, vtriusque naturę differentia, sed proprietates inconnumerabiles, & inconfusas perpetuo conseruantem, quemadmodum, & sancta vniuersalis quarta synodus dogmatizauit, quam numeratis tribus conciliis, tanquam sanctorum Euangeliorum quaternita-

tem suscipient[illegible] anathematizamus delirum Eutychem, & vecordem Dioscorum. *Viii. syno. CP. sub Hadria. ii. actio. 10. in termino, siue definitione.*

CAP. IX.

Dist. 15. c. 3. Sancta Romana Ecclesia post illas veteris vel noui Testamenti, quas regulariter suscepimus, etiam has suscipi non prohibet scripturas, id est, sanctam synodum Nicænam, ccxviii. Patrum, mediante Maximo Constantino Augusto, in qua Arius hæreticus condemnatus est. Sanctam synodum Constantinopolitan. mediante Theodosio Seniore Augusto, in qua Macedonius hæreticus debitam damnationem excepit. Sanctam synodum Ephesinam, in qua Nestorius condemnatus est, consensu beatissimi Cælestini Papæ, mediante Cyrillo Alexandrinæ sedis Antistite, & Arcadio Episcopo ab Italia destinato. Sanctam synodum Chalcedonensem, mediante Marciano Augusto, & Anatolio Constantinopol. Episcopo, in qua Nestoriana, & Eutychiana hęreses, simul cum Dioscoro, eiusque complicibus damnatę sunt. Sed & si qua sunt concilia, à sanctis Patribus hactenus instituta, post † horum auctoritatem, & custodienda, & recipienda, & decernimus, & mandamus. *Gelas. in synod. lxx. Episcoporum in princ. Burchar. lib. 3. cap. 220. Iuo lib. 2. tit. 11. cap. 3. panorm. & par. 4. cap. 64 decr. Cæsar. lib. 1. cap. 33. Tarrac. lib. 1. cap. 232.*

† præter.

CAP. X.

Quæ sanctæ, & vniuersales quinque synodi tradiderunt, intransgressibiliter retinemus, definitiones eorum (*Patrum*) seruamus, decreta eorum integre confitemur; ita definimus, quomodo illi per proprios sermones promulgauerunt. Qui easdem sanctas synodos, & venerabiles Patres minime suscipit, condemnatus est, &c. *Lateran. syno. sub Martina Papa, secret. 5.*

CAP. XI.

Gal. 1. Licet nos, aut Angelus de cælo Euangelizauerit vobis, præter quod accepimus, tam à sanctis Apostolis, & probabilibus Patribus & vniuersalibus quinque synodis: anathema sit. *Martinus in d. syn. Later. in synodica epistola ad omnes Christianos, post med.*

CAP. XII.

Amplector quatuor Euangelia, septem canonicas Epistolas, Epistolas gloriosi Doctoris B. Pauli Apostoli, sanctos canones Apostolorum, quatuor vniuersalia concilia, sicut quatuor Euangelia, Nicænum, Ephesinum, Constantinop. Chalcedonen. & Antiochenum, & decreta sanctorum Patrum Rom. Pontif. &c. *Pascal. ij. in synod. Romana.*

CAP. XIII.

Rom. 10. Quia corde creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem; [sicur sancti Dist. 15. c. 2. Euangelij quatuor libros, sic quatuor concilia suscipere, & venerari me fateor. Nicænum scilicet, in quo peruersum Arij dogma destruitur. Constantinop. quoque in quo Eunomij, & Macedonij error conuincitur. Ephesinum etiam primum, in quo Nestorij impietas iudicatur. Chalcedonnense vero, in quo Eutychis, Dioscorique prauitas reprobatur, tota deuotione complector, integerrima approbatione custodio. Quia in his, velut in quadrato lapide sanctæ fidei structura consurgit, & cuiuslibet vitæ, atque actionis existit. Quisquis eorum soliditatem non tenet, etiam si lapis esse cernitur, tamen extra ædificium iacet, &c. Cunctas vero, quas præfata veneranda concilia personas respuūt, respuo, quas venerantur, amplector: quia dum vniuersali sunt consensu constituta, se, & non illa destruit, quisquis præsumit aut soluere, quos religant, aut ligare, quos soluunt. Quisquis ergo aliud sapit, anathema sit, &c. *Gregor. lib. 1. epist. 24. ad Ioan. CP. & alios Patriarchas, in fine. Greg. vij. lib. 8. epist. 1. Iuo par. 4. cap. 117. decr. Ansel. lib. 6. c. 52. Cæsar. lib. 1. c. 36. Tarrac. lib. 1. c. 140.*

CAP. XIV.

Sic quatuor synodos sanctæ vniuersalis Ecclesiæ veneramur, sicut quatuor libros sancti Euangelij recipimus. *Gregor. Sabino diacono, lib. 2. registr. ep. 10. c. 49. indict. 11.*

CAP. XV.

Nos veneramur sanctas quatuor synodos. Nicænam, in qua Arius: Constantinopol. in qua Macedonius: Ephesinam primam, in qua Nestorius atque Dioscorus: * Chalcedonensem, in qua Eutyches damnatus est. Profitentes, quia quisquis aliter sapit, quam hæ quatuor synodi, à fide veritatis alienus est. Damnamus autem, quoscumque damnant; & quoscumque absoluunt, absoluimus; sub anathematis interpositione ferientes eum, qui earundem quatuor synodorum, maxime autem Chalcedonensis, de qua quibusdam imperitis hominibus nata est dubietas fidei, addere, vel adimere præsumit. *Idem Gregor. li. 3. ep. 33. regist. ad Theodelindam Reginam Longobardor.*

CAP. XVI.

Illa, quæ sanctissimæ quatuor synodi sapuerunt, atque definierunt, sicuti prædecessor noster sanctissimus Leo Papa, ita ea & nos sapimus, sequimur, ac tenemus: nec ab earum fide aliquo modo dissentimus. *Idem Greg. lib. 4. registr. indict. 13. ep. 49. c. 93. ad Petrum, & Prudentium Episcopos de Istria.*

CAP. XVII.

Veneramur sanctam Nicænam synodum, in qua Arius; Constantinop. in qua Macedonius, Ephesinam primam, in qua Nestorius; & sanctam Chalcedonen. synodum, in qua idem Nestorius, Dioscorus, atque Eutyches damnatus est. Si quis autem contra harum quatuor synodorum fidem, & contra sanctæ memoriæ Leonis Papæ tomum, atque definitionem mali quid loqui vnquam pręsumit, anathema sit. *Gregor. lib. 5. regist. epist. 2. cap. 102. indict. 14. clero, & plebi Rauen. Vid. eund.*

lib. 7. epist. 53. ad Secundin. in med.

CAP. XVIII.

Quæcumque à sanctis quatuor synodis sunt definita, recipimus; & quæcumque reprobata sunt, condemnamus. *Idem Gregor. lib. 12. epist. 7. indict. 7. regist. ad Reginam Longobard.*

CAP. XIX.

Sicut suscepimus, atque firmiter prædicamus sancta quinque vniuersalia concilia, Nicænum, Constantinopol. Ephesinum primũ, Chalcedon. & CP. quæ & omnis Christi Ecclesia approbat, & sequitur: ita & quod nuper in Regia vrbe, pio vestræ serenitatis adnisu, celebratum est, sanctum sextum concilium, &c. suscepimus. *Leo ij. in ep. ad Constantin. iv. Imp. in fine vi. synodi CP.*

CAP. XX.

Quatuor concilia omnimode recipio, & velut quatuor Euangelia veneror: quia per quatuor partes mundi vniuersalis Ecclesia in his, tamquam in quadro lapide fundata consistit. Primum Nicænum cccxviii. Patrum, sub B. Siluestro Papa Romano, & Constantino Augusto Magno: cui præfuerunt Victor, & Vincentius Romani presbyteri. Secundum Constantinopolitau. primum cl. Patrum sub Damaso Papa, & Theodosio Maiore. Tertium Ephesinum primum cc. Patrum sub Cælestino Papa, & Iuniore Theodosio. Quartum Chalcedonense dcxxx. Patrum sub B. Leone Papa, & Marciano Augusto, &c. *Leo ix. in ep. ad Petr. Antiochen. in fine.*

CAP. XXI.

Volumus caritatem tuam litteris suis significare, vtrum vestra recipiat, quod Ecclesia vniuersalis amplectitur, fidem, scilicet quatuor conciliorum, quæ à sanctis Patribus cõprobata, à Romanis Pontificibus Siluestro, Leone, aliisque Apostolica sunt auctoritate firmata, inter quos nihilominus beatissimus Gregorius Papa doctor egregius maioribus Ecclesiæ Alexandrinæ, Antiochenæ, aliisque in Epistola sua sese eam tenere his verbis testatus est: Quia corde creditur ad iustitiam, *Rom. 15. c. 2.* ore autem confessio fit ad salutem, [sicut sancti Euangelij quatuor libros, sic quatuor concilia suscipere, & venerari me fateor, quintum quoque concilium pariter veneror. *Gregor. vij. lib. 8. regist. epist. 1. post prin. Gregor. i. lib. 1. epist. 24. ad Ioan. CP. & alios. Iuopar. 4. c. 117. decr. Ansel. lib. 6. cap. 52. Cæsar. lib. 1. cap. 36. Tarrac. lib. 1. cap. 140.*

CAP. XXII.

In magna Nicæna synodo Arius hæreticus damnatus est. Constantinopolit. synodus Macedonium hæreticum debita sententia condemnauit. In Ephesina synodo Nestorius condignam sui erroris damnationem excepit. Chalcedonensis quoque synodus Nestorianã hæresim, & Eutychianam cum Dioscoro, & eius complicibus iustissima sententia confutauit. *Innocen. y. in epist. ad Sampsonem Remens. & Henricum Senonen. f. & Bernardum Abbatem contra Petrum Abalardum.*

CAP. XXIII.

Sancti Patres præcessores nostri aut generales synodos vndique colligi pro vnitate rectæ fidei fecerunt, sicut Nicææ contra Arium cccxviij. & CP. cl. contra Macedonium, & Ephesi contra Nestorium cc. & Chalcedone contra Eutychen dcxxx. aut certe speciales synodos collegerunt, &c. *Bracaren. ij. ante canones.*

CAP. XXIV.

Quicumque alibi fidem, & communionem Catholicam, præterquam in Ecclesia vniuersali, quam Nicæni, & Constantinop. & primi Ephesini, & Chalcedone, Concilij decreta tenent, pariter & honorant: anathema sit. *Episcopi Catholici in Toletano Concilio tertio ante canones.* [Qui Concilia omnium orthodoxorum Episcoporum consona Conciliis Nicæno, CP. primo Ephesino, & Chalcedon. non recipit: anathema sit. *Episcopi conuersi ex Arianis in eodem Concilio ante canones.* [Fidem sanctam Nicæni obseruo Concilij, & honoro ea, quæ contra rectæ fidei pestem Arium, cccxviij. sancta Episcopalis scripsit synodus. Amplector, & teneo fidem cl. Episcoporum CP. congregatorum quæ Macedonium Spiritus sancti substantiam minorantem, & à Patris, & Filij vnitate, & essentia segregantem, iugulo veritatis interemit. Primæ quoque Ephesinæ synodi fidem, quæ aduersus Nestorium, eiusque doctrinam lata est, credo, pariter & honoro. Similiter & Chalcedonen. concilij fidẽ, quam plenam sanctitate, & eruditione aduersus Eutychen, & Dioscorum protulit, cum omni Ecclesia catholica reuerenter suscipio. Omnium quoque orthodoxorum venerabilium sacerdotum concilia, quæ ab ipsis suprascriptis quatuor synodis fidei puritate non dissonant, pari veneratione obseruo. *Reccaredus Rex in tomo fidei institucius dem concilij Toletani tertij.*

CAP. XXV.

Suscepimus sanctas, & vniuersales quinque synodos beatorum, & Deo acceptabilium Patrum: id est, qui Nicææ congregati fuerunt cccxviij. contra Arium impijssimum, & eiusdem dogmata. Et CP. cl. contra vesaniam Macedonij, & Eudoxij, & eorum dogmata. Et in Ephesino primo cc. contra nequissimũ Nestorium, & eiusdem dogmata. Et Chalcedone dcxxx. contra Eutychen, & Nestorium, & eorum dogmata. Et iterum CP. quinto congregati sunt concilio, &c. *Anglic. Synod. 51.*

CAP. XXVI.

Quoniam sanctæ, & vniuersales duæ synodi in hac Imperiali ciuitate, congregatæ, &c. sacros canones nequaquam conscripserunt, sicut reliquæ sanctæ quatuor vniuersales synodi, per quos populi à deteriori, & abiectiori viuendi ratione recedant, &c. Propterea sacros canones scripsimus, *Trul. ante* *Dist. 16. c. 7.*

canones. Ivopar. 4. c. 123. decr. Cæsar. lib. 1. c. 40.

CAP. XXVII.

Statuimus fidem, &c. ab Apostolis traditam; inuiolabiliter esse seruandam. Præterea cccxviii. sanctorum Patrum, qui Nicææ conuenerunt sub Constantino Imperatore aduersus impium Arium, &c. Similiter & eam, quæ sub Theodosio Imperatore à cl. Patribus qui in hac vrbe conuenerunt, prædicata est, fidem confirmamus; de Spiritu sancto, voces, quæ eum Deum esse statuunt, amplectentes; & profanum Macedonium cum prioribus veritatis inimicis expellentes, &c. etiam Apollinatem eiusdem iniquitatis mystam vna condemnantes, &c. Iam vero & quæ in Ephesiorum ciuitate à cc. diuinis Patribus sub Theodosio Arcadij filio Imperatore exposita sunt, doctrinas, tamquam infractum pietatis robur obsignamus; vnum Christum filium Dei, & incarnatum prædicantes; & quæ ipsum sine semine pepetit, impollutam semper virginē, proprie, & vere Deipatam decernentes, & ineptam Nestorij persequentes, &c. Quin etiam eam, quæ in Chalcedonensium Metropoli sub Marciano Imper. à DCXXX. descripta est Patribus fidem, orthodoxe confirmamus; quæ vnum Christum filium Dei ex duabus naturis compositum, & in duabus eisdem naturis creditum, &c. tradidit; & stulte, ac inepte sentientem Eutychen, &c. ex sacris Ecclesiæ ambitibus exturbauit. Et cum eo Nestorium, & Dioscorum, &c. *Trul. c. 1.*

CAP. XXVIII.

Accipiens diptycha sanctissimus, & beatissimus Archiepiscopus, & Patriarcha Ioannes, iussit ordinari sanctas quatuor synodos sanctorum Patrum: videlicet, Nicææ congregator; & CP. conuenientium sub Nectario sanctæ memoriæ: & Ephesi congregatorum super depositione Nestorij: nec non illorum de Chalcedona super deiectione Eutychis, & eiusdem impij Nestorii; ordinariq; iussit nomina in sancta memoria defunctorū Archiepiscoporum huius Regiæ vrbis Euphemii, & Macedonij, atq; etiam Leonis Romani Pontificis, &c. Tempore diptychorum cucurrit omnis multitudo cum magno silentio circūcirca altare, & audiebant. Et cum solum lectæ fuissent à diacono appellationes prædictarum sanctarum quatuor synodorum, & sanctę memoriæ Archiepiscoporum Euphemii, & Macedonii, & Leonis: voce magna vniuersi clamauerunt, Gloria tibi Domine. *V. synod. CP. actio. 1. capite ita inscripto, Quomodo prædicata sint synodi, in fine.*

CAP. XXIX.

Dist. 15. c. 1. p. inter cætera. Quatuor principalia sunt concilia, ex quibus plenissimam fidei doctrinam tenet Ecclesia; tam de Patris, & Filii, & Spiritus sancti diuinitate, quam de prædicti Filij incarnatione. Prior harum Nicæna synodus est cccxviii. Episcoporum Constantino Aug. imperante peracta, &c. Secunda synodus est cxl. † Patrum sub Theodosio seniore CP. congregata, &c. Tertia synodus est Ephesina prima cc. Episcoporum sub iuniore Theodosio Aug. edita, &c. Quarta est synodus Chalcedonensis DCXXX. sacerdotum sub Marciano Principe habita, &c. Sed & si qua sunt concilia, quæ sancti Patres spiritu Dei pleni sanxerunt, post istorum quatuor auctoritatem, omni manent stabilita vigore, &c. *Isidor. in præfa. veteri concil. ex Isidor. Hispalen. lib. 6. c. 16. etymol. Ivo lib. 2. tit. 11. cap. 16. & 20. & 21. & 22. panor.* † cl. &

CAP. XXX.

. Nosse etiam oportet, licet cętera non infirmentur, quatuor esse principalia concilia, ex quibus plenissimam fidei doctrinam tenent Ecclesiæ, tam de Patris, & Filii, & Spiritus sancti diuinitate, quam de prædicti Filii, & Saluatoris nostri incarnatione. Prior harum Nicæna synodus est cccxviii. Episcoporum sub Constantino Aug. peracta, &c. Secunda synodus est cl. Patrum sub Theodosio seniore CP. congregata, &c. Tertia synodus est Ephesina prima cc. Episcoporum sub minore Theodosio Aug. edita, &c. Quarta est synodus Chalcedon. DCXXX. sacerdotū sub Marciano Principe habita, &c. Sed & si qua sunt concilia, &c. vt supra. *Isido. Mercator in præfat. concil. incip. compellor a multis, in fine.*

CAP. XXXI.

Inter cętera concilia quatuor esse scimus venerabiles synodos, quæ totam principaliter fidem cōplectuntur, quasi quatuor Euangelia, vel totidem paradisi flumina, &c. *Isido. Hispalen. lib. 6. c. 16. etymol. Ivo lib. 2. tit. 11. c. 16. panor.* *D. 15. c. 1. p. inter.*

CAP. XXXII.

Quatuor in diuinis Ecclesię dogmatibus magna, sacraque & vniuersalia concilia suscepimus, Euangelicis illustrata fulgoribus, & splendificata Euangelicorum configurationum speciminum quantitate. His principate dicimus Nicænum cccxviii. Deum gerentium Patrum conuentum, qui ex Diuino nutu concitus Arianæ rabiei deiecit contagia. Post illum vero tempore, non gloria, siue gratia, secundus congregatur conuentus CP. à cl. Patribus, contra trifulgotem † Macedonii, Apollinaris, & Magni, &c. Tertium concilium glorifico, Ephesinum prius, nam secundum Dioscori, & Eutychetis est, &c. illic cc. Patres eiecerunt Nestorium hominicolam, &c. Quartus conuentus est DCXXX. Patrum Chalcedone, &c. Peremit Eutychen, & Dioscorum, &c. atque Nestorii hæresim, &c. Quintum quoque suscipio, &c. *Sophronius Patriarch. Hierosol. ad Sergium Patr. CP. apud vi. synod. CP. actio. 11. in med.* † trifulgurem f.

CAP. XXXIII.

Suscipio sex sacras generales synodos, earumque diuina decreta; primæ quidem, quæ definiuit Patri consubstantialem, & æque sine principio fuisse Filium, anathematizans

impium Arium, Actium, Eunomium, Eudoxium, Demophilum, &c. Secundæ autem decreta recipio, quæ definiit, Deum esse Spiritũ sanctum Dominum viuificantem. Auersor autem Macedoniũ, &c. Ex tertia vero, vnum D.N. Iesum Christum, verum Deum nostrũ, &c. incarnatum; & Nestorium hominis adoratorem, eiusque asseclas Diodorum, & Theodorum, &c. longe propello. Quartæ vero synodi capita hæc accipio, ex duabus naturis, & in duabus naturis vnum esse sanctæ Trinitatis Christum Deum nostrum in carne peregrinantẽ; anathematizo autem Eutychen, Dioscorum, & omnem acephalon eorum turbam, &c. *Tarasius ad Episcopos Antiochiæ, Alexandriæ, & sanctæ vrbis apud vii. synod. Nicæ. ij. actio tertia post principium.*

CAP. XXXIV.

Suscipimus, & ex animo amplectimur, & amamus sex sacras, & vniuersales synodos, quæ ex Spiritus sancti instinctu contra omnes hæreses, quæ in diuersis locis, & temporibus fuerunt, congregatæ sunt; quas sane omnes excellenter vniuersæ, quæ sunt sub sole, Ecclesiæ prædicant; earumque rectis, & à Deo inspiratis dogmatibus, seipsos confirmant: reiicientes, quos ipsæ reiiciunt; recipientes vero, quos illę recipiunt, &c. *Theodorus Patriar. Hierosol. in ep. synodica lecta in vij. synod. act. 3. post principium.*

CAP. XXXV.

Dist. 16. c. 8. Sancta octo vniuersalia concilia; id est, Nicænum, Constantinop. & Ephesinum primum & Chalcedon. quintũ quoque, & sextum item Constantinop. & septimum item Nicænum, octauum quoque item CP. vsque ad vnũ apicem immutilare seruare, & pari honore, & veneratione digna habere, & quæ prædicauerunt, & statuerunt, omnimode sequi, & prædicare; quęque condemnauerunt, condemnare ore, & corde (*profiteor.*) &c. *Professio Summor. Pontificum ex diurno li. Iuo lib. 2. tit. 11. c. 15 panor. & par. 4. c. 132. decr.*

CAP. XXXVI.

Primo coram se reuerentia vestra habeat, &c. meorthodoxæ fidei veram, sanctam, & sinceram regulam, &c. habere, &c. sicut sancta synodus Nicæna constituit; sicut CP. sanctorum Patrũ congregatio definiuit; sicut Ephesini primi cœtus vnitas affirmauit; sicut Chalcedonen, concilij definitio protulit, &c. *Reccesuin. Rex in tomo ante canones Toleta. viii.*

De synodo Nicæna. Tit. XII.

CAPVT I.

Non spernendam esse fidem Patrum trecentorum decem & octo, qui Nicææ Bithyniæ conuenerunt, sed manere eam ratam oportet. C. P. c. 1.

CAP. II.

Necesse est, vt concorditer salubres suscipiatis hortatus, &c. diuinis, & Apostolicis constitutionibus pareatis, & in nullo pariamini prouidentissima canonum decreta violari; quatenus, & Nicænorum canonum constituta, & quę à nobis, vel à prędecessoribus nostris sunt prouide, & salubriter decreta, intemerata permaneant in futuro. *Liber. ep. 2. in fin. Pelag. ii. ep. 1. post med.*

CAP. III.

Canonibus obsequendũ esse scribimus, qui Nicęę sunt decreti: quos solos consectari decet Ecclesiam catholicam, & iuxta eos iudicare. Sin aliã quopiam proferuntur à Nicænis canonibus dissonantes, & hæreticos auctores referentes, ij à catholicis Episcopis reiiciuntur. *Inn. ep. ad clerum, & Populum CP. apud Niceph. lib. 13. c. 32.*

CAP. IV.

Nulla sibimet de multiplicatione congregationis synodalia concilia blandiantur, neque trecentis illis decem atque octo copiosior numerus sacerdorum comparare se audeat, vel præferre. Cum tanto diuinitus priuilegio Nicæna sit synodus consecrata, vt siue per pauciores, siue per plures ecclesiastica iudicia celebrentur, omni penitus auctoritate sit vacuũ, quidquid ab illorum fuerit constitutione diuersum. *Leo ep. 51. vel 53. ad Anatolium Episcop. CP. ante med.*

CAP. V.

Sancti illi, & venerabiles Patres, qui in vrbe Nicæna, sacrilego Ario cum sua impietate damnato, mansuras vsque in finem mundi leges ecclesiasticorum canonum condiderunt, & apud nos in toto orbe terrarũ in suis constitutionibus viuunt; & si quid vsquam aliter quam illi statuerunt, præsumitur; sine cunctatione cassatur; vt (quæ ad perpetuam vtilitatem generaliter instituta sunt, nulla commutatione varientur; nec ad priuatum trahantur commodum, quæ ad bonum sunt commune præfixa, &c. *Leo ed. ep. 51 post med. ad Anatolium CP. Capitul. lib. 6. c. 254. & lib. 7. c. 227. Iuo par. 16. c. 317. decr. Ansel. lib. 6. c. 121. Tarrac. li. 3. cap. 77.* 25. q. 1. c. 3.

CAP. VI.

Priuilegia Ecclesiarum sanctorum Patrum canonibus instituta, & venerabilis Nicænæ synodi fixa decretis, nulla possunt improbitate conuelli, &c. Ad meum redit reatum; si paternarum regulæ sanctionum, quæ in synodo Nicæna ad † torius Ecclesię regimen, spiritu Dei instruente sunt conditæ, me, quod absit, conniuente, violentur; & maior sit apud me vnius fratris voluntas, quam vniuersæ domus Domini communis vtilitas. *Leo ep. 52. vel 54. ad Marcianum August. post med. Ans. li. 4. c. 2. Cæsar. li. 7. c. 13. Tarrac. li. 1. c. 298.* 25. q. 1. c. 1. & 17. † tot.

CAP. VII.

Contra statuta paternorum canonum, quæ ante longissimę ætatis annos in vrbe Nicęna spiritualibus sunt fundata decretis, nihil cuique addere conceditur; ita vt si quis di-

uersum aliquid decernere velit, se potius insinuat, quam illa corrumpat, quæ si, vt oportet, à cunctis Pontificibus intemerata seruentur; per vniuersas ecclesias tranquilla erit pax, & firma concordia, nullæ de mensuris harum dissensiones, nullæ de ordinationibus lites, nullæ de priuilegiis ambiguitates, nulla erunt de alieni vsurpatione certamina: sed ea, quæ iure caritatis rationabilis est, & morum, & officiorum seruabitur vnanimitas, &c. Consensiones vero Episcoporum, sanctorum canonum apud Nicæam conditorum regulis repugnantes, vnita nobiscum vestræ fidei pietate, in irritum mittimus, & per auctoritatem B. Petri Apostoli, generali prorsus definitione cassamus in omnibus ecclesiasticis his legibus obsequentes, quas ad pacificationem omnium sacerdotum, per trecentos decem & octo Antistites Spiritus sanctus instituit; ita vt etiam si multo plures aliud, quam illi statuere decernerent, in nulla reuerentia sit habendum, quidquid fuerit à prædictorum constitutione diuersum. *Leo epist. 53. ad Pulcheriam, ante med. & in fin.*

Cap. VIII.

De custodiendis sanctorum Patrum statutis, quæ in synodo Nicæna inuiolabilibus sunt fixa decretis, obseruantiam vestræ sanctitatis admoneo, vt iura ecclesiarum, sicut ab illis cccxviii. Patribus diuinitus inspiratis sunt ordinata, permaneant. *Leo ep. 59. ad synodum Chalcedonensem ante finem.*

Cap. IX.

Tanta apud me est Nicænorum canonum reuerentia, vt ea, quæ sunt à sanctis Patribus constituta, nec permiserim, nec patiar aliqua nouitate violari, &c. Quod si quid à quoquam contra Nicænorum canonum statuta in quacumque synodo vel tentatum est, vel ad tempus videtur exortum, † nihil præiudicii potest inuiolabilibus inferre decretis, &c. Hoc proprium definitionis meæ est, vt quantumlibet numerus sacerdotum amplior aliquid per quorundam surreptionem decernat, quod illis trecentorum decem & octo Patrum constitutionibus inueniatur aduersum; id iustitiæ consideratione cassetur. Quoniam vniuersæ pacis tranquillitas non aliter poterit custodiri, nisi sua canonibus reuerentia intemerata seruetur, &c. Quidquid præter speciales causas synodalium conciliorum ad examen Episcopale defertur, potest aliquam diiudicandi habere rationem; si nihil de eo est à sanctis Patribus apud Nicæam definitum. Nam quod ab illorum regulis, constitutioneque discordat, Apostolicæ sedis nunquam obtinebit consensum. *Leo ep. 60. ad Maxim. Episc. Antioch. in med.*

† exortum. f.

Cap. X.

Super omnia, fraterna caritate hortor, & moneo; vt ea, quæ ad gloriam, vel ad munimen pertinent sacerdotalis officii, Nicænorum canonum, vniuersalis Ecclesiæ pacem seruantia decreta custodias. Sic enim inter Domini sacerdotes inuiolata caritas permanebit, si paribus studiis, quæ sunt à sanctis Patribus constituta, seruentur. *Leo ep. 69. ad Anatolium Episcopum CP. in fine.*

Cap. XI.

Quod nostris temporibus apud Chalcedonem de Domini nostri Iesu Christi incarnatione firmatum est, hoc etiam apud Nicæam mysticus ille Patrum numerus definiuit; ne catholicorum confessio aut vnigenitum Dei filium in aliquo crederet Patri imparem; aut eundem, cum factus est filius hominis, non veram carnis nostræ, atque animæ habuisse naturam, &c. De rebus & apud Nicæam, & apud Chalcedonem, sicut Deo placuit, definitis nullum audemus inire tractatum, tamquam dubia, vel infirma sint, quę tanta per Spiritum sanctum fixit auctoritas. *Leo ep. 76. ad Leon. Imperat. post prin. & post med.*

Cap. XII.

Nos generales synodos à Nicæna incipientes, cum reliquis quatuor veneramur; quia ipsam sequentes in cunctis sententiis vnanimes concordant. *Greg. ep. ad Secundinum in med. lib. 7. regist. epist. 53. Raban. cap. 1. de pœnit. Burch. lib. 19. cap. 43. Iuo lib. 3. tit. 11. cap. 15. panor. & par. 6. c. 85. decr.*

Dis. 50. c. 16. quia sanctitas.

Cap. XIII.

Constantinus magnus Imperator omnium Regum, & Principum fere totius orbis dominus, in sancta Nicęna synodo, post omnes Episcopus vltimus residens, nullam iudicii sententiam super Episcopos dare præsumpsit: sed illos etiam Deos vocans, non suo debere subesse iudicio, verum se ad illorum pendere arbitrium iudicauit. *Greg. vij. lib. 8. regist. ep. 21. ante med. ex Grego. in ep. ad Mauricium Imperatorem li. 4. c. 75. ep. 31.*

Cap. XIV.

Hoc placuit custodiri, vt nihil contra magnam synodum (*Nicænam*) Metropolitani existiment vindicandum. *Arel. ij. c. 37.*

Cap. XV.

Si quis cognitis gestis Nicæni concilii (*de ordinandis clericis*) aliud, quam statutum est, facere præsumpserit, &c. excommunicatus habeatur, &c. *Tolet. i. in prin.*

Cap. XVI.

Faustinus Episcopus legatus, &c. dixit: Iniuncta nobis sunt à sede Apostolica aliqua per scripturam, aliqua etiam in mandatis, cum vestra beatitudine tractanda, sicut & gestis superioribus meminimus; hoc est, de Nicænis canonibus, vt conseruentur, & constituta eorum & consuetudo; quia aliqua ordine, & canone teneantur, aliqua consuetudine firmata sunt, &c. Alypius Episcopus dixit: Id nos seruaturos profitemur, quod in Nicæno concilio constitutum est. *Charth. vi. c. 2. & 4.*

Cap. XVII.

Vniuersum concilium dixit: Omnia, quæ in Nicæno concilio statuta sunt, nobis omni-

bus placent. Iocundus Episcopus, &c. dixit: Quod constitutũ est in Niceno concilio, violari quoquam nullatenus potest. *Carth. c. 7.*

CAP. XVIII.

Quę in Nicæna synodo definita sunt, seruentur. *Carth. 1. G. Carth. vi. c. 9. L.*

CAP. XIX.

In Nicæa vrbe post (*Arii*) damnationem sancti Patres regulæ formulã de fidei orthodoxæ vnitate statuerunt, & capitula canonum promulgauerunt: quæ nos cum omni veneratione suscipimus. *Mansuetus Episcopus, & syn. Mediola. post prin. ad Constantin. iv. Imper. ante vi. syn. CP.*

CAP. XX.

Dist. 16. c. 10. Prima synodus Nicææ cccxviii. Patrum cõtra Arium Alexandrinum presbyterum, qui tres gradus in Trinitate asserebat, Patrem scilicet maiorem, Filium minorem, Spiritum sanctum creaturam, temporibus Constantini Principis, Siluestri Papæ Romani, Macarij Hierosolymitani, Alexandri Alexandrini.

†CP. † Qui condemnata hæresi statuerunt canones xx. quorum auctor maxime præfatus sanctus Alexander Episcopus fuit. *Ante Isidor. Mercatoris collectio. concil.*

De numero canonum concilii Nicæni. Tit. XIII.

CAPVT I.

Decapitulorum veritate, & numero Nicæni concilij, cui vos interfuisse litteris vestræ fraternitatis significastis, à nostris, qui vna vobiscum interfuerunt, diligentioribus requisiuimus collocutionibus; qui ita, vt vestræ testatæ sunt litteræ, omnem nobis ordinem exposuerunt, & vestram epistolam, per omnia veram esse testificati sunt; non vt nos aliquid sinistrum vestra ex parte arbitremur; † sed nos, & vos, illosque absque vlla in postetum titubatione vnum sentire optaremus, &c. († arbitremur. f.) Diligenter requirentes in sancto nostræ, & Apostolicæ sedis scrinio eadem, quæ sanctæ recordationis prędecessori meo Siluestro sunt directa, septuaginta sicut significastis, capitula illæsa inuenimus. Ipsa enim vobis propter auctoritatem, & subscriptionem tantorum Patrum, & eius magni concilii minime misimus, sed pro eisdem coram Apocrisariis vestris alia similia, eundem numerum, eademque verba, & ipsam subscriptionem continentia, vobis rescribere, & sub certa stipulatione, & confirmatione mittere curamus, &c. *Marcus epist. ad Athan. & alios Episcop. Ægypt. Iuo par. 4. c. 109. decr. Ansel. lib. 1. c. 60. Cæsar. lib. 1. cap. 31.*

CAP. II.

Duo canones de appellationibus, & de iudiciis concilij Nicæni apud Zosimum referuntur in conc. Carth. vi. & dubitatur, an sint legitimi: cum apud Græcos non sint; sed sunt in Sardic. c. 5. & 14. Vide Carth. 513. G. & ante canones G. Cyrillus Alexandrinus, & Atticus CP. habuerunt xx. canones Nicænos, vt in Carthα. vi. in fine, & 136. 137. G. Vide Afr. 101. L. Carth. vi. c. 6. (2. q. 6. § quia. 35. & 11. q. 3. § Episcopus. c. 4.)

CAP. III.

Præsentibus nobis octoginta capitula in memorata tractata sunt synodo, (*loquitur de Nicæna*) scilicet quadraginta à Græcis, Græca edita lingua, & quadraginta à Latinis, similiter Latina edita lingua. Sed visum est trecentis decem & octo Patribus, sancto spiritu repletis, in prædicto concilio congregatis, & maxime iam dicto Alexandro, & Apostolicæ sedis Apocrisariis, vt decem capitula adunarentur aliis, atque congruis locis insererentur, & ad formam septuaginta discipulorum, vel totius orbis terræ linguarum septuaginta tanti, & tam excellentis concilij fierent capitula, quæ omnem Christianorum informarent orbem, &c. *Athanasius, & alij in ep. ad Marcum Papam. Iuo lib. 2. tit. 11. c. 18. panor. & par. 4. c. 108. decr. Ansel. lib. 1. ca. 59. Cæsar. lib. 1. c. 30.*

CAP. IV.

Nicæni canones viginti, & confessio fidei ante canones. *Carth. G. Carth. vi. L. in fine.*

CAP. V.

Plura, quam illa viginti capitula, quæ apud nos habentur, Nicænæ synodi reperimus, & in decretis Iulii Papæ lxx. capitula eiusdem synodi esse debere legimus, &c. Nam quod plura, quam xx. capitula sint Nicæni concilij, in multis inuenitur locis, &c. His, & aliis quamplurimis exemplis patet plura esse, quam xx. Nicæni concilij capitula, & veram esse prædictam Iulii Papæ epistolam. Nobis autem quidem è consortio fratrum nostrorum Orientales testati sunt se vidisse concilium Nicenum habens potiorem quatuor Euangeliorum magnitudinem, continens in se sessiones Episcoporum, & introductiones, iudiciaque querimoniarum, atque definitiones, & constitutiones, nec non & subscriptiones eorum: ad cuius similitudinem magnum Chalcedonens. concilium conscriptum esse confirmauerunt. *Isidor. Mercator in præfa. concil. prope fin.*

Canones quidam concilii Nicæni, præter viginti notos. Tit. XIV.

CAPVT I.

Sententia aliquorum canonum Nicæni concilii, in prima epistola Iulii, & in secunda eiusdem.

CAP. II.

Patres sancti synodum congregauerunt generalem Nicææ, &c. posueruntque leges quas sacros canones appellamus, quibus multa pernecessaria, &c. sunt decreta, & documenta

menta Epi[illegible]um prohibita; ita vt, qui talia agere tentauerint, aut eis nocere præsumpserint, si quidem clerici fuerint, à proprio gradu decidant; si vero monachi, aut laïci, anathematizentur. *Iulius contra Orientales ep.1. in medio.*

C A P. III.

Verba xxiv. vel xxij. canonum Nicæni concilij apud Iulium in epistola secunda contra Orientales. *Iuo par. 4. c. 111. decr.*

C A P. IV.

Sanctum concilium definiuit Nicænum, aliam fidem nulli licere proferre, aut conscribere, vel componere, aut sapere, vel docere aliter, nec quidquam in fide sentire, aut proferre, quod his Patrum regulis possit obuiare. Qui autem præsumpserit componere aliam fidem, aut proferre, docere, vel tradere aliud symbolum, ad viam veritatis conuerti desiderantibus, de quacumque hæresi, vel ex Iudæis, vel ex paganis Christianos se fieri volentibus, hi, si Episcopi fuerint, aut clerici; alienari quidem Episcopos ab Episcopatu, clericos à clero: si vero monachi, aut laïci fuerint, anathemate feriri. *Liber. ep. 1. ad Athanasium, & alios, post principium.*

C A P.. V.

6.q.1. c.12. Quiescite, inquit sancta magna synodus Nicæna; & nolite persequi eos, qui Deo perfecte ministrant, &c. *Felix ij. ep. 1. in princ. Burch. lib. 1. c. 180. Iuo par. 5. c. 296. decr.*

C A P. VI.

Personę accusantium tales esse debent, quarum fides, & conuersatio, & vita, probabilis, & absque reprehensione sit, & quę omni careant suspicione: quia & hoc, te præsente (*Athanasi*) vt bene nosti, in Nicæna synodo, propter malorum hominum infestationem, ab omnibus definitum est. *Felix ij. d. ep. 1. c. 12.*

C A P. VII.

Accusatores, & accusationes, quas sæculi leges non recipiunt, qua ratione sacerdotalis eas recipere debet ordo, inuenire nequeo; cum hæc, & in Nicæna synodo prohibita sint, &c. *Felix ij. d. ep. 1. cap. 14. Anselm. lib. 3. cap. 62.*

C A P. VIII.

Quamquam comprouincialibus vna cum eorum Metropolitano suæ prouinciæ, causas Episcoporum liceat caritatiue, & concorditer agitare: non tamen, sicut in prædicta, te præsente, constitutum est, synodo (*Nicæna*) licet definire absque Romani Pontificis, auctoritate, &c. *Felix. ij. d. ep. 1. c. 18.*

C A P. IX.

2.q.6. c.16. quoties. Episcopum à synodo prouinciali ad Romanum Pontif. appellare posse, in concilio Nicæno definitum est. *Felix. ij. d. ep. 1. c. 19. Anselm. lib. 1. c. 59. Tarrac. lib. 2. c. 43.*

C A P. X.

Duæ prouinciæ sub vno Metropolitano non sint. *Ex Nicæna synodo Bonif. ad Hilarium. ep. 3. Vide Nicæ. c. 4. & 6. Verba canonis, Per vnamquamque, &c. Vide supra lib. 3. tit. 5. c. 5.*

C A P. XI.

Omnes, qui ausi fuerint dissoluere definitionem sancti, & magni concilij, quod apud Nicęam congregatum est, sub pręsentia piissimi, & venerandi Principis Constantini, de salutifera solemnitate sacratissimi Paschatis, excommunicandos, & de Ecclesia pellendos esse censemus, &c. *Antiochen. c. 1.*

C A P. XII.

De modo faciendi formatas Epistolas à Patribus Nicæni concilij introducto. *Atticus Episcopus CP. in fine Chalced. synod. Iuo par. 6. c. 433. decr. Ans. lib. 6. c. 116.* Dist. 73. in prin.

C A P. XIII.

De septimo gradu consanguinitatis in Nicæna synodo, & aliis prohibito. *Felix Episcopus ad Gregor. Papam.*

C A P. XIV.

Quod plura, quam xx. capitula sint Nicæni concilij, in multis inuenitur locis. Legitur enim in Constantinopol. concilio ita: Manifestum est, quod illa, quæ sunt per vnamquamque prouinciam, ipsius prouinciæ synodus dispenset, sicut Nicæno constat decretum esse concilio. 9.q.2. c.9. non innitati. in fin. Legitur & in Epistola Innocentij Papæ Victricio Rothomagen. Episcopo directa. Ita [Si quæ causæ, vel contentiones inter clericos, & laïcos, &c. fuerint exortæ; placuit, vt secundum synodum Nicænam congregatis omnibus eiusdem prouincię Episcopis, iudicium terminetur, &c. 11.q.1. c.17. Sanctæ etiam memoriæ Theophilus Alexandr. Episcopus suis in epistolis meminit in concilio Nicæno statutum esse (*de Paschate.*) &c. *Isidor. Mercator in præfat. concil. prope finem CP. c. 3. Innoc. ep. 2. c. 3. Capitul. lib. 6. c. 287. & lib. 7. cap. 109. Ansel. lib. 2. c. 53. Cæsar. lib. 5. c. 10. Tarrac. lib. 1. c. 148.*

De symbolo Nicæno, & Constantinopol. Tit. XV.

CAPVT I.

NIcænum symbolum, refert Corpus canon. ante canones Nicænos, & in epist. Ephesin. synod. & in concil. African. cap. 104. Item Isidor. Mercator post canones Nicænos, & post canones Carthagin. vj. synod. & in epistol. Ephesin. synod. Item extat in actis Ephesin. synod. relatis in Chalcedon. concilio actio. 1. Refert etiam Romana synod. sub Iulio. Leo epist. 95. post prin. ad Leo. Aug. Atha. & synod. Alexan. in epist. ad Liberium post princ. Cyril. & synod. Alexan. in epistol. ad Nestor. relata in v. synod. CP. actio 6. Bracaren. synod. 3. in princip.

C A P. II.

Constantinopol. symbolum referunt Corpus canon. vt Isido. Mercator ante canon. CP.

C A P. III.

Vtrumque symbolum refert Isidor. Mer-

cator in definit. Chalcedo. synod. ante canones, & in concilio Toleta. 3. post p in. Extant in Chalc. syn. actio. 2. quæ re[illegible] etiam in v. syn. CP. actio. 6. vbi etiam refertur iterum ex Chalced. synod. actio 5. in definitione, de qua supra. Extant etiam apud vi. synod. CP. actio. 17. & in concil. Lateranen. sub Martino I. secretario 4.

Cap. IV.

De vtroq; symbolo, Vide apud vij. synod. Nicæn. ij. in definitione, & apud viij. synod. CP. sub Hadrian. ij. in definit. & in concil. Toletan. viij. in prin. & Toletan. 12. post princ. Tolet. 13. post prin. Tolet. 15. & Tolet. 17. & Forojul.

De Constantinopolitana secunda synodo generali. Tit. XVI.

CAPVT I.

QVendam Eudoxium damnauit, quem neq; in synodis damnatum inuenimus, neque à decessoribus eius in suis synodicis reprobatum. Et canones quidem Constantinopol. concilij Eudoxianos damnant: sed quis fuerit eorum auctor Eudoxius, minime dicunt. Romana autem Ecclesia eosdem canones, vel gesta synodi illius hactenus non (habet, vel accipit. † in hoc autem eandem † accepit. synodum accepit, quod est per eam contra Macedonium definitum, reliquas vero hæreses, quæ illic memoratæ sunt, ab aliis iam Patribus damnatas, reprobat, de Eudoxianis vero nihil hactenus agnouit. In historia autem Sozomeni de quodam Eudoxio, qui CP. Ecclesiæ Episcopatum arripuisse dicitur, aliqua narrantur. Sed ipsam quoque historiam sedes Apostolica recipere recusat, quoniam multa mentitur, &c. In Latina vero lingua de hoc Eudoxio nunc vsque neque in Philastrio, neque in B. Augustino, qui multa de hæresibus conscripserunt, neque in aliis Patribus aliquid inuenimus. *Greg. lib. 6. regist. ep. 31. c. 195. indict. 15. ad Eulogium Alex. & Anasta. Antiochen. post prin. Vide eund. lib. c. ep. 5. c. 169. ad Cyriacum CP. Episcopum, in fine.*

Cap. II.

Præterea de Eudoxij hæretici persona, de cuius errore in Latina lingua nil reperi, mihi à vestra beatitudine largissime gaudeo satisfactum. Virorum quippe fortissimorum Basilij, Gregorij, atque Epiphanij testimonia protulistis: & manifeste peremptum cognoscimus eum, in quem heroës nostri tot iacula dederunt. *Idem Greg. lib. 7. epist. 30. indict. 1. ad Eulogium Alex. post prin. refert. Hadrian. ad Carolum c. 50. pro imaginibus.*

Cap. III.

Constantipolitana synodus canonum suorum sexto dignoscitur prohibere capitulo: 3. q. 5. c. 11. quod suspecti. (*ne inimici accusatores, aut iudices sint*) quod tamen non apud nos inuenitur, sed apud vos haberi perhibetur. *Nicol. epist. ad Michaël. Imperat. ante medium.*

Cap. IV.

Macedonium, qui Spiritum sanctum non consubstantialem Deo Patri, sed magis creaturam impulsu Sathanæ ausus est prædicare, Theodosio Principe in Regia vrbe CP. Patrum cl. concilio congregato, cum suis, &c. anathematis vinculo subdiderunt. *Mansuetus Episcopus, & synodus Mediolan. in epist. ad Constan. iv. in prin. ante vi. synod.*

Cap. V.

Secunda synodus est cxl. † Patrum sub Teodosio seniore CP. congregata, qua Macedonium sanctum spiritum Deum esse negantem condemnans, consubstantialem Patri, & Filio eundem Paracletum demonstrauit, dans latius symboli formam, quam tota Græcia, & Latinitas in ecclesiis prædicat. *Isidorus in præfa. collectio. concil. ex Isidor. Hispalens. lib. 6. c. 16. etymol. Ivo lib. 2. tit. 11. c. 20. panor. Totidem verbis Isidorus Mercator in præfa. collectio. concil.* Dist. 15. c. 1. p. secunda. † cl.

Cap. VI.

Secunda Constantinopoli cl. Patrum contra Macedonium CP. Episcopum, qui negabat Spiritum sanctum Deum esse, temporibus Gratiani, & Teodosii Principum, Damasi Papæ Romani, Cyrilli Hierosolymitani, Nectarij CP. qui condemnata hæresi statuerunt canones tres, quorum maxime auctor Nectarius CP. fuit. *Ante Isidor. Mercat. collectionem.* Dist. 16. primo. 10 p. secunda.

Cap. VII.

Secundus congregatur conuentus in Regia ciuitate cl. Patrum, &c. qui trifulgorem † Macedonij, Apollinarisque & Magni impietatem extinxit. *Sophronius Hierosol. ad Sergium CP. in med. actio. 11. synodi vi. CP.* † trifulgurens.

Cap. VIII.

Secundæ (*synodi*) decreta recipio, quę definiit Deum esse Spiritum sanctum, Dominum viuificantem. Aueisor autem Macedonium, & omnes qui ab illius partibus stant. Cum his vero & Deo odiosum Apollinariũ hominem plane de diuinis insipide loquentem. *Tarasius CP. in epis. ad Episcopos Antiochiæ, Alexandriæ, & sanctæ vrbis, in med. apud vij. synod. actio. 3.*

Cap. IX.

Secunda CP. conuenientibus cl. Patribus congregata est contra πνευματόμαχον Macedonium, & eos, qui à partibus (*eius*) stabant, Deo odibiles, semi-Arianos. Hæc sancta synodus Spiritum sanctum ducem, & ductorem nacta declarauit, ex Patre ante tempora, & perpetuo Spiritum sanctum egressum habuisse: præterea Patri, & Filio consubstantialem, coadoratũ, & conglorificatũ, &c. (*hæreticos*) execrationib. infinitis deuouerunt, & cum his insanum Apollinarium, qui & Seruatorẽ hominem sine mente, ipse demens blasphemauit. *Theodor. Hieros. Episcopus in synodica post*

prin. apud vij. synodum Nican. ij. actio. 3.

CAP. X.

Familiaris est (*Græcis*) ista præsumptio, & singularis quodammodo ambitionis indicium; siquidem in secunda synodo contra statuta magnæ Nicænæ synodi, & sanctorum decreta Præsulum Romanorum, Alexandrinæ priuilegia sedis, CP. contulere Pontifici: & quædam penes illos reperiuntur capitula regularum, quæ illi quidem tertiæ † dicunt existere synodi; cum apud Latinos nec in vetustissimis inueniantur editionibus. *Anast. bibliothec. in præfa. synodi CP. viij. sub Hadr. ij. prope finem. Vide CP. 3. G. Chalced. 28. G. Trul. 36.* † ij. forte.

De Ephesina tertia synodo generali. Tit. XVII.

CAPVT I.

Pelagius, qui in Ephesina synodo damnatus est, ea intentione hoc dixit, vt ostenderet nos à Christo vacue redemptos. Si enim nos per Adam in anima mortui non sumus, quod dicere nefas est: vacue redempti sumus. Ephesinam autem Synodum perscrutantes de Adelphio, & Saba, & cæteris aliis, qui illic dicuntur esse damnati, omnino nihil inuenimus. Et existimamus, quia sicut Chalcedonensis synodus in vno loco ab ecclesia CP. falsata est; sic aliquid in Ephesina synodo factum est. Caritas ergo vestra vetustos omnino codices eiusdem synodi requirat, &c. nouis codicibus passim non credat, &c. Romani autem codices multo veriores sunt, quam Græci: quia nostri, sicut non acumina, ita nec imposturas habent. *Greg. lib. 5. regist. epist. 14. c. 114. Narsi Comiti post prin.*

CAP. II.

Ioannes litteras misit, quibus nitebatur ostendere (*Monachos Isauriæ*) Ephesinę Synodi definitionibus contradixisse, & velut ex eadem synodo certa nobis, quibus ipsi obsisterent, capitula destinauit. Inter alia autem scriptum illic continebatur de Adę anima, quia peccato mortua non fuerit: eo quod diabolus in cor hominis non ingrediebatur, & si quis hoc dixisset, anathema esset, &c. Quia ergo perscrutantes Ephesinam Synodum, nihil in ea tale inuenimus contineri: de Rauennati quoque ecclesia vetustum valde codicem eiusdem Synodi ad nos deferri fecimus, & synodo quam habebamus, eum concordare inuenimus, &c. & nihil aliud continet in definitione anathematis, & reprobationis, nisi (*illud*) quod duodecim capitula beatę memorię Cyrilli reprobant. *Idem Gregor. lib. 6. regist. ep. 31. c. 195. indict. 15. Eulogio Episcopo Alexan. & Anast. Antiocheno, post med.*

CAP. III.

Dum de sanctorum conciliorum custodia, tua fraternitas loqueretur, sanctam Ephesinam synodum primam se custodire professa est: sed quia ex annotatione hæretici codicis, qui ad me ex Regia vrbe transmissus est, agnoui, per hoc, quod quædam capitula catholicæ cum hæreticis fuerant reprehensa: quia quidam illam Ephesinam primam synodum in eadem vrbe existimant, quæ quondam ab hæreticis traditur esse composita, &c. Illa enim synodus, quæ sub primę Ephesinæ imagine facta est, quędam in se oblata capitula asserit approbata, quæ sunt Cælestij, atque Pelagij prædicamenta. Et cum Cęlestius, atq; Pelagius in ea synodo sint damnati; quomodo poterant illa capitula recipi, quorum damnabantur auctores? *Idem Gregor. lib. 7. regist. ep. 47. indict. 2. ad Anastas. Anthiochen. Episcopum, prope finem.* c. 4. de hæret. Gre. ix. & in i. collect.

CAP. IV.

Nestorius quidam CP. ecclesiæ magis prædo, quam pastor, &c. ausus est dicere, beatam Mariam non Dei genitricem, sed tantummodo hominis fuisse matrem, & propter duarum veritatem naturarum, tergiuersationem faciens, duas in Christo asserebat esse personas, vnam passibilem, & aliam impassibilem. Quod infandum dogma piorum aures non ferentes, congregata est sancta synodus Ephesi cc. sanctorum Patrum, vbi sanctæ memoriæ Cyrillus Alexandrinæ ecclesiæ Præsul, auctoritate sanctæ sedis Apostolicæ prædictus caput extitit, qui, &c. præfatum Nestorium cum vipereis commentis perpetuo anathemate condemnauit. *Mansuetus Episcopus, & synodus Mediolan. in ep. ad Constantin. iv. ante vi. syno. post prin.*

CAP. V.

Tertia synodus est Ephesina prima cc. Episcoporum sub Iuniore † Theodosio Aug. edita, quæ Nestorium duas personas in Christo asserentem iusto anathemate condemnauit, ostendens manere in duas naturas † vnam D. N. Iesu Christi personam. *Isido. in præfa. collectio. concil. ex Isidor. Hispal. lib. 6. c. 16. etymol. Iuo lib. 2. tit. 11. c. 21. panor. Totidem verbis Isidor. Mercator in præfa. collect. concil.* Dis. 15. c. 1. p. tertia. † minore † duabus naturis f.

CAP. VI.

Tertia Ephesi cc. Patrum contra Nestorium CP. Episcopum, qui dicebat beatam virginem Mariam non Dei, sed hominis tantummodo genitricem; vt aliam personam carnis, aliam faceret diuinitatis: temporibus Theodosij † Magni Principis, Cęlestini Papæ Romani, Iuuenalis CP. † Cyrilli Alexandrini. Qui xii. capitula contra Nestorij blasphemiatum totidem capitula auctore eodem sancto Cyrillo anathematizando conscripserunt. *Ante Isidori Merca. collect. concil.* † Minoris f. † Hierosol. f.

CAP. VII.

Ex tertia (*synodo*) vnum D. N. Iesum Christum (*credo*) verum Deum nostrum, ex Patre genitum, ipsumque in extremis diebus nostra causa ex sancta Deipara semper virgine

Maria incarnatum: & Nestorium hominis adoratorem, eiusque asseclas, Diodorum, inquam, & Theodorum, quique illius quadruplarem fabulam sectantur, & in Christo dualitatem personalem † constituunt, longe à mea confessione propello. *Taras. CP. in epist. ad Episcopos Alexandriæ, Antiochiæ, & sanctæ vrbis, in med. apud vij. syn. actio. 3.*

† persona-rum f.

Cap. VIII.

Tertia, quæ Ephesi prior ex cc. Patribus emicuit, Nestorij adoratoris hominis vesaniã sustulit, & abscidit, eiusque asseclas in perpetuum damnauit. Hic enim, &c. alium ante sæcula Deum Verbum, alium vero ex Virgine pro nostra salute Incarnatum, nugatus est. &c. nomen hoc θεοτόκος hoc est, Dei para, impius iste abiurans, pro eo χριστοτόκος, id est, Christipara, substituit. Cum omnes cognoscant eam vere Dei matrem, &c. *Theodorus Hierosol. Episcopus in synodica post princip. apud eand. vij. synod. d. actio. 3.*

De Chalcedonensi quarta generali synodo. Tit. XVIII.

CAPVT I.

LEo sanctæ synodo apud Chalcedonem habitæ. *Leo epist. 45. & ep. 59.*

Cap. II.

† Hoc ip-so.

Hæc ipsa † sexcentorum fere fratrum, coepiscoporumque nostrorum synodus congregata, (*loquitur de Chalcedonensi*) nullam artem ratiocinandi, nullum eloquium disserendi contra fundamentum fidei inspirate permisit. *Leo ep 50. ad Episcopos Galliæ, in medio*

Cap. III.

De Chalcedonensi synodo à Leone Pontifice max. confirmata. *Idem Leo epistol. 57. ad Marcianum Imperat. 58. ad Pulcheriam. 59. ad synodum Chalcedon. 66. ad Iulianum Episcopum.*

Cap. IV.

Detestandum illud Ephesinæ synodi iudicium (*loquitur de pseudo-synodo Ephesina*) ita sanctã Chalcedonensis synodi auctoritate) *Christus*) destruxit; vt nullum deprauatorum à remedio correctionis arceret. *Leo epist. 70. ad Iuuenalem Episcop. post prin.*

Cap. V.

In Chalcedonensi concilio, per Spiritum sanctum congregato, tam plenis, atque perfectis definitionibus cuncta firmata sunt; vt nihil ei regulæ, quæ ex diuina inspiratione prolata est, aut addi possit, aut minui. *Leo ep. 71. ad Leon. Imperat. in med.*

Cap. VI.

Quod nostris temporibus apud Chalcedonem de D. N. Iesu Christi incarnatione firmatum est: hoc etiam apud Nicæam mysticus illum Patrum numerus definiuit, &c. Derebus & apud Nicæam, & apud Chalcedonem, sicut Deo placuit, definitis, nullum audemus inire tractatum, tamquam dubia, vel infirma sint, quæ tanta per Spiritum sanctum fixit auctoritas. *Leo ep. 76. ad Leonem imp. post prin.*

Cap. VII.

Exeuntes maligni homines turbauerunt animos vestros, &c. adstruentes, quod aliquid de sancta Chalcedonen. synodo, piæ memoriæ Iustiniani temporibus sit immutatum: quam omni fide, omnique deuotione veneramur, &c. Anathematizamus autem, si quis ex definitione fidei, quæ in eadem synodo prolata est, aliquid imminuere præsumit, vel quasi corrigendo eius sensum immutare: sed sicut illic ptolata est, per omnia custodimus. *Greg. lib. 2. regist. ep. 10. c. 49. indict. y. Sabino subdiacono.*

Cap. VIII.

Nos Chalcedon. synodum, &c. per omnia veneramur, & sequimur: & si quis de fide eius minuere, aut addere aliquid præsumpserit, anathematizamus. *Idem Greg. lib. 7. ep. 6. Indict. 1. Brunichilda Regina Francorum prope fin.*

Cap. IX.

Orientis Ecclesiæ fidem, atque doctrinam sanctæ memoriæ Leonis sequuntur, &c. tanctamque Chalcedonens. synodum ita nobiscum custodiunt, atque venerantur; vt nullus esse Episcopus reputetur, qui eiusdem synodi defensor, sectatorque non fuerit. Hinc est etiam, † quod quotiens in quatuor præcipuis sedibus Antistites ordinantur, synodales sibi Epistolas vicissim mittãt, in quibus se sanctam Chalcedonen. synodum cum aliis generalibus synodis custodire fateantur. Sicut & nos auersamur, & anathemare plectendos ducemus, si qua de fide eiusdem synodi aliquid minuere, vel addere præsumunt, &c. *Idem Gregor. lib. 7. regist. epist. 53. indict. 2. Secundino incluso. ante med. Iuo par. 4. cap. 118. decret.*

† etiam.

Cap. X.

Duo vasa iniquitatis bellantia, Dioscorus scil. Alexandrinus Præsul, & Euryches CP. Archimandrita, &c. adserebant in D. N. Iesu Christo ante adunationem duas nauras, post verò adunationem vnam. Tunc à Marciano Imper. collecta est sancta synodus Chalcedone DCXXX. Patrum, quibus mediatores fuerunt beatissimi Præsulis Leonis vrbis Romæ missi, quorum auctoritate prædicti hæretici anathematis sententia preculsi, extra gremium matris Ecclesiæ Catholicæ sunt eiecti. Qui sancti Patres in concilio constituti, &c. symbolum orthodoxæ fidei confecerunt, &c. statuentes, vt si quis supra id, quod ibidem in causa fidei statutum est, addere, aut minuere præsumpserit, anathematis vinculo subiaceret. *Mansuetus Episcopus, & synodus Mediolan. in epist. ad Constantin. iv. post prin. ante vi. synodum.*

Cap. XI.

Quarta est synodus Chalcedonen. DCXXX. sacerdotum sub Marciano Principe habita, in

qua Eutychen CP. Abbatem verbi Dei, & carnis vnam naturam pronuntiantem, & eius defensorem Dioscorum quondam Alexādrinum Episcopum, & ipsum rursum Nestorium cum reliqui hęreticis, vna Patrum sententia, prædamnauit; prædicans eadem synodus Christum Deum † sic natum de Virgine, vt in eo substantiam & diuinæ, & humanæ confiteatur naturæ. *Isidor. in præfat. collectio. concil. ex Isid. Hispalen. li. 6. cap. 16. etym. (no lib. 2. tit. 12. cap. 22. panor.*

† Dominum.

CAP. XII.

Quarta est synodus Chalcedonensis, &c. (*vt cap. proximo, sed in fine est*) vt in eo vnam personam, & diuinæ, & humanæ confiteatur naturæ. *Isido. Mercator. in præfa. collect. concil.*

CAP. XIII.

Dist. 16. c. prima. 10 p. quarto.

Quarta Chalcedone DCXXX. Patrum contra Eutychen CP. Abbatē, qui asserebat Christum post humanam assumptionem, non ex duabus naturis existere, sed solam in eo diuinam naturam permanere; temporibus Marciani Principis, Leonis Papæ Romani. Iunenalis Hierosolytamini, Anatolij CP. qui condemnata hæresi statuerunt canones xxvii. quorum auctor maxime idem sanctus Anatolius CP. Episcopus fuit. *Ante Isidor. Mercator. collect. conciliorum.*

CAP. XIV.

Quartus post hæc tria tempora congregatur conuentus DCXXX. Patrum Chalcedone, concertantemque habuit Euphemiam martyrem, quæ hodieque super fidei eorum definitione propugnat, &c. Perimit vero profanam dualitatem, Eutychen inquam, & Dioscorum, & eorum obtutat Deo rebellem malitiam ex Apollinari vndantem, &c. & Nestorij Deo rebellis immundissimam hæresim, &c. *Sophron. Hierosol. ad Sergium CP. apud vi. synod. post med. actio. 11.*

CAP. XV.

Quartæ synodi capita hæc accipio, ex duabus naturis, & in duabus naturis vnum esse sanctæ Trinitatis Christum Deum nostrum, in carne peregrinantem; anathematizo autem Eutychen, Dioscorum, & omnem acephalon eorum turbam; cum his etiam Dei hostem Seuerum, & impium illum Iulianum Halycarnassensem, qui incorruptibile corpus Dominum nostrum assumpsisse fabulatur. *Taras. CP. in epist. ad Episcopos Antiochiæ, Alexandriæ, & sanctæ vrbis, in med. apud vij. syno. act. 3.*

CAP. XVI.

Quæ Chalcedoni celebrata est synodus, in qua DC. Patres erroneā hæresin, quæ Christi duas naturas confundit, sustulerunt, quam sane primus Eutyches induxit, &c. Hic Dioscorum, &c. aduocatum nactus est, &c. Sed hos duos sancta quarta synodus subuertit, &c. Præter hæc Nestorij quoque diuisionem, ipsumque adeo, & qui dogmata illius sectantur, abrenuntiauit. *Theodorus Hierosolym. Epis. copus in synodica. in med. apud can. vij. synod. d. actio. 3.*

CAP. XVII.

Leo natione Tuscus, &c. inuenit duas hæreses Eutychianam, & Nestorianam. Hic ordinauit Præcepta sua auctoritate, & misit ad Marcianum Aug. catholicum Principem fidelem. Et facta collatione cum eodem Principe collecti sunt Episcopi, & factum est concilium sanctum Chalcedone in martyrio sanctæ Eupheniæ, &c. Mcc. † Episcoporum cum August. Marciano: qui exposuerunt fidem Catholicam, duas asserentes naturas in vno Christo Deo, & homine, &c. & damnauerunt Eutychen, & Nestorium, & Dioscorum, &c. Beatus vero Leo direxit fidei Catholicæ tomum, & exposuit damnans omnes hæreses, &c. Hic firmauit frequenter suis Epistolis synodum Chalcedonensem, &c. *Ex libro Pontificali.* † dcxxx.

De quinta synodo generali, Constantinopolitana secunda. Tit. XIX.

CAPVT I.

Hoc sanctum nostrum vniuersale concilium, &c. sanctis, & vniuersalibus quinque synodis consonuit, &c. Super has (*quatuor*) & vltimæ harum quintæ scilicet synodi, quæ hic congregata est aduersus Theodorum Mopsuestenum, Originem, Didymum & Euagrium, & scripta Theodoriti aduersus xij. capitula laudabilis Cyrilli, & Epistolam, quæ dicitur Ibæ ad Marin Persam scriptam immutilatas quidem in omnibus pietatis renouans sanctiones, profanas vero impietatis expellens doctrinas. *Vi. synod. CP. actio. 17. in definit.*

CAP. II.

Prætetea Originis, Euagrii, & Didymi fabulositates anathematizamus, quemadmodum synodus CP. conflata, quinta numero docuit. *Vij. syno. Nica. ij. actio. 7. in definitio.*

CAP. III.

Vltra has CP. congregata Iustiniani Imp. imperio, &c. synodus est, quæ Originem, qui & Adamantius, Euagrium, Didymum, cum gentilibus illorum commentariis, anathemate deuouit. Præterea Theodorum Mopsuestiæ Episcopum, & Diodorum Nestorii pręceptorem, Seuerum, Petrum, Zoaram, cū impiis eorum dogmatibus damnauit. Et Epistolam Ibę appellatam, quę ad Marin Persam extat. Decreta autem, & statuta quartę synodi vniuersalis approbauit. *Gregor. Neocæsarien. & pseudo-syn. vii. CP. relata ab Epiphanio vii. synod. Nica. ii. actio. 6. tomo 2. nomine eiusd. synodi, quibus non improbat.*

CAP. IV.

Quin & duas naturas in vno Christo, secundum manifestiorem expositionem sanctę

quintæ, & vniuersalis synodi prędicantes anathematizamus Seuerum, & Petrum, & Zoatam; Originem etiam, qui vana suscipit; & Theodorum Mopsuestiæ quoque pariter, & Euagrium, qui etiam secundum easdem, & diuersas opiniones, eodem perditionis irretiti sunt barathro. *viii. synod. CP. sub Hadr. y. o-ctio 10. in definitio.*

CAP. V.

Dist. 15. c. 2. sicut. Quintum concilium pariter veneror, in quo Epistola, quæ Ibę dicitur, erroris plena reprobatur; & Theodorus personam mediatoris Dei, & hominum in duabus subsistentiis separans, ad impietatis perfidiam cecidisse conuincitur. Scripta quoque Theodoriti, per quę B. Cyrilli fides reprehenditur, ausu dementię prolata, refutantur, &c. *Gregor. lib. 1. epist. 24. ad Ioan. CP. & alios Patriarchas, in fine. Ivo par. 4. c. 117. decr. Ansel. lib. 6. c. 52. Cæsar. lib. 1. c. 36. Tarrac. lib. 1. c. 140.*

CAP. VI.

Exeuntes maligni homines turbauerunt animos vestros, &c. adstruentes, quod aliquid de sancta Chalcedonen. synodo, pię memorię Iustiniani temporibus sit immutatum, &c. de personis vero, de quibus post terminũ synodi aliquid actum fuerat, eiusdem piæ memoriæ Iustiniani temporibus est ventilatum. Ita tamen, vt nec fides in aliquo violaretur, nec de eisdem personis aliquid aliud ageretur, quam apud eandem sanctam Chalcedonen. synodum fuerat constitutum. *Idem Gregor. lib. 2. regist. ep. 10. c. 49. indict. 11. Sabino subdiacono.*

CAP. VII.

In synodo, in qua de tribus capitulis actum est, aperte liquet nihil de fide conuulsum esse, vel aliquatenus immutatum. Sed sicut scitis, de quibusdam illic solummodo personis est actitatum, quarum vna, cuius scripta euidenter à rectitudine Catholicæ fidei deuiabant, non iniuste damnata est, &c. Postquam recordandæ memoriæ Vigilius Papa in vrbe Regia constitutus, contra Theodoram tunc Augustam, vel Acephalos damnationis promulgauit sententiam, tunc Romana † videtur ab hostibus adita, & captiuata est. Ergo bonam causam habuerunt Acephali, &c. Vt igitur de tribus capitulis animis vestris ablata dubietate possit satisfactio abundanter infundi: librum, quem ex hac re sanctæ memoriæ decessor meus Pelagius Papa scripserat, vobis vtile iudicaui transmittere. *Idem Greg. lib. 2. regist. epist. 36. indict. 10. episcopis Hiberniæ.*

† Rauenna. f.

CAP. VIII.

De illa synodo, quæ CP. postmodum facta est, quæ à multis quinta nominatur, scite vos volo: quia nihil contra quattuor sanctissimas synodos constituerit, vel senserit; quippe quia in ea de personis tantummodo, non autem de fide aliquid gestum est, & de his personis de quibus in Chalcedon. concilio nihil cōtinetur. Sed post expressas synodos, seu canones facta contentio, & extrema actio de personis ventilata est. *Idem Gregor. libro 3. registr. epist. 37. indict. 12. Constantio Episcopo Mediolan. in med.*

CAP. IX.

Cuncta, quæ sanctæ quattuor vniuersales synodi recipiunt, te semper recepisse, ac recipere; & quæ condemnant, condemnasse, condemnareque professus es. Eam quoque synodum, quæ Iustiniani temporibus de trib. capitulis facta est, & suscipere, & custodire promisisti. *Idem. Gregor. lib. 5. reg. ep. 64. c. 164. indict. 14. Athanasio presbytero, prope finem.*

CAP. X.

Historiam Sozomeni sedes Apostolica recipere recusat, quoniam multa mentitur, & Theodorum Mopsuestiæ nimium laudat, atque vsque ad diem obitus sui magnum doctorem Ecclesiæ fuisse perhibet. Restat ergo, vt si quis illam historiam recipit, synodo, quæ piæ memoriæ Iustiniani temporibus de tribus capitulis facta est, contradicat: qui vero huic contradicere non valet; illam historiam necesse est, vt repellat. *Idem Gregor. lib. 6. reg. ep. 31. c. 195. indict. 15. Eulogio Alex. & Anastasio Antiocheno, in med.*

CAP. XI.

Orientis Ecclesiæ fidem, atque doctrinam sanctæ memoriæ Leonis sequuntur: ne fortasse earum sensus inter semetipsas pro trium capitulorum defensione diuisus sit, &c. Nam synodus, quæ post (*Chalcedon.*) generaliter facta est, idcirco à nobis recipitur, quia eiusdem synodi in omnibus sequax, honorem illius, auctoritatemque custodit, &c. Peruersi autem homines, qui trium capitulorum occasione reperta, Ecclesiasticam disciplinam fugiunt, &c. subesse sedis Apostolicæ præceptis nolunt, & nos quasi de fide reprehendunt, quã ipsi nesciunt, &c. Sancta Chalcedon. synodus vsque ad definitionem fidei, & prolationem canonum, de generalibus causis locuta est. Nam post prolationem canonum, specialia Episcoporum certamina sopiri curauit. Epistola vero, quam in ea reuerendis's. Ibas denegat suam, quod in extrema parte synodi iaceat, agnoscis. Quæ videlicet Epistola Nestorium inauditum, & inquisitione non facta damnatum asserit; Cyrillum vero in Apollinatis dogma cecidisse suspicatur. Et, si totus superior textus prædictæ synodi legitur, quantum hæc Epistola eidem synodo aduersetur, inuenitur, &c. *Idem Gregor. lib. 7. reg. ep. 53. indict. 2. Secundino incluso.*

CAP. XII.

Eam synodum, quæ piæ memoriæ Iustiniani facta erat (*tempore*) per latores præsentium transmisi, vt, &c. ipsam relegens agnoscat, quia falsa sunt omnia, quæ contra sedem Apostolicam; vel Catholicam Ecclesiam audierat. Absit enim nos cuiuslibet sensum hæretici recipere, vel à tomo sanctę memoriæ Leonis prædecessoris nostri in aliquo

deuiare; sed quæcumque à sanctis quattuor synodis sunt definita, recipimus, & quæcumque reprobata sunt, condemnamus. *Idem Gregor. lib. 12. reg. epist. 7. indict. 7. Theodelind. Reginæ Longobardorum.*

CAP. XIII.

Quinta synodus etiam iam mortuos Originem, atque Theodorum, per eorum damnanda scripta non rectè sapuisse repertos, anathemate perculit. *Nicol. in ep. ad Mich. incip. Quanto maiora, post med.*

CAP. XIV.

Quattuor concilia omnimode recipio, &c. Pari modo recipio, & veneror reliqua tria concilia; id est, secundum Constantinop. sub Vigilio Papa, & Iustiniano Aug. Deinde tertium CP. contra Monothelitas, &c. Vltimum secundum Nicænum, &c. pro imaginibus. *Leo ix. epist. ad Petrum Antiochen. in fine.*

CAP. XV.

Iterum Constantinopoli quinto congregati sunt concilio tempore Iustiniani iunioris † cōtra Theodorum, & Theodoritū, & eorum dogmata contra Cyrillum, &c. *Anglic. 2.* († maioris l.)

CAP. XVI.

Iustiniano Imp. existentibus quibusdã, qui sanctam Chalcedon. synodum tenere iactitabant, à præfato Principe iterum in Regia vrbe CP. concilio congregati sunt clx. Patres Chalcedonensem synodum ab omni suspicione absoluentes, tria capitula, pro quibus accusabatur, aperta damnatione vlti sunt, &c. *Mansuetus Episcopus, & synodus Mediolan. in epist. ad Constantin. iv. ante vi. synod.*

CAP. XVII.

Dist. 16. c. 7. Quoniam sanctæ, & vniuersales duæ synodi in hac Imperiali ciuitate congregatæ: vna quidem temporibus diuinæ recordationis Iustiniani, altera vero sub piæ memoriæ Imp. Constantino tuæ mansuetudinis patre, &c. sacros canones nequaquam conscripserunt, sicut reliquæ sanctæ quattuor vniuersales synodi, &c. Propterea ergo tuæ pietatis iussu in hac Dei obseruatrice vrbe congressi, sacros canones scripsimus, &c. *Trul. ante canones ad Iustinian. ij. Iuo par. 4. c. 123. decr. Cæsar. lib. 1. cap. 40.*

CAP. XVIII.

Sed & clxv. diuinorum Patrum in hac ciuitate Imperiali congregatorum sub Iustiniano piæ memoriæ Imp. nostro, pias voces, vt à Spiritu Sancto editas cognoscimus, & posteros nostros docemus: qui Theodorum Mopsuestiæ, Nestorij magistrum, & Originem, & Didymum, & Euagrium, qui Græcas fabulas rursus fictas retulerunt, &c. Et quæ à Theodorito scripta sunt aduersus rectam fidem, & xii. B. Cyrilli capita; & eam, quæ dicitur Ibæ Epistolam synodice anathematizarunt, & execrati sunt. *Trul. c. 1.*

CAP. XIX.

Ad (*Nicæni*) similitudinem magnum Chalcedonense concilium conscriptum esse confirmauerunt: & demum alia CP. condita vnum videlicet sub Iustiniano Imper. contra Dei impugnatores Originem, Didymum, & Euagrium: & aliud temporibus Agathonis Papæ, & Constantini Imp. contra Macarium Episcopum, & Stephanum eius discipulum, ac reliquos Episcopos, qui pro frumento zizania Ecclesiis seminauerunt. &c. *Isido. Merc. in præf. collectio. Concil. prope fin.*

CAP. XX.

Quinta Constantinopoli contra Theodorū Mopsuestenū, & omnes hæreticos: qui Theodorus dicebat alium esse Deum Verbum, & alium Christum; & sacram virginem Mariam negabat Dei genitricem fuisse. temporibus Iustiniani Principis, Vigilij Papæ, Domni Antiocheni, Eutychij CP. qui xiv. capitula anathematizando scripserunt contra Theodori, & sociorum eius blasphemias. *Ante Isidori Merca. collectionem.* (Dist. 16. c. prima. 10. p. quinta.)

CAP. XXI.

Quintum sanctum concilium vniuersaliter constitutum suscipio, quod in Regia vrbe celebratum est Iustiniano Imper. omnesque eius præclaras definitiones, quod ad confirmationem Chalcedon. concilij congregatum est. Perimit autem principaliter Originem insanum, &c. Euagrij quoque & Didymi dogmata, &c. Post quos & Mopsuestenum auellit Theodorum, magistrum Deo rebellis Nestorij, &c. cū suis blasphemis opusculis ab Apostolica Ecclesia proiicit. Scripta quoq; Theodoriti, quæ male, & impie aduersus Cyrillum propugnatorem pietatis effecta sunt, & quæ iam contra xij. eiusdem diuini Cyrilli capitula, quam sanctum primum Ephesinum concilium, nostræque fidei rectitudinem accusauit, impio fauendo Nestorio, &c. & Diodoro, & Theodoro, &c. Cum quibus & epistolam, quæ dicitur Ibæ ad Marin Persam scriptam obtruncauit, &c. *Sophron. Hierosolymit. ad Sergium CP. post med. apud vij. syn. CP. actio. ii.*

CAP. XXII.

Quintam (*synodum*) veluti Spiritus sancti machæram amplector, quæ à multis ante temporibus vigentes impias hæreses amputauit, & de earum auctoribus triumphauit, Origine nimirum, Didymo, & Euagrio, quos omnes, vt hæreticorum magistros execror. *Taras. CP. in ep. ad Episcopos Antiochiæ, Alexandriæ, & sanctæ vrbis, in med. apud vij. syn. Nic. ij. actio. 3.*

CAP. XXIII.

Deinceps & quinta congregata synodus est in Imperatoria ciuitate ex clxiv. Episcopis, quæ priores iv. synodos confirmauit, iussitque vt harum decretis acquiesceremus, execrans Arium, Nestorium, Eutychen, Theodorum Mopsuestiensem, horumq; omnium blasphemias. Præterea Originem, Euagrium, Didymum, omnesque fabulosas, & gentiles eorum prodigiosas narrationes. Adhæc epistolam,

V iiij

quæ Ibæ cuiusdam nomine ad Marin Persam circumfertur. His adde Theodoriti commentaria, quæ contra recta xij. capita beatæ memor. Cyrilli conscripta. *Theodorus Hierosolym. Episcopus in synodica in med. apud con. vij. synod. actio. 3.*

Cap. XXIV.

In quinta synodo epistolam Vigilij Papæ ad Mennam Patriarcham, atque libellum eiusdem Mennæ in quaternionibus nouiter additis falsauerunt, vnam voluntatem, & operationem dicentes; quod coram Principe (*Constantino iv.*) & synodo (vi.) claruit. *Ex Pontif. in Agathone.*

Cap. XXV.

Sergij Papæ temporibus Aquileiensis Ecclesiæ Archiepiscopus, & synodus, quæ sub eo congregata est, sanctum quintum vniuersale concilium, vtpote errantes suscipere diffidebant; sed eiusdem beatissimi Papæ spiritalibus monitis, atque doctrinis instructi, conuersi sunt, idemque venerabile concilium satisfacti susceperunt, &c. *Ex Pontif. in Sergio. Inoper. 4. c. 119. decr.*

De tertia Constantinopolitana, & sexta generali synodo. Tit. XX.

CAPVT I.

CVncta Ecclesiæ Catholicæ dogmata conseruamus: & sex vniuersalibus conciliis inhærentes, eorum acta comprobamus, &c. Duas voluntates, & actus, secundum naturarum proprietatem, in Christo prædicamus: quemadm. sexta Constantinop. synodus definiuit, detestamurque cum ea Sergium, Honorium, Cyrum, Pyrrhum, Macarium, impios istos pietatis impugnatores, omnesque illis consentientes anathematizamus. *vij. synod. Nican. ij. in definitio. actio. 7.*

Cap. II.

Deinde temporibus Constantini pij Imperatoris in hac deuota ciuitate clxx. Episcoporum concilium coactum est: in quo Theodorus, quem Pharan vocant, & Cyrus Alexandriæ Præsul, & Honorius Romanus Episcopus, Sergius item & Paulus, Pyrrhus, & Petrus, qui illic præsidebant, item Macarius Antiochenus cum Stephano illius discipulo, anathemate percussus est, & extra Catholicam Ecclesiam eiecit: quod vnam voluntatem, & operationem in duabus vnius Dei nostri Christi naturis statuerent. *Gregorius Neocæsarien. & pseudosyn. vij. CP. relata actio. 6. tomo 4. ab Epiphanio nomine vij. synodi Nicæ. ij. qui suprascripta non improbat.*

Cap. III.

Cum prædictis (*quinque*) synodis consonantem, & eadem consentientem, sanctam, & vniuersalem sextam synodum suscipientes, in vnius Christi duabus naturis, consequenter etiam duas operationes, & totidem voluntates sapientes asseuerauit. Anathematizamus autem Theodorum, qui fuit Episcopus Pharan, & Sergium, & Pyrrhum, & Paulum, ac Petrum impios Præsules CP. Ecclesiæ, atque Honorium Romæ, vna cum Cyro Alexandriæ; nec non & Macarium Antiochiæ, ac discipulum eius Stephanum, qui malæ opinionis Apollinarij, & Eutychetis, ac Seueri impiorum hæresiarcharum dogmata sectantes (*fuerunt*) &c. *viij. syn. CP. actio. 10. in definitio.*

Cap. IV.

Cognouimus, quod sancta, & vniuersalis ac magna sexta Synodus, quæ per Dei gratiam, in Regia vrbe nuper congregata est, eademque & vniuersum concilium alludens huic sanctæ sedi Apostolicæ, cuius ministerio fungimur, senserit, atque decreuerit sub orthodoxæ fidei integritate, &c. duas idcirco naturales voluntates (*Christi*) duasque naturales operationes eum habere, veraciter prædicauit, &c. Per quæ reuera probauimus hanc sanctam, & laudabilem, atque prædicabilem sextam synodum. &c. Apostolicam prædicationem inoffenso pede fuisse sequutam, sanctorumque, & vniuersalium v. conciliorum regulas amplectentem, nihil super statuta orthodoxæ fidei augentem, aut minuentem, &c. Hanc igitur rectæ, atque Apostolicæ traditionis normam prædecessor meus Agatho Apostolicæ memoriæ Papa cum sua synodo prædicauit, hanc, &c. Per suos legatos emisit, &c. Idcirco, & nos, &c. & hæc veneranda sedes Apostolica concorditer, ac vnanimiter his, quæ definita sunt ab ea (*sexta Synodo*) consentit, & B. Petri auctoritate confirmat, &c. Propterea sicut suscepimus, atque firmiter prædicamus sancta v. vniuersalia concilia, &c. quæ & omnis Christi Ecclesia approbat, & sequitur: ita & quod nuper in Regia vrbe, pio vestræ Serenitatis adnisu celebratum est, sanctum sextum concilium, &c. pari veneratione, atque censura suscipimus, &c. Pariter anathematizamus noui erroris inuentores: id est, Theodorū Pharanitanum Episcopum, Cyrum Alexandrinum, Sergium, Pyrrhum, Paulum, Petrum CP. Ecclesiæ successores † magis, quam Præsules, († succensores f.) nec non & Honorium, qui hanc Apostolicam Ecclesiam non Apostolicæ traditionis doctrina lustrauit, sed profana proditione immaculatam fidem subuertere conatus est: & omnes, qui suo errore defuncti sunt, &c. Macarium quondam fallaciss. Antiochiæ Ecclesiæ, deceptorem, cum sui erroris discipulo, immo magistro, Stephano, & cum eis Polychronium nouum, & vere dictum est, Simonem, &c. & qui similia eorum sapuerunt, vel sapiunt, qui vnam videlicet voluntatem, & vnam operationem dicere præsumpserunt, vel præsumunt in duabus naturis D. N. Iesu Christi, &c. *Leo ij. ad Constantinum iv. in fine vj. synodi CP. In opar. 4. c. 120. decr.*

Cap. V.

Quatuor concilia omnimode recipio, &c. Pari modo recipio, & veneror reliqua tria concilia, id est, secundum CP. sub Vigilio Papa, & Iustiniano Aug. Deinde tertium CP. contra Monothelitas, sub Agathone Papa, & Constantino nepote Heraclij. Vltimum secundum Nicænum, &c. *Leo ix. in ep. ad Petrum Antiochenum, in fine.*

Cap. VI.

Dist. 16. c. 7. Quoniam sanctæ, & vniuersales duæ synodi in hac Imperiali, & Dei obseruatrice ciuitate congregatæ: vna quidem temporibus diuinæ recordationis Iustiniani: altera vero sub piæ memoriæ Imperatore Constantino tuæ mansuetudinis patre, ad paterne declarandum fidei mysterium, sacros canones nequaquam conscripserunt, sicut reliquæ sanctæ quatuor vniuersales synodi, per quos populi à deteriori, & abiectiori viuendi ratione recedant, &c. Vbi enim sunt duo, vel tres
Matt. 18. in nomine meo congregati, illic sum in medio illorum, inquit Dominus: & rursus per
Hier. 29. Hieremiam nobis exclamauit: Quærite me in toto corde vestro, & apparebo vobis. Propterea ergo tuæ pietatis iussu in hac Dei obseruatrice, & Imperiali vrbe congressi sacros canones scripsimus. Quamobrem tuam pietatem rogamus, eas, quæ prius in hac Dei obseruatrice ciuitate, à congregatis sub bonæ memoriæ Imperatore (*Constantino*) nostro Patribus editæ sunt, voces tibi adducentes; vt quemadmodum Ecclesiæ scriptis Ecclesiam honorasti, sic & eorum, quæ per viros pios, & sinceros decreta sunt, finem obsignes. *CP. synod. in Trullo posterior ad Imp. Iustinia. ij. ante canones. Ino part. 4. c. 123. decr. Cæsar. lib. 1. c.* 40.

Cap. VII.

Porro sextæ quoque synodi, quæ in hac ciuitate Imperiali sub diuinæ memoriæ Imperatore nostro Constantino pridem congregata fuerat, fidem, quæ maiorem firmitatem ex eo accepit, quod pius Imperator noster eius decisiones suo signaculo munit, &c. nos seruare profitemur, quæ duas naturales voluntates, duasque naturales operationes in incarnata Domini N. Iesu Christi veri Dei œconomia, nos pie opinari debere, aperte docuit, &c. pia sententia condemnatis Theodoro Pharan, Cyro Alexandriæ, Honorio Romæ, Sergio, Pyrrho, Petro, Paulo, qui, &c. in hac ciuitate præsederit, Macario, qui fuit Antiochensium Episcopus, Stephano eius discipulo, & insano Polychronio, &c. *Trul. cap. 1.*

Cap. VIII.

Clara omnes notio populos Hispaniæ implet, &c. quod per Romani Præsulis baiulum gesta synodalia societati nostræ aduecta sunt, quibus CP. Constantino pio, & religioso Principe mediante, magna, & sublimi copia aggregata Pontificum, Apollinaris dogma comperimus fuisse detritum. Cum quibus etiam gestis, Leonis quoque antiquæ Romæ Pontificis inuitatoria epistolaris gratiæ consulta suscepimus, &c. *Tolet. xiv. c. 2.*

Cap. IX.

Prædicta gesta (*Loquitur de actis synodi vi. generalis CP*) cum antiquis conciliis conferentes, &c. probauimus, decretis quidem illis synodalibus, & præcipuis in omnibus consona, & Nicænæ quidem, Constantinopolitanæ, vel Ephesinæ fidei concordantia, Chalcedonensi vero eam esse vnita, vtpote ipsis verbis edita, &c. Et ideo supradicta acta concilij, in tantum à nobis veneranda sunt, & recipienda constabunt, in quantum à præmissis conciliis non desciscunt, immo in quantum cum illis concordare videntur, &c. Post Chalcedonense igitur concilium hæc debito honore, loco, & ordine collocanda sunt; vt cuius glorioso themate fulgent, ei, & loci & ordinis coaptentur honore. *Tolet. xiv. cap. 5. 6. 7.*

Cap. X.

Ad (*Nicæni*) similitudinem magnum Chalcedonense concilium conscriptum esse confirmauerunt: & demum alia CP. condita: vnum videlicet sub Iustiniano Imp. contra Dei impugnatores Originem, Didymum, & Euagrium: & aliud temporibus Agathonis Papæ, & Constantini Imp. contra Macarium Episcopum, & Stephanum eius discipulum, ac reliquos Episcopos, qui pro frumento zizania ecclesiis seminauerunt, &c. *Isido. Mercator in præfa. concil. prope fin.*

Cap. XI.

Sexta CP. cl. Patrum contra Macarium Antiochenum Episcopum, & socios eius, qui vnam voluntatem, & operationem in Christo, falsa suspicione astruebant, temporibus Constantini Principis, Agathonis Papæ Romani, Georgij CP. qui condemnata hæresi anathematizando scripserunt octo † capitula. *Ante Isido. Mercat. collectio. concil.* Dist. 16. c. 10. prima p. sexta. † nouem.

Cap. XII.

Sextam laudo: quod ex duabus naturis Christum prædicauit; ob id etiam illi duas naturales voluntates, & operationes in alterutra natura, humana scilicet, & diuina assignauit. Anathemate autem execror Cyrum, Sergium, Honorium, Pyrrhum, Paulum, & omnes, qui eorum decretis insistunt, &c. *Taras. CP. ad Episcopos Antiochiæ, Alexandriæ, & sanctæ vrbis, in med. apud vij. syno. Nica. ij. actio. 3.*

Cap. XIII.

Post (*quintam*) sancta sexta synodus, veluti alter sol, ex CCLXXXIX. Patribus in Regia ciuitate locum sortita illuxit, in qua eos, qui duas sui iuris voluntates, & operationes in Christi Dei nostri incarnata œconomia negant, & vnam voluntatem, vnamque operationem, &c. constituunt, anathematizauit: nimirum Sergium, Pyrrhum, Petrũ, Cyrum,

Honotium, Theodorum dictum Pharan, nec non Polychronium delirantem ſenem, &c. His itaque ex ſacris ſynodis, quas ſolas vniuerſales agnoſcimus, concorditer orthodoxa fides ſtabilita eſt. Neque aliam præter has, Synodum accepimus, &c. *Theodorus Epiſcopus Hieroſol. in ſynodica poſt prin. lecta in vij. ſyn. Nicæ. ij. d. actio. 3.*

C A P. XIV.

Agatho ſuſcepit diualem iuſſionem piiſſimorum Principum Conſtantini, Heraclii, & Tiberii Auguſtorum per Epiphanium glorioſum; à ſecretis miſſam prædeceſſori ſuo Dono
† donno f. † Papæ; inuitantem, atque adhortantem, vt debeat ſacerdotes, vel miſſos ſuos dirigere in Regiam vrbem pro adunatione facienda ſanctarum Dei eccleſiarum. Quod & ordinare non diſtulit. Et direxit Abundantium Paternenſem, Ioannem Regitanum, & Ioannem Portuenſem Epiſcopos, Theodorum, & Georgium presbyteros, Ioannem diaconum, Conſtantinum ſubdiaconum, Theodorum presbyterum Rauennatem, atque religioſos ſeruos Dei monachos. Et poſt alia. Supraſcripti miſſi, &c. Regiam vrbem ingredientes die x. Nouemb. ix Indictione, &c. ſuſcepti ſunt à Principe, &c. Die xxii. Nouemb. in baſilica, quæ Trullus appellatur intra Palatium, ſub Regali cultu reſidente Imp. & cum eo Georgio Patriacha CP, ac Macario Antiocheno, ſuſcepti ſunt miſſi ſedis Apoſtolicæ: deinde Metropolitæ, vel Epiſcopi Orientalium partium cl. &c. & relegentes per ſingula, reperti ſunt mendaces, vnam operationem, & voluntatem dicentes. Et in quinta ſynodo epiſtolam Vigilii Papæ ad Menam Patriarcham; atque libellum eiuſdem Menæ in quaternionibus nouiter additis falſauerunt, &c. (*Et poſt alia eiuſd. ſynodi vi. acta*) Die xxv. † Fe-
† xv. f. bruarij ſynodica ſanctiſſ. Agathonis Papæ relecta eſt, &c. in qua ſynodica Epiſcopi occidentalis partis ſubſcripſerunt cxx. (*Et poſtea.*) Sancta ſynodus vna cum Principe, Macario orarium auferri iuſſerunt. Exiliens Baſilius Cretenſis Epiſcopus eius oratium abſtulit. Et anathematizantes eum foris ſynodum profecerunt, ſimulque & thronum eius. Stephanum autem diſcipulum eius ceruicibus à ſancta ſynodo clerici Romani eiicientes expulerunt. In locum Macarii ordinatus eſt Theophanius Abbas, &c. Patriarcha Antiochenæ Eccleſiæ. Macarius vero cum ſuis amatoribus, id eſt, Stephano, Anaſtaſio, expresbytero, Leontio exdiacono; Polychronio, Ephiphanio, & Anaſtaſio expresbyteris, & incluſis, in exilio in Romanam directi ſunt ciuitatem. Deinde abſtulerũt de diptychis Eccleſiarum nomina Patriarcharum, vel de pi-
† de f. cturis Eccleſiæ, aut in † foribus, vbi & vbi eſſe poterant, auferentes: id eſt, Cyri, Sergij, Pyrrhi, Pauli, & Petri, &c. *Ex Pontificali in Agathone.*

C A P. XV.

Leo Iunior ſuſcepit ſextam ſanctam ſynodum, quæ per Dei prouidentiam nuper in Regia vrbe celebrata eſt, Græco eloquio conſcripta, exequente, ac reſidente piiſſimo Principe Conſtantino intra Regale Palatium eius, quod appellatur Trullus ſimulque cum eo Legati ſedis Apoſt. & duo Patriarchæ, CP. & Anth. atque cl. Epiſcopi. In qua condemnati ſunt, Cyrus, Sergius, Honorius, Pyrrhus, Paulus, & Petrus: nec non & Macarius cum diſcipulo ſuo Stephano: ſed & Polychronius nouus Simon; qui vnam voluntatem, & operationem in Domino Ieſu Chriſto dixerunt, &c. Quam & ſtudioſiſſime in Latinum tranſtulit, &c. Macarium, Stephanum, Polychronium, & Anaſtaſium, dum nollent à ſuo recedere propoſito, per diuerſa monaſteria retruſit, &c. *Ex eod. Pontif. in Leone y. Iuo par. 4. c. 124. p. 1. decr.*

De ſynodo CP. in Trullo.
Tit. XXI.

CAPVT I.

IN ſynodis confeſſionis veſtræ fidei, quæ Apoſtolicæ ſedi noſtræ directa ſunt, per Leonem reuerendiſſimum presbyterum veſtrum, inuenimus, indicio primæ paginæ, reuerentiam veſtram ex laico ordine, & Imperatoria adminiſtratione ad ſacri gradus ſublimatam eſſe faſtigium. Et vehementer in his anima noſtra mirata eſt: niſi veſtram ſacram, & orthodoxam fidem in prædictis ſynodicis ſacri ſymboli, ſecundum ritum ſanctarum ſex vniuerſalium ſynodorum, & de venerabilibus imaginibus bene ſe inueniſſemus habere: nullatenus auderemus huiuſcemodi obaudire ſynodica. (*Ita eſt in Græco, ſed à Papa in his eſt verbis tranſmiſſum.*) Sed quantum cor noſtrum mœrore conſumptum eſt, de illicita veſtra ordinatione: & quantum
† cor noſtrum triſtabatur de inepta vete- † quanto
ri ex nobis diſtantia: tanto confeſſionem, & rectam fidem veſtram anima noſtra inueniens lætata eſt. Inuenimus autem in prædicta ſynodica epiſtola ſanctitatis veſtræ, poſt plenitudinem, & confeſſionem ſacri ſymboli, & omnium ſanctarum ſex ſyno- † verbũ f.
dorum, et de ſacris, ac venerabilibus chara- *Diſt. 16.*
cteribus miraculum † laude, ac veneratio- *c. 5. ſextam. de*
ne dignissimum contineri. Quia & eaſdem *conſec. d.*
ſanctas ſex ſynodos ſuſcipio cum omnibus *3. c. 29.*
regulis, quæ iure, ac diuinitus ab ipſis pro- *ſextam.*
mulgatæ ſunt, quas † continetur: In quiſ- † mire f. † inter
buſdam venerabilium imaginum picturis a- quas. f.
gnus digito præcurſoris exaratus oſtendi- † mali-
tur, &c. Hoc teſtimonio orthodoxæ fidei ma- gnoiũ f.
ligno † curioſitatem, & hæreticorum garrulitatem veſtrum repulit ſacerdotium. *Hadr. in epiſt. ad Taraſ. CP. poſt. prin. apud vij. ſynod. d. Nicæ. ij. actio. 2. Idem Hadr. ad Carolum cap. 35. Nicol. in epiſt. ad Photium, incip. Poſtquam beato Petro, ante med. Trul. 83. Iuo par. 4. cap.*

122. & 126. decr. Cæsar. lib. 1. c. 39.

CAP. II.

I[illegible]co t[illegible]nonium de sancta s[illegible]xta synodo protuleru[illegible], [illegible]r clarifice ostend[illegible]ent quod [illegible] quando sancta sexta synodus acta est, à [illegible]s [illegible]por bus sacras imagines, & historias pictas venerabantur. Vnde ipsa sancta s[illegible]xta synodus fideliter per canones orthodoxe st[illegible]uens ita constituit dicens In quibusdam venerabilium imaginum picturis agnus digito præcursoris monstratus designatur, &c. *Hadr. ad Carolum pro vij. syno. c. 35. Trul. 83. Ivo par. 4. c. 126. decr.*

De consec. d. 3. c. 29. sextam.

CAP. III.

In sexto sancto concilio (*Patres*) non solum contemnere non sunt ausi, sed etiam easdem sacras imagines venerantes statuerunt, Agnum Christum Deum nostrum secundum humanam figuram, & in imaginibus à nunc pro veteri agno reritulari. *Idem Hadr. ad Carol. c. 19. posterioris partis.*

CAP. IV.

Sextam (*synodum*) laudo, quod ex duabus naturis Christum prædicauit, ob id etiam illi duas naturales voluntates, & operationes, &c. assignauit, &c. Eiusdem quoque sextæ synodi omnia cum recte, & diuine decreta edita, traditosque canones recipio: præcipue tamen in quo adsignatur, quibusdam in picturis agnum digito præcursoris indicatum, feliciter effigiari, &c. *Taras. CP. incp. ad Episcopos Antiochiæ, Alex. & sanctæ vrbis, in med. apud vij. syn. Nicæ. ij. act. 3.*

CAP. V.

Helias venerabilis Protopresbyter sanctæ Ecclesiæ Dominæ nostræ Deiparæ in Blachernis legit ex charta, quæ definitiones sanctæ, & vniuersalis sextæ synodi continet. Canon sanctæ, & vniuersalis sextæ synodi. In quibus † sanctarum imaginum picturis, Agnus digito Præcursoris indicatus, expressus est, &c. Sabas venerabilis monachus dixit: Qua de causa hæc non ex libro, sed ex charta lecta sunt? Tarasius sanctiss. Patriarcha dixit. Quoniam charta ipsum est autographum, in qua † Patres subscripserunt. Petrus Metropolites Nicomediæ dixit: Quin etiam habeo alterum codicem sextæ sacræ synodi canones continentem, &c. Sanctissimus Patriarcha dixit: Quæ est hæc ignorantia, qua plerique laborant circa hos canones? scandalum est enim dubitare, num sint sextæ synodi. Cognoscant igitur tales sextam synodum temporibus Constantini fuisse congregatam contra eos, qui tantum vnam actionem, & voluntatem in Christo collocant. Illi igitur hæreticos anathemate verberantes, orthodoxamque fidem confirmantes, sub annum xiv. Imperij Constantini domnm redierunt. Post annos igitur quatuor, aut quinque iidem illi Patres sub Iustiniano Constantini filio congregati, prædictos canones ediderunt, neque hac de re quisquam dubitet.

De consec. d. 3. c. 29. sextam. † quibusdam. † quo. Dist. 16. habeo. c. 6.

Nam qui temporibus Constantini subscripserunt, iidem i[illegible] sub Iusti[illegible]ano quoque præsentem hanc chartam subsignarunt. Quæres satis clara est ex eorundem propriarum manuum immutabili similitudine. Necessum autem erat post synodum vniuersalem definitam canones quoque Ecclesiasticos ederent. *Taras. act. 4. ante med. Nicæ. 2. siue vij. synodi. Trul. 83. Ivo par. 4. c. 121. & 122. decr. Cæsar. lib. 1. c. 38. & 39.*

CAP. VI.

Sacra sexta, & vniuersalis synodus, posteaquam sententiam suam, de vna voluntate Christi sub Constantino, qui per ea tempora Imperium administrabat, cuiusque nutu, & voluntate conuentus is erat indictus, pronuntiasset; contigit Imperatorem de vita decedere. Iustiniano autem eius filio Imperium assumente, iterum vnanimiter omnes diuina voluntate post quatuor, aut quinque annos congregati de rebus Ecclesiasticis, statusque earum correctione circiter cij. canones edidere. In quorum xxcij. de imaginibus, sic tradiderunt: In quibusdam venerandarũ imaginum picturis, Agnus digito Præcursoris indicatus, figuratus est, &c. *Epiphanius contra vij. pseudosyn. apud vij. syn. act. 6. in fine tomi primi.*

Dist. 16. c. 6. habeo in fine. De consec. d. 3. c. 29. sextam.

CAP. VII.

Sane notandum est, quædam in hac synodo (*septima*) & Apostolorum, & sextæ vniuersalis synodi canonibus, & sententiis inueniri, quæ penes nos interpretata non habentur, nec admirruntur, &c. Regulas, quas Græci à sexta synodo perhibent editas, ita in hac synodo principalis sedes admittit; vt nullatenus ex his illas recipiant, quæ prioribus canonibus, vel decretis sanctorum sedis huius Pontificum, aut certe bonis moribus inueniuntur aduersæ. Quamuis omnes hactenus ex toto maneant apud Latinos incognitæ, quia non interpretatæ. Sed nec in cæterarum Patriarchalium sedium, licet Græca vtantur lingua, repeniantur archiuis. Nimirum quia nulla earum, cum ederentur, aut promulgans, aut consentiens, aut saltem præsens inoenta est. Quamquam eosdem Patres illas Græci promulgasse perhibeant, qui in sexta synodo sunt inuenti. Sed hoc nullis probare certis possunt indiciis. *Anastas. bibliothec. in præfa. vij. synod. Nicæ. ij.*

CAP. VIII.

Alia ostendunt (*Græci*) regularum numerosa, & præsumptuosa satis capitula priscæ traditioni pene omnia valde contraria, quæ à sexta falso perhibent synodo promulgata; cum sexta synodus nullam protulerit, præter fidei regulam, sed quas eius assueuerant regulas, longe post sextam synodum ab ipsis constat esse penes se, priuatimque depromptas. *Anastasius bibliothec. in proœmio syn. viij. CP. ad Hadr. ij.*

CAP. IX.

Sergij temporibus Iustinianus Imperator

Concilium in Regia vrbe fieri iussit, in quo & Legati sedis Apostolicæ conuenerant, & decepti subscripserant. Compellebatur autem & ipse Papa subscribere: sed nullatenus adquieuit, pro eo quod quædam capitula extra ritum Ecclesiasticum fuerant in eo adnexa; quæ & quasi synodaliter definita, & in sex tomis conscripta à tribus Patriarchis, id est, CP. Alexandrino, & Antiocheno, vel cæteris Præsulibus, qui eo tempore illic conuenerant, suscepta erant, manuque Imperiali confirmata. Hæc itaque missa in locello, qui scheuro carnale* vocatur, in hanc Romanam vrbem ad confirmandum, vel in superiori loco subscribendum, Sergio Pontifici, vtpote capiti omnium sacerdotum, directa sunt. Sed venerabilis Pontifex, vt dictum est, penitus eidem Iustiniano Aug. non adquieuit, nec eosdem tomos suscipere, aut lectioni pandere passus est. Porro eos, vt inualidos respuit, atque abiecit, eligens ante mori, quam nouitatum erroribus consentire. *Ex Pontif. in Sergio. Iuo lib. 2. tit. 11. c. 35. panor. & p. 4. c. 79. decr. Cæsar. lib. 1. c. 46.*

De Nicæno secundo, siue septimo generali concilio, & de octauo, CP.* quarto. Tit. XXII.

CAPVT I.

Septimam sanctam, & vniuersalem Nicææ secundo celebratam synodum orthodoxe dogmatizasse nouimus, vnum, & eundem Christum, & Dominum inuisibilem, & visibilem, &c. inscriptibilem, & scriptibilem. Cui concordans sancta hæc, & vniuersalis synodus magna voce anathematizat Anastasium, Constantinum, & Niceram irrationabilem stercoralis nominis Prælatum, vel verius putredinem, necnon & Theodosium, & Antonium, atque Ioannem quondam Præsules nouæ Romæ, &c. Idem de singulis, qui cum eis sapiunt, & Iconomachicæ sunt auctores hæreseos, atque de aliis omnibus hæresiarchis, ac impiis, &c. Propter quod hos omnes transmisit anathemati, & dinumeratis nobis sanctas, & vniuersales septem synodos recipientes, & hanc octauam, & vniuersalem synodum congregauit, &c. *viij. synodus CP. sub Hadr. ij. in definitio. ante med. act. 10.*

Cap. II.

Reprehensio. Quod hæc synodus, quæ nec synodus quidem dicenda est, nullatenus æquiparari possit Nicænæ synodo, quanquam in eodem sit agitata loco, &c. Responsio. Iam superius exarauimus, huius synodi diuina dogmata irreprehensibilia existere, sicut præcipuorum sanctorum Patrum mirifice demonstrant opuscula. Nam si quis à prædictæ synodi symbolo discrepare se dixerit, discrepare videtur à sanctarum sex synodorum symbolo: eo quod isti non ex se, sed per sanctorum dogmatum constitutiones locuti sunt. *Hadr. Papa ad Carolum c. 60. pro vij. syno. Nicæ. ij. de imaginibus. Iuo par. 4. cap. 127. decr.*

Cap. III.

Sic synodum istam. (vij.) secundum nostram adhortationem fecerunt: & in pristino statu sacras, & venerandas imagines erexerunt: & sicut pro eisdem imaginibus sancti Gregorij sensum, & nostrum continebatur; ita & ipsi in eadem synodo (in) definitione confessi sunt. Has † osculum & honorabilem salutationem reddere: nequaquam secundum fidem nostram, veram culturam, quæ decet soli diuinæ naturæ. Insuper & pseudosyllogum illud, quod ab hæreticis factum est sub Constantino hæretico Imp. anathematizantes, cum eorum sequacibus, atque complicibus damnauerunt; & ad fidem orthodoxam sanctæ, catholicæ, & Apostolicæ reuersi Ecclesiæ, per libellos eorum fecerunt rectæ fidei confessionem. Et ideo ipsam suscepimus synodum, nam si eam minime recepissemus, & ad suum pristinum vomitum erroris fuissent reuersi: quis pro tot millibus animarum Christianorum interitum, † habuit reddere rationem, &c. nisi nos solum modo? &c. Nos vero adhuc pro eadem synodo nullum responsum vsque hactenus eidem Imperatori reddidimus, metuentes, ne ad eorum reuerterentur errorem, &c. *Hadr. ad Carolum c. vlt. Iuo lib. 2. tit. 11. c. 28. panor. & par. 4. c. 128. decr.*

† Hu.

† interim f.

Cap. IV.

Quamuis dixeritis, non nostri eguisse vos ad expugnandos hæreticos; pro eo quod iam fuerunt huiusmodi hæreses in Nicæa secundo conuocata synodo, & à magno Methodio deinde subuersæ. Quasi non & ipsi secundo Nicææ collectæ synodo Apostolica nostra sedes præsederit; & Prima contra mala † sentientes spiritalem sagittam emiserit? &c. Nam & in causa sacrarum imaginum ante sanctiss. Methodium, quinimmo & ante synodum Nicææ sub Irene congregatam, cum adhuc hoc schisma nouiter esset exortum, &c. Romani Præsules, Gregorius inter cæteros, & Stephanus, conuocatis Episcopis Occidentalium regionum, inueniuntur fortiter dimicasse, & hoc funditus condemnasse. *Nicol. in epist. ad Mich. Imp. incip. Proposueramus, post med.*

† male f.

Cap. V.

Quatuor concilia omnimode recipio, & velut quatuor Euangelia veneror, &c. Pari modo recipio, & veneror reliqua tria concilia, &c. Vltimum secundum Nicænum sub Hadriano Papa, & Constantino Irenæ † filio, pro reuerendis Domini Iesu Christi, & sanctorum imaginibus. Quidquid supra dicta vij. sancta, & vniuersalia concilia senserunt, & collaudauerunt, sentio, & collaudo: & quoscunque anathematizauerunt, anathematizo, &c.

† Irenes f.

Leo ix. in ep. ad Petrũ Episcopum Antiochen. in fine.

CAP. VI.

Hadriani II. temporibus celebrata est apud CP. synodus pro expulsione Photij, & restitutione Ignatij Patriarchæ; & Bulgarorum legati coram Basilico, † & legatis IV. Apostolicarũ sedium longam disceptationem habuere, vtrum Romanæ, an CP. Ecclesię subiecti esse deberent. *Ex Pontif. in Hadr. ij.* † Basilio

CAP. VII.

Ioannis (*viii.*) temporibus floruit Anastasius Romanæ Ecclesiæ bibliothecarius: qui tam Græco, quam Latino eloquio septimam vniuersalem synodum de Gręco in Latinum ipso iubente transtulit, &c. *Ex Pontific. in Ioan. viii.*

CAP. VIII.

Di. 16. *c.* 8. Sancta octo vniuersalia concilia, id est, Nicænum, CP. Ephesinum primum, & Chalcedon. quintum quoque, & sextum item CP. & septimum item Nicænum, octauum quoque item CP. vsque ad vnum apicem immutilata seruare, &c. (*profiteor.*) *Professiõ summorum Pontificum ex libro Diurno. Ivo lib.* 2. *tit.* 11. *c.* 15. *par. ner. & p.* 4. *c.* 132. *decr.*

De eisdem octo conciliis generalib. varia. Tit. XXIII.

CAPVT I.

Cognosce numerum sacrarum synodorũ, quotcumque contra impios valuerunt, ô Rex. Septem omnes extitere. Prima Nicææ diuino regnante domino Constantino, & in sacerdotij dignitate CP. Metrophanæ. Hæc furiosi Arij linguam diffecuit, &c. dicendo minorem Patre Filium, cum sit æqualis. Prima post ascensionem Domini ann. ccc. congregata est. A prima synodo ad secundã ann. lvi. Facta est secunda CP. sub Imp. Theodosio Magno, & Nectario Episcopo CP. contra Macedonium Spiritum sanctum creaturam dicentem. Tertia post annos xl. Ephesina sub Theodosio Iun. contra Nestorium, qui Dei incarnationem negabat, & nudum hominem Christum asserebat, Mariamque virginem Christiparam, non Deiparam esse dicebat. Quarta post annos xxx. Chalcedone sub Marciano Imp. Patres DCXXX. contra Eutychen infelicem, & Dioscorum, qui corpus Domini phantasticum esse dicebant. Quinta post annos cii. CP. iterum Patres clxv. Chalcedon. approbauerunt, cõtra Euagrium, Didymum, & Origenem, qui negabant corporum resurrectionem, & paradisi, & Adæ corpus; pœnas inferni non perpetuas, & Dæmonum restitutionem asserebant. Et contra Episcopum Mopsuestiæ quasi Nestorij mystagogum, & epistolam priorẽ Ibæ ad Marin Persam, & Theodoriti Episcopi Tyri † scripta contra Cyrillũ. Sexta post an. cxxix. CP. rursus contra Theodorum Episcopum Pharan, Honoriũ Romæ, Cyrum Alexandrinum, Sergium, Pyrrhum, Paulũ Samosat. * & Petrum, & Macarium, & Stephanum, & Polychronium, qui negabant Christi duas naturas, & actiones, (*& voluntates*) Septima post ann. lx. Nicæna Patres cccl. Irene, & Constantino Imp. vt sacræ picturæ honore afficerentur, & contra Basilium Episcopum Pisidiæ, Theodosium Ephesi, Sisinnium Perges, & alios. *Psellus ante vii. synodum.*

CAP. II.

Facta est hæc sacrosancta synodus anno Imperij Basilij pij Principis tertio: quæ in vniuersos Patriarchales thronos, sicut aliarum vlla, in eorum locis † seruantibus Præsules habens, vniuersalis non inconuenienter ab omnibus appellatur. Vniuersalis est enim, quia catholica fides in ea, & sanctæ leges, quæ non solum à sacerdotibus sed ab vniuersis Christianis coli debent, & venerari; contra hostes ipsarum consona voce defenditur, &c. Et post alia synodus vniuersalis dicitur, vt aliæ septem synodi vniuersales: & octaua, & Constantinopolitana quarta. *Anastas. biblioth. in præfatione synod. viii. sub Hadriano ij.* † locos f.

CAP. III.

Iustinianus orthodoxus Imper. trucidatus est, Philippicus vero hæreticus in Imperiali promotus est arce. Cuius & sacram cum praui dogmatis exaratione, non post multum) *Constantinus Papa*) suscepit: sed cum Apostolicæ sedis concilio † respuit. Huius rei causa, zelo fidei accensus Dominus Papa, & omnis cœtus Romanæ vrbis, imaginem, quam Græci votaream * vocant, continentem sex sanctas; ac vniuersales synodos, in porticu ecclesiæ sancti Petri, cum picturis erexit. Nam & huiusmodi picturas, cum haberentur in Regia vrbe, Philippicus iusserat auferri. *Ex Pontific. in Constantino. Ivo par.* 4. *c.* 124. *decr.* † consilio f.

CAP. IV.

Dato sacramento Anastasius (*Imp.*) clericus factus, atque presbyter est consecratus. Protinus etiam, vt ingressus est Theodosius (*Imp.*) Regiam Vrbem, imaginem illam venerandam, in qua sex sanctæ synodi erant depictæ, & à Philippico nec dicendo fuerant depositę, in pristinum erexit titulum, atque locum: ita vt huius fidei seruore omnis ab ecclesia cessaret quęstio. *Ex Pontif. in Gregorio ij.*

De variis conciliis, in quib. interfuerunt Romani Pontifices, præter ea, quorum extant acta, & canones. Tit. XXIV.

CAPVT I.

Ecce te, simul cum sancta synodo, quæ apud amplam vrbem Romam congregata est, præsidente sanctiss. & reuerendiss. Patre, & consacerdote nostro Cælestino Episcopo, his scriptis synodicis te etiam tertio

conuenimus, &c. Et postea. Epistolis autem ab Alexandrina ecclesia tuæ religioni directis consensum præbuit, tam ea, quæ apud vrbem Romanam connenit sancta synodus, quam etiam nos omnes, &c. *Ephes. syno. ad Nestorium, post. prin.*

CAP. II.

De consec. d. 1. in sancta. 40.

In hac sancta sede Apostolica à nobis, & reliquis Episcopis, cæterisque Domini sacerdotibus statutum est, vt sacra vasa non ab aliis, quã à sacratis Dominoque dicatis contrectentur hominibus, &c. *Xystus ep. 2. in prin. Burch. lib. 3. c. 214. Ino par. 2. c. 70. & par. 3. ca. 264. decr. Ansel. lib. 6. c. 161. in addit.*

CAP. III.

Dist. 4. statuimus. c. 4.

Cognoscite à nobis, & à cunctis Episcopis in hac sancta, & Apostolica sede congregatis statutum esse; vt septem hebdomadas plenas ante sanctum Pascha, omnes clerici, in sortem Domini vocati, à carne ieiunent, &c. *Telespho. ep. sing. in prin. Ino lib. 2. tit. 14. c. 1. panor. & par. 4. c. 25. decr. Ansel. li. 7. c. 165. Cæsar. li. 11. c. 20. Tarr. l. 4. c. 60.*

CAP. IV.

In hac sancta sede dudum à multis Episcopis constitutum erat, & modo ad vestrum & cæterorum fratrum auxilium est denuo roboratum: vt omnes Episcopi, qui in quibusdam grauioribus pulsantur, vel criminantur causis, quotiens necesse fuerit, libere Apostolicam appellent sedem, &c. *Xyst. ii. epist. 1. prope finem. Nica. xviii. apud Iulr. epist. 2. c. 2. Capitul. lib. 7. cap. 156. in addit. Burch. li. 1. cap. 144. Ino lib. 4. tit. 12. c. 2. panor. & par. 5. c. 257. decr. Ansel. lib. 2. c. 12.*

CAP. V.

Nos ad supplementum vestrum fratres, & coepiscopos nostros vocauimus amplius, quã lxx. cum quibus hæc, quæ subter habentur inserta, regulariter tractando decreuimus. Vestris enim epistolis in omnium audientia perlectis, &c. decretisque, quæ sunt de accusationibus Episcoporum sancta synodus dixit, &c. *Felix ep. 2. in prin. Vid. Hadrian. c. 5. ad Episcopum Mediom.*

CAP. VI.

Reuerendissimis, atque dilectissimis fratribus Athanasio, & vniuersis Ægyptiorum, Thebaidorum, Libyorum Episcopis in sancta Alexandrina synodo congregatis, Felix almæ Romanæ vrbis, & vniuersalis Ecclesiæ Episcopus, & sancta synodus, quæ in vrbem Romam conuenit, in Domino salutem, &c. *Felix ii. ep. 1. in prin.*

CAP. VII.

Felix sanctæ vniuersalis Ecclesiæ Papa, atque per gratiam Dei catholicæ, & Apostolicæ Ecclesiæ vrbis Romæ Episcopus, vna cum sancto concilio nostro reuerendissimorum sacerdotum huc nobiscum conuenientium, in confirmatione piissimorum catholicæ Ecclesiæ dogmatum, &c. *Felix ii. epist. 2. in prin.*

CAP. VIII.

Post concilium Nicænum, aliud in vrbe Romana postea congregatum est, in quo catholici Episcopi addiderunt de Spiritu sancto. &c. *Professio fidei Damasi ad Paulin. Antiochen.*

CAP. IX.

Damasus, & cæteri Episcopi Romæ congregati dilectissimis fratribus in Illyrico constitutis Episcopis in Domino salutem. *Damas. epist. 5.*

CAP. X.

Facto presbyterio constitit (*scripta hæreticor.*) doctrinæ nostræ, id est, Christianæ legi esse contraria. Vnde Apostolicum sequuti præceptum, quia aliter, quam quod accepimus, annuntiabant; omnium nostrorum tam presbyterorum, & diaconorum, quam etiam totius cleri vnam scitote fuisse sententiam, vt Iouinianus, Auxentius, &c. extra Ecclesiam remanerent. *Syrici. epist. 2. Mediolan. ecclesiæ, prope finem.* *Galat. 1.*

CAP. XI.

Cum in vnum plurimi fratres conuenissemus, ad sancti Apostoli Petri reliquias, &c. placueritque propter emergentes plurimas causas, &c. vt de cætero sollicitudo esset vnicuique, &c. litteras tales dare placuit, &c. *Syrici. ep. 4. lecta in concil. Telensi. Viden. Innocen. epist. 2. ante canones.*

CAP. XII.

Innocentii epistolæ xvii. incip. Apostolici fauoris, ad Alexandrum Antiochenum Episcopum, subscripserunt Episcopi xx. Italiæ xxiv.

CAP. XIII.

Scitote, me criminari à quodam Basso, & iniuste persequi. Quod audiens Valẽtinianus Augustus nostra auctoritate synodum congregari iussit. Et facto concilio cum magna examinatione, satisfaciens omnibus, &c. coram omnibus me purgaui, &c. *Xystus iii. epist. vni. post prin.* *2. q. 5. mandastis. 10.*

CAP. XIV.

Leo Episcopus, & sancta synodus, quæ in Vrbe conuenit, clero, honoratis, & plebi consistenti apud CP. dilectissimis filiis in Domino salutem. In notitiam nostram, &c. *Leo epist. 21.*

CAP. XV.

Leo Episcopus, & sancta synodus, quæ in Vrbe Roma conuenit, clero, honoratis, & plebi consistenti Constantinopoli. Licet de his, &c. *Leo ep. 22. olim epist. 11.*

CAP. XVI.

Leo Episcopus, & sancta synodus, quæ in Vrbe Roma conuenit, Theodosio Augusto. Litteris clementiæ vestræ, &c. *Leo epist. 23. olim epist. 12.*

CAP. XVII.

Leo Episcopus, & sancta synodus, quæ in Vrbe Roma conuenit, Pulcheriæ Augustæ. Si epistolæ, &c. *Leo ep. 24. al. 26. olim ep. 13.*

CAP. XVIII.

Leo Episcopus, & sancta synodus, quæ in

vrbe Roma cõuenit, Fausto, Martino, &c. presbyteris, & Archimandritis Constantinop. dilectissimis filiis, in Domino salutem. Quamuis ea, &c. *Leo ep. 26. al. 28. olim 84.*

CAP. XIX.

Cum in Dei nomine in Romana Ecclesia synodorum Episcoporum siue cęterorum cõsacerdotum, Christique fidelium coadunatũ habuissemus, &c. relatum est nobis, &c. *Leo ep. 86. ad Germaniæ, & Galliæ Episcopos, in prin. al. ep. 88. olim 66.*

CAP. XX.

Dominis fratribus merito beatiss. in Christo venerabilibus Samartioni, Carathoni, Desiderio Episcopis, &c. Leo, Victorius, Eustathius Episcopi. Tanta sæculi, &c. *Leo ep. 94. vel 96. olim 97. vel 98.*

CAP. XXI.

Quamuis ad diem cõcilii Episcopalis, quem pietas vestra constituit, occurrere me ratio nulla permittat, cum nec aliqua ex hoc exempla præcesserint, & temporalis necessitas me non patiatur deserere ciuitatem; tamen inquantum Dominus iuuare dignatur, meum studium commodaui, &c. *Leo ep. 16. ad Theodos. in fine.*

CAP. XXII.

Firma sit hęc tua depositio à me, & ab his, qui vna mecum Apostolicum thronum regunt, & ab Acacio CP. &c. *Felix iij. ad Petrum Antioch. in ep. incip. Quoniam importabilib. post prin. apud v. synod. actio 1.*

CAP. XXIII.

Hæc tibi scripsi vna cum præsenti synodo, conueniens te coram Deo, & sanctis Angelis, vt ea doceas, &c. *Idem Felix iij. in alia ep. ad eund. Petrum Antioch. incip. Quis dabit, apud eand. synod. actio. 1.*

CAP. XXIV.

Plebi suasum est Christianæ, nos talibus prębuisse consensum, quos mox regressi sunt, † prævaricatorio impune non habuit. Nam eos apud B. Petrum Apostolum sancta mecũ synodus residens, dum conuicti plura mentirentur, ordine, & communione nudauit, ne eorum incorrecta perfidia, securitatem præberet inimicis. *Felix iij. in ep. ad Zenonem Imp. de Vitali, & Miseno Episcopis, vt refert Nicol. in ep. ad Episcopos, & clerum CP. incip. Ea, quæ nuper, ante canones: relata in viii. syn. CP. sub Hadr. ij. actio. 7. Eadem verba refert idem Nicol. in ep. ad Micha. Imper. incip. Quanto maiora, ante medium.*

† regressos.

CAP. XXV.

23. q. 4. Belisarius. 30. Non dimitto officium meum: sed cum Episcopis, quos congregare potui, eos, qui talia erga me egerunt, anathematizaui, & vna cum illis Apostolica, & synodali auctoritate statui, &c. *Siluer. ep. 1. post princ. Ansel. li. 12. cap. 8*

CAP. XXVI.

Cælius Siluerius Papa vrbis Romæ huic decreto anathematis in Vigilio peruasore † facto, ad omnia statuta consensum præbens subscripsi. pariter & quatuor Episcopi subscripserunt, id est, Terracinensis, Fundanus, Firmanus, & Minturnensis. *Siluer. in fine epist. 2.*

† in Vigilium peruasorẽ f.

CAP. XXVII.

Cum in Dei nomine in Romana Ecclesia synodum Episcoporum, siue cæterorum consacerdotum Dei fidelium congregatam habuissemus, &c. superuenere litteræ vestræ, &c. *Pelag. ii. ep. vlt.*

CAP. XXVIII.

Beatæ memoriæ sanctissimi Patres Iulius, Innocentius, & Cælestinus cum Episcoporum plurimorum, & sacerdorum conuentu, † in ecclesia beati Apostolorum Principis prohibentes talia perscripserunt, &c. *Deusdedit epist. vni. Burch. li. 17. c. 44. Iuo li. 6. lit. 11. c. 8. panor. & par. 1. c. 305. decr. Ansel. lib. 10. c. 29. Cæsar. li. 10. c. 78. Tarrac. lib. 5. c. 2.* 30. q. 1. c. 1.

† cõsessu.

CAP. XXIX.

Coaceruari cœtum in hac vrbe Romana Antistitum fecimus, vt nobiscum considentes & petitio eiusdem Episcopi (*Ioannis*) & acta sacerdotaliter cognoscerentur. Dum ergo esset in hac Romana vrbe congregata eadem synodus Episcoporum pro huiusmodi negotio audiendo, vel faciendo; statim nobis nuntiata sunt eiusdem exemplaria actionis à tua fraternitate directa, &c. *Vitalian. epist. 1. Viden. eius d. ep. 2. & 4.*

CAP. XXX.

Piissimis Dominis, &c. Constantino magno Imperatori, Heraclio, & Tiberio Augustis Agarho Episcopus seruus seruorum Dei, cum vniuersis synodis subiacentibus concilio Apostolicæ sedis. Omnium bonorum, &c. *Agatho in epist. relata in vi. synod. actio. 4. cum subscriptione multorum Episcoporum.*

CAP. XXXI.

Iste Theodorus Patriarcha Hierosolymorum cum cæteris præcipuis Patriarchis, videlicet Cosma Alexandriæ, & Theodoro alio Antiochiæ, dudum prædecessori nostro, &c. Paulo Papæ miserunt propriam eorum rectæ fidei synodicam, &c. Quam synodicam in Latino interpretatam eloquio prædecessor noster, &c. Stephanus Papa in suo concilio, quod & ipse pro sacris imaginibus vna cum diuersis Episcopis in partibus Franciæ, seu Italiæ fecit; suscipientes, ac relegentes placuerunt. †&c. vbi fati sunt, dicentes: Si quis alium retminum, &c. *Hadrian. ad Carolum Regem de imaginibus c. 2. Vide eund. c. 18. & c. 26. & c. 34. & 36. & 59.*

† probaueruni f.

CAP. XXXII.

Prædecessores nostros, videlicet beatissimi Pontifices Gregorium, & Gregorium, Zachariam, & Stephanum, Paulum, & iterum Stephanum reperimus pro sacrar. imaginum erectione in Spiritu sancto feruentes, rectæ fidei zelum habere. Pro quo Dominus Gregorius Papa secundus iunior; vna cum lxxix. sanctissimis Episcopis, ante confessionem B. Pe-

eti Apostolorum Principis, præsidens multorum sanctorum Patrum testimonia roborantes, venerari, & adorare sacras imagines in eorum concilio censuerunt. Porro & prædecessor noster, &c. Stephanus Papa similiter cum Episcopis partium Franciæ, atque Italiæ præsidens in basilica Saluatoris Domini nostri Iesu Christi, quæ appellatur Constantiniana, prædecessoris sui venerabile concilium confirmans, atque amplectens, &c. adorare, atque venerari sacras imagines statuerunt. *Idem Hadria. ad Carolum cap. 63. vel c. 5. Vide c. 70. al. 12. & ca. 71. al. 13. & cap. 76. vl. 5. & c. 80. al. c. 10. & c. 84. al. ca. 3. & c. 90 al. 19. & c. 95. al. 24.*

Cap. XXXIII.

Nos diuina docente gratia, dum idem adesset legatus (*Imperatoris*) conuocata tota, quę apud nos est Ecclesia, decreuimus, & statuimus, atque professi sumus coram ipso, & coram Ecclesia Dei, sicut & profitemur, nos pro deiectione Ignatii, vel consecratione Photij nunquam misisse, &c. *Nicol. ep. 1. prope finem. omnibus fidelibus incip. Quæ apud C P. & in ep. ad Episcopos & clerum C P. incip. Ea, quæ nuper, post princ. quæ relata est ab viii. synod. C P. sub Hadr. ij. actio. 7.*

Cap. XXXIV.

Tunc conuocato multarum prouinciarum occidentalium regionum sanctissim. Episcoporum cœtu, & collecta sancta synodo in Ecclesia Dei, vbi † B. Petrus Apostolorum Princeps corpore floret, † & virtutibus emicat: deinde propter frigidiorem locum in ecclesia Saluatoris, quæ ab auctore vocatur Constantiniana, & quæ prima in toto terrarum orbe constructa est; ibique recitatis omnibus scripturis de Græco sermone in Latinum conuersis, &c. in quibus omnibus dispositio Ignatii continebatur, deductus (*est.*) &c. Quæ autem in eadem venerabili, & sancta synodo, &c. de sacris imaginibus statuimus, & promulgauimus: insuper autem, quid in alia synodo à nobis olim collecta decreuerimus aduersus eos, qui diuinitatem Domini nostri Iesu Christi cum Valentino, Mani, Apollinari, & Eutyche, ac sectatoribus eorum contra primum Pastorem, & Apostolum, qui Christum tantum carne passum dicit, passibilem ore sacrilego in quibusdam regionibus vestris prædicare dicuntur, subter abnexis capitulis declaratur. Cap. 1. Photius, qui ex schismaticorum, &c. *Idem Nicolaus in d. epist. ad Episcopos, & clerum C P. incip. Ea, quæ nuper, lecta in dilecta viii. syno. C P. actio. 7. & in alia ep. siue fragmen. cuius initium, His ita se habentibus quod fragmentum extat post ep. ad Photium incip. Postquam B. Petro.*

† in qua
† redolet.

Cap. XXXV.

In causa sacrarum imaginum ante sanctissimum Methodium, quinimmo & ante synodum Nicææ sub Irene congregatam, cum adhuc hoc schisma nouiter esset exortum, & Constantinop. pene cunctos more pestilentiæ inuasisset: Romani Præsules Gregorius inter cæteros, & Stephanus, conuocatis Episcopis Occidentalium regionum, inueniuntur fortiter dimicasse, & hoc funditus condemnasse. *Nicol. in ep. incip. Proposueramus. ad Micha. Imp. post med.*

Cap. XXXVI.

Peruenientes missi nostri CP. &c. spretis monitis nostris, contemptis & epistolis sibi à nobis coram tota Ecclesia nostra datis, immo postposito timore Dei, sicuti postea claruit; in contrarium verterunt omnia, quæ sibi fuerant imperata. Verum de his à nobis collecto bis sanctorum Episcoporum occidentalium regionum concilio, &c. Contigit illis, quemadmodum Vitali quondam, & Miseno Episcopis, &c. *Nico. in ep. ad eund. Mich. Imp. incip. Quanto maior. ante med.*

Cap. XXXVII.

Christi præterea confessor Papa Martinus, Cyrum Alexandrinum, Sergium, Pyrrhum, & Paulum C P. solis eorum in sua sacra synodo scriptis recensitis, damnationi contradidit. *Idem Ni. ol. in d. ep. incip. Quanto maior, ad eund. Micha. Imp. post med.*

Cap. XXXVIII.

Synodus quæ vestris temporibus in basilica beati Petri Apostoli pro nonnullis malis eradicandis, & maxime pro causa Domini Formosi sanctissimi Papæ acta est, vestro Imperiali consensu, & venerabilium Episcoporum, ac optimarum vestrorum roboretur, & perpetualiter stabilita seruetur, quæ non inuidiæ zelo, sed rectitudinis gratia canonice est peracta. *Rauen. sub Ioan. ix. parte 3. ca. ad. Lambertum Imper.*

Cap. XXXIX.

Anno ab incarnatione Domini millesimo septuagesimo quarto, Pontificatus vero Domini Gregorii Papę anno secundo, indictione tertia decima, celebrauit ipse Dominus Gregorius Papa Romæ synodum à vi. Kal Martii vsque ad II. Kal. prædicti mensis, vbi interfuit Archiepiscoporum, & Episcoporum, & Abbatum multitudo, atque diuersi ordinis clericorum, & laicorum copia. *Synod. Rom. sub Gregor. vii. habita anno 2. sui Pontificatus.*

Cap. XL.

Anno ab incarnatione Domini millesimo septuagesimo quinto, indictione quartadecima, celebrauit Dominus Gregorius Papa synodum in Ecclesia Domini Saluatoris, quæ Constantiniana dicitur, vbi interfuit Episcoporum, & Abbatum, atque diuersi ordinis clericorum, & laicorum copia. *Synod. Rom. sub Greg. vij. habita anno 3.*

Cap. XLI.

Anno ab incarnatione Domini millesimo septuagesimo octauo, Pontificatus vero Domini Gregorii Papæ septimi, anno quinto, celebrauit ipse Dominus Gregorius Papa synodum, vbi interfuere Ar-

chiepiscopi, Episcopi diuersarum vrbium ferè numero centum, nec non Abbatum: ac diuersorum ordinum clericorum, & laïcorum innumerabilis multitudo, in qua Apostolica constituta corroborans, multa, quæ corrigenda erant, correxit, & quæ corroboranda, firmauit. *Synodus Rom. sub Grego. vij. habita anno 5. sui Pontificatus.*

CAP. XLII.

Anno ab incarnatione Domini millesimo septuagesimo octauo, Pontificatus vero domini Gregorij septimi Papæ sexto, tertio decimo Kalen. Decembris, indictione secunda, celebrata est synodus Romæ in Ecclesia sancti Saluatoris pro restauratione Ecclesiæ sanctæ. *Synod. Rom. sub Gregor. vij. anno 6.*

CAP. XLIII.

Anno ab incarnatione sempiterni principij millesimo septuagesimo nono, mense Februarij, indictione secunda, Pontificatus vero Domini Gregorij vniuersalis Pontificis septimi anno sexto, ex præcepto sedis Apostolicæ conuenerunt finitimi, & diuersarum prouinciarum Archiepiscopi, Episcopi, religiosæque personæ, vt sanctam synodum celebrarent.

CAP. XLIV.

Anno ab incarnatione Domini millesimo octuagesimo, Pontificatus vero Domini Gregorij septimi Papæ anno septimo, indictione tertia, celebrauit ipse Dominus Papa synodum Romæ, vbi interfuerunt Archiepiscopi, & Episcopi diuersarum vrbium, nec non & Abbatum, ac diuersorum ordinum, clericorum, & laïcorum innumerabilis multitudo, in qua Apostolica constituta corroborans, multa quæ corrigenda, erant, correxit, & quę corroboranda, firmauit.

CAP. XLV.

Anno ab incarnatione Domini millesimo octuagesimo primo, Pontificatus vero Domini Gregorij septimi Papæ anno octauo, præsidente eodem Apostolico, celebrata est synodus Romæ in basilica eiusdem Saluatoris, ac Redemptoris nostri Iesu Christi.

CAP. XLVI.

Anno ab incarnatione Domini millesimo octuagesimo quarto, Pontificatus vero Domini Gregorij Papæ septimi, anno decimo, quartodecimo Kalendas Decembris i Præsidente eodem Apostolico, celebrata est tribus diebus in Lateranensi basilica synodus, in qua fuerunt Archiepiscopi, Episcopi, & Abbates Campani, & de Principatu, atque Apulia, pauci quoque Gallicani, nam plurimos Henrici tyranni perfidia iter retro vertere compulit. Tres autem synodos quadragesimales eiusdem Henrici persecutio præpediuit. *Synod. Roma. Gregor. vij. anno 10. sui Pontificatus.*

CAP. XLVII.

Suscepimus sanctas, & vniuersales V. synodos beatorum, & Deo acceptabilium Patrum, &c. Et synodum, quæ facta est in vrbe Roma tempore Martini Papæ beatiss. Indict. viij. Imperante Constantino piissimo anno ix. *Anglic. syn. ii. ex Beda li. 5. c. 17. Anglic. histo. eccles.*

CAP. XLVIII.

Victor constituit, vt necessitate faciente, vbicumque inuētus fuisset, quicumque hominum ex gentibus veniens, &c. baptizaretur, &c. Et fecit concilium. † Et collatione facta cum presbyteris, ac diaconibus accersitoque Theophilo Alexandriæ Episcopo constituit, vt à xiii. † luna primi mensis vsque ad xxi. die Dominica custodiatur sanctum Pasch. *Damas. in Victore.* † consiliorum. † xiv.

CAP. XLIX.

Congregantes sacerdotes concilium, ordinauerunt in locum (*Liberii*) Episcopum Felicem presbyterum venerabilem virum. Et fecit concilium Felix: & inuenit duos Episcopos consentientes Constantio Augusto Ariano, nomine Vrsatium, & Valētem, & damnauit eos in concilio xlviii. Episcoporum. Et postea. Constantius Imp. vna cum Vrsatio, & Valente conuocauerunt aliquos, qui ex fæce Ariana erant, & quasi facto concilio misit, & reuocauit Liberium de cœmeterio Beatæ Agnetis, vbi sederat. Et ingressus Romam, in ipsa hora Constantius Aug. fecit concilium cum hæreticis, simul etiam cum Vrsatio, & Valente, & eiecit Felicem de Episcopatu, qui erat Catholicus, & reuocauit Liberium. *Damas. in Liberio.*

CAP. L.

Cum (*Damaso*) ordinatur sub contentione Vrsinus. † Et facto concilio sacerdotum, constituerunt Damasum, quia fortior, & plurima multitudo erat, &c. Hic constitutum fecit de Ecclesia. Hic inuidiose accusatus, ac incriminatus de adulterio, facta synodo purgatus est à xliv. Episcopis, qui etiam damnauerunt Concordium, & Callistum diacones accusatores eius, & proiecerunt de Ecclesia. *Ex Pontif. in Damaso.* † Vrsicinus.

CAP. LI.

Facta synodo deponitur Eulalius à cclij. Episcopis, quia iuste non fuerat ordinatus, & ex consensu omnium. *Ex Pontifical. in Bonifacio.*

CAP. LII.

Sub Felicis (*tertii*) Episcopatu relatio venit de Græcia, Petrum Alexandrinum reuocatum ab Acacio Episcopo CP. Tunc venerabilis Felix Archiepiscopus sedis Apostolicæ vrbis Romæ mittens defensorem cum concilio sedis suæ: & facto concilio damnauit Acacium cum Petro, &c. Venientibus (*Meseno; & Vitali*) Romam, præfatus Papa synodum fecit, & facta est discussio, & inuenit Episcopos Mesenum, & Vitalem reos, & corruptos pecunia, & eiecit eos à communione, &c. Hoc factum est tempore Odoacri Regis. *Ex Pontif. in Felice iii.*

CAP. LIII.

Gelasius sub gesta synodica reuocauit Mesenum Episcopum ad cōmunionē, & restituit eū Ecclesiæ suæ sub satisfactione libelli, & purgatus est, & receptus. *Ex Pontif. in Gelasio.*

CAP. LIV.

Eodem tempore, ex constituto synodi, cum concilio Regis Theodorici, misit (*Hormisda*) in Greciam, humanitatem ostendens se his Apostolicę; quia Greci obligati erant sub vinculo anathematis propter Petrum Alexandrinum, & Acacium CP. sub Ioanne CP. Episcopo. Direxit autem Euodium Episcopum Nemensem, &c. *Ex Pontif. in Hormisda.*

CAP. LV.

Bonifacius zelo ductus cum grandi amaritudine coacta synodo, sub vinculo anathematis chirographo damnauit Dioscorum, & reconciliauit clerum, qui eius ordinationi consenserat, &c. Hic congregauit synodum in basilica B. Petri Apostoli, & fecit constitutum cum chirographis sacerdotum, & iusiurandum ab eis exegit ante confessionem B. Petri Apostoli, vt in electione Vigilij diaconi post eum consentirent. Eodem tempore facta est iterum synodus, &c. quia contra canones fuerat hoc factum, &c. ipse Bonifacius Papa reum se confessus est maiestatis, &c. ita quod in pręsentia omnium sacerdotum, & cleri, & senatorum ipsum constitutum incendio consumpsit. *Ex Pontif. in Bonifa.*

CAP. LVI.

Bonifacius (*tertius concilium habuit*) in quo resederunt Episcopi lxxii. presbyteri Romani xxiii. diaconi, & clerus omnis. Sub anathemate (*statuerunt*:) vt nullus Pontifice viuente, aut Episcopo ciuitatis suæ præsumeret loqui, aut partes sibi facere, nisi tertia die depositionis eius, adunato clero, &c. *Ex Pontif. in Bonif. iij.*

CAP. LVII.

Sanctissimus Theodorus conuocans vniuersos sacerdotes, & clerum Principis, condemnauit (*Pyrrhum CP.*) sub vinculo anathematis, &c: iuste, canoniceque depositus est. *Ex Pontif. in Theodoro.*

CAP. LVIII.

Hic venerabilis Papa Ioannes facto concilio sacerdotum Nouellum Episcopum, qui ab eodem Archiepiscopo (*Caralitano*) ordinatus fuerat, sub ditione sedis Apostolicæ redintegrauit, &c. *Ex Pontif. in Ioan. iv. vel v.*

CAP. LIX.

Iustiniano occiso Philippicus hæreticus in Imperiali promotus est arce: cuius & sacram cũ praui dogmatis exaratione non post multum suscepit; sed cum Apostolicæ sedis concilio respuit, &c. *Ex Pontif. in Constantino Papa.*

CAP. LX.

Gregorius (*tertius*) fuit temporibus Leonis Impera. & Constantini filii eius, ea persecutione grassante, quæ per ipsos mora est, ad depositionem, & destructionem sacrarum imaginum D. N. Iesu Christi, & sanctæ eius genitricis, omniumque sanctorum. Pro quibus idem venerabilis vir, &c. quemadmodum, & sanctæ memoriæ decessor ipsius ditexerat, misit per Georgium presbyterum, qui humano ductus timore, non eadem scripta Imperatori porrexit, &c. Quem magna comminatione Pontifex ipse voluit ab ordine sacerdotali priuare, residens in concilio: sed obsecrante tam concilio, quam optimatibus, vt non deponeretur, sed magis pœnitentiæ submitteretur, imposita ei digna pœnitentia, iterum, &c, eum ad Regiam direxit vrbem, &c. Et postea. Vnde maiore fidei ardore permotus Pontifex, synodale decretum cum sacerdotali conuentu celebrauit, coram sacrosancta confessione sacratissimi corporis B. Petri Apostoli, residentibus cum eodem, &c. Antonino Gradense Archiepiscopo cum cæteris Episcopis Hesperiæ istius, & aliis partibus innumeris, seu presbyteris sanctę huius Apostolicæ sedis, adstantibus diaconibus, vel cuncto clero, nobilibus etiam Consulibus, & reliquis Christianis plebibus simul, & decreuit, vt si quis deinceps antiquæ consuetudinis Apostolicæ Ecclesię fidelem vsum contemnens, &c. sacrarum imaginum depositor, vel destructor, &c. extiterit, sit extorris à corpore, & sanguine D. N. Iesu Christi, vel totius Ecclesiæ vnitate, atque compage, &c. Et postea. Hoc etiam constituit secundum constitutum seruatum, quod à collegio sacerdotum coram sacro corpore B. Petri factum est, pro celebrandis solemniis vigiliarum atque missarum, &c. vt in oratorio nomini eorum dedicato, &c. à monachis vigiliæ celebrarentur, & à presbyteris hebdomadariis missarum solemnia, &c. *Ex Pontif. in Greg. iij.*

CAP. LXI.

Mense Aprili, Indict. vii. Stephanus sanctissimus Papa congregauit diuersos Episcopos Tusciæ, atque Campaniæ, & aliquantos istius Italiæ prouinciæ. Quibus omnibus congregatis concilium peractum est in basilica Saluatoris D. N. Iesu Christi iuxta Lateranum, In quo damnatus est Constantinus inuasor Apostolicæ sedis: & omnis populus accepit pœnitentiam, quia de manibus ipsius communionem suscepit. Tunc allatis sacratissimis canonibus, eisque liquido perscrutatis, prolata est sententia ab eodem sacerdotali concilio, sub anathemate interdicentes; vt nullus vnquam præsumat laïcorum, neque ex alio ordine, nisi per distinctos gradus ascendens diaconus, aut presbyter Cardinalis factus fuerit, ad sacri Pontificatus honorem promoueri. Et alia plura, quæ canonica indigebant correctione, in eodem concilio statuerunt emendanda, &c. *Ex Pontif. in Stephano iij.*

CAP. LXII.

Carolus Rex, dum in basilica Petri beati Apostoli cum magno honore susceptus fuisset, fecit in eadẽ Ecclesia congregari Archiepiscopos, & Episcopos, & Abbates, & omnes nobilitates Francorum atque Romanorum: & sedentes pariter tam magnus Rex; quam beatus Pontifex (*Leo*,) fecerunt residere san-

ctissimos Archiepiscopos, seu Episcopos, & Abbates, stante reliquo clero, seu optimatib. Francorum & Romanorum. Vt crimina, quę aduersus al[...]m Pontificem dicta fuerant, delimitarent. Quæ [...]niuersi Archiepiscopi, Episcopi, & Abbates vnanimiter audientes, dixerunt N[...]s sedem Apostolicam, quæ est caput omnium Dei Ecclesiarum iudicare non aud[...]mus. ipsa autem à nemine iudicatur, quemadmodum, & antiquitus mos fuit. Sed sicut ipse sanctiss. Pontifex consueuit, † obediemus canonicè, &c. *Ex Pontif. in Leone iii.*

† consue-tu. f.

C A P. LXIII.

Nicolaus Pontifex concilium cum Episcopis, Archiepiscopis, atque clericis in domo, quæ dicitur Leoniana fecit: & Archiepiscopum (*Ioannem Rauennat.*) cum Imperialibus nuntiis audiuit. Archiepiscopus itaque reum se diceebat esse, misericordiam à summo Pontifice, eum vniuerso experiuit concilio, &c. Et postea. Pontifex in Basilica Saluatoris, quæ Constantiniana dicitur, eum omnibus Episcopis, & cuncto clero, altero die descendit, &c: & de crimine hæreseos, quo imperebatur (*Archiepiscopus*) se expurgauit, quem communioni ipse Papa restituit, &c. *Ex Pontif. in Nicolao.*

C A P. LXIV.

Deinde in Galliam transitum faciens, anno Incarn. Domini DCCCLXXIX. quintodecimo Kalen. Septemb. Indict. xi. anno Pontif. sui, &c. sexto, apud Trecas ciuitatem, in præsentia Domini Ludouici serenissimi Regis, concilium permaximum celebrauit. *Ex Pontif. in Ioan. vij. vel viii.*

C A P. LXV.

Vrbanus (*secundus*) sex concilia celebrauit, vnum apud Clarum-montem: alterum apud Guardastallum Longobardiæ, in quo fecit præfationem de festiuitatibus B. Mariæ Virginis. aliud vero apud Melfiã: & alterum Romæ in ecclesia B. Petri: aliud apud Troiam in Apulia: & aliud apud Placentiam. In quibus concilijs, quidquid prædecessor suus Gregorius de stabilimento Ecclesiæ fecerat, & ipse firmauit. *Ex Pontif. in Vrbano ij.*

C A P. LXVI.

Eo anno Dominus Papa (*Paschalis ij.*) in Tuscia apud Florentiam concilium celebrauit: in quo cum Episcopo loci de Antichristo: quia eum natum diceebat, satis disputatum est; sed frequentia populi, &c. nec concilium finem, nec disputatio deliberationem suscepit. In Longobardia apud Guardastallũ celebrauit concilium: in quo quidem de inuestituris, de hominijs, & sacramentis Episcoporum laicis exhibitis, exhibendisque certis capitulis statutum est. Sic pertransiuit vsque in Franciam, & Trecis concilium celebrauit, in quo multa, quæ ordinanda erant, ordinauit; & quæ destruenda erant, bono fine destruxit. *Ex Pontif. in Paschali. ii.*

C A P. LXVII.

Innocentius papa nullum in Vrbe subsidium habens, cum Cardinalibus in duabus galeis transiuit in Galliam, & à Rege Francorum honorifice receptus est. Postquam in Claramonte, & Remis celebrasset concilia, in reditu pacificatur Ianuensibus, & Pisanis. Et postea. Lotharius Imperator Christianissimus rediit in Teutoniam, Papa Romam, vbi solemni celebrato concilio sepultus est. *Ex Pontif. in Innocen. ii.*

C A P. LXVIII.

Nicolaus Papa scribit à tali præsumptione (*Photij*) cessandum, suoque decreto (*-um*) non obedientem cum complicibus sacra dignitate nudat, & cum fautoribus anathema fore decernit. Iam dictis missis suis primitus sententiam secundum exempla reuer. memor. Felicis Papæ in Vitalem, & Mesenum Episcopos similiter excedentes, synodaliter inferens, &c. Et postea. Tu vero Iunior Hadriane, iniurias propriæ sedis protinus vindicasti. Nã synodo mox apud B. Petrum collecta, profanum codicem illum (*CP. synodi contra Nicolaum*) cremari censuisti, & ita fieri apud CP. si qua exemplaria eius ibidem inuenirentur, mandasti, &c. *Anast. bibliothec. in præfa. viij. synod. CP. sub Hadr. ij.*

De constitutis Romanorum Pontificum, præter suprascripta. Tit. XXV.

C A P V T I.

Hortamur vos, sicut & in hac sancta Ecclesia constitutum habemus, vt semper testes vobiscum sacerdores, & diaconos habeatis, &c. Quoniam & in hac sancta sede constitutum habemus: vt duo presbyteri, vel tres diaconi in omni loco Episcopum non deserant, &c. *Lucius ep. vni. post prin. Ansel. lib. 6. c. 133. Tarrac. lib. 3. c. 51.*

De consec. d. 1. in. hemus.

C A P. II.

Pius constituit hæreticum venientem ex Iudæorum hæresi suscipi, & baptizari. Et constitutum de Ecclesia fecit. *Damas. in Pio.*

C A P. III.

Zephyrinus constituit, vt præsentibus clericis, & laicis fidelibus, siue clericus, siue leuita, siue sacerdos ordinetur. Et fecit constitutum de Ecclesia: vt patenas vitreas ministrantes sacerdotes portarent, dum Episcopus missam celebraret: & vt sacerdotes omnes astarent, dum sic missæ celebrarentur. *Damas. in Zephyr.*

C A P. IV.

Siluester fecit constitutum etiam de omni Ecclesia. *Dama. in Siluest.*

C A P. V.

Marcus constituit, vt Episcopus Ostiensis, qui consecrat Episcopos Vrbis, tunc pallio vteretur, & ab eodem Episcopus Vrbis Romæ consecraretur. Et constitutum de om-

ni Ecclesiastico ordine fecit. *Dama. in Marco.*

Cap. VI.

Illius constitutum fecit, vt nullus clericus causam quamlibet in publico ageret, nisi in Ecclesia: & vt notitia, quæ omnibus fidem facit, per notarios colligeretur, &c. *Damas. in Iulio.*

Cap. VII.

Syticius constitutum fecit de omni Ecclesia, & contra omnes hęreses: & dispersit per vniuersum mundum, ac per omnes prouincias; vt in omni archiuo Ecclesiæ conseruaretur ob oppugnationem contra omnes hæreses. Hic constituit, vt nullus presbyter missas celebraret per omnem hebdomadem, nisi consecratum Episcopi loci designati susciperet declaratum, quod declaratur fermentum. *(Item alia constituit.) Ex Pontif. in Syricio.*

Cap. VIII.

Anastasius constituit, vt quotiescumque sancta Euangelia recitarentur, sacerdotes non sederent, sed curui starent. Hic fecit constitutum de Ecclesia. Et postea. Et hoc constituit,
Dist. 98. c. 1. [nulla ratione transmarinum hominem in clericatus honorem suscipi, nisi quinque Episcoporum designaret chirographus, &c. *Ex Pontific. in Anast. Viden. Siluester in epilo. conc. Rom. in fine. Ansel. lib. 7. cap. 19. Tarrac. lib. 3. cap. 39.*

Cap. IX.

Innocentius constitutum fecit de omni Ecclesia, & de regulis monasteriorum, & de Iudæis, & de paganis, &c. Et hoc constituit, vt qui natus fuerit de Christiano, denuo nasci debeat per baptismum, hoc est, baptizari: quod Pelagius damnabat. *(Item alia constituit.) Ex Pontif. in Innocen.*

Cap. X.

Cælestinus multa constituta fecit, & constituit, vt psalmi Dauid cl. ante sacrificium psallerentur antiphonatim ex omnibus, &c. Hic fecit constitutum de omni Ecclesia maxime, & de religionibus, quod hodie archiuis Ecclesiæ tenetur reconditum. *Ex Pontif. in Celest.*

Cap. XI.

Post transitum (*Felicis iii.*) factum est à presbyteris, & diaconis constitutum de omni Ecclesia. *Ex Pontifical. in Felice iij.*

Cap. XII.

Gelasius fecit constitutum de omni Ecclesia. *Ex Pontif. in eod.*

De falsis conciliis, aut veris corruptis, item de falsis, aut corruptis decretis Pontificum Romanorum, & de falsis Episcopis, aut Legatis, & subscriptionibus conciliorum.

Tit. XXVI.

Caput I.

Quoniam quidem apparuit Photium, post prolatam contra se iustissimam sententiam, & damnationem à sanctiss. Papa Nicolao, propter nequissimam inuasionem CP. Ecclesiæ, cum alijs malis operibus suis, etiam quosdam nequam, & adulatores de plateis, & vicis inuenisse; & Vicarios hos sanctissimarum trium Patriarchalium sedium Orientis nominasse, ac proposuisse; atque cum his Ecclesiam malignantium, & concilium vanitatis colligens, depositorias accusationes, & crimina contra beatissimum Papam Nicolaum commouisse, & anathema contra eum, &c. promulgasse, &c. Anathematizamus quidem primitus prædictum Photium, etiam propter huiuscemodi causam, deinde vero & omniū, qui amodo calliditatem fraudulenter egerit; & verbum veritatis adulterauerit, & falsos Vicarios simulauerit, vel liberos dictatu mendaci finxerit, & ad propriorum fauorem votorum commentus fuerit; quemadmodum, & fortiss. pietatis athleta Martinus sanctissimus Papa Romanus tales synodice pepulit. Viij. *synod. CP. sub Hadr. ij. cap. 6. Martin. in concil. Later. c. 20.*

Cap. II.

Si quis, secundum scelerosos hæreticos, quocumq; modo, aut verbo, aut tempore, aut loco, terminos remouens illicite, quos posuerunt firmius sancti catholicæ Ecclesię Patres id est, sanctę, & vniuersales quinque synodi; nouitates temere exquirere, & fidei alterius expositiones, aut typos, vel leges, aut definitiones, aut libellos, aut epistolas, aut conscripta, aut subscriptiones, aut testimonia falsa, aut synodos, aut gesta monumentorum, aut ordinationes vacuas, & ecclesiasticę regulę incognitas, aut loci seruaturas incongruas, & irrationabiles; & compendiose, si quid aliud impiissimis hæreticis consuetum est agere, per diabolicam operationem tortuose, & callide agit, contra pias orthodoxorum catholicæ Ecclesiæ, &c. operationes, &c. & vsque in finem sine pœnitentia permanet: hęc impie agens, huiusmodi in sęcula sęculorum condemnatus sit: & dicat omnis populus, Fiat, fiat. *Martin. in Lateran. concil. secretario 5. cap. 20. refertur in viii. syno. CP. sub Hadrian. ii. actio. 8. & cap. 6.*

Cap. III.

Quia quorundam hæreticorum versuta nequitia, ad conturbandam aliorum simplicitatem, epistolam meam, quam ad beatæ memorię Flauianum dedi, falsasse † perhibetur, vt commutatis quibusdam verbis, vel syllabis, receptorem me Nestoriani erroris asserat: † obsecro venerabilem clementiam vestram, vt eandem epistolam, &c. in Græcum sermonem iubeatis integre, diligenterq; translatam, per idoneum latorem sub vestri signaculi impressione deferri, tradendam iudicibus Alexandrinis, qui eam clero, & plebi ipsius ciuitatis, cum prędictorum Episcoporum prędicationibus, qui & meo scripto consentiunt, faciant recitari; vt agnoscant, se

† falsam esse, vel falsatam esse f.

† asserant f.

fallacium hominum fraude vlterius decipi non debere. *Leo epist. 67. ad Marcian. Imperat. in fine.*

CAP. IV.

Ephesinam synodum perscrutantes, de Adelphio, & Saba, & cæteris aliis, qui illic dicuntur esse damnati, omnino nihil inuenimus. Et existimamus, quia sicut Chalcedonensis synodus in vno loco ab Ecclesia CP. falsata est; sic aliquid in Ephesina synodo factum est. Caritas ergo vestra vetustos omnino codices eiusdem synodi requirat, &c. Nouis codicibus passim non credat, &c. Romani autem codices multo veriores sunt, quam Græci, quia nostri, sicut non acumina, ita nec imposturas habent. *Gregor. lib. 5. regist. epist. 14. cap. 114. Narsi Comiti. Vide eund. lib. 6. epist. 31. cap. 195. indict. 15.*

CAP. V.

Quia ex annotatione hæretici codicis, qui ad me ex Regia vrbe transmissus est, agnoui, per hoc quod quædam capitula Catholica cum hæreticis fuerant reprehensa: quia quidam illam Ephesinam primam synodum in eadem vrbe existimant, quæ quondam ab hæreticis traditur esse composita, &c. Illa enim synodus, quæ sub primæ Ephesinæ imagine facta est, quædam in se oblata capitula asserit approbata, quæ sunt Cælestij, atque Pelagij prædicamenta, &c. *Idem Gregor. lib. 7. regist. epist. 47. indict. 2. ad Anast. Antioch. prope finem.*

CAP. VI.

Sicut synodus sub Constantino, & Irene facta indicat. In cuius initio, id est in Epistola beatæ memoriæ Præsulis Hadriani, quantum idem Pontifex illam præsumptionem, qua ex laicis quidam subito tonsurantur, & in Episcoporum numerum exacerbate prosiliunt, damnauerit, &c. inuenietis. Si tamen non falsata, Græcorum more, sed sicut à sede missa est Apostolica, penes Ecclesiam Constantinopolitanorum hactenus perseuerat. *Nicol. ad Mich. Imper. post principium.*

CAP. VII.

Cum Legati vestri venerint, mittite quæsumus & Epistolas authenticas, quas per Radnaldum, & Zachariam dudum Episcopos misimus, vestræ scilicet eminentiæ, atque synodo; quæ tunc pro sacris imaginibus esse colligenda putabatur: quatenus si tales permanent apud vos, quales à nobis constat fuisse transmissas, apud nos inuestigentur: sicque de cætero falso dicentium, alia nos scripsisse, præter quæ misimus, labia conticescant. Si vero quædam in eis habentur inserta, quæ nos scribi non iussimus, nec mitti voluimus, diligenter scrutemur; & cuius culpa sit actum, reperiamus. *Nicol. in ead. epist. ad Mich. Imper. ante fin.*

CAP. VIII.

Quia superius de falsatæ Epistolæ per iam dictos tunc Radualdum, & Zachariam Episcopos ad te directæ scriptura memoriam fecimus; restat, vt partim loca, in quibus falsata est, quantum inspectis exemplaribus Græcis, quæ nobis per Leonem à secretis misisti, nosse tribuitur, aperiamus, &c. Quamuis in his, quæ ibidem ex ea lecta sunt, nonnulla addita, multa mutata, plura subtracta reperiantur, & per omnia talis à vobis effecta sit; vt aut nihil, aut parum aliquid nos per eam de crebro dicti comministri nostri Ignatij dispo-suisse causa videamur, &c. Et post alia. Et siquidem per vestratum aliquem tantum nefas patratum est, quoniam apud Græcos sicut nonnulla diuersi temporis scripta testantur, familiaris est ista temeritas: miramur, & modis omnibus obstupescimus, si Regius excellentiæ tuæ honor, qui iudicium diligit, ad tantum potuerit dedecus incuruari, &c. *Idem Nicol. in epist. ad eund. Mich. Imp. incip. Quanto maiora, circa med.*

CAP. IX.

Libros nostros vsque ad minimum incendentes (*Arriani*) nec iota vnum relinquentes, propter veritatis fidem, etiam Nicænam synodum, qua clerus, & populus imbuebatur, & maxime iam imbuti erant, in contumeliam nostram, & omnium Christianorum incenderunt, &c. *Athanasius, & Ægyptior. Episcopi ad Marcum Papam, in princ. Ansel. lib. 2. c. 59.*

CAP. X.

Nam scimus in Nicæna magna synodo cccxviij. Episcoporum ab omnibus concorditer esse roboratum: non debere absque Romani Pontificis sententia concilia celebrare, nec Episcopos damnare. Licet hæc, & alia quàm plura necessaria ab hæreticis, qui nos quotidie infestant, & perdere nituntur, vt facilius nos capere possint, sint synodica capitula incensa, nobisque sublata. *Athan & alij ad Felic. y. post princ. Ansel. lib. 2 c. 50.*

CAP. XI.

Constantinus piissimus Imperator dixit: Præsens Antiochus religiosus lector, & notarius, suscipiens librum (*quintæ synodi*) relegat. Et accipiens, aperiensque eundem librum exorsus est principium prædicti libri, qui ita continebat. Sermo sanctæ memoriæ Mennę Archiepiscopi Constantinopoleos ad Vigilium beatissimum Papam Romanum, &c. Et exsurgentes Legati Apostolicæ sedis Romanę, exclamauerunt: Piissime Domine, falsatus est præsens liber quintę synodi: Nequaquā relegatur sermo, qui dicitur Mennę ad Vigilium, quia fictus est: sed inbe diligenter aduertere pręsentem librum: satisfieri enim habet piissimum vestrum imperiū, quia non est tunc temporis positus in exordio, cum fierent acta in sancta quinta synodo. Iste qui dicitur sermo Mennę ad Vigilium, nuper appositus est in principiis pręsentis libri, eo quod xxj. anno Iustiniani diuinę memorię obiit Mennas. Quinta autem synodus xxvj. anno Imperij eius congregata

est, Episcopatum tenente huius Regiæ vrbis Eutychio venerabilis memoriæ. Et inspicientes tam piissimus Imperator, vna cum gloriosissimis iudicibus, & quibusdam ex sancta synodo Deo amabilibus Episcopis, & aperientes, ac discernentes, inuenerunt tres quaterniones in principio libri additos, non habentes subnotationem numeri, qui secundum cõsuetudinem affigitur in quaternionibus, sed in quarto quaternione habente primum numerum, & in sequenti quaternione secundum & tertium, atque quartum subsequenter: alias vero, & dissimiles esse litteras eorundem in exordiis submissorum quaternionum, in quibus continebatur sermo, qui dicitur Mennæ ad Vigilium, à literis, quæ prius scriptæ sunt in eodem codice, &c. Et dum relegeretur septima actio, reperti sunt in ea duo libri quasi ex nomine Vigilij sanctæ memoriæ, qui fuit Papa Romanus, &c. Et exsurgentes iterum Legati Apostolicæ sedis antiquæ Romæ, vnaque qui cum eis erant, Deo amabiles viri, exclamauerunt dicentes, &c. Falsatus est hic liber, sicut exordia primi libri præsentis quintæ synodi, &c. Dum relecta ergo fuerit, piissime Domine, ipsa definitio, inueniet Dominus omnem veritatem. Consequenter itaque, & secundum ordinem relecto eodem libro, ipsaque definitione vsque ad finem relecta, nullo modo aliquid de vna operatione in eadem definitione inuentum est contineri, &c. *Vi. synod. gen. CP. act. 3. in principio.*

CAP. XII.

Idem religiosus Antiochus relegit ex eodem codice sermonem quasi Mennę quondam Patriarchæ CP. ad Vigilium Papam Romanum. Et dum hic relegeretur, gloriosissimi iudices, & sanctum concilium dixerunt: Superflua etiam præsens lectio sermonis existit, quia penitus fictus, & falsus est; eo quod neque in repositis gestis hic sitis venerabilis Patriarchij Epistolarum Mennæ sanctæ memoriæ huius Regiæ vrbis Antistitis, sermo, qui dicitur Mennæ ad Vigilium, inuenitur. Sed & in superius posita tertia actione, dum relegeretur primus liber gestorum sancti quinti concilij, inuenti sunt additi tres falsi quaterniones, hunc sermonem adstruentes; reliqua vero eiusdem codicis relegantur. Item relegit idem religiosissimus Antiochus exemplaria septimę, & octauę actionis sancti, & vniuersalis quinti concilij transcripta, actis principalibus tenacentibus in venerabili Patriarchio. Dum hæc igitur relegerentur, gloriosissimi iudices, & sanctum concilium dixerunt: Iam dudum & præsentes septima, & octaua actiones, dum relegerentur, sancti quinti concilij, declaratæ sunt nobis; sed & in memoria habemus, quod tunc prosecuti sunt ex parte Apostolicæ sedis antiquæ Romæ, falsatam fuisse prædictam septimam actionem; eo quod sint fallaces duo libelli, qui in ea continentur, quasi porrecti à Vigilio Iustiniano, & Theodoræ piæ memoriæ: ergo superflua existit etiam præfatarum duarum actionum lectio. *Vi. synod. general. CP. actione. 12. post princi.*

CAP. XIII.

Si, quod non decet, quilibet Presbyter, siue diaconus, aliquam perturbationem machinando, & nostro ministerio insidiando, redarguatur falsam ab Apostolico detulisse Epistolam, vel aliud quid, quod inde non conuenerit; salua fide, & integra circa Apostolicum humilitate, penes Episcopum sit potestas, vtrum eum in carcerem, aut in aliam detrudat custodiam, vsquequo, &c. Apostolicam interpellet sublimitatem; &c. vt dignetur decernere, quid de talibus iusto ordine lex Romana statuat, definire, &c. *Tribur. 30.*

CAP. XIV.

Hæc itaque diximus, intentos reddere studiosos curantes; ne forte processu temporis, quicquam de subiicienda CP. diœcesi Bulgarum terra, statutum, vel definitum ab vniuersali, & octaua puretur synodo, vel actionum illius codici à Græcis hunc aliquid adiici præsumatur. Nam familiaris est illis ista præsumptio, & singularis quodammodo ambitionis indicium. Siquidem in secundæ synodo contra statuta magnæ Nicænæ synodi, & sanctorum decreta Præsulum Romanorum, Alexandrinæ priuilegia sedis, Constantinopolitano contulere Pontifici. Et quędam penes illos reperiuntur capitula regularum, quæ illi quidem tertiæ dicunt existere synodi; cum apud Latinos, nec in vetustissimis inueniantur editionibus. In quartæ quoque synodi quibusdam codicibus, quoddam de priuilegiis Constantinopoleos ostendunt capitulum, quod inter canones eiusdem synodi ab vniuersa Ecclesia veneratos nec Latinitas, nec alia lingua sub sole recipere comprobarut. Quodque licet ab Anatolio, & Imperatore, vel fautoribus eorum post omnia gesta synodi, & prolatos canones in absentia Romanorum loci seruatorum clam depromptum extiterit; mox tamen ibi ipsum ab eisdem loci seruatoribus est repulsum, & à sede Apostolica, &c. neque vt confirmaretur à Leone impetrare potuit Anatolius, aut Imperator, &c. Et alia ostendunt (*Græci*) regularum numerosa, & præsumptuosa satis capitula priscæ traditioni pene omnia valde contraria, quæ à sexta falso perhibent synodo promulgata; cum sexta synodus nullam protulerit præter fidei regulam. Sed quas eius asseuerant regulas, longe post sextam synodum, ab ipsis constat esse penes se, priuatimque depromptas. Porro in septimæ synodi codice, quia sæpe contra canones Constantinopoli ex neophytis Antistites prouehuntur, & eo tempore Tarasius ex laicis Patriarcha fuerat ordinatus, ita Epistolam beatæ recordationis Papæ Hadriani existimant transcribendam; vt nihil in ea ex iis, quæ ad

prædictum Præsulem, vel contra neophytos idem Pontifex sanctissimus scripserat, vel scriptum, vel translatum Græce reperiatur. Sic igitur Græci accepta occasione celebratorum vniuersalium conciliorum frequenter egisse clarescunt; & nunc minuendo, nunc addendo, nunc absentia sociorum, nunc abscondito angulorum, nunc extra synodum, nunc post synodum, astutia sua, immo fraude communibus sanctionibus abutuntur, & ad suos libitus cuncta, quæ sibi visa fuerunt, etiam violenter inflectunt. Itaque quidquid in Latino actionum octauæ synodi codice reperitur, ab omni est fuco falsitatis extraneum; quidquid vero Apostolicus, † siue de diœcesi Bulgarica, siue aliunde in Græco eiusdem synodi codice forsitan inuenietur, totum est mendacij venenis infectum. Deniq; disceptatio, quam coram Imperatore, Vicariis, & Bulgaris tantum super Bulgarorum terra supra fuisse significauimus actam; post synodum cōsummatam, canonesque in viginti prolatis, & septem tantum capitulis, atque terminum fidei depromptum, & omnia hæc in quinque codicibus scripta, siue compacta, & omnium subscriptionibus roborata, sed & ipsos codices plumbea bulla munitos, atque sigillatim loci seruatoribus traditos, Patriarchalibus sedibus deferendos, effecta est. Ne ergo Græcorum astutia, quin potius dolositas, etiam circa præsentem synodum agat, hæc me admonendi causa dixisse sufficiat. *Anastasius bibliothecar. in proœmio syn. viij. C P. ad Hadr. ij.*

CAP. XV.

In quinta synodo Epistolam Vigilij Papæ ad Mennam Patriarcham, atque libellum eiusdem Mennæ in quaternionibus nouiter additis falsauerunt, vnam voluntatem, & operationem dicentes; quod coram Principe (*Constantino IV.*) & synodo (*sexta*) claruit. *Ex Pontif. in Agathone.*

Patriarchæ est conuocare Metropolitanos omnes sibi subiectos ad synodum. Tit. XXVII.

CAPVT I.

PAtriarchæ vniuersorum Metropolitanorum, &c. habeant potestatem, videlicet ad conuocandum eos, vrgente necessitate, ad synodalem conuentum, vel etiam ad coërcendum illos, &c. Sed quoniam sunt quidam Metropolitanorum, qui ne secundum vocationem Apostolici Præsulis occurrant, à mundi Principibus se detineri sine ratione causantur; placuit talem excusationem omnimodis esse inualidam. Cum enim Principes pro suis causis conuentus frequenter agant: impium est, vt summos Præsules ad synodos pro Ecclesiasticis negotiis celebrandis impediant, vel quosdam à conciliis eorum prohibeant, licet tale impedimentum, & fictam prohibitionem Metropolitanorum suggestione diuersis modis fieri didicimus. Consueuerunt autem Metropolitani bis in anno synodos facere, ideoque sicut dicunt, ad Patriarchale penitus non posse concurrere caput. Sed sancta hæc, & vniuersalis synodus, nec concilia, quæ à Metropolitanis fiunt, interdicens, multo magis illa nouit rationabiliora esse, ac vtiliora Metropolitanorum conciliis, quæ à Patriarchali sede congregantur: & idcirco hæc fieri exigit. A Metropolitanis vnius quidem Prouinciæ dispositio efficitur: à Patriarcha vero sæpe totius causa diœceseos dispensatur, ac per hoc communis vtilitas prouidetur. Propter quod & speciale lucrum propter generale bonum præponi conuenit; cum à maioribus super hoc facta fuerit aduocatio. Quamuis apud quosdam Metropolitanorum antiqua consuetudo, & canonica traditio per contemptum ipsorum postposita videatur, non concurrentibus eis ad communem profectum, quos leges Ecclesiæ seuere condemnantes, omni excusatione remota, subiacere vocationibus proprij Patriarchæ, siue cum communiter, siue cum sigillatim factæ fuerint, exigunt, &c. Quisquis ergo Metropolitanorum proprium Patriarcham contempserit, & vocationi eius, quæ siue ad vnum, & solum, siue ad plures, siue ad omnes fit, & absque validissima ægrotatione, vel paganorum incursu non obedierit, & per totos duos menses post notitiam vocationis ad proprium venire Patriarcham minime festinauerit; vel si quocumque modo latitare, aut non cognoscere nuntium ab illo missum tentauerit; segregetur. Si vero intra vnum annum eandem contumaciam, & inobedientiam demonstrauerit; deponatur omnimodis, & ab omni sacerdotali operatione decidat, atque à dignitate, & honore, qui Metropolitanis conuenit, propellatur. Is autem, qui huic definitioni non obedierit, etiam anathema sit. *Cap. 17. syn. viij. C P. sub Hadr. ij.*

Archiepiscopi est vocare Episcopos ad concilium. Tit. XXVIII.

Vide supra libro tertio, titulo decimo.
Adde cap. vnicum.

SI Episcopus vacans Ecclesiam vacantem surripiat sine perfecta synodo, abiiciatur, etsi à plebe recipiatur. Illam vero perfectam synodum dicimus, in qua Metropolitanus interest. *Antio. 16. Chalced. act. 12. G. 11. L. Mart. Brac. c. 9. Vide syn. Trosle. in prin. Burc. lib. 1. cap. 39. Iuo par. 5. c. 150. decr. Cæsar. lib. 4. c. 88. Tarrac. lib. 6. cap. 69.* *Dist. 92. si quis. c.*

Ne Archiepiscopus conuocet aliena concilia. Tit. XXIX.

CAPVT I.

SVis vnaquæque Prouincia sit contenta conciliis, nec vltra Hilarius audeat con-

uentus indicere synodales, & sacerdotum Domini iudicia se interserendo turbare; qui non tantum nouerit se ab alieno iure depulsum, sed etiam Viennensis Prouinciæ, quam male vsurpauerat, potestate priuatum. *Leo epist. 67. vel 87. Episcopis Viennen. prouin. ante finem.*

Synodus Prouincialis singulis annis saltem semel cogatur. Tit. XXX.

CAPVT I.

11. q. 3. c. 73. seruetur. Singulis annis bis in vnaquaque Prouincia synodus omnium Episcoporum eius Prouinciæ fiat. Ab eis inquiratur de excommunicatis à singulis Episcopis, an affectu potius, quam ex iusta causa excommunicati sint, & de aliis rebus. Si merito, ab omnibus seruetur excommunicatio, quoad eisdem mitior sententia placeat. *Dist. 18. habeantur. c. 3.* Fiant autem synodi altera ante quadragesimam, vt omni contentione sublata munus Deo mundum offeratur: altera tempore autumni. *Nica. c. 5. Aquisg. c. 42. Tribur. c. 2. Burc. lib. 11. cap. 36. Iuopar. 14. c. 100. decr. Ansel. li. 11. c. 168. in addit.*

Cap. II.

Dist. 18. c. 6. peruenit. In aliquibus Prouinciis concilia Episcoporum non fiunt, & ita negligitur correctio multarum rerum Ecclesiasticarum. Itaque secundum canones sanctorum Patrum bis singulis annis in vnaquaque Prouincia Episcopi conueniant, vbi Metropolitanus voluerit, vt corrigantur, quæ emerserint. Qui non conuenerint, cum sani in suis sedibus sunt, neque excusatione, aut alia necessaria causa impediantur, fraterne admoneantur. *Chalc. 19. Capit. lib. 1. c. 13. Iuopar. 4. c. 243. decr. Ansel. lib. 6. c. 199.*

Cap. III.

Dist. 18. quoniam 7. Cum canon sit, vt bis annis singulis in vnaquaque Prouincia in conuentu Episcoporum canonicæ quæstiones fiant: ob aliquas difficultates sextæ synodi Patres semel singulis annis fieri voluerunt; quod nos renouamus. Si quis magistratus hoc prohibeat, excommunicetur. Si quis Metropolitanus negligat facere, sine aliqua causa necessaria, canonicis pœnis subiiciatur. *Nica. ij. c. 6. Iuopart. 5. c. 373. decr. Vide Trul. 8.*

Cap. IV.

De accu. c. 25. Gr. ix. & c. 5. eo tit. in 4. collect. Sicut olim à sanctis Patribus noscitur institutum, Metropolitani singulis annis cum suis suffraganeis prouincialia non omittant concilia celebrare. In quibus de corrigendis excessibus, & moribus reformandis, præsertim in clero, diligentem habeant cum Dei timore tractatum. Canonicas causas, & maxime, quæ statuta sunt in hoc generali concilio relegentes, vt eas faciant obseruari, debitam pœnam transgressoribus infligendo. Vt autem id valeat efficacius adimpleri, per singulas diœceses statuant idoneas personas, prouidas videlicet, & honestas, quæ per totum annum simpliciter, & de plano; absque vlla iurisdictione, sollicite inuestigent, quæ correctione, vel reformatione sint digna, & ea fideliter perferant ad Metropolitanum, & suffraganeos in concilio subsequenti; vt super his, & aliis, prout vtilitati, & honestati congruerit, prouida deliberatione procedant, & quod statuerint, faciãt obseruari, publicantes ea in Episcopalibus synodis annuatim per singulas diœceses celebrandis. Quisquis autem hoc salutare statutum neglexerit adimplere, à suis beneficiis, & executione officij suspendatur, donec per superioris arbitrium eius suspensio relaxetur. *Innoc. iij. in concil. gen. Lat. c. 6.*

Cap. V.

Si quis officium publicum Iudæis commiserit, per Prouinciale concilium, quod singulis præcipimus annis celebrari, monitione præmissa, districtione, qua conuenit, compescatur. *Inno. iij. in concil. gen. Later. c. 69.* *De Iud. c. 16. Gr. ix. & c. 2. eo. tit. in 4. coll.*

Cap. VI.

Bis in anno synodus Episcoporum fiat, & inter se dogmata religionis inquirant, & incidentes Ecclesiasticas controuersias dissoluant quarta hebdomada Pentecostes, & xij. die Hyperberetæi (*iv. Id. Oct. L.*) *Ap. 37. G. 38. L.*

Cap. VII.

Si difficiles causæ, aut maiora negotia orta fuerint, ad maiorem sedem referantur. Et, si illic facile discerni non potuerint, aut iuste terminari: vbi fuerit summorum congregata congregatio, quæ per singulos annos bis fieri solet, & debet, &c. *Anacle. ep. 1. ante fin.* *2. q. 6. c. 3. omnis.*

Cap. VIII.

Quia saluberrime à sanctis Patribus constitutum est, binos in annis singulis Episcoporum debere esse conuentus: terni semper ex vobis ad Diem iij. Kal. Oct. Romam fraterno concilio sociandi occurrant, &c. *Leo epis. 62. alias ep. 4. c. 7. ad Episcopos Sicilia.*

Cap. IX.

De conciliis Episcopalibus non aliud iudicamus, quam sancti Patres salubriter ordinarunt; vt scilicet bini conuentus per annos singulos habeantur, in quibus de omnibus querelis, quæ inter diuersos Ecclesiæ ordines nasci assolent, iudicetur. *Leo ep. 82. c. 7. ad Anastas. Thessal. Burch. lib. 1. c. 43. Iuo lib. 4. tit. 2. c. 1. panor. & part. 4. c. 241. decr.* *Dist. 18. c. 2.*

Cap. X.

Ob hoc Patres prouidentia, qua Spiritus sanctus cultores suos compungere dignatus est, incitati, bis in anno per parochias singulas concilia haberi docuerunt, vt in vnum juxta salubris institutionis dogmata congregati, pro Ecclesiasticis causis tractandis libere conuenirent, &c. De conueniendo bis in anno, notum est sanctos canones constituisse & præfinitum quidem, si possibile est, inuiolabiliter conuenit custodiri. Sed si aut temporum

porum necessitas, aut emergentes causæ hoc non patiuntur impleri, semel saltem, quamuis non licuerit, sine vlla excusatione præcipimus conuenire. *Hormis. ep. 4. c. 3. ad Episcopos Hispaniæ.*

CAP. XI.

Quia de habendo bis in anno concilio, Patrum sit regulis statutum, non latet: sed ne forte aliqua impleri hoc necessitas non permittat; semel tamen sine excusatione aliqua decernimus congregari, vt expectatione concilij nihil prauum, nihil præsumatur illicitum. *Gregor. lib. 7. regist. epist.* 108. *vel* 110. *indict. 2. ad Syagrium, & Ætherium, & alios Episcopos, post med. Vide eund. lib. 12. reg. ep. 31. ad Felicem Episcopum, in fine.*

CAP. XII.

Catholica, & sanctorum Patrum iubet auctoritas, vt bis in anno pro salute populi Christiani, seu exhortatione adoptionis filiorum, synodalia debeant celebrari, & causarum canonicarum examinatio prouenire, &c. In quo vobis loco ad celebranda concilia conuenire (*Bonifacius*) mandauerit, veniatis, &c. *Greg. iij. ep. 3. in prin.*

CAP. XIII.

Vice nostra volumus, vt omni anno apto tempore in Francorum Prouincia concilium debeas celebrare, vt frequentia sacerdotum, siue institutis sacrorum canonum mediantibus, illic quid aduersum nullo modo audeat pullulare, &c. *Zachar. epist. 4. ad Bonifacium Episcop. in fin.*

CAP. XIV.

Dist. 18. c. 4. & 15. Propter Ecclesiasticas necessitates, & controuersiarum dissolutiones, recte placuit synodos Episcoporum in singulis Prouinciis bis in anno fieri post tertiam hebdomadam Paschatis. Ita vt quarta hebdomada Pentecostes synodus fiat, commemoratione Metropolitani, qui Prouinciales admoneat. Altera synodus fiat Idib. Oct. hoc est, x. die Hyperberetæi; vt in his synodis Presbyteri, & diaconi veniant, & omnes, qui iniuria se affectos dicunt, à synodo iudicentur. Non vero licet synodos fieri, nisi ab his, quibus creditæ sunt Metropoles. *Anti.* 20. *Vid. Mart. Brac. c.* 18. *Trosle. in prin. Capitul. li. 1. c.* 13. *Burch. lib. 1. c.* 44. *Iuo lib. 4. tit. 2. c. 3. & 4. panor. & par. 5. c.* 154. *decr.*

CAP. XV.

Iuxta Nicænos canones propter Ecclesiasticas causas, quæ inueteratæ sæpe ad perniciem populi feruntur, singulis annis synodus conuocetur; ad quam qui primas sedes in Prouinciis habent, ex suis synodis duos, vel amplius, quos elegerint, Episcopos legatos eligant, & mittant, vt maior sit auctoritas ex tali congregatione. *Carth.* 18. *G. Carth. iij. c. 2. L.*

CAP. XVI.

In Hipponensi synodo definitum est, vt singulis annis synodus totius Africæ fiat, non solum Carthagine, sed per diuersas Prouincias ordine suo; quod sæpe factum est in Numidia, & in Byzacio. Deinceps non sit necesse, sed quotiens communis necessitas coget, per totam Africam datis litteris, vt in hanc Prouinciam veniant, aut vbi necesse sit: si necessitas non est communis, causæ in suis Prouinciis iudicentur. *Carth.* 96. 97. *G. Mil.* 9. *L. Afric.* 62. *L.*

CAP. XVII.

Secundum antiquam consuetudinem, &c. bis in anno (*Episcopi*) conuentus agant, &c. *Regien. c. 7.*

CAP. XVIII.

Synodum secundum constituta Patrum annis singulis placuit congregari. *Agath.* 71.

CAP. XIX.

Si similibus deinceps paginis, pro salubritate Ecclesiastica, ac remediis, congregare conuentus voluerimus & constituamus; vt nullus conuentus, sine alterius conuentus denuntiatione soluatur. Itaque sequenti anno, &c. xv. Kal. Nou. in Arausico territorio conuenirum habeamus, &c. *Arausf.* 29.

CAP. XX.

Cuncti Metropolitani de comprouincialibus suis in Prouincia sua annis singulis synodum debeant congregare; vt dum in vnum se fraternitas iungit, semper & censura teneatur, & caritas. *Aurel. iv. cap.* 36.

CAP. XXI.

Bis ad synodum annis singulis Metropolitanus, & comprouinciales sui in locum, quē deliberatio Metropolitani elegerit, Deo propitiante conueniant, aut si necessitas fuerit ineuitabilis, sicut præcepit auctoritas, vel semel in anno, sine cuiuslibet excusatione personæ, id est, Regiæ, vel priuatæ, siue cuiuscumque vtilitatis obstaculo, præter infirmitatis certissimæ labore præuentum, nullius occasione velaminis habeat vnusquisque concursum. Sed neque per impedimentum ordinationis Regiæ, neque sub occasione vtilitatis, aut causæ propriæ debeat à concilio separari, Apostolo prædicante; Quis nos separabit à caritate Christi? tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculum, an gladius? &c. *Turo. ij. c. 1.* *Rom. 8. f.*

CAP. XXII.

In omnibus Patrum conciliis præcipue habetur scriptum, vt intra anni circulum vnusquisque Metropolitanus Episcopus iunctis in vnum locum comprouincialibus suis, intra Prouinciam suam studeat habere concilium; vt aut si qua accesserint, caritatis emendentur studio, aut si pax Regalis, vel disciplina in cunctis Deo adiuuante permanserit, auctore bonorum omnium Deo, de caritate, & præsentia gratulentur, &c. *Aurel. v. c.* 22.

CAP. XXIII.

Præcepit hæc sancta, & vniuersalis synodus, vt stante priorum auctoritate canonum, quæ bis in anno præcepit congregari concilia, consulta itineris longitudine, & pau-

pertate Ecclesiarum Hispaniæ, semel in anno, in loco, quem Metropolitanus elegerit, Episcopi congregentur. Iudices vero locorum, aut auctores fiscalium Patrimoniorum, ex decreto Domini nostri Reccaredi Regis simul cum sacerdotum concilio, autumnali tempore die K. Nou. in vnum conueniant, vt discant, quam pie, iuste, & humaniter cum populis agere debeant; nec iniustis vectigalibus, & immoderatis exactionibus eos premant, &c. A Sacerdote, & senioribus deliberetur, quid per Prouincias præstare debeant Iudices, si ad concilium non venerint. Concilium vero non soluatur, nisi prius locum elegerint, quo, succedente tempore iterum ad concilium conueniatur, vt Metropolitanus non litteras destinet pro congregando concilio, si in priore tempus, & locus denuntiatur. *Tolet. iij. c. 18.*

Cap. XXIV.

Decretum est priscis canonibus, semel in anno fieri concilium, vbi elegerit Metropolitanus Episcopus. *Emerit. c. 7.*

Cap. XXV.

Antiquorum Patrum iuribus in omnibus custoditis, ad synodum post triennij tempus omnes conueniant, vt de alterna præsentia-
† princi-palitæ. liter † sospitate exhilarati, causarum exurgentium tam diuinæ religionis, quam humanæ necessitatis discuriant, & omnibus iustum, æquumque finem imponant. Et hoc adimplere sollicitudinis sit Metropolitani Lugdunens. Episcopi vna cum dispositione magnifici Principis nostri, prius definientis locum mediterraneum, ad quem omnes Episcopi sine labore alacres congregentur. *Matis. ij. cap. 20.*

Cap. XXVI.

Nulla pene res disciplinæ mores ab Ecclesia Christi magis depulit, quam sacerdotum negligentia, qui contemptis canonibus ad corrigendos Ecclesiasticos mores synodum facere negligunt. Ob hoc à nobis vniuersaliter definitum est: vt quia iuxta Patrum antiqua decreta, bis in anno difficultas temporis fieri concilium non finit, saltem vel semel à nobis celebretur. Ita tamen, vt si fidei causa est, aut qualibet alia Ecclesiæ communis, generalis totius Hispaniæ, &
† Galliæ. Galliciæ † synodus conuocetur. Si vero nec de fide, nec de communi Ecclesiæ vtilitate tractabitur; speciale erit concilium, prout vniuscuiusque Prouinciæ Metropolitanus elegerit, peragendum esse. Omnes autem, qui causas contra Episcopos, ac iudices, ac potentes, aut contra quoslibet alios habere noscuntur, ad idem concilium concurrant; & quæcumque examine synodali à quibuslibet praue vsurpata inueniuntur, Regij executoris instantia iustissime his, quibus iura sunt, reformentur. Ita vt pro compellendis iudicibus, vel sæcularibus viris ad synodum Metropolitani studio quidã executor à Principe postuletur. Quintadecima autem Kal. Iun. congreganda est in vnaquaque Prouincia synodus. *Tolet. iv. c. 3.*

Cap. XXVII.

Priscis canonibus cauetur, vt Metropolitani cum eorum comprouincialibus, per singulos annos debeant in synodali coniungi Deo propitiante concilio, &c. *Cabilo. 1.*

Cap. XXVIII.

Paternis institutionibus obsequentes omni anno ad peragendam celebritatem concilij in Metropolitana sede, tempore, quo Principis, vel Metropolitani electio definierit, omnes Prouinciæ Pontifices adsint. Quisquis Episcoporum, excepta ineuitabili causa, se absentauerit, vnius anni erit excommunicatione plectendus. Quod si absque celebratione concilij, anni vnius metas transierit, omninm in commune Pontificum Carthaginis Prouinciæ superioris censuræ sententiam obnoxius tetinebit; id est, si nulla eum Impediente Principis potestate, vel infirmitate, aut ineuitabili causa, sed solius propriæ voluntatis libitu, sese ad celebrandum concilium non collegerit. *Tolet. xi. c. 15.*

Cap. XXIX.

Bis in anno synodus congregetur, sed quia diuersa impediunt, placuit omnibus in communi, vt Kal. Aug. in loco, qui appellatur Clofaes* hoc semel in anno congregetur. *Angl. 7.*

Cap. XXX.

Renouamus canonem iubentem synodos fieri singulis annis, vbi Metropolitanus voluerit: si propter barbarorum incursiones, & alias causas non possunt bis fieri; statuimus, vt semel fiat synodus Episcoporum, vbi Metropolitanus voluerit, vbi omnia Ecclesiastica negotia terminentur. A festo Paschatis; & per totum Octob. qui præsentes non venerint, dum sani sunt, & necessitas, aliave causa non excusat; fraterne corripiantur. *Trul. 8. Vide Nican. ij. c. 6.*

Cap. XXXI.

Placuit huic sancto concilio, vt iuxta priorum Episcoporum singularum Prouinciarum canonum instituta, annis singulis in vnaquaque Prouincia K. Non. concilium celebraturi conueniant. Quisquis kal. Nou. pro celebratione concilij venire distulerit, excommunicationi debitæ subiacebit. *Tolet. xij. c. 12.*

Cap. XXXII.

Statuimus per annos singulos synodum congregare, vt nobis præsentibus canonum decreta, & Ecclesiæ iura restaurentur, &c. *Synod. Franc. Capitul. lib. 5. c. 2.*

Cap. XXXIII.

Nos vna cum consensu Episcoporum, siue sacerdotum, seu seruorum Dei, & optimatum, eorum consilio decreuimus, vt annis singulis synodnm renonare debeamus. *Syno. Suession. sub Pipino.*

Cap. XXXIV.

Bis in anno synodus fiat. Prima synodus

menſe primo, quod eſt kalen. Mart. vbicumque Dominus Rex iuſſerit, in eius præſentia. Secunda ſynodus kalen. Octobris, aut ad Sueſſiones, vel alibi, vti in Martiis kalen. *Vernen. ſub Pipino c.* 4.

Cap. XXXV.

Si concilia, aliqua præpediente neceſſitate, bis fieri nequeunt; ſaltem in anno ſemel fiant. Quoniam ſi hæc ſemel, vt dictum eſt, in anno, per vnamquamque Prouinciam celebrata fuerint; & honor Eccleſiaſticus vires ordinis ſui obtinebit, & impudentia quorundam ſuperborum clericorum, quæ paſſim auctoritate canonica calcata, auribus Imperialibus moleſtiam ingerit, ceſſabit, & impunitas diuerſorum flagitiorum, locum deliteſcendi, quem nunc habet, non habebit, & alia multa, quæ hactenus ſecus quam Eccleſiaſtica diſciplina docet, inceſſerunt, ordinem ſuum ſeruabunt. *Pariſ. ſub Ludou. & Loth. lib.* 1. *cap.* 26.

Cap. XXXVI.

Cum ſacri canones bis in anno concilia celebrari iubeant, illud obnixe à veſtra pietate depoſcimus, vt ſaltem ſemel in anno libertas opportuni temporis concedatur, quod hæc ad honorem Dei, & vtilitatem ſanctæ Dei Eccleſiæ, multorumque correctionem congruenter, decenterque fieri poſſint; quoniam ſi hæc ſemel; &c. (*vt in capite ſuperiori*) *Pariſien. ſub Ludouico, & Lothario lib.* 3. *c.* 11.

Cap. XXXVII.

Vt Principes iuxta decreta canonum, per ſingulas Prouincias ſaltem bis, aut ſemel in anno à Metropolitanis, & diœceſanis Epiſcopis ſynodice conueniri concedant: quia qualibet confuſio rerum temporalium diſſoluere non debet collegium, & ſtudium ſacerdotum. *Melden. cap.* 32.

Cap. XXXVIII.

Concilia Epiſcoporum, iuxta antiquam Eccleſiæ obſeruantiam, & ſtudium Catholicorum Principum, nullatenus omittantur; ſed per ſingulas quaſque Prouincias, ſaltem ſemel per annos ſingulos, cum eorum fauore, & pia exhortatione celebrentur. In eorum quoque palatiis ſaltem ſemel intra biennium Epiſcoporum cõuentus agatur. Et quod ſecundum voluntatem Dei, iuxta auctoritatem ſcripturarum, & ſacrorum canonum, ipſo Deo adiuuante, inuenire potuerint, confidenter ſtatuant, & annuntient. *Syn. Tallenſis par. vlt. cap.* 7.

Cap. XXXIX.

Propter Eccleſiaſticas curas, † & altercationum ſolutiones, bene placuit per ſingulas Prouincias bis in anno concilium fieri, conuocante Metropolitano Epiſcopo omnes prouinciales Epiſcopos, &c. *Mar. Brac. cap.* 18. *Vide Antio.* 20.

Diſt. 18. *c.* 15. † *cauſa.*

Quo pacto concilium Prouinciale publicari extra locum concilij debeat. Tit. XXXI.

CAPVT I.

Sicut olim à ſanctis Patribus noſcitur inſtitutum, Metropolitani ſingulis annis, cum ſuis ſuffraganeis Prouincialia non omittant concilia celebrare, &c. Et quod ſtatuerint, faciant obſeruari, publicantes ea in Epiſcopalibus ſynodis, annuatim per ſingulas diœceſes celebrandis, &c. *Innoc. iij. in concil. gen. Later. cap.* 6.

De accu. c. 25. *Gr.* ix. *& c.* 5. *c. tit. in* 4. *collect.*

Cap. II.

Omnis Epiſcopus, qui conuenit ad concilium, fidem ſuam chirographo confirmet, vt deinceps rediens ad Parochiam ſuam compaginem noſtræ ſalutationis plebi ſuæ innoteſcat, vt fide concilij declarata intemeratus ordo ſeruetur. *Syn. Rom. cum cclxxv. Epiſcopis ſub Silueſtro cap.* 3.

Cap. III.

Grandis populo datur emendationis correptio, † ſi geſta ſynodalia, dũ quandoque peraguntur, relatione Pontificum in ſuis Parochus publicantur. Et ideo [decernimus, vt dum in qualibet Prouincia concilium agitatur, vnuſquiſque Epiſcoporum admonitionibus infra ſex menſium ſpatia omnes Abbates, Preſbyteros, diaconos, atque clericos, ſeu etiam omnem conuentum ciuitatis ipſius, vbi præeſſe dignoſcitur, nec non & cunctam diœceſis ſuæ plebem aggregare nequaquam moretur: quatenus coram eis publice omnia reſerata, de his, quæ eodem anno in concilio acta, vel definita extiterint, pleniſſime notiores efficiantur, &c. *Tolet. xvi. cap.* 7.

† *correctio. Diſt.* 18. *c. vlt.*

Epiſcopi veniant ad ſynodum Prouincialem. Tit. XXXII.

Vide libro quarto titulo ſexageſimo quinto.

Qui Preſbyteri, & Abbates interſint in ſynodis. Tit. XXXIII.

CAPVT I.

Sub (*Apoſtolica*) auctoritate, & determinatione omnes Abbates Lombardiæ ad præfatum concilium inuitamus; nullamque in hac obedientia fictitiam excuſationem prætendere admonemus, atque præcipimus. *Gregor. vij. lib.* 1. *regiſt. epiſt.* 46.

Cap. II.

Epiſtolæ tales per fratres à Metropolitano ſunt dirigendæ, vt non ſolum è cathedralis Eccleſiæ Preſbyteris, verum etiam de diœceſanis ad concilium trahant, & aliquos de

filiis Ecclesiæ sæcularibus adducere debeant. *Tarrac. 13. Burch. lib. 1. cap. 48. Ineo par. 5. c. 158. decr.*

CAP. III.

Veniant ad synodum Metropolitani, & alij Episcopi, vel Abbates, seu Presbyteri, quos ipsi Metropolitani ad se venire iusserint. *Vernen. cap. 4.*

CAP. IV.

In ipsis conciliis adsint Presbyteri, & diaconi, & omnes, qui se læsos existimant, & synodi experiantur examen; adsint etiam vniuscuiusque Episcopi eruditi viri, quos ad Christi militiam, eiusque Ecclesiæ honorem, vtilitatemque præparat; quatenus & cæteris Ecclesiis noti sint, & studium, ac prouidentia Episcopi ad aliorum exempla manifesta fiant. *Paris. sub Lud. & Loth. lib. 1. c. 26.*

CAP. V.

Quando ad Prouinciale Episcoporum concilium ventum fuerit, vnusquisque Rectorum scholasticos suos eidem concilio adesse faciat, vt suum solers studium circa diuinum cultum omnibus manifestum fiat. *Parif. sub Lud. & Loth. lib. 1. c. 30.*

CAP. VI.

Residentibus in synodo venerabilibus Episcopis Hincmaro, &c. & quampluribus aliis sacerdotibus, & Abbatibus stantibus diaconibus adstante quoque reliquorum graduum clero, &c. venit Sigloardus, &c. *Synod. apud S. Medardum in causa Hincmari, in principio.*

Laici non intersunt in conciliis non generalibus. Tit. XXXIV.

CAPVT I.

ILlud tanquam petosum quiddam ab auribus nostris repulimus, quod à quibusdam imperitis dicitur, non posse synodum absque Principali præsentia celebrari: cum nusquam sacri canones conuenire sæculares Principes in conciliis sanxerint, sed solos Antistites; vnde nec interfuisse illos synodis, exceptis conciliis vniuersalibus inuenimus. Neque enim fas est, sæculares Principes spectatores fieri rerum, quæ sacerdotibus Dei nonnunquam eueniunt. *Synod. viij. CP. cap. 17. sub Hadr. ij.*

CAP. II.

Dist. 17. c. 6. concilia p. ad hæc. Serenissimus Rex (*Theodericus*) taliter Deo aspirante respondit, in synodali esse arbitrio in tanto negotio sequenda præscribere, nec aliquid ad se, præter reuerentiam, de Ecclesiasticis negotiis pertinere, &c. *Synod. Rom. iv. sub Symma. in med.*

CAP. III.

Dist. 96. c. 4. Vbinam legistis Imperatores antecessores vestros in synodalibus conuentibus interfuisse? nisi forsitan in quibus de fide tractatum est, quæ vniuersalis est, quæ omnium communis est, quæ non solum ad clericos, verum etiam ad laicos, & ad omnes omnino pertinet Christianos. Vos autem non solum synodo in causa Sacerdotis collectæ interfuistis, verum etiam numerosa sæcularium millia forte ad videndum eius opprobrium, aggregastis. *Nicol. epist. ad Mich. Imper. in medio.*

CAP. IV.

Theodosius minor sanctæ synodo scribens Ephesinæ primæ dicit: Deputatus est igitur Candidianus magnificentissimus Comes strenuorum domesticorum trãsite vsque ad sanctissimam synodum vestram, & in nullo quidem, quæ faciendæ sunt de pus dogmatibus quæstiones, seu potius expositiones, communicare. Illicitum namque est, eum, qui non sit ex ordine sanctissimorum Episcoporum Ecclesiasticis intermisceri tractatibus, &c. Siquidem in tantum vestra sententia Præsulum præcessit sententiam, vt non solum vestro sit iussu, à credita sibi ante omnem interrogationem, idem Antistes pulsus Ecclesia; verum etiam postea in damnatione ipsius, sicut gesta illius latrocinalis synodi, &c. indicant; quod nunquam, ni fallimur, aliquando fuit actum; primi, & ante omnes scripseritis Episcopos. *Nicol. in eadem epistola ad Michaël. imperat. ante finem. Ansel. li. 2. cap. 72.* *Dist. 96. c. 7. satis. p. 1.*

CAP. V.

Oportune instituendum credimus initio totius adunationis, vt trium dierum spatiis percurrente ieiunio, de mysterio sanctæ Trinitatis, vel aliis spiritualibus rebus, siue pro moribus sacerdotum corrigendis, nullo sæcularium assistente inter eos, habeatur collatio. *Tolet. xvij. cap. 2.*

CAP. VI.

Has pias litteras ad tuam direximus claritatem, quatenus eos, qui præter nostram euocationem, aut permissionem suorum Episcoporum ibidem (*in concilio*) commorantur, clericos, siue intra hunc ordinem constitutos, siue aliqui eorum à propriis Episcopis sunt remoti; vel monachos, atque laicos quos nulla ratio ad concilium vocat, omni modo debeas de ciuitate, & ipsis locis expellere, &c. *Pulcheria Augusta ad Consularem Bithyniæ, ante Chalc.*

Res omnes magnæ, & arduæ ad synodum deferantur. Tit. XXXV.

CAPVT I.

DE his, qui communione priuantur, seu ex clero, seu ex laico ordine ab Episcopis, per vnamquamque Prouinciam sententia regularis obtineat; vt hi, qui abiiciuntur, ab aliis non recipiantur, &c. Placuit, annis singulis bis in anno concilia celebrari, vt communiter simul omnibus Episcopis congregatis Prouinciæ, discutiantur huiusmodi quæstiones. *Nicæ. cap. 5. Aquisg.* *11. q. 3. seruetur. 73.*

42. Troslet. supra. Burch. lib. 11. c. 36. Iuopar. 14. c. 100. decr.

CAP. II.

Quidquid de comprouincialium Episcoporum causis (*loquitur de Metropolitanis*) suarumque Ecclesiarum, & clericorum, ac sæcularium necessitatibus agere, aut disponere necesse fuerit. hoc cum omnium consensu comprouincialium agatur Pontificum, non aliquo dominationis fastu, sed humillima, & concordi omnium administratione, &c. *Nic. c. 61. apud Iul. ep. 2. c. 23. Hadr. ad Episcopum Mediom. c. 43. Capitul. lib. 7. c. 358. & in additis, c. 142.*

CAP. III.

9. q. 3. c. 9. monitum. In singulis prouinciis synodus eius prouinciæ gubernet iuxta Nicæna decreta. *CP. 2. G. 3. L. Vide Nic. c. 5. Hadr. cap. 9. ittu. Episcop. Mediom. Isid. Merca. in pro. conc.*

CAP. IV.

Bis in anno synodus Episcoporum fiat, & inter se dogmata religionis inquirant, & incidentes Ecclesiasticas controuersias dissoluant, &c. *Ap. c. 37. G. 38. L.*

CAP. V.

3. q. 6. omnis. c. 3. Si difficiles causæ, aut maiora negotia orta fuerint, ad maiorem sedem referantur. Et, si illic facile discerni non potuerint, aut iuste terminari: vbi fuerit summorum congregata congregatio, quæ per singulos annos bis fieri solet, & debet, &c. *Anacl. epist. 1. prope fin.*

CAP. VI.

Salua in omnibus Apostolica auctoritate, quæcumque sunt ad religionis obseruantiam pertinentia, locis suis, & à suæ diœceseos synodis audiantur. *Pius ep. 2. in fine.*

CAP. VII.

Has litteras de ratione paschali alterius anni præscripsi, &c. Sententiæ meæ exposui, atque edixi tenorem. Iam prudentiæ tuæ erit, consors mihi frater, cum vnanimis consacerdotibus nostris hanc ipsam rem in synodo religiosissime tractare; vt si nihil dispositioni nostræ resultat, nobis plenissime, aperteque rescribas. *Inno. ep. 11. ad Aurelium.*

CAP. VIII.

Si causa aliqua maior extiterit, ob quam necessarium sit fraternum aduocare conuentum; binos de singulis prouinciis Episcopos, quos Metropolitani crediderint esse mittendos, ad fraternitatem tuam venire sufficiat. Ita vt à præstituto tempore non vltra xv. dies, quo conuenerint, retardentur. Si autem in eo, quod cum fratribus tractandũ, definiendumve credideris, diuersa eorum fuerit à tua voluntate sententia; ad nos omnia sub gestorum restificatione referantur, vt remotis ambiguitatibus, quod Deo placeat, decernatur. *Leo ep. 54. alias 82. ad Anast. Thessalon. c. 10. & 11.*

CAP. IX.

3. q. 6. c. 4. 16. nemini. p. 1. & 5. q. 4. c. 1. Saluo Romanæ Ecclesiæ in omnibus Primatu, manifestum est, quod illa, quæ sunt per vnamquamque prouinciam, ipsius prouinciæ synodus dispenset, sicut in Nicæno constat decretum esse concilio. *Hadrian. ad Ingelra. Episcopum Mediom. c. 9. Vide CP. 2. G. 3. L. Capit. lib. 6. cap. 287. Ansel. lib. 3. c. 88.* par. item Hadr.

CAP. X.

Episcopus ordinatus, qui negligit ire ad Ecclesiam suam, excommunicatus sit, donec eat, aut perfecta synodus omnium Episcoporum in prouincia sua definiat, quid de eo agendum sit. *Anti. 17. (Vide Ap. 36. G. 37. L.)* Si non sua culpa, sed populi, aliave de causa non eat, maneat in honore, & ministerio, sed abstineat à rebus eius Ecclesiæ, quoad perfecta synodus decernat, quid agendum sit. *Antio. 18. Mart. Brac. c. 10. & 11. Chalc. act. 12. G. 11. L. Burch. lib. 1. cap. 37. & 40. & 41. Iuo part. 5. c. 148. & 151. & 152. decr. Anselm. lib. 6. cap. 41. & 200. Cæsar. li. 3. cap. 60. Tarrac. lib. 6. cap. 68. & 69.* Dist. 91. si quis. c. 7. Dist. c. 5. si quis Episcopus. & c. si quis ordinatus. c. 4.

CAP. XI.

Si cogat necessitas vendere rem Ecclesiasticam consulatur Primas, qui cum concilio certi numeri Episcoporum deliberet. Si vrgeat necessitas; adhibeat Episcopus vicinos in testes, & curam habeat ostendere in synodo Ecclesiæ necessitates, vel obnoxius sit Deo, & synodo, & alienus ab honore suo. *Carth. 26. G. Carth. v. c. 4. L. Iuopar. 3. c. 153. decr. Ansel. lib. 5. c. 45.* 17. q. 4. nullus. 39

CAP. XII.

Episcopis non licet vendere prædia Ecclesiæ sine voluntate synodi, vel presbyterorum, sine necessitate. *Carth. 33. G. Capit. lib. 7. c. 27. Burch. li. 3. c. 178. Iuopart. 3. c. 239. decr. Ansel. lib. 7. cap. 148. Cæsar. lib. 7. c. 70.* 12. q. 2. c. sine. c. Epi. Sine exc.

CAP. XIII.

Dies sancti Paschatis tempore synodi diuulgetur. *Carth. 34. G. Afr. 1. L. Carth. iij. c. 41. L. Vide Carth. 52. G. & Carth. iij. c. 1. L.*

CAP. XIV.

Placuit, vt plebes, quæ nunquam habuerunt proprios Episcopos, nisi ex concilio plenario vniuscuiusque prouinciæ, & Primatis, &c. decretum fuerit, minime accipiant. *Afric. c. 65. L. Carth. 101. G. Burch. lib. 1. c. 33. Iuo par. 5. c. 145. decr.*

CAP. XV.

De translatione Episcopi in synodo Episcoporum pro vtilitate Ecclesiæ facienda. *Carth. iv. c. 27. Iuo li. 3. tit. 6. c. 2. panor. & par. 5. c. 125. decr.* 7. q. 1. Episcopus. 37.

CAP. XVI.

Si Episcopus intra duos menses coram Metropolitano non cõpareat post ordinationem, in synodo increpatus à fratribus corrigatur. *Tarrac. 5.* Dist. 65. c. si quis. 8.

CAP. XVII.

Quotiens secundum statuta Patrũ sancta synodus congregatur, nullius Episcoporum aliquam prius causam suggerere audeat, quam ea, quæ ad emendationem vitæ, ad seueritatem regulæ, ad animæ remedium pertinent, finiantur. *Aruer. 1. Burch. lib. 1. c. 58. Iuo lib. 4. tit. 2. c. 9. panor. & par. 5. c. 168. decr.*

Cap. XVIII.

De conse-crat. d. 3. placuit. 25. Postquam omnia in concilio sacerdotum fuerint ordinata, obseruetur, vt superuenturum ipsius anni Pascha, quo Kalend. die, vel quota luna debeat suscipi, à Metropolitano Episcopo nuntietur, &c. *Brac. ij. c. 9.*

Cap. XIX.

12. q. 2. si Episcopus 73. De consensu concilij sui Episcopus vnam de parochitanis Ecclesiis suis monasterium dicare potest, &c. *Toletan. iv. cap. 4. Inopar. 3. cap. 168. decret.*

Cap. XX.

12. q. 2. quicumque 66. Remuneratoria donatio Episcopi ad conciliuin prouinciale deferatur, vt eorum conniuentia confirmetur. *Tolet. iv. c. 36.*

Cap. XXI.

Propinqui morientis Episcopi, nihil de rebus eius, absque Metropolitani cognitione vsurpare præsumant. Quod si is, qui recesserit, Metropolitanus fuerit, successoris eius † concilij. f. sententiam, aut concilium† sustinebunt. *Tolet. ix. c. 7.*

Cap. XXII.

Quo plura emergunt in populo Dei noxia & Episcopali diligentia recidenda, ad hoc plures, & frequentius necesse est conuenire Pontifices. Hac intentione confluximus ad memoratum locum, vt fida collocutione, quid nobis in tantis periculis, & tribulationibus agendum sit, sollicite quæreremus, & sancto Spiritu demonstrante inueniremus. Ad hanc collocutionem vos præsertim euocatos non cucurisse molestius tulimus. Decuerat enim, vt quorum est vnum officium, par studium probaretur. *Synod. Tullensis in epist. ad quosdam Episcopos.*

Cap. XXIII.

Statuit sancta synodus, annitente pio Principe, vt idonei legati dirigerentur, qui singulorum locorum statum (*loquitur de Monasteriis*) solertissime perscrutarentur, & quæ ipsi per se non valerent corrigere, iudicio proxime futuri concilij reuelarent. *Suession. syno. apud S. Medard. c. 4.*

Cap. XXIV.

Sanctum, & Deo auctore celebratum generaliter, & sine vlla exceptione Nicænum præcipit concilium; vt omnibus simul Episcopis prouinciæ congregatis, discutiantur quæstiones necessariæ, & quod regulariter omnibus placuerit, in commune hoc omnes, tam Metropolitanus, quam cæteri sequantur Episcopi. Simili modo & Antiochenum concilium, si qua sunt agenda, peragere iubet prouinciales Episcopos sui concilio Metropolitani, & Metropolitanum concilio Episcoporum prouincialium, sicuti est ibidem designatum. *Concil. Trosleian. in princip. Vide Nicæ. c. 5. Antio. 20.*

Iudicia de rebus grauioribus ad synodum deferuntur. Tit. XXXVI.

CAPVT I.

11. q. 3. c. 73. fere-tur. Singulis annis bis in vnaquaque prouincia synodus omnium Episcoporum eius prouinciæ fiat. Ab eis inquiratur de excommunicatis à singulis Episcopis, an affectu potius quam ex iusta causa excommunicati sint, & de aliis rebus. Si merito, ab omnibus seruetur excommunicatio, quoad eisdem mitior sententia placeat. *Nican. c. 5. Vide Tribur. c. 2. Aquisgr. 42. Trosle. in prin. Burch. lib. 11. c. 36. Inopar. 14. c. 100. decr.*

Cap. II.

Saluo in omnibus Romanæ Ecclesiæ priuilegio, nullus Metropolitanus, absque cæterorum omnium comprouincialium Episcoporum instantia aliquorum, audiat causas eorum, quia irritæ erunt, immo & causam in synodo pro facto dabit. *Nican. lj. apud Iulium. ep. 2. c. 14. Hygin. ep. 1. ante fi. Luc. ep. 1. c. 4. Hadr. ad Episcop. Mediom. cap. 14. Capitul. lib. 7. c. 106. & in addit. c. 146. Burch. lib. 1. c. 65. Inopar. 5. c. 99. & 174. decr. Anselm. lib. 2. c. 22. in Rom.* 9. q. 3. c. 4.

Cap. III.

Salua Apostolicæ Ecclesiæ auctoritate, nullus Episcopus extra suam prouinciam ad iudicium deuocetur, sed euocatus ipse canonice in loco omnibus congruo, tempore synodali ab omnibus comprouincialibus Episcopis audiatur, qui concordem super eum, canonicamque proferre debent sententiam. Quoniam si hoc minoribus tam clericis, quam laicis concessum est, quanto magis de Episcopis seruari conuenit? *Nica. c. 54. apud Iul. ep. 2. c. 17. Hadr. c. 18. ad Episcopum Mediom. Capitul. lib. 7. c. 314. Burch. lib. 1. cap. 170. Inopar. 5. c. 280. decr. Ansel. lib. 3. c. 88.*

Cap. IV.

Caueant iudices Ecclesiæ; ne absente eo, cuius causa ventilatur, sententiam proferant; quia irrita erit: quippe, & rationem pro actione reddent in synodo, & vt proditoris calumnia, nec eorum postea vox audiatur. *Nica. lxiij. apud Iulium ep. 2. c. 14. Vid. Eleuthe. ep. vn. ante fin. Felix. ep. 1. post prin. Hadrian. c. 49. ad Episcopum Mediom. Capitul. lib. 6, c. 279. & lib. 7. c. 219. Burch. lib. 16. cap. 14. Inopar. 6. c. 319. decr. Ansel. lib. 3. c. 28. Cæsar. li. 5. c. 65. Tarrac. lib. 2. cap. 58.* 3. q. 9. c. 3

Cap. V.

Irritam esse iniustam Episcoporum damnationem decernimus; & idcirco à synodo retractandam, ita vt oppressis ab omnibus in cunctis subueniatur causis. *Nica. lxvi. apud Iulii. ep. 2. c. 27. Felix. ep. 1. post prin. Hadr. cap. 54. ad Episcop. Mediom. Carth. iv. c. 28.* 3. q. 6. c. 11. & 11. q. 3. c. 35.

Cap. VI.

Si non possint prouinciales corrigere Episcopum, ad maiorem synodum, quam illa fuit, peruenient. Et non ante instituatur accusatio, quam se inscribant simili periculo subiacere, si quid in accusatione per calumniam obiiciant. *CP. 6. G.*

Cap. VII.

Parœciæ rusticæ, vel prædia in singulis ecclesiis eius Episcopi permaneant, qui ea 16. q. 3. c. 1.

possidet, & gu[...]c. Si vero intra xxx. annos quæstio moueatur de eis; licet ei, qui se lædi putat mouere litem apud synodum prouinciæ. *Chalced.c.17.Triul.c.25.Burch.li.3.c.148.Iuo li.2. tit.6.c.1.panor.& par.3.ca.106. decr. Anselm.lib.5. cap.26.*

CAP. VIII.

Lecta est definitio Episcoporum Orientis super depositione Photii, quæ conueniebat eum ea, quæ facta fuerat à synodo Rom. præstante Nicolao Papa. *syn.viii. CP. act.1.in med.*

CAP. IX.

Ioannes Antiochenus Episcopus in Ephesina synodo ideirco damnatus est, quia Cyrillum anteriotis, id est Alexandrinæ sedis Antistitem damnate non metuit. Vnde præfata vniuersalis synodus ad Cælestinum summæ sedis nostræ Pontificem scribens, inter cætera dicit: Indignetur ergo tua religiositas competenter pro his, quæ facta sunt; si enim data fuerit volentibus licentia, & maiores iniu-
† afficere riis sedes afferre, † & contra eos, in quibus non habent potestatem, contra leges, & contra canones proferre sententias; ibunt ad vltimam confusionem Ecclesiæ res. *Syn. Roman. sub Hadr. ij. in allocutione 3. apud syno. viii. gener. CP. act. 7. refert etiam Nicol. ad Mich. Imp. ante med.*

CAP. X.

Nos ad supplementum vestrum fratres, & coepiscopos nostros vocamus amplius, quam lxx. cum quibus hæc, quæ subter habentur inserta, regulariter tractando decreuimus, &c. Sancta synodus dixit: Hæc sunt, quæ deinceps propter malorum hominum insi-
c.1.de accus.Greg. ix.18.co. tit. in I. collect. dias obseruari volumus, &c. [Si quis Episcopus ab illis accusatoribus, qui recipiendi sunt, fuerit accusatus, postquam ipse ab eis caritatiue conuentus fuerit, vt ipsam causam emendare debeat, & eam corrigere noluerit: non olim, sed tunc ad summos Primates, causa eius canonice deferatur; qui in congruo loco infra ipsam prouinciam, tempore congruo, id est, autumnali, vel æstiuo concilium regulariter conuocare debebunt; ita vt ab omnibus eiusdem prouinciæ Episcopis inibi audiatur; quo & ipse regulariter conuocatus, si eum aut infirmitas, aut alia grauis necessitas non detinuerit, adesse debebit; quia vltra prouinciæ terminos accusandi ante licentia non est, quam audientia rogetur, &c. Spoliatus Episcopus ab hono-
3.q.2.si Episcopus c.8. rabili concilio redintegretur legali ordine. Præsul vero cum omni honore statui pristino reddatur; & ipse dispositis, ordinatisque libere, atque secure diu suis, tunc regulariter intra iv. vel v. aut vij. menses, iuxta quod possibilitas ei fuerit, & non ante conuocatus ad tempus concilio in legitimo, & canonico, veniat ad causam: & si ita iuste videtur, accusantium propositionibus respon-
3.q.3.c.1. deat, &c. Quod [si ægrotans fuerit Episcopus, aut aliqua eum grauis necessitas detinuerit, pro se legatum ad synodum mittat. Hæc fratres ad vestram, & omnium coepiscoporum opem, & defensionem in synodo vnanimiter sunt decreta, &c. *Felix & lxx. Episcopi epist. 2. in prin. Hadr. cap. 5. ad Episcopum Mediomat. Burch. lib. 1. cap. 51. & 174. Iuo lib. 4. tit. 2. cap. 7. & tit. 6. cap. 3. panor. & par. 5. c. 161. & 248. & 292. decr. Ansel. lib. 3. cap. 88. Cæsar. lib. 4. c. 18.*

CAP. XI.

Capitula quędam à sanctis Patribus, tam 5.q.2.c. vltimo.
in Nicęna synodo, quam & in hac sede constituta ponamus, &c. [Si Primates accusatores Episcoporum cum eis pacificare familiariter minime potuerint; tunc [...]mpore legitimo eos ad synodum canonice conuocatam, non intra angusta tempora, canonice conuocent; & non prius, quam eis per scripta significent, quid eis opponitur, vt ad responsionem pręparati adueniant. Nam si aut vi, aut timore eiecti, aut suis rebus spoliati fuerint; nec canonice euocari ad synodum possunt, nec respondere ęmulis debent, antequam canonice restituantur, & sua eis omnia legaliter reddantur. *Felix ij. & syno. Rom. epis. 1. in prin. & c. 3. Burch. lib. 1. c. 221. & Iuo p. 5. c. 335. decr.*

CAP. XII.

Si Episcopus legitime accusatus, & supradicto ordine ad concilium canonice conuocatus fuerit, absque vlla trepidatione ire debebit; & si ire non potuerit, pro se legatum ad synodum mittat, &c. Ille vero, qui vi, aut timore à sede pulsus, aut suis rebus spoliatus fuerit, non prius vocetur ad synodum, quam ei omnia legibus redintegrentur, &c. *Felix ij. & syno. d. ep. 1. c. 6. & 8. Iuo lib. 4. tit. 6. c. 8. panor. Ansel. lib. 3. c. 52.*

CAP. XIII.

Quotiens Episcopus super certis accusatur criminibus, si tales fuerint accusatores, qui iuste, & canonice recipi debeant, legitima in synodo suo in tempore congregata, ab omnibus canonice audiatur, qui sunt in Prouinciis Episcopi. *Felix ij. & syno. d. ep. 1. c. 17. Burch. lib. 1. c. 169. Iuo par. 5. c. 279. decr.*

CAP. XIV.

Quamquam comprouincialibus Episcopis vna cum eorum Metropolitano, suæ prouinciæ causas Episcoporum liceat caritatiue, & concorditer agitare; non tamen, sicut in prædicta (*Nicæna*) ce præsente (*Athanasio*) constitutum est synodo, licet definire absque Romani Pontificis auctoritate, &c. *Felix ij. & syno. d. ep. 1. c. 18.*

CAP. XV.

Si fuerit Ecclesiasticum negotium; apud Episcopos interueniente Primate, si quidem maior causa fuerit; si vero minor, Metropolitano. Si vero fuerit sæculare, apud eiusdem ordinis viros, iudicio tamen Episcoporum terminetur, &c. Si autem difficiles causæ, aut maiora negotia orta fuerint; ad maio- 2.q.6. omnis.c. 3.
rem sedem referantur: & si illic facile discer-

ni non potuerunt, aut iuste terminari, vbi fuerit summorum congregata congregatio, quæ per singulos annos bis fieri solet, & debet, iuste, & Deo placite coram Patriarcha, aut Primate Ecclesiastico iudicentur, &c. *Anacl. ep. 1. in fin.*

CAP. XVI.

9.q.3.c. Archiepiscopus nihil de Episcoporum, cau-
5. sis, aut de aliis communibus iuxta statuta Apostolorum, absque cunctorum illorum agat concilio, &c. *Anicet. ep. vni. ante med.*

CAP. XVII.

2.q.2. Primates, & synodus Episcopo spoliato
nullus.c. sua restituant, &c. *Steph. ep. 2. in prin. Capitul.*
3. *lib. 7. cap. 131. in addit. Burch. lib. 1. cap. 142. Ivo par. 5. cap. 255. decr.*

CAP. XVIII.

Episcopus aliter non debet audiri, aut iudicari, nisi in præsentia omnium comprouincialium, & ab omnibus comprouincialibus Episcopis; quia ipsis absentibus, nec debet, nec potest. *Steph. ep. 2. in med.*

CAP. XIX.

Qualiter ad concilium veniatur, &c. qualiter spoliati restituti suorum amicorum, &
† cōciliis. Ecclesiasticorum Patrum conciliis † vti debeant, sufficienter ab Apostolis, eorumque successoribus, ac nostris prædecessoribus statutum esse putamus. *Caius epist. vn. in princ. Anselm. lib. 3. cap. 45.*

CAP. XX.

Nullus Episcopus, nisi in legitima synodo, suo tempore Apostolica, aut regulari auctoritate conuocata, super quibuslibet pulsatus criminibus audiatur, vel iudicetur; ne innocens damnetur, aut perdat communionem. *Marcell. epist. 2. in med. Ivo par. 4. cap. 240. decr.*

CAP. XXI.

2.q.2.in Spoliatos Episcopos scias, nec ad synodum
scripturis comprouincialem, nec ad generalem posse
c.4. vocari, nec in aliquo iudicio, ante quam cuncta, quæ eis sublata sunt, legibus potestati eorum redintegrentur, &c. tantum tempo-
3.q.2.primi.c.6. ris spatium eis indulgeatur, quantum spoliati, vel expulsi esse videntur, ante quam ad synodum conuocentur, & ab omnibus quibusque suæ prouinciæ Episcopis audiantur, &c. In synodalibus Patrum decretis, & Re-
3.q.1.c.3. gum edictis legitur statutum. [Redintegran-
& 4. da sunt omnia, &c. ante accusationem, aut regularem ad synodum vocationem eorum. *Euseb. ep. 2. in fi. Vide Io. 1. ep. 1. Ivo lib. 4. tit. 6. c. 4. & 7. panor. & par. 5. c. 249. decr. Ansel. lib. 3. c. 44. & 51. Tarrac. lib. 2. c. 49.*

CAP. XXII.

3.q.6.c. Discutere Episcopos, & summas Ecclesia-
6. sticorum negotiorum causas, Metropolitano, vna cum omnibus suis comprouincialibus ita vt nemo ex eis desit, & omnes in singulorum concordent negotiis, licet : sed definire eorum, atque Ecclesiasticarum summas querelas causarum, vel damnare Episcopos absque huius sanctæ sedis auctoritate minime licet, &c. Nam vt nostis, synodum, sine eius auctoritate fieri non est catholicum; nec Episcopus, nisi in legitima synodo, & suo tempore Apostolica vocatione congregata definire damnari potest. *Damas. epis. 3. c. 2. Burch. lib. 1. c. 179. Ivo par. 5. c. 395. decr. Ansel. li. 2. c. 60. Tarrac. lib. 2. c. 45.*

CAP. XXIII.

Tempus congruum præuideri oportet, quando vniuscuiusque accusatæ personæ causa rectissime in medio producatur; quatenus grauitatem eius, consonantiamque contra Patrum decreta, vel synodorum confessionem prodi minime cognoscatur, &c. *Damas. d. ep. 3. ante med.*

CAP. XXIV.

Relatum est ad Apostolicam sedem, vos 3.q.1.c.3
accusationes fratrum per scripta suscipere, &c. Quod factum corrigi rogamus; nec vnquam prius per scripta [eorum, qui accusantur, causam discutere, nisi per querelantium institutiones vocati, canonice ad synodum veniant, &c. *Damas. epist. 6. in princip. Anselm. lib. 3. cap. 47.*

CAP. XXV.

Si quæ causæ, vel contentiones inter cle- 11.q.1.c.
ricos, vel inter laicos, tam superioris gradus, 27.
quam etiam inferioris, fuerint exortæ; placuit, vt secundum synodum Nicænam, congregatis omnibus eiusdem Prouinciæ Episcopis iudicium terminetur, &c. Si autem maiores causæ in medium fuerint deuolutæ; ad sedem Apostolicam, sicut synodus statuit, &
vetus † consuetudo exigit, post iudicium E- † bona.
piscopale referantur. *Inno. ep. 2. ad Victoric. c. 3. Isid. Mercator in prol. conc. Vid. Nicol. in epist. ad Carolum Regem incip. quanquam. Rothadum, & in ep. ad Episcopos Galliæ incip. quamuis singul. Capitul. lib. 6. cap. 287. & lib. 7. c. 109. Ansel. lib. 2. c. 53. Cæsar. lib. 5. c. 10. Tarrac. lib. 1. c. 148.*

CAP. XXVI.

Massiliensis Ecclesiæ sacerdotem, qui dicitur in necem fratris taliter gratulatus, vt huic, qui eius sanguine cruentatus aduenerat, portionem cum eodem habiturus, occurreret, vestro eum audiendum collegio delegamus. *Calest. epis. 2. cap. 6. in fine ad Episcopos Galliæ.*

CAP. XXVII.

Prius oportet omnia (*Episcopis spoliatis*) 3.q.2.c.
legibus redintegrari, & ecclesias, quæ sibi su- 1.& 6.
blata sunt, cum omni priuilegio suo restitui, & postmodum non sub angusti temporis spatio, sed tantum temporis spatium indulgeatur, quantum spoliati, vel expulsi esse videntur, antequam ad synodum conuocentur, & ab omnibus quisque suæ prouinciæ Episcopis audiatur. *Ioan. epist. 1. post prin. Euseb. epist. 2. in fine. Ivo lib. 4. titulo 6. cap. 7. panor. & par. 5. cap. 249. decr. Ansel. lib. 3. cap. 44. & 51.*

CAP. XXVIII.

Dist. 17. *multis.c.* 1.

Si in qualibet prouincia ortæ fuerint quæstiones, & inter ipsius prouinciæ Episcopos discrepare cœperit ratio, atque inter ipsos dissidentes non conueniat, ad maiorem tunc sedem referantur. Et si illic facile, & iuste non discernuntur; vbi fuerit synodus regulariter congregata, canonice, & iuste iudicentur. *Pelagius ij. epist.* 1. *in fine. Ansel. lib.* 2. *c.* 34.

CAP. XXIX.

Si clericus, vel laicus habuerit causam aduersus Episcopum proprium, vel aduersus alterum, aut Episcopus aduersus quemquam; apud synodum prouinciæ iudicetur. *Hadrian. ad Episcop. Mediom. c.* 26. *Capitul. li.* 7. *c.* 321.

CAP. XXX.

Lambertus Episcopus in Meldensi concilio excommunicatus est, tum pro aliis nefariis, tum pro eo, quod quinque clericos ad Romanam synodum ire, & de malitia eius querimoniam volentes facere, captione pessima afflixit. *Gregor. vij. lib.* 9. *regist. epist.* 34. *ante medium.*

CAP. XXXI.

Si quis excommunicatum alterius siue clericum, siue sæcularem recipere post interdictum præsumpserit; nouerit se reum fraternitatis factum, causam in concilio redditurum. *Arel. ij. c.* 8.

CAP. XXXII.

Si quis Episcopus suę † sententię nō acquiescit, synodi legibus audiendum. *Arel. ij. c.* 29.

† Episcopi sui f.

CAP. XXXIII.

Si liceat (*Episcopos*) vel aliquos etiam minorum graduum clericos, nisi canonice tempore legitimo vocatos, aut sine legitimis accusatoribus à suis sedibus eiectos, aut suis spoliatos rebus vocare ad synodum, vel damnare; quia legimus eos non posse cauonice ad synodum, ante suam diu tenendam, & gubernandam, viribus scilicet pleniter resumptis, restitutionem, suisque omnibus sibi legaliter restitutis integerrime, vocari, aut vt veniant ad synodum, nisi sponte voluerint, imperari. *Steph. & alij ad Damas. in med.*

CAP. XXXIV.

De iniustitia, vel iniquitate excommunicationis proximæ synodo reseruetur. *Arausi.* 11.

CAP. XXXV.

6. q. 4. *si quis. c.* 1. *&* 2.

Si quis Episcopus de aliquibus criminibus iudicetur; deinde contingat discordare de eo Episcopos eius prouinciæ, aliquibus noxium esse censentibus, placuit vt de tota re Metropolitanus à vicina prouincia alios vocet, qui controuersiam dissoluant vna cum eis, qui ex prouincia sunt. *Antio.* 14. Si omnes Episcopi eius prouinciæ in eadem sententia sint, ab aliis non iudicetur. *Antio.* 15. *Mart. Brac.* 13. *Burch. lib.* 1. *c.* 150. *Inopar.* 5. *c.* 263. *decr. Ansel. lib.* 5. *c.* 77. *&* 78. *in addit.*

CAP. XXXVI.

Clerico, nisi ex permissu Episcopi sui, seruorum suorum † sæcularia iudicia adire non liceat. Sed si fortasse Episcopi sui iudicium cœperit habere suspectum, aut ipsi de proprietate aliqua aduersus ipsum Episcopum fuerit nata contentio; aliorum Episcoporum audientiam, non sæcularium potestatem debebit ambire: aliter à communione habeatur alienus. *Venet. cap.* 9.

† seu Vicarios f.

CAP. XXXVII.

Si quis superbia elatus, officium suum indignatione quacumque implere noluerit; iuxta statuta priora, laica communione contentus, † & ab ordine depositus, tamdiu habeatur, quamdiu præsente Episcopo satisfecerit pœnitentia, &c. De quibus si querela procedat, officium agens recurrat ad synodum. *Aurel. iij. c.* 19.

† à communione retentus.

CAP. XXXVIII.

Cum in synodum ventum fuerit, in præsumptores, iuxta personarum, & ordinum qualitatem, à Pontificibus, qui tunc in vnum collecti fuerint, vindicetur. *Aurel. iij. ca.* 2.

11 *q.* 1. *si qui.* 26.

CAP. XXXIX.

Si Metropolitanus à quocumque comprouinciali Episcopo bis fuerit in causa propria appellatus, & eum audire distulerit; ad proximam synodum, quæ constituetur, negotium suum in concilium licentiam habeat exerendi, & quidquid pro iustitia à comprouincialibus suis statutum fuerit, studeat obseruare. *Aurel. v. c.* 17 *in fin.*

CAP. XL.

Si quid inter fratres, id est, coëpiscopos nostros contentionis ortum fuerit; si de vna prouincia sunt, Metropolitani cum comprouincialib. suis iudicio sint contenti. *Lugd. ca.* 1.

CAP. XLI.

Si talis fuerit immanitas causæ, vt eam solus Metropolitanus definire non valeat, aduocet secum vnum, vel duos coëpiscopos. Quod si & ipsis dubietas fuerit, conciliabulo definito, diem, vel tempus instituant, in quo vniuersi rite collecti fratris sui, & coëpiscopi causas discutiant, & pro merito, aut iustificent, aut culpent. *Matisc. ij. c.* 9.

CAP. XLII.

Omnes, qui causas aduersus Episcopos, ac iudices, ac potentes, aut contra quoslibet alios habere noscuntur, ad idem concilium concurrant: & quæcumque examine synodali à quibuslibet praue vsurpata inueniuntur, Regij executoris instantia iustissime *his*, quibus iura sunt, reformentur, ita vt pro compellendis iudicibus, vel sæcularibus viris ad synodum, Metropolitani studio quidam executor à Principe postuletur. *Toletan. iv. cap.* 3.

CAP. XLIII.

Confinitimi hostium sacerdotes, &c. quodlibet mandatum ad gentem extraneam occulte accipere, vel dirigere non præsumant. Qui autem deprehenditur, aut conuincitur denuntiatus Principi apud concilium, con-

digna animaduersione multabitur. *Toletan. iv. c. 29.*

CAP. XLIV.

Visum nobis fuit, vt quia ordo canonicus docet, vt in ipsis conciliis adsint presbyteri, & diaconi, & omnes, qui se læsos existimant, & synodi experiantur examen: vt adsint etiam vniuscuiusque Episcopi eruditi viri, quos ad Christi militiam, eiusque Ecclesiæ honorem, vtilitatemque præparat, quatenus & cæteris Ecclesiis noti sint, & studium, ac prouidentia Episcopi, & aliorum exempla manifesta fiant. *Parisien. sub Ludouico, & Lothar. lib. 1. cap. 26.*

Synodus iudicat inter Episcopos, & clericos. Tit. XXXVII.

CAPVT I.

11.q.1.c. 47. SI clericus cum suo, vel alieno Episcopo controuersiam habet, apud synodum prouinciæ iudicetur. *Chalcedonens. 9. Vide Aquisgr. c. 86. Nicol. in epist. ad Mich. Imp. ante med. Hadr. Papa cap. 26. ad Episcop. Mediom. Capit. li. 7. cap. 321. Iuo lib. 6. cap. 360. decr. Tarrac. lib. 1. c. 148.*

CAP. II.

Quicumque presbyter, aut diaconus à proprio Episcopo depositus fuerit propter aliquod crimen, &c. potestatem habeat ad Metropolitam ipsius prouinciæ concurrere, &c. Metropolita vero ille libenter suscipiat huiusmodi, & aduocet Episcopum, qui deposuit, vel alio modo clericum læsit, & apud se cum aliis etiam Episcopis negotii faciat examen; ad confirmandam scilicet sine omni suspicione, vel destruendam per generalem synodum, & multorum sententia clerici depositionem, &c. *Syn. viij. CP. sub Hadr. ij. c. 26.*

CAP. III.

1.q.7.si quis.c.12 11.q.3.si quis.c.2. A suo Episcopo excommunicatus, si ab eodem receptus non fuerit, non ante ab aliis suscipiatur, quam synodo facta compatens se expurget; & si persuaserit, à synodo aliam sententiam consequatur. Idem in laicis, presbyteris, & diaconis, & clericis fit. *Antioch. 6. Vide Nicæ. 5. Aquisgr. 72. Mart. Brac. 36. Burch. li. 11. c. 37. Iuo lib. 5. tit. 3. c. 21 panor. & p. 14. c. 27. & 101. decr. Deusd. c. 4.*

CAP. IV.

6.q.2.si Episcopus si clerico, vel laico crimen imposuerit, deducatur ad probationem in synodum. *Carth. iv. c. 29. Cæs. li. 4. c. 90.*

CAP. V.

11.q.3.c. 30. Clericus, qui Episcopi circa se districtionem iniustam putat, recurrat ad synodum. *Carthag. iv. c. 66.*

CAP. VI.

Si quis Episcopi sui sententiæ non acquiescit, recurrat ad synodum. *Vasens. 5.*

CAP. VII.

Si quis clericorum circa se districtionem Episcopi sui putat iniustam; iuxta antiquas cõstitutiones recurrat ad synodum. *Aurel. iij. c. 20.*

CAP. VIII.

Iuxta priscorum Patrum decretum, nullus Episcopus sine concilii examine deiicere presbyterum, vel diaconum potest, &c. *Hispalen. ij. c. 6.* 15.q.7.si 1.& vlt.

CAP. IX.

Si quilibet laicorum, vel clericorum, contra Episcopum, vel alicuius ordinis clericum aliquid queritur; nouerint nos paratos, & legitimam præbere audientiam; & si quid perperam gessisse probati fuerint, debita animaduersione punire. *Ticin. sub Lud. ij. c. 3.*

Synodi est punire Episcopos, presbyteros, & reliquos clericos. Tit. XXXVIII.

CAPVT I.

PLacuit, vt [accusatus, vel iudicatus à comprouincialibus in causa Episcopus licenter appellet, & adeat Apostolicæ sedis Pontificem, qui aut per se, aut per vicarios suos, eius retractari negotium procuret, & dum iterato iudicio Pontifex causam suam audit, † nullus alius in eius loco ponatur, aut ordinetur Episcopus. *Nicæ. cap. 19. apud Iul. epist. 2. cap. 3. Victor. epist. 1. cap. 3. Xystus ij. epist. 1. in fi. Capitul. lib. 7. c. 155. in additis. Burch. lib. 1. cap. 144. & cap. 176. Iuo lib. 4. tit. 12. cap. 2. panor. & par. 5. c. 4. & c. 257. decr. Ansel. lib. 2. cap. 11. Cæsar. lib. 5. cap. 60.* 3.q.6. † agitetur

CAP. II.

Synodo facta de canonicis, & Euangelicis negotiis, oportet Episcopos curare seruari mandata Dei, &c. non autem liceat Metropolitano iumentum, vel speciem aliquam exigere ab aliquo Episcopo suo; si conuincatur, reddat quadruplum. *Nicæ. ij. c. 6. Iuo par. 5. c. 373. decr.* Dist.18. quoniã.

CAP. III.

Si Episcopus accusetur de aliqua re à fide dignis, vocetur ab Episcopis. Si venerit, & confessus fuerit, pœnitentia competens definiatur. Si vocatus non paruerit, iterum vocetur duobus Episcopis ad eum missis. Si ne tũ quidem, tertio vocetur duobus rursum Episcopis ad eum missis. Si vero etiam tum eos contemnat, neque compareat; synodus definiat in eum, quod arbitrabitur oportere: ne fugiendo iudicium, lucrari videatur. *Ap. 74.*

CAP. IV.

Duodecim iudices quilibet Episcopus accusatus, si necesse fuerit, eligat, à quibus eius causa iuste iudicetur; nec prius audiatur, aut excommunicetur, vel iudicetur, quam ipsi per se eligantur; & regulariter vocatus ad suorum primo conuentum Episcoporum per eos eius causa iuste audiatur, & rationabiliter discernatur. Finis vero eius causæ ad sedem Apostolicam deferatur, vt ibidem 5.q.4.c. 1.& 3.q. 8.c.2. p. iudices.

terminetur. *Zeph. ep. 1. ante med. Inopar. 5. c. 245. decr. Ansel. li. 3. c. 41. Cæsar. li. 5. c. 41. Tarrac. lib. 2. cap. 52.*

CAP. V.

Nullus Episcopus, nisi in legitima synodo; suo tempore Apostolica auctoritate conuocata, super quibuslibet criminibus pulsatus, audiatur, vel iudicetur. *Marcellus ep. 1. in princ. & ep. 2. in med. Inopar. 4. c. 240. decr. Ansel. lib. 2. cap. 7.*

CAP. VI.

Nullus Episcopus, nisi in legitima synodo; suo tempore, Apostolica, aut regulari † auctoritate conuocata, super quibuslibet pulsatus criminibus audiatur, vel iudicetur: ne innocens damnetur, aut perdat communionem. *Marcellus ep. 2. in med. Inopar. 4. cap. 240. decr.*

† regali f.

CAP. VII.

3. q. 4. c. 3. In Nicæna synodo statuerunt (*Patres* vt { nullus Episcopus, nisi in legitima synodo, & suo tempore Apostolica auctoritate conuocata, super quibusdam criminationibus pulsatus audiatur, id est, iudicetur, vel damnetur. Sin aliter præsumptum à quibusdam fuerit; in vanum deducatur, quod egerint, nec inter ecclesiastica vllo modo reputabitur. *Iulius ep. 1. in med. Vid. Hadr. ad Episcopum Mediom. c. 3. Capitul. li. 6. c. 287. ib. 4. & li. 7. c. 150. in addit. Ivo epist. 239. ad Guidobaldum Autissiodoren. Episcop.*

CAP. VIII.

Episcopus, nisi in legitima synodo, & suo tempore Apostolica vocatione congregata, definite damnari non potest, &c. [Vocatio ad synodum iuxta decreta Patrum, canonica eius, qui impetitur, tam sua præsentia, quam & scriptis, atque apocrisariis per spatium fieri debet congruum, atque canonicum. Quia nisi canonice vocatus fuerit suo tempore, & canonica ordinatione, licet venerit ad conuentum, quacumque necessitate, nisi sponte voluerit, nullatenus suis respondebit insidiatoribus; quoniam nec sæculi leges hoc permittunt fieri, quanto magis diuinæ. *Dam. ep. 3. c. 4. Burch. lib. 1. c. 156. & 179. Inopar. 5. c. 266. & 295. decr. Ansel. li. 2. c. 61. & lib. 3. ca. 46. Tarrac. lib. 2. c. 65.*

3. q. 2. c. 1.

CAP. IX.

3. q. 9. decreuimus c. 10. Dilationem (*Maximo Episcopo*) dedimus, & decreuimus vestrum debere intra prouinciam esse iudicium, & congregari synodum ante diem Kal. Nouembr. vt si adesse voluerit præsens, si confidit, ad obiecta respondeat; si vero adesse neglexerit, dilationem sententiæ de absentia non lucretur. *Bonif. ep. 2. in fi. Burch. li. 1. c. 161. Inopar. 5. c. 271. & p. 6. c. 338. decr. Ansel. lib. 3. c. 34.*

CAP. X.

Condemnatus est memoratus Bassus à synodo; ita tamen, vt in vltima die viaticum ei non denegetur, propter humilitatem † pietatis Ecclesiæ. *Xystus iij. epist. vnic. cap. 1. in fine. Pontificale in eod. Xysto.*

† humanitatem.

CAP. XI.

Nullam damnationem Episcoporum esse vnquam censemus, nisi aut ante legitimum numerum Episcoporum, qui sit † per duodecim Episcopos, aut certe probata sententia per idoneos testes. *Leo iv. in epist. ad Episc. Britan. in prin. Inopar. 5. c. 116. decr.* 2. q. 4. c. vltimo. † fit.

CAP. XII.

Communi decreto censemus, vt quandocumque aliquis Episcoporum criminatur, congregatis omnibus eiusdem prouinciæ Episcopis, causa eius audiatur, vt non occulte iudicetur, vel damnetur, qui † ab aliis prius iudicari non potest, nisi ab iis, à quibus ordinati potuit. Quod si aliter factum fuerit, nullas vires habebit. *Hadr. ad Episc. Mediom. c. 25. Hispal. ij. c. 6. Capit. l. 7. c. 320.* 15. q. 7. c. 1. † quia.

CAP. XIII.

Si Episcopus susceperit presbyterum, diaconum, clericum depositum à suo Episcopo; quod noluit redire ad suam parœciam, sed in aliena versari; à synodo communi puniatur, vt dissoluens leges Ecclesiæ. *Antioch. 3. Aquisgr. 31. Mart. Brac. 34. Ansel. lib. 7. c. 195.* 7. q. 1. c. 24. si quis

CAP. XIV.

Episcopus ad alienam vrbem, vel locum discedens, & ordinans alienos presbyteros, vel diaconos, ad loca alteri Episcopo pertinentia, sine voluntate eius Episcopi; irrita sit ordinatio, & ipse à synodo puniatur. *Antio. 22. Burch. l. 1. c. 71. Inop. 5. c. 178. decr.* 9. q. 1. Episcopum c. 7.

CAP. XV.

In synodo Episcopus, & Presbyteri, & diaconi de mala administratione plectentur. *Antio. 25. Mart. Brac. 16. Ans. l. 6. c. 163.* 10. q. 1. Episcop. c. 8. 12. q. 1. c. 23. Episcop.

CAP. XVI.

Gaudentius Episcopus dixit: Addendum si placet huic sententiæ, quam plenam sanctitate protulisti: vt cum aliquis Episcopus depositus fuerit eorum Episcoporum iudicio, qui in vicinis locis commorantur, & proclamauerit agendum sibi negotium in vrbe Roma; alter Episcopus eius in cathedra post appellationem eius, qui videtur esse depositus, omnino non ordinetur, nisi causa fuerit in iudicio Episcopi Romani determinata. *Sardic. cap. 4. Tullen. post epist. synodi. Anselm. lib. 2. cap. 75.*

CAP. XVII.

Placuit, vt si quis Episcopus accusatus fuerit, & iudicauerint congregati Episcopi regionis ipsius, & de gradu suo eum eiecerint: si appellauerit, qui deiectus est, & confugerit ad Episcopum Romanæ Ecclesiæ, & voluerit se audiri; si iustum putauerit, vt renouetur iudicium, vel discussionis examen; scribere his Episcopis dignetur, qui in finitima, & propinqua prouincia sunt, vt ipsi diligenter omnino singula requirant, & iuxta fidem veritatis definiant. Quod si is, qui rogat causam suam iterum audiri, deprecatione sua mouerit Episcopum Romanum, vt è latere 2. q. 6. si quis. 55.

suo presbyteros mittat; erit in potestate Episcopi, quid velit, & quid æstimet. Et si decreuerit mittendos esse, qui præsentes cum Episcopis iudicent, habentes eius auctoritatem, à quo destinati sunt, erit in suo arbitrio. Si vero crediderit Episcopos sufficere, vt negotio terminum imponant; faciet quod sapientissimo consilio iudicauerit. * Responderunt Episcopi: Placet. * *Sard. cap. 5. G. 7. L. Carth. G. in princ. Carth. vi. in prin. L. Afr. in fi. L. Carth. c. 135. G. ex litteris ad Bonif. Papam. Ino par. 5. c. 27. decr.*

Cap. XVIII.

4. q. 5. quisquis. c. vlt. Si quis Episcopus accusetur, apud Primates prouinciæ accusator defeat causam, sed non prohibeatur à communione accusatus, nisi ad defensionem vocatus in iudicium electorum non compareat, &c. Si vero ad synodum anniuersarium omnium comparere noluerit, vt etiam illic causa terminetur; ipse se condemnasse videtur, &c. *Carth. cap. 19. G. Carth. 3. c. 7. L. Tullen. post sy. synod. Burch. li. 1. c. 160. Ino lib. 4. tit. 10. cap. 2. panor. & par. 5. c. 270. decr. Ans. li. 3. cap. 33.*

Cap. XIX.

c. 2. de iudi. Greg. & in 2. collect. De Quoduultdeo Centuriato † (*Episcopo*) qui cum aduersarius eius peteret, vt ad synodum ingrederetur, interrogatus, an vellet cum eo apud Episcopos experiri: prius quidem suscepit, † alia vero die id sibi non placere respondit: & recessit. Placuit omnibus Episcopis, vt nemo eidem communicet, donec causa (contra eum † expediatur. Episcopatum vero ei auferri ante finem causæ, nemini Christiano placere potest. *Carthag. 88. G. Mileu. c. 3. L. Afric. 54. L. Vide Felicem epist. 2. in princ. Hadr. c. 5. them. 3. ad Episcop. Mediom. Capitul. li. 7. in addit. c. 143. & c. 154. Burc. l. 1. c. 181. Ino p. 5. c. 297. decr.*

† Centuriensi. † promiserat. † eius.

Cap. XX.

Dist. 90. c. 1. Discordantes clericos Episcopus, vel ratione, vel potestate ad concordiam trahat; inobedientes synodus per audientiam damnet. *Carth. iv. c. 59. Burch. li. 2. c. 215. Ino par. 6. ca. 290. decr. Anselm. lib. 8. cap. 34. in addit. Cæsar. lib. 4. c. 112.*

Cap. XXI.

27. q. 1. c. 26. de filia. Episcopi, siue presbyteri, siue diaconi filia, si deuota fuerit, & peccauerit, & maritum duxerit: si eam pater, vel mater in affectum receperint, à communione habeantur alieni. Pater vero causas in concilio nouerit se præstaturum. *Tolet. i. c. 19. Mart. Brac. c. 30.*

Cap. XXII.

Episcopi dum conspiciunt iudices, ac potentes pauperum oppressores existere, prius eos sacerdotali admonitione redarguant; & si contempserint emendari, eorum insolentiam Regis auribus intiment, &c. Si quis autem Episcoporum id neglexerit, concilio erit reus. *Tolet. iv. c. 31.*

Cap. XXIII.

Si quis sacerdotum, secundum statuta concilii Valentini, ad humanda decedentis Episcopi membra venire commonitus, pigra voluntate distulerit; appellantibus clericis obeuntis Episcopi apud synodum, siue apud Metropolitanum Episcopum, tempore anni vnius, nec faciendi missam, nec communicandi habeat licentiam, &c. *Tolet. vii. ca. 3. Valent. in Hispan. cap. 4. Burch. lib. 1. cap. 16. Ino par. 5. c. 330. decr.*

Cap. XXIV.

Agapium, & Babonem Diuiensis vrbis Episcopos, pro eo, quod ipsos contra statuta canonum in multis conditionibus errasse, vel deliquisse cognouimus, ipsos iuxta tenorem canonum ab omni Episcopatuum eorum ordine decreuimus regradare. *Cabilon. cap. 19. in addit.*

Cap. XXV.

Si clerici vagi Episcopis suis canonice obedidire noluerint, excommunicentur vsque ad iudicium Archiepiscopi regionis illius, & si ille eos corrigere non valuerit; tunc omnino sub vinclis constringantur, vsque ad synodum, vt ibi eis indicetur, vtrum ad iudicium Domini nostri, aut ad istam magnam synodum afferantur sub custodia publica. *Magun. 22.*

Cap. XXVI.

Precamur, vt si aliquis deinceps accusator admissus fuerit aliquem excessum in Episcopali ordine rite reprehendere, & ad aures Imperiales perducere, vt non facile per cuiu. cumque personam officium tanti ministerii in aliquo vilescere videatur. Accusator itaque vti, sicut hactenus, delitescendo se subtrahere locum non habeat, sed neque accusatus; huius rei veritas synodali conuentui pateat; ibidemque omni occasione remota, vtrorumque examinatio secundum veritatem examinetur; vt quod quisque meretur, accusatus videlicet, siue accusator, pro merito canonicę disciplinæ subiaceat. *Aquisgr. ij. sub Ludou. par. vlt. c. 7.*

Cap. XXVII.

De Ebbone Archiepiscopo Remensi sua cõfessione damnato (*& deposito*) à se ipso, & à quadraginta & quatuor Episcopis, cuius damnatio confirmata fuit à Sergio Pontifice maximo. *Synodo Suession. apud Sanctum Medard. in causa Hincmari.*

Cap. XXVIII.

Statutum est in hac sancta, & vniuersali synodo, vt nullus Episcopus deponatur, nisi à duodecim Episcopis, presbyter à sex, diaconus à tribus, In concilio Carthaginensi cap. duodecimo, [Felix Episcopus dixit: Si quis Episcopus in reatum aliquem incurrerit, & non potest plurimos congregare Episcopos: ne in crimine remaneat, à duodecim Episcopis audiatur: & presbyter à sex, cum proprio suo Episcopo: & diaconus à tribus Episcopis audiatur. Et in eodem concilio cap. vigesimo: vt presbyter à sex, diaconus à tribus discutiatur Episcopis. Reliquorum clericorum 15. q. 7. c. 4. 3. q. 8. suggero, c. 2.

rum

rum causas etiam solus Episcopus loci cognoscat, & definiat. *Tribur. ca. 10. Carthag. 12. 20. G. Carth. ij. c. 10. L. Carth. iij. c. 4. L. Tullen. post ep. synodi. Burch. li. 1. c. 149. & li. 2. c. 205. Iuo par. 5. cap. 262. & par. 6. c. 280. decr. Ans. li. 2. c. 42.*

De appellatione ad synodum. Tit. XXXIX.

CAPVT I.

11. q. 3. c. 4. OSius Episcopus dixit: Quid me adhuc moueat, reticere non debeo. [Si Episcopus forte iracundus, quod esse non debet, cito, aut aspere commoueatur aduersus presbyterum, siue diaconum suum, & exterminare eũ de ecclesia voluerit: prouidendum est, ne innocens damnetur, aut perdat communionem. Et ideo habeat potestatem eiectus, vt finitimos interpellet Episcopos, vt causam suam audiant, & diligenter tractent: quia non oportet negari audientiam roganti: & ille Episcopus, qui aut iuste, aut iniuste eum eiecit, patienter accipiat; vt negotium discutiatur, aut probétur eius, aut emendetur sententia. *Nicæ. syn. ex Zosimo apud Carth. vi. c. 6. L. (quamuis illic ex Sardicensi dicatur L.) & in epist. ad Bonif. eiusd. concilij L. & ante canones Græcos Carthag. & c. 135. G. & in fine Afric. L. Sed vid. Sardic. ca. 14. G. vbi eadem sententia aliis verbis. 17. L. Iuo lib. 5. tit. 5. c. 4. panor. & par. 14. c. 15. decr. Ans. li. 3. c. 68. Cæsar. lib. 5. c. 48.*

Cap. II.

2. q. 6. c. 3. Omnis oppressus libere sacerdotum, si voluerit, appellet iudicium, & à nullo prohibeatur, sed ab his fulciatur, & liberetur. *Anaclet. ep. 1. ante fin.*

Cap. III.

Omnes partium nostrarum Ecclesiæ, omnes mansuetudini vestræ cum gemitibus, & lacrymis supplicant sacerdotes; vt quia & nostri fideliter reclamauerunt, & eisdem libellum appellationis Flauianus Episcopus dedit; generalem synodum iubeatis intra Italiam celebrari, &c. Quam autem post appellationem interpositam hoc necessario postuletur, canonum Nicææ habitorum decreta testantur, quæ à totius mundi sunt sacerdotibus constituta. *Leo epist. ad Theodos. ante Chalc. in fine.*

Cap. IV.

A sententia Episcopi ad vicinos Episcopos à clericis appellatur, ab eis ad synodos Africæ, vel ad Primates singularum prouinciarum. *Carth. 28. & 126. G. Mil. 22. L. Afri. 92. L.*

2. q. 6. c. 34. placuit. & 11. q. 3. presbyteri, 34.

Cap. V.

Clericus, qui Episcopi circa se districtionem iniustam putat, recurrat ad synodum. *Carth. iv. c. 66.*

11. q. 3. c. 30.

Cap. VI.

Ad synodos prouinciales, & œcumenicam licet à iudicibus prouocare., &c. *Carth. 138. G. Carth. vj. in fin. epist. ad Cælest. L. Hadr. ad Episc. Med. c. 12. Capit. lib. 6. cap. 287.*

Cap. VII.

Siquis Episcopi sui sententiæ non acquiescit, recurrat ad synodum. *Vasen. c. 5.*

Cap. VIII.

Si Metropolitanus à quocumque cõprouinciali Episcopo bis fuerit in causa propria appellatus, & eum audire distulerit; ad proximam synodum, quæ constituetur, negotium suum in concilium licentiam habeat exerendi: & quidquid pro iustitia à comprouincialibus suis statutum fuerit, studeat obseruare. *Aurel. v. c. 17. in fi.*

Cap. IX.

Si amplius tertia parte Episcopus acceperit, per concilium restauretur, appellantibus ipsi conditoribus, aut propinquis eorum, si decesserint. *Tolet. iiij. c. 32. Raban. c. 32. de pœn. Burc. l. 3. c. 203. Iuo p. 3. c. 255. decr.* 16. q. 1. consuetum. 60.

Reconcilientur in synodo Episcopi, vel clerici dissidentes. Tit. XL.

CAPVT I.

DIssidentes Episcopos si non timor Dei, synodus reconciliet. *Carth. iiij. c. 25. Burc. li. 1. c. 62. Iuo par. 5. c. 172. decr.* Dist. 90. c. 6.

Cap. II.

Discordantes clericos, Episcopus vel ratione, vel potestate ad concordiam trahat: inobedientes synodus per audientiam damnet. *Carth. iiij. c. 59. Burc. li. 2. cap. 215. Iuo par. 6. c. 290. decr. Ans. li. 8. c. 34. in addit. Cæsar. li. 4. c. 112.* Dist. 90. c. 1.

Cap. III.

Si consacerdotes mediantibus fratribus reconciliari neglexerint, cum ad synodum venerint, non solum reatum coram ea se cognoscant incurrere; verum etiam congruæ pœnitentiæ intelligant vindictam subire. *Turon. ij. cap. 2.*

De pœna, qua afficitur, qui synodo non obtemperat. Tit. XLI.

CAPVT I.

SI procedente tempore animale † aliquod peccatum circa personam inuentum fuerit, & à duabus, vel tribus personis conuincatur, cesset, qui talis est à clero. Qui aduersus hæc fecerit, vti contraria magnæ synodi ausus de clero periclitetur. *Nic. 2. Mart. Brac. cap. 22. Ioan. viij. in ep. lecta in viij. fine ix. syn. CP. Iuo in prol. panor. & decr.* Dist. 48. c. 1. quoniã multi † mortale.

Cap. II.

Fraternitatem tuam negligentiæ merito argui putamus, quod de castitate clericorum, sicut nobis relatum est, præceptis Romanæ synodi, cui interfuistis, inobediens vsque hodie videatis. *Greg. viij. li. 1. reg. ep. 33.*

Cap. III.

Si Episcopus à synodo depositus, vel pres-

11. q. 3. *si quis c.* 6. & 7. byter, aut diaconus à suo Episcopo audeat ministrare; spem restitutionis amittat in alia synodo; neque quicquam possit pro se allegare, sed omnes cum eo communicantes abiiciantur ab Ecclesia, maxime si causam norint. *Antio. 4. refertur v. syn. act. 1. Aquisgr. 47. Mart. Brac. 37. Nicol. epist. 2. ad Mich. Imp. Capit. lib. 1. cap. 7. Burch. lib. 1. cap. 199. Inop. 5. cap. 362. decr. Anselm. li. 12. cap. 26. Caesar. lib. 14. cap. 27.*

CAP. IV.

21. q. 5. c. 1. & 5. *si quis.* Si depositus presbyter, vel diaconus à suo Episcopo, aut Episcopus à synodo, molestare audeat aures Imperatoris ad maiorem Episcoporum synodum veniatur, & quæ iusta sunt, accipiat; proferatque coram pluribus Episcopis; & eorum examen, atque iudicium consequetur. Si hos contemnat, & molestet Imperatorem, venia indignus sit; neque defensioni, aut restitutioni est locus. *Antioc. 12. Mart. Brac. ca. 35. Vide Aquisgr. 74. Burch. lib. 2. cap. 180. Ino par. 6. c. 225. decr. Ans. lib. 5. cap. 74. in addit.*

CAP. V.

Monasteria tam virorum, quam puellarum, secundum ordinem regulariter viuant. Et si hoc facere contempserint; Episcopus emendet. Quod si nec ipse, nec Metropolitanus potuerint, res ad synodum deferatur. Et si publicam synodum contempserint; aut honorem suum perdant, aut excommunicentur ab omnibus Episcopis. *Vernen. c. 5.*

A synodis damnatos, & eiectos, Pontifex Max. restituit, & alia acta rescindit. Tit. XLII.

Vide libro primo titulo nono, de restitutione damnatorum, & eiectorum à synodis. Adde cap. vnicum.

QVod firmauit in synodo sedes Apostolica, hoc robur obtinuit: quod refutauit, habere non potuit firmitatem; & sola rescindit, quod præter ordinem congregatio synodica putauerat vsurpandum. *Gelas. in tomo de anathem. vinculo, post med.*

De synodis damnatis, Tit. XLIII.

PARS PRIMA.

De synodo Ariminensi Arianorum.

CAPVT I.

Dist. 15. sancta p. in principio c. 3. ARiminensem synodum à Constantio Cæsare Constantini filio congregatam mediante Tauro Præfecto, in æternum confitemur esse damnatam. *Gelas. & syn. lxx. Episcopor. post med. Burch. lib. 3. cap. 221. Ino lib. 2. tit. 11. c. 36. panor. & par. 4. c. 65. decr. Caesar. lib. 2. cap. 23.*

CAP. II.

Non liceat ab impiis Arianis baptizatos denuo baptizare, cum hoc fieri Apostolus vetet, & canones contradicant; & post cassatum Ariminense concilium missa ad prouincias à vener. mem. præd. meo Liberio generalia decreta prohibeant, &c. *Syric. ep. 1. cap. 1. ad Enmerium Tarracon.* *Ephes. 4. b.*

CAP. III.

Quicumque Ariminense concilium ex toto corde non respuerit, & damnauerit; anathema sit. *Toletan. iij. ante canones.*

PARS SECVNDA.

De synodo Ephesina, secunda Dioscori.

CAP. IV.

In notitiam nostram, quæ Ephesi contra opinionem omnium sunt acta, perlatis, magno animum nostrum fatemur mœrore confusum; nec tantum licuisse iniquitati, facile potuissemus credere, nisi filius noster Hilarius diaconus, qui à nobis vice nostra cum aliis, vt interesset synodo, missus fuerat; fugiens reuertisset, declinans ne iniustæ particeps esset sententiæ. Quippe cum vox illic à nostris contradictionis emissa sit, quam (*Dioscorus*) Alexandrinus Antistes, qui totum solus ibi potentiæ suæ vindicauit, audire contempsit; in consortium suæ voluntatis inuitos protrahens sacerdotes, vt per vim coacti subscriberent, qui nullam damnationis (*Flauiani CP.*) causam idoneam reperissent, &c. *Leo, & syn. Rom. ep. 21. ad clerum, & plebem CP. in principio.*

CAP. V.

Leo Episcopus, & sancta synodus, quæ in vrbe Roma conuenit, clero, honoratis, & plebi consistenti CP. Licet de his, quæ in concilio Sacerdotum apud Ephesum gesta memorantur, multus nos mœror afficiat; eo quod sicut consonans fama dispersit, & ipso rerum monstratur effectu; nec iustitiæ illic moderatio; nec fidei est seruata religio: de vestræ tamen deuotionis pietate gaudemus, &c. *Leo ep. 22. in principio.*

CAP. VI.

Comperimus non incerto nuntio, sed fidelissimo rerum, quæ gestæ sunt, narratore Hilario diacono nostro, qui vix ne subscribere per vim cogeretur, effugit, conuenisse ad synodum (*Ephesinam*) plurimos sacerdotes; quorum vtique frequentia consultationi, † & iudicio profuisset, si is, qui sibi locum principalem vendicabat, sacerdotalem moderationem custodire voluisset; vt, sicut moris est, omnium sententiis ex libertate prolatis, id tranquillo, & æquo cōstitueretur examine; quod, & fidei congrueret, & errantib. subueniret. In ipso autem iudicio non omnes, qui con- † collationi

uenerant, interfui... nouimus: nam alios reiectos, alios didicimus intromissos, qui pro supradicti sacerdotis (*Dioscori*) arbitrio, impiis subscriptionibus captiuas manus dederent; & nociturum statui suo scirent, nisi imperata fecissent, talemque ab ipso prolatam esse sententiam, vt dum homo vnus impetitur, in omnem Ecclesiam sæuiretur. *Leo, & syn. Rom. ep. 23. ad Theodosium Augustum, post princ.*

Cap. VII.

Quæ, congregata apud Ephesum synodo, sopienda, & sananda pacis remedio † crede- † reme-dia. bantur, hæc non solum in maiora pacis dispendia; sed quod nimis dolendum est, etiam in ipsius fidei, qua Christiani sumus, excidia proccesserunt, &c. *Leo, & syno. Rom. epist. 24. ad Pulcheriam Augustam, post prin. Vide etiam de hac eadem pseudosynodo Ephesina Leonem ep. 12. 13. 14. 25. 26. 27. 28. 30. 41. 49. 70. vbi grauiter in ipsam pseudosynodum, & in Dioscorum Alexandrinum inuehitur. Vide etiam Chalced. act. 1. vbi illius acta commemorantur, & act. 2. & 3. vbi multa de hac pseudosynodo, & de Dioscoro, & ipsius damnatione.*

PARS TERTIA.

De pseudosynodo CP. Iconomachor. sub Constantino Copronymo Imp.

Cap. VIII.

Multa de pseudosynodo CP. quæ ab Iconomachis contra imagines fuit habita. *Nicæn. ij. variis in locis, & inprimis act. 6. vbi longam illius refutationem inuenies.*

Cap. IX.

Conciliabulum (*Iconoclastarum*) Caiaphicum inuentum est. Hoc enim contra Dominum conflatum est: sed Iconoclastarum aduersus eius imaginem conciliabulum, liberationem nostram per Christum factam, sibi, & aliis inscripsit. Hoc autem consilium profundum, non per Christum cœpit: confœderationes iniit, sed non per spiritum illius; quia ornatum venerandorum templorum sustulit. In hoc conciliabulo nullus inuenietur, qui imaginem ad similitudinem Dei ferat; quia imaginem Domini, & sanctorum illius ignominiose confringentes, igni tradiderunt. Hoc conciliabulum insania, & dementia occasionem dedit multarum, & Sathanicarum cædium. Hoc conciliabulum falso nomen sibi assumpsit sacerdotale, & sacrum concilium. Improba enim, & profana mente conflatum est. Hoc conciliabulum nos habet intéperans, spiritu autem falso Christum, & veritatem simulauit, mendaciis vero in totum est confisum. Hoc conciliabulum catholica Ecclesia, tanquam zizania ex area Dominica, hoc est, Ecclesia catholica, extirpauit, & sputo diuini iudicii eiecit. Itaque ex Ecclesia catholica ablatum est, &c. *Nicæ. ij, in ep. ad clericos CP. in medio.*

Cap. X.

Quod scriptum est. Quoniam non est iam Propheta, & nos non cognoscet amplius. Pro hæreticis illis, qui in pseudosyllogo sub Constantino quondam hæretico Imper. glorian- *Psal. 73.* tes se aliquid sapere, & intelligere, nescientes tale, isti psalmifice dixerunt, coæquantes eos Iudæis, &c. *Hadr. ad Carolum Regem de imaginibus cap. 19. Vide ibid. cap. 21. 38. in fine, 39. 52. & 55.*

Cap. XI.

Duos libros margentatos, eo quod quidam de imaginibus in his continebatur, comburentes, & alterius libri duo folia præciderunt. Responsio. Hoc proprium hæreticorum factum demonstratur, quemadmodum in eorum pseudosyllogo sub quondam Constantino hæretico Imper. deliraucrunt, &c. *Hadr. c. 77. al. 6. ad Carolum.*

Cap. XII.

Ita & ipsi in eiusdem synodi (*Nicæna ij.*) definitione confessi sunt. His osculum, & honorabilem salutationem reddere, nequaquam secundum fidem nostram, veram culturam, quæ decet soli diuinæ naturæ. Insuper pseudosyllogum illud, quod ab hæreticis factum est, sub Constantino hæretico Imp. anathematizantes, cum eorum sequacibus, atque complicibus damnauerunt, &c. *Hadrian. ad Carol. c. vlt.*

PARS QVARTA.

De pseudosynodis CP. Photij.

Cap. XIII.

Quoniam quidem apparuit, Photium, post prolatam contra se iustissimam sententiam, & damnationem à sanctissimo Papa Nicolao, propter nequissimam inuasionem CP. Ecclesiæ, cum aliis malis operibus suis, etiam quosdam nequam, & adulatores de plateis, & vicis inuenisse, & Vicarios hos sanctissimarum trium Patriarchalium sedium Orientis nominasse, atque cum his ecclesiam malignantium, & concilium vanitatis colligens, depositorias accusationes, & etimina contra beatissimum Papam Nicolaum commouisse, & anathema procacirer, & audacter contra eum, & cunctos communicātes ei, sæpe promulgasse; quorum quasi monumentorum libros, nos quoque vidimus, ab ipso maligno opere, ac fallaci dictatione confutos, qui etiam synodi ce ab igne consumpti sunt: huius rei gratia, &c. anathematizamus prædictum Photium etiam propter huiusmodi causam, &c. *Syn. viij gen. CP. sub Hadr. ij. c. 6.*

Cap. XIV.

Photius, qui ex † schismaticorum, & se à sanctæ communionis participatione auertētium parte esse dignoscitur, &c. deinde cum dānatis & anathematizatis, &c. communicans, &c. cōgregauit concilium, & vna cum sequacib. suis

depositis, & damnatis, excommunicatis, & anathematizatis, & alijs sine sedibus, &c. contra eundem Ignatium depositionem tacere, & anathema dicere ausus est. Deinde Apostolicæ sedis Missos, &c quibus potuit argumentis à nostris mandatis auertere, more Acacij quondam CP. hæretici Patriarchæ præsumpsit. & ad processionem, † quæ ei cum patribus suis habebatur, &c. ad damnatorum, & schismaticorum communionem contempta legatione,&c. pertraxit,&c. Hæc, † & his similia contra Euangelica, Apostolica, Prophetica, atque Canonica instituta asserens, † sit Dei omnipotentis, & beatorum Apostolorum Principum Petri, & Pauli, & omnium simul sanctorum, atque venerandorum sex vniuersalium Cōciliorum auctoritate, nec non & Spiritus sancti per nos iudicio, omni sacerdotali honore, & nomine alienus, &c. *Nicol. in syn. Rom. cap. 1. refertur in registro post epist. ad Photium, encip. Postquam beato, & in epist. ad Episcop. & clerum CP. incip. Ea, quæ nuper relata in viij. synod. CP. sub Hadr. ij. actio.7.*

† profes-sionem.

† ob hæc.

† sit effe-ctus.

CAP. XV.

Conciliabulum vanitatis à Photio, & huius auctore Michaële tyrannice imperante Constantinopoli, nuper aduersus Apostolicæ sedis reuerentiam, & priuilegium, congregatū, vtpote veritatis inimicum, & omni falsitate repletum, quin & sibi consentientium animas interficiens, Ephesino latrocinio comparandum fore statuimus: & ipsius execranda gesta, quibuscumque habeantur monumentis inserta, &c. penitus abolenda decernimus; ita vt igni tradantur, & anathemate perpetuo percellantur. Similiter, & de cæteris scripturis, quæ viris iam nominatis auctoribus, contra eandem sedem, tempore diuerso sunt editæ, gerendum, modis omnibus definimus, De conuenticulis contra Ignatium Patriarcham collectis, similiter abolendis; pari etiam modo de conuenticulis ab eisdem viris, Michaële videlicet Imperatore, seu Photio Constantinopolitano inuasore aduersus fratrem, & coëpiscopum nostrum Ignatium factione collectis, deliberamus, &c. *Hadr. ij. in syn. Rom. c. 1. apud syn. viij. gener. CP. act.7.*

CAP. XVI.

De iis, qui eidē impio conciliabulo consenserunt, vel scripserūnt, si decreta decessoris mei sicuti fuerint, & ad reuerendi Patriarchæ Ignatij repedauerint, atque idem conciliabulum anathematizauerint, atque monumenta illius, vel exemplaria inuenta cremauerint; Ecclesiæ Communione fruantur; alias autem, nec hac digni reperiantur. *Hadr. ij. in syn. Rom. c. 3. apud syn. viij. gener. CP. act.7.*

CAP. XVII.

Quamdiu post notitiam huius Apostolicæ sanctionis, sibi prolata monumēta, vel exemplaria gestorum ipsi[illegible] execrandi conciliabuli, penes se quis quam retinens cælauerit, vel defenderit, & non potius populauerit, vel igni tradiderit; tamdiu anathemate constrictus cōmunionis Christi munere careat. Quinimmo, si clericus est, qui postremum hæc, vel cælare, vel defendere conuictus fuerit; gradum, quo potiebatur, amittat, &c. *Hadr. 2. in syn. Rom. c. 4. apud syn. viij. gener. CP. act.7.*

CAP. XVIII.

Quia codex, in quo execrationes illius nefandi conciliabuli scriptæ sunt, &c. apud nos hactenus retinetur; prouidendum ducimus, quid de illo faciēdum ratio dictet, &c. Codex iste à schismatico, Dioscorum in hoc imitāte, Photio fictus, ac totus mendaciis, & peruersis dogmatibus fabricatus existit; hunc æque, ac illa perpetuo anathemati duco subdendum, & contemplantibus cunctor. & præcipue Græcorum legatis, igni traditum, in cineres quoque conijcio redigendum; quatenus, nec simpliciorum puritas illius cōtagione polluatur, nec fidelium mentes huiusmodi colluuione quoquo modo saucientur. A planta quippe pedis, vt ita dixerim, vsque ad verticem eius non est vlla in eo sanitas. Honorandum concilium per famosissimum † Episcopum sanctæ Portuensis Ecclesiæ, exclamauit in hæc verba: Pia consideratio summi Pontificis, iustā sententia vniuersalis Ecclesiæ Præsulis, omnibus placet; omnes ita dicimus; omnes ita volumus; omnes hoc rogamus, omnes hoc totis præcordiis consentimus. *Syn. Rom. sub Hadr. ij. allocut. ij. apud syn. viij. CP. gen. act.7.*

† Formosum.

CAP. XIX.

His manifeste repertis apparet, comministrum nostrū Ignatium per Imperialem tantummodo sententiam nullo modo potuisse prorsus expelli. In cuius dānatione, quia Præsulum quoque assensus est subsecutus; apparet id causā fuisse patratum adulationis, non legitimæ sanctionis, &c. Sicut gesta illius latrocinalis synodi, quæ nobis per Leonem, &c missis, indicant, &c. *Nic. in ep. ad Mich. Imp. incip. Proposueramus, prope fin. Ansl. li. 1. c. 72.*

Dist. 96. c. 7. satis in fine.

CAP. XX.

Volumus illic numerosum celebrari concilium, &c. in quo videlicet facto cœtu execrādi vanitatis concilij, quod aduersus sedis huius (*Pontificem*) actum est, &c. cuncta decernimus exemplaria prorsus à possessoribus suis ablata, contemplantibus cunctis igne cremari; nec superesse apud quemlibet ex his omnibus saltem vnum iota, vel vnum apicem; nisi forte quis totius clericatus, immo totius nominis Christianitatis anathemate perculsus carere voluerit. Non enim tam detestandum collegium, nisi Ariminensi sub Constantio, vel Ephesino à Dioscoro congregato latrocinio comparandum decernimus. *Hadr. ij. ad Basil. Imp. apud syn. gen. CP. act. 1. in med.*

CAP. XXI.

Synagogas malignantium, immo speluncas latronum, & conuenticula sanguinum, & fabricatorum mendacij, atque inuentorum

peruersorum dogmatum, quas sub Michaële Imperatore bis contra beatissimum Patriarcham Ignatium, & semel aduersus Apostolicum Principatum factiose conspirauerunt, insolubilibus anathematis nexibus innodamus: ea defendentes, vel impia gesta ipsorum celantes, & non potius, si hæc inuenerint, concremantes, & anathematizantes, vsque ad satisfactionem, & obedientiam, dignos eadem anathematis sententia iudicamus. *Libellus datus ad Hadr. ij. Legatis apud syn. viii. gener. CP. act. 1. in med.*

CAP. XXII.

In actione octaua tractatum est de abolendis chirographis iniustis, & vniuersis actis conciliabulorum, quæ à Photio contra Papam Nicolaum, & Patriarcham Ignatium patrata sunt: quæ vniuersa præcepto Imperatoris, & synodi combusta sunt. *viij. syn. CP. sub Hadr. ij. act. 8. in prin.*

CAP. XXIII.

Photius persuaso Imp. (*Michaële*) subministrante Barda congregauit concilium quorundam Episcoporum adulatione sibi, vel timore fauentium, & eundem Ignatium deposuit, & anathemate perculit, &c. Petuenientibus Missis Apostolicæ sedis CP. & concilio congregato, Græci Epistolas (*Nicolai*) suscipientes, quidquid in eis erat pro Ignatio, & contra Photium, inuerterunt, subtraxerunt, & in concilio legi minime pertulerunt, Missis Romanis, &c. nullatenus intelligentibus, &c. Ignatius in medium trahitur, &c. & denuo damnationi submittitur, & sacerdotalibus infulis spoliatur, &c. Et postea: Quod horribilius est, conciliabulum præsidente Michaële Imp. collegit, falsos homines, quasi vicarios Orientalium sedium format, accusatores muneribus armat, & mendaciis constituit, &c. excessus quosdam quasi Prælati summi Pontificis (*Nicolai*) fingit, impingit, & sicut putabat, damnatione, simul & anathemate punit, &c. mendacium codicem cōpilat mille circiter Antistitum subscriptiones falsas interserit, sibi nemine consentiente, &c. exceptis vno & viginti Præsulib. &c. *Anast. bibl. in præf. viii. syn. CP. sub Hadr. ij.*

CAP. XXIV.

Profanum codicem, in quo continebantur gesta conciliabuli, quæ Photius aduersus Apostolicæ memoriæ Papam Nicolaum falso fuerat commentatus, &c. tibi præclaro successori eius Domine iunior Hadriane Præsul, eximie, sedis Apostolicæ gubernacula egregie moderanti (*legati Imp. Basilij*) præsentant, qui, &c. iniurias propriæ sedis protinus vindicasti: nam synodo mox apud beatum Petrum collecta, profanum codicem illum cremari censuisti, & ita fieri apud Constantinopolim, si qua exemplaria eius ibidem inuenirentur, iure mandasti, quod & factū est. *Anast. bibliothecarius in d. proœmio syn. viij. sub Hadriano ij. in med.*

PARS QVINTA.

De synodo quadam Romana, in qua damnatus est Formosus Papa.

CAP. XXV.

Synodum tempore piæ recordationis sexti Stephani Papæ decessoris videlicet nostri celebratam, in qua venerabile corpus Formosi venerabilis Papæ de sepultura violata per terram tractum est, & quasi ad iudicium deductum iudicari, & damnari præsumptum est; quod nunquam decessorum nostrorum temporibus fuisse auditum est, penitus abdicamus; & ne vlterius præsumatur fieri per quodlibet † Spiritus sancti iudicium † interdicimus, &c. Episcopi, presbyteri, & reliquus clerus, qui eidem synodo interfuit, quia veniam petentes coactos se terroris metu, ac formidine interfuisse confessi sunt, prece sanctæ synodi eis indulsimus. *Rauenn. sub Ioanne ix. cap. 1. & 2.* †quamlibet. †iudicio f.

CAP. XXVI.

Ea, quæ de ipso concilio (*contra Formosum*) scripta esse noscuntur, quoniam irrita, & contra canonicam auctoritatem præsumpta sanxistis, decernimus vna cum vestro consultu omnium vestrum, si placet, igne cremetur, sicuti de latrocinali Ariminensi synodo, & Ephesina secunda scriptum continetur de his, quæ contra sanctissimum Papam Leonem ab hæreticis acta sunt, & secundum quod tempore Domini Hadriani iunioris Papæ synodali conuentu illa, quæ contra dominum Nicolaum beatissimum Papam Constantinopoli nequiter acta fuerant, igne cremata in sancta Romana Ecclesia constat fuisse. *Rauenn. sub Ioann. ix. cap. 7.*

PARS SEXTA.

De aliis conciliis inutilibus, & damnatis.

CAP. XXVII.

Concilium Carthaginense B. Cypriani de hæreticis rebaptizandis, & baptizatis ab eis, quod non improbat synodus Trullen. c. 2. sed illo tempore tantum vires obtinuisse ait. Cypriani opinionem tamen refert Basil. c. 1. ad Amphilo. non tamen sequitur eam indistincte, sed in quibusdam recipit. Item CP. syno. c. 7. Vide Apost. c. 46. & 47. & 68. & Syrici. ep. 4. apud conc. Telen. idem ep. 1. c. 1. & Inn. ep. 2. c. 8. & ep. 18. c. 3. & ep. 22. c. 4. & 5. Carth. j. c. 1. & c. 14. Carth. iij. c. 38. Cypr. li. 2. ep. 1. ad Steph. Papam, & in ep. ad Iubaianum, & in ep. ad Pompeium, in qua verba Stephani contraria huic concilio refert.

CAP. XXVIII.

Domino beatissimo, & honorabili Patri Iulio Apostolicæ sedis venerabili Episcopo Eusebius, Theognius, Theodorus, & Berin-

thus vna cum reliquis fratribus, & coepiscopis nostris in Antiochia congregatis. Licet circa omnes, &c. Optaremus vos nobiscum concordare, & quos à communione suspendimus, à vobis esse suspensos, &c. Nec solum in his, nobis contumeliam irrogatis; sed etiam in his, quod concilia nostra dissoluitis, neque ea rata finitis esse. Sunt namque à nobis, & maxime à totius Orientis Episcopis damnati Athanasius Alexandrinus, Paulus CP. Marcellus Ancyræ, Asclepius Gazæ, Lucianusque Hadrianopolites, &c. Inter sacerdotes maximam generantes discordiam, quod consubstantialitatis vocem, quæ scripta non inuenitur, in fidei doctrina posuissent, &c. Et postea. Nec hæc, quæ prædicta sunt, solummodo Athanasio, & sequacibus eorum irrogamus; sed etiam quod contra regulam egerit, quam nos decreueramus; quia non decreto communi concilij Episcoporum recepit sacerdotium, &c. cum dudum decretum fuisset, nullum à pauciore numero restitui debere, quam depositum fuisse constaret, &c. *Eusebius, & alij in synodo Antioch. ad Iulium. Antio. cap. 12.*

Ariani rum episcoporum spendosum. hoc scribit.

CAP. XXIX.

Iulius sanctæ Romanæ, & Apostolicæ Ecclesiæ Episcopus Eusebio, Theognio, Theodoro, Berintho, & cæteris Orientalibus Episcopis. Decuerat vos, &c. Vnde iam silentio non teguntur, quæ vestro in concilio turbulenter, atque cum tempestate decreta sunt, &c. Et postea. Vellem vos magis ad iam dictam canonicam conuenire vocationem; vt eoram vniuersali concilio redderetis rationem; cur synodum ad statum Ecclesiarum, & fratrum in Antiochiam subuertendum, & Nicæni magni concilij destructionem, fecistis: aut cur nobis inconsultis Episcopos in eam conuocastis, &c. Quibus ita gestis scripsi vobis, & omnibus qui in Antiochiam contra Apostolicam, canonicamque regulam nobis inconsultis fueratis congregati; arguens vos primum de iniuriis litterarum, deinde cur Athanasium, suosque consectarores ad vestrũ concilium conuocassetis, &c. Et postea cap. 29. De receptione vero sedis, & sacerdotij, atque honoris, quæ dixistis Athanasium absque concilij decreto suscipere, non ita inuenimus, &c. Quod enim scripsistis, non eum posse à pauciore numero Episcoporum restitui, quam depositus fuerat: non ita est, nec hæc regula orthodoxorum sanctæ Ecclesiæ est Episcoporum, sed Arianorum, sociorum videlicet vestrorum, &c. Nam quando Antiochiæ pro damnatione fidei de consubstantialitate prolata, fuistis congregati; odio prædicti Athanasij hanc regulam protulistis; quæ nullas habet vires, nec habere poterit; quoniam nec ab orthodoxis Episcopis hoc concilium actum est, nec Romanæ Ecclesiæ negatio interfuit, &c. *Iulius epist. 2. in prin. c. 29. Ansel. lib. 2. cap. 47.*

Dist. 17. regula. c. 2.

CAP. XXX.

Constantius Imp. vna cum Vrsatio, & Valente conuocauerunt aliquos, qui ex fæce Ariana erant, & quasi facto concilio misit, & reuocauit Liberium de cœmeterio B. Agnetis, vbi sederat. Et ingressus Romam, in ipsa hora Constantius August. fecit concilium cum hæreticis, simul etiam cum Vrsatio, & Valente, & eiecit Felicem de Episcopatu, qui erat Catholicus, & reuocauit Liberium. *Damas. in Liberio.*

CAP. XXXI.

Dilectissimis fratribus vniuersis Episcopis, qui illicita vocatione Ioannis CP. Episcopi ad synodum CP. conuenerunt, Pelagius. Manifesto, sicut optauimus, &c. Relatum est ergo ad Apostolicam sedem, Ioannem CP. Episcopum, vniuersalem se subscribere, vosque ex hac sua præsumptione ad synodum conuocare generalem, &c. Quapropter quidquid in prædicto vestro conuenticulo, quia synodus taliter præsumpta esse non potuit, statuistis, ex auctoritate S. Petri, &c. præcipio, omnia, quæ ibi statuistis, & vana, & cassata esse, ita vt deinceps nunquam appareant, &c. *Pelag. ij. epist. 1. in prin.*

Communia de conciliis. Tit. XLIV.

CAPVT I.

Non licet ab impijs Arianis baptizatos denuo baptizare, cum hoc fieri & Apostolus vetet, & canones contradicant, & post cassatum Ariminense concilium missa ad prouincias à venerandæ memoriæ prædecessore meo Liberio generalia decreta prohibeant, quos nos cum Nouatianis, aliisque hæreticis, sicut est in synodo constitutum, per inuocationem solam septiformis Spiritus, Episcopalis manus impositione, Catholicorum conuentui sociamus, quod etiam totus Oriens, Occidensque custodit, à quo tramite vos quoque posthac minime cõuenit deuiare, si non vultis à nostro collegio, synodali separari sententia. *Syrici. ep. 1. cap. 1. ad Eumerium Tarracon.*

Ephes. 4. b.

CAP. II.

Exposcite, vt petitioni nostræ, qua plenariam indici synodum postulamus, clementissimus Imperator dignetur annuere. *Leo, & syn. ep. 11. alias 22. ad Constantinopol. in fine.*

CAP. III.

Credebamus, clementiam vestram id desiderio nostro posse præstare, vt præsenti necessitate respecta, differri ad oportunius tempus sacerdotalem synodum iuberetis; vt vocatis de cunctis prouinciis sacerdotibus vere posset esse vniuersale concilium. *Leo epist. 47. ad Marcianum Imperat. in prin.*

CAP. IV.

Maiores nostri diuina inspiratione cer- 24. q. 1. c. 2.

† ri † quod acta. † decre- uisset. † recrata- tionibus. nentes, ne... ssarie præcauerunt, ne † contra vnamquamque hæresim (coacta semel † synodus pro fidei communione, & veritate catholica, atque Apostolica promulgasset, † non sincrent nouis post hæc retractationibus † mutilari, ne prauis occasio præberetur, quæ medi... tet fuerant statuta, pulsandi, &c. Ponamus tamen, etiam si nulla synodus præcessisset: cuius Apostolica sedes recte fieret 24 q.3.c. 36. executrix, [cum quibus erat de Acacio synodus ineunda? &c. Catholici Pontifices fuerant vndique iam depulsi, solique remanserant socij perfidorum, cum quibus iam nec licebat habere conuentum, &c. *Gelas. epist. 6. ad Episcop. Dardan. in princip. & med. Anselm. lib. 12. cap. 69.*

CAP. V.

In synodo Hipponensi constitutum est, vt prouinciæ tempore synodi visitentur, & de visitatione Mauritaniæ. *Vide Carthag. 53. G. Afri. 19. L.*

CAP. VI.

Ne diutius synodus haberetur, & difficilius omnes conuenirent, placuit ternos iudices in singulis prouinciis à synodo eligi. *Carthag. 128. G. Mil. 27. L. Afri. 94. L.*

CAP. VII.

Dist. 50. placuit. 67. † cilicio Eum pœnitentem dicimus, qui post baptismum, aut pro homicidio, aut pro diuersis criminibus, grauissimisque peccatis, publicam pœnitentiam gerens, sub concilio, † diuino fuerit reconciliatus altario. *Tolet. i. cap. 2. Mart. Brac. cap. 23. Burch. lib. 2. cap. 37. Iuo. lib. 3. tit. 5. cap. 20. panor. & part. 6. cap. 138. decr. Anselm. lib. 7. cap. 26.*

CAP. VIII.

Dist. 51. qui in aliquo cap. 5. prope fin. Quicumque deinceps ad ordinem sacerdotij postulatur, &c. & examinatus, probabilis vita, atque doctrina extiterit, tunc secundum synodalia, vel decretalia constituta, &c. in sacerdotem die Dominica consecrabitur. *Tolet. iv. c. 18.*

CAP. IX.

Hoc sacratissima statuit synodus; vt in omni concilio Episcoporum Hispaniæ, vniuersalis concilij decretum, quod propter Principum nostrorum est salutem constitutum, peractis omnibus in synodo publica voce debeat pronunciari, &c. *Tolet. v. c. 7. Vide Tolet. iv. cap. 74.*

CAP. X.

Cum nihil in diuino canone debeat esse confusum, nihil dubium, nihil etiam indiscretum, in collatione nostri cœtus relectus est canon Toletani concilij primi (14.) &c. *Tolet. xi. cap. 11.*

CAP. XI.

Scitis, quia in præteritis temporibus Imperatores erant, qui congregabant synodos, & ex toto terrarum orbe Vicarios, & dispositionem huiusmodi causarum colligebant. Quorum more, & Dei cultor Imperator noster hanc synodum fecit, non in abstruso, neque in clandestino, sed euidenter, ac manifeste. *Helias Presbyter Vicarius throni Hierosol. apud synod. viij. C P. gener. act. 5. sub Hadrian. ij. post med.*

CAP. XII.

Quando ad † Prouinciale † Episcoporum concilium ventum fuerit, vnusquisque rectorum scholasticos suos eidem concilio adesse faciat, vt suum solers studium circa Diuinum cultum omnibus manifestum fiat. *Parisien. sub Ludouico, & Lothario lib. 1. c. 30.*

CAP. XIII.

Nigesio Episcopo, vel vniuerso concilio Lucensis Ecclesiæ Martinus Episcopus. Canones sancti, qui in partibus Orientis ab antiquis Patribus constituti sunt, Græco prius sermone conscripti sunt, postea autem succedenti tempore in Latinam linguam translati sunt, &c. *Mar. Brac. in prol.*

De synodis Episcopalibus. Tit. XLV.

CAPVT I.

Sicut olim à sanctis Patribus noscitur institutum, Metropolitani singulis annis cum suis suffraganeis Prouincialia non omittant concilia celebrare, &c. Quod statuerint, faciant obseruari, publicantes ea in Episcopalibus synodis annuatim per singulas diœceses celebrandis, &c *Innoc. iij. in concil. gener. Later. cap. 6.* De accus. c. 25. Gr. ix. & c. 5. eo. tit. in 4. coll.

CAP. II.

Presbyteri, qui in diuersis locis, baptisteriis, vel quibuscumque sacris oratoriis ordinantur, instanter, ac inexcusabiliter ad concilium diœcesis Episcopi occurrere, secundum sanctorum statuta Patrum decernimus. Hi autem, qui colonatus possessiones retinent, nihilominus volumus ad Episcopi indifferenter conuenire concilium. Nam si per contumaciam se quasi in alterius potestate subtraxerint, & proprio non subiiciantur Episcopo; canonicis correctionibus subiaceant. *Romae. sub Leone iv. c. 40.*

CAP. III.

Quando vel ad litanias, vel ad concilium venerint presbyteri, qui in parochiis ordinantur, rationem Episcopo suo reddant, qualiter susceptum officium celebrent, vel baptizent. *Tolet. iv. c. 25. Iuo li. 3. tit. 2. c. 16. pan. & part. 3. c. 129. decr. Ansel. li. 7. c. 104.* Dist. 38. c. 2.

CAP. IV.

Episcopus, qui mancipium iuris ecclesiæ, non retento ecclesiastico patrocinio, manumitti desiderat: duo meriti eiusdem, & peculii, coram concilio ecclesiæ, cui præeminet, per commutationem, subscribentibus sacerdotibus offerat, &c. *Tolet. iv. c. 67. Burch. li. 3. c. 176. Iuo. par. 3. c. 237. decr.* 12. q. 2. c. 58.

CAP. V.

Omnes presbyteri ad concilium Episcopi sui conueniant. *Vernen. ca. 8.*

CAP. VI.

A sanctis Patribus institutum est, vt quando ad concilium venerint presbyteri, rationem Episcopo suo reddant, qualiter susceptum officium, vel baptismum celebrent. *Arelat. sub Carolo c. 4.*

CAP. VII.

Monachus, qui Ecclesiam parochialem habet, conuocatus ad synodum veniat. *Magun. sub Raban. c. 14.*

CAP. VIII.

De monasteriis clericorum monachorum, atque puellarum, quæ clericis, siue laïcis beneficii iure donata sunt, placuit, vt tales eis præficiant prouisores, & præpositos, sicut in Cabilonensi concilio scriptum est, qui & præesse nouerint, & prodesse, & qui ad Episcopum recurrant, & secundum eius ordinationem ad conuentum synodi occurrant. *Magun. sub Arnul. c. 25.*

CAP. IX.

Vt omnes presbyteri ad synodum in ciuitatem veniant, & Kalen. Nouemb. omnes Abbates ad concilium veniant. *Antisiodor. 7. (quæ est Episc. synodus.)*

CAP. X.

Quo modo habenda sit synodus Episcopalis. *Concil. Salegunstat. in fin. post Burchards collectionem. Ino part. 4. cap. 246. & sequentibus decret.*

CAP. XI.

Quando more solito ad synodum conuenitis, vestimenta, & libros, & vasa sancta, cum quibus vestrum ministerium, & iniunctum officium peragatis, vobiscum deferte. Nec-non duos, aut tres clericos, cum quibus Missarum solemnia celebratis, vobiscum adducite; vt probetur, quam diligenter, quam studiose Dei seruitium peragatis. *Theodulphus ad presbyteros Aurelianen. c. 4.*

CAP. XII.

Cum Domino opitulante ad synodum in vnum conuenerimus, sciat nobis vnusquisque dicere, quantum Domino adiuuante laborauerit, aut quem fructum acquisierit, & si quis forte nostro indiget adiutorio, nos cum caritate admoneat, & nos cum caritate nihilominus ei pro viribus adiutorium ferre non differemus. *Theodulphus ad presbyteros Aurelianenses, c. 24.*

LIBER SEXTVS,

De Chorepiscopis & Presbyteris, siue Sacerdotibus.

DE INSTITVTIONE CHOREPISCOPORVM, & ne Chorepiscopi Episcoporum munera attingere audeant.

TITVLVS PRIMVS.

CAPVT I.



SI in eadem ciuitate sunt duo Episcopi, alter Catholicus, & alter Nouatianus; detur Nouatiano, si ad Ecclesiam redierit, locus Chorepiscopi. *Nicæn. capitulo 8.*

CAP. II.

Igitur de Chorepiscopis, de quibus nos consulere voluistis, quale sit eorum ministerium, aut quid eis agere liceat, aut quam auctoritatem habeant, vel si liceat eos fieri, an non; quia audiuimus eos iam esse prohibitos; aut quid de his, qui iam ordinati reperiuntur, agendum sit: nihil vobis certius respondere videtur, quam olim à prædecessoribus nostris decretum reperimus; vt eis ad veniam nihil prorsus aliud reseruetur, quam priuatio sacri ministerij, quod illicite assumpserunt, quia prohibiti tam ab hac sacra sede, quam à totius orbis fuerant Episcopis, &c. quia Deo gratias modo necessarij, sicut *Dist. 68.* in primitiua Ecclesia, propter studium, quod *Chorepiscopi c. 5.* erga pauperes exigebant, non sunt, &c. Nam, vt nobis relatum est, quidam Episcoporum propter suam quietem eis plebes suas committere non formidant, &c. Bonus pastor, *Ioan. 10.* &c. cognoscit oues suas, &c. Si aliqui ex his *c.* reperti fuerint, à proprio decidant gradu. Illi namque Episcopi videntur mihi esse meretricibus similes, quæ statim vt pariunt, infantes suos aliis nutricibus tradunt educandos, &c. Pro talibus enim animæ negliguntur, oues pereunt, morbi crescunt, hæreses & schismata prodeunt, Ecclesiæ destruuntur, sacerdotes vitiantur, & reliqua mala proueniũt *Damas. ep. 4. in prin. & post prin. Ansel. lib. 7. c. 115. Tarrac. lib. 3. c. 79.*

CAP. III.

Non amplius, quam duos ordines, inter dis- *Dist. 68.*

Chorepisc. ep. c. 5. [illegible] Domini esse [illegible] id est, xij. Apostolorum, & lxx. discipulorum; vnde iste tertius [illegible] rit, funditus ignoramus, &c. Quod enim Episcopi non sint, qui minus qua à tribus sunt ordinati Episcopis, omnibus patet; quoniam, vt bene nostis, prohibitum à sacris est Patribus, vt qui ab vno, vel à duobus sunt ordinati Episcopis, nec nominentur Episcopi, &c. præsertim cum nullum ex lxx. discipulis, quorum speciem isti, ante quam prohiberentur, in Ecclesia gerebant, nil de hoc, quod Apostolis, eorumque successoribus specialiter debebatur, legitur assumpsisse, &c. De his, quæ in summis sacerdotibus, id est, Episcopis sunt, quorum figuram Moyses, & Aaron tenuerunt; illi, qui lxx. discipulorum formam gestant, in quorum videlicet typo filij Aaron erant, nihil præsumere debent; sicut nec illi quicquam de summi sacerdotij ministerio attingebant. Nam quod Chorepiscopi, ante quam præfato prohiberentur tenore, ad formam lxx. instituti erant, canon sufficienter manifestat, vbi ait: Chorepisco-
Neoc. 14 C. 13. L. pi quoque ad exemplum, & formam lxx. videntur esse, & reliqua. Nec illud prætereundum nobis videtur, quod alibi in canonibus
Ant. 10. expressum est: Qui in vicis, & possessionibus Chorepiscopi nominantur, quamuis manus impositionem Episcoporum perceperint, & vt Episcopi consecrati fuerint (*tamen modum proprium recognoscant.*) &c. Videtur enim mihi, quod tunc non ab vno, sed à pluribus ordinabantur; quia nullatenus diceret Episcoporum, si ab vno fieret talis ordinatio, &c. cum autem dixit Chorepiscopum, profecto villanum voluit intelligi Episcopum, & si villanus, quid agit in ciuitate; cum in vna ciuitate duo omnino prohibeantur esse Episcopi? & si in villa, & in eo loco, vbi antea Episcopi non fuerunt: cum & in modica ciuitate, vel in villa, aut castello Episcopus fieri prohibeatur, & in omnibus omnino locis, vbi antea Episcopi non fuerunt; ne vilescat auctoritas, & nomen Episcopi, fuerint constituti, quid rogo erunt? &c. Vbi sunt consecrati? ad villam: quia Chore villa est apud Græcos, &c. Tria obstant, quibus eorum cassatur actio, vel institutio, vnum, quod ab vno Episcopo ordinari solent, in quo eorum ordinatio à canonibus discordat, qui per manus Episcoporum eos institui iubent. Aliud, si à pluribus Episcopis sunt ordinati, & aut in villa, aut castello, seu in modica ciuitate, aut omnino non in eo loco præfixi, quo iuste Episcopi fieri debent, aut dudum non fuerunt, vbi vilescat auctoritas, & nomen Episcopi: aut si in ciuitate cum altero Episcopo; cum, vt prædictum est, in vna ciuitate duo non debeant consistere Episcopi. Tertium, si absolute fuerint instituti, sicut de quibusdam audiuimus: quæ omnia Episcopali omnino carent auctoritate. Et illud adhuc restat, quod eorum ordo non habet in diuinis libris auctoritatem; quia ordines sunt duo tantum primi in Ecclesia, id est, Apo[illegible]lorum, & lxx. discipulorum. Sane, [illegible] Episcopi [illegible], quia pro præfatis causis Episcopi esse non po[illegible]unt; nec Presbyteros se nominari v[illegible]lunt, quia amplius esse ambiunt, atque p[illegible]us quam lxx. discipuli, &c. ideo nec in sacerdotali [illegible]talogo habeantur, nisi tantum, vt pro mi[illegible]ericordia illis, qui humiliter hoc ferre vo[illegible]erint, nec amplius ambierint, & per scriptum propria manu subtet corroboratum, idipsum confirmauerint, hoc solummodo concedatur, vt inter sacerdotes locum habeant, & ministerio Presbyterorum contenti sint, atque mensæ Domini tantummodo participes existant. Amplius autem, qui ambire voluerint; nec hoc retineant, vt sacerdotes sint; sed omni ecclesiastico funditus priuentur honore. Quod vero eis non liceat sacerdotes consecrare, nec diaconos, aut subdiaconos, nec virgines, nec altare erigere, nec vngere, aut sacrare; nec ecclesias dedicare, nec chrisma conficere, nec chrismate baptizatorum frontes signare; nec publice quidem in Missa quemquam pœnitentem reconciliare; nec formatas epistolas mittere, nec populum benedicere, nec ante Episcopum in baptisterio, aut in sacrario introire; nec præsente Episcopo infantem tingere, aut signare; nec pœnitentem sine præceptione Episcopi sui reconciliare; nec eo præsente, nisi illo iubente, sacramentum corporis, & sanguinis Christi conficere; Leo epist. 66. vel. 88. nec eo coram posito, populum docere, aut salutare, nec plebem exhortari; quæ omnia solis Pontificibus deberi, tam ex superioribus, quam ex aliis Patrum constitutis, aut sacris canonibus edocti estis, &c. vt per hoc, & discretio graduum, & dignitatis fastigium summorum Pontificum demonstretur. Similiter & de Presbyteris hæc habeantur, vt sine iussu proprij Episcopi nihil agant, &c. Triplex itaque in hac parte reatus est, quod & prohibita agunt, & quod sacrum ministerium talis consortij vilitate polluitur, & Episcoporum, quantum ad illicitæ vsurpationis temeritatem pertinet, iura soluuntur. Quod autem solis Apostolis, eorumque successoribus proprij sit officij tradere Spiritum sanctum, liber Actuum Apostolorum docet, præ- Act. 8. c. sertim cum nullus ex lxx. discipulis, quorum isti in Ecclesia speciem gerunt, legatur, donum sancti Spiritus per manus impositionem tradidisse. Hæc ergo, quia omni carent ratione, nullus deinceps vsurpet, aut consentiat sacerdotum, qui noluerit à nostro sacerdotali collegio separari. Nec quod à nobis extinguitur, & à prædecessoribus nostris, ac reliquis totius orbis Episcopis iam extinctum est, apud aliquos tenebrosis seminetur radicibus, &c. Nam benedictio, quam prædicti Chorepiscopi ante suam prohibitionem per manus impositionem dabant, magis nobis videtur vulnus inferre, quam salutem, & illi,

qui Pontificatus apicem non habebant, quomodo ea, quæ non habebant, dare poterant? &c. reiterari necesse est, quod legitime actum, aut collatum minime approbatur, si perfectum esse debebit, &c. qui honorem Pontificalem non habuit, Pontificalia non potest iura tribuere, &c. Restat etiam, quod per ostium hi nequaquam subintrarunt; quia non habebant ostium, per quod ingrederentur; quia, vt dictum est, si nec Episcopi sunt, & plus quam Presbyteri esse ambiunt, per quod ostium intrabunt? cum hi tantum duo ordines in Ecclesia leguntur, nec amplius ad pastorale officium aliquod patet ostium, per quod pastor intret, &c. *Damas. ep. 4. post prin. Leo ep. 66. vel 88. Ioann. iij. epist. vn. Iuo lib. 3. tit. 10. c. 3. panor. Ansel. lib. 7. cap. 125. Tarrac. lib. 3. cap. 79. Cæsar. lib. 4. c. 42.*

1. q. 7. c. 25. per illitam, & 9. q. 1. c. 3.

CAP. IV.

Relatum est nobis (*in synodo Episcoporum*) quod quidam Germaniarum, & Galliarum vrbium Episcopi frequenter Chorepiscopos, qui iuxta canones Neocæsarienses, siue secundum aliorum decreta Patrum, iidem sunt, qui & Presbyteri: vel Presbyteros destinarent, qui absente Pontifice altaria erigerent, basilicasque consecrarent. Quod quidem non est mirum id præcepisse viros Ecclesiasticæ disciplinæ ignaros, &c. Ne vltra talis licentia vsurpetur, communi sententia statuendum oportuit; scientes quia, sicut Chorepiscopo, vel Presbytero illicita consecratio est altaris, ita & constitutio. In diuinis enim litteris, præcipiente Domino, solus Moyses in tabernaculo Dei erexit altare, solus ipse vnxit, qui vtique summus Sacerdos Dei erat, sicut scriptum est de eo; Moyses, & Aaron in sacerdotibus eius: ideoque id, quod tantum facere principibus sacerdotum iussum est, quorum typum Moyses, & Aaron tenuerunt; omnino decretum est, vt Chorepiscopi, vel Presbyteri, qui filiorum Aaron gestant figuram, arripere non præsumant. Nam quamuis cum Episcopis plurima illis ministeriorum communis sit dispensatio; quædam tamen auctoritate veteris legis, quædam nouæ, & Ecclesiasticis regulis sibi prohibita nouerint, sicut Presbyterorum, & diaconorum, aut virginum consecratio; sicut constitutio altaris, ac benedictio, vel vnctio. Siquidem nec erigere eis altaria, nec Ecclesias vel altaria consecrare licet, nec per impositiones manuum fidelibus baptizãdis, vel conuersis ex hæresi paracletum Spiritum sanctum tradere, nec chrisma conficere, nec chrismate baptizatorum frontes signare, nec publice quidem in Missa quemquam pœnitentem reconciliare, nec formatas cuilibet epistolas [illegible]. Hæc enim omnia illicita sunt Chorepiscopis qui ad exemplum, & formam septuaginta discipulorum esse noscuntur. vel Presbyteris, qui eandem gestant figuram; quoniam, quamuis consecrationem habeant,

Num. 7. a.

Psal. 98.

Dist. 68. c. 4.

Pontificatus tamen apicem non habent. Quæ omnia solis deberi summis Pontificibus auctoritate canonum præcipitur, &c. *Leo ep. 86. vel 66. ad Episcopos Germaniæ, & Gall. Neocæs. 14. G. 13. L. Damas. epist. 4. Iuo par. 6. cap. 72. decr. Anselm. lib. 7. cap. 114. Vid. Capitul. lib. 7. cap. 98. & 260. & 394. & 402. & 423. & 424. Tarrac. lib. 3. cap. 80.*

CAP. V.

Non in aliis locis, quam in Domino sacratis ab Episcopis, & non à Chorepiscopis, qui sæpe prohibiti sunt, nisi summa exigente necessitate, Missas celebrare, nec sacrificia offerre Domino debemus. *Felix iv. ep. 1. c. 1. prope f. Ansel. lib. 7. c. 127. Tarrac. lib. 3. c. 86.*

De cons. dist. 1. c. 10. c. 1. tabernaculo.

CAP. VI.

Perlatum est ad sedem Apostolicam, emersisse, & denuo reuiuiscere prohibitum, & funditus exstirpatum, tam à sancto Damaso, quam à sancto Leone viris Apostolicis, atque ab vniuersis synodali auctoritate Episcopis, reprehensibilem, atque oppido inolitum vsum; eo quod quidam Chorepiscopi, qui & à prædictorum antecessorum sanctorum Apostolicorum Patribus, & viris Apostolicis, & ab ipsis, siue à nobis sunt prohibiti; sicut eorum hactenus testantur decreta; vltra modum suum progredientes, donum sancti Spiritus per impositionem manuum tradant, & alia, quæ solum Pontificibus debentur, contra fas peragant: præsertim, cum nullus ex septuaginta discipulis, quorum speciem in Ecclesia gerunt, legatur, donum Spiritus sancti per manus impositionem tradidisse. Quod autem solis Apostolis, eorumque successoribus proprij sit officij tradere Spiritum sanctum, liber Actuum Apostolorum docet, &c. Omnia quoque maxima concilia affirmant, cum non esse Episcopum, qui minus quam à tribus Episcopis, auctoritate etiam Metropolitani fuerit factus Episcopus. Ideoque illos, quos Chorepiscopos vocatis, quia ab vno, vt audiuimus, fiunt Episcopo, Episcopos non esse; nec aliquid de Pontificali priuilegio agere debere perspicuum est; quoniam si nomen non habent, quo modo officium possunt habere? si ergo Episcopi non sunt, & Presbyteri, quorum vicem gerunt, quia ad exemplum, & formam lxx. olim fiebant, esse despiciunt, quid erunt? &c. *Ioan. iij. ep. vn. in prin. Ansel. lib. 1. cap. 55.*

Act. 8. c.

CAP. VII.

Chorepiscopi non possunt Presbyteros, aut diaconos ordinare; sed neque Presbyteros vrbis sine permissione Episcopi, & litteris in aliena parœcia. *Ancy. c. 13. G. 12. L.*

CAP. VIII.

Chorepiscopi sunt quidem in typum lxx. vt comministri, propter curam erga pauperes, offerant (*sacra*) cum honore. *Neoc. 14. G. 13. L. refert Damas. epist. 4. Leo epist. 86 & Ioan. iij. ep. vn. Paris. sub Ludou. & Loth. lib. 1. c. 27. Capit. lib. 5. c. 168*

CAP. IX.

Quod in quibusdam schismaticis Nicænum concilium statuit, hoc etiam præsens conuentus in hoc (*qui à duobus tantum fuerat consecratus Episcopus*) statuit; id est, vt cuicumque liceat in vnam Parochiarum suarū ecclesiam cedere, in qua aut Chorepiscopi nomine, vt idem canon loquitur, aut peregrina, vt aiunt, communione foueatur. *Regien. cap.3. Vid. Nicæn.* 8.

CAP. X.

Episcopus Cordubensis frequenter Chorepiscopos, vel Presbyteros destinauit, qui iuxta canones vnum sunt, qui absente Pontifice altaria erigerent, basilicas consecrarent, &c. Sicut Presbyterō, vel Chorepiscopo illicita est consecratio altaris, ita & constitutio. Erexit altare in tabernaculo solus Aaron, ipse vnxit, quia summus sacerdos Dei erat; cum *Psal. 98.* scriptum sit: Moyses, & Aaron in sacerdotibus eius. Ideo quod tantum facere Principibus sacerdotum iussum est, quorum typum Moyses, & Aaron tenuerunt; Presbyteri, qui filiorum Aaron gestant figuram, arripere non præsumant. Nam quamuis cum Episcopis plurima illis mysteriorum communis sit dispensatio, quædam tamen auctoritate veteris legis, quædam nouellis, & ecclesiasticis regulis sibi prohibita nouerint, sicut Presbyterorum, & diaconorum, ac virginum consecratio; sicut constitutio altaris, benedictio, vel vnctio. Si quidem nec benedicere eis liceat ecclesiam, vel altaria consecrare, nec per impositiones manus fidelibus baptizandis, vel conuersis ex hæresi Spiritum sanctum tradere, nec chrisma conficere, nec chrismate baptizatorum frontem signare; sed nec publice quidem in Missa quemquam pœnitentem reconciliare, nec formatas cuilibet epistolas mittere. Hæc omnia illicita esse Presbyteris, vel Chorepiscopis, quia Pontificatus apicem non habent, quem solis deberi Episcopis auctoritate canonum præcipitur; vt per hoc & discretio graduum, & dignitatis fastigium summi Pontificis demonstretur. Sed neque coram Episcopo licere eis in baptisterium introire, nec infantem tingere, aut signare, nec pœnitentem sine præcepto Episcopi sui reconciliare, nec eo præsente sacramentum corporis, & sanguinis Christi conficere; nec eo coram posito populum docere, vel benedicere, aut salutare, nec plebem vtique exhortari; quæ omnia eis à sede Apostolica prohibita esse noscuntur. *Hispalen. ij. c. 7.*

CAP. XI.

Episcopos locum Apostolorum, Chorepiscopos autem exemplum, & formam tenere septuaginta discipulorum, & liber Actuum Apostolorum, & canonica auctoritas aperte demonstrat, &c. Quidam Chorepiscopi vltra modum suum progredientes, & donum sancti Spiritus per impositionem manuum tradant, & alia quæque quæ solis Pontificibus debentur, contra fas peragant: cum nullus ex lxx. discipulis, quorum speciem in Ecclesia gerunt, legatur donum sancti Spiritus per manus impositionem tradidisse, &c. Et post alia. Ordinatio porro Chorepiscoporum qualiter fieri debeat, & qualiter, quales ve ipsi ordinationes iubentibus Episcopis suis facere debeant, iura canonum liquido decernunt. Vnde quia hactenus quidam Chorepiscopi secus, quam auctoritas canonica doceat, in officiis ecclesiasticis minus caute egerunt; prouidendum summopere Episcopis est, vt vlterius eorum Chorepiscopi tale quid, quod nec eorum ministerio, nec auctoritati diuinæ concordat, facere pertentent; nec Episcopi sui eis aliud agendum permittant, nisi quod ad eorum officium proprie pertinet, & in sacris canonibus præfixum habetur. *Paris. sub Lud. & Lothar. lib. 1. c. 27. Capit. lib. 5. c. 168.*

CAP. XII.

Chorepiscopus modum suum iuxta canonicam institutionem teneat, & nec sanctum chrisma, nec sanctum paraclerum Spiritū solis Episcopis, iuxta decreta Innocentij, tribuere debitum, tradere tentet, nec ecclesias consecret, neque ordines ecclesiasticos, qui per impositionem manus tribuuntur, id est, non nisi vsque ad subdiaconatum, & hoc iubente Episcopo, & in locis, quibus canones designant, agere præsumat. Impositioni autem pœnitentiæ, aut pœnitentium reconciliationi, per Parochiam, secundum mandatum Episcopi sui inseruiat. Si vero ciuitatis Episcopus obierit, nihil ex Episcopali ministerio specialiter Episcopis debito attentet: quia ex hoc magnum scandalum, & diuisionem rerum ecclesiasticarum, atque dilationem in canonice ordinandis Episcopis, Dei ecclesiis accidisse conspeximus. Nam si Episcopus ciuitatis propter desidiam, aut sæcularem peruagationem, vel propter infirmitatem, modum suum Chorepiscopis transcendere consenserit; sententiam canonicam debet attendere, qua decretum est, vt qui contra dicta canonum fecerit, gradus sui periculo sine retractatione subiaceat. *Melden. c. 44.*

CAP. XIII.

Vt basilicæ à Chorepiscopis consecratæ ab Episcopis consecrentur: roboratum est: quia iuxta decreta Damasi Papæ, Innocentij, & Leonis, vacuum est, atque inane, quidquid in summi Sacerdotij Chorepiscopi egerunt ministerio; & quod & ipsi iidem sint, qui & Presbyteri, sufficienter inuenitur. *Meten. cap. 5.*

CAP. XIV.

Eos, qui olim ecclesiæ ministrabant, consuetudo, quæ ex ecclesiis versabatur, diligentissime, & accuratissime probatos admittebat, & omnis eorum vitæ agendæ ratio curiose inquirebatur, an non essent maledici, an non ebriosi, &c. Referebant autem ad Chorepiscopos, quia vere testificantibus su-

ſceptis ſuffragiis, & eorum admonitis Epiſcopis, ita miniſtrum in ſacerdotalem numerum cooptabant. *Baſilius in epiſtol. ad Chorepiſcopos.*

De rebus, quas Chorepiſcopi facere poſſunt Tit. II.

CAPVT I.

Diſt. 69. c. vn. IVxta veterem morem Chorepiſcopi ex permiſſione Epiſcopi ordinant lectores. *Nican. y. c. 14. Iuo par. 5. c. 376. decr.*

Cap. II.

Preſbyteri vicani canonicas epiſtolas non dent, aut ad vicinos Epiſcopos mittant. Chorepiſcopi vero irreprehenſibiles, pacificas dent. *Antio. 8.*

Cap. III.

Qui in vicinis, aut in agris ſunt Chorepiſcopi, etſi ordinationem ab Epiſcopis ceperint, ſuam menſuram norint, & gubernent Eccleſias ſubiectas, & ſua cura, & adminiſtratione contenti ſint; ordinent vero lectores, & ſubdiaconos, & exorciſtas tantum, non vero Preſbyterum, aut diaconum, ſine vrbis Epiſcopo, cui ſubſunt ipſi, & aget. Si quis audeat his contrauenire, deponatur, quocunque honore ſit. Chorepiſcopus autem fiat ab Epiſcopo eius vrbis, cui ſubiacet. *Antio. 10. refert Damaſ. epiſt. 4. & Pariſienſ. ſub Ludouico, & Lothar. lib. 1. cap. 27. Capitul. lib. 1. cap. 9. & lib. 5. cap. 169.*

De inſtitutione Preſbyterorum. Tit. III.

CAPVT I.

EPiſcopos vicem Apoſtolorum gerere Dominum docuiſſe dicebat (*Petrus*) & reliquorum diſcipulorum vicem tenere Preſbyteros. Si quis aliquem ex his ſcandalizaret; grauiſſimam illi pœnam inferri debere prædicabat. *Clem. epiſt. 1. poſt med. Burchar. lib. 1. c. 127. Iuo lib. 3. tit. 7. cap. 8. panor. & par. 5. cap. 227. decr.*

Cap. II.

Diſt. 84. Moyſi præcipitur, vt eligat Preſbyteros;
c. vlt. vnde & in Prouerbiis dicitur: Gloria ſenum
Exo. 29. canities. Hæc vero canities ſapientiam deſi-
a. gnat, de qua ſcriptum eſt: Canities hominum
Num. 11. prudentia eſt, &c. Abraham primus Preſby-
Pro. 20. d. ter, id eſt, ſenior appellatus eſt propter ſa-
Iob. 12. b. pientiam; Initium ſacerdotij Aaron fuit, licet
Sap. 4. b. Melchiſedech prior obtulerit ſacrificium, &c.
Ge. 14. d. Aaron ſummus ſacerdos, id eſt, Epiſcopus fuit; filij eius Preſbyterorum figuram demonſtrarunt, &c. filij Aaron ſuper tunicas lineas cincti tantummodo, tyarati aſſiſtebant ſacrificio Domini. *Anacle. ep. 2. in med. Hieron. in c. 3. Eſa. poſt prin. Iſid. lib. 2. cap. 5. & 6. de eccle. offic. apud Aquiſgr. cap. 8. & 9. Raban. lib. 1. cap. 4. & 5. de inſtitu. cler. Burch. lib. 2. c. 5. Iuo par. 6. c. 25. decr. Anſel. lib. 7. c. 89.*

Cap. III.

Videntes Apoſtoli meſſem eſſe multam, & *Diſ. 21. in*
operarios paucos, rogauerunt dominum meſ- *nouo. c. 1.*
ſis, vt mitteret operarios in meſſem ſuam. Vn- *in fine.*
de electi ſunt ab eis † lxx. † diſcipuli; quorum *Mat. 9. d.*
typum gerunt Presbyteri, atque in eorum *Luc. 10.*
locum ſunt conſtituti in Eccleſia; de quorum *a.*
ordinatione, & reliquorum miniſtrorum di- *† co f*
xiſſe ſupra ſufficiat. *Anacl. ep. 2. poſt med. Iuo lib.* *† lxxij.*
3. tit. 7. cap. 7. panor. & part. 5. cap. 1. & par. 6. cap. 44. decr.

Cap. IV.

Sacerdotum ordo bipartitus eſt, &c. Scitis autem à Domino Apoſtolos eſſe electos, &c. Cum vero meſſis cœpiſſet creſcere, videns paucos eſſe operarios, ad eorum adiumentum,
lxx. eligi præcepit diſcipulos. Epiſcopi ve- *Luc. 10.*
to Domini Apoſtolorum, Presbyteri lxx. diſ- *a.*
cipulorum locum tenent. [Epiſcopi non in
caſtellis, aut modicis ciuitatibus debent con- *Diſt. 80.*
ſtitui; ſed Presbyteri per caſtella, & modi- *c. 3.*
cas ciuitates, atque villas debent ab Epiſcopis ordinari, & poni: ſinguli tamen per ſingulos titulos ſuos, &c. Presbyter ad quemcumque locum, vel eccleſiam in eo conſtitutam eſt præficiendus, atque in ea diebus vitæ ſuæ duraturus. Amplius quam iſti duo ordines ſacerdotum, nec nobis à Deo collati ſunt, nec Apoſtoli docuerunt. *Anacle. ep. 3. in princip. Burch. lib. 1. cap. 4. Iuo par. 5. cap. 58. & 98. decr.*

Cap. V.

Sacerdotes Dominus ſibi elegit, vt ſacrificent ei, & offerant oblationes Domino: Leuitas quoque ſub eis eſſe iuſſit in miniſteriis eorum. Vnde ad Moyſen loquitur dicens: Prin-
ceps autem principum Leuitarum Eleazar fi- *Num. 3.*
lius Aaron, &c. *Fabian. epiſt. 2. in med.* *c.*

Cap. VI.

Presbyterorum ordo exordium ſumpſit à filiis Aaron; qui enim ſacerdotes vocabantur in veteri Teſtamento, hi ſunt, qui nunc appellantur Presbyteri; & qui nuncupabantur Principes ſacerdotum, nunc Epiſcopi nominantur. Presbyteri autem interpretantur ſeniores Græcis. His enim, ſicut Epiſcopis diſpenſatio myſteriorum Dei commiſſa eſt. Præſunt enim Eccleſiæ Chriſti, & in confectione Dominici corporis, & ſanguinis conſortes ſunt cum Epiſcopis: ſimiliter & in doctrina populorum, & in officio prædicandi, &c. Summo ſacerdoti clericorum ordinatio, & conſecratio reſeruata eſt; ne à multis diſciplina Eccleſiæ vindicata, concordiam ſolueret, ſcandala generaret. Nam Paulus Apoſtolus eoſdem Presbyteros, vt vere ſacerdores, ſub nomine Epiſcoporum ita aſſeue-
rat, loquens ad Titum: Huius rei gratia re- *Tit. 1. b.*
liqui te Cretæ; vt ea, quæ deſunt, corrigas, & conſtituas per ciuitates Presbyteros, quemadmodum ego tibi diſpoſui. Si quis ſine

crimine

crimine est, vnius vxoris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ, aut subditos. Oportet enim Episcopum sine crimine esse. Qua sententia ostendit, etiam presbyteros sub Episcoporum nomine taxari. Vnde

1. Tim. 3. a. & ad Timotheum de ordinatione Episcopi, & diaconi scribens, de presbyteris omnino tacuit, quia eos in Episcoporum nomine comprehendit. Secundus enim primo pene coniunctus est gradus. Sicut & ad Philippenses Episcopis, & diaconibus scribit: Cum vna ciuitas plures Episcopos habere non possit.

Act. 20. f. Et in actibus Apostolorum, presbyteros Ecclesiæ iturus Hierosolymam congregauit, quibus inter cætera dicit: Videte gregem (*al. Attendite vobis, & vniuerso gregi*) in quo vos Spiritus sanctus ordinauit. Vnde etiam tales in Ecclesia presbyteros constituendos esse, sicut Episcopos, & Apostolus Paulus ad Ti-

Tit. 1. d. tum loquitur, & canones ipsi testantur. Presbyteros autem merito, & sapientia dici, non ætate, &c. Quod si ita est, mirum, cur insipientes constituantur. *Isidor. lib. 2. c. 7. de eccl. of. apud Aquisgra. 8. Raban. lib. 1. c. 6. de instit. cleric. Ansel. lib. 7. c. 119.*

CAP. VII.

Exo. 29. Cinges baltheo Aaron, & liberos eius, & impones eis mitras: eruntque sacerdotes mei religione perpetua. Quo in loco contemplari oportet, Aaron summum sacerdotem, id est, Episcopum fuisse, & filios eius presbyterorum figuram præmonstrasse, fuerunt enim & ipsi sacerdotes, quibus merito adstare debuissent leuitæ, sicut summo sacerdoti, &c. *Isid. lib. 2. c. 5. de eccle. off. apud Aquisgr. 9. Vide Anacle. ep. 2. Raban. lib. 1. c. 4. de instit. cleric.*

CAP. VIII.

Tit. 1. b. Diligenter Apostoli attendamus verba dicentis: Vt constituas per ciuitates presbyteros, sicut ego tibi disposui. Qui qualis presbyter debeat ordinari, in consequentibus

1. Tim. 3. disserens hoc ait; Si quis est sine crimine, vnius vxoris vir, &c. Postea intulit; Oportet enim Episcopum sine crimine esse, tanquam Dei dispensatorem. Idem ergo est presbyteri

Dist. 95. c. Olim. qui Episcopus. Et ante quam Diaboli instinctu studia in religione fierent, & diceretur in

1. Cor. 1. b populis: Ego sum Pauli, ego Apollo, ego autem Cephæ, communi presbyterorum concilio Ecclesiæ gubernantur. Postquam vero vnusquisque eos, quos baptizauerat, putabat suos, non Christi; in toto orbe decretum est; vt vnus de presbyteris electus, superponeretur cæteris, ad quem omnis cura Ecclesiæ pertineret, & schismatum semina tollerentur. Putat aliquis non scripturarum sed nostram sententiam esse, Episcopum, & presbyterum vnum esse, & aliud ætatis, aliud esse nomen officij? relegat Apostoli ad Philip-

Philip. 1. a. penses verba dicentis: Paulus, & Timotheus serui Christi Iesu, omnibus sanctis in Christo Iesu, qui sunt Philippis, cum Episcopis, & diaconibus, gratia vobis, & pax, & reliqua. Philippi vna est vrbs Macedoniæ, & certe in vna ciuitate plures, vt nuncupantur, Episcopi esse non poterant; sed quia; eosdem Episcopos illo in tempore, quos presbyteros appellabant; propterea indifferenter de Episcopis, quasi de presbyteris est lo-

cutus, &c. In actibus Apostolorum scriptum est, quod cum venisset Apostolus Paulus Miletum, misit Ephesum, & conuocauit presbyteros eiusdem Ecclesiæ, quibus postea inter cætera sic locutus: Attendite vobis, & omni gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos, pascere Ecclesiam Domini, quam acquisiuit per sanguinem suum. Et hic diligentius obseruate, quo modo vnius ciuitatis Ephesi presbyteros vocans, postea eosdem Episcopos dixerit. Videamus ergo, qualis presbyter, siue Episcopus ordinandus sit. Si quis est sine crimine, vnius vxoris, vir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ, aut non subditos. Oportet enim Episcopum sine crimine esse, tanquam Dei dispensatorem, non proteruum, non iracundum, nō vinolentum, non percussorem, non turpis lucri appetitorem. [Primum itaque sine crimine sit, quod puro alio verbo ad Timotheum irreprehensibilem nominatum. Non quod eo tantum tempore, quo ordinādus est, sine vllo sit crimine, & præteritas maculas noua conuersatione diluerit; sed ex eo tempore, quo in Christo renatus est, nulla peccati conscientia mordeatur. *Hieron. in epist. ad Titum apud Aquisg. c. 10. Ansel. lib. 7. c. 119.* Act. 20. f. Dist. 25. c. vlt. 1. Tim. 3 a.

CAP. IX.

Sicut Episcopi Apostolorum in Ecclesia, ita presbyteri cæterorum discipulorum Domini vicem tenent. Et illi tenent gradum summi Pontificis Aaron, isti vero filiorum eius. Vnde oportet vos semper memores esse tantæ dignitatis, memores vestræ consecrationis, memores sacræ, quam in manibus suscepistis, vnctionis; vt nec ab eadem dignitate degeneretis, nec vestram consecrationem irritam faciatis, nec manus sacro vnguine delibutas peccando polluatis. Sed cordis, & corporis munditiam conseruantes, plebibus exemplum bene viuendi præbentes, his, quibus præestis, ducatum ad cælestia regna præbeatis. *Theodulph. ad presbyteros Aurelianenses c. 1.*

De potestate, & dignitate presbyteri, siue sacerdotis. Tit. IV.

CAPVT I.

ET hoc vtique sacramentum Eucharistiæ nemo potest conficere, nisi sacerdos fuerit rite ordinatus, secundum claues Ecclesiæ, quas ipse concessit, Apostolis, & eorum successoribus Iesus Christus. *Inno. iij. in conc. gen. Lat. c. 1. prope fin.* cap. 1. de sum. Tri. Greg. ix. & in 4. collect.

CAP. II.

Non decet, vt ij, qui corpus Christi quotidie proprio conficiunt ore, tantam patiantur persecutionem. *Felix. ij. in syn. ep. 1. in prin.*

CAP. III.

Presbyteri, vel quicumque ordinati, caste, & prudenter se habeant, vt libere, & aperta fronte possint reprehendere errantem populum sibi commissum, & iuxta Apostolum illos tradere Sathanæ, excommunicare scilicet, & à liminibus Ecclesiæ sanctæ separare, qui vincula Christi disrumpunt, iugum scilicet disciplinæ abiiciunt, & præuaricatores legis existunt, pacis videlicet violatores, fures, adulteros, incestos, fornicatores, raptores, periuros, fidei proditores, sacrilegos, qui cœmeteria, & Ecclesias, earumque ministros, resque Deo, & eis dicatas violant, vel auferunt: falsos testes, sortilegos, haruspices, vsurarios, & quos supra diximus, donec resipiscant, & de his Deo, & sanctæ Ecclesiæ, & quibus nocuerunt, satisfaciant. *Gregor. vij. in concil. Rom. incerto. c. 25.*

1. Cor. 5.

CAP. IV.

1. q. 1. c. 91. *Ose. 4.*

Ipsi (*sacerdotes*) pro populo interpellant, & populi peccata comedunt: quia precibus suis, & oblationibus ea delent, atque consumunt. *Alex. ep. 2. in prin. refert Trosl. c. 5. Iuo par. 2. c. 69. & par. 6. c. 45. decr.*

CAP. V.

De sacerdotibus Domini, quos vos audiuimus contra prauorum hominum insidias adiuuare, eorumque causas portare, scitote vos in eo Deo valde placere, qui sibi eos ad seruiendum adsciuit, & familiares in tantum sibi esse voluit, vt etiam aliorum hostias per eos acceptaret, atque eorum peccata donaret, sibique reconciliaret. Ipsi quoque proprio ore corpus Domini conficiunt, & populis tradunt. *Pontia. ep. 1. in prin.*

CAP. VI.

11. q. 3. c. 14.

Absit, vt quidquam sinistrum de iis loquar, qui Apostolico gradui succedentes, Christi corpus sacro ore conficiunt, per quos nos etiam Christiani sumus: qui claues regni cælorum habentes ante iudicij diem iudicant. *Anter. ep. vni. post med. Hiero. ep. 1. ad Heliodorum post med. Iuo ep. 57. ad Laudonem presbyt.*

CAP. VII.

Sacerdotes Dominus sibi elegit, vt sacrificent ei, & offerant oblationes Domino. *Fabia. ep. 2. in med.*

CAP. VIII.

Non leuiter quisquam assentiat in detractione, vel iudicatione, vel damnatione fratrum, maximeque sacerdotum, qui proximiores sunt Deo, & qui proprio ore corpus Christi conficiunt. *Damas. ep. 3. post med.*

CAP. IX.

De pœn. d. 1. multiplex. 49

Mediator Dei, & hominum, Deus, & homo Christus Iesus hanc præpositis Ecclesiæ tradidit potestatem: vt & confitentibus satisfactionem pœnitentiæ darent, & eadem salubri satisfactione purgatos ad communionem sacramentorum per ianuam reconciliationis admitterent. Cui vtique operi incessabiliter ipse Saluator interuenit: nec vnquam ab his abest, quæ ministris suis exequenda commisit dicens: Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi, vt si quid per seruitutem nostram bono ordine, & grato replemur effectu, non ambigamus per Spiritum sanctum nobis fuisse donatum, &c. Multum vtile, ac necessarium est, vt peccatorum reatus ante vltimum diem sacerdotali supplicatione soluatur. *Leo ep. 89. ad Theodor Capitul. lib. 5. cap. 55. Ansel. lib. 4. c. 56. & lib. 11. c. 11. Cæsar. lib. 15. cap. 12.*

Mat. 28. d.

CAP. X.

Presbyteri in confectione Dominici corporis, & sanguinis consortes sunt cum Episcopis. *c. Isid. lib. 2. de offic. eccles. c. 7. apud Aquisg. c. 8. & Tribur. c. 4. in fine.*

CAP. XI.

Alia monachorum causa est, alia clericorum. Clerici pascunt oues, ego pascor, &c. Mihi ante presbyterum sedere non licet. Ipsi si peccauero, licet tradere me Sathanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die Domini Iesu. Et in veteri quidem lege quicumque sacerdotibus non obtemperasset, aut extra castra positus lapidabatur à populo, aut gladio ceruice subiecta, contemptum expiabat cruore. Nunc vero inobediens, spirituali mucrone truncatur; aut eiectus de Ecclesia, rabido Dæmonum ore discerpitur. *Hieron. ad Heliodorum apud Aquisgr. c. 97.*

1. Cor. 5. b. *Deut. 17. c.*

CAP. XII.

Ipsis sacerdotibus proprie animarum curandarum sollicitudo commissa est, &c. Ipsi sunt Ecclesiæ decus, ipsi columnæ firmissimæ, quibus in Christo fundatis innititur multitudo credentium. Ipsi ianuæ ciuitatis æternæ, per quas, omnes, qui credunt, ingrediuntur ad Chistum. Ipsi ianitores, quibus datæ sunt claues regni cælorum. Ipsi etiam dispensatores Regiæ domus, quorum arbitrio in aula Regis æterni diuiduntur gradus. & officia singulorum, &c. Consultu sacerdotum, & optimatum, cæterorumque fidelium suorum (*Ludouicus, & Lotharius Imperatores*) idem negotium super placando furore Domini, his digne censuerunt esse committendum, per quos homines de infidelitatis tenebris liberantur, & in lucem fidei transferuntur, & de filiis iræ filii adoptionis efficiuntur. Per quos etiam homines de ijs, quæ post baptisma committuut, pœnitentiæ satisfactione peracta Deo reconciliari merentur. Ad quorum imperium secundum sanctæ legis decretum, qui lepræ immunditia sordebant, emaculabantur, cęteraque eorum iudicio in legalib. institutis decernendo prorogabantur. Quib. & in Euangelio à Domino tanta confertur potestas, vt quæ statuerent in terra, statuta sint & in cęlo, & quę soluerent in

Leui. 13. & 14. *Mat. 18. c.*

terra, soluta sint & in cælis, & quorum temiserint peccata, remittantur eis. *Parif. sub Ludouic. & Loth. in præfatione.*

Ioa. 20. f.

Cap. XIII.

Constat, quod fundamentum Christianæ religionis fides sit catholica, hoc est, credere in Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, &c. & credere, quod per Spiritum sanctum remissio peccatorum in baptismate conferatur, & quod fidelibus in Ecclesia Christi eiusdem Spiritus sancti dono per ministerium sacerdotale, & per pœnitentiam remissio peccatorum indubitanter attribuatur. *Parif. sub Ludou. & Lothar. lib. 1. cap. 1.*

Cap. XIV.

Decet sacerdotes Christi tanta dignitate donatos, quos vtique constat ianitores cælestis aulæ existere, exempla decessorum suorum, qui Deo placuerunt, idem infatigabiliter sectari; quatenus terrena despiciendo, & cælestia amando, primum ipsi atria supernæ ciuitatis subire, deinde auditoribus suis dictis, & exemplis ea studeant aperire. Ne quod absit, audiant à Domino: Habentes clauem scientiæ, vos ipsi non intratis, & alios intrare non sinitis. *Prosper lib. 2. de vita contemplatiua, c. 2. apud Parif. sub Lud. & Loth. lib. 1. c. 4.*

Luc. 11. g.

Cap. XV.

Presbyterorum, qui præsunt Ecclesiæ Christi, & in confectione Diuini corporis, & sanguinis consortes cum Episcopis sunt, ministerium esse videtur, vt in doctrina præsint populis, &c. *Aquisgr. 1j. sub Lud. par. 3. c. 5.*

Cap. XVI.

His (*presbyteris*) sicut & Episcopis dispensatio mysteriorum Dei commissa est. Præsunt enim Ecclesiæ Christi, & in consecratione Diuini corporis, & sanguinis consortes sunt Episcopis. Similiter & in doctrina populorum, & in officio prædicandi. *Isidor. apud Tribur. cap. 4.*

De ordinatione Presbyterorum. Tit. V.

CAPVT I.

Sacerdotes constitui non oportet, nisi in Ecclesiis, aut speciali monasterio deputentur; ne necessitas in sæcularibus domibus illis habitandi occurrat; alioquin à propriis Episcopis, aut in Episcopia, aut in monasteria habitandi, & conuersandi pro exercendo officio constituantur: in quibus mulieres conuersari nulla ratio permittit. Ideoque ibi eos conuersari, & nutriri oportet. *Syn. Rom. sub Eugen. 1j. & Leone iv. c. 10.*

Cap. II.

Presbyter, diaconus, clericus ab vno Episcopo ordinetur. *Apost. cap. 2.*

Cap. III.

d. 68. c. 2. presbyteri.

Presbyteros, quos ibidem repetisti, si incogniti fuerint illi, à quibus fuerint ordinati, & dubium est eos Episcopos fuisse, qui eos ordinauerint, si bonæ actionis, & Catholici viri sunt ipsi presbyteri, & in ministerio Christi, omnique lege sancta edocti, apti, ab Episcopo suo benedictionem Presbyteratus suscipiant & consecrentur, & sic ministerio sacro fungantur. *Greg. 1j. ep. 5. ad Bonif. Episcop. in med.*

Cap. IV.

Presbyter cum ordinatur, Episcopo eum benedicente, & manum super caput eius renente, etiam omnes Presbyteri, qui præsentes sunt, manus suas iuxta manum Episcopi, super caput illius teneant. *Carth. iv. c. 3. Iuo lib. 3. tit. 3. c. 6. panor. & part. 6. c. 12. decr. Ansel. lib. 7. c. 55. Cæsar. lib. 8. c. 20.*

Dist. 23. c. 8.

Ne laicus statim Presbyter fiat. Tit. VI.

CAPVT I.

Si quis propter ipsum bonum humilitatis, quæ est circa Christum Iesum, abrenuntians mundo fiat clericus, aut monachus, & omnem gradum Ecclesiasticum transiens per definita nunc tempora, irreprehensibilis inuentus extiterit, & probatus: ita vt in gradu lectoris annum compleat, in subdiaconi vero duos, sicque diaconus tribus, & presbyter quatuor annis: bene placuit huic sanctæ, & vniuersali synodo eligi hunc (*Episcopum*) & admitti, &c. Si vero præter hanc definitionem nostram quisquam ad iam fatum supremum honorem prouectus extiterit; reprobetur, & ab omni sacerdotali operatione prorsus abiiciatur, vtpote qui extra sacros canones sit prouectus. *Synod. viij. general. Constantinopolit. sub Hadr. 1j. cap. 5.*

Cap. II.

Si quis clericatum promereri desiderat, hoc iustum est, vt sit ostiarius annum vnum, lector an. † xx. exorcista an. † x. acolythus an. v. subdiaconus an. v. diaconus an. v. & sic ad honorem Presbyterij accedat. *Siluester in conc. Rom. cclxxv. Episcoporum, cap. 5.* † dies f. † dies f.

Cap. III.

Siluester præsente synodo constituit, vt nullus ex laica persona ab honore acolythi ad Episcopatum subleuaretur, nisi prius fuisset * ostiarius, * lector annis † xxx. deinde vna die exorcista, postea caperet onus acolythi, & faceret in eodem ordine annos x. vt acciperet onus subdiaconi, & in subdiaconatu esset an. v. deinde ad diaconatus honorem pertingeret fixus rogantibus xxx. Presbyteris examen, vt esset diaconus Cardinalis, quia à prima sede erat constitutum, vt seruiret anno vij. &c. Si quis desideraret ordinem presbyterij, in vij. annis à cuncto clero Romano probaretur gratia doctrinæ, natiuitatis, generositatis, & consilij, non expetens prædam à quoquam, & cuius opinionem claram, & firmam omnes Presbyteri declararent, & † diebus f.

confirmarent, & sic ad ordinem Presbyterij accederet. &c. *Siluest. in syn. Rom. ccclxxxiv. Episcoporum, cap. 11.*

C A P. IV.

Dist. 77. c. 1. Illud mandamus, vt ad ordines Ecclesiasticos sic ascendant in Ecclesia, qui ordinari merentur: id est, si quis Episcopus esse meretur, sit primo ostiarius, deinde lector, postea exorcista, inde sacretur acolythus, demum vero subdiaconus, deinde diaconus, & postea Presbyter. *Caius ep. vn. in fine.*

C A P. V.

Quid ab vniuersis posthac Ecclesiis sequendum sit, quid vitandum, generali pronuntiatione decernimus. [Quicumque itaque se Ecclesiæ vouerit obsequiis, à sua infantia ante pubertatis annos baptizari, & lectorum debet ministerio sociari; qui ab accessu adolescentiæ vsque ad tricesimum † ætatis annum, si probabiliter vixerit, vna tantum, & ea, quam virginem communi per sacerdotem benedictione percepit, vxore contentus; acolythus, & subdiaconus esse debebit. Posteaque ad diaconij gradum, si se ipse primitus continentia præeunte dignum probauerit, accedat; vbi si vltra quinque annos laudabiliter vixerit, & ministrauerit congrue, presbyterium consequatur; exinde post decennium Episcopalem cathedram poterit adipisci, si tamen per hæc tempora integritas vitæ, ac fidei eius fuerit approbata. Qui vero iam ætate grandæuus, melioris propositi conuersatione prouocatus, ex laico ad sacram militiam peruenire festinat; desiderij sui fructum non aliter obtinebit, nisi eo, quo baptizatur tempore, statim lectorum, aut exorcistarum numero societur; si tamen eum vnam habuisse, vel habere, & hanc virginem accepisse constet vxorem; qui dum initiatus fuerit, expleto biennio, per quinquennium aliud acolythus, & subdiaconus fiat; & sic ad diaconatum, si per hæc tempora dignus iudicatus fuerit, prouehatur. Exinde iam accessu temporum Presbyterio, vel Episcopatui, si eum cleri, ac plebis euocauerit electio, non immerito societur. *Syric. epist. 1. cap. 8. 9. & 10. Iuo par. 6. cap. 91. & 92. decret.*

Dist. 77. c. 3. — † xx.

C A P. VI.

Ne laicus statim Presbyter, aut diaconus ordinetur. *Syric. epist. 3. cap. 3.*

C A P. VII.

Dist. 33. c. 6. Laici, qui habentes vxores baptizati sunt, &c. non prohibentur ad clericatus sortem assumi; ita sane vt in eos tempora à maioribus constituta seruentur, nec cito quilibet lector, acolythus, diaconus, sacerdos fiat; quia in minoribus officiis si diu perdurent, & vita eorum pariter, & obsequia comprobantur, vt ad sacerdotium posthac emensis stipendiorum meritis veniant; nec præripiant, quod vita probata meretur accipere. *Innoc. epist. 4. c. 4. & 5. Iuo lib. 3. tit. 5. c. 4. panor. & par. 6. c. 95. decr. Ansel. lib. 7. c. 29. Tarr. lib. 1. c. 129.*

C A P. VIII.

Quis ille tam arrogans, tam impudens inuenitur; vt in cælesti militia, &c, statim dux esse desideret, cum tyro ante non fuerit? & prius velit dicere, † quam discere? Assuescat in Domini castris in lectorum primitus gradu diuini rudimentis seruitij, nec illi vile sit, exorcistam, acolythum, subdiaconum, diaconum per ordinem fieri: nec hoc saltu, sed statutis maiorum ordinatione temporibus. Iam vero ad Presbyterij fastigium talis accedat, vt & nomen ætas impleat, & meritum probitatis stipendia anteacta testentur. *Zosi. epist. 1. c. 1. Ansel. lib. 6. cap. 24.*

Dist. 59. si officia. c. 2. — † docere.

C A P. IX.

Hæc autem [in singulis gradibus obseruanda sunt tempora; si ab infantia Ecclesiasticis ministeriis nomen dederit, inter lectores ad xx. ætatis annum continuata obseruatione perduret. Si maior, & grandæuus accesserit, qui tamen post baptismum statim se diuinæ militiæ desideret mancipari, siue inter lectores, siue inter exorcistas quinquennio teneatur. Exinde acolythus, vel subdiaconus iv. annis sit, & sic ad benedictionem diaconatus, si mereatur, accedat. In quo ordine quinque annis, si inculpate se gesserit, hærere debebit. Exinde suffragantibus stipendiis per tot gradus datis propriæ fidei documentis, Presbyterij sacerdotium poterit promereri, &c. *Zosi. ep. 1. c. 3. Ansel. lib. 7. c. 41.*

Dist. 77. c. 2.

C A P. X.

Merito beatorum Patrum venerabiles sanctiones, cum de sacerdotum electione loquerentur, eos demum idoneos sacris administrationibus censuere, quorum omnis ætas à puerilibus exordiis vsque ad prouectiores annos per disciplinæ Ecclesiasticæ stipendia cucurrisset; vt vnicuique testimonium prior vita præberet; nec posset de eius prouectione dubitari, cui pro laboribus multis, pro moribus castis, pro actibus strenuis, celsioris loci præmium deberetur, &c. Eos, quorum prouectio hoc tantum reprehensionis incurrit, quod ex laicis ad officium Episcopale delecti sunt, &c. susceptum sacerdotium tenere permittimus; non præiudicantes Apostolicæ sedis statutis, nec præcessorum nostrorum, nostrisque decretis, quibus salubriter statutum est; ne primum, vel secundum, aut tertium in Ecclesia gradum quisquam laicorum; quibuslibet suffragiis fultus ascendat, prius quam ad hoc meritum per legitima augmenta perueniat. *Leo ep. 85. ad Episcop. Africæ c. 1. Iuo par. 5. c. 105. decr.*

Dist. 61. miramur. c. 5. — 1. q. 7. exigunt. c. 18.

C A P. XI.

Si quis etiam de religioso proposito, & disciplinis monasterialibus eruditus ad clericale munus accedat, in primis eius vita prætéritis acta temporibus inquiratur, &c. continuo lector, vel notarius, aut certe defensor effectus, post tres menses existat acolythus, maxime si huic ætas etiam suffragatur; sexto mense

Dist 77. c. 8. & c. 9. monachus.

subdiaconi nomen accipiat. ac si modestæ conuersationis, honestæque voluntatis extitit, nono mense diaconus, completoque anno sit presbyter, cui tamen, quod annorum interstitia fuerant collatura, sancti propositi sponte suscepta docetur præstitisse deuotio. Si vero laïcus quispiam Ecclesiasticis est aggregandus officiis, tanto sollicitius in singulis huiusmodi decet examinare personam, quantum inter mundanam, religiosamque vitam constat esse discriminis, &c. quorum promotionibus super anni metas sex menses nihilominus subtogamus, &c. Quæ tamen eatenus indulgenda credidimus illis Ecclesiis, quibus infestatione bellorum, vel nulla penitus, vel exigua remanserunt ministeria, &c. *Gelas. ep. 1. c. 3. & 4. Nicol. in ep. ad Mich. Imp. incip. Principatum. lecta in viii. syn. CP. act. 4. Ivo par. 3. c. 143. decr. Ansel. lib. 7. c. 46. in Rom.*

Cap. XII.

Æstimet quis pretium Dominici gregis, vt sciat, quod meritum constituendi deceat esse pastoris. Hoc ita fiet, si non sacerdotii gradus, saltu quodam passim laïcis transferantur. Longa debet vitam suam probatione monstrare, cui gubernacula committuntur Ecclesiæ. [Non negamus esse in laïcis Deo placitos mores; sed milites suos probatos sibi quærunt instituta fidelia. Discere prius quisque debet, ante quam doceat, & exemplū religiosæ conuersationis de se potius aliis præstare, quam sumere. Emendatiorem esse conuenit populo, quem necesse est orare pro populo. Longa obseruatione religiosus cultus tradatur, vt luceat, & clericalibus obsequiis erudiendus inseruiat; vt ad venerandi gradus summam perductus, qui fit fructus humilitatis, ostendat. *Hormisda ad Episcop. Hispan. ep. 4. c. 1. Ansel. lib. 6. c. 19. Tarrac. lib. 3. c. 13.*

Dist. 61. in sacerdotibus, c. 2.

Cap. XIII.

Quidam desiderio honoris inflati defunctis Episcopis tonsurantur, & fiunt repente ex laïcis sacerdotes, atque inuerecunde religiosi propositi ducatum arripiunt, qui nec esse adhuc milites didicerunt. Quid putamus, quid isti subiectis præstaturi sunt, qui antequam discipulatus limen attingant, tenete locum magisterii non formidant? Qua de re necesse est, vt quamuis inculpati quisque sit meriti, ante tamen per distinctos ordines Ecclesiasticis exerceatur officiis, &c. *Gregor. ad Syagrium, & Æther. Episcop. lib. 7. regist. epist. 108. vel 110. c. 2. Vid. idem lib. 4. ep. 51. c. 95. & epist. 53. c. 97. Ansel. lib. 6. c. 27. Tarrac. lib. 3. c. 16.*

Dist. 99. c. 3. hoc admon.

Cap. XIV.

Gelasius non solum Episcopos de laïcis fieri prohibuit, sed etiam presbyteros, ne talia præsumerent, vetuit in decretorum suorum c. iij. *Nicola. in epist. ad Mich. Imp. ante med. incip. Principatum lecta in act. 4. synod. viii. CP. sub Hadr. ij. Gelas. epist. 1. cap. 3. & 4.*

Cap. XV.

Episcopatus, vel presbyteri honorem nullus laïcus ante præmissam anni conuersionem, vel ante xx. annos ætatis accipiat. *Arelat. iii. cap. 1. in fine.*

Cap. XVI.

Nullus Metropolitanorum cuicumque laïco dignitatem Episcopatus tribuat; sed nec reliqui Pontifices presbyteri, vel diaconatus honorem conferre præsumant, nisi anno integro fuerit ab eis præmissa † conuersio. *Arelat. iv. cap. 2.* † promiss. l. f.

Cap. XVII.

Nullus ex laïcis ante annalem conuersionem, &c. presbyter ordinetur, &c. *Aurel. iii. c. 6.*

Cap. XVIII.

Ex laïco ad gradum sacerdotii nemo veniat, nisi prius anno integro in officio lectorum, vel diaconatus disciplinam Ecclesiasticam discat; & sic per singulos gradus eruditus, ad sacerdotiū veniat. Nam satis reprehensibile est: vt qui nondum didicit, iam docere præsumat, dum & antiquis hoc Patrum institutionibus interdictum sit. *Brac. i. cap. 38.*

Cap. XIX.

Qui saltu sine gradu diaconii ad sacerdotium prosiliuit, in degradationem debitam resilire debet. *Synod. Suession. apud S. Medard, in Accusatione Hincmari, in fine.*

Cap. XX.

Caius constituit, vt omnes ordines in Ecclesia sic ascenderent. Si quis Episcopus fieri mereretur, vt esset ostiarius, lector, exorcista, acolythus, sequens subdiaconus, diaconus, presbyter, & exinde Episcopus ordinaretur. *Damas. in Caii.*

Cap. XXI.

Siluester constituit, vt si quis desideraret in Ecclesia militare, aut proficere, vt esset ostiarius annis * lector annos † xxx. exorcista † dies xxx. acolythus annis v. subdiaconus annis v. custos martyrum annis v. diaconus annis vij. presbyter an. iij. probatus ex omni parte. *Damas. in Siluest. post principium.* † dies f.

Qui prohibeantur esse presbyteri. Tit. VII.

CAPVT I.

Quoniam plura, aut per necessitatem, aut alias cogentibus hominibus aduersus Ecclesiasticam facta sunt regulam, vt homines ex gentili vita nuper accedentes ad fidem, & instructos † breui tempore, mox ad lauacrum spiritale perducerent, simulque vt baptizati sunt, ad Episcoparum, vel ad presbyterium promouerent: placuit nihil tale de reliquo fieri, &c. *Nican. cap. 2. Mart. Brac. cap. 22. Ioan. viii. in epist. apud ix. synod. act. 2. Ivo in prol. panorm. & decreti.* *Dist 48. c. 1.* † catechumenos.

Cap. II.

Cum sit ars artium regimen animarū distri- *De at. & qual. c. 4*

Greg. ix. c. 4. tit. 11. in 4. coll.

ćte præcipimus, vt Epiſcopi promouendos in ſacerdotes diligenter inſtruant, & inſorment, vel per ſe ipſos, vel per alios viros idoneos ſuper diuinis officiis, & Eccleſiaſticis ſacramentis, qualiter ea rite valeant celebrare. Quoniam ſi ignatos, & rudes de cætero ordinare præſumpſerint, quod quidem facile poterit comprehendi; & ordinatores, & ordinatos graui decreuimus ſubiacere vltioni, &c. *Inn. iij in conc. gener. Lat. c. 27.*

CAP. III.

Diſt. 33. ſi quis. c. 1. Diſt. 34. ſi quis. c. 15.

Binis nuptus poſt baptiſma, aut concubina implicitus, non poteſt eſſe Epiſcopus, presbyter, diaconus, clericus. *Ap. c. 17.* Item is, qui viduam, eiectam, meretricem, ancillam, aut ſcenicam duxit. *Ap. c. 18. Vid. Trull. c. 3. in fi. Ino part. 8. c. 287. decr. Anſel. lib. 6. c. 143.*

CAP. IV.

1. Tim. 3. a. Tit. 1. b.

De digamis nec conſuli debet, quod manifeſta lectio ſit Apoſtoli, vnius vxoris virum, ad ſacerdotium, ſiue ad clericatum admitti debere, & hanc ipſam tamen, ſi virginem acceperit, &c. *Inno. ep. 4. c. 2.*

CAP. V.

Diſt. 51. c. 1.

Quicumque curiales, aut cauſidici, aut milites ordinati fuerint ſacerdotes, cum ordinatoribus ſuis deponantur. *Inn. ep. 23. c. 2. ad ſynod. Toletan.*

CAP. VI.

Diſt. 54. c. 21.

Admittuntur paſſim ad ordinem ſacrũ, quibus nulla natalium, nulla morum dignitas ſuffragatur; & qui à Dominis ſuis libertatem conſequi minime potuerunt, ad faſtigium ſacerdotij, tanquam ſeruilis vilitas hunc honorem iure capiat, prouehuntur, &c. Ab his, fratres chariſſimi, omnes veſtræ prouinciæ abſtineant ſacerdotes ab aliis etiam, qui originali, aut alicui conditioni obligati ſunt, volumus temperari, &c. *Leo ep. 1. c. 1. Tribur. c. 29. Burch. lib. 2. c. 22. Ivo par. 6. c. 64. decr. Anſel. lib. 7. c. 25. in addit.*

CAP. VII.

Quamlibet quis bonis moribus præditus, & ſanctis operibus inueniatur ornatus, nequaquam tamen, vel ad diaconij gradum, vel ad presbyterij honorem, vel ad Epiſcopatus culmen aſcendat; ſi aut ipſum, non vnius vxoris virum, aut vxorem eius, non vnius viri fuiſſe claruerit, &c. *Leo ep. 85. c. 1. ad Epiſcopos Afric.*

CAP. VIII.

Nullus homicida, nullus adulter, nullus fornicator ſacrum miniſterium debeat attrectare, ſed neque pœnitens, aut qualem ſacri canones prohibent eſſe ſacerdotem. *Zach. ep. 4. poſt prin. ad Bonifa.*

CAP. IX.

Diſt. 57. c. vn.

Si quis in infirmitate baptizatus eſt, presbyter non fiat; vi enim magis quam voluntate credidit: niſi propter eius ſequentem fidem, & diligentiam, & propter raritatem hominum. *Neoc. 12. Par ſ. lib. 1. c. 8. Burch. li. 4. c. 33. Ivo par. 1. c. 227. & par. 6. cap. 101. decr.*

CAP. X.

Ordinati ad diaconatus, vel ſacerdotij officium neophytum non debere. *Arel. ij. c. 1.*

CAP. XI.

Conueniens non eſt, nec ratio, vel diſciplina patitur; vt temere, & leuiter ordinetur, aut Epiſcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui neophytus eſt, maxime cum & magiſter gentium beatus Apoſtolus, ne hoc fieret, denuntiaſſe, & prohibuiſſe videatur, ſed hi, quorum per longum tempus examinata ſit vita, & merita fuerint comprobata. *Sardic. c. 13. L. 10. G. Burch. lib. 1. c. 17. Ivo p. 5. c. 71. decr.* *1. Tim. 3.*

CAP. XII.

Non oportet nuper baptizatum promoueri ad ordinem ſacerdotalem. † *Laod. c. 3.* † *ſacrum.*

CAP. XIII.

Epiſcopi, diaconi, & presbyteri non ordinentur, ante quam omnes, qui in domo eorũ ſunt, Chriſtiani orthodoxi fiant. *Carth. c. 36. G. Carth. iij. c. 18. L. Afr. c. 3. l.*

CAP. XIV.

Libertos, quos ſacerdotes, vel diaconos de Eccleſia ſibi commiſſa facere voluerint, actus Eccleſiæ proſequi iubemus. *Agath. c. 49. Ivo part. 3. cap. 161. decr.* *12. q. 2. diaconos. c. 35. in fi.*

CAP. XV.

Nullus pœnitentem, nullus digamum, nullus viduarum maritos in prædictis honoribus (*presbyterij, vel diaconatus*) audeat ordinare. *Arel. iij. cap. 3.* *Diſt. 55. c. 2.*

CAP. XVI.

Ne ſecundæ vxoris, aut renuptæ maritus presbyter, aut diaconus ordinetur, abunde ſufficeret ab Apoſtolo conſtitutum, &c. Qui ſcienter eum contra dicta ordinauerit, reus fratribus fiat, &c. *Epaun. cap. 2.* *1. Tim. 3*

CAP. XVII.

Si ſeruus abſente, vel neſciente Domino, Epiſcopo ſciente, diaconus, aut presbyter fuerit ordinatus: ipſo in clericatus officio permanente Epiſcopus eum Domino duplici ſatisfactione compenſet, &c. *Aurel. cap. 8. al. 10. Vorm. c. 40. Burch. li. 2. c. 24. Ivo par. 6. c. 125. decr.* *Diſt. 54. c. 19.*

CAP. XVIII.

Presbyter, vel diaconus, ſi nec litteras, vel † baptizandi ordinem neſciat, nullatenus ordinetur. *Aurel. ii. cap. 15.* † *nec ſ.*

CAP. XIX.

Nullus ex laïcis ante annualem conuerſionem, vel ætatem legitimam, &c. presbyter ordinetur: ita vt de ipſis quoque, &c. cuſtodiatur; ne aut duarum vxorum vir, aut renuptæ maritus, aut pœnitentiam profeſſus, aut ſenius † corpore, aut qui publice aliquando arreptus ad ſupraſcriptos ordines promoueatur, &c. *Aurel. iij. c. 6. Burch. li. 2. c. 33. Ivo lib. 3. tit. 5. c. 18. panor. & par. 6. c. 134. decr.* *c. 1. de leg. Greg. ix. c. 2. eo. tit. in 1. collect.* † *ſectus f.*

CAP. XX.

Si quis Epiſcoporum ſciens bigamum, aut internuptæ maritum, ad officium leuiticæ dignitatis, ſiue presbyterij contra ius canonum promouere præſumpſerit, ſciat ſe vnius

anni ſpatio ab omni officio ſacerdotij eſſe ſuſpenſum, &c *Aurel. iv. c. 10.*

CAP. XXI.

De ſeru. non ordi. c. 3. Greg. ix. & c. 4 eo. tit. in 1. collect.

De familiis Eccleſiæ conſtituere presbyteros, & diacones per parochias liceat: quos tamen vitæ rectitudo, & probitas morum commendat. Ea tamen ratione, vt antea manumiſſi libertatem ſtatus ſui percipiant. *Toletan. iv. cap. 73.*

CAP. XXII.

Vt presbyteri non ordinentur; prius quam examinentur. *Vorm. c. 56.*

CAP. XXIII.

Secundum decreta ſanctorum Patrum præſtimamus, & nos id acturos profitemur, vt nullum ſeruum Epiſcopus ordinare præſumat, ante quam perfecta ditetur ingenuitate; quia non debet vilis perſona fungi ſacerdotij dignitate. *Tribur. c. 29.*

CAP. XXIV.

In ſcortatione, aut adulterio, ſi quiſpiam poſt baptiſma fuerit deprehenſus, diuini canones illum ad ſacerdotium non admittunt. *Taraſ. ante vij. ſyn. ep. ad Ioan. presby. poſt med.*

De Ætate preſbyterorum.

Tit. VIII.

CAPVT I.

Diſt. 78. c. vlt.

SI ante trigeſimum annum liceat ſacerdotem ordinari? Bonum, & congruũ, ſi fieri poteſt, vt prouectæ ætatis, & boni viri teſtimonij, iuxta ſacrorum canonum inſtituta, ordinentur ſacerdotes. Si autem minime reperiuntur, & neceſſitas expoſcat, à xxv. annorum & ſupra Leuitę, & ſacerdotes ordinentur, quemadmodum in lege Domini continetur. *Zach. ep. 5. ad Boniſ. Epiſcop. ante fin.*

Num. 8. d.

CAP. II.

Diſt. 78. c. 1. ſi quis. & cap. 4. presbyter

Presbyter ante triginta annos non fiat, ſi dignus ſit; & nam Dominus Ieſus Chriſtus trigeſimo anno baptizatus eſt, & cœpit docere. *Neoc. 11. Trull. 14. Mart. Brach. c. 20. Capitul. lib. 1. c. 50. Burch. lib. 2. c. 10. Iuo lib. 3. tit. 3. cap. 2. panor. & part. 6. cap. 30. decret. Anſelm. lib. 7. c. 87. Tarracon. lib. 6. cap. 122.*

CAP. III.

Diſt. 77. Epiſcopus 1. 6. infi.

Presbyterum, vel Epiſcopum ante xxx. annos, id eſt, ante quam ad viri perfecti ætatem perueniat, &c. nullus Metropolitanorum ordinare præſumat; ne per ætatem, quod aliquotiens euenit, aliquo errore culpentur. *Agath. c. 17. Burchar. lib. 2. c. 9. Iuo lib. 3. c. 1. panor. & par. 6. c. 29. decr.*

CAP. IV.

Epiſcopatus, vel presbyterij honorem nullus laicus ante præmiſſam anni conuerſionem, vel ante xxx. annos ætatis accipiat. *Arel. iij. cap. 1. in fine.*

CAP. V.

Ne vllus ex laïcis ante annualem conuerſionem, vel ætatem legitimam, id eſt, xxv. annorum diaconus, & xxx. Preſbyter ordinetur. *Aurel. iy. c. 6.*

CAP. VI.

XXV. annorum ætatis Leuitæ conſecrentur, & triginta Preſbyteri ordinentur; ita vt ſecundum præceptum Apoſtolicum, probentur primum, & ſic miniſtrent, nullum crimen habentes. *Tolet. iv. c. 19. Burch. lib. 2. c. 12. Iuo lib. 3. tit. 3. c. 4. panor. & par. 6. c. 32. decr.*

Diſt. 77. in veteri. 1. Tim. 3. c.

CAP. VII.

Preſbyter ante xxx. annos ordinatus deponatur. *Trull. 14. & 15.*

Diſt. 77. c. 4. ſubdiaconus.

CAP. VIII.

Preſbyterum ordinari non debere ante legitimum tempus, hoc eſt, trigeſimum ætatis annum, &c. *Turon. ſub. Carolo. c. 12.*

Preſbyteri ſint docti, & ſciant adminiſtrare ſacramenta.

Tit. IX.

CAPVT I.

QVamquam admonita doctorum, & ſtatura Patrum ſacerdotes indoctos prohibeant conſecrari; opportuni temporis moderatione, ſi Epiſcopus inueniatur indoctus, à Metropolitano proprio, & deinceps ſacerdotes, Presbyteri, diaconi, vel etiam ſubdiaconi à ſuo Epiſcopo, vt doceri poſſint, admoneantur. Interim ſubiecti ſacerdotes, & tales clerici ad tempus à celebratione diuinæ hoſtiæ, & officiis ſuſpendantur, vt docti valeant ad debitum miniſterium aduenire. *Syn. Rom. ſub Eugen. ij. & Leone iv. c. 4.*

CAP. II.

Presbyteros oportet ſcire canones, alioquin quo modo iudicabunt Eccleſiam? Quis poterit fieri medicus, ſi ignorat medicinam? *Greg. vij. in conc. Rom. ann. incer. c. 28.*

CAP. III.

Presbyteri ſint litterati, aliter enim, quo modo erunt magiſtri, qui non fuerunt diſcipuli? aut qualiter ſcient docere gregem ſibi commiſſum, & exhortari? Iſti ſunt canes non valentes latrare. *Greg. vij. in conc. Rom. ann. incer. c. 30.*

CAP. IV.

Matt. 5. b. & 15. b Diſt. 93. c. 7. Mat. 5. b

Sacerdotes doctiores eſſe oportere cæteris populis, docebat Chriſtus, dicens: Quia ſi cæcus cæco ducatum præſtet, ambo in foueam cadunt. [Sacerdotes vero ſal terræ, & mundi lumen docens, præcepit in ſplendore bonorum operum Patrem glorificare Deum, &c. *Clem. ep. 1. poſt med. Anſel. lib. 7. c. 63.*

CAP. V.

Doceri omnes oportet, qui Domini ſacerdotio funguntur, vt cæteros inſtruant, & ſibi proficiant. *Anacl. ep. 1. in med.*

CAP. VI.

Diſt. 38. c. 3. ſi in laicis.

Si vix in laicis tolerabilis videtur inſcitia quanto magis in eis, qui præſunt, nec excuſatione eſt digna, nec venia. *Leo ep. 22. in prin. ad Conſtantinopolitanos. Anſel. lib. 7 c. 107.*

CAP. VII.

Licet sacerdotibus canones ignorare non liceat; tamen pene leuior error fuerat, si per ignorantiam deliquisses; quam vt eorum custodia, vel vicarij tui manus subscriptione canonum transgressor existeres. *Carpentoract. in ep. ad Agræcium Episcop. in med.*

CAP. VIII.

Nulli liceat Episcoporum ordinare diaconum, aut presbyterum litteras ignorantem; sed si qui ordinati fuerint, cogantur discere, &c. *Narbon. c. 11.*

CAP. IX.

Dist. 38. c. 1. Ignorantia mater cunctorum errorum, maxime in sacerdotibus Dei, vitanda est, qui docendi officium in populis susceperunt. Sacerdotes enim legere sanctas scripturas, frequenter admonet Paulus Apostolus dicens ad *1. Tim. 4. d.* Timotheum: Intende lectioni, & exhortationi, doctrinæ quoque, & semper permane in his. Sciant igitur sacerdotes scripturas sanctas, & canones meditentur, vt omne opus eorum in prædicatione diuina, & doctrina consistat, atque ædificent cunctos, tam fidei scientia, quam operum disciplina. *Tolet. iv. cap. 24. Arel. sub Carolo cap. 3. Burch. lib. 1. c. 100. Ivo par. 5. c. 202. decr. Anselm. lib. 7. cap. 105. Cæsar. lib. 4. cap. 54.*

CAP. X.

Dist. 38. c. 2. Quando presbyteri in parochiis ordinantur, libellum officialem à suo sacerdote accipiant, vt ad Ecclesias sibi deputatas instructi succedant: ne per ignorantiam etiam in ipsis diuinis sacramentis offendant, vt quando vel ad litanias, vel ad concilium venerint, rationem Episcopo suo reddant, qualiter susceptum officium celebrent, vel baptizent. *Tolet. iv. c. 25. Arel. sub Carolo. c. 4. Ivo lib. 3. tit. 2. c. 16. panor. & part. 3. c. 129. decr. Anselm. lib. 7. cap. 104.*

CAP. XI.

Iuxta sanctorum canones, vnusquisque presbyter in parochia habitans Episcopo illi subiectus sit, in cuius parochia habitat, & semper in quadragesima rationem, & ordinem ministerij sui siue de baptismo, siue de fide Catholica, siue de precibus, & ordine missarum Episcopo reddat, & ostendat. *Franc. synod. Capitul. lib. 5. cap. 2.*

CAP. XII.

De baptismo, & mysterio sanctæ fidei vnusquisque Archiepiscopus suos suffraganeos diligenter, studioseque admoneat; quatenus per studium sacræ lectionis imbuti, & de mysterio sanctæ fidei, & de sacramento baptismatis vnusquisque illorum in propria parochia perfecte, studioseque presbyteros, & vniuersum populum docere, & instruere *Dist. 38. c. 1.* non negligat. Quia [ignorantia mater cunctorum est errorum, & maxime in sacerdotibus Dei vitanda est, qui docendi officium in *1. Tim. 4. d.* populo susceperunt. Sacerdotes enim legere sanctas scripturas admonet Paulus Apostolus dicens ad Timotheum: Attende lectioni, & exhortationi doctrinæ. Sciant igitur sacerdotes scripturas sanctas, & canones; vt omne opus eorum in prædicatione, & doctrina consistat; atque ædificent cunctos tam fidei scientia, quam operum disciplina. *Arel. sub Carolo c. 3. Tolet. iv. c. 24.*

CAP. XIII.

Quando presbyteri ab Episcopis in parochiis ordinantur, necesse est, vt ab ipsis Episcopis diligenter instructi, ecclesias sibi deputatas accipiant, &c. *Arel. sub Carolo c. 4.*

CAP. XIV.

Sicut iniqui, & peccatores ministerium sacerdotale assequi prohibentur, ita indocti, & imperiti à tali officio retrahuntur. Illi enim exemplis suis vitam bonorum corrumpunt; isti sua ignauia iniquos corrigere nesciunt. Quid enim docere poterunt, quod ipsi non didicerunt? &c. Cæcus enim si cæco ducatum *Matt. 15. b.* præstet, ambo in foueam cadunt. Sacerdotes indoctos per Esaiam Prophetam ita Dominus improbat; Ipsi pastores ignorauerunt intelli- *Esai. 56.* gentiam, &c. *Isido. de summ. bono lib. 3. c. 35. apud d. Aquisgr. c. 16.*

CAP. XV.

Ait Aggæus Propheta: Interroga sacer- *Agg. 2. b.* dotes legem. Quod B. Hieronymus ita exponit: Simul, inquit, considera, sacerdotum officium esse, de lege interrogatos respondere. Si sacerdos est, sciat legem Domini; si ignorat legem, ipse se arguit, non esse Domini sacerdotem. Sacerdotis enim est scire legem, & ad interrogationem respondere de lege. *Par. s. sub Ludou. & Lothar. li. 1. in prin.*

CAP. XVI.

Presbyteri imperiti solerti studio ab Episcopis suis instruendi sunt, qualiter & confitentium peccata discrete inquirere, eisque congruum modum, secundum canonicam auctoritatem, pœnitentiæ nouerint imponere. *Paris. sub Lud. & Lothar. li. 1. c. 32.*

CAP. XVII.

Doctrina sacerdotalis secundum cuiusque qualitatem omnibus sufficiens esse debet, modesta, prudens, discreta, honesta, atque vtilis, &c. *Aquisg. ij. sub Lud. par. 1. c. 8.*

CAP. XVIII.

Medicinam spiritualem, consiliumque salubre animarum, pastores populi scire oportet, vti medicos spirituales, asserente sanctissimo Pontifice Gregorio, atque dicente: Quia *Gregor. in prœem. pastoral.* ars artium est regimen animarum. Quis autem cogitationum interiora vulnera occultiora esse nesciat vulneribus viscerum? & ideo metuendum est, cordis se esse medicos, profiteri sacerdotes ministerij sui ignaros. *Aquisgr. ij. sub Ludou. par. 2. c. 3.*

CAP. XIX.

Conuenit sacerdotali ministerio, scire formam Euangelicam, documenta Apostolica, canonum instituta, normam regulæ pastoralis à sanctissimo Pontifice Gregorio editæ;

ne iuxta eundem sanctissimum virum, ab impetitis, quod absit, pastorale ministerium aliqua temeritate vsurpetur, aut vilescat. *Aquisgr. ij. sub Lud. par. 2. c. 4.*

Munus presbyteri est docere, & corrigere plebem. Tit. X.

CAPVT I.

SAcerdotes, & alij clerici, qui fuerint in exercitu Christiano, tam subditi, quam Prælati, orationi, & exhortationi diligenter insistant, docentes eos verbo pariter, & exemplo; vt timorem, & amorem semper habeant diuinum ante oculos, ne quid dicant, aut faciant, quod diuinam maiestatem offendat, &c. *Innocen. iij. in concil. general. Later. cap. vlt. post principium.*

Cap. II.

Episcopus, vel presbyter, qui negligit clerum, vel plebem suam religionem docere, excōmunicetur; si perseuerat, deponatur. *Ap. c. 58*

Cap. III.

Dist. 25. audire c. 2. Monita vitæ à presbyteris inquirere oportet, à diaconibus vero ordinem disciplinæ. *Clem. ep. 3. in prin. Ans. li. 7. c. 76.*

Cap. IV.

Hoc etiam pro ædificatione omniū ecclesiarum, & pro vtilitate totius populi nobis placuit, vt non solum in ciuitatibus, sed etiam in omnibus parochijs, verbum faciendi daremus presbyteris potestatem. *Vasen. ij. c. 2.*

Cap. V.

Oportet eos, qui præsunt Ecclesiis, in omnibus quidem diebus, sed præcipue dominicis, omnem clerum, & populum docere pietatis, & rectæ religionis eloquia, ex diuina scriptura colligentes intelligentias, & iudicia veritatis, &c. *Trull. c. 19.*

Cap. VI.

De prædicatione prouidimus pro ædificatione omnium ecclesiarum, & pro vtilitate totius populi, vt non solum in ciuitatibus, sed etiam in omnibus parochijs, presbyteri ad populum verbum faciant, & bene viuere studeant, & populo sibi commisso prædicare non negligant. *Arel. sub Carolo c. 10.*

Cap. VII.

De fide vera omnes omnino Christianos alterutrum inter se iugiter admonere, & docere oportet. Maxime tamen Domini sacerdotes in eo certamine laborare decet, vt firmiter ab omnibus teneatur. *Magun. c. 1. Magun. sub Rab. cap. 1.*

Cap. VIII.

In doctrina populorum, & in officio prędicādi presbyteri consortes sunt cum Episcopis. *Isid. li. 2. de offic. eccles. c. 7. apud Aquisg. c. 8.*

Cap. IX.

Tit. 1. b. Quod doctrina à sacerdotibus expectatur, & veteris præcepta sunt legis, & ad Titum plenius scribitur. Innocens enim, & absque sermone conuersatio, quantum exemplo prodest, tantum silentio nocet. Nam latratu canum, baculoque pastoris luporum rabies deterrenda est. *Hier. in ep. ad Oceanum, apud Aquisg. c. 11. post prin.*

Cap. X.

Clama, ne cesses, sicut tuba exalta vocem tuam. Præconis namque officium suscipit, quisquis ad sacerdotium accedit, vt ante aduentum iudicis, qui terribilis sequitur, ipse scilicet clamando gradiatur. Sacerdos ergo, si prædictionis est nescius, quam clamoris vocem daturus est præco mutus? *Greg. in reg. lib. 2. c. 24. ante med. apud Aquisg. c. 13. & Greg. lib. 2. c. 11. pastor.* Esa. 58. a

Cap. XI.

Tam doctrina, quam vita, clarere debet ecclesiasticus doctorum. Nam doctrina sine vita arrogantem reddit: vita sine doctrina, inutilem facit. Sacerdotis prædicatio operibus confirmanda est, ita vt, quod docet verbo, instruat exemplo. Vera est enim illa doctrina, quam viuendi sequitur forma. Nam nihil turpius est, quam si bonum, quod sermone quisque prædicat, explere opere negligat. Tunc enim prædicatio vtiliter profertur, quando efficaciter adimpletur. Vnusquisque doctor & bonæ actionis, & bonæ prædicationis habere debet studium. Nam alterum sine altero non facit perfectum. Sed præcedat iustus bene agere, vt sequenter possit bene docere. Sicut in numismate metallum, & figura, & pondus inquiritur; ita in omni doctore ecclesiastico, quid sequatur, quid doceat, quo modo viuat; per qualitatem igitur metalli doctrina, per figuram similitudo Patrum, per pondus humilitas designatur. Qui ergo ab his tribus discrepauerit; non metallum, sed terra erit. *Isidor. lib. 3. de summo bono cap. 36. apud Aquisg. c. 20.*

Cap. XII.

Exod. 28 a. b. In sacerdotis habitu ante omnia aurum fulget, vt in eo intellectus sapientiæ principaliter emicet. Cui hyacinthus, qui æreo colore resplendet, adiungitur; vt per omne, quod intelligendo penetrat, non ad fauores infimos, sed ad amorem cælestium surgat: ne, dum incautus suis laudibus capitur, ipso etiam veritatis intellectu vacuetur. Auro quoque & hyacintho, ac purpuræ, bis tinctus coccus adiungitur; vt ante interni iudicis oculos, omnia virtutum bona ex caritate decorentur; & cuncta, quæ coram hominibus rutilant, hæc in conspectu occulti arbitri flamma intimi amoris accendat, &c. Cæterum cum Rector se ad loquendum præparat, sub quanto cautelæ studio eloquatur, attendat: ne si inordinate ad loquendum rapitur, erroris vulnere auditorum corda feriantur: & cum fortasse sapiens videri desiderat, vnitatis compagem insipienter abscindat. Hinc namque in Euangelio veritas dicit: Habete sal in vobis, & pacem habete in- Marc. 9. g.

ter vos; per sal quippe, verbi sapientia designatur. Qui ergo loqui sapienter nititur, magnopere metuat, ne in eius eloquio audientium vnitas confundatur. Hinc Paulus ait · Non plus sapere, quam oportet sapere; sed sapere ad sobrietatem. Ne igitur Rector incautus ad loquendum protuat, hoc, quod iam præmisimus, per semetipsam veritas discipulis clamat. Habete sal in vobis, & pacem habete inter vos. Ac si figurate per habitum sacerdotis dicat: Mala punica tintinnabulis iungite; vt per omnia, quæ dicitis, vnitatem fidei cauta obseruatione teneatis. Sacerdos semper vocem prædicationis habeat, ne superni spectatoris iudicium ex silentio offendat, &c. Vestimentis itaque illius tintinnabula inhærent, vt vitæ viam cum linguæ sonitu, ipsa quoque opera sacerdotis clament. Nos, quia infirmi homines sumus, cum de Deo hominibus loquimur, debemus primum meminisse, quid sumus, vt ex propria infirmitate pensemus, quo docendi ordine infirmos fratres consolemur. Consideremus igitur, quia aut tales sumus, quales nonnullos corrigimus: aut tales aliquando fuimus, etsi iam diuina gratia operante non sumus, vt tanto temperantius eos corde humili corrigamus, quanto nosmetipsos verius in his, quos emendamus, agnoscimus, &c. *Gregor. in pastor. lib. 2. ca. 3. & cap. 4. apud Aquisgr. cap. 24.*

Rom. 12.

Cap. XIII.

Ad hoc; nisi me fallit opinio, sancte viuendum est sacerdoti, ne dicta sua repugnantibus factis euacuet; si, quod prædicat fieri debere, non faciat, aut si quod non facit, prædicare præsumpserit, nihil apud eos, qui eius vitam nouere, proficiat. Quia ad hoc est Ecclesiæ Dei præpositus; vt non solum bene viuendo alios exemplo suæ conuersationis instituat: sed etiam fiducialiter prædicando, singulis ante oculos suos peccata constituat; quæ pœna maneat duris, quæ gloria obedientibus, ostendat. Nullius salutem desperando contemnat, animas emendari nolentium plangat, imitatus Apostolum, qui ait; Vt lugeam multos ex his, qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam; & iterum: Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis scandalizatur, & ego non vror? Quapropter sciens, quod si quibuslibet diuitibus, ac potentibus male viuentibus parcat, aut foueat, eos perdat, simul & pereat: & sancte debet viuere propter exemplum, & pie docere propter suæ administrationis officium certus, quod ei sua iustitia nihil suffragetur, de cuius manu anima pereuntis exigitur. Quando quicumque alius perierit, quem nulla docendi necessitas manet, solus pœnas sui sceleris dabit. Ille autem, cui dispensatio verbi commissa est, etiam si sancte viuat, & tamen perdite viuentes arguere, aut erubescat, aut metuat; cum omnibus, qui eo tacente perierint, perit; & quid ei proderit non puniri suo, qui puniendus est alieno peccato? Mentior, nisi hoc Dominus per Ezechielem Prophetam sub cuiusdam terroris denuntiatione loquitur ad eum: Et tu fili hominis, speculatorem dedi te domui Israël. Nec hoc transeunter debemus audire, quod sacerdotem speculatorem appellet, &c. Audies, inquit, sermonem ex ore meo, & annuntiabis eis ex me, &c. Si ei sua peccata non annuntiaueris, si eum non argueris, vt ab impietate sua conuertatur, & viuat; & te, qui non increpasti, & ipsum, qui te tacente peccauit, flammis perennibus perdam. Quis, rogo tam saxei pectoris, quis tam ferreus erit, quem sententia ista non terreat? quis tam alienus à fide, qui sententiæ isti non credat? *Prosper lib. 1. de vita contempla. capit. 20. apud Aquisgr. cap. 26.*

2. Cor. 12. g. *2. Corin. 11. g.* *Ezec. 3. d & 33. b.* *Ezec. 3. d*

Cap. XIV.

Omnis spiritalis zelus doctoris animum frangit; quia valde cruciatur, dum infirmos quosque æterna deserere, & rebus corporalibus delectari conspicit. Nullum quippe omnipotenti Deo tale est sacrificium, quale est zelus animarum, sicut Psalmista ait: Zelus domus tuæ comedit me. Paulus Apostolus zelo animarum cruciatus, dicebat. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non vror? &c. Quid est, quod Ezechiel Propheta sartaginem inter se, & ciuitatem murum ferreum ponit; nisi quod idem fortis zelus qui nunc in mente doctoris agitur, in die extremi iudicii inter eum, & animam, quam à vitiis zelatur, testis est: vt & si audire is, qui doceretur, noluerit, doctor tamen pro zelo, quem exhibet, de auctoris negligentia reus non sit? Murum ferreum Propheta inter se, & ciuitatem ponit; quia in vltionis tempore inde doctor à damnationis periculo munitur, vnde nunc per zelum custodiæ cordis frixuram patitur, &c. Tunc enim hunc murum ferreum inuenturi sumus; si nunc eum fortiter tenemus, videlicet docendo, custodiendo, suadendo, increpando, mulcendo, terrendo, aliquando vero & seuerius agendo. De qua seueritate per Ezechielẽ recte subditur: Et obfirmabis faciem tuam ad eam, & erit in obsidionem, &c. Quantumlibet ira ex zelo rectitudinis mouetur, attendat, ne ira extra mentis dominium transeat: sed in vltione peccati tempus, modumque considerans, surgentis animi perturbationem, subtilius retractando restringat, animositatem reprimat, & motus feruidos sub æquitate disponat; vt eo fiat iustior vltor alienus, quo prius extitit victor suus: quatenus sic culpas delinquentium corrigat, vt ante ipse, qui corrigit, per patientiam crescat; & feruorem suum transcendendo diiudicet, ne intemperanter excitatus, ipso zelo rectitudinis, longe à rectitudine aberret. *Greg. lib. 1. super Ezechi. homil. 12. & in mo-*

Psal. 68. b. *2. Corin. 11. g.* *Ezec. 4. a.* *Ezec. 4. a.*

ral. lib. 5. c. 33. apud Aquisgr. c. 34.

CAP. XV.

Sacerdotes pro populorum iniquitate damnantur, si eos aut ignorantes non erudiant, aut peccantes non arguant, testante *Ezec. 3. d* Domino ad Prophetam: Speculatorem dedi te domui Israël. Si non fueris locutus, vt se custodiat impius à via sua, ille in iniquitate sua morietur, sanguinem vero eius de *1. Reg. 2. e. & 4. d.* manu tua requiram. Sic enim Heli sacerdos pro filiorum iniquitate damnatus est, & licet eos delinquentes admonuit; sed tamen, vt oportuit, non redarguit, Sacerdotes exquirere debent peccata populorum, & sagaci sollicitudine vnumquemque probare, iuxta testimonium Domini, ad Hieremiam loquen- *Hier. 6. g* tis: Probatorem, inquit, dedi te in populo meo robustum, & scies, & probabis vias eorum. Sacerdotes studio corrigendi facta perscrutari debent subiectorum, vt emendatos lucrifacere possint. Sicut autem peccatorem conuenit argui, ita iustum non exulcerari. Sacerdotes curam debent habere de his, qui pereunt; vt eorum redargutione aut corrigantur à peccatis aut si incorrigibiles existunt, ab Ecclesia separentur, &c. Bonorum studia sacerdotum, multa diligentia etiam parua plebium facta perquirunt; vt dum in minimis subditorum peccatis se acerrimos præstant, maiori malo cautos sibi subditos, ac sollicitos faciant. Sicut medici morbos imminentes curandos suscipiunt, futuros vero, ne irrepant, medicinæ obiectu quadam præsciëtia anteeedunt: ita & doctores boni sic ea, quæ male acta sunt, resecant; vt ea, quę admitti possunt: ne perpetrentur, doctrina sua succurrente præueniant, &c. *Isid. l. 3. de summo bono, c. 46. apud Aquisgr. c. 46.*

CAP. XVI.

Sicut studendum est sacerdotibus, vt auditores sui mysterium sacri baptismatis intelligant, & Deo opem ferente operibus compleant: ita nihilominus procurare debent, vt abrenũtiationes, quas in Diabolum, suaque opera, eiusque pompas fecerunt, intelligant; & his intellectis, ne ad eas denuo redeant, sollicite inuigilent. Quibus etiam admonendo sæpius inculcandum est, ne iugo Sathanæ, quod reiecerant, eiusque dominationi, quam aspernati sunt, quoquo modo succumbant. *Paris. sub Lud. & Loth. lib. 1. c. 10.*

CAP. XVII.

Qui sacerdos est, & non corripit delinquentes, sacerdotis officium præterit. *Hieron. in cap. 2. Malach. apud Parisiens. sub Ludouic. & Lothar. lib. 1. cap. 12.*

CAP. XVIII.

Doctrina sacerdotalis secundum cuiusque qualitatem omnibus sufficiens esse debet, modesta, prudens, honesta, atque vtilis: nec minus exemplum boni operis doctrinæ conueniens in sacerdotibus esse debet, vt quod ore doctrina profert, vitæ meritum iustæ operationis, verba sacerdotis omnibus delectabilia faciat exequenda, vitamque probabilem commender. *Aquisgranens. ij. sub Ludouic. par. 1. cap. 8*

CAP. XIX.

Presbyterorum, qui præsunt Ecclesiæ Christi, & in confectione diuini corporis, & sanguinis consortes cum Episcopis sunt, ministerium esse videtur; vt in doctrina præsint populis, &c. Item vt de omnibus hominibus, qui ad eorum Ecclesiam pertinent, per omnia curam gerant, scientes se pro certo reddituros rationem pro ipsis in die iudicij, quia cooperatores oneris nostri esse proculdubio noscuntur. *Aquisf. ij. sub Lud. p. 3. c. 5.*

CAP. XX.

Omnes sacerdotes Domini pia vigilantia fidem Catholicam indagare, & subditos sibi cum mandatorum Domini obseruantia, Episcopi quique studiosissime docere contendant. *Melden. cap. 29.*

CAP. XXI.

Terribilem nimis, imminentemque nobis, & gregi nostro damnationem, & per nos, & per secundi ordinis consacerdotes, omnibus modis euadere conemur, erudientes assidue commissos nobis, fidei verbis, & bonorum operum exemplis, vt in omnibus exhibeamus *2. Cor. 6.* nosmetipsos, sicut Dei ministros, vt non vitu- *d.* peretur ministerium nostrum. *Trosleia. c. 5.*

CAP. XXII.

Hortamur vos paratos esse ad docendas plebes. Qui scripturas scit, prædicet scripturas; qui vero nescit, saltem hoc, quod notissimum est, plebibus dicat: Vt declinent à ma- *Psal. 33. c.* lo, faciant bonum, &c. Nullus ergo se excusare poterit, quod non habeat linguam, vnde possit alium ædificare: mox enim; vt quemlibet errantem viderit, prout potest, & valet, aut arguendo, aut obsecrando, aut increpando, ab errore retrahat, & ad peragendum bonum opus hortetur. *Theodul. ad presbyteros Aurelianen. c. 28.*

Ne presbyteri ecclesias accipiant à laicis, sed ab Episcopis.

Tit. XI.

CAPVT I.

PResbyter, siue clericus, qui ecclesiam per *De iure* laicos, sine proprij Episcopi auctoritate *patron. c.* receperit tenendam, communione priuetur: *6. Greg.* & si persistiterit, à ministerio ecclesiastico, & or- *ix. & c. 5.* dine deponatur. *Alexander iij. in conc. gener. Later. c. 14.* *eo. tit. in 1. collect.*

CAP. II.

Nullus in ecclesiis præsumat presbyteros constituere, nisi qui & sacerdotalem gradum dare licite potest, & canonice de neglectis presbyteros increpare; sed ab his venerabiliter sacerdotes ad diuini ministerii officium expetantur Episcopis, quibus singu-

lariter, & diœceses pertinent, & canonice debent ipsas Ecclesias prouidere, ordinareque prouisas. *Syn. Rom. sub Leone iv. c. 42.*

CAP. III.

16. q. 7. c. 20. Vt [per laicos nullo modo quilibet clericus, aut presbyter obtineat Ecclesiam, nec pretio. *Nic. ij. in syn. Rom. cxiij. Episc. c. 6.*

CAP. IV.

16. q. 7. c. 13. quoniam. Decernimus, vt nullus clericorum inuestituram Episcopatus, vel Abbatiæ, vel Ecclesiæ, de manu Imperatoris, vel Regis, vel alicuius laicæ personæ, viri, vel feminæ suscipiat. Quod si præsumpserit, recognoscat inuestituram illam Apostolica auctoritate irritam esse, & se vsque ad dignam satisfactionem excommunicationi subiacere. *Syn. Rom. sub Greg. vij. ann. 6. Pont. 1078. Kalen. Dec. cap. 3. Tarrac. lib. 5. c. 47.*

CAP. V.

Nullus presbyter ministerium Ecclesiæ, vel ipsam Ecclesiam ab aliquo accipiat, nisi ab Episcopo, qui iniungat sibi obedientiam, & curam animarum. *Gregor. vij. in synod. Roman. ann. incer. cap. 2.*

CAP. VI.

Dist. 38. c. 2. Laici presbyteros absque iudicio proprij Episcopi non eiiciant de Ecclesiis, nec alios immittere præsumant, quia [quando presbyteri ab Episcopis in parochiis ordinantur, necesse est, vt ab ipsis Episcopis diligenter instructi, Ecclesias sibi deputatas accipiant, ne per ignorantiam, quod absit, etiam in ipsis diuinis sacramentis offendant, &c. *Arelat. sub Carolo cap. 4. Tolet. iv. cap. 25. Iuo lib. 3. tit. 2. cap. 16. panor. & par. 3. cap. 129. decret. Ansel. lib. 7. cap. 104.*

CAP. VII.

Interdicendum videtur clericis, siue laicis, ne quis cuilibet presbytero præsumat dare Ecclesiam sine licentia, & consensu Episcopi sui *Turon. sub Carolo cap. 15. Magun. sub Rab. cap. 12. Magun. sub Arnul. c. 5.*

CAP. VIII.

16. q. 7. c. 38. Inuentum est, quod multi arbitrij sui temeritate, & quod grauius est, ducti cupiditate presbyteris quibuslibet absque consensu suorum Episcoporum Ecclesias dant, vel auferunt. Vnde oportet, vt canonica regula seruata nullus absque consensu Episcopi sui cuilibet presbytero Ecclesiam det. Quam si iniste adeptus fuerit, hanc non nisi graui culpa sua, & coram Episcopo canonica seueritate amittat. *Cabil. sub Carolo cap. 42. Capitul. lib. 7. cap. 65. in addit. Burchar. lib. 3. cap. 122. Iuo lib. 2. tit. 4. cap. 19. panor. & par. 3. cap. 88. decr.*

CAP. IX.

16. q. 7. c. 37. Laici presbyteros non eiiciant de Ecclesiis suis, neque constituant sine consensu Episcoporum suorum. *Magun. cap. 29. Capit. lib. 5. cap. 82. Burc. lib. 3. c. 111. Iuo lib. 2. cap. 20. panor.*

CAP. X.

Statutum est, vt sine auctoritate, vel consensu Episcoporum Presbyteri in quibuslibet Ecclesiis, nec constituantur, nec expellantur. Et si laici clericos probabilis vitæ, & doctrinæ Episcopis consecrandos, suisque in Ecclesiis constituendos obtulerint, nulla qualibet occasione reiiciant. *Worm. cap. 49. Trosle. 6. Capit. lib. 1. cap. 90.*

CAP. XI.

Nullus laicus Presbyterum in Ecclesiam mittere, vel eiicere præsumat sine consensu Episcopi. *Wormac. cap. 57.*

CAP. XII.

Hanc habeant auctoritatem Episcopi, vt in nullis Ecclesiis, nec constituantur Presbyteri, nec expellantur, illis inconsultis, & non consentientibus. In epistola beati Papæ Clementis legitur: Attendendum summopere est omnibus Presbyteris, & reliquis clericis, vt nihil absque Episcopi proprij licentia agant, &c. *Tribur. c. 32. Clem. ep. 3. post med.* 16. q. 1. c. 41. cum. illi.

CAP. XIII.

Si quilibet Presbyterorum defunctus fuerit, vicinus Presbyter apud sæcularem seniorem nulla precatione, vel aliquo xenio Ecclesiam illam obtineat; quia titulus per se constans antea extitit, sed neque capellam sine consultu Episcopi. *Nannet. cap. 16. Burc. lib. 3. cap. 229. Iuo par. 3. c. 269.*

CAP. XIV.

Nullus Presbyterorum quemquam, nisi iussu Episcopi in Ecclesiam introducere præsumat, cui pro aliquo delicto illam ingredi non liceat. *Salegunst. cap. 20. Burch. in fi. decr. Iuo par. 15. c. 186. decr.*

CAP. XV.

Sicut habet Episcopus in sua ordinatione omnem generaliter parochiam cum omnibus rusticanis parochiis, quas per tricennium inconcusse possidet; ita & vnusquisque presbyter in sua ordinatione, ac dispensationis cura habeat parochiam suam cum dote, & decimis Ecclesiæ, videlicet cum sui Episcopi consilio, ac dispensatione, secundum regulas antiquitus, & diuinitus constitutas, &c. Sine auctoritate, vel consensu Episcoporum presbyteri in quibuslibet Ecclesiis, nec constituantur, nec expellantur. Et si quis deinceps hoc facere tentauerit, synodali sententia districte feriatur. *Trosle. c. 6. ex Capitul. lib. 7. c. 155. Hodie Capit. lib. 1. c. 90. Worm. c. 49.*

CAP. XVI.

Nullus laicus presbyteros in suis Ecclesiis mittat, nisi in manu Episcopi sui, quia Episcopus curam animarum debet vnicuique presbytero commendare de parochiis Ecclesiarum singularum. *Bituric. ca. 21. apud Lemouic. act. 2.*

CAP. XVII.

Decreuit sancta synodus: vt nullus Episcopus Abbas, presbyter, vel qualibet persona de clero, accipiat de manu Regis, vel Comitis, vel cuiuslibet laicæ personæ donum Episcopatus, vel Abbatiæ, vel Ecclesiæ, vel

vel aliquarum ecclesiasticarum rerum. Sed Episcopus à suo Metropolitano, Abbas, presbyter, & cæteræ personæ à proprio Episcopo, &c. *Pictauens.c.1.*

De parte, quæ ex redditibus ecclesiasticis ad presbyterum pertinet. Tit. XII.

CAPVT I.

DE redditibus ecclesiæ quatuor partes fiant, quarum vna cedat Pontifici ad sui sustentationem; alia presbyteris, & diaconis, & omni clero; tertia templorum, & ecclesiarum reparationi; quarta pauperibus, & infirmis, & peregrinis. *Siluest. in syn. Rom. ccIxxxiv. Episcop. cap.4.*

CAP. II.

Statuimus in nostris ecclesiis, vel ciuitatibus hoc esse seruandum; vt quidquid pecuniæ à fidelibus in ecclesia fuerit oblatum, fideliter collectum maneat, & conseruatum fideliter Episcopo præsentetur: qualiter exinde tres partes fiant æquales, vnam Episcopus habeat, & alteram presbyteri, & diacones inibi deseruientes consequantur, & inter se, vt dignitas, & ordo poposcerit, diuidant: tertia vero subdiaconibus, & clericis tribuatur, vt à Primicerio, iuxta quod in officio eos percipit esse intentos, ita singulis dispensetur. Similis forma & de parochianis presbyteris in ecclesiis illis à Deo creditis erit seruanda. *Emerit.c.14.*

CAP. III.

Quatuor partes ex decimis, & oblationibus fiant; vna ad fabricam ecclesiæ releuandam, altera pauperibus distribuenda, tertia presbytero cum suis clericis habenda, quarta Episcopo reseruanda, vt quidquid exinde iusserit, prudenti consilio fiat. *Nannet.c.10. Burch.li.3.c.138. Iuo par.3.c.204. decr.*

Quomodo presbyteri bona Ecclesiæ dispensare debeant. Tit. XIII.

CAPVT I.

AD domum Episcopi, & presbyterorum fructus affetantur, quos ipsi diaconis, & cæteris clericis diuidant. *Ap.4.G.5.L.*

CAP. II.

Per presbyteros, & diaconos ex auctoritate
12.q.1.c. Episcopi bona Ecclesiæ, quibus opus est, distri-
22. ex buantur. Pro se vero, & peregrinis fratribus si
his. indiget, percipiat Episcopus. *Ap.41.*

CAP. III.

Si diffamatur Episcopus, aut sui presbyteri,
12.q.1.c. quæ Ecclesiæ sunt, siue ex agris, siue ex alia
23.Epis. causa ecclesiastica ad se conuertere, & pauperes penuria opprimi, & calumnia, & infamia tationibus, & administratoribus eorum iniungatur. In hbs quidem correctione opus erit, vt synodus arbitrabitur oportere. *Antioch.cap.25.*

Parisi.sub Lud.& Loth.li.1.c.15. Mart. Brac.c.16. Ansi.li.6.c.163.

CAP. IV.

De obligationibus,† vel agris, quos Dominus noster Rex Ecclesiæ suo munere conferre dignatus est, vel Deo inspirante contulerit, ipsorum agrorum, vel clericorum immunitate concessa, in reparationibus Ecclesiarum, alimoniis sacerdotum, & pauperum refectione, vel redemptionibus captiuorum, quidquid Deus in fructibus dare dignatus fuerit, expendatur; & clerici ad adiutorium Ecclesiastici operis constringantur. Quod si aliquis sacerdotum, seu minoris officij ad hanc curam minus sollicitus fuerit, ac deuotus extiterit; publice à comprouincialibus Episcopis confundatur. Si non se correxerit, donec emendet errorem, cōmunione fratrum habeatur indignus: minores vero, vt dignum est, distringantur. *Aur.c.5. vel 7.* † oblationibus f.

CAP. V.

Prębendum est à sacerdotibus vitę solatium indigentibus, &c. *Toletan.4.c.37.*

CAP. VI.

Licitum sit Episcopis, præsentibus presbyteris, & diaconibus, de thesauro Ecclesiæ familiæ, & pauperibus eiusdem Ecclesię, secundum canonicam institutionem; iuxta quod indiguerint, erogare. *Turon.sub.Carol.c.11.*

CAP. VII.

Oportet, vt si quando sacerdotes fruges, vel quosdam redditus terræ congregant, & protelant; non ideo hoc faciant, vt carius vendant, & thesauros congregent, sed vt pauperibus tempore necessitatis subueniant. *Cabil. sub Carolo c. 8.*

CAP. VIII.

Sacerdos, cui dispensationis cura est, non solum sine cupiditate, sed etiam cum laude pietatis accipit à populo dispensanda; & fideliter dispensat accepta; qui† omnia sua aut reliquit, aut pauperibus distribuit, aut Ecclesiæ rebus adiunxit, & se in numero pauperum paupertatis amore constituit; ita vt vnde pauperibus subministrat, inde & ipse, tamquam pauper voluntarius, viuat. *Prosper lib. de vita contemplatiua 2.c.12. apud Aquisgr.c.108.* † quia

CAP. IX.

Quod nulli sacerdotum liceat res Deo dicatas, sibique commissas, vt proprias tractare, & ad multifarios, secundum libitum suum, eas vsus retorquere: sed potius secundum canonicam auctoritatem, sanctorumque Patrum dicta, & exempla, administrare, vel dispensare; ea, quæ sequuntur, perspicue manifestant. Quod autem ea, quæ Domino sanctificabantur, ad ius pertinerent sacerdotum, legalia Instituta sanciunt. In nouo quippe testamento, in initio videlicet sanctæ nascentis Ecclesiæ, vota fidelium ante pedes ponebantur Apostolorum, eorumque iudicio vnicuique prout opus erat; distribuebantur. Et licet crescente fidelium deuotione, copiosissimis, ac munificentissimis eorum liberalitatibus

sancta donata sit Ecclesia eundem tamen vsum Apostolorum successores in tractandis, ac dispensandis Ecclesiasticis rebus se seruare meminerint. Quoniam qui stipem Ecclesiæ, iuxta documentum B. Hieronymi in suos conuertit vsus, scriba est, & Pharisæus, similisque Iudæ perdito, &c. *Parisi. sub Lud. & Loth. lib.* 1. *cap.* 15.

CAP. X.

Instruendi sunt presbyteri, pariterque admonendi, quatenus nouerint decimas, & oblationes, quas à fidelibus accipiunt, pauperum, & hospitum, & peregrinorum esse stipendia, & non quasi suis, sed quasi commendatis vti; de quibus omnibus sciant se rationem posituros in conspectu Dei, & nisi eas fideliter pauperibus, & his, qui præmissi sunt, administrauerint, damna passuros. *Nannet. c.* 10. *Capit. lib.* 7. *c.* 375. *Burch. li.* 3. *c.* 138. *Iuo par.* 3. *c.* 204. *decr.*

Presbyter pauperes alat. Tit. XIV.

CAPVT I.

Episcopus, vel presbyter si clerico indigenti non præbeat necessaria, excommunicetur, si perseuerat, deponatur, quasi fratris sui occisor. *Ap. c.* 59.

CAP. II.

Licet proprio Deo omnium Domini sacerdotum, vel quorumcumque hæc cura posset esse fidelium, vt egentibus necessaria debeant ministrari; specialiter tamen debilibus id pietatis causa conuenit; vt vnusquisque Episcoporum incolis, quos infirmitatem incurrisse agnouerit, &c. necessaria subministret, &c. *Aurel. v. t.* 21.

CAP. III.

Decimæ soluantur Ecclesiasticis, quibus sacerdotes, aut in pauperum vsum, aut captiuorum redemptionem prorogatis, suis orationibus pacem populo, ac salutem impetrent. *Matiscon. ij. c.* 5.

CAP. IV.

Si quando sacerdotes fruges, vel quosdam redditus terræ congregant, & protelant; non ideo hoc faciant, vt carius vendant, & thesauros congregent, sed vt pauperibus tempore necessitatis subueniant. *Cabil. sub Carolo cap.* 8.

De benedictione presbyteri. Tit. XV.

CAPVT I.

Non licet presbyteris coram Episcopo populum benedicere, aut salutare. *Leo ep.* 86. *ad Episc. Germanos & Gall. in fi.*

CAP. II.

Dist. 16. *c.* 6. *denique.* Illi, qui ante nos fuerunt, prouidam in Ecclesiis consuetudinem tradiderunt, hodieque in Ecclesia Romana; quæ magistra est omniũ Ecclesiarum impræætermisse seruatur; ita, vt nullus sacerdos maiore suo non innuente consacerdote cuilibet rei benedicere nitatur. *Nicolaus ep. ad Michael. Imperat. ante med. Iuo par.* 5. *c.* 17. *& par.* 6. *c.* 355. *dec. Ans. lib.* 7. *ca.* 144. *Cas. lib.* 8. *c.* 26.

CAP. III.

Presbyteri priuatim fidelibus desiderantibus vbique benedicere possunt. *Regin.* 4. *Burc. lib.* 2. *c.* 41.

CAP. IV.

Benedictionem super plebem in Ecclesia fundere, presbytero non licet. *Agath.* 44. *Burch. li.* 2. *c.* 90. 26. q. 6. *minist. a. re. c.* 3.

De variis muneribus presbyteri. Tit. XVI.

CAPVT I.

Vos ô presbyteri Ecclesiam excolite, & ordinate sponsam Christi ad pudicitiam. Sponsam autem dico, omnem Ecclesiæ congregationem: quæ si pudica inuenta fuerit à sponso suo, ingentibus ab eo donis, & muneribus honorabitur: & vos, velut ministri sponsæ, & amici sponsi, ingenti gaudio, & lætitia perfruemini. Si vero sponsa hæc reperta fuerit commaculata peccatis; ipsa quidem tanquam indigna extrudetur à regalibus toris, vos autem pœnas dabitis, si forte per vestram negligentiam, vel desidiam obrepserit contagio sæua peccati. Idcirco ante omnia sobrietatis, & pudicitiæ sollicitudinem gerite, &c. Diligite omnes fratres vestros, & cum religione, ac misericordia respicite ad omnes; orphanis exhibete vosmetipsos parentes: viduis virorum curam impendite cum omni castitate, quæ necessaria sunt, præbentes. Iuniores tamen viduas nuptiis copulate. His, qui ignorant artificia, exquirite honestas aliquas occasiones, quibus victum necessarium quærant. Artificibus vero opera prouidere; debilibus misericordiam facite. Scio autem hæc omnia facturos vos, si caritatem præ cæteris, & ante omnia in vestro corde figatis, &c. Esurientes reficite, & sitientibus potum date, nudis vestimentum; ægros visitate; & eos, qui in carcere sunt, prout possibile est, iuuate: peregrinos satis prompte in domibus vestris suscipite, &c. *Clem. ep.* 1. *ante med.*

CAP. II.

Tribus gradibus commissa sunt sacramenta diuinorum secretorum id est, presbytero, diacono, & ministro, &c. *Clem. ep.* 2. *in princ. Iuo p.* 2. *c.* 64. *dec. Ans. li.* 8. *c.* 38 *in addit.* *De consec. d.* 2. *c.* 23.

CAP. III.

Presbyter, qui parochiæ præest, prouideat, ne clerici feminis valde familiariter vtantur. *Carth. iv. c.* 102. *Burch. li.* 8. *c.* 55. *Iuo p.* 7. *c.* 73. *decr. Cas. li.* 9. *c.* 60. *Dist.* 81. *c.* 33. *reatu.*

CAP. IV.

Hæreticos in mortis discrimine positos, si catholici esse desiderent, si desit Episcopus, à presbyteris cum chrismate, & benedictione consignari placet. *Arausic.c.2.*

CAP. V.

Presbyteri, & diaconi alternas septimanas obseruent in diœcesanis ecclesiis. *Tarr.c.7.*

CAP. VI.

Presbyteri, & diacones in omnibus bonorum operum exhibitionibus sui Episcopi vestigia sectentur, & in bonorum morum probitate, quæ Episcopo sunt obseruanda, eadem & sibi obseruanda esse cognoscant. *Turon. sub Carol.c.9.*

CAP. VII.

Exo. 32. Sacerdotes vice Mosis iram Domini super populum sæuientem precibus suis debent mitigare. *Meten.c.3.*

CAP. VIII.

Cum sacerdos audierit aliquem infirmari in sua plebe, quam citius ad eum pergat; & ingressus cubiculum, aquam benedictam super eum, & per omne cubiculum aspergat, cum antiphona: Asperges me Domine; & versu, Exurgat Deus. Deinde dicat orationem Deus qui sacerdotibus tuis, &c. Deinde cantet septem psalmos cum precibus pro infirmis. Post hæc omnes iubeat extra cubiculum secedere; & appropinquans lecto, quo infirmus decumbit, eum blande, leniterque alloquatur; vt omnem spem suam in Deo ponat; vt flagellum Dei patienter toleret; vt hoc ad purgationem, & castigationem suam prouenire credat; vt peccata sua confiteatur; vt emendationem promittat, si Dominus vitam concesserit: vt pœnitentiam pro culpis commissis spondeat: vt substantiam suam, dum adhuc sensus, & ratio in eo vigent, disponat: vt peccata sua eleemosynis redimat: vt iis, qui in se peccauerunt, indulgeat: vt rectam fidem, & credulitatem teneat; vt de Dei misericordia nunquam desperet. Cum his, & huiusce modi allocutionibus fuerit mens infirmi releuata, data benedictione recedat sacerdos, non post multum reuersurus, denque locum, vt ægrotus de peccatis suis possit cogitare. *Nannet.c.4.*

Presbyteri constituantur in vicis, & in paruis ciuitatibus. Tit. XVII.

CAPVT I.

Dist. 80. c.3. Episcopi non in castellis, aut modicis ciuitatibus debent constitui, sed presbyteri per castella, & modicas ciuitates, atque villas debent ab Episcopis ordinari, & poni singuli tamen per singulos titulos suos. *Anacletus ep. 3. in princ. Burc.l.1.c.4. Inopar. 5.c.58.& 98. decr.*

CAP. II.

Vbi minores sunt plebes, minoresque conuentus, presbyterorum cura sufficit. *ex cap. 85. Africa. Burc.l.1.c.32. Inopar.5.c. 107.& 143. decr.* Dist. 80. illud. c. 4. c. 2. ad Episcopos

CAP. III.

Non licet ordinare simpliciter Episcopum in vico, vel parua vrbe, cum vnus presbyter sufficiat, ne contemnatur nomen Episcopi. *Sard.c.6.*

De residentia, & ministerio presbyterorũ in suis Ecclesiis, vt & qui presbyteri, in vicis degunt, diebus solemnioribus ad ciuitatem veniant. Tit. XVIII.

CAPVT I.

Presbyter, diaconus, subdiaconus, vel quilibet Ecclesiæ deputatus clericus, si intra ciuitatem fuerit, vel in loco, in quo Ecclesia est, aut castella, aut vici sunt, aut villæ; si ad Ecclesiam, aut ad sacrificium quotidianum non venerit; clericus non habeatur, si castigatus per satisfactionem, veniam ab Episcopo noluit promereri. *Tolet.c.5. Mar. Brac.c.64. Burc. li.2.c.152. Inop.6.decr.c.243.* Dist. 92. c. vlt.

CAP. II.

Clerici, qui in maioribus festiuitatibus in oratoriis, nisi iubente, aut permittente Episcopo, missas facere, aut tenere voluerint, à communione pellantur. *Agathen.c.21. Inopar. 4.c.9. decr.* De consi. dist. 1. si quis. 34.

CAP. III.

Si quis ex presbyteris, aut diaconis, qui neque in ciuitate, neque in parochiis, canonicus esse dignoscitur, sed in villulis habitãs, in oratorio sanctæ deseruiens, celebret diuina mysteria: festiuitates præcipuas, Domini natale, Pascha, Pentecosten, & si quæ principales sunt festiuitates reliquæ, nullatenus alibi, nisi cum Episcopo suo in ciuitate teneat, &c. *Aruern. c.14. Burc.li.2.c.231. Inop.6.c.306.decr.*

CAP. IV.

Episcopus, presbyter, diaconus, clericus, laicus, qui sine necessaria causa, relicta Ecclesia sua, in vrbe vagans tres dominicas dies tribus hebdomadibus non conuenerit, clericus deponatur, laicus communione arceatur. *Trull.c.81.*

Ecclesiis presbyteri proprii præficiantur, & non conductitij. Tit. XIX.

CAPVT I.

Presbyteri non intrent ecclesias conducti pretio ad vnum annum, sicut mercenarii, sed per manum Episcopi, vel Archidiaconi gratis habeant, quamdiu recte eas regere poterunt. *Greg. vij. in conc. Ro. ann. inc. c.31.*

CAP. II.

25. q. 2. c. 5. pracipimus. Præcipimus, ne conductitius presbyter in Ecclesiæ committrantur; sed vnaquæque Ecclesia, cui facultas suppetit, proprium habeat sacerdotem, nec ab eius regimine, alicuius, nisi Episcopi, vel Archidiaconi, in cuius parochia fuerit, canonico iudicio depellatur. *Rom. sub Eugen. ij. cap.* 10. *vel* 11. *Innoc. ij. in syn. Rom. cap.* 8.

CAP. III.

Communi consensu censuimus, vbicumque possibile fuerit, vnicuique Ecclesiæ suus proprius detur ab Episcopo presbyter, vt per se eam tenere possit, aut etiam priori presbytero subiugatus, ministerium sacerdotale perficere possit. *Aquisgr. ij. sub Lud. par.* 3. *c.* 16.

CAP. IV.

Enormis quædam consuetudo inualuit, vt ponantur in Ecclesiis conductitij sacerdotes vicarij temporales; ne id fiat de cætero, modis omnibus inhibemus. Sed cum vicarius poni debet, & potest, perpetuo instituatur, &c. *Concil. habitum in Germania sub Conrado Card. cap.* 12.

De modo eligendi parochum: & vt electus curam populi suscipiat. Tit. XX.

CAPVT I.

Dist. 63. c. 7. omnis. 16. q. 7. c. 14. Omnem electionem, quæ fit à magistratibus, Episcopi, vel presbyteri, vel diaconi irritam manere ex canone dicente: [Si quis Episcopus sæcularibus magistratibus vsus, per eos Ecclesiam obtinuerit, deponatur, & excommunicetur; & omnes, qui cum eo communicant. *Nicæ. ij. c.* 3. *Apost. c.* 30. *G.* 31. *L. Burc. li.* 3. *c.* 109. *Inpar.* 3. *c.* 85. *& par.* 5. *ca.* 119. *&* 120. *decr. Ans. li.* 6. *c.* 5. *Deusded. c.* 1. *&* 4. *Tarrac. lib.* 1. *c.* 46. *Cas. li.* 3. *c.* 64.

CAP. II.

Si Episcopus, presbyter, diaconus non susceperit curam, & ministerium populi sibi commissi, excommunicetur, donec suscipiat. *Apost. c.* 36. *G.* 37. *L.*

CAP. III.

Dist. 77. quicumq. c. 3. in fi. (Diaconus) accessu temporum presbyterio, vel Episcopatui, si eum cleri, ac plebis euocauerit electio, non immerito societur. *Siric. ep.* 1. *c.* 10. *Inopar.* 6. *c.* 91. *decr.*

CAP. IV.

In ordinandis plebium rationibus, ciuium instituta seruentur, &c. & primum quidem ipsius loci presbyteri, vel cæteri clerici idoneum sibi rectorem eligant: deinde populi, qui ad eandem plebem aspicit, sequatur assensus. Si autem in ipsa plebe talis inueniri non potuerit qui illud opus competenter peragere possit, tunc Episcopus de suis, quem idoneum iudicauerit, inibi constituat. *Ticin.* 4.

De presbyteris peregrinis. Tit. XXI.

CAPVT I.

Episcopi, vel presbyteri; si causa visitandæ Ecclesiæ alterius Episcopi, ad Ecclesiam venerint, & in gradu suo suscipiantur, & tam ad verbum faciendum, quam ad oblationem consectandam inuitentur. *Carth. iv. cap.* 33. 7. q. 1. c. 38.

CAP. II.

Statuimus, vt secundum cautelam omnes vndecumque superuenientes ignotos Episcopos, vel presbyteros ante probationem synodalem in Ecclesiasticum ministerium non admittamus. *Syn. Franc. post med. Capitul. lib.* 5. *cap.* 2.

CAP. III.

Episcopi, vel presbyteri de aliis regionibus non suscipiantur in ministerium Ecclesiæ, nisi prius fuerint probati ab Episcopo, cuius parochia est. *Suess. sub Pipina post med.*

Ne presbyteri parochianos alienos apud se recipiant: neue illis sacramenta conferant. Tit. XXII.

CAPVT I.

Nullus presbyter parochianum alterius recipiat, nisi per necessitatem in baptismo, & in absolutione. Et si quid caritatiue sibi oblatum fuerit, ex consensu illius, cuius parochianus fuerat, habeat, vel teddat. *Greg. vij. in conc. Rom. incer. c.* 7.

CAP. II.

Placuit, vt deinceps nulli sacerdotum liceat quemlibet commissum alteri sacerdoti, ad pœnitentiam suscipere sine eius consensu, cui se prius commisit; nisi per ignorantiam illius, cui pœnitens prius confessus est. Qui vero contra hæc statuta facere tentauerit, gradus sui ordinis periculo subiacebit. *Syn. Hibern. sub Leone iij.* 9. q. 2. c. 2. & de pœnit. d. 6. c. vlt.

CAP. III.

Dominicis, & festis diebus presbyteri, antequam missas celebrent, plebem interrogent, si alterius parochianus in Ecclesia sit, qui proprio contempto presbytero, ibi missam velit audire. Quem si inuenerint; statim ab Ecclesia eiiciant, & ad suam parochiam tedire compellant. *Nannet. c.* 1. *Burc. li.* 2. *c.* 92. *Iuo par.* 2. *c.* 122. *decr.* 9. q. 2. c. 4. c. 1. de paro. Gregor. ix. & in 1. collect.

CAP. IV.

Nullus presbyter alterius parochianum, nisi sit in itinere fuerit, vel placitum ibi habuerit, ad missam recipiat. *Nannet. c.* 2. *Capit. li.* 1. *c.* 153. *Burch. li.* 2. *c.* 91. 9. q. 2. c. 5.

Varia de parochis, & Ecclesiis parochialibus. Tit. XXIII.

CAPVT I.

IN parochialibus Ecclesiis presbyteri per Episcopos constituantur, qui eis respondeant de animarum cura, & de his, quæ ad Episcopum pertinent, decimas, & Ecclesias à laicis non suscipiant absque consensu, & voluntate Episcoporum, & si aliter præsumptum fuerit, canonicæ vltioni subiaceant. *Calist. ij. in concil. Roman. cap.* 18.

Cap. II.

De Ecclesiis parochianis, vnde Apostolicam sedem consulere voluisti, qualiter sint custodiendæ per Cordubensem prouinciam ac diuidendæ sacerdotibus, nihil tuæ caritati melius nobis videtur intimare, quam vt sequaris, quod nos in Romana Ecclesia

13.q.3.c.1. nuper egimus. [Ecclesias singulas singulis presbyteris dedimus; parochias, & cœmeteria eis diuisimus; & vnicuique ius proprium habere statuimus, ita videlicet, vt nullus alterius parochiæ terras, terminos, aut ius inuadat: sed vnusquisque suis terminis sit contentus, & taliter ecclesiam & plebem sibi cõmissam custodiat, vt ante tribunal æterni iudicis, ex omnibus sibi commissis rationem reddat, & non iudicium, sed gloriam pro suis actibus accipiat. *Dionys. ep. 2. post prin. Burc. lib. 3. cap. 43. Iuo lib. 2. tit. 4. cap. 15. panor. & par. 3. c. 47. decr. Anselm. lib. 7. cap.* 112.

Cap. III.

Ipsi, qui ad gubernandas plebes legitime prouecti sunt, nullatenus à suis Episcopis repellantur, nisi aut alicuius criminis reatum inciderint, aut easdem plebes male tractauerint. *Ticin. sub Ludou. ij. c.* 5.

Habeatur honor presbyteris. Tit. XXIV.

CAPVT I.

QVi bene præsunt presbyteri, duplici honore digni habeantur, maxime qui laborant in verbo, & doctrina, &c. *Paul. ep. 1. ad Timoth. cap.* 5.

Cap. II.

Dist. 93. premetit. Ne diaconi Eucharistiam dent presbyteris: neve illam accipiant, prius quam presbyteri: neque in medio presbyterorum liceat diaconis sedere. *Nica. 18. [illegible] quisgr. c. 41. Bur. h. lib. 5. c. 26. Iuo par. 2. c. 36. decr. Ansel. lib. 7. c. 55. Cæsar. lib. 8. c.* 13.

Cap. III.

Vbicumque presbyter, vel monachus, vel peregrinus, vel res eorum captæ fuerint, statim excommunicetur receptum, † vnde factum vel ad quod ductum fuerit. *Greg. vij. in conc. Rom. ann. incer. c.* 15.

† captor f.

Cap. IV.

Si quis parochianus, vel dictis, vel factis contumelias suo intulerit presbytero, extra Ecclesiam fiat; donec satisfaciat, ne nomen Dei, & ordo vilescat. *Greg. vij. in. concil. Roman. ann. incer. c.* 26.

Cap. V.

Ne Episcopus, vel sacerdos, Regi, vel alicui laïco, in manibus ligiam fidelitatem faciat. *Vrban. ij. in conc. Claram. c.* 17.

Cap. VI.

In singulis Ecclesiis sacerdotes diuinis orationibus Deo dicatos poni: quos ab omnibus venerari oportet, & non à quoquam grauari. *Clem. ep. 2. ante fin. Cæsar. lib. 4. c.* 46. 16 q 7. c. 28 *ecclesias. & de consec. d.* 1. c. 12.

Cap. VII.

Sacerdotes non sunt infestandi, sed honorandi: in eis quoque Dominus honoratur, cuius legatione funguntur, &c. Si peccauerint, à reliquis arguantur sacerdotibus: sed & à summis Pontificibus constringantur, & non à sæcularibus, aut malæ vitæ hominibus arguantur, vel arceantur. *Pont. ep. 1. in med.*

Cap. VIII.

Oportet pietatem vestram sacerdotibus, qualescumque sint, propter eum, cui deseruiunt, reuerentiam potius, quam iniurias exhibere, &c. Quid mirum si Christianus Imperator veri Dei sacerdotes honoret, dum pagani Principes honorem impendere sacerdotibus nouerũt, qui Diis ligneis, & lapideis seruiebant? &c. [Non quales sint sacerdotes Domini, sed quid de Domino loquantur, est vobis magnopere prouidendum, &c. *Nicol. ad Michael. imper. in prin. Iuo par. 5. c. 18. decr. Ansel. lib. 1. c.* 72. 1. q. 1. c. 86.

Cap. IX.

De presbyteris, qualescumque sint, vobis, qui laici estis, nec iudicandum est, nec de vita ipsorum quippiam inuestigandum: sed Episcoporum iudicio, quidquid est, per omnia reseruandum. *Nic. ad consul. Bulgaror. c.* 70.

Cap. X.

Auctoritate sanctæ Romanæ Ecclesiæ, vice beatorum Apostolorum Petri, & Pauli nobis licet indignis concessa, vos admonemus vt Ecclesiis honorem, pauperibus afflictis cõpassionem, sacerdotibus, præcipueque Episcopis reuerentiam, ac obedientiam, quasi patribus procuretis impendere. *Greg. vij. lib. 8. regist. ep.* 14.

Cap. XI.

De diaconibus vrbicis, vt non aliquid per se præsumant, sed honor presbyteris reseruetur. *Arelat. j. c.* 18.

Cap. XII.

Non oportet diacono ante presbyterum sedere, sed eo iubente. *Laodi. 20. Mart. Brac. 40. Vi. Agath. 65. Burch. lib. 2. c. 221. Iuo par. 6. cap. 2. 96. decret. Anselm. lib. 7. c. 56. Cæsar. lib. 8. c.* 19. *Dist.* 95. c. 15.

Cap. XIII.

Episcopus in quolibet loco sedens, stare presbyterum non patiatur. *Carthag. iv. c. 34. Cæsar. lib. 4. c. 51. & 76.* *Dist.* 95. c. 9.

CAP. XIV.

Dist. 95. c. 10. Episcopus in Ecclesia in consessu presbyterorum sublimior sedeat, intra domum vero collegam se presbyterorum esse cognoscat. *Carth. iv. c. 35. Ivo par. 5. c. 337. decr. Cæsar. lib. 4. c. 51. & 76.*

CAP. XV.

Ad vllam administrationem Pontifices, presbyteros, atque diaconos ideo excusatos esse decreuimus; quia quod lex sæculi etiam paganis sacerdotibus, & ministris ante præstiterat, iustum est, vt erga Christianos specialiter conseruetur. *Aurel. iv. c. 13.*

CAP. XVI.

Quicumque iudex, aut sæcularis presbytero, aut diacono, aut cuilibet de clero, aut de iunioribus absque audientia Episcopi, aut Archidiaconi, vel Archipresbyteri, iniuriam inferre præsumpserit; anno ab omnium Christianorum consortio habeatur extraneus. *Antisiod. c. 43.*

CAP. XVII.

Dist. 45. cum beatus. 8. Presbyteri, Abbates, & Leuitæ, exceptis grauioribus, & mortalibus culpis, nullis debent verberibus subiacere, &c. Si quis aliter fecerit, iuxta modum verberum, quem intulerit, excommunicationem pariter, & exilij sententiam sustinebit. *Brac. iij. c. 6.*

CAP. XVIII.

Si quis presbyterum calumniatus fuerit, & spassauerit; septem quadragesimas sine subsidiis annis pœniteat, &c. *Synod apud Theodonis villam c. 3.*

CAP. XIX.

Absit, vt quidquam de clericis sinistrum loquar, qui Apostolico gradui succedentes, Christi corpus sacro ore conficiunt, per quos nos etiam Christiani sumus, qui claues, regni cælorum habentes, quodammodo ante iudicij diem iudicant; qui sponsam Domini sobria castitate conseruant. Sed alia monachi causa est, alia clericorum. Clerici pascunt oues, ego pascor. Illi de altario viuunt; mihi quasi infructuosæ arbori, securis ponitur ad radicem, si munus ad altare non defero. Nec possum obtendere paupertatem, cum in

Luc. 21. a. Euangelio Christi anum viduam, duo, quæ sibi sola superetant, æra mittentem, laudauerit Dominus. Mihi ante presbyterum sedere non licet; ipsi, si peccauero, licet tradere me Sathanæ, &c. *Hierony. ad Heliodorum, apud Aquisg. cap. 97.*

CAP. XX.

Vestrum erit præcipere laïcis, vt ipsi congruum (*presbyteris*) & debitum impendant honorem; & in eos, qui contra eos perperam gesserunt, congrua procedat castigatio; quatenus, & illi corrigantur, & reliqui terreantur. *Aquisgr. ij. sub Ludou. parti. 3. c. 10. loquitur syn. cum Imperatore.*

CAP. XXI.

Licet sacerdotes moderno tempore propter imminentes perturbationes in multis sint negligentes: non sunt tamen vituperandi, nec despiciendi: sed propter illum, cuius ministerium gerunt, audiendi, & congruo honore venerandi. Post Apostolos enim ad ipsos hæc Domini sententia dirigitur: Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Luc. 10. Quapropter attendendum est, quod sacerdorum Christi spretio ad iniuriam Christi pertinet, cuius vicem, & ministerium gerunt. *Aquisg. ij. sub Ludou. par. 4. c. 7.*

CAP. XXII.

Laici monendi sunt, ne sacerdotes contemptui habeant, neve eorum monita despiciant: & tam turpiter tractent, vti hactenus: ne superueniat, quod dicit Propheta: Populus Osee 4. a. tuus, sicut hi, qui contradicunt sacerdoti: & corrues hodie, & corruet etiam Propheta tecum. *Aquisgr. ij. sub Ludou. par. 4. c. 19.*

CAP. XXIII.

Sacerdotes, ac serui Dei vigorem Ecclesiasticum, & debita priuilegia, iuxta reuerendam auctoritatem obtineant: eisdem vero Regalis potestas, & illustrium virorum strenuitas, seu reipub. administratores, vt suum ministerium competenter exequi valeant, in omnibus rationabiliter, & iuste concurrant. *Melden. cap. 1.*

CAP. XXIV.

Vt hi, qui sacerdotes, ac viros Ecclesiasticos non solum dehonorant, verum & diuerso, atque aduerso modo affligunt, velut sacrilegi canonicæ sententiæ subigantur. *Melden. c. 60.*

CAP. XXV.

Per singulas parochias, eas festiuitates populus obseruare studeat, quas proprius eorum Episcopus venerari prædicauerit, &c. Si vero aliqui inuenti fuerint, qui sacerdotibus obtēperare noluerint: per ministros reipub. distringantur: & satisfactionem pœnitentiæ, quam presbyteri imposuerint, subire cogantur. *Ticin. sub Ludou. ij. c. 17.*

CAP. XXVI.

Relatum est sanctæ synodo, quod à malis Christianis plurimæ vexationes sacerdotibus Christi, seu cæteris clericis inferioris gradus inferantur, &c. Si quis clerico aliquam iniuriam, seu calumniam ingesserit, à liminibus sanctæ Ecclesiæ arceatur, vsque ad condignam satisfactionem. *Magun. sub Arnulf. c. 7.*

CAP. XXVII.

Quidā homines scelerati grauissimas iniurias, & vulnera intulerunt cuidam presbytero, iubet synodus eos anathematis vinculo constringi, quousque dignam fecerint pœnitentiam. *Magun. sub Arnulf. cap. 8.*

CAP. XXVIII.

Si quis presbyter, quod absit, quia sacerdos altissimi est, vulneratus, vel quibuslibet iniuriis, & contumeliis dehonestatus euaserit, & superuixerit, tota compositio persoluatur presbytero, &c. Sacerdotes non sunt lacerandi, sed potius coronandi, quia de his Ecclesiasticus liber loquitur dicens. In tota anima Eccles. 7

tua time Dominum, & sacerdotes illius sanctifica, & ministros eius non derelinquas, & honorifica sacerdotem. *Tribur. c. 4.*

Cap. XXIX.

Qui sacerdotibus iniuriam, vel contumeliam irrogant, Domino Deo nostro Iesu Christo cuius vices agunt, iniuriosi, & contumeliosi existunt, &c. Si sacerdotes Dei non sunt infestandi, &c. non aliqua iniuria, vel cõtumelia afficiendi; quanto minus persequendi, excæcandi, aut interficiendi? *Trosl. c. 5.*

Cap. XXX.

Si quis in hoc genus sacrilegij proruperit, vt in Ecclesias, earumque res irruens sacerdotibus, & ministris, vel ipso cultu, locoque aliquid importet iniuriæ, vel inferat ad diuini cultus iniuriam, conuictos, siue confessos reos capitali sententia nouerit vindicandum. *Trosles. c. 5. ex Capitul. lib. 6... 297.*

Cap. XXXI.

Quicumque iudex sæcularis presbyterum, aut diaconum, aut quemlibet de clero, atque de iunioribus absque audientia Episcopi, vel Archidiaconi, vel Archipresbyteri iniuriam inferre præsumpserit: anathema ab omnium Christianorum consortio habeatur. *Trosl. c. 5. ex Capitul. Caroli Imper.*

Cap. XXXII.

11. q. 1. c. de for. cõpet. c. 2. Greg. ix. & in 1. collec. c. 3. eo. tit. Nullus iudex, neque presbyterum, neque diaconum, aut clericum, aut iuniorem Ecclesiæ sine conscientia Pontificis per se distringat, aut condemnare præsumat, &c. *Trosl. c. 6. Capitul. lib. 6. c. 154. & lib. 7. c. 139. & in addit. c. 210. Burch. lib. 16. c. 22.*

Cap. XXXIII.

Maras excommunicatus est à proprio Archidiacono, quoniam iniuriam fecit presbytero. *Ibas Episcop. in syn. habita Beryti, apud Chalcedon. act. 10. ante med.*

De ordine antiquiorum presbyterorum, & aliorum clericorum seruando. Tit. XXV.

CAPVT I.

Dist. 61. & 12. NE emeritis in suis Ecclesiis clericis, peregrini, & extranei, & qui ante ignorati sint, ad exclusionem eorum, qui bene de suorum ciuium merentur testimonio, preponantur, &c. *Calest. ep. 2. c. 4. Ansel. lib. 6. c. 7.*

Cap. II.

Libello Pauli presbyteri tui, &c. cognouimus, apud te nouo ambitu, fœdoque colludio, presbyterij ordinem fuisse turbatum, ita vt vnius festina, & immatura prouectio, quędam eorum delectio facta sit, quos ætas commendabat, & nulla culpa minuebat. Quod si ambientis intentio, aut imperita fauentium studia, id, quod nunquam habuit consuetudo, poscebant, vt incipiens emeritis, & nouellus præferretur antiquis: tuæ fuerat industriæ, atque doctrinæ, vt iniuste perentium desideria rationabili auctoritate cohiberes; ne quem in sacerdotali propere prouehebas honore, ad iniuriam eorum, quibus sociabatur, inciperet, &c. dum in illo non humilitatis virtus, sed elationis vitium roboraretur, &c. Si vero, vt asseritur, primi, secundique pres byteri, &c. tam huic assenratio fauit, † vt illum cum sui dedecore poscerent honorari, nec hoc quidem illis, proprio se iudicio decernentibus tribui debuit; quod volebant, cui tam miseræ voluntati, te dignius fuerat obuiare, quam cedere. De formis autem, & ignaua subiectio bene sibi consciis, & non irritam facientibus gratiam Dei, præiudicare non potuit, vt primatus suos quocumque commercio in alterutrum transferentes, subsequentium suorum minuerent dignitatem, & quem vltimum sibi antepofuerant, cæteris præemineret, &c. *Leo ep. 5. ad Dorum Episc. Beneuent.* † fuit.

Cap. III.

Ne cuiuslibet vtilitatis causa, seu presbyter, seu diaconus iis præferatur, qui ante ipsum fuerint ordinati. *Gelas. epist. 1. ep. 13. Gregor. 11. ep. 3. Iuo lib. 3. tit. 2. c. 4. 28. panor. & par. 6. cap. 74. decr. Ansel. lib. 7. c. 38. Tarrac. lib. 3. c. 48. & lib. 6. c. 40.* Dist. 75. c. vlt.

Cap. IV.

Placuit, vt quicumque deinceps ab Episcopis ordinantur, litteras accipiant ab ordinatoribus suis, manu eorum subscriptas, continentes Consulem, & diem, vt nulla altercatio de posterioribus vel anterioribus oriatur. *Carthag. c. 90. G. Milenit. c. 14. L. Afric. c. 56. L.*

Cap. V.

Episcoporum, quorum vita non reprehenditur, posteriorem (*Presbyterum, vel clericum*) priori nullus præponat; nisi forte elatus superbia, quod pro necessitate Ecclesiæ Episcopus iusserit, implere contemnat, &c. *Agath. c. 23.* Dist. 74. c. 5.

De vita, & honestate Presbyterorum. Tit. XXVI.

CAPVT I.

CVnctorum sacerdotum vitam superiorem, sanctioremque ac discreram à sæcularibus, & laicis hominibus esse, & spirituales quosque, atque sacerdotes super carnales, ac laicos semper constituendos docebat (*Petrus Apostolus. Clem. ep. 1. post med. Ansel. lib. 3. c. 1.*) 6. q. 1. c. beatus.

Cap. II.

Sunt quidam Presbyteri, seu Episcopi multis vitiis irretiti, quorum vita in se ipsis sacerdotium maculat, & (*adiecisti*) si tibi liceret cum eis edere, aut loqui, nisi coërciti fuerint. Hos ex Apostolica auctoritate redarguendo admoneas, & ad munditiam Ecclesiasticæ disciplinæ reducas. Et si quidem obedierint, saluabunt animas suas, & ipse

mercedem lucratus es. Veruntamen collocutionem, & mensam communem cum eis agere non recuses, &c. Plerumque conuiuiorum sedulitas, & admonitio blanda ad viam perducit iustitiæ. *Greg. iij. ep. 4. in fin.*

CAP. III.

Episcopus, presbyter, atque diaconus tam sancta conscientia resplendeant, vt effugiant † improbitate † actuum maledicorum obloquia, & testimonium in se diuinum implere contendant, quo Dominus ait; Sic luceat lumen † vestrum † coram hominibus, vt videntes † vestra bona opera, glorificent † Patrem vestrum qui in cælis est. *Aruer. cap. 15. Matiscon. c. 1.*

† improbitatem. *Math. 5.* † lux vestra. † videant † & magnificent.

CAP. IV.

Cum rerum necessitas exposcit, pensandum valde est, ad culmen quisque tegiminis, qualiter veniat; atque ad hoc rite perueniens, qualiter viuat; & bene viuens qualiter doceat, & recte docēs, infirmitatem suam quotidie, quanta consideratione cognoscat, ne aut humilitas accessum fugiat, aut peruentioni vita contradicat, aut vita doctrinam destruat, aut doctrinam præsumptio extollat, &c. *Greg. in proœ. lib. 1. pastor. apud Aquisgr. 13.*

CAP. V.

Tam doctrina, quam vita, clarere debet Ecclesiasticus doctor. Nam doctrina sine vita arrogantem reddit: vita sine doctrina, inutilem facit. Sacerdotis prædicatio operibus confirmanda est, ita vt, quod docet verbo, instruat exemplo. Vera est enim illa doctrina, quam viuendi sequitur forma. Nam nihil turpius est, quam si bonum, quod sermone quisque prædicat, explere opere negligat. Tunc enim prædicatio vtiliter profertur, quando efficaciter adimpletur. Vnusquisque doctor & bonæ actionis, & bonæ prædicationis habere debet studium. Nam alterum sine altero non facit perfectum. Sed præcedat iustus bene agere, vt sequenter possit bene docere. Sicut in numismate metallum, figura, & pondus inquiritur; ita in omni doctore Ecclesiastico, quid sequatur, quid doceat, quomodo viuat. Per qualitatem igitur metalli doctrina, per figuram similitudo Patrum, per pondus humilitas designatur. Qui ergo ab his tribus discrepauerit, non metallum, sed terra erit. *Isidor. lib. 3. de summo bono c. 36. apud Aquisgr. c. 20.*

CAP. VI.

Sunt nonnulli, qui solerti cura spiritalia præcepta perscrutantur; sed quæ intelligendo penetrant, viuendo conculcant. Repente docent, quæ non opere, sed meditatione didicerant: & quod verbis prædicant, moribus impugnant, vnde fit, vt cum pastor per abrupta graditur, ad præcipitium grex sequatur. Per Prophetam Dominus contra contemptibilem pastorum scientiam queritur dicens: Cum ipsi limpidissimam aquam biberetis, reliquam pedibus vestris turbabatis. Et oues, quæ conculcata pedibus vestris fuerant, pascebantur; & quæ pedes vestri turbauerant, hæc bibebant. Aquam limpidissimam pastores bibunt, cum fluenta veritatis, recte intelligentes hauriunt: sed eandem aquam perturbare, est sanctæ meditationis studia male viuendo corrumpere, &c. Nemo amplius nocet in Ecclesia, quam qui peruerse agens, nomen, vel ordinem sanctitatis † habet. Delinquentem namque hunc † redarguere nullus præsumit; & in exemplum culpa vehementer extenditur, quando pro reuerentia ordinis peccator honoratur. Qui ergo ad sanctitatis speciem deductus, vel verbo cæteros destruit, vel exemplo; melius profecto fuerat, vt hunc ad mortem sub exteriori habitu terrena acta constringerent, quam sacra officia in culpa cæteris imitabilem demonstrarent. *Greg. lib. 1. past. c. 2. apud Aquisgr. cap. 27.*

Ezec. 34 a. † sanctæ vitæ.

CAP. VII.

Cum sacerdos non agit bona, quæ loquitur, ei etiam sermo subtrahitur, ne loqui audeat, quod non operatur, sicut per Prophetam dicitur; Peccatori autem dixit Deus, quare tu enarras iustitiam meam, & assumis testamentum meum per os tuum? &c. Plerumque doctor qui docere audet, quod negligit agere, cum desierit bona loqui, quæ operari contempsit, docere subiectos incipit praua, quæ agit: vt iusto omnipotentis Dei iudicio, in bono iam nec linguam habeat, qui habere bonam vitam recusat: quatenus dum mens eius terreno amore incenditur, de terrenis rebus semper loquatur, &c. *Greg. lib. 11. Moral. c. 9. & 10. apud Aquisg. c. 27.*

Psal. 49

CAP. VIII.

Qui bene docet, & male viuit, quod docet, bene viuentibus proficit; quod vero male viuit, se ipsum occidit. Sicut sacerdos, qui fidigne agit, vt sacerdotem decet, ministerium eius, & ipsi, & aliis vtile est: indigne autem viuens, aliis quidem vtilis est loquendo, se autem interficit praue viuendo, &c. *Isidorus lib. 3. de summo bono. c. 37. apud Aquisg. c. 29.*

CAP. IX.

Plerique sacerdotes, & clerici praue viuentes, forma cæteris in malum existunt, qui in bonis exemplum esse debuerunt. Hi enim quoscumque exemplo malæ conuersationis suæ perdunt; de illis rationem sine dubio reddituri sunt. Ex carnalium præpositorum exemplo, plerumque fit vita deterior subditorum: & plebis merito fiunt tales sacerdotes, qui exemplo deteriore populum destruāt, non ædificent. Ex merito enim plebis nonnunquam Episcopi deprauantur, quatenus procliuius corruant, qui sequuntur, &c. Deteriores sunt, qui siue doctrinis, siue exemplis vitam, moresque bonorum corrumpunt, his qui substantias aliorum, prædiaque diripiunt, &c. Multum distant damna morum à damnis temporalium rerum, dum ista extra nos sint, mores vero in nobis. *Isidor. de*

ſummo bono cap. 38. apud Aqui[illegible] cap. 30.

CAP. X.

Decet ſacerdotes Chriſti tanta dignitate donatos, quos vtique conſtat ianitores cæleſtis aulæ exiſtere, exempla deceſſorum ſuorum, qui Deo placuerunt, infatigabiliter ſectari; quatenus terrena deſpiciendo, & cæleſtia amando, primum ipſi atria ſupernæ ciuitatis ſubire, deinde auditoribus ſuis, dictis, & exemplis ea ſtudeant aperire; ne, quod abſit, audiant à Domino; Habentes clauem ſcientiæ, vos ipſi non intratis, & alios intrare non ſinitis. Quando vero vita ſacerdotum cum doctrina non concordat, & auditoribus infirmis ſcandalum, & animarum prouenire periculum, non eſt dubium. Proinde ſummopere cauendum eſt ſacerdotibus, ne offendiculum fiant iis, quibus præſunt. Tunc enim offendiculum fiunt illis, quando, quod verbis prædicant, moribus impugnant. Vnde fit, vt ſicut beatus Gregorius ſcribit, cum paſtor per abrupta graditur, ad præcipitium grex ſequatur. Nemo quippe, vt idem ait, amplius in Eccleſia nocet, quam qui peruerſe agens, nomen, vel ordinem ſanctitatis habet, &c. *Pariſ. ſub Ludou. & Loth. lib. 1. c. 4.*

Luc. 11.

Paſtor. lib. 1. c. 2.

CAP. XI.

Grandis dignitas ſacerdotum, ſed grandis ruina, ſi peccet. Lætamur ad aſcenſum, ſed timeamus ad lapſum; non eſt tanti gaudij excelſa tenuiſſe, quam mœroris de ſublimibus corruiſſe. Nec enim ſolum pro delictis noſtris reddemus rationem, ſed pro omnibus, quorum abutimur donis, & nequaquam ſumus de eorum ſalute ſolliciti. *Hierony. in cap. 44. Ezechielis apud Pariſien. ſub Ludouico, & Lothario. lib. 1. c. 12.*

CAP. XII.

Non poteſt dicere ſacerdos contemptoribus admonitionis ſuæ, futurum cogitate iudicium quod ipſe forte non cogitat; Amatoribus mundi, nolite diligere mundum; ſi eum mundi amor oblectat: Ambitioſis, ambitioni finem imponite, ſi eum ambitio ruinoſa præcipitat: Ebrioſis, ebrietatem cauete, ſi ſe mero vſque ad alienationem mentis ingurgitat: Sumptuoſis dapibus crudus non poteſt abſtinentiam laudare, quam calcat: Vitio cupiditatis addictus, cupidis amorem non poteſt diſſuadere pecuniæ. Inimicitiarum tenax, non audebit animos diſſidentium ſacerdotali tranquillitate componere. Iuſtitiam prædicare iudicibus erubeſcit, quam ipſe perſonæ potentis fauore corrumpit; Nec defendet oppreſſos, ſi perſonas aut honorat, aut deſpicit; & quidquid boni non facit, aut mali committit, nec iubebit fieri, nec vetabit: quia neceſſariam docendi auctoritatem contrarietate ſuæ actionis, aut amittit, aut minuit. *Proſper lib. 1. de vita contemplatiua cap. 15. apud Pariſien. ſub Ludouico, & Lothario lib. 1. cap. 13.*

CAP. XIII.

In ipſa vita ſacerdotum penſandum eſt, qualiter quiſque doceat, ſicut ait egregius doctor beatus Gregorius, vt recte docens infirmitatem ſuam quotidie omni conſideratione cognoſcat ne aut humilitas acceſſum fugiat, aut peruentioni vita contradicat, aut vitam doctrina deſtituat, aut doctrinam præſumptio extollat. Prius ergo appetitum timor temperet; poſt autem magiſterium, quod ſuſcipitur, vitam commendet; ac deinde neceſſe eſt, vt paſtoralis vitæ bonum, quod viuendo oſtenditur, etiam loquendo propagetur. *Aquiſg. 9. ſub Ludou. par. 1. cap. 7. ex Greg. in proœm. lib. 1. paſtor.*

CAP. XIV.

Preſbyteros, & clericos ita viuere oportet vt ſubditæ plebi exemplo ſuæ conuerſationis proficiant. *Ticin. ſub Ludou. ij. c. 1. in fine.*

De caſtitate Preſbyteri. Tit. XXVII.

CAPVT I.

Episcopos, Preſbyteros, & diaconos, ita placuit, vt condecet ſacroſanctos Antiſtites, & Dei ſacerdotes, nec non & Leuitas, vel qui ſacramentis diuinis inſeruiunt, continentes eſſe in omnibus: quo poſſint ſimpliciter, quod à Deo poſtulant, impetrare: vt quod Apoſtoli tradiderunt, & ipſa ſeruauit antiquitas, nos quoque cuſtodiamus. *Carth. c. 3. & 4. G. Carth. ij. c. 2. L. Raban. c. 29. ac pœnit. Ivo lib. 3 tit. 8. c. 10. panor.*

Diſt. 31. presbyteros, c. 3. & diſt. 84. c. 3. cum in præterito.

CAP. II.

Non ſolum caſtitatem retinendam Pontifices ſuo corpore cenſeant, ſed & Preſbyteris, & diaconibus miniſtrantibus Dei altaribus modis omnibus obſeruandam conſtituant; vt ex his, qui caſtitatis voluerit patientiam violare, tali ſorte coërceatur, vt vltimus, à quo eſt gradu deiectus, Deo amplius non miniſtret; ſed ſacerdotis ſui electione ſit tali clauſtro conſeptus, vt cæteros ſuo exemplo corrigat, & ille ex pœnitentia reuiuiſcat. *Tolet. ſub Reccaredo Rege xvi. Epiſcopor. cap. 1.*

CAP. III.

Hæc ſancta ſynodus fieri elegit, vt annuis vicibus vnuſquiſque noſtrum omnes Abbates monaſteriorum, vel Presbyteros, & diaconos ſuæ diœceſis ad locum, vbi Epiſcopus elegerit, congregare præcipiat, &c. cunctoſque ſub Eccleſiaſticis regulis adeſſe præmoneat: quoſque etiam parſimoniæ, & ſobrietati, atque veridicæ caſtimoniæ honeſtorum virorum teſtimonio fama commendet. Sollicitum etiam pro haere vnumquemque noſtrum eſſe conuenit, vt curioſa indagine perquiramus, ſi Presbyteris, & diaconibus atque ſubdiaconibus, & clericis pudica, & caſta ſit vita, &c. *Oſcen. ſyn. Vid. Egaren.*

CAP. IV.

Sancta inſtituit ſynodus, vt conſtitutio, quæ dudum in concilio Oſcenſi conſtituta

quidem, sed minime conscripta fuit, confirmata, & in perpetuum valitura perduret, & omnia, quæ ex castimonia Presbyterorum, & inferius clericorum conscripta sunt, habeant eandem formam de Episcopis, &c. *Egaren. syn.*

CAP. V.

Inoffensos, & immaculatos decet Dei existere sacerdotes; nec vllius eos fornicationis contagio pollui; sed caste viuentes, mundos semetipsos celebrandis exhibeant sacramentis. Abstineamus ergo nos ab omni opere malo, & ab omni inquinamento carnis liberi maneamus; vt mundi corpore, purgati mente possimus ad sacrificium Christi digni accedere, & Deum pro delictis omnium deprecari. *Tolet. iv. c. 20.*

CAP. VI.

Dist. 28. c. 3. Quando Presbyteri, aut diaconi per parochias constituuntur, oportet eos primum professionem Episcopo suo facere, vt caste, & pie viuant sub Dei timore; vt dum eos talis professio obligauerit, vitæ sanctæ disciplinam retineant. *Tolet. iv. cap. 26. Capitul. lib. 7. cap. 466. Burch. lib. 2. cap. 157. Iuo lib. 3. tit. 2. c. 15. panor. & par. 3. c. 130. & par. 6. cap. 248. decret. Ansel. lib. 7. cap. 106.*

CAP. VII.

Dist. 32. c. 17. Hospitiolum tuum aut raro, aut nunquam mulierum pedes terant. Omnes puellas, & virgines Christi aut æqualiter ignora, aut æqualiter dilige. Ne sub eodem tecto mansetis, nec in præterita castitate confidas; nec Gen. 3. 4. Dauid sanctior, nec Salomone sapientior potes esse. Memento semper, quod paradisi colonũ, de possessione suâ mulier eiecit. Ægrotanti tibi sanctus quilibet frater assistat, & germana, vel mater, aut probatæ quælibet fidei apud omnes. Quod si huiuscemodi non fuerint consanguinitatis, castimoniæque personæ; multas anus nutrit Ecclesia, quæ & officium præbeant, & beneficium accipiant ministrando; vt infirmitas quoque tua fructum habeat eleemosynæ. Scio quosdam convaluisse corpore, & animo ægrotare cœpisse. Periculose tibi ministrat, cuius vultum frequenter attendis. Si propter officium clericatus, aut vidua visitatur, aut virgo, nunquam domum solus introeas: talesque habeto socios, quorum contubernio non infameris. Si lector, si acolythus, si psaltes te sequitur; non ornentur veste, sed moribus; nec calamistro crispent comas, sed pudicitiam habitu polliceantur. Solus cum sola secreto, & absque arbitro, vel teste non sedeas. Si familiarius est, aliquid loquendum, habet nutricem maiorem domus, virginem, viduam, maritatam: non est tam inhumana, vt nullum præter te habeat, cui se audeat credere. Caueto † omnes suspiciones, & quidquid probabiliter fingi potest, ne fingatur, ante deuita. Crebra munuscula, & sudariola, & fasciolas, & vestes ori applicitas, & degustatos cibos, blandasque & dulces litteras sanctus amor non habet, &c. *Hieron. ad Nepotianum apud Aquisgr. c. 94. Cæsar. lib. 8. c. 64. in fine.*

† caueto.

CAP. VIII.

Prima tentamenta sunt clericorum fœminarum frequentes accessus. Iste sexus reprehensibiles exhibet clericos. Quid tibi reuera cum fœminis, qui ad altare cum Domino fabularis? Te in publico cuncti, re in agro rustici, aratores, ac vinitores quotidie lacerabunt; si contra depositum fidei cum fœminis habitare contendis. Et quia, vt arbitror, concupiscis irreprehensibilis inueniri, testimonio bono munire. Numquid in choro Apostolorum fœminæ adfuerunt? Prohibe virgines tecum commorari, etiam quæ de genere tuo sunt. Dilige eas, exterius ordina, frequenter visita iunctus obsequio clericorum; ne cum secretaliter, ac solus ingrederis, macules testimonium tuum. Aliter namque coniugati, aliter virgines † edocentur Ecclesiasticum subire ministerium, & onus. Fœminarum cum clericis nullo pacto coniuncta præcipitur conuersatio, &c. Ferreas mentes libido domat. Si alligauerit quis ignem in sinu suo, vestimenta eius non comburentur? Aut si ambulauerit quis super carbones ignis, pedes suos non comburet? Mihi crede, non potest toto corde habitare cum Domino, qui fœminarum accessibus copulatur, &c. Si pudicitiam quæris, fœminam, quam videris conuersantem bene, mente dilige, non corporali frequentes ornatu. Non vestis tenera clericum facit, aut sacerdotem, sed casta mentis intentio. Hæc enim deuotionem honoris in te custodit. Honorem quidem gloriosum boni operis fama conseruat. Sacerdotes quippe decet, vel cæteros clericorum gradus à fœminis segregari, &c. Nec si dux, aut tres pariter Dei ancillæ motentur, solum ad eas decet ingredi sacerdotem. Si quis hæc præcepta nõ obseruarit, hostis est animæ suæ. Quod si post monita nostra aliquis clericus Agapetas amplius quæsierit amare, quam Christum, secundum synodalem regulam conueniatur, & præcepta Patrum in Nicæa definita ei legantur. Iam vere, si conuenrus prædicta fugerit, & reliquerit; consecuti sumus maximum lucrum. Alioquin talis ab Ecclesia anathemarizandus est. Germinant enim fœminæ spinas, cum viris habitantes, & arcana mentium acuro mucrone percutiunt, &c. *Hieronymus ad Oceanum, apud Aquisgr. c. 98.*

† conuersentur.

Dist. 31. c. 17. hospitiolum.

Ne Presbyter vxorem ducere audeat, aut concubinam. Tit. XXVIII.

CAPVT I.

NEmo Presbyter à die oneris Presbyterij sumat coniugium. *Siluest. in synodo Rom. cclxxxiv. Episcopor. c. 19.*

CAP. II.

Quicumque sacerdotum, diaconorum, sub- Dist. 31.

nullus, c. 5. & 6. præter. diaconorum post constitutum B. mem. præd. nostri sanctissimi Papæ Leonis de castitate clericorum concubinam palam duxerit, vel ductam non reliquerit, &c. missam non cantet, neque Euangelium, vel epistolam ad missam legat, neque in Presbyterio ad diuina officia cum iis, qui præfatæ constitutioni obedientes fuerint, maneat, neque partem ab Ecclesia suscipiat. *Nicol. ij. in syn. Rom. cxiy. Episcopor. c. 3. Iuo lib. 3. tit. 11. c. 3. pan. Cæsar. lib. 8. cap. 44.*

CAP. III.

Nullus sacerdos, aut diaconus, vel subdiaconus, sed & nullus, qui canonicam habet, fornicationis sibi copulam adiungat. Quod si fecerit quis, à canonica omnino arceatur. *Vrban. ij. in concil. Claramont. cap. 9.*

CAP. IV.

Dist. 27. c. 8. Presbyteris, diaconibus, subdiaconibus, & monachis concubinas habere, seu matrimonia contrahere penitus interdicimus; contracta quoque matrimonia ab huiusmodi personis disiungi, & personas ad pœnitentiam debere redigi, iuxta sacrorum canonum definitionem, iudicamus. *Callist. ij. cap. 20. in syn. Rom. Pœnit. Rom. lib. 8. cap. 8.*

CAP. V.

Dist. 28. c. 2. Decernimus, vt hi, qui in ordine diaconatus, † & supra, vxores duxerint, aut concubinas habuerint, officio, atque Ecclesiastico beneficio careant, &c. Statuimus, quatenus Episcopi, Presbyteri, diaconi, subdiaconi, regulares canonici, & monachi, atque conuersi, & professi, qui sacrum transgredientes propositum, vxores sibi copulare præsumpserint, separentur, &c. Qui etiam ab inuicem separati pro tantis excessibus condignam pœnitentiam agant. *Inn. ij. in syn. Rom. cap. 5. Eugen. iij. in syn. Rem. c. 7. Pœnit. Rom. tit. 8. c. 7.*

† subdiaconatus.

27. q. 1. c. 40.

CAP. VI.

Qui in ordine subdiaconatus, aut supra vxores duxerint, aut concubinas habuerint, officio, atque Ecclesiastico beneficio careant. *Eugen. iij. in syn. Rem. c. 3.*

CAP. VII.

Episcopi, Presbyteri, diaconi, subdiaconi, regulares canonici, monachi, atque conuersi professi, qui vxores sibi copulare præsumpserint, separentur, & agant pœnitentiam. *Eugen. iij. in concil. Remen. c. 7.*

CAP. VIII.

Dist. 31. c. 10. Lex continentiæ eadem est ministris altaris, quæ Episcopis, atque Presbyteris, qui cum essent laici, siue lectores, licite & vxores ducere, & filios procreare potuerunt, sed cum ad prædictos peruenerint gradus; cœpit eis non licere, quod licuit, &c. *Leo ep. 90. ad Rustic. Narbon. Episcop. cap. 3. Burch. li. 2. c. 124. Iuo lib. 3. tit. 8. cap. 23 panor. & part. 6. cap. 68. decr. Ansel. lib. 7. cap. 135. Cæsar. lib. 8. cap. 57. Tarrac. lib. 1. cap. 101.*

CAP. IX.

Dist. 28. c. 9. Presbyter, si vxorem duxerit, deponatur ab ordine; si fornicetur, vel adulter sit, eijciatur, & agat pœnitentiam. *Neocæs. cap. 1. Paris. sub Ludo. & Loth. lib. 1. cap. 35. in fine. Magun. sub Arnul. cap. 19. Mar. Brac. c. 27. Burch. lib. 2. c. 108. Iuo lib. 3. tit. 8. c. 8. panor. & par. 6. cap. 185. decr.*

CAP. X.

Apud Apostolicos canones reperitur in clerum vocatos ante nuptias, posse vxores ducere lectores, & cantores tantum; statuimus subdiaconum, diaconum, Presbyterum post ordinationem non posse vxorem ducere; si fecerit, deponatur, &c. *Trull. c. 6. Vid. Ap. c. 26. G. 27. L. Iuo lib. 3. tit. 8. c. 19. panor.* Dist. 32. c. 7. si quis.

CAP. XI.

Presbyter per ignorantiam illegitimis nuptiis copulatus, in sede sua maneat, cæteris actionibus abstineat, non benedicat, quia sanctificationis traditio est benedictio, neque est sanctificatus, qui per ignorantiam cecidit. Itaque neque publice, neque priuatim benedicat, neque corpus Christi det aliis, neque in alia re administret; sed sua sede contentus defleat ignorantiæ peccatum, nuptiæ vero illicitæ dissoluantur, & non habeat ad eam mulierem accessum. *Trull. c. 26.* Dist. 28. presbyterum. c. 10

CAP. XII.

Presbyteri, & diacones, & subdiaconi, sicut lex canonum præcipit, nec vxores, neque concubinas habeant; & qui modo eas habent, ita eas sine mora peracto hoc concilio derelinquant, vt nunquam vlterius ad eas accedant. Qui vero derelinquere eas noluerint, à proprio gradu, & officio cessent, & inter lectores, & cantores permaneant. *Bituric. cap. 5. apud. Lemonicen. act. 2.*

Presbyter, qui habet vxorem, abstineat ab illa. Tit. XXIX.

CAPVT I.

SAcrorum canonum instituta renouantes præcipimus: vt à tempore subdiaconatus nulli liceat carnale commercium exercere; qui deprehensus fuerit, ordinis sui periculum sustinebit. *Vrban. ij. in synod. apud Melfiam. cap. 2.*

CAP. II.

Eos, qui à subdiaconatu vxoribus vacare voluerint, vt ab omni sacro ordine remoueamus, officioque, atque beneficio Ecclesiæ carere decernimus. Quod si ab Episcopo admoniti non se correxerint; Principibus licentiam indulgemus, vt eorũ feminas mancipent seruituti. *Vrban. ij. in synod. apud Melfiam. c. 12.*

CAP. III.

Presbyteris, diaconibus, & subdiaconibus concubinarum, & vxorum contubernia penitus interdicimus. *Callist. ij. in conc. Rom. c. 3.*

CAP. IV.

Vnde scis tu, qui passim sacrarij panes indignis impendis, si à mulieribus mundi sunt? De consec. d. 2.

trib. insp. Hinc & Dauid ab Achimelech, &c. panes pro-
1. Reg. positionis accepit, &c. Ad Dominica autem
21. b. mysteria tales eligantur, qui ante ordinatio-
Dist. 81. nem coniuges suas non nouerint. Quod si post
ministri. ordinationem ministro altaris contigerit pro-
c. 19. prium inuadere cubile vxoris; sacrarij non in-
tret limina, nec sacrificij portitor fiat, nec al-
tare contingat, nec ab offerentibus holocau-
sti oblationem suscipiat, nec ad Dominici cor-
† portionem. poris portationem † accedat; sed † aquam sa-
† nec. cerdotibus porrigat ad manus, ostia forinse-
cus claudat, minora gerat officia, vrceum, si-
ue calicem ad altare non sufferat. *Cle. ep. 2. post
prin. Iuo par. 6. c. 87. decr. Ansel. lib. 8. c. 2. & c. 36.
in addit. Cæsar. lib. 8. c. 59.*

Cap. V.

Dist. 82. c. 3. Plurimos sacerdotes Christi, atque Leui-
tas, post longa consecrationis suæ tempora,
tam de coniugibus propriis, quam etiam de
turpi coitu sobolem didicimus procreasse, &
crimen suum hac præscriptione defendere;
quia in veteri testamento sacerdotibus, ac
Leui. 21. c. ministris generandi facultas legitur attribu-
ta, &c. Quarum sanctionum sacerdotes om-
nes, atque Leuitæ insolubili lege constringi-
mur; vt à die ordinationis nostræ sobrietati,
ac pudicitiæ & corda nostra mancipemus, &
corpora; dummodo per omnia Deo nostro
in his, quæ quotidie offerimus, sacrificus pla-
Rom. 8. b. ceamus. Qui autem in carne sunt, Deo pla-
Dist. in 82. quia aliquanti. c. 4. cere non possunt, &c. Ignoranter lapsi siue
vllo honoris augmento, in hoc, quo detecti
† sunt, quamdiu vixerint, officio perseuerent;
† detenti. si tamen posthac continentes se studuerint
exhibere. Hi vero, qui illiciti priuilegij excu-
satione nituntur, & sibi asserunt veteri hoc
lege concessum; nouerint se ab omni Eccle-
siastico honore, quo indigne vsi sunt, Aposto-
licæ sedis auctoritate deiectos; nec vnquam
posse veneranda attrectare mysteria, quibus
se ipsi, dum obscœnis cupiditatibus inhiant,
priuauerunt, &c. Si quilibet Episcopus, pres-
byter, atque diaconus deinceps fuerit talis
inuentus, iam nunc sibi omnem per nos in-
dulgentiæ aditum intelligat obseratum; quia
ferro necesse est, excindantur vulnera, quæ
fomentorum non senserint medicinam. *Syric.
ep. 1. cap. 7. Iuo part. 6. c. 50. decr. Cæsar. lib. 8. c. 53.
Tarrac. lib. 6. c. 35.*

Cap. VI.

Quod dignum, & pudicum, & honestum
est, suademus; vt sacerdotes, & Leuitæ cum
vxoribus suis non coëant, quia in ministerio
diuino quotidianis necessitatibus occupantur.
1. Cor. 7. a. Ad Corinthios namque Paulus scribit: Ab-
stinete vos, vt vacetis orationi. Si ergo lai-
cis abstinentia imperatur, &c. quanto magis
sacerdos vtique omni momento paratus esse
debet, munditiæ puritate securus, ne aut sa-
crificium offerat, aut baptizare cogatur? &c.
Tollatur hoc opprobrium, quod potest iure
etiam gentilitas accusare. Forte creditur,
1. Tim. 3. a. quia scriptum est, vnius vxoris virum, non
permanenti in concupiscentia generandi di-
xit, sed propter continentiam futuram; ne-
que enim integros non admisit, qui ait, vel-
lem omnes homines sic esse, sicut & ego, &
apertius declarat. Qui autem in carne sunt, 1. Cor. 7. b.
Deo placere non possunt, vos autem iam non
estis in carne, sed in spiritu. *Syric. & syn. in ep.* Rom. 8.
*4. c. 9. apud concil. Telen. Innocen. ep. 2. c. 9. paucis
mutatis. & ep. 3. c. 1.*

Cap. VII.

Præterea, quod dignum, & pudicum, & ho- Dist. 31.
nestum est, tenere Ecclesia omnimodo debet, tenere. c.
vt sacerdotes, & Leuitæ cum vxoribus suis 4.
non misceantur, &c. *Innoc. ep. 2. c. 9. Burch. lib. 2.
c. 118. Iuo lib. 3. tit. 8. c. 11. panor. & part. 6. c. 94. &
194. decret. Ansel. lib. 7. c. 132.*

Cap. VIII.

Proposuisti, quid de his obseruari debeat, Dist. 81.
quos in diaconij ministerio, aut in officio c. 2.
Presbyterij positos, incontinentes esse, aut
fuisse generati filij prodiderunt. De his &
diuinarum legum manifesta est disciplina, &
beatæ recordationis viri Syricij Episcopi
monita euidentia commearunt; vt inconti-
nentes in officiis talibus positi, omni Eccle-
siastico honore priuarentur, nec admittantur
ad tale ministerium, quod sola continentia
oportet impleri. Est enim vetus admodum
sacræ legis auctoritas, iam inde ab initio
custodita; quod in templo anno vicis suæ Luc. 1. a.
habitare præcepti sunt sacerdotes, vt ser- 1. Par.
uientes sacris oblationibus puri, & ab omni 24. c.
labe purgati † sibi vindicent diuina ministe- † mundati.
ria, † neque [eos ad sacrificia fas sit admit- † mysteria.
ti, qui exercent vel cum vxore carnale con- Dist. 31.
sortium, quia scriptum est: Sancti estote, c. 6.
quia & ego sanctus sum Dominus Deus ve- Leui. 11. g
ster. Quibus vtique propter sobolis succes- & 20. b.
sionem, vxorius vsus fuerat relaxatus; quia
ex alia tribu ad sacerdotium nullus fuerat
præceptus accedere: quanto magis hi sa-
cerdotes, vel Leuitæ pudicitiam ex die or-
dinationis suæ seruare debent, quibus vel
sacerdotium, vel ministerium sine successione
est, nec præterit dies, qua vel à sacrificiis di-
uinis, vel à baptismatis officio vacent? Nam
si beatus Paulus ad Corinthios scribit: Ab- 1. Cor. 7.
stinete vos ad tempus, vt vacetis orationi, & a.
hoc vtique laicis præcepit; multo magis sa-
cerdotes, quibus & orandi, & sacrificandi iu-
ge officium est, semper debebunt ab huius-
modi consortio abstinere, &c. Vnius vxoris 1. Tim.
virum: non permanentem in concupiscentia 3. a.
generandi dicit, &c. & habentem filios, non Tit. 1. b.
generantem dicit, &c. Si ad aliquos forma
illa Ecclesiasticæ vitæ, pariter & disciplinæ,
quæ ab Episcopo Syricio ad Prouincias com-
meauit, non probabitur peruenisse; his igno-
rantibus venia remittetur, ita vt de cætero
penitus incipiant abstinere; & ita gradus
suos, in quibus inuenti fuerint, sic retineant,
vt eis non liceat ad potiora conscendere, † † ascen-
quibus in beneficio esse debet, quod hunc ip- dere.

sum

sum locum, quem re[illegible]nent, non amittunt. Si qui autem scisse formam viuendi missam à Syricio deteg[illegible]r, neque statim cupiditates libidinis abie[illegible]sse, illi sunt modis omnibus submouendi, qu[illegible] post admonitionem cognitam, præponendam arbitrati sunt voluptatem. *Innocen. ep. 3. c. 1. & p. 2. cap. 9 Trosle. c. 9. Iuo lib. 3. tit. 11. cap. 5. & tit. 8. cap. 12. panor. & par. 6. cap. 57. decr. Ansel. lib. 8. cap. 8. Tarrac. lib. 6. cap. 194.*

Cap. IX.

Dist. 31. c. omnium. Cum extra clericorum ordinem constituris nuptiarum societati, & procreationi filiorum studere sit liberum; ad exhibendam tamen perfectæ continentiæ puritatem, nec subdiaconibus quidem carnale connubium conceditur, vt, & qui habent, sint tamquam non habentes, & qui non habent, permaneant singulares. Quod si in hoc ordine, qui quartus à capite est, dignum est custodiri: quanto magis in primo, aut secundo, vel tertio seruandum est; ne aut leuitico ministerio, aut Presbyterali honori, aut Episcopali excellentiæ quisquam idoneus [illegible]xist[illegible]merur, qui se à voluptate vxoria nec dum frænasse detegitur. *Leo ep. 82. c. 4. ad Anast. Thessalon. Episcop. Burch. lib. 2. c. 148. Iuo lib. 3. tit. 8. c. 17. pano. & p. 6. c. 221. decr. Ansel. lib. 7. c. 137.*

(margin: 1. Cor. 7. c.)

Cap. X.

A die suscepti sacerdotij etiam ab ipso proprio coniugio prohibendi sunt (*sacerdotes*) &c. Quomodo non pertimescunt diuina mysteria contingere, aut quomodo ad orandum pro peccatis populi accedere præsumunt; dum sacri canones neque purum clericum, cui sacerdotium non est, secundis copulari nuptiis præcipiunt? Isti è contrario non solum post susceptum sacerdotium se abstinere ab vna vxore nolunt, immo luxuria obuoluti, peiora sæcularium scelera committunt, vt plures vxores habere præsumant, quibus neque vnam concessum est, post susceptum ministerium attrectare. *Zach. ep. 6. ante med.*

Cap. XI.

Dist. 28. c. vlt. Consulendum decreuitis, vtrum Presbyterum vxorem habentem debeatis sustentare, & honorare, an à vobis proiicere. In quo respondemus; quoniam licet ipsi valde reprehensibiles sint, vos tamen Deum conuenit imitari, qui solem suum, vt Euangelium Mat. 5. f. testatur, oriri facit super bonos, & malos, & pluit super iustos, & iniustos. Deiicere vero eum à vobis ideo non debetis, quoniam nec Iudam Dominus, cum esset mendax discipulus, de numero Apostolorum deiecit. *Nicol. ad consul. Bulgaror. c. 70. Iuo lib. 5. tit. 1. c. 11. panor. & part. 2. cap. 82. decr. Tarrac. lib. 1. cap. 167.*

Cap. XII.

Placuit in totum prohibere Episcopis, Presbyteris, diaconibus, ac subdiaconibus positis in ministerio abstinere se à coniugibus suis, & non generare filios. Quod quicumque fecerit, ab honore clericatus exterminetur. *Elib. cap. 33.*

Cap. XIII.

Tres gradus hos castos esse oportet: Episcopos, & Presbyteros, & diaconos; quod Episcopi, sacerdotes, & Leuitæ diuinis sacrificiis seruiunt; vt possint à Deo, quod petunt, impetrare, & quod ab Apostolis traditum est, & ab antiquitate seruatum, nos obseruemus. Ab vxoribus abstineant Episcopi, Presbyteri, diaconi, & omnes, qui sacra contingunt. Pudicitia custodiatur ab omnibus his, qui altari seruiunt. *Carth. 3. & 4. C. Cartha. 11. c. 2. L. Raban. cap. 29. de pænit. Iuo lib. 3. tit. 8. cap. 10. panorm.* (margin: Dist. 84. c. 3. cum in præterito. & dist. 31. c. 3. Episco.)

Cap. XIV.

Episcopus, Presbyter, diaconus, subdiaconus, qui ab vxore non abstinet, ab officio Ecclesiastico amoueatur. *Carth. cap. 25. G. Carth. v. c. 3. L. Afric. c. 37. L. Magun. sub Arnul. c. 19. Iuo li. 3. tit. 8. c. 22. panor. Ansel. li. 8. c. 7.* (margin: Dist. 32. placuit. c. 13. Dist. 84. c. 4. cum de quorundam.)

Cap. XV.

Si quis ex Presbyteris ante interdictum filios suos susceperit de Presbytera, ad Episcopatum non admittatur. *Tolet. 1. c. 1. Iuo lib. 3. tit. 8. c. 5. panor.*

Cap. XVI.

Placuit, vt si Presbyteri, vel diaconi coniugati ad torum vxorum suarum redire voluerint, Papæ Innocentij ordinatio, vel Syricij Episcopi auctoritas, &c. seruetur. Quod si ad aliquos formula illa Ecclesiasticæ vitæ, pariter & disciplinæ, quæ à Syricio Episcopo ad Prouincias commeauit, non probabitur peruenisse; eis ignorationis venia remittitur; ita, vt de cætero penitus incipiant abstinere; & ita gradus suos retineant, vt ad potiora eis non liceat ascendere; quibus in beneficio esse debet, quod locum ipsum, quem retinent, non amittunt. Si qui autem scisse formam viuendi missam à sancto Syricio Episcopo deteguntur, neque statim cupiditates libidinis abiecisse; illi sunt modis omnibus submouendi, eo quod post admonitionem cognitam, præponendam arbitrati sunt voluptatem. *Agath. c. 9.*

Cap. XVII.

Licet à Patribus nostris fuerit constitutum, vt quicumque sacerdos, vel Leuita filiorum procreationi operam dare fuisset conuictus, à communione Dominica abstineret: nos tamen, &c. decreuimus; vt sacerdos, vel Leuita coniugali concupiscentiæ inhærens, vel à filiorum procreatione non desinens, ad altiorem gradum non conscendat, &c. Sed vt hæc valeant obseruare, fomitem omnium vitiorum oportet abscindi, Apostolo præcipiente: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, &c. Neque fornicarij, neque idolis seruientes, neque ebriosi regnum Dei possidebunt. *Turon. c. 2.* (margin: Eph. 5. d. 1. Cor. 6.)

Cap. XVIII.

Nullus clericorum, à subdiacono, & su-

pra, quos vxores in propoſito ſuo accipere inhibetur, propriæ, ſi forte iam habeat, miſceatur vxori; quod ſi fecerit, laica communione contentus, iuxta priorum canonum ſtatuta, ab officio deponatur. Quem, ſi ſciens Epiſcopus ſnus in hac vilitate permixtionis viuentem, ad officium poſtea admiſerit, & ipſe Epiſcopus ad agendam pœnitentiam tribus menſibus ſit à ſuo officio ſequeſtratus. *Aurel. iij. c. 2.*

Cap. XIX.

Cum Presbyteri, atque diaconi ſublimi dignitatis apice prætogentur, actibuſque omnino ſæculi renuntient, & ad ſacrum miniſterium electi, repudient; & quiſquis eſt Presbyter, atque diaconus, diuino munere benedictione percepta, vxoris ſuæ pius frater illico efficiatur & coniugis; attamen quoſdam reperimus, &c. inhibita coniugia repetiiſſe, &c. quod nati etiam filij prodiderunt. Quod quiſquis feciſſe cognoſcitur, omni in perpetuum, quam admiſſo iam crimine perdidit, dignitate priuabitur. *Aruer. c. 12.*

Cap. XX.

Ab officio degradentur ſacerdotes, & diaconi, qui cum coniugibus ſuis communem lectum, vel cællulam habuerint. *Aurel. iv. c. 17.*

Cap. XXI.

Si inuentus fuerit Presbyter cum ſua Presbytera, ant diaconus cum ſua diaconiſſa, aut ſubdiaconus cum ſua ſubdiaconiſſa; annum integrum excommunicatus habeatur, & depoſitus ab omni officio clericali inter laicos ſe obſeruare cognoſcat, eo tamen permiſſo vt inter lectores in pſallentium choro colligatur. *Turon. ij. cap. 20.*

Cap. XXII.

Siquis clericus poſt acceptam benedictionem cuiuſlibet loci, vel ordinis, ad coniugalem torum iam ſibi illicitum; denuo redire præſumpſerit; vſque in diem vitæ ab honore accepti ordinis, ſicut habent antiquorum Patrum canones, ab officio deponatur, ei tãtummodo communione conceſſa. *Aurel. v. c. 4.*

Cap. XXIII.

Compertum eſt à ſancto concilio, Epiſcopos, Presbyteros, & diaconos venientes ex hæreſi, carnali adhuc deſiderio vxoribus copulari. Ne ergo de cætero hoc fiat; præcipitur, quod & canonibus prioribus continetur; vt non liceat eis viuere libidinoſa ſocietate,
† lege. ſed manentre inter eos fide † coniugali communem vtilitatem habeant, & non ſub vno conclaui maneant, &c. Siquis vero poſt hanc conuentionem obſcœne cum vxore elegerit viuere, nec lector habeatur. Qui vero ſemper ſub canone Eccleſiaſtico iacuerint, ſi contra veterum imperata, in ſuis cællulis mulierum, quæ infamiæ ſuſpicionem poſſunt generare, conſortium habuerint; illi canonice quidem diſtringantur, mulieres vero ab Epiſcopis venundentur, & pretium ipſum pauperibus erogetur. *Tolet. iij. c. 5.*

Cap. XXIV.

Epiſcopi, Presbyteri, vel vniuerſi honoratiores clerici, cum ſublimi dignitatis apice ſublimantur, actibus omnino renuntient ſæculi, & ſacro electi miniſterio repudient carnale conſortium, &c. & vxori ſuæ pius frater efficiatur ex coniuge, &c. *Matiſc. c. 11.*

Cap. XXV.

Quicumque vxoribus iuncti ad diaconatus, aut Presbyteratus ordinem quoquo modo peruenerint, non ſolum lecto, ſed etiam frequentatione quotidiana debeant de vxoribus ſuis ſequeſtrari. Quod ſi quod Deus auertat, de eorum familiari contubernio poſt benedictionem infans natus paruerit, ab officij gradu priuetur. *Lugdun. y. c. 1.*

Cap. XXVI.

Non licet Presbytero in vno lecto poſt acceptam benedictionem cum Presbytera dormire, nec in peccato miſceri, nec diacono, nec ſubdiacono. *Antiſiod. c. 21.*

Cap. XXVII.

Peruenit ad nos, quoſdam ſacerdotes, & miniſtros obliuiſcentes maiorum, ac veterum conſtitutorum, aut vxorum, aut quarumcumque fœminarum immunda ſocietate, & execrabili contagione curpari; & peſſima cordis obſtinatione, tam ſacris litteris, quam Patrum regulis obuiantes, &c. quibus quanto eſt pertinacior vis in malis, tanto auſterioribus conuenit obuiare decretis, &c. Omnes Epiſcopi id ipſum in ſuis quærere ſollicite curent, & cum repererint, omnes placita cautione taliter diſtringant, vt nunquam vlterius tam abominanda committant, &c. *Tolet. viij. c. 5.*

Cap. XXVIII.

Si (*ſacerdos*) relabitur ad coniugium, moreſque ſæculi, mox omni Eccleſiaſtici ordinis dignitate priuetur, & vt apoſtata à ſanctæ Eccleſiæ liminibus, & ſocietate fidelium habeatur prorſus excluſus, monaſterij clauſtris, donec vixerit, ſub pœnitentia retrudendus. *Tolet. viij. c. 7. in fine.*

Cap. XXIX.

In Romana Eccleſia in ordine canonis tra- *Diſt. 31.*
ditur; vt qui ad ordinem diaconi, vel Pref- *quoniam*
byteri veniunt, promittant ſe ſuis vxoribus 13.
non copulare, &c. *Trul. 13. Iuolib. 3. tit. 8. cap. 3. panor.*

Cap. XXX.

Placuit, vt Epiſcopi, Presbyteri, diaconi, ſubdiaconi, abſtineant ſe à coniugibus, & non generent filios. Quod ſi hoc decretum violauerint, ab honore clericatus pellantur. *Ver. c. 9.*

Ne apud Presbyterum habitent fœminæ præter matrem, & ſororem, & quaſdam alias perſonas. Tit. XXX.

Caput I.

INterdixit per omnia magna ſynodus, non *Diſt. 32.*
Epiſcopo, non presbytero, non diacono, *c. 16.*
nec alicui omnino, qui in clero eſt, licere ſub-

introductam habere, nisi forte aut matrem, aut sororem, aut amitam, vel materteram, vel eas personas, quæ suspiciones effugiunt. *Nica. c. 3. Aquisg. c. 39. Troslei. cap. 9. Mar. Brac. c. 32. Instin. nouel. 123. in prin. Capitul. lib. 1. cap. 4. Burch. lib. 2. cap. 109. Iuo lib. 3. tit. 8. cap. 29. panor. & par. 6. 186. decr. Ansel. lib. 7. c. 135. Cæsar. lib. 8. c. 63.*

CAP. II.

c. vlt. de cohab. cle. mul. collect. Clerici in sacris ordinibus constituti, qui mulierculas suas in domibus suis incontinentiæ nota tenuerint, aut abiiciant eas, & continenter viuant, aut ab officio, & beneficio Ecclesiastico fiant alieni. *Alex. iij. in conc. Lat. c. 11.*

CAP. III.

Presbyteri, vel diaconi subintroductas mulieres nullo modo secum audeant habitare, *† habere.* † nisi forsitan matrem suam, aut proximitatem generis sibi habentes, quæ suspiciones effugiant, sicut in synodo Nicæna continetur. Si quis vero præsumpserit præter statuta agere, sacerdotij sui priuetur honore. *Zachar. in syn. Rom. c. 2.*

CAP. IV.

Neque hoc silendum est, peruenisse ad nos, quod cum grandi tristitia animi dico, per diuersa loca huius Italiæ, & Longobardorum partes, sacerdotes cum sanctimonialibus fœminis, id est monachis habitare. Quod nefarium est dicere, vel audire contra canonum esse sancita. Vbi enim talis fuerit commorantium habitatio, antiqui hostis stimuli non desunt, &c. *Zach. in syn. Rom. c. 15.*

CAP. V.

Sacerdotes constitui non oportet; nisi in ecclesiis, aut speciali monasterio deputentur; ne necessitas in sæcularibus domibus illis habitandi occurrat; alioquin à propriis Episcopis, aut in Episcopia, aut in monasteria habitandi, & conuersandi pro exercendo officio constituantur, in quibus mulieres conuersari nulla ratio permittit; ideoque ibi eos conuersari, & nutriri oportet. *Eugen. ij. & Leo iv. in syn. Rom. c. 10.*

CAP. VI.

d. 17. c. 8. Presbyteris, diaconibus, & subdiaconibus concubinarum, & vxorum contubernia penitus interdicimus, & aliarum mulierum cohabitationes, præter quas synodus Nicæna propter solas necessitudinum causas habitare permisit; videlicet matrem, sororem, amitam, vel materteram, aut alias huiusmodi, de quibus nulla iuste valeat oriri suspicio. *Callist. ij. in conc. Rom. c. 3.*

CAP. VII.

Cum iis, qui in sacro sunt ordine constituti, habitare mulieres perhibentur; de quibus ne antiquus humani generis inimicus exultet, omnium definiendum consensu est, vt præter eas, quas sacri canones complectuntur, alias mulieres habere secum non debeant. *Greg. ad Syagrium, & Æther. Episcop. lib. 7. regist. ep. 108. vel 110. post med.*

CAP. VIII.

Volumus te synodum congregare, atque vt in ea omnia, quæ sanctis canonibus sunt aduersa districte sub anathematis interpositione damnentur, &c. id est, vt neque aliæ mulieres cum sacerdotibus habitent, nisi eæ, quæ sacris canonibus sunt permissæ. *Gregor. ad Syagrium, & Æther. Episcop. lib. 7. reg. d. epist. 108. vel 110. in fin.*

CAP. IX.

Si quis de clericis à gradu diaconatus in solatio suo mulierem, præter auiam, matrem, sororem, filiam, neptem, vel conuersam secum vxorem habere præsumpserit; à communione alienus habeatur. Par quoque & mulierem, si se separare noluerit, pœna percellat. *Arel. ij. c. 3.*

CAP. X.

Antiqua concilia non siluerunt, vt nullus clericorum à gradu subdiaconatus, & supra, in consortio familiaritatis habeat mulierem, vel ingenuam, vel libertam, vel ancillam. Sed si sunt ei huiusmodi seruitia; matri, vel sorori, vel alij propinquæ contradat, & quidquid suis manibus perfecerint, propter Domino deferatur. Si propinqua deest, alterius domus adhærens quæratur, ita vt fœmina domum eius non ingrediatur, &c. *Tolet. ij. c. 3.*

CAP. XI.

Episcopus, Presbyter, diaconus tam sancta conscientia resplendeant, vt effugiant probitate actuum maledicorum obloquia; & testimonium in se diuinum implere contendant, quo Dominus ait: Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videntes vestra bona opera, glorificent Patrem vestrum, qui in cœlis est, &c. *Mat. 5. b.* Fugiatur ab his extranearum mulierum culpanda libertas, & tantum cum auia, matre, sorore, vel nepte, si necessitas compulerit, habitent; de quibus vt priorum canonum series continet, nefas est aliud, quam natura constituit, suspicari. In cubiculo etiam horum, atque cællario, vel familiari quolibet seruitio, neque sanctimonialis vlla, neque extranea mulier, neque ancilla vllo modo admittatur. Quod si quis præceptorum Dei immemor crediderit contemnendum, sciat se auctoritate canonica, communionis sine dubio iacturam subire, &c. *Aruer. c. 15. & 16. Matis. c. 1.*

CAP. XII.

Nullus clericorum Episcopus, Presbyter, diaconus, subdiaconus; quasi sanctimonialem, aut viduam, vel ancillam propriam pro confirmatione rerum in domo sua stabilire præsumat; quæ & ipsa extranea est, dum non est mater, aut soror, aut filia, &c. Si quis Episcopus, Presbyter, diaconus, subdiaconus, de hac re statuta Patrum, vel nostra temerare præsumpserit, excommunicetur. *Turon. ij. cap. 1.*

CAP. XIII.

Nullus Episcoporũ, presbyterorũ, & diaconorum, extranearum mulierum intra domum

præsumat habere solatium, quibus etiam pro vtilitate sua aliqua familiarius regenda committat. Quod etiam de propinquis fœminis indicentes similiter prohibemus, ne sub concessa sibi licentia parentali, ex earum sequipedis memoratorum vita, vel opinio polluatur, &c. *Aurel.v.c.3.*

CAP. XIV.

Licet iam prioribus canonibus fuerit statutum, placuit tamen renouare; vt si quis Episcopus, Presbyter, aut diaconus, vel quicumque ex sacerdotali catalogo, præter personas, quæ in ipsis canonibus continentur, cum qualicumque extranea muliere familiaritatem habere præsumpserit, quæ dedecoris, vel adulterij possit adferre suspicionem, iuxta statuta canonum ab ordine degradetur, *Cabilon.cap.3.*

CAP. XV.

Omnem fornicandi occasionem cupientes auferre, sancimus; vt nullus sacerdotum, siue quisque de clero absque honesto, & competenti testimonio, excepta sola matre, cum quibuslibet fœminis secrete se præsumat adiungere; & non solum cum extraneis mulieribus, sed nec cum ipsis etiam sororibus, vel propinquis, ne licentia sororum, vel propinquarum mulierum, quisque solus familiarior habeatur ad perpetrandum scelus. Huius præceptionis transgressor sex mensibus se nouerit pœnitentiæ legibus subiacere. *Brac.iij.c.4.*

CAP. XVI.

A sacerdotibus omnis suspicio mulierum funditus eradicetur, cum quibus etiam nulla habitatio eis conceditur, præter illam, quæ in Nicæna synodo permittitur, id est matrem, aut sororem, vel eas tantum personas, à quibus omnes suspiciones effugiant. *Remens.c.22.*

CAP. XVII.

Illud didicimus, quod in quorundam Episcoporum Parochiis quosdam Presbyteros contra interdicta sanctorum canonum fœminas in domibus suis non solum habitare, sed etiam ministrare sibi faciunt; quas & laqueum sacerdotibus persæpe extitisse, & multos hac occasione in scandalum, & in detractionem corruisse cognouimus. Quæ transgressio & tempore genitoris vestri, & vestro in continentibus Episcoporum secundum auctoritatem canonicam prohibita, sed necdum ad correctionem plene est perducta. Vnde in commune censuimus; vt hi, qui tantæ transgressionis incorrectores hactenus extiterint si ab hinc huius rei correptores esse neglexerint; iuxta Apostoli sententiam, quasi consentientes malorum coërceantur. *Aquisg.ij.sub Ludou.par.3.c.7.* *Rom.1. in fine.*

CAP. XVIII.

Quicumque clericatus vtuntur officio, extranearum mulierum familiaritatem habere prohibentur; matrum suarum, aut filiarum sibi solatia intra domum suam nouerint tantum esse concessa. Sed quia sub occasione istarum personarum aliæ mulieres subintroduci cœperunt; sancti Africani canones decreuerunt, vt nec ipsi Episcopi, aut Presbyteri soli habeant accessum ad viduas, vel virgines, vel quascumque fœminas; sed vbi, aut clerici præsentes sint, aut graues aliqui Christiani, &c. Hinc Christiani imperatores legem decreuerunt, dicentes: Presbyteris, diaconis, & subdiaconis, & aliis in clero scriptis, non habentibus vxores, secundum regulas diuinas interdicimus & nos mulierem habere in sua domo, excepta matre, & filia, & sorore, & aliis personis, quæ omnem querelam effugiunt. Si quis autem contra istam obseruationem, mulierem in sua domo habuerit, quæ potest inferre suspicionem turpitudinis; & ille à conclericis suis audierit, quod eum tali muliere non debeat habitare, & noluerit eam à sua domo repellere, vel accusatore emergente probatus fuerit cum tali muliere inhoneste versari, tunc Episcopus secundum ecclesiasticos canones, clero eum repellat, curiæ ciuitatis eius, cui clericus est, tradendum, &c. Si quicumque Presbyter, non solum in nostra Parochia, sed in nostra diœcesi confessus, vel legali, ac regulari iudicio fuerit conuictus de cohabitatione, vel frequentatione, siue accessu cum fœminis contra canones, dicente Apostolo: Si quis non obedierit verbo nostro, siue per verbum, siue per epistolam, hunc notate, & nolite commisceri ei: modis omnibus secundum decreta B. Greg. sine gradus sui restitutione deponatur. Quod item Zosimus decreuit. *Trosl.c.9.* *2. Thess. 3.d.*

CAP. XIX.

Nec primi, nec soli statuimus, ne mulieres cum viris cohabitarent; sed lege canonem, qui à sanctis Patribus nostris Nicææ editus est, qui aperte prohibet, ne sint introductitiæ. In honore autem situm est cælibatus decus, & honestas, quod separatus sit à consuetudine, & consortio mulierum, &c. *Basil. ad Gregorium Presbyterum.*

CAP. XX.

Nullus Episcopus, neque Presbyter, neque diaconus, neque omnino aliquis ex clero licentiam habeat intromittendi ad se quasi adoptiuam aliquam mulierem, quasi in loco filiæ, aut sororis, aut matris, nisi forte sororem patris, vel matris, & illas solas personas quæ ab omni mala suspicione alienæ sunt. *Mar. Brac.c.32. Vide Nicæn.c.3.*

Ne fœmina vlla apud Presbyterum habitet, Tit. XXXI.

CAPVT I.

VT iuxta Nicæni venerandi definitionem concilij, nullus patiatur subintroductas mulieres secum in domo propria habere, vel priuate cum eis cohabitantes conuersari. Et quamquam de quibusdam inhonesta carentibus suspicione, clementius aliquo modo

inibi legatur indultum nos tamen omnes omnino nunc necessarium vetare prospeximus; eo quod experimento didicerimus, illarum velamento alias licentiùs ad eos aditum veniendi perditionis causam habuisse. Non autem vetamus, quempiam, sed potius adhortamur, pauperibus personis iure sibi cognationis coniunctis benefacere; cum sit omnibus faciendum, sed ab eis segregatæ in suis degentes domiciliis perseuerent, *Forosul. c. 4. Nica. c. 3.*

CAP. II.

Decernimus; vt presbyteris nulla omnino cohabitet fœminarum: contemnentes autem hanc constitutionem periculum proprij sustinere gradus. *Aquisg. ij. sub Ludo p. 3. c. 11.*

CAP. III.

Quamuis sacri canones quasdam personas fœminarum simul cum clericis in vna domo habitare permittant; tamen, quod multum dolendum est, sępe audiuimus, per illam concessionem plurima scelera esse commissa; ita, vt quidam sacerdotum cum propriis sororibus concumbentes, filios ex eis generassent. Et idcirco constituit hæc sancta synodus; vt nullus presbyter vllam fœminam secum in domo propria permittat: quatenus occasio malæ suspicionis, vel facti iniqui penitus auferatur. *Magun. sub Arnul. c. 10.*

CAP. IV.

Nequaquam in sua domo secum aliquam fœminam (*sacerdotes*) habeant, nec matrem, nec sororem: sed auferentes omnem occasionem Sathanę, angelicam vitam ducãt, & Domino Deo casto corpore, & mundo corde finetenus seruiant. *Meten. c. 3.*

CAP. V.

oi. de cohabit. cler. & mulier. apud Gr. ex. & in 1. collect.

Prohibendum, & modis omnibus interminandum est: vt nullus sacerdos eas personas fœminarum sicut & in canone insertum continetur, de quibus suspicio esse potest, in domo sua habeat, sed neque illas, quas canones concedunt: quia instigante Diabolo etiam in illis scelus frequenter perpetratum reperitur, aut etiam in pedissequis illarum, scilicet matrem, amitam, sororem: sed si quis de his habuerit talem necessitatem patientem, cui sit necessaria sustentatio presbyteri: habeat in vico, aut in villa domum longe à presbyteri conuersatione; & ibi eis subministret, quæ necessaria sunt. *Nanneten. c. 3. Capitul. lib. 7. c. 376. Burch. li. 2. c. 116. Iuop. 6. c. 192. decr.*

CAP. VI.

Nulla fœmina cum presbytero in vna domo habitet: quamuis enim canones matrem, & sororem, & huiusceemodi personas, in quibus nulla sit suspicio, cum illo habitare concedant: hoc nos modis omnibus idcirco amputamus, quia in obsequio, siue occasione illarum, veniunt aliæ fœminæ, quæ non sunt ei affinitate coniunctæ, & eum ad peccandum inliciunt. *Theodulphus ad presbyteros Aurelianen. c. 12.*

Ne presbyter solus sermones conferat cum fœminis Tit. XXXII.

CAPVT I.

Clericus solus ad fœminæ tabernaculum non accedat, nec properet sine maioris natu principis iussione: nec presbyter solus cum sola adiungatur, sed duobus adductis testibus visitet infirmam, nec solus cum sola fœmina fabulas misceat. *Clem. epist. 2. post prin. Iuopar. 6. c. 89. decr. Ansel. lib. 7. c. 139.* Dist. 81. c. 20.

CAP. II.

Nullus diaconus, vel presbyter, vel Episcopus ad cællarij secretum intromittat puellam, vel ingenuam, vel ancillam. *Arel. ij. c. 4.*

CAP. III.

Ne Episcopi, aut presbyteri soli habeant accessum (*ad viduas, vel virgines*) nisi aut clerici præsentes sint, aut graues aliqui Christiani. *Carth. iij. cap. 25. L. Carth. 38. G. Afric. c. 5. L. Trosles. cap. 9. Capit. li. 7. cap. 28. Anselm. lib. 7. cap. 143.* Dist. 81. clerici. 32.

CAP. IV.

Ad reatum Episcopi pertinet, vel presbyteri, qui parochiæ præest, si sustentandæ vitæ præsentis causa adolescentiores viduæ, vel sanctimoniales clericorum familiaritatibus subuciantur. *Carth. iv. c. 102. Burch. li. 8. c. 55. Iuop. 7. c. 73. decr. Casar. lib. 9. c. 60.* Dist. 81. c. 33.

CAP. V.

Episcopo, presbytero, diacono, vel diuersis clericis, horis indebitis, id est meridianis, vel vespertinis ad fœminas prohibemus accessum: qui tamen, si causam habuerit, cum presbyterorum, aut clericorum testimonio videatur. *Epaun. c. 20.*

CAP. VI.

De familiaritate extranearum mulierum tam Episcopi, quam presbyteri, vel diaconi prætetitorum canonum statuta custodiant. *Aurel. c. 31. vel 29.*

CAP. VII.

Nuper editum concilij Toletani decretum seruetur: vt si presbyteri, diaconi, vel clerici consortia extranearum fœminarum, vel ancillarum familiaritatem per sacerdotis sui admonitionem à se minus remouerint: sęculi iudices easdem mulieres cum voluntate, & permissu Episcopi comprehensas in suis, lucris vsurpent: vt vitium hoc, dum sacerdos inhibere non præualet, potestas iudicialis coërceat: dato tamen eisdem iudicibus sacramento ab Episcopo, vt eas clericis nulla atte restituant, &c. *Hispal. ii. c. 3. Tolet. ij. c. 3.*

CAP. VIII.

Licet pro iam prioribus canonibus fuerit statutũ, placuit tamen renouare: vt si quis Episcopus, presbyter, aut diaconus, vel quicumque ex sacerdotali catalogo, præter personas, quæ in ipsis canonibus continentur, cum qualicũque extranea muliere familiaritatem habere præsumpserit, quę dedecoris, vel adul-

tetij, possit afferre suspicionem; iuxta statuta canonum ab ordine degradetur. *Cabilon. c. 3.*

Cap. IX.

Omnem fornicandi occasionem cupientes auferre, sancimus, vt nullus sacerdotum, siue quisque de clero absque honesto, & competenti testimonio, excepta sola matre, cum quibuslibet fœminis secrete se præsumat adiungere, & non solum cum extraneis mulieribus, sed nec cum ipsis etiam sororibus, vel propinquis, ne licentia sororum, vel propinquarum mulierum, quisque solus familiarior habeatur ad perpetrandum scelus. Huius ergo præceptionis transgressor sex mensibus se nouerit pœnitentiæ legibus subiacere. *Brac. iij. cap. 4.*

Cap. X.

Monasteria puellarum, quæ sub disciplinæ regula degunt, obstructius munitis claustris, nullo pateant, nisi forte summa compellente necessitate, aditu virorū. Sed neq; presbyteri, vel diacones, vel quilibet de clero, vel etiam Archimandritæ, quasi visitationis, vel prædicationis causa sine permissu Episcopi ciuitatis, quin etiam nec Episcopus absque sacerdotibus, vel clericis suis, vt decet, & honeste conuenit, monasteria puellarum adire licentius se existiment. Sed siue ipse, siue qualibet religiosa persona, alienus ab illicita suspicione, quem morum grauitas ornat permittente, & admonente Episcopo, exhortationis, vel ædificationis obtentu, quæ ad salutem animæ pertinet, dignum fuerit, ad adeant hæc Deo dicata loca; non aliter, sed cum idoneis testibus peragant; ne propter incautam præsumptionem, sanctæ Ecclesiæ infametur angelicus ordo. *Foroiulien. c. 12.*

Cap. XI.

Ne mulieres quamcumque frequentationem habeant in locis, in quibus presbyteri aliquem recursum habuerint. *Melden. c. 36. Burc. lib. 2. c. 107. Inopar. 6. c. 184. decr.*

Cap. XII.

Sancti Africani canones decreuerunt; vt nec ipsi Episcopi, aut presbyteri soli habeant accessum ad viduas, vel virgines, vel quascumque fœminas; sed vbi aut clerici præsentes sunt, aut graues aliqui Christiani. Vnde sicut beatus Gregorius ad ministros Ecclesiæ Romanæ scripsit; beatus Augustinus nec cum sorore habitare consensit, dicens: quæ cum sorore mea sunt, sorores meæ non sunt. Et ex hoc dicit sanctus Gregorius: Docti ergo vt ri cautela magna nobis debet esse instructio, ne in inhonestæ præsumptionis est, quod fortis pauet, minus validū non timere, &c. *Troslei. cap. 9. Gregor. lib. 7. epist. 39. Inopar. 6. cap. 77. decret. Anselm. lib. 7. cap. 134. Tarrac. lib. 3. cap. 55. & lib. 6. cap. 197.*

Dist. 81. c. 25. legim.

De presbyteris, qui in fornicationem inciderunt. Tit. XXXIII.

Capvt I.

Si quispiam sacerdotum, id est Episcopus, presbyter, aut diaconus, vel etiam subdiaconus, de quacūque fœmina, crimine fornicationis suspicatus, post primam, secundamque, & tertiam admonitionem Metropolitani, vel alterius Episcopi, aut eius, cui subiacere videatur, inueniatur fabulari cum ea, aliquove modo conuersari, canonice iudicetur. *Eugen. ij. & Leo iv. in syn. Roman. c. 15. Ansel. lib. 8. c. 9.*

Dist. 81. c. 21. & c. 2 de cohab. cler. & mulier. Greg. ix. & in col. lect. c 3. eo. tit.

Cap. II.

Quicumque sacerdotum, diaconorum, subdiaconorum post constitutum beatæ memoriæ prædecessoris nostri sanctissimi Papæ Leonis de castitate clericorum concubinam palam duxerit, vel ductam non reliquerit, &c. Missam non cantet, neque Euangelium, vel Epistolam ad missam legat, neque in presbyterio ad diuina officia cum obedientibus maneat, neque partem ab Ecclesia suscipiat, quousque à nobis sententia super huiusmodi Deo concedente procedat. *Nicol. ij. in synod. Rom. cxiii. Episcopor. c. 3. Iuo lib. 3. tit. 11. c. 3. panor. Cæsar. lib. 8. c. 44.*

Dist. 32. c. 6.

Cap. III.

Nullus sacerdos, aut diaconus, vel subdiaconus, sed & nullus, qui canonicam habet, fornicationis sibi copulam adiungat, &c. *Vrban. ii. in concil. Claram. c. 9.*

Cap. IV.

Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui in fornicatione, &c. captus est, deponatur: non tamen communione priuetur. Dicit enim scriptura: Non vindicabit Dominus bis in idipsum. *Ap. 24. vel 25. G. 25. L. Tribur. c. 11. Raban. 1. de pœnit. Bu. ch. lib. 2. c. 189. Inop. 6. c. 234. decr. Ansel. li. 11. c. 30.*

Dist. 81. c. 12. presbyter. Nunc. 1.

Cap. V.

Maximilianus filius noster zelo fidei, & disciplinæ ductus, non patitur Ecclesiam pollui ab indignis presbyteris, quos in presbyterio filios asserit procreasse, &c. Eos, qui talia perpetrasse dicuntur, iubebitis in medio collocari; discussisque obiectionibus quæ ipsis presbyteris impinguntur; si conuicti fuerint, à sacerdotali remoueantur officio: quia qui sancti non sunt, sancta tractare non possunt, atque alieni efficiantur à ministerio, quod viuendo illicite polluerunt, &c. *Inno. ep. 5. Inopar. 6. c. 96. decr. Ansel. lib. 8. c. 15.*

Dist. 81. c. 6.

Cap. VI.

Qui semel post suam ordinationem in lapsum ceciderit, (*loquitur de lapsu carnis*) deinceps iam depositus erit; nullumque gradum sacerdotij poterit adipisci: sed sufficiat ei lamentationibus fletibusque assiduis quousque aduixerit in eadem pœnitentia perdurare, vt commissum delictum diuina gratia ex-

tinguere valeat. *Martin. ep. ad Amandum Episcopum ante med.*

C A P. VII.

Sunt quidam presbyteri, seu Episcopi multis vitiis irretiti, quorum vita in se ipsis sacerdotium maculat, &c. Hos ex Apostolica auctoritate redarguendo admoneas, & ad munditiam Ecclesiasticæ disciplinæ reducas. *Greg. iii. ep. 4. in fine.*

C A P. VIII.

Tua fraternitas, si quos repererit Episcopos, presbyteros, aut diaconos contra canones, vel statuta Patrum excessisse, id est, in adulterio, vel si plures vxores habuerunt, &c. nulla ratione Apostolica auctoritate permittat sacerdotio fungi, &c. Quo modo sacerdotio fungi desiderant, qui talibus sceleribus inuoluti esse monstrantur, vt neque sæculares fideles his facinoribus obuolutos optemus? &c. *Zach. ad Bonif. ep. 6. cuius initium, Susceptis post prin.*

C A P. IX.

Dist. 28. c. 9. Presbyter, si vxorem duxerit, deponatur ab ordine: si fornicetur, vel adulter sit, eiciatur, & agat pœnitentiam. *Neocæsar. c. 1. Paris. sub Lud. & Loth. lib. 1. c. 35. in fine. & Magun. sub Arnul. cap. 19. M. Brac. cap. 27. Burch. lib. 2. c. 108. Ivo lib. 3. tit. 8. c. 8. panor. & par. 6. c. 185. decr.*

C A P. X.

Episcopi, presbyteri, diacones, si in ministerio positi, sunt mœchati, propter scandalum, & nefandum crimen, nec in fine communionem accipiant. *Elib. c. 18.*

C A P. XI.

15. q. 8. c. 3. cum multa. Quilibet ab Episcopo vsque ad subdiaconum deinceps, qui vel ex ancillæ, vel ex ingenuæ detestando connubio, in honore constituti filios procrearint: illi ex quibus geniti probabuntur, canonica censura damnentur, &c. *Tolet. ix. c. 10. Ivo part. 6. c. 425. decr.*

C A P. XII.

27. q. 1. c. 6. si quis. Episcopus, presbyter, &c. mulierem Deo cōsecratam violans, vti sponsam Dei corrumpens, deponatur: laicus excommunicetur. *Trull. c. 4.*

C A P. XIII.

Sancimus, vt qui in his turpitudinibus sese implicari permiserint, & masculi in masculos *† operati fuerint.* hanc turpitudinem operauerint: † Episcopus, presbyter, aut diaconus de proprij honoris gradu deiectus exilio perpetuo damnetur. *Tolet. xvi. cap. 3.*

C A P. XIV.

Falsos presbyteros, & adulteros, vel fornicatores diaconos, & clericos de peculiis Ecclesiarum abstulimus, & degradauimus, & ad pœnitentiam coëgimus. *Franc. syn. Capit. li. 5. c. 2.*

C A P. XV.

Sacerdos, si suggerente Diabolo in fornicationem ceciderit, & Deo miserante ad pœnitentiæ remedia confugerit: quatuor annis in hunc modum expiabitur. In primis xl. diebus, & noctibus se purificet tuto remotus in loco, in solo pane, & aqua. Quibus exactis primo anno, qui sequitur, in pane, & aqua similiter luat, exceptis Dominicis, & Paschalibus, & præcipuis Festis, in quibus vino, & omnibus pulmentis vti poterit, excepta sola carne. Cæteris vero diebus solo pane, & aqua sit contentus, nisi considerata personæ qualitate, in his etiam feriis indulgeatur, & de modico vino, legumine, lacte, pomis, pisciculis & oleribus, sicut confessori suo visum fuerit. Decurso igitur primo anno statim sacrosancti corporis, & sanguinis Domini particeps fiat; psalmos cum fratribus in choro vltimus canat, & ad pacem veniat, minora gerat officia. Secundo anno tres legitimas ferias in vnaquaque hebdomada expleat in pane, & aqua. Expletis duobus annis, si iuxta præfixos gradus pœnituit, Episcopus eum in gradum, vnde excidit, reuocare poterit. *Hibern. syn. sub Leone iij.*

C A P. XVI.

Presbyter, si fornicationem fecerit, quamquam secundum Apostolorum canones deponi debeat, tamen iuxta auctoritatem beati Siluestri Papæ, si in vitio non perdurauit, si sua sponte confessus adiecit, vt resurgeret, decem annis in hunc modum pœniteat, &c. ad cornu altaris non accedat, iuxta B. Clementis vocem, minora gerat officia, &c. Expleto septimi anni circulo, si sui confratres, eius condignam pœnitentiam collaudauerint; Episcopus in pristinum honorem, iuxta beati Callisti Papæ auctoritatem, eum reuocare poterit, &c. *Hibern. syn. sub Leone iij. Vid. Clem. epist. 2. Cæsar. lib. 15. cap. 41. Pœnit. Rom. tit. 8. c. 6.* *Dist. 82. c. vlt.*

C A P. XVII.

Sacerdotes, si in fornicationis laqueum ceciderint, aut criminis manifestus, siue ostensus fuerit: actus sacerdotij non possunt habere honorem, secundum canonum institutionis auctoritatem. *Vorm. c. 11.*

C A P. XVIII.

Si quis presbyter, aut diaconus fuerit fornicatus, aut mœchatus; proiiciatur, & agat pœnitentiam. *Mar. Brac. c. 27. Vide Neocæs. c. 1.*

C A P. XIX.

Presbyter, qui mulieri separatæ, viuente marito, vim attulit, nec vt laicus debet communicare, cum eos, qui tales sunt, separare consueuerit Ecclesia. *Theoph. Episcopus Alexandr. in commonitorio, c. 2.*

Ne quisquam audiat missam presbyteri, quem certo scit concubinam habere.

Tit. XXXIV.

CAPVT I.

VT ‖ Nullus missam audiat presbyteri, quem scit concubinam indubitanter habere, aut subintroductam mulierē, &c. *Nicol. ij. in syn. Rom. cxiij. Episcop. c. 3. Cæs. li. 8. c. 44.* *Dist. 32. c. 5. & 6.*

CAP. II.

vid. dist. 32. c. 5.

Prædecessorum, nostrorum Gregorij vij. Vrbani, & Paschalis Romanorum Pontificũ vestigiis inhærentes præcipimus; vt [nullus missas eorum audiat, quos vxores, vel concubinas habere cognouerit. *Innoc. ij. in syn. Rom. cap. 5. post Iuonis panor.*

CAP. III.

Dist. 32. c. 6. præter. p. ad hoc.

Prædecessores nostri Nicolaus, & Gregorius à missis sacerdotum, quos tales (*adulteros, homicidas, ebriosos*) reuera esse constiterit, fideles abstinere decreuerunt; vt & peccandi licentiam cæteris auferrent, & huiusmodi ad dignæ pœnitentię lamenta reuocarent. *Vrban. ij. in ep. ad L. Præpositum.*

CAP. IV.

De cohab. cleric. c. 2. in 1. collect.

Nullus presbyter, diaconus, subdiaconus concubinam habeat, sed nec aliam fœminam, vnde mala suspicio habeatur, in vna domo secum teneat. Et quicumque huiusmodi sacerdotis missam scienter audierint, excommunicationi subiacere debeant. *Pictau. c. 9.*

Presbyter habeat semper secum testes suæ vitæ. Tit. XXXV.

CAPVT I.

DE conuersatione vitæ id statuere placuit à Pontifice vsque ad subdiaconatum, post suscepti honoris officium, si quis ex coniugatis fuerit ordinatus, vt semper alterius fratris vtatur auxilio, cuius testimonio vita eius debeat clarior apparere. *Ger. c. 6.*

CAP. II.

Presbyteri, & diaconi, & subdiaconi vicani hoc studeant, vt mancipiola sua ibi maneāt, vbi vxores suæ. Illi tamen segregatim solitarij in cælla iaceant, & orent, & dormiant. *Turonens. ij. cap. 20.*

CAP. III.

Placuit, vt quemadmodum Antistites, ita presbyteri, atque Leuitæ, quos forte infirmitas, atque ætatis grauitas in conclaui suo manere non sinit, vt & iidem in cællulis suis testes vitæ habeant, vitamque suam, sicut nomine, ita meritis teneant. *Tolet. iv. c. 22.*

De temperantia presbyteri in victu. Tit. XXXVI.

CAPVT I.

SI contingat, vt quæ sunt ad vsum necessaria, non afferat monachus, vel sacerdos, & propter necessitatem velit siue in pandocheo, vel in alicuius domo diuertere, ei liceat hoc facere, vtpote vrgente necessitate. *Nica. ij. cap. 22.*

CAP. II.

Dist. 35. c. 1.

Episcopus, presbyter, diaconus aleæ, vel ebrietati deditus, cesset, vel deponatur. *Ap. c. 42. Raba. c. 28. de pœnit. Burch. lib. 14. c. 5. Iuo lib. 3. tit. 15. c. 4. panor. & par. 13. c. 73. decr. Cæsar. lib. 8. c. 50. & 100.*

CAP. III.

Dist. 44. non oportet. c. 2.

Quod non oporteat sacro ministerio deditos à Presbyteris vsque ad diaconos, & reliquum Ecclesiasticum ordinem, &c. ingredi tabernas. *Laod. c. 24. Aquisg. c. 60. Capitul. lib. 1. cap. 14. Burch. lib. 2. c. 131. Iuo par. 6. c. 205. decr.*

CAP. IV.

Dist. 44. c. 10. non oportet. & c. 12. non licoat.

Quod non oporteat sacerdotes, aut clericos ex collatis conuiuia celebrare. Hoc autem nec laici possunt. *Laod. c. 54. Aquisg. c. 83. Mart. Brac. 62. Raban. c. 27. de pœniten.*

CAP. V.

Tit. 2. c. Eph. 5. d.

Placuit, vt sobrie, & pie, casteque iuxta Apostolum viuentes, fugiamus turpis lucri gratiam Non in comessationibus, & ebrietatibus, & inebriemur vino, in quo est luxuria. Quemadmodum per semetipsam veritas generaliter in Euangelio præcipiendo protestatur, dicens: Cauete à crapula, & ebrietate, & curis huius sæculi. *Luc. 21. g* Vnde & in Ecclesiastico canone sententialiter constat decisum, aut cessare ab huiuscemodi vitij ingurgitatione, aut certe perseuerentes, honoris iactura periclitari debere. *Forosul. c. 3.*

CAP. VI.

Seruandum Presbyteris firmiter statuimus, ne tabernas ingrediantur concedendi, bibendiue causa. Quod si post hæc statuta facere præsumpserint, canonica decernimus sententia feriendos. *Turon. sub Carol. c. 21.*

CAP. VII.

Vt sobrietatem sacerdotes teneant, & hanc habendam fidelibus prædicent; quia non potest libere prædicare, qui se mero vsque ad alienationem mentis ingurgitat. Hoc & de comessationibus, & de cæteris pestibus ad gastrimargiam pertinentibus seruandum est. *Cabilon. sub. Carolo c. 10. Burc. li. 14. c. 4. Iuo par. 13. c. 72. decr.*

CAP. VIII.

Superius scripsimus, presbyteros villicos esse non debere, & nunc eos in tabernis bibere, &c. penitus decreuimus inhibendum. *Cabil. sub Carolo c. 44.*

CAP. IX.

Ne cler. vel Mon. c. 1. Greg. ix. & in 1. coll.

Ministri altaris Domini, vel monachi, &c. à negotiis sæcularibus omnino abstineant. Multa sunt ergo negotia sæcularia, de his tamen pauca perstrinximus, &c. In deliciis viuere velle, gulam, & ebrietatem sequi, &c. *Magunt. c. 14. & Magun. sub Rab. ca. 13. Capit. lib. 7. c. 172. in addit. Burc. li. 8. c. 90. Iuo par. 7. c. 108. decr.*

CAP. X.

Episcopi, & Dei ministri non debent comessationibus & vinolentiis nimiis incumbere; sed considerent sententiam Domini dicentis. Attendite, ne grauentur corda vestra in crapula, & ebrietate: *Luc. 21. g.* moderate enim cibum, & necessarium potum sumant; vt iuxta Apostolum sobrii sint, parati ad seruitium *1. Pe. 5. b.*

Domini. *Remen.c.18. Burc.li.14.ca.2. Iuopar.13. c.71.decr.*

Cap. XI.

[1. Tim. 3. d.] Sobrium, prudentem, ornatum, hoſpitalem, doctorem, pudicum, &c. Sacerdotes, qui miniſtrant in templo Dei prohibentur vinum, & ſiceram bibere; ne crapula, & ebrietate aggrauentur corda eorum, & vt ſenſus officium exhibens Deo vigeat ſemper, & tenuis ſit, &c. [1. Tim. 3. d.] Non vinolentum, non percuſſorem. Virtutibus vitia oppoſuit; didicimus, quales eſſe debeamus; discamus, quales non debeant eſſe ſacerdotes. Vinolentia ſcurrarum eſt, & comeſſatorum: venterque mero æſtuans, cito deſpumat in libidines. In vino luxuria, in luxuria voluptas, in voluptate impudicitia eſt. Qui luxuriatur, viuens mortuus eſt; ergo qui [1. Tim. 3. d.] inebriatur, & mortuus eſt, & ſepultus, &c. Domum ſuam bene regentem: non vt opes augeat; non vt regias paret epulas non vt cælatas patinas ſtruat, & Phaſides aues lentis vaporibus coquat, qui ad oſſa perueniant, & ſuperficiem carnis non diſſoluant artificij temperamento; ſed vt quod populis præcepturus eſt, prius à domeſticis exigat. *Hier. in epiſt. ad Occa. apud Aqu ſ. c. 11.*

Cap. XII.

Turpe eſt ante fores ſacerdotes Chriſti crucifixi, & pauperis, & qui cibo quoque veſcebatur alieno; inter lictores Conſulum, & milites excubare; iudicemque prouinciæ melius eſt apud te prandere, quam te in Palatio. Quam ſi obtenderis te facere hæc; vt roges pro miſeris, atque ſubiectis; iudex ſæculi plus deferet clerico continenti, quam diuitijs & magis ſanctitatem tuam venerabitur, quam opes, &c. Nunquam redoleas vinum, ne audias illud Philoſophi; hoc non eſt oſcu- [1. Tim. 3. d.] lum porrigere, ſed vinum propinare. Vinolentos ſacerdotes, & Apoſtolus damnat, & [Leu. 10. b.] vetus lex prohibet. Qui altario deſeruiunt, vinum, & ſiceram non bibant, &c. Quidquid inebriat, & ſtatum mentis euertit, fuge ſimiliter, vt vinum. Nec hoc dico, quod Dei [Matt. 11. c.] creatura à nobis damnetur; ſiquidem & Dominus vini potator eſt appellatus: & Timo- [1. Tim. 5. d.] theo dolenti ſtomachum modica vini ſorbitio relaxata eſt: ſed modum, pro ætatis, & valetudinis, & corporum qualitate, exigimus in potando. Quod ſi abſque vino ardeo adoleſcentia, & inflammor calore ſanguinis, & ſucculento, validoque ſum corpore libenter carebo poculo, in quo ſuſpitio veneni eſt. *Hieron. ad Nepotia. apud Aquiſgr. cap. 94. in med.*

Cap. XIII.

Sobrietatem, quam Apoſtolus Epiſcopo habendam docet, adeo nos eam nobis ſectandam ſtatuimus; vt nullus ſacerdotum ebrietatis deprauatione ſe, aut miniſterium ſuum vileſcere faciat, quo merito reprehenſibilis videatur. Quia legimus, ebrietatem dedecus eſſe cuique Chriſtiano ſectari, quanto magis ſacerdoti? vnde Apoſtolus inquit: Nolite [Eph. 5. d.] inebriari vino, in quo eſt luxuria. Legitur & alibi; ſic oportere Epiſcopum bibere, vt quaſi non bibiſſe videatur. Quapropter deinceps quicumque huius ordinis huic noxio vitio inſeruiens deprehenſus fuerit; cenſuimus, vt ſecundum ſtatutum canonicum, quicumque ebrietati deſeruit, aut deſinat, aut deponatur. *Aquiſ. y. ſub Lud. par. 1. c. 6. Vid. Ap. 42.*

Cap. XIV.

De illis presbyteris, qui contra ſtatuta canonum vilici fiunt; tabernas ingrediuntur; turpia lucra ſectantur; & diuerſiſſimis modis vſuris inſeruiunt; & aliorum domus inhoneſte, & impudice frequentant; & comeſſationibus, & ebrietatibus deſeruire non erubeſcunt; & per diuerſos mercatus indiſcrete diſcurrunt; obſeruandum iudicauimus, vt ab hinc diſtricte, ſeueriterque coërceantur; ne per eorum illicitam, & indecentem actionem, & miniſterium ſacerdotale vituperetur, & quibus debuerant eſſe in eorum exemplum deueniant in ſcandalum. *Aquiſgr. ij. ſub Lud. par. 3. cap. 8.*

Cap. XV.

Obſeruandum vobis eſt: vt, & vos ab ebrietate abſtineatis, & vt plebes ſubditæ abſtineāt; & neque per tabernas eatis bibendo, aut comedendo: neque domos, aut viros curioſitate qualibet peragretis; neque cum fœminis, aut cum quibuſlibet impuris perſonis conuiuia exerceatis: niſi forte paterfamilias quilibet vos ad domum ſuam inuitauerit, & cum coniuge ſua, & prole, velit vobiſcum ſpirituali gaudio lætari, & verborum veſtrorum refectionem accipere, & vobis refectionem carnalem caritatis offitio exhibere. *Theodul. ad presbyteros Aur. c. 13. Burc. li. 14. c. 10. Iuo par. 13. c. 78. decr.*

De veſtibus ſacerdotum. Tit. XXXVII.

Caput I.

Clerici officia, vel commercia ſæcularia non exerceant, maxime inhoneſta, &c. [De vita, & honeſt. cler. c. 15.] Clauſa deferant deſuper indumenta, nimia breuitate, vel longitudine non notanda, &c. [Greg. ix. & c. 4. eo. tit. in 4. collect.] Cappas manicatas ad diuinum officium intra Eccleſiam nulli gerant, ſed nec alibi, qui ſunt in ſacerdotio, vel perſonatibus conſtituti, niſi iuſti cauſa timoris exegerit habitum transformari, &c. *Innoc. iij. in concil. gener. Lateran. cap. 16.*

Cap. II.

Epiſcopus, presbyter, diaconus ſæculari in- [21. q. 4.] dumento minime vtatur, niſi vt condecet, [Epiſ. c. 4.] tunica ſacerdotali. *Zach. in ſyn. Rom. c. 3.*

Cap. III.

Sacerdotes ſine ornatu ſacerdotali extra [21. q. 4.] domos apparere non conuenit, ne vt aliquis [c. 4.] ſæcularium iniurias patiantur. *Syn. Roma.*

sub Eugen.ij. & Leone iv. ca.12. Inop.13.cap.7.decr. Ans.l.7.c.103.Cas.li.8.c.25.

CAP. IV.

Decreuimus, vt presbyteri, vel diaconi non sagis, laicorum more, sed casulis vtantur ritu seruor. Dei. *Franc.in fi.Capit.li.5.c.2.*

CAP. V.

Presbyteri sine intermissione vtantur orariis propter differentiam sacerdotii dignitatis. *Magun.28.Capit.l.5.c.81.Burc.li.2.c.101.Inop.6.c.178.decr.*

CAP. VI.

Quam moderata discretio in vestium cultu, & mensæ apparatu sacerdotibus tenenda sit, dicta beati Gregorii in expositione Euangeliorum, nec non & vita sanctorum virorum Augustini, & Ambrosij plenissime docent. *Paris.sub Ludouic.& Loth.lib.1.cap.19.in fine.*

De tonsura presbyteri. Tit. XXXVIII.

CAPVT I.

Omnes clerici, vel lectores, sicut Leuitę, & sacerdotes detonso superius capite toto, inferius solam circuli coronam relinquant, &c. *Toletan.iv.cap.40. Anselm.lib.7.cap.201.in addit.*

CAP. II.

Est clericis tonsura signum quoddam, quod in corpore figuratur, sed in animo agitur, scilicet, vt hoc signo in religione vitia resecentur, & in crinibus carnis nostræ, quasi crinibus exuamur, &c. Quod vero detonso capite superius, inferius circuli corona relinquitur; sacerdotium, regnumque Ecclesiæ in eis existimo figurari. Tiara enim apud veteres constituebatur in capite sacerdotum: hæc ex bysso confecta, rotunda erat, quasi sphæra media, & hæc significatur in parte capitis tonsi; corona autem, latitudo aurei est circuli, quę Regum capita cingit. Vtrumque itaque signum exprimitur in capite clericorum; vt impleatur etiam corporis quadam similitudine, quod scriptum est, Petro Apostolo perdocente: Vos estis genus electum, Regale sacerdotium. *Isidor. de Ecclesiasticis officiis lib.2.c.4. apud Aquisgr.c.1.* *1.Pet.2.b.*

Presbyteri obediant Episcopo. Tit. XXXIX.

CAPVT I.

Dist.93.c.5.à sub. diacono. Pontifici presbyter, presbytero diaconus, diacono subdiaconus, &c. in omni loco repræsentent obsequium, siue in publico, siue in gremio Ecclesiæ. *Siluest. in synod. Roman. cclxxxiv. Episcopor. cap.7. Burch. lib.2. cap.224. Inopar.6.cap.299. decr. Anselm.lib.7. cap.62.*

CAP. II.

Huius vrbis presbyteri Episcopum proprium recognoscant, & delinquentes canonice iudicet, iudicatisque obedienter auscultent, &c. *Leo iv. in syn. Rom.c.39.*

CAP. III.

Si presbyter, diaconus, clericus, sine licentia sui Episcopi in aliena paroecia versetur: non ministret. Si reuocetur à suo Episcopo, & non reuertatur, vt laicus communicet. *Ap.ca.15.* Et si Episcopus hoc contemnens, alienum clericum, vt clericum tractet, quasi magister inobedientiæ excommunicabitur. *Ap.c.16.Vide Antio. 3.*

CAP. IV.

Si quis presbyter contemnens Episcopum suum, seorsum congregationem fecerit, & altare aliud erexerit, &c. deponatur. *Ap.31.G.32.L.Vide Ant.c.5.*

CAP. V.

Admonebat Petrus Apostolus) Episcopos, sacerdotes suos, ac cunctos reliquos Ecclesiæ ministros, atque omnem plebem sibi commissam verbo diuino, & mandato instruere, & dirigere: hosque omnes eorum Episcopos tota animi virtute diligere, vt oculos suos, quia oculi sunt illorum; eorum præceptis in omnibus obedire, etiam si ipsi aliter, quod absit, agant; memores Dominici præcepti: Quæ dicunt, facite; quæ autem faciunt, facere nolite. Ipsi autem Episcopi, si exorbitauerint, ab istis non sunt reprehendendi, vel arguendi, sed supportandi, nisi in fide errauerint. *Clem.epist.1. prope finem. Isidor. lib.3. senten. cap.39. sent.4. Burc.lib.1.cap.137. Inopar.5. ca.251. decret.* *2.q.7. sacerdotes. c.8.* *Matth.23.a.*

CAP. VI.

Si vobis Episcopis non obedierint omnes presbyteri, diaconi, &c. non solum infames sed & extorres à regno Dei, & consortio fidelium, ac à liminibus sanctę Dei Ecclesię alieni erunt. *Clem.ep.3.in prin. Tribur.c.8.* *11.q.3.c.11. si autē vobis.*

CAP. VII.

Si quis sacerdotum, vel reliquorum clericorum suo Episcopo inobediens fuerit, aut insidias ei parauerit, aut contumeliam, aut calumniam; & conuinci potuerit, mox curiæ tradatur. *Pius ep.2.in fi. Inopar.5.c.243.decr. Ans.li.8.c.17.Cas.li.4.c.99.* *11.q.1.c.19.*

CAP. VIII.

Si quis presbyter, aut diaconus, & omnino quilibet ex clero, &c. in alia parochia nititur immorari, vlterius ibidem non ministret, maxime si vocanti suo Episcopo obedire contempserit. *Antioch.cap.3. Vid. Apost. capit.15. Synod. Roman. sub Leone iv. in causa Anastasij. Aquisgr. cap.71. Mart. Brac. cap.34. Anselm.lib.7. cap.195.* *7.q.1.c.24.*

CAP. IX.

Si presbyter, aut diaconus Episcopum contemnens se ab Ecclesia sequestrat, deponatur. *Antiochen. cap.5. Vid. Apost.31. G.32.L.*

CAP. X.

Dist.95. c.8. de consec. d. 4. omnis. 224. inf. 51.q.3.c. 1. Non oportet presbyteros ante ingressum Episcopi ingredi, & sedere in tribunalibus. *Laod. c.55. G.56. L. Mart. Brac.53.*

CAP. XI.

Si quis presbyter à præposito suo excommunicatus, vel correptus fuerit, debet vtique apud vicinos Episcopos conqueri, vt ab ipsis eius causa possit audiri, ac per ipsos suo Episcopo reconciliari. Quod nisi fecerit, sed superbia inflatus secernendum se ab Episcopi sui communione duxerit, ac separatim cum aliquibus schisma faciens sacrificium Deo obtulerit, anathema habeatur, & locum amittat. *Carth.4.ca.8. Carth.cap.11. G. Worm.cap.66. Burch. lib.2.cap.194. Ino par.6.ca.239. decr. Ansel. lib.12. cap.33.*

CAP. XII.

Episcopo præsente orationes presbyteri in ordine(*non*) colligant. *Barcin.3.c.5.*

CAP. XIII.

Episcopus prouinciæ nostræ, si voluerit, de parochitanis presbyteris, atque diaconibus cathedralem sibi in principali Ecclesia facere, maneat illi per omnia licentia; ij tamen, qui fuerint transducti, humilitatem dignam Episcopo suo teneant, &c. *Emerit.c.12.*

CAP. XIV.

Decreuimus iuxta sanctorum canones, vt vnusquisque presbyter in parochia habitans Episcopo illi subiectus sit, in cuius parochia habitat. *Syn. Franc.in med. Capit.l.5.c.2.*

CAP. XV.

Vnusquisque presbyter, qui in parochia est, Episcopo obediens, & subiectus sit. *Suess: sub Pipin.*

CAP. XVI.

Declar. excom. c. 1. Greg. ix. & in 1. collect. Si quis presbyter ab Episcopo suo degradatus fuerit, & ipse per contemptum postea aliquid de suo officio sine commeatu facere præsumpserit, & postea ab Episcopo suo correptus, & excommunicatus fuerit; qui cum ipso communicauerit, sciat se esse excommunicatum. *Vernen.c.9. Capit. li.5.c.42.*

CAP. XVII.

Placuit, vt si in ministerio diaconi, vel presbyteri officio aliquis constitutus existat; si Episcopi, à quo ordinatus est, præceptis non obedierit; vt in delegata sibi ecclesia officium † perpe- tuò. deperdat † assiduum, quousque in vitio permanserit, & communione, & honore priuetur. *Form.c.19.*

CAP. XVIII.

Esto subiectus Pontifici tuo, & quasi animæ parentem suscipe. *Hieron. ad Nepotian. apud Aquisgr.c.94. in medio.*

CAP. XIX.

Quia mitis, & humilis magistri discipuli sumus; presbyteris nostris humilitatis exempla, ac monita dare debemus, videlicet, vt eis, in quorum ditione suæ consistunt Ecclesiæ, congruum honorem, & obsequium impendant debitum, id est spirituale, atque Ecclesiasticum, & hoc sine vllo typho, vel contentione, vel rebellione; saluo namque ministerij sui iure debent se gratiosos exhibere senioribus, & parochianis suis de quorum oblationibus viuunt, & cum debita humilitate spiritualia eis obsequia ministrare. Sciant igitur presbyteri secundum Apostolum omnibus sua reddere debita, cui honorem, honorem, cui timorem, timorem. *Trosl. cap.6.* Ro.13.f.

Presbyteri nihil agant sine consensu Episcopi. Tit. XL.

CAPVT I.

NVllus presbyter, volens monachus fieri, Ecclesiam monachis relinquat, nisi ex licentia Episcopi. *Greg. vij. in concil. Rom. anni incerti c. 13.*

CAP. II.

Nullus Abbas, nullus Ecclesiarum præpositus, quæ iuris sunt Ecclesiastici, accipere sine Episcopi confessione præsumat. *Vrban. ij. in syn. apud Melf.c.6.*

CAP. III.

Presbyteri, & diaconi sine voluntate Episcopi, nihil agant. *Ap.39. G.40. L.*

CAP. IV.

Nullum presbyterum in alicuius Episcopi parochia aliquid agere debere absq; eius permissu (*B. Petrus*) docebat: sed & cunctos presbyteros propriis Episcopis in omnibus absque mora obedientes instituere Domino, esse debere, &c. *Clem.ep.1. post med. Burc.l.2.c.94. Ino parti.6.c.171. decr.*

CAP. V.

Cunctis fidelibus, omnibus presbyteris, & diaconibus, ac reliquis clericis attendendum est; vt nihil absque Episcopi proprii licentia agant; non vtique missas sine eius iussu quisquam presbyterorum in sua parochia agat; non baptizet, nec quidquam absque eius permissu faciat. *Clem.ep.3. post med. Tribur.c.32. Burc. li.2.c.93. Ino par.2.c.123. & par.6.c.90. decr. Cas. li. 4.c.97.* 16.q.1.c. 41.

CAP. VI.

Similiter & de presbyteris hæc habeantur, vt sine iussu proprij Episcopi nihil agant: quia quod rarum est, hoc & pulchrius esse videtur. Et si nomen vilescit Pontificum, omnis status perturbatur Ecclesiæ. *Damas. epist. 4. in medio.*

CAP. VII.

Episcopus rem Ecclesiæ venditam à presbyteris, cum Episcopus non erat, potest repetere; nisi malit rei pretium. *Ancy.15. Ans.l.6.c.162. Cas.li.7.c.71.* 12.q.5.c. quæ. 41.

CAP. VIII.

Presbyteri sine conscientia Episcoporum, nihil faciant. *Arel.4.c.19.*

CAP. IX.

Episcopus, presbyter, clericus, qui sine 23.q.8.c.

voluntate, & litteris Epiſcoporum, qui in prouincia ſunt, & præſertim Metropolitani, audeat ad Imperatorem venire, eiiciatur non ſolum à communione, ſed etiam à dignitate, quam obtinet. *Antioch.c.11. Aquiſgr.73. Capit.li. 1.c.10. Burch.li.2.c.177. Iuop.6.c.268.decr. Anſ. li.6.c.115.*

quis Epiſcop. 27.

Cap. X.

Preſbyteri ſine conſilio Epiſcopi nihil agant. *Laod.c.56.G.57.L.*

Diſt.80. c.5. non debere.

Cap. XI.

Si preſbyter inconſulto Epiſcopo agenda in quolibet loco celebret, ipſe honori ſuo contrarius exiſtit. *Carth.ij.c.9.*

Cap. XII.

Vnuſquiſque preſbyter ſemper in cœna Domini rationem, & ordinem miniſterij ſui Epiſcopo reddat, & chriſma, & oleum petat. *Sueſſ. ſub Pipino.*

Cap. XIII.

Vt omnes preſbyteri, qui in parochia ſunt, ſub poteſtate Epiſcopi eſſe debeant, & de eorum ordine nullus preſbyter præſumat in illa parochia baptizare, nec miſſas celebrare, ſine iuſſione Epiſcopi, in cuius parochia eſt, *Vern. cap.8.*

Cap. XIV.

Preſbyter de cura animarum, & de Chriſtianitatis miniſterio Epiſcopo reſpondeat. *Pictau. cap.6.*

Presbyter petat chriſma à ſuo Epiſcopo, & non ab alieno, Tit. XLI.

CAPVT I.

PReſbyteri, qui per diœceſes Eccleſias regunt, nō à quibuſlibet Epiſcopis, ſed à ſuis nec per iuniorem clericum, ſed omni anno, aut per ſeipſos, aut per illum, qui ſacrarium tenet, ante Paſchæ ſolemnitatem chriſma petant. *Carth.iv.c.36. Capit.l.7.c.394. Burc.lib.4.c. 76. Iuo li.1.tit.2.c.94. pan. & par.1.cap.270. decr. Cæſaraug.li.4.c.11.*

Diſ.95.c. 4. & de conſec.d. 4.c.123.

Cap. II.

Per ſingula territoria preſbyteri, vel miniſtri ab Epiſcopis, non prout libitum fuerit, ſed à ſuis propriis per annos ſingulos petant chriſma, appropinquante ſolemnitate Paſchali. *Vaſ.c.3. Ver.c.60. Capit.l.7.c.394. Burc.l.4.c.78. Iuop.1.c.272.decr.*

Cap. III.

A media quadrageſima presbyteri chriſma petant. *Antiſ.c.6.*

Cap. IV.

Presbyter in cœna Domini ſemper nouum chriſma ab Epiſc. quærat. *Fr.ſyn. Cap. lib.5.c.2.*

Cap. V.

Presbyter, qui in parochia eſt, in cœna Domini rationem, & ordinem miniſterii ſui Epiſcopo reddat, & chriſma, & oleum petat. *Syn. Sueſſ ſub Pipino.*

Presbyter non poteſt reconciliare pœnitentem iniuſſu Epiſcopi. Tit. XLII.

Vide ſupra libro quinto titulo octuageſimo nono. Et adde hæc.

CAPVT I.

REconciliare quemquam pœnitentem in publico miniſterio presbytero non licet. *Carth.6.G. Carth ij.c.3.L.*

26.q.6.c. 1. ſi autem.

Cap. II.

Pœnitentem in Eccleſia benedicere presbytero penitus non licebit. *Agath.c.44 Burc.lib.1. cap.90.*

26.q.6.c. 3. miniſtrare.

Cap. III.

Non liceat (*presbyteris*) Eccleſias conſecrare, &c. Sed nec publice quidē in miſſa quemquam per pœnitentiam reconciliare. *Vorma.c.8.*

Ne presbyter duas Eccleſias obtineat. Tit. XLIII.

CAPVT I.

QVia nonnulli modum auaritiæ non ponentes, dignitates Eccleſiaſticas, & plures Eccleſias Parochiales contra ſacrorum canonum inſtitura nituntur acquirere; ita, vt cum vnum officium vix implere ſufficiant, ſtipendia ſibi vindicent plurimorum, ne id de cætero fiat, diſtrictius inhibemus, &c. *Alex. iij. in conc. Later. c.23.*

De elect. & electi. c. 5 Gr. ... in 1. coll.

Cap. II.

Quia in tantum iam quorundam proceſſit ambitio, vt non duas, vel tres, ſed ſex, aut plures Eccleſias perhibeantur habere; cum nec duabus debitam poſſint prouiſionem impendere, per fratres, & coëpiſcopos noſtros cariſſimos † emendari præcipimus; & de multitudine canonibus inimica, quę diſſolutionis materiam, & vagationis inducit, & certum continet periculum animarum; eorum, qui Eccleſiis digne valeant deſeruire, volumus Eccleſiaſticis beneficiis indigentiam ſubleuari. *Alex. iij. in conc. Later. c.14.*

De preb. c. 5. Gr. ix. entr. in 1. coll. c.6.

† hoc.

Cap. III.

De multa prouidentia fuit in Lateranenſi concilio prohibitum, vt nullus diuerſas dignitates eccleſiaſticas, & plures eccleſias Parochiales reciperet, contra ſacrorum canonum inſtitura. Alioquin, & recipiens ſic receptam amitteret, & largiendi poteſtate conferens priuaretur. Quia vero propter ſuppreſſiones, † præſumptiones, & cupiditates quorundam, nullus hactenus fructus, aut rarus de prædicto ſtatuto peruenit, &c. ſtatuimus, vt quicumque receperit aliquod beneficium habens curam animarum annexam, ſi prius tale beneficium obtinebat, eo ſit iure ipſo priuatus; & ſi forte illud retinere contenderit, alio etiam ſpolietur. Is quoque

De preb. c.28. Gr. ix.c.4. ... tit. in 4. collect.

quoque, ad quem prioris spectat donatio, illud post receptionem alterius conferat, cui merito viderit conferendum, & si vltra tres † menses conferre distulerit, non solum ad alium, secundum statutum Lateranensis concilij, eius collatio deuoluatur: verum etiam tantum de suis cogatur prouentibus in vtilitatem illius Ecclesiæ, cuius illud est beneficium assignare, quantum à tempore vacationis ipsius constiterit ex eo esse perceptū. Hoc idem in personatibus decernimus obseruandum; addentes, vt in eadem Ecclesia nullus plures dignitates habere præsumat, aut personatus, etiam si curam non habeant animarum. Circa sublimes tamen, & litteratas personas, quæ maioribus sunt beneficiis honorandæ, cum ratio postulauerit, per sedem Apostolicam poterit dispensari. *Innoc. iij. in conc. Later. cap. 29.*

Cap. IV.

164.9.c. 20. plan. un. in fi. Non aliquis presbyter duas Ecclesias simul obtineat. *Nicol. y. in syn. Rom. cxiij. Episcoporum. cap. 8.*

Cap. V.

In parochiis multæ sunt Ecclesiæ constitutę, quæ à fidelibus factæ, aut paucum, aut nil de rebus videntur habere: sacerdotali ergo decreto pres bytero vni plures extant commissę. Vnde cauendum est, ne occurrente paupertate ordo ibidem non impleatur Missæ. Proinde salubri deliberatione censemus, vt per singulas Ecclesias, in quibus presbyter iussus fuerit per sui Episcopi ordinationem præesse, singulis diebus Dominicis sacrificium Deo procuret offerre, &c. *Emerit. c. 19.*

Cap. VI.

164.3.c. 3. vn. p. sed & hoc. Plures Ecclesiæ vni nequaquam committantur presbytero: quia solus per totas Ecclesias nec officium valet persoluere, nec populis sacerdotali iure occurrere, sed nec rebus earum necessariam curam impendere. Ea scilicet ratione, vt Ecclesia, quæ vsque ad decem habuerit mancipia, super se habeat sacerdotem, quæ vero minus decem mancipia habuerit, aliis coniungatur Ecclesiis. *Toletan. xvi. cap. 5.*

Cap. VII.

Vix quispiam presbyterorum in basilica, in qua diuinæ seruituti mancipatus est, digne, atque strenue militare inuenitur, quanto minus id in duabus, aut tribus, aut eo amplius, basilicis digne exequi valet? In quo facto, & religio Christiana fuscatur, & sacerdotalis ordo confunditur; immo auaritia sacerdotum à subditis denotatur: locaque Deo dicata cultu sibi debito priuantur, & animarum pericula generantur, &c. Quod ne vlterius vnusquisque Episcoporum in parochia sua fieri sinat, omnes in commune statuimus decernentes; vt singulæ basilicæ, plebes, & res, quibus consistere possint, habentes, singulos habeant presbyteros. Si vero plebes habuerint, & rebus, quibus consistere possint, caruerint: in arbitrio Episcoporum pendet, vtrum ita consistere debeant, aut possint, necne. Hoc tamen specialiter eorum solertiæ prouidendum est, vt hac occasione nullus presbyter duas, aut tres auaritiæ causa, quibus sufficere secundum diuinum cultum nullatenus potest, habere audeat basilicas. *Paris. sub Lud. & Loth. lib. 1. c. 49.*

Cap. VIII.

Vnusquisque presbyter vnam solummodo habeat Ecclesiā, nisi forte antiquitus habuerit capellam, vel membrum aliquod adiacens sibi, quod non expedit separari, &c. *Meten. c. 2.*

Cap. IX.

Sicut Episcopus, non plus potest habere, quā vnam ciuitatem; & vir vnam vxorem: ita presbyter vnam tantum Ecclesiam. Itaque nullus presbyter plures præsumat habere Ecclesias, nisi forte alios presbyteros sub se in vnaquaque habeat, qui nocturnum, atque diurnum officium solemniter adimpleant, & missarum celebrationes quotidianis expleant cerimoniis. *Nannet. c. 8. Burc. l. 3. c. 47. Inop. 3. c. 51. decr.*

Cap. X.

Vt nemo Episcopatum, Abbatiam, Archidiaconatum, Archipresbyteratum, præbendam, vel alios Ecclesiasticos honores, vel in duabus Ecclesiis prælationes exerceat, nisi in vna tantum. *Pictau. c. 2.*

Ne presbyter relicta sua Ecclesia ad aliam se transferat. Tit. XLIV.

CAPVT I.

Episcopus, presbyter, diaconus ab vna vrbe in aliam non transeat, sed ad eam, in qua ordinatus est, reducatur. *Nicæ. 15. Mar. Brac. c. 5. Tribur. 28. Aquisg. c. 43. Burc. l. 2. c. 97. Inop. 6. ca. 174. decr. Ansl. l. 6. c. 104.* 7. q. 1. non oporet. 19.

Cap. II.

Si qui timorem Dei præ oculis non habentes, neque Ecclesiasticam regulam scientes, ab Ecclesia sua recesserint presbyteri, vel diaconi, vel omnino canonice constituti, nullo modo suscipiantur in alia Ecclesia; sed omnino cogantur, vt ad suas parœcias reuertantur; aut si permanent, sine communione sint. *Nicæ. 16. G. 16. 17. L. Aquisg. c. 45. Mar. B. c. 33. Burc. l. 2. c. 97. & 98. Inopar. 6. c. 174. & 175. decr. Ansl. li. 7. c. 95.* 7. q. 1. c. 23.

Cap. III.

Anastasium iam nuper excommunicatum presbyterum tituli sancti Marcelli, qui propriam parochiā relinquens, in aliena per multa tempora nititur immorari, à sacerdotali ministerio modis omnibus remouemus: ita vt locum restitutionis nequaquam inueniat, &c. *Syn. Rom. sub Leone iv. in fine, in causa Anastasij.* De cler. non resid. c. 2. Gre. ix. & in 1. collect.

Cap. IV.

Si presbyter, diaconus, clericus relicta sua parœcia in alteram ierit, sine licentia sui Epi-

scopi, non ministret. Si vero eum suus Episcopus vocauerit, neque redierit; vt laicus illic communicet. *Ap.* 15. Si Episcopus alienus eum vt clericum tractet, excommunicetur. *Ap.* 16. *Vide Antio.c.3.*

CAP. V.

7.q.1.c. 41. Eos, qui ab Ecclesiis ad Ecclesias migrauerint, tamdiu à nostra communione alienos habemus, donec ad eas redierint ciuitates, in quibus primitus sunt ordinati. Quod si quis alius alio transmigrante, in locum viuentis ordinatus est, tamdiu vacet sacerdotij dignitate, donec successor eius quiescat in Domino. *Damas. ad Paulin. Antioch. apud Theod. lib.* 5.c.11.*& Trip.li.9.c.* 19.*Ans.lib.6.c.95.Tarrac.li.* 3.c.70.

CAP. VI.

Illam partem Ecclesiasticæ disciplinæ, qua olim à sanctis Patribus, & à nobis sæpe decretum est; vt nec in presbyteratus gradu, nec in diaconatus ordine, &c. ab Ecclesia cuiquam transire sit liberum; vt in integrum reuoces, admonemus. Et vnusquisque non ambitione illectus, non cupiditate seductus, non persuasione hominum deprauatus, ibi vbi ordinatus est, perseueret. *Leo epist.84. ad Nicetam Aquileiensem Episcopum, in fine.*

CAP. VII.

Vt ne quis, dum in ea durare poterit, qualibet necessitate suam relinquat Ecclesiã. *Hadr. ad Episc. Mediom.c.55.Capit. lib.7.c.366.*

CAP. VIII.

De presbyteris, aut diaconibus, qui solent dimittere loca sua, in quibus ordinati sunt, & ad alia loca se transtulerunt, placuit, vt his locis ministrent, quibus præfixi sunt. Qui relictis locis suis ad alium locum se deferre voluerint, deponantur. *Arel.1.cap.22. Burch. lib.* 2.c.95.*Ino.par.6.ca.172.decr.& lib.3.tit.6.cap.4. panor.*

CAP. IX.

Ne presbyter propriam relinquat Ecclesiam. *Arel.1.c.13. Vide.Nica.c.15.& 16.*

CAP. X.

7.q.1.c. 24. Si quis presbyter, diaconus, vel clericus relicta sua parœcia in aliam eat, & illic perseuerare tentet longo tempore: non ministret, maxime si à suo Episcopo vocatus non venerit. Quod si perseuerat in sua inobedientia, omnino deponatur, & restitutionem non speret. Si vero ex hac causa depositum alius Episcopus receperit, à communi synodo pœnitentiam accipiet, vt qui constituta Ecclesiæ dissoluat. *Antio.3.syn.Rom.sub Leone iv. in causa Anastasii, Aquis.ca.71, Mart. Brac.34. Ansel.lib.7. cap.195.*

CAP. XI.

7.q.1.E. pisc.37. Inferioris gradus sacerdotes, vel alij clerici concessione suorum Episcopor. possunt ad alias Ecclesias transmigrare. *Carth.iv.c.27. Ivo l.* 3.*tit.6.c.2.pan.& par.5.c.125. decr.*

CAP. XII.

De titulo minori ad maiorem migrare, nulli presbytero licitum sit, sed in eo permaneat, ad quem ordinatus est. Quod si inuentus fuerit contra statuta id facere, eadem feriatur sententia, qua Episcopus, si de minore ad maiorem transmigrauerit sedem. *Turon. sub Carolo cap.14.*

CAP. XIII.

Presbyter proprio loco dimisso, ad alium migrans nequaquam recipiatur, nisi suæ migrationis causam dixerit, & se innocenter vixisse in parochia, in qua ordinatus est, sub testibus probauerit, & litteris, in quibus sint nomina Episcopi & ciuitatum plumbo impressa. Quibus cognitis, & talibus inuentus, quibus fides adhiberi possit, recipiatur. *Cabilo. sub Carolo c.41.*

CAP. XIV.

Si quis de ordine sacerdotali contemptu minoris Ecclesiæ, ambitiose, & improbé ad potiorem aspirare contenderit, canonica erga eum definitio conseruetur. *Meld.ca.30. Burch. lib.3.c.48. Ino li.2.tit.4.c.18. panor. & par.3.ca.52. decr.* 7.q.1.c. 32.

CAP. XV.

Si quis in contemptu positus presbyter, aut diaconus, vel quicumque ex clero recesserit ab ecclesia sua, nullo modo in alia suscipiatur ecclesia, sed omnino compellatur, vt ad suam reuertatur ecclesiam, &c. *Mar. Brach.c.33. Vide. Nica.16.*

CAP. XVI.

Si quis presbyter, aut diaconus, aut aliquis de clero propriam ecclesiam derelinquens, ad alteram ecclesiam vadit, & multo tempore ibi demoratur; omnino nunquam ministret in clero. Et si admonuerit eum Episcopus suus, vt ad suam redeat parochiam, & redire noluerit: vbi est, ibi, de officio suo deponatur; ita vt nunquam in suum reuertatur gradum, propter dissolutionis peccatum. Si autem Episcopus alter eum receperit, qui de reatu eius est conscius; oportet ipsum Episcopum sine increpatione in communi concilio non admitti, vt Ecclesiasticum canonem vltra non soluat. *Mar. Br.ca.34. Vide. Antioch.c.3. Ans. l.7.c.195.* 7.q.1.c. 24.

De presbyteris, qui ante ordinationem, vel postea crimen capitale commiserunt. Tit. XLV.

CAPVT I.

SI qui sine examine presbyteri facti sunt, aut examinati confessi sunt sua peccata, ipsis tamen confitentibus manus impositæ sunt; hos canon non recipit. Quod enim irreprehensibile est, recipit Ecclesia catholica. *Nic. 9. M.B 24. Raban.c.1.de pœn. Bur.lib.2.c.13. Ino p.6. c.33.dec. Ans.l.8 c.13.* Dist 81. c. 4.&dist. 24.c.7.& quis.

CAP. II.

Sacerdos, aut quiuis alius in ordinem ecclesiasticum prouectus, si in eo scelere inue- Dist 50. 7.

niatur, quo abiiciendus exultat; depositus prouidentia Episcopi bene prouiso loco constituatur, vbi peccata lugeat, & vlterius non committat. *Syn. Rom. sub. Eugen. ij. & Leone iv. cap. 14.*

CAP. III.

15.q.8.c. 1. qui admisit. & c.4. Si quis: Presbyter, qui confessus est, se corporaliter peccasse ante ordinationem; non offerat, sed in cæteris permaneat propter vtilitatem, &c. Si vero non confiteatur, neque aperto conuincatur: ipse sui potestatem habet. *Neocæs. 9. Mar. Brac. 25. Raba. c. 1. de pœn. Burc. lib. 2. c. 48. & 49. Iuol. 3. tit. 11. c. 18. & 19. pan. & par. 6. c. 149. & 150. decr.*

CAP. IV.

Dist. 50. c. 7. Si Episcopus presbyter, aut diaconus capitale crimen commiserit, &c. ab officij honore depositus, in monasterium retrudatur, & ibi quamdiu vixerit, laicam tantum communionem accipiat. *Agat. c. 50. Epaun. c. 22.*

CAP. V.

Dist. 81. c. 14. Si diaconus, aut presbyter crimen capitale commiserit, simul & officio, & communione pellatur. *Aurel. c. 11. vel 9. Tarrac. lib. 6. c. 4.*

CAP. VI.

Si is, qui iam in Episcopatu, vel presbyterio positus, aliquod peccatum admiserit, retrahitur; quanto magis ante ordinationem, si peccator inuentus est, cauendum, vt non ordinetur? *Isidor. li. 2. c. 6. de Eccles. offi. apud Aquis. c. 9. antesi.*

Presbyter, qui pœnitentiam suscepit, ea peracta potest sacra facere.

Tit. XLVI.

CAPVT I.

Dist. 50. c. 14. pœnitentiam, & c. seqq. ERrant, qui putant Domini sacerdotes post lapsum, si condignam egerint pœnitentiã, Domino ministrare non posse, & suis honoribus frui, si bonam deinceps vitam duxerint, & suum sacerdotium condigne custodierint, &c. *Callist. ep. 2. ante fin. Burc. li. 19. c. 42. Iuol. 3. tit. 11. c. 16. panor. & par. 6. c. 48. decr.*

CAP. II.

Dist. 50. c. 16. quia. Sacerdos lapsus post pœnitentiam redire potest ad honores. *Greg. ep. ad Secundin. inclus. li. 7. regist. ep. 53.*

CAP. III.

Sancta synodus definiuit, vt quicumque Pontificum, vel sacerdotum deinceps per manus impositionem pœnitentiæ donum exceperint, nec se mortalium criminum professione notauerint, tenorem tetentandi regiminis non omittant, sed per Metropolitanum reconciliationem pœnitentium more suscepta, solita expleant ordinis, vel cætera mysteriorum sibi credita sacramenta. *Tolet. xiij. cap. 10.*

Nullam presbyteri in ordinum susceptione, aut reliquorum sacramentorum administratione simoniam committant.

Tit. XLVII.

CAPVT I.

SI quis Episcopus per pecuniam ordinauerit Episcopum, Chorepiscopum, presbyterum, &c. idque fecisse probetur; de suo gradu periclitetur, & qui ordinatus est, nihil consequatur; sed sit alienus dignitate, vel cura, quam emit. Si quis mediator huius turpitudinis fuit, clericus proprio gradu cadat; laicus, vel monachus anathematizetur. *Chalcedon. cap. 2. Nicæ. ij. capit. 5. Brach. iij. cap. 7. Parisien. sub Ludouic. & Lothar. lib. 1. capit. 11. Nannet. cap. 7. Capitul. lib. 1. cap. 19. Burch. lib. 1. ca. 112. Iuo lib. 3. titul. 9. cap. 3. panor. & par. 5. cap. 118. decr. Anselm. libro 6. capit. 81. Cæsaraugust. libro 4. cap. 21.* 1.q.1.c.8

CAP. II.

Seruetur canon Apostolorum, vt si quis ob pecunias fiat Episcopus, vel presbyter, vel diaconus; deponatur, & is, & qui ordinauit, & eiciatur omnino à communione, & Simon Magus à me Petro, & secundo canone Chalcedonen. dicitur; Si quis Episcopus, &c. *Nicæn. ij. cap. 5. Apost. 29. Chalced. c. 2. Capit. lib. 1. cap. 19.*

CAP. III.

Cum in Ecclesiæ corpore omnia debeant ex caritate tractari, & quod gratis receptum est, gratis impendi; horribile nimis est, quod in quibusdam Ecclesiis locum venalitas perhibetur habere, ita vt pro Episcopis, vel Abbatibus, seu quibuscumque personis Ecclesiasticis ponendis in sede, seu introducendis presbyteris in Ecclesiam, &c. aliquid exigatur: & ille, qui indiget, non possit ista percipere, nisi manum implere curauerit largitoris, &c. Ne hoc de cætero fiat, & vel pro personis Ecclesiasticis deducendis ad sedem, vel sacerdotibus instituendis, &c. aliquid exigatur, districtius inhibemus, &c. *Alexander iij. in concilio Lateranens. cap. 7.* De sim. c. 9. Greg. ix. c. 8. eo. tit. in 1. collect.

CAP. IV.

Cauere oportet vnumquemque sacerdotem, ne præmiis videatur consecrari, vt non exemplo Simonis Magi in condemnationem, & laqueum incidat Diaboli; quia tam factus, quam etiam faciés honore adepto debite sunt condemnandi, sicut Chalcedonensi, aliorumque Patrum habetur concilio: quia muneribus ordinatus non animæ cupit remedium, sed vanæ gloriæ mercari lucrum. Ideo vnusquisque sacerdos ab hoc se auaritiæ fermento semper custodiat, ne ob temporalis

lucri commodum, post damna animæ, prædicti Simonis particeps esse mereatur. *Eugt. ij. & Leo iv. in syn. Rom. c. 2. Chalc. c. 2.*

Cap. V.

1. q. 1. eos. c. 21. Si Episcopus, presbyter, diaconus per pecuniam fiat, deponatur ipse, & qui eum ordinanit, & eiciatur etiam communione, vt Simon Magus à me Petro. *Ap. c. 29. G. 30. L. Nicæ. ij. c. 5. Bituric. act. 2. Taras. CP. ante vij. syn. Capit. lib. 1. c. 19.*

Cap. VI.

Illud magnopere commonens, vt hi, qui non Dei gratia, sed promissione rerum Ecclesiasticarum præmissa, ad sacerdotium conantur accedere, desideriorum talium tepimatur effectus. Qui autem ab huiusmodi se intentione non cohibent, vindictis canonum sciant se sine dubitatione subiiciendos, &c. *Symmach. ep. 1. c. 2.*

Cap. VII.

Ne benedictionem per impositionem manus, quæ diuina esse creditur, quis pretio comparet: quoniam ante oculos esse conuenit: quod Simon Spiritum sanctum volens redemptione mercari, Apostoli fuerit detestatione
Act. 8. d. percussus. Quis non vile putat esse, quod venditur? &c. nec ille se à culpa æstimet alienum, qui, &c. ad alterius redempti voluntatem, vel sponte in hoc, vel necessitate consenserit, &c. *Hormisd. ep. 4. c. 2. Burc. l. 1. c. 23. Iuo part. 5. ca. 77. decr.*

Cap. VIII.

Vehementi tædio mœroris afficimur, si in Ecclesiasticis officiis quemquam habeat locũ pecunia; & fiat sæculare, quod sacrũ est. [Quicumque ergo hoc pretij studet datione mercari, dum non officium, sed nomen attendit,
1. q. 1. c. 2 sacerdos non esse, sed dici tantummodo inaniter concupiscit, &c. Itaque in sacerdotibus ordinandis sinceritas vigeat; sit simplex sine venalitate consensus, &c. *Greg. ad Syagrium, & Ætherium Episcop. c. 1. lib. 7. regist. ep. 108. vel 110. in prin. Iuo epist. 21. ad Eudonem depisfer. Ars. lib. 6. cap. 72.*

Cap. IX.

Omnino exectabile, & esse grauissimum detestamur, quod illic sacri ordines per simoniacam hæresim, quæ prima contra Ecclesiam orta, & damnata est, conferantur, &c. Perit vtique reuerentia, adimitur disciplina; quia qui culpas debuit emendare, committit; & nefaria ambitione honorabilis sacerdotii dignitas ducitur in deprauatione censuræ. Nam quis denuo veneretur, quod venditur? aut quis non vile putet esse, quod emitur? &c. *Greg. ad Brunichild. Reginam post prin. lib. 7. ep. 113. vel 113.*

Cap. X.

Illud fraternitati tuæ notum esse volumus, contra simoniacam hæresim in synodo confirmasse. Nam à sanctis Patribus longe ante statutum est, ac vehementer prohibuisse; vt neque Ecclesiæ vllatenus vendantur, aut pro manus impositione pretium accipiatur; quod si hoc modo ordinatus aliquis fuerit; eum à Missæ celebratione, & Euangelij lectione omnibus modis remouemus. *Greg. vij. lib. 2. regist. ep. 67.*

Cap. XI.

Gratis, inquit Dominus, accepistis, gratis date, &c. A me, inquit, accepistis dignitatem Matth. 10. d.
sacerdotij, si nihil pro ipso parum quid, vel magnum soluistis, & hoc à me venditum est, vos quoque ipsum aliis vendite. Sin autem gratis accepistis, vos quoque gratis date. Quid hoc est mandato apertius? Quid autem his, qui parent, vtilius? Væ illis reuera, qui donum acquirere, vel illud pro pecuniis dare, in animum induxerunt, &c. *Gennad. & synod. CP. sub eo habita.*

Cap. XII.

Cum ad officia Ecclesiastica clerici prouehuntur, nihil pro benedictione, aut subdiaconi, aut diaconi, vel presbyteri collata, quidquam, vel sub oblationis nomen à quocumque Episcopo, v[illegible] eius clero inquiratur; illud Domini Iesu meminentes edictum, quod ait: Gratis accepistis, gratis date. *Barcin. ij. c. 1.*

Cap. XIII.

Quicumque deinceps propter accipiendam Mat. 10. d.
sacerdotij dignitatem, quodlibet præmium fuerit detectus obtulisse: ex eodem tempore se nouerit anathematis opprobrio condemnatum atque à participatione Christi corporis, & sanguinis alienum, &c. *Tolet. viij. c. 3.*

Cap. XIV.

Presbyteri, qui sanctum Dei baptisma infantibus tradunt, nihil pro tali gratia à parentibus eorum auferre præsumant. Quod si quis aliquid offert per bonam voluntatem, accipiatur grate, nihil tamen, vt diximus, auferatur quacumque occasione. Si quis sententiæ huius ordinem non custodierit, cumque transgredi præsumpserit, tribus mensibus sub pœnitentia excommunicatus manebit. *Emerit. c. 9.*

Cap. XV.

Nullus Episcopus, nec presbyter, vel Abbas, seu diaconus per præmium ad sacrum ordinem penitus accedat. Quod qui fecerit, ipso honore, quem præmiis comparare præsumpserit, omnino priuetur. *Cabil. c. 16.*

Cap. XVI.

Quidquid inuisibilis gratiæ collatione tribuitur, nunquam quæstu, vel quibuslibet 1. q. 1. c. 101.
præmiis venundari penitus debet, dicente Domino: Quod gratis accepistis, gratis date. Quicumque deinceps in Ecclesiastico ordine constitutus, aut pro baptizandis, consignandisque fidelibus, aut collatione chrismatis, vel promotionibus graduum pretia quælibet, vel præmia nisi voluntarie oblata, pro huiusmodi ambitione susceperit: si sciente loci Episcopo tale quidquam à subditis perpetratur; idem Episcopus duobus mensibus excommuni- Matth. 10.

cationi subiaceat, &c. Sin autem suorum quispiam eodẽ nesciente de supradictis quodcumque capitulis accipiendum esse sibi crediderit; si presbyter est, trium mensium excommunicatione plectatur: si diaconus, quatuor, &c. *Toletan. xi. c. 8. Ivo part. 1. c. 73. & par. 5. c. 126. decr.*

CAP. XVII.

Non expedit, vt donum sancti Spiritus pecuniis comparetur, &c. Quicumque pro conferendo cuiquam sacerdotij gradu, aut munus quodcumque, aut promissiones muneris ante, quam ordinetur, acceperit, vel etiam postquam ordinatus fuerit, in aliquo se pro hoc ipso præsumpserit munerari: siue qui dederit, siue ille, qui acceperit, iuxta sententiam Chalcedonensis concilij, gradus sui periculum sustinebit. *Brac. iij. c. 7. Ivo lib. 3. tit. 9. cap. 2. panor.*

CAP. XVIII.

1. q. 1. nullus. 100. Nemo Episcopus, presbyter, diaconus communionem dans, ab accipiente exigat ob eam susceptionem obolos, vel speciem aliquem: non enim gratia venditur, neque pecunia sanctum Spiritum damus, sed doni meritis. Si vero quis id exigat, deponatur, vt Simonis amator. *Trul. c. 23. Ivo par. 2. c. 92. decr.*

CAP. XIX.

Quicumque presbyter per pretium Ecclesiam fuerit adeptus, omnimodo deponatur, quod contra Ecclesiasticæ regulæ disciplinam agere dignoscitur: & [qui alium presbyterum legitime ad Ecclesiam ordinatum, per pecuniam expulerit, eamque sibi taliter vindicauerit. *Turon. sub Carolo. c. 15. Magun. sub Raban. c. 12. Magunt. sub Arnul. c. 5. Burch. lib. 3. c. 110. Ivo par. 3. c. 86. decr.* *(De simõ. c. 2. Greg. & in 1. coll.)*

CAP. XX.

2. q. 1. c. 106. Statuimus, vt sicut pro dedicandis basilicis, & dandis ordinibus, nihil accipiendum est: ita etiam pro balsamo, siue luminatibus emendis nihil presbyteri chrisma accepturi dent, &c. *Cabilon. sub Carol. cap. 16. Burch. lib. 4. cap. 93. Ivo lib. 1. tit. 2. cap. 91. panor. & par. 1. cap. 287. decr.*

CAP. XXI.

Sunt in quibusdam locis Scoti, qui se dicunt Episcopos esse, & multos negligentes absque licentia Dominorum suorum, siue magistrorum presbyteros, & diaconos ordinant; quorum ordinationem quia plerumque in simoniacam incidit hæresim, & multis erroribus subiacet, modis omnibus irritam fieri debere omnes vno consensu decreuimus. *Cabil. sub Carol. c. 43. Capitul. lib. 7. c. 66. in addit. Burc. l. 1. c. 120. Ivo par. 5. c. 220. decr.*

CAP. XXII.

Quicumque presbyter per pretium gradum, & Ecclesiam acquisierit, deponatur. *Rem. c. 21.*

CAP. XXIII.

Oportet, vt in electione, & ordinatione sacerdotis, valde execranda simoniaca hæresis, quæ propter quorundam auaritiam, & ambitionem, modernis temporibus dignitatem sacerdotalem fuscare comprobatur; nihil sui detestandi iuris habeat, quæ in primordio sanctæ Dei Ecclesiæ à beato Petro Principe Apostolorum cum auctore suo damnata est, &c. In apologetico Gregorij Nazianzeni: Religioni, inquit, ac doctrinæ nostræ opprobrium nascitur; quod sacerdotia, vel ministeria ambitione potius, & ad gratiam, quam meritorum iudicio deferantur, &c. *Parisiens. sub Ludou. & Lothar. lib. 1. cap. 11.* *(Dist. 24. c. 5.)*

CAP. XXIV.

Nemo Episcoporum, vel quilibet minister Ecclesiasticus propter sacrum chrisma aliquid muneris accipiat, neque denarios, vel qualibet munuscula, quæ per ministros Episcoporum inordinabiliter exiguntur. *Meldcn. cap. 45. Burc. l. 4. c. 77. Ivo p. 1. c. 271. decr.*

CAP. XXV.

Dist. 24. c. 5. Episcopus è latere suo dirigere debet sacerdotes, & alios prudentes viros, &c. qui ordinandorum vitam, genus, &c. diligenter inuestigent, &c. Ipsi autem, quibus hoc committitur, cauere debent; ne aut fauoris gratia, aut cuiuscumque muneris cupiditate illecti, à vero deuient; vt indignum, & minus idoneum ad sacros gradus suscipiendos Episcopi manibus applicent. Quod si fecerint; & ille, qui indigne accessit, ab altari remouebitur, & illi, qui donum sancti Spiritus vendere conati sunt, coram Deo iam condemnati, ecclesiastica dignitate carebunt. *Nannet. c. 11. Burch. lib. 2. c. 1. Ivo lib. 3. tit. 2. c. 14. panor. & par. 6. c. 21. decr. Cæs. lib. 4. c. 106.*

CAP. XXVI.

Quidam) *fuerunt* (qui propter presbyteri gradum pecuniam dederant; & alii, qui duas vxores ante diaconatum habuerunt, &c. Dictum de his in concilio est, nulla illis misericordia potest tribui, quin omnes deponantur. *Lemouicen. act. 11.* *(De cohab. cler. c. 2. in 1. coll.)*

CAP. XXVII.

Quicumque sacerdotis per pecuniam ordinati missam scienter audierint, excommunicationi subiacere debent. *Pictau. c. 9.*

CAP. XXVIII.

Qui munus imponunt, sunt ministri Spiritus, non Spiritus venditores; & qui Spiritus gratiam gratis accepere, eam quoque gratis dare iis, qui illam participant, iussi sunt, à Dominica voce hac libertate accepta. Si quis autem eam auro emisse conuictus fuerit diuina ei actione interdictum esse iubent, &c. Mundi sumus à sanguine eorum, qui transgrediuntur canonicas constitutiones, & multo magis eorum, qui pecuniis ordinauerunt, vel ordinati sunt: cum diuinus Petrus Apostolus, cuius cathedram sortita est fraterna vestra sanctitas, vt Simonem Magum eos deposuerit, &c. Macedonii, & eorũ, qui circa illum erant, sancti Spiritus hostium tolerabilior erat æresis. Cum illi enim sanctum Spi- *(Matt. 10.) (1. q. 1. eos 21.)*

ritum Dei, & Patris creaturam, & seruum nugentur; ipsum, vt videntur, seruum suum faciunt. Omnis enim dominus id, quod habet, vendit. Similiter & qui emit, volens esse dominus eius, quod emptum est, argenti pretio eum acquirit. Sic qui rem hanc nefariam faciunt, Spiritum sanctum deprimunt, &c. *Taras. Episcopus CP ep. ad Hadr. Pont. Max. post vij. syn Ansel lib. 6. c. 79. Deusd c. 2. Caesar. lib. 4. c. 20. Tarracon. lib. 1. cap. 61.*

CAP. XXIX.

Sit, & est abdicatus, & ab omni sacerdotali dignitate, & ministerio alienus, & anathemati maledictionis obnoxius, tam qui se sacerdotium pecuniis acquirere posse putat, quam qui se pecuniis id praebere pollicetur, siue sit clericus, siue laicus, &c. *Gennad. Episcopus CP. in syn. apud Taras. in epist. ad Hadrianum.*

CAP. XXX.

Scimus, diuinos canones omnes accipientes, aut dantes quippiam in ordinatione sacerdotali excommunicare, & à sacerdotij sanctitate repellere, &c. Quorsum haec dico? cum veritatis sermonem cognoscam, & cum diuinos Apostolos clamantes videam; quod quicumque per pecuniam ordinatus est Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, alienus est à sacerdotali dignitate. Non enim diuini Spiritus gratia venditur. Caiphaicum hoc studium est, simoniaca haec machinatio, & aliena à sacerdotali sanctificatione. *Taras. CP. in ep. ad Ioan. presbyterum ante vij. syn. in med. Ap. c. 29. G. 30. L.*

CAP. XXXI.

Pelagius Papa dixit: Peto, vt petitionem meam confirmetis; vt si quis ille est, qui promouendus est in sancta Ecclesia ab ostiario vsque ad gradum Episcopatus, neque per aurum, neque per aliquas promissiones proficiat: vos enim omnes scitis, quia hoc simoniacum est; sed si quis ille est doctus in opere Dei, bonam vitam habens, non per dationem, sed per bonam conuersationem iubemus eum vsque ad primum gradum venire. *Ex Pontif.*

Ne presbyteri pretio sacerdotia consequantur. TIT. XLVIII.

CAPVT I.

Ne pral. vi. sus. 3 Greg. ix. & in 1. collect. QVoniam enormis quaedam consuetudo in quibusdam locis contra sanctorum Patrum constitutiones inualuit, vt sub annuo pretio sacerdotes ad Ecclesiarum regimen statuantur; ne id fiat, modis omnibus prohibemus: quia dum sacerdotium sub huiusmodi venali mercede disponitur, ad aeternae retributionis praemium consideratio non habetur. *Alexand. iij. in concil. Turon. cap. 5.*

CAP. II.

Ne pral. vi. sus. 2 Greg. ix. Quia in quibusdam Episcopatibus Decani quidam, vel Archipresbyteri ad agendas vices Episcoporum, seu Archidiaconorum, & interminandas causas Ecclesiasticas, sub annuo pretio constituuntur, quod ad sacerdotum grauamen, & subuersiones iudiciorum non est dubium redundare, id vlterius fieri districtius prohibemus, quod qui fecerit, remoueatur à clero, &c. *Alex. iij. in conc. Turo. c. 7. & post conc. Later. Alex. iij. par. 2. c. 1.* *& in 1. coll. II.*

CAP. III.

Presbyteri non intrent Ecclesias conducti pretio ad vnum annum, sicut mercenarij, sed per manum Episcopi, vel Archidiaconi gratis habeant, quamdiu recte eas regere poterunt. *Greg. vii. in conc. Rom. ann. incer. c. 31.*

CAP. IV.

Si quis sacerdotium per pecuniae nundinum execrabili ambitione quaesierit, abiiciatur, vt reprobus: quia Apostolica sententia donum Dei esse praecipit pecuniae trutina minime comparandum. *Aurel. ii. cap. 4.* *Act. 8. A.*

CAP. V.

Laici omnino à presbyteris non audeant munera exigere propter commendationem Ecclesiae, quia propter cupiditatem plerumque à laicis talibus presbyteris Ecclesiae dantur, qui ad peragendum sacerdotale officium sunt indigni. *Arelat. sub Carolo c. 5.*

CAP. VI.

Quicumque presbyter per pretium Ecclesiam fuerit adeptus, omnimodis deponatur. *Turon. sub Carolo c. 15. Magun. sub Rab. c. 12. Magun sub Arnul. c. 5. Burch. lib. 3. c. 110. Iuo par. 2. c. 86. decr.*

CAP. VII.

Laici omnino munera iniusta non exigant à presbyteris propter commendationem Ecclesiae cuiquam presbytero. *Magun. c. 30. Capitul. lib. 5. c. 83.*

CAP. VIII.

Quicumque presbyter per pretium gradum, & Ecclesiam acquisierit, deponatur. *Rem. 21.*

CAP. IX.

Statuimus, quod nullus clericus ad curam animarum ab Episcopo, vel Archidiacono admittatur, nisi prius iurauerit, quod nullam in adeptione beneficij, ad cuius curam praesentatur, commiserit simoniam. *Concil. habitum in Germania sub Conrad. Card. c. 11.*

CAP. X.

Sit anathemati maledictionis obnoxius, tam qui se sacerdotium pecuniis acquirere posse putat, quam qui se pecuniis id praebere pollicetur, siue sit clericus, siue laicus. *Gennad. Patriar. CP. in syn. apud Taras. ep. ad Hadria.*

CAP. XI.

Si quis presbyter inuentus fuerit alicui clerico, vel laico munera dare, aut dedisse, vt Ecclesiam alterius presbyteri surripiat: sciat se pro hac rapina, & cupiditate, aut gradum amissurum, aut in carceris aerumna longo tempore poenitentiam agendo detinendum. *Theodul. ad presbyter. Aurel. cap. 16.*

Ne presbyteri auaritiæ studeant. Tit. XLIX.

CAPVT I.

Ephes. 5. Colos. 3. a 1. Tim. 6 b. CAuendum summopere sacerdotibus est, vt ab auaritiæ peste, quæ est idolorum seruitus, & cupiditate, quæ radix omniũ malorum est, suosque sectatores à regno Christi excludunt, se compescant, &c. Grauius quippe, atrociusque hæ pestiferæ lues in illis damnãtur, quam in his, qui eorum dictis, & exemplis ab his coërceri debuerunt. Solent namque à nonnullis multifariẹ occasiones obrendi, quæ necessitatis nomine palliantur. Et reuera, dum exterius necessitas prætenditur, interius auaritia tegitur. Ait itaque Dominus in Euãgelio: *Mat. 6* Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, &c. Iacobus Apostolus diuites alloquitur: *Iacob. c. 5.* Agite nunc diuites, plorate vlulantes in miseriis, quæ aduenient vobis. Diuitiæ vestræ putrefactæ sunt, aurum vestrum, & argentum æruginauit, & ærugo eorum vobis in testimonium erit, & manducabit carnes vestras, sicut ignis. Scribit etiam Beda in expositione tabernaculi, ita. *Leui. 10.* Nonnulli sacerdotum, ac doctorum loco potiti, quod dictu quoque graue, ac lugubre satis est; dum ignem cupiditatis, igni supernæ dilectionis anteponunt, igne supernæ vltionis absumuntur; quorum perpetua damnatio, temporali est filiorum Aaron morte figurata. *Paris. sub Ludou. & Loth. lib. 1. c. 13.*

CAP. II.

Gal. 5. Ephes. 5. Auaritia sane, quæ est idolorum seruitus, quod non sine magno pudore prosequimur, quosdam inuasit presbyteros, suisque retinaculis adeo vinxit, captiuosque effecit; vt instar cæcorum effecti, nesciant, quo eant; nesciant, quid esse, vel quid agere debeant. Hi namque ignibus auaritiæ æstuantes, sacerdotalisque dignitatis immemores, curamque basilicarum in quibus promoti sunt, postponentes, datis quibusdam xeniis, aut pollicitis, non solum à clericis, verum etiam laicis, alias basilicas contra fas ad Christi famulatum peragendum suscipiunt, &c. *Paris. sub Ludou. & Lothar. lib. 1. cap. 49.*

CAP. III.

Nullus presbyter fidelibus sanctæ Dei Ecclesiæ, de alterius presbyteri parochia persuadeat, vt ad suam Ecclesiam concurrant, relicta propria Ecclesia, & suas decimas sibi dẽt. Sed vnusquisque sua Ecclesia, & populo contentus, quod sibi non vult fieri, alteri nequaquam faciat, &c. *Theodulphus ad presbyter. Aurelianen. cap. 15.*

Ne presbyteri negotiis sæcularibus dent operam. Tit. L.

CAPVT I.

Dipsilan. cap. 1 CLerici in subdiaconatu, & supra, & in minoribus quoque ordinibus, si stipendiis Ecclesiasticis sustentantur, coram iudice sæculari aduocati in negotiis fieri non præsumant, &c. *Alex. iij. in conc. Lat. c. 12.* *Greg. x. & in 1. collect.*

CAP. II.

Sacerdotes, qui ad debita, & oportuna officia Ecclesiis indifferẽter adesse debent, fœnore aliquo, aut venatione, vel aliqua aucupatione, rusticoque ministerio omnino non occupentur, &c. contrarius inuentus, aut deinceps desinat, aut canonicæ subiaceat disciplinæ. *Conc. Rom. sub Eug. ij. & Leone iv. c. 12. Inopar. 13. c. 7. decr.*

CAP. III.

Quamquam sacerdotum testimonium credibilius habeatur, tamen ipsi in sæcularibus negotiis pro testimonio, aut conficiendis instrumentis non rogentur, &c. *Eug. ij. & Leo iv. in syn. Rom. c. 13.* *14. q. 2. c. 10.*

CAP. IV.

Episcopus, presbyter, diaconus, si sæcularia negotia susceperit, deponatur. *Ap. 6. G. 7. L. Ans. l. 6. c. 148. Vide Capit. l. 1. c. 22.* *Dist. 88. c. 3.*

CAP. V.

Si Episcopus, vel presbyter versetur in publicis administrationibus; aut cesset, aut deponatur, &c. *Ap. 81. al. 80.*

CAP. VI.

Episcopus, presbyter, diaconus militiam exercens, si vult vtrumque retinere Romanum magistratum, & sacram administrationem, deponatur: nam quæ sunt Cæsaris, Cẹsari; & quæ Dei, Deo. *Ap. c. 83. vel. 82.* *Mat. 22. Luc. 10.*

CAP. VII.

Episcopi, Presbyteri, diaconi de locis suis negotiandi causa non discedant, nec circumeuntes Prouincias quẹstuosas nundinas sectentur, &c. *Elib. c. 19.*

CAP. VIII.

Episcopi, Presbyteri, diaconi, conductores, vel procuratores non fiant: neque ex aliquo turpi, vel inhonesto quæstu cibum parent. Scriptum est: Nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus. *Carth. c. 16. G. Carth. iij. c. 15. L. Vorm. c. 67. Burch. lib. 2. cap. 151. Inopar. 6. c. 242. decr. Ansel. lib. 6. c. 151.* *21. q. 3. placuit. c. 3.* *2. Tim. 2. a.*

CAP. IX.

Episcopus, Presbyter, aut diaconus non sint conductores. *Hipponen. c. 17.*

CAP. X.

Id per omnia seruandum instituimus; vt nulli Presbytero, vel diacono, sine voluntate Episcopi sui, licentia sit sæculares peragere causas, aut iniunctiones expedire publicas. Si quis huius ordinem capituli transcendere voluerit, excommunicationis sententia feriendum se nouerit. *Emeriten. c. 11.*

CAP. XI.

Neque Presbyteri, neque diaconi, neque monachi villici fiant. *Cabilon sub Carolo. c. 12.*

CAP. XII.

Nemo sacerdotum, vel monachorum negotiis illicitis se implicet, quando scriptum est: Nemo militans Deo implicat se *2. Tim. 2. a.*

negotiis sæcularibus. *Remen. cap. 30.*

CAP. XIII.

Inter cætera, quæ religioni Christianæ aduersa sunt, hoc nihilominus contrarium, & periculosum extat: quod quorundam Prælatorum temerario ausu, qui sibi licere putant, quod non licet, & expedire, quod non expedit; Ecclesiæ suis ad tempus viduantur sacerdotibus. Quoniam si quid eis in forensibus negotiis agendum, si quid iam in diuersis aliis partibus nuntiandum occasio necessitatis opponit; id potius per sacerdotes Domini currentes, & discurrentes, quam per alios effici præcipiunt. Non attendentes, quod eorum absentia, & loca Deo dicata sibi, cultu debito priuantur; & homines sine confessione, & infantes sine baptismatis regeneratione plerumque moriantur, &c. Proinde omnibus Prælatis cauendum est; ne illicita sibi presbyterorum transmissione, animarum suatum habeant damnationem. Presbyteri porro, qui non sui Prælati imperio coacti, sed potius voluptatum suarum delectatione, immo auaritiæ æstuatione succensi, id facere præsumunt; perpendant, necesse est, quam luctuosam descriptionem Hieremias Propheta Dei, &c. describat: Quomodo obscuratum est, aurum, mutatus est color optimus, dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum. Quod beatus Gregorius in libro pastorali ita exponit: Quid namque auro, quod metallis cæteris præeminet, nisi excellentia sanctitatis? quid colore optimo, nisi cunctis amabilis reuerentia religionis exprimitur? quid sanctuarij lapidibus, nisi sacrorum ordinum personæ signantur? &c. Aurum igitur obscuratur, cum terrenis actibus sanctitatis vita polluitur, &c. *Paris. lib. 1. c. 29.*

Thre. 1. — *lib. 2. c. 7.*

CAP. XIV.

Sacerdotes, & Principes à recto tramite deuiarunt, &c. quia & principalis potestas diuersis occasionibus interuenientibus, secus, quam auctoritas diuina se habeat, in causas Ecclesiasticas prosilierit; & sacerdotes partim negligentia, partim ignorantia, partim cupiditate, in sæcularibus negotiis, & sollicitudinibus mundi, vltra quam debuerant, se occupauerint; & hac occasione aliter, quam diuina auctoritas doceat, in vtraque parte actum extitisse dubium non est. *Paris. sub. Ludou. & Loth. lib. 3. cap. 26. Aquisgr. 11. sub Ludou. par. 4. c. 14.*

CAP. XV.

De illis presbyteris, qui contra statuta canonum vilici fiunt, tabernas ingrediuntur, turpia lucra sectantur, & diuersissimis modis vsuris inseruiunt, & aliorum domus inhoneste, & impudice frequentant, & comessationibus, & ebrietatibus deseruire non erubescunt, & per diuersos mercatus indiscrete discurrunt, obseruandum iudicauimus; vt ab hinc districte, seueriterq; coërceantur, ne per eorum illicitam, & indecentem actionem, & ministerium sacerdotale vituperetur; & quibus debuerant esse in eorum exemplum, deueniãt in scandalum. *Aquisgr. 11. sub Ludou. p. 3. c. 8.*

CAP. XVI.

Nemo laicorum presbyteros Ecclesiarum suarum turpi vilicationi, & secundum Apostolum sæculari, & inhonestæ negotiationi implicare, nec secum aliorsum contra auctoritatem præsumat ducere, quo ministerium sibi cõmissum cogatur negligere. Quod si contra interdicta præsumpserit, excommunicetur. *Melden. c. 49. Burch. lib. 2. cap. 146. Iuo par. 6. c. 219. decr.* *2. Tim. 2.*

Ne presbyter ludos sæculares spectet.

Tit. LI.

CAPVT I.

Sacerdos sedule diuina debet perscrutari, & admouere eloquia, vt inueniatur beatus, de quo Psalmista ait: Et in lege eius meditabitur die, ac nocte. Quamobrem ludos aliquos coram se fieri non delectetur, transgressor quippe inuentus, admonitione Episcopi vlterius agere desinat; sin autem, canonice iudicetur. *Euge. 2. in syn. Rom. & Leo iv. c. 11. Iuo part. 11. c. 76. decr. Cæsar. lib. 8. c. 81.* *Psalm. 1.*

CAP. II.

Non oportet ministros altaris, vel quoslibet clericos spectaculis aliquibus quæ aut in nuptiis, aut in conuiuiis exhibentur, interesse: sed ante quam Thymelici ingrediantur, surgere eos, & abire. *Laod. c. 54. Mart. Brac. 60. Vide Aquisgr. 83. Iuo par. 11. c. 78. decr. Cæsar. lib. 8. c. 83.* *De conse. d. 5. c. 37.*

CAP. III.

Non licet presbytero inter epulas cantare, vel saltare. *Antis. c. 40.*

CAP. IV.

Ab omnibus quæcumque ad aurium, & ad oculorum pertinent illecebras, vnde vigor animi emolliri posse credatur: quod de aliquibus generibus musicorum, aliisque nonnullis rebus sentiri potest, Dei sacerdotes abstinere debent: quia per aurium, oculorumque illecebras vitiorum turba ad animam ingredi solet. Histrionum quoque turpium, & obscœnorum insolentias iocorum & ipsi animo effugere, cæterisque sacerdotibus effugienda prędicare debent. *Turon. sub Carol. c. 7.*

CAP. V.

Sacerdotibus non expedit, sæcularibus & turpibus quibuslibet interesse iocis. *Turon. sub Carol. cap. 8.*

CAP. VI.

Ab omnibus oculorum, auriumque illecebris sacerdotes abstinere debent: & canum, accipitrum, falconum, vel cæterarum huiusmodi rerum curam parui pendere, & histrionum, siue scurronum, & turpium, seu obscœnorum iocorum insolentiam non solum ipsi respuant, verum etiam fidelibus re-

spuenda percenseant. *Cabilon. sub Carol. c. 9.*

CAP. VII.

Magis conuenit (*sacerdotibus Domini*) lugere, quam ad scurrilitates, & stultiloquia & histrionum obscœnas iocationes, & cæteras vanitates, quæ animam Christianam à rigore suæ rectitudinis emollire solent, in cachinnos ora dissoluere. Neque enim decet, aut fas est, oculos sacerdotum Domini huiuscemodi spectaculis fœdari, aut mentem quibuslibet scurrilitatibus, aut turpiloquiis ad inania rapi, &c. Nobis omnibus in commune visum fuit; vt si qui sacerdotum hactenus his vanitatibus vsi fuerunt, ab his deinceps, Domino adiuuante prorsus se cauere debere meminerint. *Paris. sub Lud. & Loth. lib. 1. cap. 38.*

CAP. VIII.

Non liceat sacerdotibus, vel clericis aliqua spectacula in nuptiis, vel in conuiuiis spectare; sed oportet, antequam ingrediantur ipsa spectacula, surgere, & recedere inde. *Mar. Brac. c. 60. Laod. 54. Burch. lib. 2. c. 135. Ino par. 6. c. 209. decr.*

Ne Presbyteri vagentur per plateas, aut alibi. Tit. LII.

CAPVT I.

NVllus clericus, subdiaconus, diaconus, vel Presbyter in plateis resideat, certe nec in plateis stare, & fabulis diuersis commisci, † &c. *Narbonen. c. 3.*

† commiscerit.

CAP. II.

Presbyteri, sicut hactenus factum est, indiscrete per diuersa non mittantur, nec ab Episcopis, nec ab aliis Prælatis, nec etiam laicis; ne forte propter eorum absentiam, & animarum pericula, & Ecclesiarum, in quibus constituti sunt, negligantur officia. *Parisiensi sub Ludouico, & Lothario lib. 3. c. 4.*

CAP. III.

Sacerdotes, & Leuitæ, & sequentis ordinis clerici, qui in diuersas Imperij vestri partes, maximeque in Italiæ regionem fuga lapsi sunt, vestra auctoritate, per missos vestros diligenter perquirantur, & in præsentiam vestram venire compellantur; & per vestram clementiam vnicuique Ecclesiæ, à qua per contumaciam defecerunt, restituantur. *Paris. sub Ludou. & Loth. li. 3. c. 13.*

CAP. IV.

Presbyteri nullatenus vbicumque hospitati sinantur, aut aliquo modo ipsi præsumant: sed assidue apud suas Ecclesias esse studeant, propter sacra mysteria, vel ministeria fidelibus exhibenda. *Meld. c. 36. Burch. lib. 2. cap. 107. Ino par. 6. c. 184. decr.*

CAP. V.

De Episcopis, & Presbyteris vagantibus, qui Parochias non habent, nec scimus ordinationem eorum, qualiter fuit, placuit iuxta instituta sanctorum Patrum; vt in alterius Parochia ministrare, nec vllam ordinationem facere debeant sine iussione Episcopi, in cuius Parochia sunt. Et si hoc facere præsumpserint, ab officio suspendantur interim, quoad ad synodum exinde venerint, & ibidem secundum canonicam institutionem accipiant sententiam, nisi tantum pro causa itineris. Et si vllus clericus, aut laicus talem Episcopum, aut Presbyterum defensauerit, sine commeatu Episcopi, cuius Parochia est, excommunicetur vsque ad emendationem. *Vormacien. cap. 62. Vernen. 13. ex Carthaginensi.*

Ne Presbyter venationi, aut aucupio operam det. Tit. LIII.

CAPVT I.

SAcerdotes, qui ad debita, & opportuna officia Ecclesiis indifferenter adesse debent, fœnore aliquo, aut venatione, vel aliqua aucupatione, rusticoque ministerio omnino non occupentur. *Eugen. 4. syn. Roman. & Leo IV. c. 12. Ino par. 13. 7. decr.*

CAP. II.

Episcopis, Presbyteris, diaconibus canes ad venandum, aut accipitres habere non liceat. Quod si quis talium personarum in hac voluptate detectus fuerit; si Episcopus est, tribus mensibus se suspendat à communione, Presbyter duobus mensibus se abstineat, &c. *Dist. 34. c. Episcopis. c. 1. de cle. venat. Greg. IX. & in 1. collect. c. 55. Pann. 3. Vorm. 17. Burch. lib. 2. c. 213. Ino lib. 3. tit. 15. 1. panor. & par. 5. c. 366. & par. 6. cap. 288. & par. 13. c. 30. decr.*

CAP. III.

Sacerdotes venationes ferarum, vel auium minime sectentur. *Turon. sub Carolo. c. 8.*

CAP. IV.

Sacerdotes canum, accipitrum, falconum, vel cæterarum huiusmodi rerum curam parui pendere debent. *Cabilon sub Carol. c. 9.*

CAP. V.

Ministri altaris Domini, vel monachi, nobis placuit, vt à negotiis sæcularibus omnino abstineant, &c. Canes, & aues sequi ad venandum; in omnibus quibuslibet causis superfluum esse. Ecce talia, & his similia ministris altaris Domini, necnon & monachis omnino contradicimus, &c. *Magun. sub Carol. c. 14. Magun. sub Raban. c. 13. Capit. l. 7. c. 172. in addit. Burch. li. 8. c. 90. Ino par. 7. c. 108. decr.*

Ne cleri. vel mon. c. 1. Gre. ix. & in 1. collect.

Ne Presbyter arma portet. Tit. LIV.

CAPVT I.

SEruis Dei per omnia omnibus armaturam portare, vel pugnare, aut in exercitum, & in hostem pergere omnino prohibemus; nisi illi tantummodo, qui propter diuinum ministerium, missarum scilicet solemnia adimplenda, & sanctorum patrocinia portanda, ad

hoc electi sunt, id est vnum, vel duos Episcopos cum capellanis Presbyteris Princeps secum habeat; & vnusquisque præfectus vnum Presbyterum, &c. *Syn. Franc. Capitul. lib. 5. c. 2. & lib. 7. c. 123. & 125. & 146 Burch. lib. 1. c. 218. Iuo par. 5. cap. 332. & par. 6. cap. 289. & par. 13. cap. 29. decr.*

CAP. II.

Nos, qui relinquimus sæculum, id modis omnibus obseruare volumus, vt arma spiritualia habeamus, sæcularia dimittamus, &c. *Magun. c. 17.*

De variis rebus, quas Presbyteri facere prohibentur. Tit. LV.

CAPVT I.

NEc iis, qui vitam sacerdotalem elegerint, licet omnino seorsum cum mulieribus comedere, nisi vtique cum piis, & religiosis viris, ac mulieribus: vt ipsum etiam conuiuium ad spiritualem correctionem adducat, &c. *Nican. ij. c. 22.*

CAP. II.

Nullus Presbyter capellanus alicuius laici audeat esse in confessione † sui Episcopi. *Vrban. ij. in conc. Claram. c. 18.*

† nisi ex-ercissione f.

CAP. III.

Non liceat sacerdotes consecrare, nec diaconos, aut subdiaconos, nec virgines, nec altare erigere, nec vngere, aut sacrare, nec Ecclesias dedicare; nec chrisma conficere, nec chrismate baptizatorum frontes signare, nec publice in missa quemquam pœnitentem reconciliare, nec formatas epistolas mittere, nec populum benedicere, &c. (*Presbyteri possunt*) *Damas. ep. 4. in med.*

CAP. IV.

Num. 7. a. In diuinis litteris præcipiente Domino solus Moses in tabernaculo Dei erexit altare, solus ipse vnxit; qui vtique summus sacerdos Dei erat, sicut scriptum est de eo: Moses, & Aaron in sacerdotibus eius; *Psal. 98.* ideoque id, quod tantum facere principibus sacerdotum iussum est, quorum typum Moses, & Aaron tenuerunt; omnino decretum est, vt Chorepiscopi, vel Presbyteri, qui filiorum Aaron gestant figuram, arripere non præsumant. Nam [quamuis cum Episcopis plurima illis ministeriorum communis sit dispensatio, *Dist. 68. c. 4.* quædam tamen auctoritate veteris legis, quædam nouæ, & Ecclesiasticis regulis sibi prohibita nouerint, Presbyterorum, & diaconorum, aut virginum consecratio; sicut constitutio altaris, ac benedictio, vel vnctio. Siquidem nec erigere eis altaria, nec Ecclesias, vel altaria consecrare licet, &c. *Leo ep. 86. in fin. Hispalen. ij. c. 7. Iuo par. 6. c. 72. decr. Ansel. lib. 7. cap. 114. Tarrac. lib. 3. c. 80.*

CAP. V.

Dist. 95. c. 2. Presbyteros vltra modum suum tendere prohibemus: nec Episcopali fastigio debita, sibimet audacter assumere: non conficiendi chrismatis, non consignationis Pontificalis adhibendæ sibimet arripere facultatem: non præsente quolibet Antistite, nisi fortasse iubeatur, vel orationis, vel actionis sacræ supperere sibi præsumant esse licentiam: neque sub eius aspectu, nisi iubeatur, aut sedere præsumant, aut veneranda tractare mysteria. Nec sibi meminerint vlla ratione concedi, sine summo Pontifice, subdiaconum, aut acolythum ius habere faciendi: nec prorsus addubitent, si quicquam ad Episcopale ministerium specialiter pertinens, suo motu putauerint exequendum, continuo se Presbyterij dignitate, & sacra communione priuari. *Gelas. epist. 1. cap. 8.*

CAP. VI.

Donum sancti Spiritus per impositionem manuum Chorepiscopi non tradant, nec Presbyteri; sed Episcopi, quia non lxx. sed Apostoli tantum manus imponebant. *Ioan. iij. ep. vn. in prin.*

CAP. VII.

Presbyter in conuiuio secundarum nuptiarum non intersit. *Neocæs. cap. 7. Mar. Brach. c. 38. Burch. li. 2. c. 133. Iuo li. 6. tit. 4. c. 7. panor. & par. 6. c. 207. & par. 8. c. 48. & 315. decr. Ansel. li. 10. c. 63.* *31. q. 1. de his. c. 8.*

CAP. VIII.

Presbyteri vicani in Ecclesia vrbis offerre non possunt, præsente Episcopo, vel Presbyteris vrbis, *Dist. 95. c. vlt.* neque panem dare in oratione, neque calicem. Si absint, ad orationem tantum vocati, dare possunt. *Neo. 13. Mart. Brac. 56. Bur. lib. 5. c. 44. & 45. Iuo par. 2. c. 53. & 54. decr. Ansel. lib. 7. c. 188. Cæsar. lib. 8. c. 18.*

CAP. IX.

Presbyteri vicani epistolas canonicas ne dent, nec ad vicinos Episcopos mittant. Chorepiscopi dent pacificas. *Antio. 8.*

CAP. X.

Ab vniuersis Episcopis dictum est: Chrismatis confectio, & puellarum consecratio à Presbyteris non fiant, *16. q. 6. si iubet. c. 1.* vel reconciliare quemquam in publica missa Presbytero non licere, hoc omnibus placet. *Carth. ij. cap. 3. L. Carth. 6. G.*

CAP. XI.

Consecrare altare Presbyter non præsumat. *Agath. 43.* *26. q. 6. ministrare. c. 3.*

CAP. XII.

Benedictionem super plebem in Ecclesia *d. c. 3.* fundere, aut pœnitentem in Ecclesia benedicere, Presbytero penitus non licebit. *Agath. 44. Burch. lib. 2. c. 90.*

CAP. XIII.

Quamuis cum Episcopis plurima (*Presbyteris*) mysteriorum communis sit dispensatio, quædam tamen auctoritate veteris legis, quædam nouellis, & Ecclesiasticis regulis sibi prohibita nouerint; sicut Presbyterorum, & diaconorum ac virginum consecratio; sicut constitutio altaris, benedictio, vel vnctio. Si quidem nec benedicere eis liceat Ecclesiam, vel altaria consecrare; nec per im-

positionem manus fidelibus baptizandis, vel conuersis ex hæresi Spiritum sanctum tradere; nec christina conficere, nec chrismate baptizatorum frontem signare; sed nec publice quidem in missa quemquam pœnitentem reconciliare; nec formatas cuilibet epistolas mittere, &c. Sed neque coram Episcopo liceret eis in baptisterium introire; nec præsente Antistite infantem tingere, aut signare; nec pœnitentem sine præcepto Episcopi sui reconciliare, nec eo præsente, sacramentum corporis, & sanguinis Christi conficere; nec, eo coram posito, populum docere, vel benedicere, aut salutare, nec plebem vtique exhortari: quæ omnia eis à sede Apostolica prohibita esse noscuntur. *Hispal. ij. c. 7.*

CAP. XIV.

Episcopalis eminentiæ culminis auctoritas summa est; nam quæ cæteris sacerdotibus exercenda prohibuit, scilicet templorum Dei sacrationem, chrismatis benedictionem, sacrorumque ordinum institutionem, &c. *Tolet. viij. cap. 7.*

CAP. XV.

Consecratio virginum, & benedictio, vel vnctio altaris à Presbyteris minime fiat. Similiter non liceat eis Ecclesias consecrare, nec per impositionem manus Paracletum Spiritum tradere, nec chrisma conficere; nec chrismate baptizatorum frontem signare; sed nec publice quidem in missa quemquam per pœnitentiam reconciliare. Hæc enim omnia, illicita esse Presbyteris cognoscuntur; quia Pontificatus apicem non habent. *Vorm. c. 8.*

CAP. XVI.

In locis non consecratis, id est, in solariis, siue in cubiculis propter infirmos, vel longius iter, à quibusdam Presbyteris sacrificium offerebatur; quod omnimodis interdictum est. *Meten. c. 5.*

CAP. XVII.

2. q. 5. c. 4. *si quis.* Sacerdotes ex leui causa iurare non debent. *Tribur. cap. 21. Burch. lib. 2. cap. 182. Iuo lib. 5. tit. 1. cap. 9. panor. & par. 6. c. 227. decr. Cæsar. lib. 6. c. 6.*

De Presbyteris, qui prohibentur offerre sacrificium. Tit. LVI.

CAPVT I.

Dist. 32. c. 6. præter in prin. QVicumque sacerdotum, diaconorum, subdiaconorum, post constitutum bonæ memoriæ Papæ Leonis de castitate clericorum concubinam palam duxerit, vel ductam non reliquerit, &c. Missam non cantet, neque Euangelium, vel epistolam ad missam legat, neque in Presbyterio ad diuina officia cum iis, qui constitutioni obedientes fuerint, maneat, &c. *Nicol. ij. in syn. Rom. cxiij. Episcoporum c. 3. Iuo lib. 3. tit. 11. cap. 3. panor. Cæsar. lib. 8. cap. 44.*

CAP. II.

Dist. 50. Presbyteri, qui sacrificauerunt, sed postea tormenta sustinuerunt, in honoris cathedra maneant, sed non offerant, nec concionentur, neque ministrent in sacris ministeriis. *Ancy. 1. Burch. lib. 5. c. 40. Iuo par. 2. c. 49. decr.* *presbyteros. 32.*

CAP. III.

Presbyter, qui confessus est se corporaliter peccasse ante ordinationem, non offerat, sed in cæteris permaneat propter vtilitatem; plerique enim aiunt, peccata etiam ordinationem auferre. Si vero non confiteatur, neque aperte conuincatur; ipse sui potestatem habet. *Neoc. 9. Mar. Brac. 25. Raban de pœnis. c. 1. Bur. ch. lib. 2. c. 48. & 49. Iuo lib. 3. tit. 11. c. 18. & 19. panorm. & part. 6. c. 149. & 150. decr.* *15. q. 8. c. 4. si quis. & cap. 1. qui admisit.*

CAP. IV.

Placuit de digamis, aut internuptarum maritis, &c. vt qui hucusque ordinati sunt, habita miseratione, Presbyteri, vel diaconi nomen tantum obtineant; officium vero consecrandi Presbyteri, & ministrandi huiusmodi diacones non præsumant. *Agath. c. 1.*

CAP. V.

Si quis Presbyter ante ordinationem peccauerit, & post ordinationem peccatum confessus fuerit, quod ante errauerit; non offerat, &c. *Mar. Brac. c. 25. Rab. c. 1. de pœnit. Burc. lib. 2. c. 48. Iuo lib. 3 tit. 11 c. 18. panor. & par. 6. cap. 149. decr.* *15. q. 8. c. 4.*

Presbyter excommunicatus à suo Episcopo, non suscipiatur ab alio. Tit. LVII.

CAPVT I.

PResbyter, aut diaconus ab Episcopo excommunicatus, non suscipiatur ab alio, nisi post mortem Episcopi. *Ap. 32. G. 33. L.*

CAP. II.

Presbyter, diaconus, clericus excommunicatus, si confugit ad alium Episcopum, qui norit eum esse à suo Episcopo communione priuatum, non liceat Episcopo, ei communionem præbere. Si fecerit, coram Episcopis conuenientibus se defendat. *Sard. c. 13. G. 16. L. Aquisgr. c. 53. Capit. lib. 1. c. 1.*

Ne Presbyter sine formata suscipiatur. Tit. LVIII.

CAPVT I.

PResbyteri, vel diaconi, qui de alio Episcopo ad alium transeunt, vel quicumque clerici, sine commendatitiis à suo Episcopo literis, non recipiantur. *Gregor. vij. in conc. Rom. ann. incert. c. 23.*

CAP. II.

Ne quis sine licentia Episcopi clericus, nec Episcopus sine Metropolitano curiam adeat, præcipientes præcipimus, & prohibentes prohibemus; ne quis retineat huius-

modi, &c. *Vrban. ij. in ſyn. apud Melſiam. c. 9.*

C A P. III.

Epiſcopus, presbyter, diaconus peregrinus ſine commendatitiis non ſuſcipiatur, neque cum eis, niſi facta inquiſitione de religione. Nam ſi male ſentiat, non ad communionem, ſed ad alias neceſſitates ſuſcipiatur. *Ap. 33. G. 34. L.*

C A P. IV.

23. q. 8. c. 27. ſi quis Epiſcopus, presbyter, clericus ſine voluntate, & litteris Epiſcoporum, qui in Prouincia ſunt, & maxime Metropolitani ad Imperatorem non eat: ſed & communione, & dignitate priuetur, &c. *Antioch. c. 11. Aquiſgr. 73. Capitul. lib. 1. c. 10. Burc. lib. 2. c. 177. Iuo par. 6. c. 268. decr. Anſel. lib. 6. c. 115.*

C A P. V.

De conſe. diſt. 5. c. 36. Quod non oporteat ſacerdotem, vel clericum ſine litteris proficiſci canonicis. *Laod. cap. 41. Aquiſgr. c. 52.* Nec ſine iuſſione Epiſcopi. *Laod. c. 42. Burch. lib. 2. c. 45. Iuo par. 6. c. 146. decr.*

C A P. VI.

Presbytero, aut diacono, vel clerico ſine Antiſtitis ſui epiſtolis ambulanti, communionem nullus impendat. *Agat. c. 52. Epau. 5. Aurel. iij. c. 15. Vorm. 18. Burch. lib. 2. c. 44. Iuo part. 6. c. 145. decr.*

C A P. VII.

Illud à veſtra pietate ſuppliciter flagitamus, vt monachi, & Presbyteri, nec non & clerici, qui poſtpoſita canonica auctoritate, paſſim Palatium adeunt, & veſtris ſacris auribus importuniſſimam moleſtiam inferunt, veſtra auctoritate, & poteſtate deterreantur, ne hoc facere præſumant. *Pariſ. ſub Ludou. & Loth. lib. 3. c. 14. Capit. lib. 5. c. 179.*

C A P. VIII.

Similiter eſt poſtulandum de Presbyteris, qui hinc inde de diuerſis Parochiis veniunt, & in Palatio morantur, vt ſine proprij Epiſcopi conſenſu ibi locum conſiſtendi non habeant, nec recipiantur: quia fieri poteſt, vt intra parochiam metu perpetrati criminis, ne id palam iuxta canonum ſanctiones vlciſcatur, palatinas ædes frequentent; aut certe, licet non ſit ordinatus, ipſe tamen abſque litteris ordinatum ſe atteſtetur. *Aquiſg. ij. ſub Lud. par. 3. cap. 22.*

C A P. IX.

Presbyteri, vel quilibet clerici in alterius Parochiam ſine formata non recipiantur, neque retineantur, nec etiam miniſtrare ſinantur; criminari autem ab omnibus excludantur, & reiiciantur à Parochiis, in quibus cupiunt immorari, vſquequo ad eum reuertantur Epiſcopum, à quo aufugiſſe noſcuntur. *Melden. c. 50.*

C A P. X.

Qui cum ſenioribus ſuis de aliis Prouinciis ad noſtras Parochias veniunt ſine formata, miniſtrare non permittantur. *Melden. cap. 51. Burch. lib. 2. cap. 144. Iuo par. 6. cap. 217. decr.*

C A P. XI.

Quidam Comites, & Vaſſi domeſtici presbyteros, & clericos noſtros, &c. abſque noſtra licentia recipiunt, &c. quod ne vlterius fiat, omnimodis eſt inhibendum. *Ticinen. ſub Ludouico ij. c. 4.*

De fœminis, quæ Presbyteræ appellantur. Tit. LIX.

CAPVT I.

Si quis Presbyteram duxerit in coniugium, anathema ſit. *Greg. ij. in ſyno. Roman. cap. 1. Troſlei. c. 8.*

C A P. II.

Vt Presbyteram, &c. nullus ſibi preſumat nefario cõiugio copulare. *Zachar. in ſynod. Ro. c. 5.*

C A P. III.

Non oportet eas, quæ dicuntur Presbytides, aut procathemenæ † in Eccleſia ordinare. *Laod. 11. G. 10. L.* Diſ. 32. c. vlt. mulieres. † procathiſtamenæ.

C A P. IV.

Si inuentus fuerit Presbyter cum ſua presbytera, &c. annum integrum excommunicatus habeatur, &c. *Turon. ij. c. 20.*

C A P. V.

De Presbytidis, & protetuſis. *Trul. c. 46.*

De filiis Presbyterorum. Tit. LX.

CAPVT I.

Filij Canonicorum non poſſunt eſſe Canonici in eadem Eccleſia, in qua ſunt parentes. *Inno. iij. in conc. gen. Later. c. 31.* De fil. presbyt. c. 16. Gr. ix. & in 4. collect.

C A P. II.

Filius Presbyteri, &c. non ordinetur. *Greg. vij. in conc. Rom. incer. c. 19.*

C A P. III.

Ne filij Presbyterorum diaconorum, vel ſubdiaconorum, Canonicorum ad ordines, vel ad alios honores Eccleſiaſticos promoueantur, niſi monachus, vel regularis Canonicus fuerit. *Vrban. ij. in ſyn. Claram. c. 25.*

C A P. IV.

Presbyterorum filios à ſacri altaris miniſteriis remouendos decernimus, niſi aut in cœnobiis, aut in canonicis religioſe fuerint conuerſati. *Innoc. ij. ſynod. Roman. cap. 15. Vrban. ij. ſynodo apud Melſiam. c. 14. Iuo par. 6. c. 410. decr. & lib. 3. tit. 5. c. 10. panor. Cæſar. lib. 8. c. 54.* Diſt. 56. c. 1.

C A P. V.

Filij Presbyterorum, ſiue diaconorum, ſiue ſubdiaconorum in ſacerdotio, vel diaconatu, vel ſubdiaconatu nati, nullo modo vlterius ad clericatum ſuſcipiantur, &c. Qui de talibus clerici nunc ſunt, ſacros ordines vlterius non accipiant; ſed in quocumque gradu nunc ſunt, in eo tamen † permaneant, vt vltra non promoueantur. *Bituricen. c. 8. apud Lemouicen. act. 2.* † tantum.

CAP.

C a p. VI.

Statutum est, vt Episcopi, quando fecerint ordines, vel clericos audiente populo excommunicent, vt nullus eis offerat ad clericarum filium Presbyteri, neque diaconi, neque subdiaconi, &c. *Bitur. c. 11. apud Lemou. act. 2.*

C a p. VII.

Filij Presbyterorum & cæteri ex fornicatione nati ad sacros gradus non prouehantur, nisi aut monachi fiant, aut in congregatione canonica regulariter viuentes: Prælationes vero nullatenus habeant. *Pictau. c. 8. Tarra. lib. 6. cap. 83.*

De Archipresbyteris, & de eorum officio. Tit. LXI.

CAPVT I.

De eff. Archip. c. vltim. Gregor. ix. & in 1. collect. VT *singulæ plebes Archipresbyterum habeant*) Propter assiduam erga populi Dei curam, singulis plebibus Archipresbyteros præesse volumus. Qui non solum imperiti vulgi sollicitudinem gerant; verum etiam eorum Presbyterorum, qui per minores titulos habitant, vitam iugi circumspectione custodiant, & qua vnusquisque industria diuinum opus exerceat, Episcopo suo renuntient; nec obtendat Episcopus, non egere plebem Archipresbytero: quod si † ipse eam gubernare valeat; quia etsi valde idoneus sit, decet tamen, vt partiatur onera sua, & sicut ipse matrici præest, ita Presbyteri † præsint plebibus, vt in nullo titubet Ecclesiastica sollicitudo; cuncta tamen ad Episcopum referant; nec aliquid contra eius decretum ordinare præsumant. *Rauenna. sub Ioann. ix. part. 2. c. 12. Ansel. lib. 5. c. 40. in Rom.*

† solus f.

† Archipresbyteri f.

C a p. II.

Dist. 60. c. 2. Nullus in Præpositum, nullus in Archipresbyterum, † &c. nisi Presbyter, vel diaconus ordinetur. *Callist. ij. in conc. Rom. c. 2.*

† Archiepiscopū.

C a p. III.

16. q. 7. c. 11. Nullus omnino Archidiaconus, aut Archipresbyter, &c. animarum curam, vel præbendas Ecclesiæ, sine iudicio, vel consensu Episcopi, alicui tribuat, &c. Si quis vero contra hæc facere, aut potestatem, quæ ad Episcopum pertinet, sibi vindicare præsumpserit, ab Ecclesiæ liminibus arceatur. *Callist. ij. in conc. Rom. c. 7.*

C a p. IV.

Dist. 88. c. 7. Episcopus gubernationem viduarum, & pupillorum, ac peregrinorum non per se ipsum, sed per Archipresbyterum, aut per Archidiaconum agat. *Carth. iv. c. 17.*

C a p. V.

Archipresbyter, dum diœcesim tenent, de iis, quæ emerit, aut Ecclesiæ nomine scripturam faciat, aut ab eius, quam tenent, Ecclesiæ ordinatione discedat. *Epan. c. 8.*

C a p. VI.

Episcopus nec Abbatem, nec Archipresbyterum, sine omnium suorum compresbyterorum, & Abbatum consilio, de loco suo præsumat eiicere, &c. nisi facto concilio tam Abbatum, quam Presbyterorum suorum; quem autem negligentia eiicit, cum omnium Presbyterorum consilio refutetur. *Turon. ij. c. 7.*

C a p. VII.

Archipresbyteri vicani, & diaconi, & subdiaconi, non quidem omnes, sed plures in hac suspicione tenentur à populo, quod cum coniugibus suis maneant, &c. Quotiescumque Archipresbyter seu in vico manserit, seu ad villam suam ambulauerit, vnus lectorum canonicorum suorum, aut clericorum cum illo ambulet, &c. Si inuentus fuerit Presbyter cum sua Presbytera, &c. annum integrum excommunicatus habeatur, &c. Illi vero Archipresbyteri, qui talem cautelam super iuniores suos habere noluerint, & non eos habuerint studio distringendi, ab Episcopo suo in ciuitate retrudantur in cælla, &c. *Turon. ij. cap. 20.*

C a p. VIII.

Placuit, vt de rebus Ecclesiasticis tres æquæ fiant portiones, id est, vna Episcopi, alia clericorum, tertia in reparatione, vel in luminariis Ecclesiæ: de qua † parte siue Archipresbyter, siue Archidiaconus illam administrans, Episcopo faciat rationem. *Brac. c. 25.*

† quarta f.

C a p. IX.

Si quis ex sæcularibus institutionem, aut commonitionem Archipresbyteri sui contumacia faciente audire distulerit; tamdiu à liminibus sanctæ Ecclesiæ habeatur extraneus, quamdiu tam salubrem institutionem adimplere (*non*) studuerit, † insuper & multam, quam Rex præcepto suo instituit, sustineat. *Antisio. 44.*

† distulerit f.

C a p. X.

Statuimus, vt singuli nostrum Cathedralibus Ecclesiis Archipresbyterum, Archidiaconem, & Primicerium † habere debeamus. *Emerit. cap. 10.*

† Primiclerium.

C a p. XI.

Remouenda est quorundam laicorum procacitas, qui hoc solo obtentu, quod ad electionis consortium admittuntur, Archipresbyteris suis dominari præsumunt; & quos tamquam patres venerari debuerunt, velut subditos contemnunt. Hi igitur intra proprij iuris terminos sunt redigendi; & si extraordinariam dominationem in Ecclesiis exercere præsumpserint, Regia sunt disciplina coërcendi, &c. *Ticin. sub Ludou. ij. c. 5.*

C a p. XII.

Nemo Episcopatum, &c. Archipresbyterarum, Præbendam, vel alios Ecclesiasticos honores, vel in duabus Ecclesiis prælationes exerceat, nisi in vna tantum, & neutrum horum quisquam per pecuniam acquirat. Et quicunque tali modo iam acquisiuisse comprobatur, omni remota occasione deponatur. *Pictau. cap. 2.*

Ee

Cap. XIII.

De ætate & qualit. ordinand. c. 1. Greg. ix. & in 1. colle.

Qui Archiptesbytetatus tenent, Presbyteri fiant, aut honores amittant. Quod si aliqua iusta causa prohibente Presbyteri esse non potuerint, prælationes amittant. *Pictau. c. 7. Tarrac. lib. 6. c. 83.*

De Decanis. Tit. LXII.

CAPVT I.

De elec. c. 7. Gre. ix. & c. 16. eo. tit. in 1. collo.

INferiota ministetia, vt puta Decanatus, Archidiaconatus, & alia, quæ animarum cutam habent annexam, nullus omnino suscipiat, sed nec Parochialium Ecclesiarum regimen, nisi qui iam vigesimum quintum ætatis annum attigerit, & qui scientia, & moribus existat commendandus. Cum autem assumptus fuerit, si Archidiaconus in diaconum, & Decani, & reliqui admoniti, non fuerint præfixo à canonibus tempote in Presbytetos ordinati; & ab illo remoueantut officio, & alij conferatur, qui, & velit, & possit conuenienter illud implere, &c. *Alex. iij. in conc: Lateran. c. 3.*

Cap. II.

De censi. c. 6. Gre. ix. & in 5. collect.

Decani (*cum visitant*) duobus eqnis existant contenti, &c. Archidiaconi, siue Decani nullas exactiones, vel talias in Presbyteros, seu clericos exercere ptæsumant. *Later. sub Alex. iij. cap. 4.*

Cap. III.

Ne Prælati vices suas, &c. c. 1. Gre. ix. & in 1. collect.

Quoniam quidam in quibusdam pattibus sub pretio statuuntur, qui Decani vocantur, & pro certa pecuniæ quantitate Episcopalem iurisdictionem exercent; præsenti decreto statuimus, vt qui de cætero id præsumpserit, officio suo priuetur, & Episcopus confetendi hoc officium potestatem amittat. *Lateran. sub Alex. iij. cap. 15.*

Cap. IV.

Dist. 60. c. 2.

Nullus fiat Decanus in Ecclesia, nisi Presbyter. *Vrb. ij. in concil. Claramont. c. 3.*

Cap. V.

16. q. 7. c. 11.

Nullus in Decannm nisi Ptesbyter,* vel diaconus* otdinetur. *Callist. ij. in conc. Rom. c. 2.*

Cap. VI.

Nullus omnino Archidiaconus, aut Atchiptesbyter, siue Ptæpositus, vel Decanns animarum cutam, vel Præbendas Ecclesiæ sine iudicio, vel consensu Episcopi alicui tribuat. *Callist. ij. in conc. Rom. c. 7.*

Cap. VII.

Dist. 60. c. 3. innomamus.

Nullus in Archidiaconum, vel Decanum, nisi diaconus, vel Ptesbyter ordinetur, &c. *Inno. ij. in syn. Rom. c. 8. Remen. sub. Enge. iij. c. 9. & in edit. c. 6. Ino post panor.*

Cap. VIII.

De ætat. & qualit. ordin. c. 2. Grego. ix. & in 1. collect.

Decani, qui Presbyteri non sunt, Presbyteri fiant, aut prælationes amittant, &c. Quod si aliqua causa iusta prohibente Presbyteri esse non potuerint, prælationes amittant. *Pictau. c. 7.*

De Capitulis, & Collegiis, Canonicis Ecclesiarum Cathedralium. Tit. LXIII.

CAPVT I.

De elect. c. 7. in 5. Greg. ix. & c. 6. in tit. in 1. collect.

EPiscopus, si cui fecerit, aut fieri consensetit contra hoc (*loquitur de forma præscripta collationi quorundam beneficiorum*) in conferendis prædictis potestarem suam amittat: & per Capitulum, aut per Metropolitanum, si Capitulum concordare nequiuetit, ordinetur. *Alex. iij. in conc. Later. c. 3. in fin.*

Cap. II.

De conf. preb. c. 2. Grego. ix. & in 1. collect.

(*Si*) Episcopus, vbi ad eum spectauerit, *vltra sex menses*) conferre distulerit (*Prabendas vacantes*) per Capitulum ordinetut. Quod si ad Capirulum electio pertinuerit, & intra prædictum tetminnm hoc non fecerit; Episcopus hoc secundum Deum, cum virorum religiosorum consilio exequatur. Aut si omnes forte neglexerint; Metropolitanus de ipsis secundum Deum absque illorum contradictione disponat. *Alex. iij. in conc. Lat. c. 8.*

Cap. III.

De his, qu. fiunt à maior. par. Capi. c. 1. Greg. ix. & in 1. collect.

Cum in cunctis Ecclesiis, quod pluribus & senioribus fratribus visum fuerit, incunctanter debeat obseruari: graue nimis, & reprehensione est dignum, quod quarundam Ecclesiarum pauci quandoque non tam de ratione, quam de propria voluntate ordinationem multoties impediunt, & ordinationem Ecclesiasticam procedere non permittunt. Quocirca ptæsenti decreto statuimus, vt nisi à paucioribus, & inferioribus aliquid rationabile fuerit ostensum, appellatione remota, semper præualeat, & suum consequatur effectum, quod à maioris, vel sanioris parte, concilij † fuerit constitutum. Nec nostram constitutionem impediat, si forte aliquis ad conseruandam Ecclesiæ suæ consuetudinem, iuramento se dicat astrictum, &c. Si aliquis huiusmodi consuetudines, quæ ratione iuuantur, & sacris congruunt institutis, irritare præsumpserit; donec congruam egerit pœnitentiam, à Dominici corporis perceptione fiat alienus. *Alex. iij. in conc. Lateran. c. 16.*

† Capituli.

Cap. IV.

De offic. iudic. ord. c. 13. Gre. ix. & c. 1. eo. tit. in 4. collect.

Excessus Canonicorum Ecclesiæ cathedralis, qui consueuerunt corrigi pet Capitulum, per ipsum in ipsis Ecclesiis, quæ talem hactenus consuetudinem habuerunt, ad commonitionem, & iussionem Episcopi corrigantur infra terminum competentem ab Episcopo præfigendum. Alioquin ex tunc Episcopus corrigat, &c. Sed & alios eorum excessus corrigere non omittat, &c. Cæterum si Canonici, absque manifesta, & rationabili causa, maxime in contemptum Episcopi cessauerint à diuinis, Episcopus celebres in eadem Ecclesia, &c. *Innoc. iij. in conc. gen. Lat. c. 7.*

CAP. V.

De magist. c. 4. Greg. ix. & c. 1. eo. tit. in 4. collect. Non solùm in qualibet cathedrali Ecclesia, sed etiam in aliis, &c. constituatur magister idoneus à Prælato cum Capitulo, seu maiori, ac saniori parte Capituli eligendus, qui clericos Ecclesiarum ipsarum, & aliarum clericos instruat, &c. Assignetur autem cuilibet magistrorum à Capitulo vnius Præbendæ prouentus, & à Metropolitano tantundem, &c. *Innoc. iij. in conc. gener. Later. c. 11.*

CAP. VI.

De elect. 41. Greg. ix. & c. 8. eo. tit. in 4. coll. Statuimus, vt vltra tres menses cathedralis, vel regularis Ecclesia Prælato non vacet, infra quos iusto impedimento cessante, si electio celebrata non fuerit, qui eligere debuerant, eligendi potestate careant ea vice, & ipsa eligendi potestas ad eum, qui proxime præesse dignoscitur, deuoluatur. Is vero, ad quem deuoluta fuerit potestas, non differat vltra tres menses cum Capituli sui consilio, & aliorum virorum prudētium, viduatam Ecclesiam de persona idonea, &c. canonice ordinare, &c. *Innoc. iij. in conc. gen. Lat. c. 23.*

CAP. VII.

De elec. 42. Gre. ix. & c. 9. eo. tit. in 4. coll. Statuimus, vt cum electio fuerit celebranda, præsentibus omnibus, qui debent, & volunt, & possunt commode interesse, assumantur tres de collegio fide digni, qui secreto, & singulatim voces cunctorum diligenter exquirant; & in scriptis redacta mox publicent in communi, nullo prorsus appellationis obstaculo interiecto; vt is collatione adhibita † vel. eligatur, in quem omnes, vel maior, & † sanior pars consentit, &c. Qui vero contra prædictas formas eligere attentauerint; eligendi ea vice potestate priuentur. Illud penitus interdicimus, ne quis in electionis negotio procuratorem constituat, nisi sit absens in eo loco, de quo debeat aduocari, iustoque impedimento detentus, &c. & tunc, si voluerit, vni † vocē s. committat de ipso collegio vicem † suam. Electiones quoque clandestinas reprobamus, &c. *Inno. iij. in conc. gen. Later. c. 24.*

CAP. VIII.

2. q. 4. præsul. c. 2. † lxxiv. † Cardinalis. † xxxvij. Presbyter Cardinalis, nisi xliv. † testibus non damnabitur. Diaconus autem Cardinarius † constitutus vrbis Romæ, nisi in xxvi. † &c. *Siluest. in epilo. Rom. syn. Idem c. 3. syn. Rom. cclxxxiv. Episc. Had. c. 68. ad Epis. Mediom. Magun. sub Arnol. c. 11. Capit. lib. 1. c. 139. Ivo lib. 4. tit. 8. c. 7. panor. & part. 6. c. 334. decr. Deusd. c. 3.*

CAP. IX.

Subscripserunt Presbyteri numero lxvij. Cœlius Laurentius Archipresbyter tit. sanctæ Praxedis his subscripsi, &c. Asterius Presbyter tituli sancti Pudentis. Andreas Presbyter tit. sancti Matthæi, &c. *In subscriptionibus synodi Rom. primæ sub Symmacho.*

CAP. X.

Subscriptio Presbyterorum. Laurentius Presbyter tituli sancti Siluestri subscripsit. Ioannes Presbyter sancti Vitalis. Speciosus Presbyter sancti Clementis, &c. *In subscriptionibus synod. Roman. sub Greg. Iii. 4. c. 88 regist.*

CAP. XI.

Subscriptio Presbyterorum. Sisinnius humilis Presbyter sanctæ Romanæ Ecclesiæ, tituli sancti Laurentij, qui appellatur Lucinæ, huic constituto à nobis promulgato subscripsi. Ioannes Presbyter S. Rom. Ecclesiæ tituli S. Sixti † subscripsi. Sisinnius Presb. S. Rom Ec. † Xysti tituli S. Cæciliæ subscripsi, &c. *In subscript. syn. Rom. sub Gregor. ij. extat etiam in extremo registro Gregor. 1.*

CAP. XII.

Anastasius Presbyter cardinis nostri, quem nos in titulo beati Marcelli martyris, atque Pontificis ordinauimus, contra statuta Patrum, propriam Ecclesiam deserens, &c. in alienis degit, &c. Et postea. Anastasium iam nuper excommunicatum Presbyterum tituli sancti Marcelli, &c. à sacerdotali ministerio modis omnibus remouemus, &c. Et in fine. Subscriptio Presbyterorum. Romanus Archipresbyter tituli sanctæ Pudentianæ. Sergius Presbyter tituli sancti Clementis. Leo Sanctæ Cæciliæ, &c. *Romana synod. sub Leone quarto.* De cle. non resid. c. 2. Gre. ix. & in 4. collect.

CAP. XIII.

Georgius Archipresbyter sanctæ Romanæ Ecclesiæ, tituli sancti Laurentij, qui appellatur Lucinæ, bis sententiis, &c. manu propria subscripsi. Romanus Presbyter S. Romanæ Ecclesiæ tituli S. Ioannis, & Pauli similiter subscripsi. Maro Presbyter S. Rom. Eccl. titu. S. Cyriaci, similiter subscripsi, &c. *Rom. syn. sub Hadr. ij. relata in viij. syn. gen. actio. 7.*

CAP. XIV.

Sergium, Benedictum, atque Marinum dudum Presbyteros sanctæ Romanæ Ecclesiæ, seu Leonem, Paschalem, & Ioannem dudum diacones sanctæ sedis Apostolicæ, iuste, & canonice damnatos, si aliquis, &c. inter Ecclesiasticos viros habuerit, &c. sciat se fore anathemate perculsum, &c. *Ioan. ix. in conc. Rauen. cap. 8.*

LIBER SEPTIMVS,

De Diaconis & Hypodiaconis & Diaconissis.

DE INSTITVTIONE DIACONORVM, ET de variis eorum muneribus.

TITVLVS PRIMVS.

CAPVT I.



IN diebus illis crescente numero discipulorum factum est murmur Græcorum aduersus Hebræos, eo quod despicerentur in ministerio quotidiano viduæ eorum. Conuocantes autem Duodecim multitudinem discipulorum, dixerunt: Non est æquum nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mensis. Considerate ergo fratres, viros ex vobis boni testimonij septem, plenos Spiritu sancto, & sapientia, quos constituamus super hoc opus: nos vero orationi, & ministerio verbi instantes erimus. Et placuit sermo coram omni multitudine: & elegerunt Stephanum virum plenum fide, & Spiritu sancto, & Philippum, & Prochorum, & Nicanorem, & † Timonem, † & Parmenam, & Nicolaum aduenam Antiochenum. Hos statuerunt ante conspectum Apostolorum, & orantes imposuerunt eis manus. *Act. c. 6. Trul. 16. Aquisgr. cap. 7.*

† Timotheum.

CAP. II.

Dist 92. c. 2. in sancta.

Quidam ad sacri altaris ministerium cantores eliguntur, & in diaconatus ordine constituti, modulationi vocis inseruiunt, quos ad prædicationis officium, eleemosynarumque studium vacare congruebat. Vnde fit plerumque vt ad sacrum ministerium, dum blanda vox quæritur, quæri congrua vita negligatur; & cantor minister Domini moribus stimulet, cum populum vocibus delectet. Qua in re præsenti decreto constituo; vt in sede hac sacri altaris ministri cantare non debeant, solumque lectionis Euangelicæ officium inter missarum solemnia exoluant, &c. Si quis autem contra hoc decretum meum venire tentauerit, anathema sit. *Greg. in syn. Rom. in dict. 13. cap. 1. & lib. 4. epist. 44. sen cap. 88. regist. Inop. 2. c. 79. decr. Ansel. lib. 7. c. 65. Tarrac. lib. 4. cap. 22.*

CAP. III.

12. q. 2. c. 24. præcipimus.

Per Presbyteros, & diaconos bona Ecclesiæ, vbi opus est, de voluntate Episcopi distribuantur. *Apost. 41. Ansel. lib. 6. c. 160. Casar. lib. 7. c. 56.*

CAP. IV.

Dist. 93. c. 6.

Diaconi Ecclesiæ, tanquam oculi sint Episcopi, oberrantes, & circumlustrantes cum verecundia actus totius Ecclesiæ; & perscrutantes diligentius, si quem videant vicinum fieri præcipitio, & proximum esse peccato; vt referant Episcopo, & ab eo reuocetur, ne corruat: negligentiores, &c. ipsi commoneant & hortentur, &c. Eos, qui ægrotant, sollicite perquirant, & plebi indicent, vt visitent eos, & necessaria præbeant eis, cum conscientia eius, qui præest, vel etiam clam. De peregrinis similiter refouendis Episcopo suggerant; & cætera his similia, quæ ad cultum Ecclesiæ, & disciplinam eius pertinent, diaconis curæ sit. *Clem. epist. 1. ante med. Vide Clemen. lib. 2. cap. 48 const. Apost. Ansel. 7. cap. 63. Casar. lib. 4. c. 94.*

CAP. V.

Dist. 25. audire. c. 1.

Monita vitæ à Presbyteris inquirere oportet; à diaconibus vero ordinem disciplinæ. *Clem. epist. 3. post prin. Ansel. lib. 7. c. 76.*

CAP. VI.

Dist. 93. c. 11.

Diaconi, qui quasi oculi videntur esse Episcopi, In vnaquaque ciuitate, iuxta Apostolorum constituta, septem debent esse; qui custodiant Episcopum prædicantem, ne aut ipse ab insidiatoribus quoquo modo infestetur aut lædatur à suis, aut verba diuina detrahendo, aut insidiando polluantur, vel despiciantur; sed veritas spirituali redoleat feruore, & pax prædicata labiis, animi cum voluntate concordet. *Enar. ep. 1. in prin. Ansel. lib. 7. cap. 64. Tarrac. lib. 3. c. 50.*

CAP. VII.

Septem diaconos in vrbe Roma per septem regiones ciuitatis, sicut à Patribus accepimus, habemus: qui per singulas hebdomadas, & dominicos dies, atque festiuitatum solemnia, cum subdiaconibus & acolythis, ac sequentium ordinum ministris, iniuncta sibi obseruant ministeria; & parati omni hora sint ad diuinum officium, & quidquid eis iniungitur peragendum. Similiter & vobis, prout oportunum fuerit, per singulas ciuitates est faciendum; vt diuinum absque vlla mora, & negligentia studiose, ac solemniter agatur officium. *Fabian. epist. 1. in princip.*

CAP. VIII.

Dist. 93. c.12. diaconi. Septem diaconos ex canone esse oportet, etsi magna vrbs sit: quod ex libro Actuum constat. *Neocæs. c. vlt. Trul. 16. Aquisgr. 64. Burch. lib. 2. c. 219. & 220. Iuopar. 6. c. 294. & 295. decr.*

CAP. IX.

Vt per diaconum suum Episcopi, non per se, in comitatū Cęsaris eant, &c. *Sardic. 8. 9. G. 9. L.*

CAP. X.

Per diaconum ei victus mioistretur, qui pro catholica fide, &c. tribulationes patitur: & omni honore à sacerdotibus honorandus. *Cartha. iv. cap. 43.*

CAP. XI.

Si presbyter aliqua infirmitate prohibente, per se ipsum non potuerit prædicare, sanctorum Patrum homiliæ à diaconibus recitentur; si enim digni sint diaconi, quæ Christus in Euangelio locutus est, legere: quare indigni iudicentur, sanctorum Patrum expositiones publice recitare? *Vasen. ij. c. 2.*

CAP. XII.

Presbyteri, & diaconi alternant septimanas in diœcesanis ecclesiis, sed omnis clerus die sabbati ad vesperam sit paratus; quo facilius die dominico solemnitas cum omnium præsentia celebretur. *Tarrac. 7.*

CAP. XIII.

Post (*presbyteros*) ingrediantur diacones probabiles (*ad concilium*) quos ordo popossecit interesse. Et corona facta de sedibus Episcoporum presbyteri à tergo eorum resideant, diaconi in conspectu eorum stent, &c. Omnibus in suis locis in silentio confidentibus diacoous alba indutus, codicem canonum in medio proferens, capitula de conciliis ageodis pronuntiet. *Toletan. iv. cap. 3.*

CAP. XIV.

Io Neocæsariensi synodo septem diaconi tantum in Ecclesia esse iubentur, vt in actibus Apostolorum. Sed in actibus illi septem diacooi non ad sacra mysteria, sed ad mensas esse ordinati videbantur: vt ex verbis apparet, &c. Non conuenit, vt verbo Dei relicto mensis seruiamus, &c. & ex interpretatione Ioan. Chrysostomi, qui ait, tunc nullos Episcopos, presbyteros, diaconos appellatos fuisse. Itaque diaconi septem ad rerum gubernationē, & pauperum necessarios vsus ordinati sunt ad nostram disciplinam. *Trul. 16. Vide Neoc. 15. G. 14. L.*

Canon nūquam ab Ecclesia receptus.

CAP. XV.

Presbyteri, & diacones in omnibus bonorum operum exhibitionibus sui Episcopi vestigia sectentur, & in bonorum morum probitate, quæ Episcopo sunt obseruanda, eadem & sibi obseruanda esse cognoscant. *Turon. sub Carol. cap. 9.*

CAP. XVI.

Lectum est Euangelium, vt diaconi etiam instruerentur, qualiter Christo, cuius funguntur officio, condigne valerent ministrare. *Rem. cap. 5.*

CAP. XVII.

Diaconorum ordo à tribu Leui accepit exordium, &c. à xxv. annis, & supra in tabernaculo seruire ipsis mandatum est; quam regulam sancti Patres, &c. in nouo testamento constituerunt. In Euangelio enim primordia eorum, & in Actibus Apostolorum ita leguntur. Conuocantes autem duodecim Apostoli multitudinem discipulorum dixerunt; Non est æquum nos relinquere verbum Dei, & ministrare mensis, &c. considerate ex vobis viros boni testimonij septem, plenos spiritu sapientiæ, quos constituamus in hanc rem; oos vero erimus orationi, & ministerio sermonis instantes. Et placuit hic sermo coram multitudine; & elegerunt statim Stephanum, virum plenum fide, & Spiritu sancto: & Philippum, & Prochorum, & Nicanorem, & Timonem; & Parmenam, & Nicolaum aduenam Antiochenum. Hos statuerunt ante Apostolos; & cum orassent, imposuerunt illis manus, verbumque Dei crescebat, &c. Ex hinc iam decreuerunt Apostoli, vel successores Apostolorum per omnes Ecclesias vii. diaconos ordinandos esse, qui sublimiori gradu cæteris proxime circa aram Christi, quasi columnæ altaris assisterent, &c. Ipsi clara voce in modum præconis admonent cuoctos, siue in orando, siue in flectendo genua, siue in psallendo, siue in lectionibus audiendo, ipsi etiam, vt aures habeamus ad Dominum; clamant; ipsi quoque euangelizant; sine ipsis sacerdos nomen habet, officium non habet. Nam sicut in sacerdote consecratio, ita in ministro dispensatio sacramenti est. Illi orare, huic psallere mandatur. Ille oblata sanctificat, hic sanctificata dispensat. Ipsis etiam sacerdotibus propter præsumptionem non licet de mensa Domini tollere calicem, nisi eis traditus fuerit à diacono. Leuitæ inferunt oblationes in altaria: Leuitæ componunt mensam Domini: Leuitæ operiunt arcam testamenti. Noo enim omnes vident alta mysteriorum, quæ operiuntur à Leuitis: ne videant, qui videre non debent: & sumant, qui seruare † noo possunt. Qui propterea altari albis induti assistunt, vt cælestem vitam habeant, &c. mundi scilicet corpore, & incorrupti pudore, &c. Quales autem diaconi ordinentur, Paulus plenissime scribit ad Timotheum, &c. Diacooes similiter irreprehensibiles, hoc est sine macula, sicut Episcopi: pudici vtique, id est, à libidine continentes: non bilingues, scilicet ne conturbent habentes pacem: noo multo vino deditos, quia vbi ebrietas, ibi libido dominatur, & furor: non turpe lucrum sectantes, ne de cælesti mysterio lucra terrena sectentur. Est quoque & turpis lucri appetitio, plus de præseotibus quam de futuris † cogitare. Post hæc subiecit. Hi autem probentur primum, & sic ministrent, oullum crimen habentes. Hi vtiq; sicut Episcopi,

Act. 6. a.

† fallere f.

1. Tim. 3. a. b.

† cælestibus al. æternis, a. hij.

ante ordinationem probari debent, si digni sint, & sic postea ministrare. *Isid. lib. 2. cap. 8. de eccles. off. apud Aquisgr. c. 7.*

CAP. XVIII.

Euaristus diacones septem ordinauit, qui custodirent Episcopum prædicantem propter stilum veritatis. *Dam. in Euarist.*

Diaconi ministri sunt presbyterorum in sacrificio missæ, possuntque Eucharistiam tribuere laicis. Tit. II.

CAPVT I.

Di conse. d. 2. c. 23. TRibus gradibus commissa sunt sacramēta diuinorum secretorū, id est, presbytero, & diacono, & ministro, &c. *Cle. ep. 2. in prin. Inop. 2. c. 64. decr. Ansel. li. 8. c. 38. in addit.*

CAP. II.

Sacerdotes Dominus sibi elegit, vt sacrificent ei, & offerant oblationes Domino. Leuitas quoque sub eis esse iussit in ministeriis eorum. *Fabian. ep. 2. in med.*

CAP. III.

Dist. 93. diaconos. c. 13. in fi. Sacri corporis prærogationem sub conspectu Pontificis, seu presbyteri, nisi his absentibus ius non habeant exercendi (*diaconi*) *Gelas. epist. 1. c. 10.*

CAP. IV.

Dist. 50. presbyteros. c. 32. Diaconi, qui immolarunt, & iterum torti sunt, maneant in honore, sed vacent ab omni ministerio sacro, etiam panis, & calicis proferendi, aut pronuntiandi. Sed Episcopi plus eis dare, & adimere possunt, quorum labores, & humilitatem cognouerint. *Ancyr. c. 2. Burch. lib. 5. c. 41. Inopar. 2. c. 50. decr.*

CAP. V.

Dist. 93. c. 18. Diaconus [præsente presbytero Eucharistiam corporis Christi populo, si necessitas cogit, iussus eroget. *Carth. iv. c. 38. Burch. lib. 5. c. 13. Inopar. 2. c. 23. decr. Ansel. lib. 7. c. 58. Casar. lib. 8. c. 20.*

CAP. VI.

1. q. 1. nul lus. c. 100. Qui dat communionem Episcopus, presbyter, diaconus nihil auri exigat, vel deponatur. *Trull. c. 23. Inopar. 2. c. 92. decr.*

CAP. VII.

Nemo laicus sibi sacra mysteria tradat præsente Episcopo, presbytero, vel diacono. Qui fecerit, in hebdomadam excommunicetur, Rom. 12. a. vt discat non sapere plus, quam oportet. *Trul. c. 58.*

A quo ordinetur diaconus, & ne quisquam præter Episcopum manus illi imponat. Tit. III.

CAPVT I.

PResbyter, diaconus, & cæteri clerici ab vno Episcopo ordinantur. *Ap. 2.*

CAP. II.

Lectores, subdiaconos, & exorcistas Chorepiscopus ordinare potest, non presbyteros, & diaconos sine Episcopo eius vrbis, &c. *Antioch. c. 10.*

CAP. III.

Diaconus cum ordinatur, solus Episcopus, qui eum benedicit, manus super caput illius ponat; quia non ad sacerdotium, sed ad ministerium consecratur. *Carth. iv. c. 4. Ino lib. 3. tit. 3. c. 7. panor. & par. 6. c. 13. decr. Ansel. lib. 7. c. 52. Casar. lib. 8. c. 21.* Dist. 23. c. 11.

Ne quis diaconus, aut hypodiaconus ordinetur, qui non prius ordines inferiores suscipiat. Tit. IV.

CAPVT I.

SI quis propter ipsum bonum humilitatis, quæ est circa Christum Iesum, abrenuntians mundo fiat clericus, aut monachus; & omnem gradum Ecclesiasticum transigēs per definita nunc tempora, irreprehensibilis inuentus extiterit, & probatus; ita vt in gradu lectoris annum compleat, in subdiaconi vero duos, sitque diaconus tribus, & presbyter quatuor annis: bene placuit huic sanctæ, & vniuersali synodo (*Episcopum, vel Patriarcham*) eligi hunc, & admitti. *Syn. viii. gen. sub Hadr. y. c. 5.*

CAP. II.

Si quis clericatum promereri desiderat; hoc iustum est, vt sit ostiarius annum vnum, lector annos † xx. exorcista annos † x. acolythus annos v. subdiaconus annos v. diaconus annos v. & sic ad honorem presbyterij accedat. *Siluest. in conc. Roman. cclxxv. Episcoporum cap. 5.* † dies f. † dies f.

CAP. III.

Siluester præsente synodo constituit; vt nullus ex laica persona ab honore acolythi ad Episcopatum subleuaretur, nisi prius fuisset lector annis † xxx. deinde vna die exorcista, postea caperet onus acolythi, & faceret in eodem ordine annos x. vt acciperet onus subdiaconi, & in subdiaconatu esset ānos v. deinde ad diaconatus honorem pertingeret fixus, donec rogantibus xxx. presbyteris examen, vt esset diaconus Cardinalis, quia à prima sede erat constitutum, vt seruiret annos vij. *Siluest. in syn. Rom. cclxxxiv. Episcoporum. c. 11.* † diebus f.

CAP. IV.

Si quis desiderat in Ecclesia militare, aut proficere sit prius ostiarius, lector, exorcista per tempora, quæ Episcopus constituerit, deinde acolythus annis quinq; subdiaconus an. v. custos martyrum an. v. diaconus an. v. presbyter tribus, &c. *Siluest. in epilogo synod. Roman.*

CAP. V.

Dist. 77. c. 1. Illud mandamus, vt ad ordines Ecclesiasticos sic ascendant in Ecclesia, qui ordinari merentur; id est, si quis Episcopus esse meretur, sit primo ostiarius, deinde lector, postea exorcista, inde sacretur acolythus, demum vero subdiaconus, deinde diaconus, & postea presbyter. Caius ep. 1. in f.

CAP. VI.

Quid ab vniuersis posthac Ecclesiis sequendum sit, quid vitandum, generali pronuntiatione decernimus. [Quicumque itaque se Ecclesiæ vouerit obsequiis, à sua infantia, ante pubertatis annos, baptizari, & lectorum debet ministerio sociari; qui ab accessu adolescentiæ vsque ad tricesimum † ætatis annum, si probabiliter vixerit, vna tantum, & ea, quam virginem communi per sacerdotem benedictione percepit, vxore contentus, acolythus, & subdiaconus esse debebit. Posteaque ad diaconij gradum, si se ipse primitus continentia præeunte dignum probauerit, accedat, &c. Syric. ep. 1. c. 8. in fine, & 9. Inno par. 6. c. 91. decr.

Dist. 77. c. 3. † xi.

CAP. VII.

Dist. 33. c. 6. Laici, qui habentes vxores baptizati sunt, &c. non prohibeantur ad clericatus sortem assumi. ita sane, vt in eos tempora à maioribus constituta seruentur; nec cito quilibet lector, acolythus, diaconus, sacerdos fiat, &c. Inn. ep. 4. c. 4. & 5. Iuo lib. 3. tit. 5. c. 4. panor. & par. 6. c. 95. decr. Anselm. lib. 7. c. 29. Tarrac. lib. 1. c. 129.

CAP. VIII.

Dist. 59. c. 2. siefficta. Quis ille tam arrogans, tam impudens inuenitur, vt in cælesti militia, &c. statim dux esse desideret, cum tiro ante non fuerit? & prius velit dicere, † quam discere? assuescat in Domini castris in lectorum primitus gradu diuini rudimentis seruitij; nec illi vile sit, exorcistam, acolythum, subdiaconum, diaconum per ordinem fieri, nec hoe saltu, sed statutis maiorum ordinatione temporibus. Zosim. ep. 1. cap. 1. Anselm. lib. 6. cap. 24.

† docere f.

CAP. IX.

Dist. 77. c. 2. Hæc autem [in singulis gradibus obseruanda sunt tempora: si ab infantia Ecclesiasticis ministeriis nomen dederit, inter lectores ad xx. ætatis annum continuata obseruatione perduret. Si maior iam, & grandæuus accesserit, &c. qui tamen post baptismum statim se diuinæ militiæ desiderat mancipari, siue inter lectores, siue inter exorcistas quinquennio teneatur. Exinde acolythus, vel subdiaconus iv. annis sit, & sic ad benedictionem diaconatus, si mereatur, accedat. Zosim. ep. 1. c. 3. Anselm. lib. 7. c. 41.

CAP. X.

Ne primum, vel secundum, aut tertium in Ecclesia gradum quisquam laicorum quibuslibet suffragiis fultus, ascendat prius, quam ad hoc meritum per legitima augmenta perueniat. Leo ep. 85. ad Episc. Africæ c. 1. in fine.

CAP. XI.

Ordinari ad diaconatus, vel sacerdotij officium neophytum non debere. Arel. ij. c. 1.

CAP. XII.

Nullus Metropolitanorum cuicumque laico dignitatem Episcopatus tribuat; sed nec reliqui Pontifices presbyterij, vel diaconatus honorem conferre præsumant, nisi anno integro fuerit ab eis præmissa conuersio. Arel. iij. c. 2.

CAP. XIII.

Ex laico ad gradum sacerdotij nemo veniat, nisi prius anno integro in officio lectorum, vel diaconatus, disciplinam Ecclesiasticam discat, & sic per singulos gradus eruditus ad sacerdotium veniat, &c. Br. c. 38.

CAP. XIV.

Qui saltu sine gradu diaconi ad sacerdotium prosiliuit, in degradationem debitam resilire debet. Syn. Suess. apud S. Medard. in accus. Hincm in f.

CAP. XV.

Caius constituit, vt omnes ordines in Ecclesia sic ascenderent. Si quis Episcopus fieri mereretur, vt esset ostiarius, lector, exorcista, acolythus, sequens, subdiaconus, diaconus, presbyter, exinde Episcopus ordinaretur. Damas. in Caii.

CAP. XVI.

Siluester constituit, vt si quis desideraret in Ecclesia militare, aut proficere, vt esset ostiarius annis †*, lector annos † xxx. exorcista dies xxx. acolythus annis v. † subdiaconus annis v. custos martyrum annis v. diaconus annis vij. Presbyter annis iij. probatus ex omni parte, &c. Damas. in Siluest. post prin. † dies f. † x.

De ætate, & qualitate ordinandorum diaconorum. Tit. V.

CAPVT I.

Diacones similiter pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, non turpe lucrum sectantes, habentes mysterium fidei in conscientia pura. Et hi autem probentur primum, & sic ministrent nullum crimen habentes. Et mox. Diaconi sint vnius vxoris viri, qui filiis suis bene præsint, & suis domibus. Qui enim bene ministrauerint, gradum bonum sibi acquirent, & multam fiduciam in fide, quæ est in Christo Iesu. Paul. in epist. 1. ad Timot. c. 3. Aquisgr. c. 7.

CAP. II.

Constituimus, vt nemo ante annos quindecim, aut quatuordecim subdiaconus ordinetur: Nemo ante annos (quindecim, aut quatuordecim † diaconus fiat: Nemo ante annos triginta in Presbyterum consecretur. Vrban. ij. in syn. apud Melfiam c. 4. † xxv. aut xxiv f.

CAP. III.

Bonum, & congruum, si fieri potest, vt prouectæ ætatis; & boni viri testimonij, iuxta Dist. 76. c. ult.

ſacrorum canonum inſtituta, ordinentur ſacerdores. Si autem minime reperiuntur, & neceſſiras expoſcit; à xxv. annorum, & ſupra Leuitæ, & ſacerdotes ordinentur, quemadmodum in lege Domini continetur. *Zach. ep. 5. ad Bonif. Epiſcop. in med.* *Nu. 8. d.*

CAP. IV.

Diſ. 77. c. 5. placuit & 20. q. 1. c. 15. Ante xxv. annos diaconi non ordinentur. *Carth. 16. in fi. G. Carth. iij. cap. 4. L. Tribur. c. 24. Vorm. 69. Burch. lib. 2. cap. 11. Ivo lib. 3. tit. 3. c. 3. panor. & par. 6. c. 31. decr.*

CAP. V.

Diſt. 77. c. 6. Epiſcopus benedictionem diaconatus minoribus xxv. annis non committat, &c. *Agath. cap. 16. Ivo par. 5. c. 365. decr.*

CAP. VI.

Diſt. 77. Epiſc. bene. c. 6. in fine. Diaconos ante xxv. annos nullus Metropolitanorum ordinare præſumat; ne per ætatem, quod aliquotiens euenit, aliquo errore culpentur. *Agath. c. 17. Bur. l. 2. c. 9. Ivo l. 3. tit. 3. c. 1. panor. & par. 6. c. 29. decr.*

CAP. VII.

Nullus Epiſcoporum diaconum, antequam xxv. annos impleat, ordinare præſumat. *Aurel. iij. cap. 1.*

CAP. VIII.

Diſt. 28. c. 5. De his, quos voluntas parentum à primis infantiæ annis in clericatus officio, vel monachali poſuit, pariter ſtatuimus obſeruandũ, &c. vt vbi octauum decimum ætatis ſuæ compleuerint annum, coram totius cleri, plebiſque conſpectu voluntas eorum de experendo coniugio ab Epiſcopo perſcruretur; quibus, ſi gratia caſtitatis, Deo inſpirante, placuerit &c. primo ſubdiaconatus miniſterium probatione habita profeſſionis ſuæ à viceſimo anno ſuſcipiant. Quod ſi inculpabiliter, ac inoffenſe xxv. annum ætatis ſuæ peregerint, ad diaconatus officium, ſi ſcientes implere poſſe ab Epiſcopo comprobentur, promoueri debent. *Tolet. ij. c. 1. Anſ. lib. 7. c. 42.*

CAP. IX.

Ne vllus ex laicis ante annualem conuerſionem, vel ætatem legitimam, id eſt, xxv. annorum diaconus, & xxx. preſbyter ordinetur: ita vt de ipſis quoque, qui ordinandi ſunt, clericis regulari cuſtodiatur ſtudio; ne aut duarum vxorum vir, aut renuptæ maritus, aut pœnitentiam profeſſus, aut ſenius † corpore, aut qui publice aliquando arreptus ſit, ad ſupraſcriptos ordines promoueatur, &c. *Aurel. iij. c. 6.* *† ſæſus f.*

CAP. X.

Nulli liceat Epiſcoporum ordinare diaconum, aut preſbyterum litteras ignorantem; ſed ſi qui ordinati fuerint, cogantur diſcere. *Narbon. c. 11.*

CAP. XI.

Diſt. 77. c. 7. Num. 8. d. In veteri lege ab anno xxv. Leuitæ in tabernaculo ſeruire mandantur, cuius auctoritatem in canonibus & ſancti Patres ſecuti ſunt, &c. probentur primum, & ſic miniſtrent, nullum crimen habentes. *Tolet. iv. c. 16. Burc. lib. 2. c. 12. Ivo lib. 3. tit. 3. ca. 4 pan. & par. 6. cap. 32. decr.*

CAP. XII.

Neque diaconus ante xxv. annos, neque diaconiſſa ante xl. ordinentur, *Trul. c. 14.* ordinari deponantur. *Trul. 15.* *Diſt. 77. c. 4. ſubdiaconus.*

De veſtibus, & inſignibus diaconorum. Tit. VI.

CAPVT I.

PResbyteris, & diaconis depoſitis, cum reconciliabantur, olim reddebat Pontifex oraria. *Syn. viij. gen. act. 2.*

CAP. II.

Diaconi non ſint plures per parochiarum examen, niſi duo; & Cardinales vrbis Romæ ſeptem; ita tamen, vt dalmaticis vterentur, & palla linoſtima læua eorũ tegatur. *Silueſt. in ſyn. Rom. cclxxxiv. Epiſc. c. 6.*

CAP. III.

In ſolemnitatibus diebus (*Epiſcopus*) ſeptem, aut quinque aut tres diacones, qui eius oculi dicuntur, & ſubdiaconos, ac reliquos miniſtros ſecum habeat, qui ſacris induti veſtimentis, in fronte, & à tergo, & presbyteri è regione dextra, læuaque ſtent, &c. *Anacl. epiſt. 1 in med. Ivo part. 2. c. 67. decr. Anſ. l. 6. c. 132. Caſ. l. 4. c. 49. Tar. l. 3. cap. 49.* *De conſ. d. 1. Epiſ. 58.*

CAP. IV.

Diaconus tempore oblationis tantum, vel lectionis alba induatur. *Carth. iv. c. 41. Anſel. lib. 7. c. 61. Cæſar. lib. 8. c. 20.* *Diſt. 93. c. 19. in fi.*

CAP. V.

Quia aliquanti huius Prouinciæ Eccleſiæ diacones abſcondit infra tunicam vtuntur orariis, ita vt nihil differre à ſubdiacono videantur, vt de cætero ſuperpoſito ſcapulæ, ſicut decet, vtantur orario. *Brac. c. 27.*

CAP. VI.

Non licet diacono velo, vel palla ſcapulas ſuas inuolui. *Antiſiodo. c. 13*

CAP. VII.

Epiſcopus depoſitus reſtitutus à ſynodo recipit orarium, annulum, & baculum: Presbyter orarium, & patenam: diaconus orarium, & albam. *Tolet. iv. c. 27. Burc. lib. 2. c. 192. Ivo lib. 3. tit. 7. c. 5. panor. & par. 5. c. 367. & p. 6. c. 237. decr. Anſel. lib. 6. c. 28.* *11. q. 3. c. 65.*

CAP. VIII.

Oraria duo induere nec Epiſcopo licet, nec Presbytero, multo minus diacono, qui miniſter eorum eſt. [Vnum ergo orarium oportet Leuitam geſtare in ſiniſtro humero, propter quod orat, id eſt prædicat. Dexteram autem oportet habere liberam, vt expeditius ad miniſterium ſacerdotale diſcurrat. Orarium vero purum ſit, nullis coloribus aut auro ornatum. *Tolet. iv. c. 39. Anſel. lib. 7. c. 80. Cæſar. lib. 4. cap. 103.* *Diſt. 25. c. 3.*

CAP. IX.

Diaconi propterea altari albis induti aſ-

sistunt, vt cælestem vitam habeant, candidique ad hostias, & immaculati accedant, mundi scilicet corpore, & incorrupti pudore, &c. *Aqu. c. 7. in fine.*

CAP. X.

Stephanus constituit sacerdotes, & Leuitas vestibus sacratis in vsu quotidiano non vti, & nisi in Ecclesia tantum. *Damas. in Steph.*

CAP. XI.

Siluester constituit, vt diaconi dalmaticis in Ecclesia vterentur, & palla linostima læua eorum tegeretur. *Damas. in Siluest.*

CAP. XII.

Zosimus constituit, vt diacones læuas tectas de palliis linostimis haberent. *Ex Pont.*

De alimentis diaconorum. Tit. VII.

CAPVT I.

DE redditibus Ecclesiæ quatuor partes fiant, quarum vna cedat Pontifici, alia presbyteris, & diaconis, & omni clero, &c. *Sil. in syn. Rom. cclxxxiv. Epis. c. 4.*

CAP. II.

Dist. 31. c. 6. prater. Statuimus; vt hi prædictorum ordinum (*loquitur de sacerdotibus, diaconis, subdiaconis*) qui prædecessori nostro (*Leoni*) obedientes castitatem seruauerunt, iuxta Ecclesias, quibus ordinati sunt, sicut oportet religiosos clericos, simul manducent, & dormiant, & quidquid eis ab Ecclesiis venit, communiter habeant, &c. *Nicol. ij. in syn. Rom. cxiij. Epis. cap. 4. Iuo l. 3. tit. 11. c. 3. pan. Cæs. l. 8. c. 44.*

CAP. III.

Diaconi, & cæteri clerici partem oblationum accipiant ab Episcopo, & presbyteris. *Ap. 4. G. 5. L.*

CAP. IV.

Statuimus in nostris Ecclesiis, vel ciuitatibus, hoc esse seruandum; vt quidquid pecuniæ à fidelibus in Ecclesia fuerit oblatum, fideliter collectum maneat, & conseruatum, & fideliter Episcopo præsentetur: qualiter exinde tres partes fiant æquales, vnam Episcopus habeat, & alteram presbyteres, & diacones inibi deseruientes consequantur; & inter se, vt dignitas, & ordo poposcerit, diuident: tertia vero subdiaconibus; & clericis tribuatur, &c. *Emerit. cap. 14.*

CAP. V.

1. Cor. 9. b. Qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt, edunt; & qui altario deseruiunt, cum altario participant, &c. Deus ordinauit his, qui Euangelium annuntiant, de Euangelio viuere. De Euangelio viuunt, qui nihil proprium habere volunt, qui nec habent, nec habere aliquid concupiscunt, non suorum, sed communium possessores. *Prosp. lib. 2. de vita actiua, & contempla. c. 15. apud Aquis. c. 111.*

Diaconi habeant honorem Episcopis, & presbyteris, & antiquioribus diaconis; & clerici inferiores diaconis. Tit. VIII.

CAPVT I.

CVm in aliquibus locis, & vrbibus presbyteris diaconi Eucharistiam dent, quod neque canon, neque consuetudo tradidit; vt qui offerre non possunt, offerentibus dent corpus Christi; cum etiam quidam diaconi sint, qui ante Episcopos Eucharistiam sumant: cessent igitur hæc, & diaconi permaneant in sua mensura, scientes se Episcopi ministros esse, presbyteris minores. Capiant ergo Eucharistiam ordine suo post presbyteros, Episcopo eius dante, vel presbytero. Sed & non sedeant in medio presbyterorum diaconi; cum contra canonem, & ordinem id fiat. Si vero quis nolit obedire his, cesset à diaconatu. *Nicæ. 18. G. 14. L. Aquisgr. 41. Burc. lib. 5. c. 26. Iuo par. 2. c. 36. decr. Ans. lib. 7. ca. 55. Cæs. lib. 8. cap. 13.* *Dist. 93. peruenit. 14.*

CAP. II.

Siluester clara voce dicebat ad coëpiscopos, vt [à subdiacono vsque ad lectorem omnes subditi esse diacono Cardinali vrbis Romæ, in Ecclesia honorem repræsentantes eidem. Pôtifici vero presbyter, presbytero diaconus, diacono subdiaconus, &c. in omni loco repræsentent obsequium, siue in publico, siue in gremio Ecclesiæ. *Siluest. in syn. Rom. cclxxxiv. Epis. c. 7. Burc. lib. 2. c. 224. Iuo par. 6. c. 299. decr. Ans. li. 7. c. 62.* *Dist. 93. c. 5.*

CAP. III.

Diaconi absque Episcopo, vel presbytero baptizare non præsumant, &c. Eos non in presbyterio residere, cum diuina celebrantur, vel Ecclesiasticus habetur quicumque tractatus. Sacri corporis prærogationem sub conspectu Pontificis, seu presbyteri, nisi his absentibus, ius non habeant exercendi. *Gelas. ep. 1. cap. 9. & 10. Bur. lib. 4. c. 57. Iuo par. 1. c. 252. & par. 6. ca. 99. decr. Ans. l. 7. c. 54.* *Dist. 93. diacon. 13. infr.*

CAP. IV.

Non cuiuslibet vtilitatis causa presbyterum, seu diaconum his præferri, qui ante ipsos fuerint ordinati. *Gelas. ep. 1. c. 13. Iuo l. 3. tit. 2. cap. 18. pan. & par. 6. c. 74. decr. Ans. l. 7. c. 38. Tarra. l. 3. ca. 48. & l. 6. c. 40.* *Dist. 75. c. vl. in fi.*

CAP. V.

De diaconibus vrbicis, vt non aliquid per se præsumant, sed honor presbyteris reseruetur. *Arel. 1. c. 18.*

CAP. VI.

In secretario diaconos inter presbyteros sedere non liceat, vel corpus Christi præsentre presbytero tradere non præsumant. Quod si fecerint, ab officio diaconatus abscedant. *Arel. ij. c. 15.*

Cap. VII.

Diſt. 93. c. 15. † coram.

Non oportet diaconum prius, quam † preſbyterum ſedere, ſed cum iuſſione preſbyteri ſedeat. Similiter diaconi honorentur ab aliis miniſtris, & clericis, *Laod. 20. M. Br. c. 40. Aqu. 77. Bur. l. 2. ca. 221. Iuo par. 6. cap. 296. decr. Anſ. l. 7. c. 56. Cæſarauguſt. l. 8. c. 19.*

Cap. VIII.

Diſt. 93. c. 7.

Diaconus ita ſe preſbyteri, vt Epiſcopi miniſtrum eſſe cognoſcat. *Cart. iv. c. 37. Anſ. li. 7. c. 57. Caſ. l. 8. c. 20.*

Cap. IX.

Diſt. 93. c. 19.

Diaconus quolibet loco iubente preſbytero ſedeat. *Carth. iv. c. 39. Anſ. l. 7. c. 59.*

Cap. X.

Diſt. 93. c. 19.

Diaconus in conuentu preſbyterorum interrogatus loquatur. *Carth. iv. c. 40. Anſ. l. 7. ca. 60. Caſ. l. 8. c. 20.*

Cap. XI.

Non oportet diaconem ſedere præſente presbytero, ſed ex iuſſione presbyteri ſedeat; ſimiliter honorificetur diaconus à miniſtris inferioribus & omnibus clericis. *Ag. c. 65.*

Cap. XII.

Diaconi presbyteris omni humilitate nouerint deferendum eſſe. *Andegauen. c. 3.*

Cap. XIII.

Diſt. 93. c. 20.

Nonnulli diacones in tantam erumpunt ſuperbiam; vti ſeſe presbyteris anteponant, atque in primo choro ipſi priores ſtare præſumant, presbyteris in ſecundo choro conſtitutis. Ergo vt ſublimiores ſibi presbyteros agnoſcant, tam hi, quam illi in vtroque choro conſiſtant. *Tolet. iv. c. 38. Burc. li. 2. c. 222. Iuo par. 6. c. 197. decr.*

Cap. XIV.

Diſt. 93. c. vlt.

Scimus in aliquibus Eccleſiis diaconos Eccleſiaſtica officia habentes, auctoritate propria ante presbyteros ſedere. Id prohibemus, etſi dignitatem, vel officium habeant, niſi perſonam Patriarchæ, vel Metropolitani in alia vrbe in aliquo negotio ſuſtineat, nam tunc vt ille, honorabitur. Si quis contra fecerit, ex ſuo loco deiectus, vltimo loco ordinis ſui in ſua Eccleſia conſtituetur, dicente Domino:

Luc. 10 g.

Nolite quærere primos accubitus, &c. Idem in cæteris ſacris ordinibus, mundi vero dignitates cedunt ſpiritalibus. *Trul. 7. Iuo par. 6. cap. 123. decr.*

Cap. XV.

De pœna, & pœnitentia imponenda his, qui presbyterum, diaconum, ſubdiaconum iniuria affecerit. *Conc. apud Theod. villam.*

Diaconi nihil agant ſine conſenſu Epiſcopi, & reuereantur illum.

Tit. IX.

Capvt I.

Presbyteri, & diaconi ſine voluntate Epiſcopi nihil agant. *Ap. 39. G. 40. L.*

Cap. II.

(*Admonebat Petrus Apoſtolus*) Epiſcopos ſacerdotes ſuos, ac cunctos reliquos Eccleſię miniſtros, atque omnem plebem ſibi commiſſam verbo diuino, & mandato inſtruere, & dirigere; hoſque omnes eorum Epiſcopos tota animi virtute diligere, vt oculos ſuos, quia oculi ſunt illorum: eorum præceptis in omnibus obedire, etiam ſi ipſi aliter, quod abſit, agant, memores Dominici præcepti: Quæ dicunt, facite; quæ autem faciunt, facere nolite. Ipſi autem Epiſcopi, ſi exorbitauerint, ab iſtis non ſunt reprehendendi, vel arguendi, ſed ſupportandi, niſi in fide errauerint. *Clem. ep. 1. prope fin. Bur. lib. 1. cap. 137. Iuo par. 5. cap. 251. decr.*

2. q. 7. ſacerdotes. c. 8.

Matth. 23. d.

Cap. III.

Si vobis Epiſcopis non obedierint omnes presbyteri, diaconi, ſubdiaconi, &c. non ſolum infames, ſed & extorres à regno Dei, & conſortio fidelium, ac à liminibus ſanctæ Dei Eccleſiæ alieni erunt. *Clemen. ep. 3. in prin. Tribur. cap. 8.*

11. q. 3. c. 11. ſi autē vobis.

Cap. IV.

Cunctis fidelibus, omnibus presbyteris, & diaconibus, ac reliquis clericis attendendum eſt, vt nihil abſque Epiſcopi proprii licentia agant. *Clem. ep. 3. poſt. med. Tribur. c. 32. Bur. lib. 2. c. 93. Iuo par. 2. c. 123. & par. 9. c. 90. decr. Caſar. l. 4. cap. 97.*

16. q. 1. c. 41.

Cap. V.

Diaconos propriam conſtituimus ſeruare menſuram, nec vltra tenorem paternis canonibus deputatum quippiam tentare permittimus, &c. Non in presbyterio reſidere, cum diuina celebrantur, vel Eccleſiaſticus habetur quicumque tractatus. Sacri corporis prærogationem, ſub conſpectu Pontificis, ſeu presbyteri, niſi his abſentibus ius non habeant exercendi. *Gelaſ. ep. 1. c. 9. & 10. Bur. li. 4. ca. 57. Iuo par. 1. c. 252. & par. 6. c. 99. decr. Anſ. li. 7. c. 54.*

D. 93. c. 13.

Cap. VI.

Si quis presbyter, vel diaconus contemnens ſuum Epiſcopum ſeparet ſe ab Eccleſia, & altare erigat, & vocanti Epiſcopo non obediat, & ſi ſemel, atque iterum eum vocauerit, deponatur, & miniſterium non tangat, neque honorem repetat. Si perſeueret, & tumultuetur, per extraneas poteſtates, vt ſeditioſus coërceatur. *Antioch. c. 5. Mar. Brac. cap. 37.*

Cap. VII.

Epiſcopus prouinciæ noſtræ, ſi voluerit de parochitanis presbyteris, atque diaconibus cathedralem ſibi in principali Eccleſia facere, maneat illi per omnia licentia: hi tamen, qui fuerint transducti, humilitatem dignam Epiſcopo ſuo teneant, &c. *Emerit. c. 12.*

Cap. VIII.

Placuit, vt ſi in miniſterio diaconi, vel presbyteri officio aliquis conſtitutus exiſtat; ſi Epiſcopi, à quo ordinatus eſt, præce-

ptis non obedierit; vt in delegata sibi Ecclesia officium dependat assiduum, quousque in vitio permanserit, & communione, & honore priuetur. *Vorm. c. 19.*

Diaconi, & alii clerici, qui in vicis degunt, diebus solemnioribus ad ciuitatem veniant. Tit. X.

CAPVT I.

Dist. 92. c. vlt. PResbyter, diaconus, vel quilibet Ecclesiæ deputatus clericus, si intra ciuitatem fuerit, vel in loco, in quo Ecclesia est, aut castella, aut vici sunt, aut villæ, si ad Ecclesiam, aut ad sacrificium quotidianum non venerit, clericus non habeatur; si castigatus per satisfactionem, veniam ab Episcopo noluit promereri. *Tolet. c. 5. M. Br. c. 64.*

Cap. II.

De consf. dist. 1. § quia. 34. Pascha, Natali Domini, Epiphania, Ascensione Domini, Pentecoste, & Natali S. Ioannis Baptistæ, & si qui maximi dies in festiuitatibus habentur, non nisi in ciuitatibus, aut parochiis (*missas*) teneant. Clerici, qui tunc in oratoriis, nisi iubente, aut permittente Episcopo, missas facere, aut tenere voluerint, à communione pellantur. *Agath. c. 21. Iuo par. 4. c. 9. decr.*

Cap. III.

7. q. 1. § quia. 29. Si clericus ab Ecclesia sua diebus solemnibus defuerit, id est, Natiuitate Domini, Epiphania, Pascha, vel Pentecoste, &c. triennio à communione suspendatur. Similiter diaconus, vel presbyter, si per tres hebdomadas ab Ecclesia sua desuerit. *Agath. c. 64.*

Cap. IV.

Si quis ex presbyteris, aut diaconis, qui neque in ciuitate, neque in parochiis, canonicus esse dignoscitur, sed in villulis habitãs in oratorio sancto deseruiens, celebret diuina mysteria, festiuitates præcipuas Domini natale, Pascha, Pentecosten, & si quæ principales sunt festiuitates reliquæ, nullatenus alibi, nisi cum Episcopo suo in ciuitate teneat, &c. *Arner. cap. 14. Burch. lib. 2. c. 231. Iuo par. 6. ca. 306. decr.*

Cap. V.

Episcopus, presbyter, diaconus, clericus, laicus, qui sine necessaria causa relicta Ecclesia sua, in vrbe vagans tres dominicas dies tribus hebdomadibus non conuenerit, clericus deponatur, laicus communione arceatur. *Trull. cap. 81.*

Ne diaconus in aliena ciuitate commoretur, neve suam Ecclesiam relinquat. Tit. XI.

CAPVT I.

EPiscopus, presbyter, diaconus ab vna vrbe in aliam non transeat: sed ad eam in qua ordinatus est, reducatur. *Nicæ. 15. Mart. Br. c. 5. Aquisf. 43. Vide Tribur. 28. Burc. li. 2. c. 97. Iuo par. 6. c. 174. dec. Ans. l. 6. c. 104.*

Cap. II.

Presbyter, diaconus, clericus extra parœciam suam sine licentia sui Episcopi non ministret. Si vocatus ab eo non redeat, vt laicus communicet. *Ap. c. 15.* Si Episcopus alienus eum, vt clericum tractet, excommunicetur. *Ap. c. 16.*

Cap. III.

Illam partem Ecclesiasticæ disciplinæ, quæ olim à sanctis Patribus, & à nobis sæpe decretum est, vt nec in presbyteratus gradu, nec in diaconatus ordine, nec in subsequenti officio clericorum ab ecclesia (*ad Ecclesiam*) cuiquam transire sit liberum, vt in integrum reuoces, admonemus. *Leo ep. 84. ad Nicet. Aquileien. Episcop. in fine.*

Cap. IV.

Presbyteri, diaconi, qui dimittunt loca sua, & ad alia se transferunt, deponantur. *Arel. ca. 22. Burc. l. 2. c. 95. Iuo l. 3. tit. 6. c. 4. pan. & par. 6. ca. 172. decr.*

Cap. V.

Nullus cuiusque ordinis clericus, non diaconus, non presbyter, nõ Episcopus, quacunque occasione faciente, propriam relinquat ecclesiam, sed omnino aut excommunicetur, aut redire cogatur, &c. *Arel. ij. c. 13.*

Cap. VI.

Presbyter, diaconus, clericus non relinquat suam parœciam; si admonitus non redeat, deponatur. *Antioc. c. 3. Aquisf. c. 71. Mar. Brach. c. 34. Ans. l. 7. c. 195.* *7. q. 1. § quia. 24.*

Cap. VII.

Sacerdotes, & Leuitæ, & sequentis ordinis clerici, qui in diuersas Imperii vestri partes, maximeque in Italiæ regionem fuga lapsi sunt, vestra auctoritate per missos vestros diligenter perquirantur, & in præsentiam vestram venire compellantur; & per vestram clementiam vnicuique Ecclesiæ, à qua per contumaciam defecerunt, restituantur. *Paris. sub Lud. & Loth. l. 3. c. 13.*

Ne diaconus sine litteris sui Episcopi suscipiatur. Tit. XII.

CAPVT I.

EPiscopus, presbyter, diaconus peregrinus sine commendatitiis non suscipiatur, neque cum eis ad communionem, nisi bene sentiat de religione, sed ad necessaria tantum. *Ap. 33. G. 34. L.*

Cap. II.

Presbyteri, vel diaconi, qui de alio Episcopo ad alium non transeunt, vel quicumque clerici sine commendatitiis à suo Episcopo litteris non recipiantur. *Greg. vij. in conc. Rom. ann. incer. cap. 23.*

CAP. III.

Presbytero, aut diacono, aut clerico sine Antistitis sui epistolis ambulanti communionem nullus impendat. *Agath ca. 52. Epaun. c. 6. Aur. iij. c. 15. Worm. c. 18. Burc. l. 2. c. 44. Iuopar. 6. c. 145. decr.*

De vita, & honestate diaconorum, & hypodiaconorum. Tit. XIII.

CAPVT I.

De cons. d. 5. c. 37. NOn oportet ministros altaris, vel quoslibet clericos spectaculis aliquibus, quæ aut in nuptiis, aut in conuiuiis exhibentur, interesse; sed ante quam thymelici ingrediantur, surgere eos, & inde abire. *Laod. ca. 54. Aqu. c. 83. Mar. Brac. c. 60. Iuo par. 11. c. 78. decr. Cas. l. 8. cap. 83.*

CAP. II.

Episcopus, presbyter, atque diaconus tam sancta conscientia resplendeant, vt effugiant probitate actuum, maledicorum obloquia, & testimonium in se diuinum implere contendant, quo Dominus ait: Sic luceat lumen vestrum coram hominibus, vt videntes vestra bona opera glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est. *Aruer. c. 15. Matisc. c. 1.* *Mat. 5.*

CAP. III.

Nullus clericus, subdiaconus, diaconus, vel presbyter in plateis resideat, certe nec in plateis stare, & fabulis diuersis commisceri. Quod si quis facere præsumpserit, repellendum omnino ab officio, & execrandum, si non emendauerit; & à communione, & ab officio priuetur. *Narbon. c. 3.*

De temperantia diaconi, & hypodiaconi in victu. Tit. XIV.

CAPVT I.

Dist. 35. c. 1. EPiscopus, presbyter, diaconus aleæ, vel ebrietati deditus, cesset, vel deponatur. Subdiaconus, lector, cantor similia faciens, cesset, aut excommunicetur. *Ap. c. 42. & 43. Raba. c. 28. de pœn. Burc. lib. 14. c. 5. Iuo lib. 3. tit. 15. c. 4. panor. & par. 13. c. 73. decr. Casar. lib. 8. c. 50. & 100.*

CAP. II.

Dist. 44. non oportet. c. 1. Quod non oporteat sacro ministerio deditos à presbyteris vsque ad diaconos, & reliquum Ecclesiasticum ordinem, &c. ingredi tabernas. *Laod. cap. 24. Aqui(gr. cap. 60. Capitul. lib. 1. cap. 24. Burch. lib. 2. ca. 131. Iuopar. 6. 205. decr.*

CAP. III.

Ne cleri. vel monach. c. 1. Greg. ix. & in 1. collect. Ministri altaris Domini, vel monachi, &c. à negotiis sæcularibus omnino abstineant. Multa sunt ergo negotia sæcularia: de his tamen pauca perstrinximus, &c. In deliciis viuere velle, gulam, & ebrietatem sequi, &c.

Magunt. sub Carolo c. 14. & Magunt. sub Rab. ca. 13. Capit. l. 7. c. 172. in addit. Bur. l. 8. c. 90. Iuopar. 7. c. 108. decr.

CAP. IV.

Episcopi, & Dei ministri non debent comessationibus, & vinolentiis nimis incumbere: sed considerent sententiam Domini dicentis: Attendite, ne grauentur corda vestra in crapula, & ebrietate, moderate enim eibum, & necessarium potum sumant; vt iuxta Apostolum, sobrij sint, parati ad seruitium Domini. *Remen. c. 18. Burc. lib. 14. c. 2. Iuo par. 13. c. 71. decr.* *Luc. 21. f.* *1. Pet. 5. b*

De castitate diaconi, & hypodiaconi. Tit. XV.

CAPVT I.

EPiscopos, presbyteros, & diaconos, ita placuit, vt condecet sacrosanctos Antistites, & Dei sacerdotes, nec non & Leuitas, vel qui sacramentis diuinis inseruiunt, continentes in omnibus quo possint simpliciter, quod à Deo postulant, impetrare: vt quod Apostoli tradiderunt, & ipsa seruauit antiquitas, nos quoque custodiamus. *Carth. c. 3. & 4. G. Carth. y. c. 2. L. Raban. c. 29. de pœn. Iuo li. 3. tit. 8. c. 10. pan.* *Dist. 31. c. 3. & dist. 84. c. 3. cum in præterito.*

CAP. II.

Non solum castitatem retinendam Pontifices suo corpore censeant, sed & presbyteris, & diaconibus ministrantibus Dei altaribus, modis omnibus obseruandam constituant vt ex his, qui castitatis voluerit patientiam violare tali sorte coërceatur, vt vltimus, à quo est gradu deiectus, Deo amplius non ministret, sed sacerdotis sui electione sit tali claustro conseptus, vt cæteros suo exemplo corrigat, & ille ex pœnitentia reuiuiscat. *Toletan. sub Reccared. Rege xvi. Episc. c. 1.*

CAP. III.

Hoc sancta synodus fieri eligit, vt annuis vicibus vnusquisque nostrum omnes Abbates monasteriorum, vel presbyteros, & diaconos suæ diœcesis ad locum, vbi Episcopus elegerit, congregare præcipiat: &c. cunctosque sub Ecclesiasticis regulis adesse præmoneat: quosque etiam parsimoniæ, & sobrietati, atque vetidioæ castimoniæ honestorum virorum testimonium fama commendet. Sollicitum etiam pro hac te vnumquemque nostrum esse conuenit; vt curiosa indagine perquiramus, si presbyteris, & diaconibus atque subdiaconibus, & clericis pudica, & casta sit vita, &c. *Oscen. syn.*

CAP. IV.

Sancta instituit synodus, vt constitutio, quæ dudum in concilio Oscensi constitura quidem, sed minime conscripta fuit, confirmata, & in perpetuum valitura perduret; & omnia, quæ ex castimonia presbyterorum, & inferius clericorum conscripta sunt, habeant

habeant eandem formam, &c. *Syn. Egar.*

C A P. V.

Quando Presbyteri, aut diaconi per Parochias constituuntur, oportet eos primum professionem Episcopo suo facere, vt caste, & pie viuant sub Dei timore; vt dum eos talis professio obligauerit, vitæ sanctæ disciplinam retineant. *Tolet. iv. cap. 26. Capit. lib. 7. cap. 466. Burch. lib. 2. c. 157. Iuo lib. 3. tit. 2. c. 15. panor. & par. 3. s. 130. & par. 6. cap. 248. decr. Ansel. lib. 7. cap. 106.*

Ne diaconus, vel hypodiaconus vxorem ducere audeat, aut concubinam habere. Tit. XVI.

CAPVT I.

NVllus subdiaconorum ad nuptias transire, aliqua præuaricatione præsumat. *Silvest. in synod. Rom. cclxxxiv. Episcoporum cap. 8.*

C A P. II.

Dist. 32. c. 5. nullus. & 6. præter ea. Quicunque sacerdotum, diaconorum, subdiaconorum post constitutum beatæ memoriæ prædecessoris nostri sanctissimi Papæ Leonis de castitate clericorum, concubinam palam duxerit, vel ductam non reliquerit; ex parte omnipotentis Dei, auctoritate beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, præcipimus, & omnino contradicimus; vt missam non cantet, neque Euangelium, vel epistolam ad missam legat, neque in Presbyterio ad diuina officia cum his, qui præfatæ constitutioni obedientes fuerint, maneat, neque partem ab Ecclesia suscipiat, quousque à nobis sententia super huiusmodi, Deo concedente, procedat. *Nicol. ij. in syn. Rom. cxiij. Episcopor. c. 3. Iuo lib. 3. tit. 11. c. 3. panor. Cæsar. lib. 8. cap. 44.*

C A P. III.

Dist. 27. c. 3. Presbyteris, diaconibus, subdiaconibus, & monachis concubinas habere, seu matrimonia contrahere penitus interdicimus: contractaq; matrimonia ab huiusmodi personis disiungi, & personas ad pœnitentiam debere redigi, iuxta sacrorum canonum definitionem iudicamus. *Callist. ij. in syn. Rom. c. 20. Pœnit. Rom. lib. 8. cap. 8.*

C A P. IV.

Dist. 28. c. 2. Decernimus, vt hi, qui in ordine subdiaconatus, & supra vxores duxerint, aut concubinas habuerint, officio, atque Ecclesiastico beneficio careant, &c. [Statuimus, quatenus Episcopi, Presbyteri, diaconi, subdiaconi, regulares, &c. qui sacrum † transgredientes propositum, vxores sibi copulare præsumpserint, separentur, &c. Qui etiam ab inuicem separati pro tantis excessibus condignam pœnitentiam agant *Inn. ij. in syn. Rom. c. 5. Eug. iij. in syn. Rem. c. 7. Pœnit. Rom. tit. 8. c. 7. & in fine Iuonis panorm.*

27. q. 1. c. 40. † sanctũ.

C A P. V.

Qui in ordine subdiaconatus, aut supra vxores duxerint, aut concubinas habuerint, officio, atque Ecclesiastico beneficio careant. *Eugen. iij. in syn. Rem. c. 3. in edit. c. 2.*

C A P. VI.

Episcopi, Presbyteri, diaconi, subdiaconi, regulares canonici, &c. qui sacrum transgredientes propositum, vxores sibi copulare præsumpserint, separentur, &c. & agant pœnitentiam. *Eugen. iij. in concil. Rem. c. 7.*

C A P. VII.

Lex continentiæ eadem est ministris altaris, quæ Episcopis, atque Presbyteris, qui cum essent laici, siue lectores, licite, & vxores ducere, & filios procreare potuerunt; sed cum ad prædictos peruenerint gradus, cœpit eis non licere, quod licuit, &c. *Leo epist. 92. ad Rustic. Narbon. Episcop. cap. 3. Burch. lib. 2. c. 114. Iuo lib. 3. tit. 8. c. 23. pano. & par. 6. c. 68. decr. Anselm. lib. 7. cap. 135. Cæsar. lib. 8. c. 57. Tarrac. lib. 1. cap. 101.* Dist. 32. c. 10.

C A P. VIII.

Cognouimus, quod quidam diaconus, nomine Ioannes, postquam consecratus est minister, accepisset vxorem, &c. Si ita est, hoc tua fraternitas pro Dei amore corrigat, &c. *Vital. ep. 3.*

C A P. IX.

Subdiaconus defuncta vxore, si vxorem aliam duxerit, ab officio, in quo ordinatus fuerat, remoueatur, & habeatur inter ostiarios, & lectores, &c. Qui vero tertia acceperit, abstentus biennio, postea inter laicos reconciliatus per pœnitentiam communicet. *Tolet. c. 4. Mar. Brac. c. 44.* Dist. 34. c. 17. si subdiac.

C A P. X.

Si quis diaconus in captiuitate redactus, vxori fuerit copulatus, reuersus ab officij omnino ministerio remouendus est; cui sufficere debet pro actus sui leuitate, impleta pœnitentia, pro satisfactione communio. *Aurel. ij. cap. 8.*

C A P. XI.

Relatum est nobis, quosdam subdiacones, postquam ad sacri ordinis peruenerint gradum, carnis immunditia sordidari, cum scriptum sit: Mundamini, qui fertis vasa Domini, &c. & nouis vxoribus quoque copulari, asserentes hoc ideo sibi licere, quia benedictionem à Pontifice se nesciunt percepisse, &c. Ideo cum subdiacones ordinantur, cum vasis ministerij benedictio eis ab Episcopo detur: sicut in quibusdam Ecclesiis vetustas tradit antiqua, &c. omni ab illis sorde mulierum ac familiaritate remota. Quod si hoc vulnere deinceps fuerint sauciati; mox erunt sub pœnitentiæ oneribus vsque ad extremum vitæ monasterijs religandi. Esa. 52. c.

C A P. XII.

Apud Apostolicos canones reperitur, in clerum vocatos ante nuptias posse vxores ducere lectores, & cantores tantum: statuimus subdiaconum, diaconum, Presbyterum post ordinationem non posse vxorem ducere, si

fecerit, deponatur, &c. *Trull. cap. 6. Vid. Apost. cap. 26. G. 27. L.*

Cap. XIV

Presbyteri, & diacones, & subdiaconi, sicut lex canonum præcipit, nec vxores, neque concubinas habeant; & qui eas modo habent, ita eas sine mora peracto hoc concilio derelinquant, vt nunquam vlterius ad eas accedant. Qui vero derelinquere eas noluerint, à proprio gradu, & officio cessent; & inter lectores, & cantores permaneant. *Bituricen. c. 5. apud Lemonicen. act. 2.*

Cap. XV.

Episcopi nullum amplius ad subdiaconatus gradum ordinent, nisi in præsentia Episcopi ante altare sedis Deo promittat, nunquam se habiturum vxorem, neque concubinam; & si tunc eam habuerit, mox ei abrenuntiet. *Bituricen. c. 6. apud Lemouic. act. 2.*

Diaconus, & Hypodiaconus, qui habet vxorem, abstineat ab ea.

Tit. XVII.

CAPVT I.

QVod dignum, & pudicum, & honestum est, suademus; vt sacerdotes, & Leuitæ cum vxoribus suis non coëant: quia in ministerio diuino quotidianis necessitatibus occupantur. Ad Corinthios namque Paulus scribit. Abstinete vos, & vacetis orationi. Si ergo laicis abstinentia imperatur, quanto magis sacerdos vtique omni momento paratus esse debet munditiæ puritate secutus? &c. *Syric. in syn. Rom. ep 4. c. 9. apud conc. Telen. Vid. Inn. ep. 2. c. 9. & ep. 3. c. 1.*

1. Cor. 7. d.

Cap. II.

Sacrorum canonum instituta renouantes præcipimus; vt à tempore subdiaconatus nulli liceat carnale commercium exercere: quod qui deprehensus fuerit, ordinis sui periculum sustinebit. *Vrban. ij. in syn. apud Melfi. cap. 2.*

Cap. III.

Dist. 32. c. 10.

Eos, qui subdiaconatus vxoribus vacare voluerint; vt ab omni sacro ordine remoueamus, officioque, atque beneficio Ecclesiæ carere decernimus. Quod si ab Episcopo commoniti non se correxerint, Principibus licentiam indulgemus, vt eorum fœminas mancipent seruituti, &c. *Vrba. ij. in syn. apud Melfi. c. 12. Iuo lib. 3. tit. 8. c. 18. panor.*

Cpa. IV.

Presbyteris, diaconibus, & subdiaconibus concubinarum, & vxorum contubernia penitus interdicimus, &c. *Callist. ij. in conc. Rom. c. 3.*

Cap. V.

De conse. dist. 2. c. 23. trib. in fin. 1. Reg. 21. b.

Vnde scis tu, qui passim sacrarij † panes indignis impendis, si à mulieribus mundi sunt? Vnde & Dauid ab Achimelech, &c. panes propositionis accepit, &c. Ad dominica autem ministeria † tales eligantur, qui ante ordinationem suam coniuges suas non nouerint. Quod si post ordinationem ministro altaris cõtigerit proprium inuadere cubile vxoris; sacrarij non † intret limina, nec ab offerentibus holocausti oblationem suscipiat, nec † ad Dominici corporis portionem † accedat, sed † aquam sacerdotibus porrigat ad manus; ostia forinsecus claudat, minora gerat officia; vrceum, siue calicem ad altare non sufferat. *Clem. epist. 2. post prin. Iuo par. 2. cap. 86. & par. 6. cap. 87. decr. Ansel. lib. 8. cap. 2. Cæsar. lib. 8. cap. 59.*

Dist. 81. ministri. c. 19.
† sacrarij. † mysteria † portionem † one

Cap. VI.

Dist. 81. c. 3.

Plurimos sacerdores Christi, atque Leuitas, post longa consecrationis suæ tempora, tam de coniugibus proprijs, quam etiam de turpi coitu sobolem didicimus procreasse, & crimen suum hac præscriptione defendere; quia in veteri testamento sacerdotibus ac ministris generandi facultas legitur attributa, &c. Quarum sanctionum sacerdotes omnes, atque Leuitæ insolubili lege constringimur; vt à die ordinationis nostræ sobrietati, ac pudicitiæ, & corda nostra mancipemus, & corpora; dummodo per omnia Deo nostro in his, quæ quotidie offerimus, sacrificijs placeamus. Qui autem in carne sunt, &c. Deo placere non possunt, &c. Ignoranter lapsi sine vllo honoris augmento, in hoc, quo detecti sunt, quamdiu vixerint, officio perseuerent; si tamen posthac continentes se studuerint exhibere. Hi vero, qui illiciti priuilegij excusatione nituntur, & sibi asserunt veteri hoc lege concessum; nouerint se ab omni Ecclesiastico honore, quo indigne vsi sunt, Apostol. sedis auctoritate deiectos, nec vnquam posse veneranda attrectare mysteria, à quibus se ipsi, dum obscœnis cupiditatibus inhiant, priuauerunt, &c. Si quilibet Episcopus, Presbyter, atque diaconus deinceps fuerit talis inuentus, iam nunc sibi omnem per nos indulgentiæ aditum intelligat obseratum; quia ferro, necesse est, exscindantur vulnera, quæ fomentorum non senserint medicinam. *Syric. epist. 1. cap. 7. Iuo part. 6. c. 50. decr. Cæsar. lib. 8. c. 53. Tarrac. lib. 6. cap. 35.*

Leu. 21. Luc. 1. d. Rom. 8. b. Dist. 82. quia. c. 4.

Cap. VII.

Dist. 91. tenere. c. 4.

Præterea, quod dignum, & pudicum, & honestum est, tenere Ecclesia omnino debet; vt sacerdotes, & Leuitæ cum vxoribus suis non misceantur, &c. *Innoc. epist. 2. cap. 9. Burch. lib. 2. cap. 118. Iuo lib. 3. titul. 8. cap. 11. panor. & part. 6. cap. 94. & 194. decr. Ansilm. lib. 7. cap. 132.*

Cap. VIII.

Dist. 82. c. 2.

Proposuisti, quid de his obseruari debeat, quos in diaconij ministerio, aut in officio Presbyterij positos, incontinentes esse, aut fuisse, generati filij prodiderunt. De his & diuinarum legum manifesta est disciplina, & beatæ recordationis viri Syricij Episcopi monita euidentia commearunt; vt incontinen-

tes in officiis talibus positi, omni Ecclesiastico honore priuarentur, nec admittantur ad tale ministerium, quod sola continentia oportet impler. Est enim vetus admodum sacræ legis auctoritas, iam inde ab initio custodita, quod in templo anno vicis suæ habitare præcepti sunt sacerdotes, vt seruientes sacris oblationibus puros, † & ab omni labe purgatos † sibi vindicent diuina mysteria; neque [eos ad sacrificia fas sit admitti, qui exercent vel cum vxore carnale consortium; quia scriptum est: Sancti estote, quia & ego sanctus sum Dominus Deus vester. Quibus vtique propter sobolis successionem vxoris vsus fuerat relaxatus, quia ex alia tribu, &c. ad sacerdotium nullus fuerat præceptus accedere: quanto magis hi sacerdotes, vel Leuitæ pudicitiam ex die ordinationis suæ seruare debent, quibus vel sacerdotium, vel ministerium sine successione est; nec præterit dies, qua vel à sacrificiis diuinis, vel à baptismatis officio vacent? &c. Si ad aliquos forma ista Ecclesiasticæ vitæ, pariter & disciplinæ, quæ ab Episcopo Syricio ad Prouincias commeauit, non probabitur peruenisse, his ignorantibus venia remittetur; ita vt de cætero penitus incipiant abstinere, & ita gradus suos, in quibus inuenti fuerint, sic retenteant; vt eis non liceat ad potiora conscendere, † quibus in beneficio esse debet, quod hunc ipsum locum, quem retinent, non amittunt. Si qui autem scisse formam viuendi missam à Syricio deteguntur, neque statim cupiditates libidinis abiecisse, illi sunt modis omnibus submouendi; quia post admonitionem cognitam, præponendam arbitrati sunt voluptatem. *Inn. ep. 3. c. 1. & ep. 2. c. 9. Troslei. c. 9. Iuo lib. 3. tit. 8. c. 12. & tit. 11. c. 5. panor. & par. 6. c. 57. decr. Ansel. lib. 8. c. 8. Tarrac. lib. 6. cap. 194.*

Luc. 1. a. 1. p. 24. c. — † *pui.* — † *purgati.* — *Dist. 31. c. 6.* — *Leu. 11. g. & 20. b.* — † *ascendere.*

Cap. IX.

Cum extra clericorum ordinem constitutis nuptiarum societati, & procreationi filiorum studere sit liberum; ad exhibendam tamen perfectæ continentiæ puritatem, nec subdiaconibus quidem carnale connubium conceditur, vt, & qui habent, sint tanquam non habentes, & qui non habent permaneant singulares. Quod si in hoc ordine, qui quartus à capite est, dignum est custodiri; quanto magis in primo, aut secundo, vel tertio seruandum est? ne aut leuitico ministerio, aut Presbyterali honori, aut Episcopali excellentiæ quisquam idoneus existimetur, qui se à voluptate vxoria necdum frænasse detegitur. *Leo ep. 82. cap. 4. ad Thessal. Episc. Burc. lib. 2. c. 148. Iuo lib. 7. tit. 18. c. 3. pan. & p. 6. c. 98. & c. 221. decr. Ansel. lib. 7. c. 137.*

Dist. 32. omnium c. 3. — *1. Cor. 7. b.*

Cap. X.

Placuit in totum prohibere Episcopis, Presbyteris, diaconibus, ac subdiaconibus positis in ministerio, abstinere se à coniugibus suis, & non generare filios, &c. *Elib. c. 33.*

Cap. XI.

Tres gradus sacerdotij castos esse oportet, Episcopos, & Presbyteros, & diaconos, quod Episcopi, sacerdotes, & Leuitæ diuinis sacrificiis seruiunt, vt possint à Deo, quod petunt, impetrare. & quod ab Apostolis traditum est, & ab antiquitate seruatum, nos obseruemus. Ab vxoribus abstineant Episcopi, Presbyteri, diaconi, & omnes, qui sacra contingunt, &c. Pudicitia custodiatur ab omnibus his, qui altari seruiunt. *Carth. 3. & 4. G. Carth. 11. c. 2. L. Raban. c. 29. de pænit. Iuo lib. 3. tit. 8. c. 10. panor.*

Dist. 84. c. 3. cum in præterit. & dist. 3. c. 3. Episc.

Cap. XII.

Episcopus, Presbyter, diaconus, subdiaconus, qui ab vxore non abstinet, ab officio Ecclesiastico amoueatur. *Carthag. capit. 25. G. Carthag. v. capit. 3. L. Afric. cap. 37. L. Trul. 13. Magun. sub Arnul. cap. 19. Iuo lib. 3. tit. 8. cap. 22. pan. Ansel. lib. 8. cap. 7.*

Dist. 32. placuit. c. 13. dist. 84. c. 4. cum de quorundam.

Cap. XIII.

Diacones, si vel integri, vel casti sint, & continentis vitæ, etiam si vxores habeant, in ministerio constituantur; ita tamen; vt si qui etiam ante interdictum, quod per priores ante nos Episcopos constitutum est, incontinenter cum vxoribus vixerint, Presbyterij honore non cumulentur. *Tolet. c. 1. Iuo lib. 3. tit. 8. c. 5. panor.*

Cap. XIV.

Placuit, vt si Presbyteri, vel diaconi coniugati ad torum vxorum suarum redire voluerint, Papæ Innocentij ordinatio, vel Syricij Episcopi auctoritas sequetur. Quod si ad aliquos formula illa Ecclesiasticæ vitæ, pariter & disciplinæ, quæ à Syricio Episcopo ad Prouincias commeauit, non probabitur peruenisse, eis ignorationis venia remittitur; ita, vt de cætero penitus incipiant abstinere; & ita gradus suos retineant, vt ad potiora, eis non liceat, ascendere quibus in beneficio esse debet, quod locum ipsum, quem retinent, non amittunt. Si qui autem scisse formam viuendi missam à sancto Syricio Episcopo deteguntur, neque statim cupiditates libidinis abiecisse; illi sunt modis omnibus submouendi; eo quod post admonitionem cognitam, præponendam arbitrati sunt voluptatem. *Agath. cap. 9. Vid. Syric. ep. 1. capit. 7. & epist. 4. cap. 9. Innocent. epist. 2. cap. 9. & ep. 3. cap. 1.*

Cap. XV.

Non ordinentur diacones coniugati, nisi qui prius conuersionis proposito confessi fuerint castitatem. *Arausi. 22.* Si quis autem post acceptam benedictionem leuiticam, cum vxore sua incontinens inuenitur, ab officio abiiciatur. *Arausi. 23.*

Dist. 28. præterea. c. 7.

Cap. XVI.

Licet à Patribus nostris fuerit constitutum vt quicumque sacerdos, vel Leuita filiorum procreationi operam dare fuisset coniu-

ctus, à communione Dominica abstineret: nos tamen, &c. decreuimus; vt sacerdos, vel Leuita coniugali concupiscentiæ inhærens, vel à filiorum procreatione non desinens, ad altiorem gradum non conscendat, &c. Sed vt hæc valeant obseruare, fomitem omnium vitiorum oportet abscindi Apostolo præcipiente: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria, &c. Neque fornicatores, neque idolis seruientes, neque ebriosos regnum Dei possessuros. *Turon. c. 2.*

Eph. 5. d.
1. Cor. 6.

CAP. XVII.

Nullus clericorum à subdiacono, & supra, quos vxores in proposito suo accipere inhibetur: propriæ, si forte iam habeat, misceatur vxori; quod si fecerit, laïca communione contentus, iuxta priorum canonum statuta, ab officio deponatur. Quem si sciens Episcopus suus in hac vilitate permixtionis viuentem, ad officium postea admiserit, & ipse Episcopus ad agendam pœnitentiam tribus mensibus à suo officio sequestratus maneat. *Aurel. iij. cap. 2.*

CAP. XVIII.

Cum Presbyteri, atque diaconi sublimi dignitatis apice prærogentur, actibusque omnino sæculi renuntient, & ad sacrum ministerium electi repudient; & quisquis est Presbyter, atque diuino munere benedictione percepta, vxoris suæ prius, frater illico efficiatur ex coniuge; † attamen quosdam, &c. inhibita coniugia reperisse reperimus, quod nati etiam filij prodiderunt. Quod quisquis fecisse cognoscitur, omni in perpetuum, quam admisso iam crimine perdidit, dignitate priuabitur. *Aruer. c. 12.*

† & coniugia.

CAP. XIX.

Ab officio degradentur sacerdotes, & diaconi, qui cum coniugibus suis communem lectulum, vel cællulam habuerint. *Aurel. iv. c. 17.*

CAP. XX.

Si inuentus fuerit Presbyter cum sua Presbytera, aut diaconus cum sua diaconissa, aut subdiaconus cum sua subdiaconissa: annum integrum excommunicatus habeatur, & depositus ab omni officio clericali, &c. inter lectores in psallentium choro colligatur. *Turon. ij. cap. 20.*

CAP. XXI.

Si quis clericus post acceptam benedictionem cuiuslibet loci, vel ordinis, ad coniugalem torum iam sibi illicitum, denuo redire præsumpserit, vsque in diem vitæ ab honore accepti ordinis, sicut habent antiquorum Patrum canones, ab officio deponatur; ei tantummodo communione concessa. *Aurel. v. cap. 14.*

CAP. XXII.

Compertum est à sancto concilio, Episcopos, Presbyteros, & diacones venientes ex hæresi, carnali adhuc desiderio vxoribus copulari. Ne ergo de cætero hoc fiat, præcipitur, quod & canonibus prioribus continetur; vt non liceat eis viuere libidinosa societate sed manente inter eos coniugali fide † communem vtilitatem habeant, & non sub vno conclaui maneant, &c. Si quis vero post hanc conuentionem obscœne cum vxore elegerit viuere, vt † lector habeatur. Qui vero semper † iste sub canone Ecclesiastico iacuerint, si contra veterum imperata, in suis cællulis mulierum, quæ infamiæ suspicionem possunt generare, consortium habuerint; illi canonice quidem distringantur, mulieres vero ab Episcopis venundentur, & pretium ipsum pauperibus erogetur. *Tolet. iij. c. 5.*

† lege.

CAP. XXIII.

Quicumque vxoribus iuncti ad diaconatus, aut Presbyteratus ordinem quoquo modo peruenerint, non solum lecto, sed etiam frequentatione quotidiana debeant de vxoribus suis sequestrari. Quod si, quod Deus auertat, de eorum familiari contubernio post acceptam benedictionem infans natus paruerit, ab officij gradu priuetur. *Lugd. 4. c. 1.*

CAP. XXIV.

Episcopi, Presbyteri, vel vniuersi honoratiores clerici, cum sublimi dignitatis apice sublimantur, actibus omnino renuntient sæculi, & sacro electi ministerio repudient carnale consortium, &c. & quisquis ille est, diuini muneris benedictione percepta, vxori suæ pius frater illico efficiatur ex coniuge, &c. *Matisc. cap. 11.*

CAP. XXV.

Non licet Presbytero in vno lecto post acceptam benedictionem cum Presbytera dormire, nec in peccato misceri, nec diacono, nec subdiacono. *Antiss. c. 21.*

CAP. XXVI.

Peruenit ad nos, quosdam sacerdotes, & ministros obliuiscentes maiorum, & veterum constitutorum, aut vxorum, aut quarumcunque fœminarum immunda societate, & execrabili contagione turpari; & pessima cordis obstinatione, tam sacris litteris, quam Patrum regulis obuiantes, &c. quibus quanto est pertinacior vis † in malis, tanto austerioribus conuenit obuiare decretis, &c. Omnes Episcopi id ipsum in suis quærere sollicite curent; & cum repererint, omnes placita cautione taliter distringant, vt nunquam vlterius tam abominanda committant, &c. *Tolet. viij. cap. 5.*

† visus.

CAP. XXVII.

In Romana Ecclesia in ordine canonis traditur, vt qui ad ordinem diaconi, vel Presbyteri veniunt, promittant se suis vxoribus non copulare, &c. *Trul. 13. Iuo lib. 3. tit. 8. cap. 3. panor.*

Dist. 31. quoniam 13.

CAP. XXVIII.

Placuit, vt Episcopi, Presbyteri, diaconi, subdiaconi abstineant se à coniugibus, & non generent filios. Quod si hoc decretum violauerint, ab honore clericatus pellantur. *Worm. cap. 9.*

Ne apud diaconum, vel hypodiaconum habitent fœminæ, præter matrem, & sororem, &c. Tit. XVIII.

CAPVT I.

Dist. 32. c. 16. Interdixit per omnia magna synodus, non Episcopo, non presbytero, non diacono, nec alicui omnino, qui in clero est, licere subintroductam habere, nisi forte aut matrẽ, aut sororem, aut amitam, aut materteram, vel eas tantum personas, quæ suspiciones effugiunt. *Nica. c. 3. Aquisgr. cap. 39. Trosle. cap. 9. Martin. Brac. cap. 32. Iustin. Nouell. 123. in prin. Capitul. lib. 1. cap. 4. Burch. lib. 2. cap. 109. Iuo lib. 3. tit. 8. cap. 29. panor. & par. 6 cap. 186. decr. Ansel. lib. 7. cap. 133. Cæsar. lib 8. cap. 63.*

CAP. II.

Decret. Prelat. 4 Greg. ix. de cohab. cler. & mul. in I. coll. Clerici in sacris ordinibus constituti, qui mulierculas suas in domibus suis sub incontinentiæ nota tenuerint; aut abiiciant eas, & continentes viuant, aut ab officio, & beneficio ecclesiastico fiant alieni. *Alexand. iij. in concil. Later. cap. 11.*

CAP. III.

Presbyteri, vel diaconi subintroductas mulieres nullo modo secum audeant habi- † habere. tare, † nisi forsitan matrem suam, aut proximitatem generis sibi habentes, quæ suspiciones effugiant, sicut in synodo Nicæna continetur. Siquis vero præsumpserit præter statuta agere; sacerdotij sui priuetur honore. *Zachar. in synod. Rom. c. 2.*

CAP. IV.

Presbyteris, diaconibus, & subdiaconibus concubinarum, & vxorum contubernia penitus interdicimus, & aliarum mulierum cohabitationes, præter quas synodus Nicæna propter solas necessitudinum causas habitare permisit: videlicet, matrem, sororem, amitam, vel materteram, aut alias huiusmodi, de quibus nulla iuste valeat oriri suspicio. *Callist. ij. in conc. Rom. cap. 3.*

CAP. V.

Cum his, qui in sacro sunt ordine constituti, habitare mulieres perhibentur; de quibus ne antiquus humani generis inimicus exultet, omnium definiendum consensu est; vt præter eas, quas sacri canones complectuntur, alias mulieres habere secum non debeant. *Greg. ad Syagr. & Ætheri. Episc. lib. 7. reg. ep. 108. vel 110. cap. 3.*

CAP. VI.

Si quis de clericis à gradu diaconatus in solatio suo mulierem, præter auiam, matrem, sororem, filiam, neptem, vel conuersam secum vxorem habere præsumpserit, à communione alienus habeatur. Par quoque & mulierem, si se separare noluerit, pœna percellat. *Arel. ij. cap. 3.*

CAP. VII.

Antiqua concilia non siluerunt, vt nullus clericorum à gradu subdiaconatus, & supra, in consortio familiaritatis habeat mulierem; vel ingenuam, vel libertam, vel ancillam. Sed si sunt ei huiusmodi seruitia; matri, vel sorori, vel alij propinquæ contradat, & quidquid cum suis manibus perfecerint, propno Domino deferatur. Si propinqua deest, alterius domus adhærens quæratur, ita vt fœmina domum eius non ingrediatur, &c. *Toletan. ij. cap. 3.*

CAP. VIII.

Episcopus, presbyter, diaconus tam sancta conscientia resplendeant, vt effugiant probitate actuum maledicorum obloquia? & testimonium in se diuinum implere contendãt, quo Dominus ait: Sic luceat lux vestra coram hominibus, vt videant opera vestra bona, & glorificent Patrem vestrum, qui in cælis est. Matt. 5. Fugiatur ab his extranearum mulierum culpanda libertas; & tantum cum auia, matre, sorore, vel nepte, si necessitas compulerit, habitent; de quibus, vt priorum canonum series continet, nefas est aliud, quam natura constituit, suspicari. In cubiculo etiam horum, atque cællario, vel familiari quolibet seruitio, neque sanctimonialis vlla, neque extranea mulier, neque ancilla vllo modo admittatur. Quod si quis præceptorum Dei immemor crediderit contemnendum, sciat se auctoritate canonica, communionis fine dubio iacturam subire. *Aruer. cap. 15. & 16. Masisc. c. 1.*

CAP. IX.

Nullus clericorum Episcopus, presbyter, diaconus, subdiaconus, quasi sanctimonialem, aut viduam, vel ancillam propriam pro cõfirmatione rerum in domo sua stabilite præsumat; quæ & ipsa extranea est, dum non est mater, aut soror, aut filia; &c. Si quis Episcopus, presbyter, diaconus, subdiaconus, de hac re statuta Patrum, vel nostra temerare præsumpserit, excommunicetur. *Turon. ij. cap. 11.*

CAP. X.

Nullus Episcoporum, presbyterorum, & diaconorum; extranearum mulierum intra domum præsumat habere solatium, quibus etiam pro vtilitate sua aliqua familiarius regenda committat. Quod etiam de propinquis fœminis indicentes, similiter prohibemus; ne sub concessa sibi licentia parentali, ex earum sequipedis memoratorum vita, vel opinio polluatur. *Aurel. v. cap. 3.*

CAP. XI.

Licet iam prioribus canonibus fuerit statutum, placuit tamen renouare; vt si quis Episcopus, presbyter, aut diaconus, vel quicumque ex sacerdotali catalogo, præter personas, quæ in ipsis canonibus continentur, cũm qualicumque extranea muliere familiaritatem habere præsumpserit; quæ dedecoris, vel adulterij possit adferre suspicionem,

iuxta statuta canonum ab ordine degradetur. *Cabil. c. 3.*

CAP. XII.

Omnem fornicandi occasionem cupientes auferre, sancimus, vt nullus sacerdotum, siue quisque de clero absque honesto, & competenti testimonio, excepta sola matre, cum quibuslibet fœminis secrete se præsumat adiungere; & non solum cum extraneis mulieribus, sed nec cum ipsis etiam sororibus, vel propinquis; ne licentia sororum, vel propinquarum mulierum, quisquam solus familiarior habeatur ad perpetrandum scelus. Huius præceptionis transgressores sex mensibus se nouerint pœnitentiæ legibus subiacere. *Bracar. iij. cap. 4.*

CAP. XIII.

Quicumque clericatus vtuntur officio, extranearum mulierum familiaritatem habere prohibentur; matrum, sororum, aut filiarum sibi solatia intra domum suam nouerint tantum esse concessa. Sed quia sub occasione istarum personarum aliæ mulieres subintroduci cœperunt, sancti Africani canones decreuerunt, vt nec ipsi Episcopi, aut presbyteri soli habeant accessum ad viduas, vel virgines, vel quascumque fœminas: sed vbi, aut clerici præsentes sint, aut graues aliqui Christiani, &c. Hinc Christiani Imperatores legem decreuerunt dicentes: Presbyteris, diaconis, & subdiaconis, & aliis in clero scriptis, non habentibus vxores secundum regulas diuinas, interdicimus & nos, mulierem habere in sua domo, excepta matre, & filia, & sorore, & aliis personis, quę omnem quetelam effugiunt. Si quis autem aduersus istam obseruationē mulierem in sua domo habuerit, quę potest inferre suspicionem turpitudinis: & ille à conclericis suis audierit, quod cum tali muliere non debeat habitare, & noluerit eam à sua domo repellere, vel accusatore emergente probatus fuerit cum tali muliere inhoneste versari: tunc Episcopus secundum Ecclesiasticos canones clero eum repellat, curiæ ciuitatis eius, cuius clericus est, tradendum, &c. *Trosl. c. 9.*

CAP. XIV.

Decr. lib. cler. c. 1. in 1. collect. Nullus presbyter, diaconus, subdiaconus concubinam habeat: sed nec aliam fœminam, vnde mala suspicio habeatur, in vna domo secum teneat. *Pictau. c. 9.*

CAP. XV.

Nullus Episcopus, neque presbyter, neque diaconus, neque omnino aliquis ex clero licentiam habeat intromittendi ad se quasi adoptiuam aliquam mulierem, quasi in loco filiæ, aut sororis, aut matris: nisi forte sororem patris, vel matris, & illas solas personas, quę ab omni mala suspicione alienæ sunt. *Mar. Bra. c. 32. Vid. Nica. c. 3.*

Ne diaconus solus sermones conferat cum fœminis. Tit. XIX.

CAPVT I.

Clericus solus ad fœminę tabernaculum non accedat, nec properet sine maioris natu Principis iussione, &c. Nec Archidiaconus, aut diaconus sub prætextu officij humilitatis frequenter domicilia matronarum, &c. *Clem. epist. 2. post princip. Iuo par. 6. c. 89. decr. Ansel. lib. 7. c. 139.* *Dist. 81. c. 20.*

CAP. II.

Nullus diaconus, vel presbyter, vel Episcopus ad cællarij secretum intromittat puellam, vel ingenuam, vel ancillam. *Arel. ij. c. 4.*

CAP. III.

Episcopo, presbytero, diacono, vel diuersis clericis, horis indebitis, id est, meridianis, vel vespertinis ad fœminas prohibemus accessum, qui tamen si causam habuerit, cum presbyterorum, aut clericorum testimonio videatur. *Epaun. c. 20.*

CAP. IV.

De familiaritate extranearum mulierum, tam Episcopi, quam presbyteri, vel diaconi præteritorum canonum statuta custodiant. *Aurel. cap. 31. vel 29.*

CAP. V.

Nuper editum concilij Toletani decretum seruetur; vt si presbyteri, diaconi, vel clerici consortia extranearum fœminarum, vel ancillarum familiaritatem per sacerdotis sui admonitionem à se minus remouerint, sæculi iudices easdem mulieres cum voluntate, & permissu Episcopi comprehensas in suis iuris vsurpent; vt vitium hoc, dum sacerdos inhibere non preualet, potestas iudicialis coërceat: dato tamen ab eisdem iudicibus sacramento Episcopo, vt eas clericis nulla arte restituant, &c. *Hispal. 1. c. 3. Vid. Tolet. ii. cap. 3.*

CAP. VI.

Licet iam prioribus canonibus fuerit statutum, placuit tamen renouare: vt si quis Episcopus, presbyter, aut diaconus, vel quicumque ex sacerdotali catalogo, præter personas, quæ in ipsis canonibus continentur, cum qualicumque extranea muliere familiaritatem habere præsumpserit, quæ dedecoris, vel adulterij possit afferre suspicionem, iuxta statuta canonum ab ordine degradetur. *Cabilon. c. 3.*

CAP. VII.

Monasteria puellarum, quæ sub disciplinæ regula degunt, obstructius munitis claustris, nullo pareant, nisi forte summa compellente necessitate, aditu virorum. Sed neque presbyteri, vel diacones, vel quilibet de clero, &c. quasi visitationis, vel prædicationis causa, sine permissu Episcopi ciuitatis, sibi licentiam tribuant ineundi. *Foroiul. c. 12.*

De diaconis, & hypodiaconis, qui in fornicationem inciderunt. Tit. XX.

CAPVT I.

Dist. 81. c. 22. & c. 2 de cohab. cleric. & mulier. Greg. ix. & ini. collect. c. 3. tit. ii. Si quispiam sacerdotum, id est, Episcopus presbyter, aut diaconus, vel etiam subdiaconus, de quacumque fœmina, crimine fornicationis suspicatus, post primam, secundamque, & tertiam admonitionem Metropolitani, vel alterius Episcopi, aut eius, cui subiacere videatur, inueniatur fabulari cum ea, aliquove modo conuersari, canonice iudicetur. *Eugen. ii. & Leo iv. in syn. Rom. c. 15. Ansel. lib. 8. c. 9.*

CAP. II.

Dist. 32. c. 5. nullus. & c. 6. preter. Quicumque sacerdotum, diaconorum, subdiaconorum post constitutum beatæ memoriæ prædecessoris nostri sanctissimi Papæ Leonis de castitate clericorum, cõcubinam palam duxerit, vel ductam non reliquerit, &c. Missam non cantet, neque Euangelium, vel Epistolam ad Missam legat, neque in presbyterio ad diuina officia cum obedientibus maneat, neque partem ab Ecclesia suscipiat, quousque à nobis sententia super huiusmodi Deo concedente procedat. *Nicol. ij. in synod. Roma. c. xiii. Episcop. c. 3. Iuo lib. 3. tit. 11. c. 3. panor. Cæsar. lib. 8. cap. 44.*

CAP. III.

Nullus sacerdos, aut diaconus, vel subdiaconus, sed & nullus, qui canonicum habet, fornicationis sibi copulam adiungat, &c. *Vrban. ii. in concil. Claram. c. 9.*

CAP. IV.

Dist. 81. c. 11. presbyter. Nanm. 1. Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, qui in fornicatione, &c. captus est, deponatur: non tamen communione priuetur. Dicit enim Scriptura. Non vindicabit Dominus bis in idipsum. *Ap. 24. G. 25. L. Magunt. sub Arnul. c. 19. Tribur. c. 11. Raban. c. 2. de pœnit. Burch. lib. 2. c. 189. Inopar. 6. c. 234. Ansel. lib. 11. c. 30.*

CAP. V.

Si quos tua fraternitas repererit Episcopos, presbyteros, aut diaconos contra canones, vel statuta Patrum excessisse, id est, in adulterio, vel si plures vxores habuerunt, &c. nulla ratione Apostolica auctoritate permittat sacerdotio fungi: quia tales à suo proprio ore falsi nominantur sacerdotes, & peiores, ac deteriores sæcularibus esse noscuntur: qui se neque à fornicationibus, neque à nefariis matrimoniis abstinent, &c. *Zach. ep. 6. ante med. incip. Susceptis.*

CAP. VI.

Episcopi, presbyteri, diacones, si in ministerio positi, sint mœchati; propter scandalum, & nefandum crimen, nec in fine communionem accipiant. *Eliber. c. 18.*

CAP. VII.

15. q. 8. c. Quilibet, ab Episcopo vsque ad subdiaconum deinceps, qui vel ex ancillæ, vel ex ingenuæ detestando connubio, in honore constituti filios procreaverint, illi quidem, ex quibus geniti probabuntur, canonica censura damnentur, &c. *Tolet. ix. c. 10. Inopar. 6. cap. 425. decr.* *3. cum multa.*

CAP. VIII.

Si quis Episcopus, vel presbyter, vel diaconus, vel subdiaconus, &c. cum muliere Deo dicata coierit, deponatur, vt qui Christi sponsæ vitium attulerit. *Trull. c. 4.* *27. q. 1. c. 6.*

CAP. IX.

Sancimus, vt qui in his turpitudinibus sese implicari permiserint, & masculi in masculos hanc turpitudinem operauerint, † Episcopus, presbyter, aut diaconus de proprij honoris gradu deiectus, exilio perpetuo damnetur. *Tolet. xvi. c. 3.* *† operati fuerint.*

CAP. X.

Falsos presbyteros, & adulteros, vel fornicatores diaconos, & clericos de peculiis Ecclesiarum abstulimus, & degredauimus, & ad pœnitentiam coëgimus. *Fan. synod. Capit. lib. 5. cap. 2.*

CAP. XI.

Si quis presbyter, aut diaconus fuerit fornicatus, aut mœchatus; proiiciatur, & agat pœnitentiam. *Mar. Brac. cap. 27. Vid. Neocæs. cap. 1.*

De filiis Diaconorum, & aliorum clericorum. Tit. XXI.

CAPVT I.

Ne filij Presbyterorum, diaconorum, vel subdiaconorum canonicorum ad ordines, vel ad allos ordines Ecclesiasticos promoueantur, nisi monachus, vel regularis Canonicus fuerit. *Vrban. ij. in synod. Claram. c. 25.*

CAP. II.

Filij sacerdotum, vel clericorum spectacula sæcularia non exhibeant; sed nec spectent quandoquidem à spectaculo, & omnes laici prohibentur, &c. *Carth. iij. cap. 11.*

CAP. III.

Episcopi vel clerici suos filios non emancipent, nisi de moribus eorum fuerint, & ætate securi, &c. *Carth. iij. cap. 14.*

CAP. IV.

Filij Presbyterorum, siue diaconorum, siue subdiaconorum in sacerdotio, vel diaconatu, vel subdiaconatu nati, nullo modo vlterius ad clericatum suspiciantur, &c. Qui de talibus clerici non sunt, sacros ordines vlterius non accipiant; sed in quocumque gradu nunc sunt, in eo tamen † permaneant, vt vltra non promoueantur. *Bituricen. cap. 8. apud Lemouicen. act. 2.* *† maneant.*

CAP. V.

Statutum est, vt Episcopi, quando fecerint ordines, vel clericos, audiente populo excommunicent, vt nullus eis offerat ad clericatum

filium presbyteri, neque diaconi, neque subdiaconi, &c. *Bituric.c.11. apud Lemon. act.2.*

Diaconus, & hypodiaconus habeant semper secum testes suæ vitæ. Tit. XXII.

CAPVT I.

De conuersatione vitæ id statuere placuit, à Pontifice vsque ad subdiaconum post suscepti honoris officium, si quis ex coniugatis fuerit ordinatus, vt semper alterius fratris vtatur auxilio, cuius testimonio vita eius debeat clarior apparere. *Gerund.c.6.*

Cap. II.

Presbyteri, & diaconi, & subdiaconi vicani hoc studeant, vt mancipiola sua ibi maneant, vbi vxores suæ. Illi tamen segregatim solitarij in cælla iaceant, & orent, & dormiant. *Turon.ii.c.20.*

Cap. III.

Placuit, vt quemadmodum Antistites, ita presbyteri, atque Leuitæ, quos forte infirmitas, atque ætatis grauitas in conclaui suo manere non sinit, vt & iidem in cællulis suis testes vitæ habeant, vitamque suam, sicut nomine, ita meritis teneant. *Tolet:iv.c.22.*

Ne diaconi, aut hypodiaconi vsuras exigant. Tit. XXIII.

CAPVT I.

Dist.47. c.1. Episcopus, presbyter, diaconus vsuras à debitoribus exigens deponatur. *Ap.c.44. Capitul.lib.1.c.5. Burch.lib.2.c.119. Iuo lib.3. tit.13.c.2.panor.& part.6.cap.195.& par. 13.c. 15.decr.*

Cap. II.

14.q.4.c.2. Ministris, qui fœnerantur, iuxta formam diuinitus datam, à communione abstineant. *Arel.i.c.12. Iuo par.13.c.10.decr.*

Cap. III.

Clericus, à diaconatu & supra, pecuniam non commodet ad vsuras, nec de præstitis beneficiis quidquam amplius, quã datur, speret. Nec vt in exercendis negotiis turpis lucri cupiditate versetur; sicut publici negotiatores, qui ad populatores pensam† obseruant; aut sub alieno nomine interdicta negotia audeat exercere. Quod si quis aduersus hæc statuta venire præsumpserit, communione concessa ab ordine degradetur. *Aurel.iii.c.26.*

† mensam f.

Cap. IV.

Episcopus, presbyter, diaconus vsuras, vel centesimas accipiens, cesset, vel deponatur. *Trul.c.10.*

De diaconis, qui pretio ordines obtinent, aut res alias spiritales vendunt. Tit. XXIV.

CAPVT I.

Si Episcopus per pecuniam ordinauerit Episcopum, Chorepiscopum, presbyterum, diaconum, clericum, aut constituerit œconomum, defensorem, vel paramonarium, vel alium ex canone, idque fecisse probetur; de suo gradu periclitetur, & qui ordinatus est, nihil consequatur: sed sit alienus à dignitate, vel cura, quam emit. Si quis mediator huius turpitudinis fuit, clericus proprio gradu cadat; laicus, vel monachus anathematizetur. *Chalced.ca.2. Nicæ.ij.cap.5.Br.iij.c.7. Paris.sub Lud.& Loth.li.1.c.11. Nannet.c.7.Capitul. lib.1.c.19.Bur.lib.1.ca.112. Iuo lib.3.tit.9.c.3.pan. & par.5.cap.118.decr. Ansel.lib.6.c.81.Cæsar.lib. 4.c.21.* 1.q.1.c.8.

Cap. II.

Seruetur canon Apostolorum vt si quis ob pecunias fiat Episcopus, vel presbyter, vel diaconus, deponatur, & is, & qui ordinauit, & eiiciatur omnino à communione, vt Simon Magus à Petro, & secundo canone Chalced. dicitur: Si quis Episcopus &c. *Nicæ.ij.c.5.Vide Apost. c.29.G.30.L.*

Cap. III.

Si quis Episcopus, Presbyter, diaconus per pecuniam fiat, deponatur ipse, & qui eum ordinauit, & eiiciatur etiam à communione, vt Simon Magus à Petro. *Apost.c.29.G.30.L. Vid. Nicæ.ij.c.5. Bituric. act.2.Taras. CP.ante vij.syno. Capitul.lib.1.c.19.*

Cap. IV.

Nullus Episcopus, nec Presbyter, vel Abbas, seu diaconus per premium ad sacrum ordinem penitus accedat. Quod qui fecerit, ipso honore, quem præmiis comparare præsumpserit, omnino priuetur. *Cabilon.cap.16.*

Cap. V.

Nemo Episcopus, Presbyter, diaconus communionem dans ab accipiente exigat ob eam susceptionem obolos, vel speciem aliquam; non enim gratia venditur, neque pecunia sanctum Spiritum damus, sed doni meritis. Si vero quis id exigat, deponatur, vt Simonis amator. *Trull.c.23. Iuo par.2.c.92.decr.* 1.q.1. nullus. 100.

Cap. VI.

Sunt in quibusdam locis Scoti, qui se dicunt Episcopos esse, & multos negligentes absque licentia dominorum suorum, siue magistrorum Presbyteros, & diaconos ordinant, quorum ordinationem, quia plerumque in simoniacam incidit hæresim, & multis erroribus subiacet; modis omnibus irritam fieri debere, omnes vno consensu decreuimus. *Cabilo.sub Carol.cap.43.Capitul.lib.7.cap.66.in additis. Burchar.lib.1.cap.120. Iuo part.5.c.220. decret.*

Cap. VII.

Scimus diuinos canones omnes accipientes, aut dantes quippiam in ordinatione sacerdotali excommunicare; & à sacerdotij sanctitate repellere, &c. Omnis igitur Episcopus, aut diaconus conuictus, quod pecuniis, aut largitione ordinationem obtinuit; ab Episcopatu excidit. Et postea. Quorsum hæc dico? cum veritatis sermonem cognoscam, & eum, qui à diuinis Apostolis initiatus est, clamantem videam: Quod quicumque per pecuniam ordinatus est Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, alienus est à sacerdotali dignitate? *Tarasius Episcopus Constantinopolitanus epistol. ad Ioann. presbyterum, ante medium, & postea, ante vij. synod. Apost. c. 29. G. 30. L.*

Ne Diaconi, aut hypodiaconi negotiis sæcularibus operam dent. Tit. XXV.

CAPVT I.

Clerici in subdiaconatu, & supra, & in minoribus quoque ordinibus, si stipendiis Ecclesiasticis sustentantur, coram iudice sæculari aduocati in negotiis fieri non præsumant, &c. *Alex. iij. in conc. Later. c. 12.*

De postul. c. 1. Greg. ix. & in 1. collect.

Cap. II.

Nullus clericus rotariis, aut balistariis, aut huiusmodi viris sanguinum præponatur, nec illam chirurgiæ partem subdiaconus, diaconus, vel sacerdos exerceant, quæ ad vstionem, vel incisionem inducit, &c. *Inn. iij. in conc. gen. Later. c. 18.*

Ne cleri vel mon. cap. 9. Greg. ix. & c. 2. eo. tit. in 1. collect.

Cap. III.

Episcopus, presbyter, diaconus, si sæcularia negotia susceperit, deponatur. *Ap. 6. G. 7. L. Ansel. l. 6. c. 148.*

Dist. 88. c. 3.

Cap. IV.

Episcopus, presbyter, diaconus militiam exercens, si vult vtrumque retinere, Romanum magistratum, & sacram administrationem, deponatur. Nam quæ sunt Cæsaris, Cæsari; quæ sunt Dei, Deo. *Ap. c. 83.*

Matt. 22. Luc. 20.

Cap. V.

Episcopi, presbyteri, diaconi de locis suis negotiandi causa non discedant, nec circumeuntes prouincias, quęstuosas nundinas sectentur, &c. *Elib. c. 19.*

Cap. VI.

Episcopi, presbyteri, diaconi, conductores, vel procurarores non fiant; neque ex aliquo turpi, vel inhonesto quæstu cibum parent; scriptum est: Nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus. *Carth. cap. 16. G. Carth. iij. cap. 15. L. Verm. cap. 67. Burch. lib. 2. cap. 151. Ivo part. 6. cap. 242. decr. Anselmi lib. 7. cap. 151.*

21. q. 3. placuit. c. 3. 2. Tim. 2. 4.

Cap. VII.

Episcopus, presbyter, aut diaconus non sint conductores. *Hipponen. c. 17.*

Cap. VIII.

Neque presbyteri, neque diaconi, neque monachi villici fiant. *Cabilo. sub Carolo c. 12.*

Cap. IX.

Ministri altaris Domini, vel monachi, &c. à negotiis sæcularibus omnino abstineant. Multa sunt ergo negotia sæcularia; de his tamen pauca perstrinximus, ad quæ pertinet omnis libido, non solum immunditia carnis, sed etiam in omni concupiscentia carnali; quidquid plus iusto appetit homo, turpe lucrum, munera iniusta accipere, vel etiam dare pro aliquo sæculari quæstu; pretio aliquem conducere; contentiones, & lites, vel rixas amare; in placitis sæcularibus disputare, excepta defensione orphanorum, aut viduarum, conductores, aut procuratores esse sæcularium rerum; turpis verbi, vel facti ioculatorem esse, vel iocum sæcularem diligere; aleas amare; ornamentum inconueniens proposito suo quærere; in deliciis viuere velle; gulam, & ebrietatem sequi; pondera iniusta, vel mensuras habere; negotium iniustum exercere, &c. Quæ omnia, & his similia ministris altaris, &c. interdicimus, de quibus dicit Apostolus: Nemo militans Deo, implicat se negotiis sæcularibus. *Magunt. sub Carolo ca. 14. Magunt. sub Raban. cap. 13. Bur. l. 8. c. 90. Ivo par. 7. ca. 108. decr. Capit. l. 7. c. 172. in addit.*

Ne cler. vel mon. c. 1. Greg. ix. & in 1. collect. 2. Tim. 2. 4.

Ne Diaconus vestitu sæculari vtatur. Tit. XXVI.

CAPVT I.

Episcopus, presbyter, & diaconus sæculari indumento minime vtantur, nisi vt condecet, tunica sacerdotali; sed neque dum ambulauerit in ciuitate, aut in via, aut in plateis, sine operimento præsumat ambulare; præter si in itinere longo ambulauerit. Quia sicut mulier orans in ecclesia non velato capite, deturpat caput suum, iuxta Apostoli vocem; ita sacerdos sine operimento deturpat suum sacerdotium. Nam si temere præsumpserit contra statuta agere, communione priuetur, donec quæ statuta sunt, adimplere maturet. *Zachar. in syn. Rom. c. 3.*

21. q. 4. Episcopi, c. 3. 1. Cor 11.

Cap. II.

Decreuimus, vt presbyteri, vel diaconi non sagis, laicorum more, sed casulis vtantur ritu seruorum Dei. *Franc. syn. in fi. Capit. lib. 5. c. 2. in fine.*

Ne Diaconus venationi, aut aucupiis operam det. Tit. XXVII.

CAPVT I.

Episcopis, presbyteris, atque diaconibus canes ad venandum, & accipitres ad aucupandum habere non liceat. Quod si quis

Dis. 34. c. 2. Episcopum. c. 1.

talium perſonarum in hac voluntate † detectus fuerit, ſi Epiſcopus eſt tribus menſibus ſe ſuſpendat à communione, presbyter duobus menſibus ſe abſtineat; diaconus vero † ab omni officio, & communione ceſſabit. *Agath.c.55. Epaun.c.3.Verm.c.17.Bur.l.2.c.213 Iuo.l.3 tit.c5. c.1.pan.& p.5.c.366.& par.6.c.288.& par.13.cap. 30.decr.*

Cap. II.

Miniſtri altaris Domini, vel monachi, nobis placuit, vt à negotiis ſæcularibus omnino abſtineant, &c. Canes, & aues ſequi ad venandum, in omnibus quibuſlibet ſit cauſis, ſuperfluum eſſe. Ecce talia, & his ſimilia miniſtris altaris Domini, nec non & monachis omnino contradicimus. *Magunt.ſub Carol.cap.14.Magun.ſub Raban.cap.13.Capitul.lib.7. c.172.in addit. Burch.lib.8.c.90. Iuo par.7.c.108. decr.*

Diaconus non poteſt offerre ſacrificium. Tit. XXVIII.

CAPVT I.

DE Diaconibus quos cognouimus multis locis offerre, placuit minime fieri debere. *Arelat.t.c.15.*

Cap. II.

Non oportet miniſtros panem dare, neque calicem benedicere. *Laod.c.25.Aquiſ.78.*

Cap. III.

Miniſtrare diaconus, &c. non præſumat. *Agath.43.*

Diaconus non baptizet iniuſſu Epiſcopi, aut presbyteri, niſi cum neceſſitas compellat. Tit. XXIX.

CAPVT I.

DIaconos propriam conſtituimus ſeruare menſuram, nec vltra tenorem paternis canonibus deputatum, quippiam tentare. Nihil eorum ſuo miniſterio permittimus applicare, quæ primis ordinibus proprie decreuit antiquitas. Abſque Epiſcopo, vel presbytero baptizare non præſumant, &c. niſi neceſſitas extrema compellat, quod & laicis Chriſtianis facere plerumque conceditur. *Gelaſ.ep.1.cap.9. Bur.li.4.c.57.Iuo par.1.ca.252.& par.6.c.99.decr. Anſ.l.7.c.54.*

Cap. II.

Si quis diaconus regens plebem, ſine Epiſcopo, vel presbytero aliquos baptizauerit, Epiſcopus eos per benedictionem perficere debebit. Quod ſi ante de ſæculo receſſerit, ſub fide, qua quis crediderit; poterit eſſe iuſtus. *Elib.c.77.*

Cap. III.

Si diaconus, vel presbyter pro reatu ſuo ſe ab altaris communione ſub pœnitentis profeſſione ſubmouerint, ſic † quoque ſi alij defuerint, & cauſa certæ neceſſitatis exoritur, poſcentem baptiſmum liceat baptizare. *Aur. c.12.al.14.Iuo par.6.ca.368.& par.15.cap.18.decr. Tarrac.li.6.c.4.*

De diacono, vel hypodiacono, qui crimen capitale ante ordinationem, vel poſtea commiſit. Tit. XXX.

CAPVT I.

SVbdiaconem eum ordinari non debere, qui in adoleſcentia ſua fuerit mœchatus, eo quod poſtea per ſubreptionem ad altiorem gradum non ſit promouendus. Si autem aliqui ſunt in præteritum ordinati, amoueantur. *Eliber.c.30.*

Cap. II.

Si quis diaconum ſe permiſerit ordinari, & poſtea fuerit in crimine detectus mortis, &c. Si ſponte fuerit confeſſus, acta legitima pœnitentia poſt triennium accipiat communionem. Si alius detexerit, poſt quinquennium acta pœnitentia accipiat laicam communionem. *Elib.c.76.*

Cap. III.

Si Epiſcopus, presbyter, aut diaconus capitale crimen commiſerit, &c. ab officij honore depoſitus, in monaſterium retrudatur, & ibi quamdiu vixerit, laicam communionem accipiat. *Agath.c.50. Epaun.c.22.*

Cap. IV.

Si diaconus, aut presbyter crimen capitale commiſerit, ſimul & ab officio, & communione pellatur. *Aurel. cap. 9. vel 11. Tarrac. lib. 6. cap.4.*

Communia de Diaconis. Tit. XXXI.

CAPVT I.

EPiſcopus, presbyter, diaconus, aut ex caralogo facto, qui non communicet ſine iuſta cauſa, excommunicetur. *Ap.cap.8. G.9.L.Vid. Ant.c.2.Capit.l.1.c.6.*

Cap. II.

Presbyter, aut diaconus excommunicatus à ſuo Epiſcopo, non ſuſcipiatur ab alio Epiſcopo, niſi poſt mortem ſui Epiſcopi. *Ap.32.G.33. L.Vide Capit.Caroli c.1.*

Cap. III.

Si Epiſcopus, presbyter, aut diaconus non ſuſceperit curam, & miniſterium populi ſibi commiſſi, excommunicetur donec ſuſcipiat. *Ap.c.36.G.37.L.*

Cap. IV.

Cognouimus, quod quidam diaconus nomine Ioannes in duabus militet eccleſiis, &c. Si ita eſt, hac tua dilectiſſima fraternitas pro Dei amore corrigat. *Vitalia.ep.3.in med.*

Margin notes: *Gregor. ix. & in 3. collect.* † *volup. tate f.* † *vno f.* — *Ne cler. vel mon. c. 1. Gre. ix. & in 3. collect.* — *Diſt. 93. c. 16.* — *26. q. 6. c. 3.* — *Diſt. 93. c. 13.* — *Diſt. 81. c. 14.* — *Diſt. 50. c. 7.* — *Diſt. 81. c. 14.*

CAP. V.

Quicumque iudex, aut sæcularis presbytero, aut diacono, aut cuilibet de clero, aut de iunioribus absque audientia Episcopi, aut Archidiaconi, vel Archipresbyteri, iniuriam inferre præsumpserit; anno ab omnium Christianorum consortio habeatur extraneus. *Antissiod. c. 43.*

CAP. VI.

Licitum sit Episcopis, præsentibus presbyteris, & diaconibus, de thesauro ecclesiæ, familiæ, & pauperibus eiusdem Ecclesię, &c. erogare. *Turon. sub Carolo c. 2.*

De Archidiacono, & de officio; & potestate eius. Tit. XXXIII.

CAPVT I.

Ne Prel. v. su. c. 2. Gregor. ix. & in 2. collect. IN quibusdam Episcopatibus Decani quidã, vel Archipresbyteri, ad agendas vices Episcoporum, seu Archidiaconorum, & terminandas causas Ecclesiasticas, sub annuo pretio constituuntur, &c. id vlterius fieri districtius prohibemus, &c. *Alex. iij. in conc. Tur. c. 7. post conc. Later. part. 2. c. 1.*

CAP. II.

De elect. c. 7. Gre. ix. c. 16. eo. tit. in 1. collect. Inferiora ministeria, vt puta Decanatus, Archidiaconatus, & alia, quæ animarum curam habent annexam, nullus omnino suscipiat; sed nec parochialium Ecclesiarum regimen, nisi qui iam vigesimum quintum ætatis annum attigerit, & qui scientia, & moribus existat commendandus. Cum autem assumptus fuerit, si Archidiaconus in diaconem & Decani, & reliqui admoniti, non fuerint præfixo à canonibus tempore in presbyteros ordinati; & ab illo remoueantur officio, & alij conferatur, qui velit, & possit conuenienter illud implere, &c. *Alexand. iij. in conc. Lateran. c. 3.*

CAP. III.

De cësib. c. 6. Gre. ix. & in 2. collect. Archidiaconi (*cum visitant*) v. aut vij. Decani constituti sub ipsis, duobus equis existant contenti, &c. Archidiaconi autem, siue Decani nullas exactiones, vel tallias in presbyteros, seu clericos exercere præsumant. *Alex. iij. in conc. Lat. c. 4.*

CAP. IV.

De app. c. 26. Greg. ix. & c. 42. eo. tit. in 2. collect. Reprehensibilis valde consuetudo in quibusdam partibus inoleuit, vt fratres, & coëpiscopi nostri, seu etiam Archidiaconi, quos appellaturos in causis suis existimant, nulla penitus admonitione præmissa, suspensionis, vel excommunicationis in eos ferant sententiam, &c. statuimus, vt nec Prælati, nisi canonica admonitione præmissa, sententiam proferant, &c. *Alex. iij. in conc. Lat. c. 6.*

CAP. V.

De hære. 13. Greg. ix. & c. 2. eo. tit. in 4. coll. Quilibet Archiepiscopus, vel Episcopus per se, aut per Archidiaconum suum, vel idoneas personas honestas; bis aut saltem semel in anno propriam parochiam, in qua fama fuerit hæreticos habitare, circumeat, &c. *Innocentius iij. in concil. gen. Lateranen. cap. 3. prope finem.*

CAP. VI.

Procurationes, quæ visitationis ratione debentur Episcopis, Archidiaconis, vel quibuslibet, &c. non exigantur, nisi quando præsentialiter officium visitationis impendunt, &c. *Inn. iij. in d. conc. gen. Later. c. 33.* *De cësib. 23. Gre. ix. & c. 2. eo. tit. in 4. coll.*

CAP. VII.

Si criminosus fuerit aliquis presbyter, in præsentia Episcopi, vel Archidiaconi diiudicetur. Et si probata fuerit eius culpa, per Episcopum, vel suos expellatur, & alius per Episcopum intromittatur. *Gregor. vij. in conc. Rom. ann. incer. c. 4.*

CAP. VIII.

Nullus fiat Decanus in Ecclesia, nisi presbyter: nullus Archidiaconus, nisi Leuita. *Vrban. ij. in conc. Claramon. c. 3.*

CAP. IX.

Nullus in Archidiaconum nisi diaconus ordinetur. *Callist. ij. in conc. Rom. c. 2.* *Dist. 60. c. 2.*

CAP. X.

Nullus omnino Archidiaconus, &c. animarum curam, vel præbendas Ecclesiæ sine iudicio, vel consensu Episcopi, alicui tribuat, &c. Si quis vero contra hæc facere, aut potestatem, quæ ad Episcopum pertinet, sibi vindicare præsumpserit, ab Ecclesiæ liminibus arceatur. *Callist. ij. in conc. Rom. c. 7.* *16. q. 7. c. 11.*

CAP. XI.

Præcipimus, vt nullus in Archidiaconũ, vel Decanum, nisi diaconus, vel presbyter ordinetur. Archidiaconi vero, Decani, vel Præpositi, qui infra ordines prænotatos existunt, si inobedientes ordinari contempserint, honore suscepto priuentur. Prohibemus etiam, ne adolescentibus, vel infra sacros ordines constitutis, sed qui prudentia, & merito vitæ clarescant, prædicti concedantur honores. *Innoc. ij. in conc. Rom. cap. 8. Eugen. iij. in conc. Rem. c. 9. in editis c. 6. Ino in fine pan.* *Dist. 60. c. nonnullamus. c. 3.*

CAP. XII.

Nullus in Archidiaconum, vel Decanum, nisi diaconus, vel presbyter ordinetur. Qui si ordinari contempserint, honore suscepto priuentur, &c. *Eugen. iij. in conc. Remen. ca. 9. in edit. cap. 6.*

CAP. XIII.

Nec Archidiaconus, aut diaconus sub prætextu officii humilitatis, frequenter domicilia matronarum, &c. *Cle. ep. 2. post prin. Ino par. 6. ca. 89. decr. Ans. l. 7. c. 139.* *Dist. 81. cler. 20.*

CAP. XIV.

Subdiaconus cum ordinatur, &c. accipiat de manu Archidiaconi vrceolum cum aqua, & mantile, & manutergium. *Cart. iv. c. 5. Ino lib. 3. tit. 3. c. 8. pan. & par. 6. c. 14. & c. 9. in fine, decr. Ans. l. 7. c. 51.* *Dist. 23. c. 15.*

CAP. XV.

Acolythus cum ordinatur, ab Archidiacono accipit ceroferarium cum cereo, & vr- *Dist. 23. c. 16.*

ceolum vacuum. *Carth. iv. cap. 6. Ino lib. 3. tit. 3. cap. 9. panor. & par. 6. cap. 15. decr. Anselm. lib. 7. cap. 50.*

CAP. XVI

Dist. 23. c. 19. Ostiarius cum ordinatur, postquam ab Archidiacono instructus fuerit, qualiter in domo Dei debeat conuersari; ad suggestionem Archidiaconi tradat ei Episcopus claues Ecclesiæ de altario. *Carthag. iv. cap. 9. Ino lib. 3. tit. 3 cap. 12 panor. & par. 6. cap. 18. decr. Ans. lib. 7. cap. 47.*

CAP. XVII.

Dist. 88. c. 7. Episcopus gubernationem viduarum, & pupillorum, ac peregrinorum non per se ipsum, sed per Archipresbyterum, aut per Archidiaconum agat. *Carth. iv. c. 17.*

CAP. XVIII.

Statutum est, diaconum non chrismare, sed presbyterum absente Episcopo, præsente vero non, nisi ab ipso fuerit præceptum. Archidiaconus constitutionem huiusmodi Episcopis absentibus, & præsentibus suggerat. *Tolet. 1. c. 20.*

CAP. XIX.

Dist. 23. c. 22. Clerici, qui comam nutriunt, ab Archidiacono, etiam si noluerint, inuiti detondeantur, &c. *Agath. 20. Capitul. lib. 7. cap. 234. Cæsar. lib. 8. cap. 51.*

CAP. XX.

Dist. 74. Episcoporum. c. 5. † ordinationem. Si officium Archidiaconatus propter simpliciorem naturam implere, aut expedire nequiuerit, ille loci sui nomen teneat, & ordinationi † Ecclesiæ, quem elegerit Episcopus, præponatur. *Agath. 23.*

CAP. XXI.

De rebus Ecclesiasticis tres æquæ fiant portiones, &c. De parte (*reparationis Ecclesiæ*) siue Archipresbyter, siue Archidiaconus illam administrans, Episcopo faciat rationem. *Bracar. 1. c. 5.*

CAP. XXII.

A media quadragesima presbyteri chrisma petant: & si quis infirmitate detentus venire non potuerit, ad Archidiaconum suum, vel Archisubdiaconum transmittat. *Anti. c. 6.*

CAP. XXIII.

Si presbyter, aut diaconus, aut subdiaconus post acceptam benedictionem infantes procreauerit, &c. & Archipresbyter hoc Episcopo, aut Archidiacono non intimauerit, integro anno non communicet. *Antis. c. 20.*

CAP. XXIV.

Quicumque iudex, aut sæcularis presbyterum, aut diaconum, aut quemlibet de clero, aut de iunioribus, absque audientia Episcopi, aut Archidiaconi, vel Archipresbyteri, iniuriam inferre præsumpserit: anno ab omni Christianorum consortio habeatur extraneus. *Anti. c. 43.*

CAP. XXV.

Sedentibus in diuturno silentio sacerdotibus, &c. dicat Archidiaconus: Orate, &c. Si presbyter aliquis, aut diaconus, vel clericus, siue laicus de his, qui foris steterint, concilium pro qualibet re crediderit appellandum, Ecclesiæ Metropolitanæ Archidiacono causam suam intimet, & ille concilio denuntiet. *Tolet. cap. 3.*

CAP. XXVI.

Quicumque ad hoc officium (*Archipresbyteratus, seu Archidiaconatus*) peruenerit, humilitatem Pontifici suo, & reuerentiam præbeat, &c. & sui dignitatem officij per omnia teneat. *Emeritens. c. 10.*

CAP. XXVII.

Dictum est, quod in plerisque locis Archidiaconi super presbyteros parochianos quandam exercent dominationem, & ab eis census exigant, &c. Teneant propriam mensuram, & quod eis ab Episcopis iniungitur, hoc per parochias suas exercere studeant, nihil per cupiditatem, & auaritiam præsumentes. *Cabilonense sub Carolo cap. 15. Ino par. 3. cap. 134. decr.* Dist. 94. c. vlt.

CAP. XXVIII.

Subdiaconi cum ordinantur, &c. ab Archidiacono scyphum aquæ cum aquamanili, & manutergium accipiunt. *Isid. l. 2. c. 10. de eccl. offic. apud Aqu. c. 6.*

CAP. XXIX.

Statuimus, vt vnusquisque Episcoporum super Archidiaconis suis deinceps vigilantiorem curam adhibeat; quoniam propter eorum auaritiam, & morum improbitatem, multi scandalizantur, & ministerium sacerdotale vituperatur, & in Ecclesiis à sacerdotibus multa propter eos negliguntur. *Paris. sub Lud. & Loth. l. 1. c. 25.*

CAP. XXX.

Archidiaconatum nullus habeat, nisi diaconus efficiatur. *Bituric. ca. 4. apud syn. Lemonic. act. 2.*

CAP. XXXI.

Nemo Archidiaconatum per pecuniam acquirat. Quicumque tali modo iam acquisisse comprobatur, omni remota occasione deponatur. *Pictau. c. 2.*

CAP. XXXII.

Qui Archidiaconatus tenent, diaconi fiant, &c. Quod si aliqua iusta causa prohibente diaconi esse non potuerint, prælationes amittant. *Pictau. c. 7. Tarr. l. 6. c. 83.* De ætat. & qualit. ord. c. 1. Grego. ix. & in 1. collect.

CAP. XXXIII.

Archidiaconi (*si clericos rurales concubinarios*) in iniquitatibus voluerint confouere, vel eorum dissimulare excessus, sciant ab officio se suspensos. *Conc. habitum in Alemania sub Conrado Cardinali, c. 3.*

CAP. XXXIV.

Cum vicarius (*in ecclesia*) poni debet, & potest, perpetuo instituatur, idque assensu, & auctoritate diœcesani, & Archidiaconi loci illius. nec Episcopus, vel Archidiaconus talem instituat, nisi ei de bonis Ecclesiæ coram eo tantum fuerit assignatum, vnde iura Episcopi, & Archidiaconi possit persol-

uere,

uere, & congruam, & sufficientem sustentationem habere. *Conc. sub eod. Conrado Cardinali, cap. 12.*

Cap. XXXVI.

Maras (*diaconus*) secundum veritatem excommunicatus est à proprio Archidiacono; non enim à me excommunicatus, quoniam iniuriam fecit presbytero; ob hoc eum à communione suspendit. *Ibas Episcopus in Chalc. syn. act. 10.*

Cap. XXXVII.

Cornelius ante quam passus est, omnia bona Ecclesiæ tradidit Stephano Archidiacono. *Damasus in Cornel.*

Cap. XXXVIII.

Lucius omnem potestatem Ecclesiæ dedit Archidiacono suo Stephano, dum ad passionem pergeret. *Dam. in Lucio.*

De hypodiaconis, & de muneribus, quæ ad eos pertinent. Tit. XXXIV.

CAPVT I.

Dist. 92. 2. in sancta. in fi. PSalmos, ac reliquas lectiones censeo per subdiaconos, &c. exhiberi. *Greg. in synod. Roman. c. 1. & lib. 4. cap. 88. registr. Iuo par. 2. cap. 79. decret. Anselm. lib. 7. cap. 65. Tarracon. lib. 4. cap. 22.*

Cap. II.

De consf. d. 1. c. 58. Episcopus. In solemnioribus diebus septem, aut quinque, aut tres diacones, qui eius oculi dicuntur, & subdiaconos, ac reliquos ministros, secum habeat (*Episcopus*,) qui sacris induti vestimentis, in fronte, & à tergo, & presbyteri è regione dextra, læuaque stent. *Anacl. epist. 1. in med. Iuo par. 2. cap. 67. decr. Anselm. lib. 6. cap. 132. Cæsaraugust. lib. 4. cap. 49. Tarrac. lib. 3. cap. 49.*

Cap. III.

Septem diaconos in vrbe Roma per septem regiones ciuitatis, sicut à Patribus accepimus, habemus, &c. Denique septem similiter subdiacones ordinauimus, qui septem notariis imminerent, & gesta martyrum veraciter in integro colligerent, &c. *Fabia. epist. 1. in princ. Ansel. 7. c. 77. & 78.*

Cap. IV.

Per singula territoria presbyteri, vel ministri ab Episcopis, non prout libitum fuerit, à vicinioribus, sed à suis propriis per annos singulos petant chrisma, appropinquante solemnitate Paschali, nec per quemcumque Ecclesiasticum, sed si qua necessitas, aut ministrorum occupatio est, per subdiaconum, &c. *Vasens. c. 3. Vorm. c. 60. Burc. li. 4. c. 78. Iuo par. 1. c. 272. decr.*

Cap. V.

Dist. 23. c. 31. & 32. Non liceat cuilibet ex lectoribus sacra altaris vasa portare, nec aliis, nisi his, qui ab Episcopo subdiaconi fuerint ordinati. *Bracch. 1. cap. 28. Vide Mart. Brach. 41. Iuo par. 6. c. 377. decr.*

Cap. VI.

Tam subdiaconis, quam ostiarius, vel reliqui seruitium sanctæ Ecclesiæ consuetum absque vlla desidia impleant, &c. Qui contempserit facere, & adimplere: subdiaconos verbis corripiendos, & si non emendauerint ab stipendio priuandos, reliquos flagris coercendos. *Narbon. c. 13.*

Cap. VII.

Lectæ sunt epistolæ Pauli, qualiter subdiaconi ministerium est, eundem Apostolum legere, vt officium sibi commissum implere, certius potuisset. *Rem. 4.*

Cap. VIII.

Subdiaconi, qui apud Græcos hypodiaconi vocantur, in Esdra inueniuntur, appellanturque ibi Nathinnæi, id est in humilitate Domino seruientes. Ex eorum ordine fuit ille Nathanaël. &c. Isti oblationes in templo Domini suscipiunt à populis; isti officiis obediunt Leuitarum, isti quoque vasa corporis, & sanguinis Christi diaconibus ad altaria Domini offerunt. De quibus quidem placuit Patribus, vt quia sacra mysteria contrectant, casti, & continentes sint ab vxoribus & ab omni carnali immunditia liberi, iuxta quod illis Propheta iubente docetur. Mundamini, qui fertis vasa Domini. *Isid. li. 2. cap. 10. de eccl. off. apud Aqu. c. 6.* *1. Esdr. 2. c. & 8. c. Ioan. 1. f. Esa. 52. c.*

Cap. IX.

Non liceat cuilibet ministeria tangere, nisi subdiacono, aut acolytho in secretario vasa Dominica. *Mart. Br. ca. 41. Vid. Laod. 21. Iuo par. 6. c. 377. decr.* *Dist. 23. c. 32.*

Cap. X.

Fabianus regiones diuisit diaconibus, & fecit septem subdiacones, qui septem notariis imminerent, vt gesta martyrum in integro colligerent. *Dam. in Fabiani.*

Hypodiaconus non ordinetur ante vicesimum annum. Tit. XXXV.

CAPVT I.

DE his, quos voluntas parentum à primis infantiæ annis in clericatus officio, vel monachali posuit, pariter statuimus obseruandum, &c. vt vbi octauum decimum ætatis suæ compleuerint annum, coram totius cleri, plebisque conspectu voluntas eorum de expetendo coniugio ab Episcopo perscrutetur, quibus si gratia castitatis Deo inspirante placuerit, &c. primo subdiaconatus ministerium probatione habita professionis suæ à vicesimo anno suscipiant, &c. *Tolet. 2. c. 1. Ansel. li. 7. c. 42.* *Dist. 28. c. 5.*

Cap. II.

Hypodiaconus minor xx. annis non ordinetur. Si quis autea subdiaconus ordinatus fuerit, deponatur. *Trul. 15.* *Dist. 77. c. 4. subdiaconus*

De cerimoniis in ordinatione hypodiaconi. Tit. XXXVI.

CAPVT I.

Diſt. 23. c. 15. SVbdiaconus cum ordinatur, quia manus impoſitionem non accipit, patenam de Epiſcopi manu accipiat vacuam, & calicem vacuum; de manu vero Archidiaconi vrceolum cum aqua, & mantile, & manutergium. *Carth. 4. c. 5. Iſido. li. 2. c. 10. de Eccleſ. offi. Iuol. 3. tit. 3. c. 8. pan. & par. 6. c. 14. & c. 9. in fine, decr. Anſ. l. 7. c. 51.*

Cap. II.

Subdiaconi, cum ordinantur, ſicut ſacerdotes, & Leuitæ manus impoſitionem non ſuſcipiunt, ſed patenam tantum, & calicem de manu Epiſcopi, & ab Archidiacono ſcyphum aquæ cum aquamanili, & manutergium accipiunt. *Iſid. de eccleſ. offic. lib. 2. c. 10. apud Aqu. cap. 6.*

De his, quæ hypodiaconi facere prohibentur. Tit. XXXVII.

CAPVT I.

Diſt. 23. c. 26. NOn oportet ſubdiaconos † habere locum in diaconico, & Dominica vaſa contingere. *Laod. c. 21. Mart. Bra. c. 41. Iuo par. 3. c. 105.* *† miniſtros.* *Diſt. 23. decr. c. 27. miniſtrum.*

Cap. II.

Non oportet, ſubdiaconum † vti otario, nec oſtia derelinquere. *Laod. c. 22. Anſ. li. 7. c. 82.* *† miniſtrum.*

Cap. III.

Diſt. 93. c. 16. Non oportet miniſtros † panem dare, neque calicem benedicere. *Laod. 25. Aqu. 78.* *† diaconos.*

Cap. IV.

† miniſtros. Non oportet, ſubdiaconos, † ſaltem paululum, ianuas deſerere, & orationi vacare. *Laod. c. 43.*

Cap. V.

Diſt. 23. c. 30. Non oportet inſacratos miniſtros in ſecretarium, quod Græci diaconicon appellant, ingredi, & contingere vaſa dominica. *Agath. 66. Laod. 21.*

Diaconiſſæ non ordinentur ante quadrageſimum annum. Tit. XXXVIII.

CAPVT I.

27. q. 1. diaconiſſam. 23. NOn ordinetur diaconiſſa minor annis xl. & cum diligenti examinatione: ſi ordinata in miniſterio aliquod tempus fuerit, & nupſerit, iniuria afficiens gratiam Dei, anathematizetur cum eius coniuge. *Chalced. ca. 15. Ver. c. 73. Anſ. l. 11. c. 86.*

Cap. II.

Non ordinetur diaconiſſa ante annos xl. *Trul. c. 14.* ordinata deponatur. *Trul. 15.*

Cap. III.

1. Tim. 5. a. Vidua eligatur lx. annorum, vt ait Apoſtolus, diaconiſſa xl. vt ſacri canones ſtatuunt; virgo xvij. vt Baſilij canones *Trul. 40.*

Diaconiſſæ non nubant. Tit. XXXIX.

CAPVT I.

DIaconiſſa, quæ in miniſterio aliquod tempus fuerit, ſi nubat, iniuria afficiens gratiam Dei, anathematizetur cum coniuge ſuo. *Chal. 15. Ver. 73. Anſ. li. 11. c. 86.* *27. q. 1. c. 23 diaconiſſam.*

Cap. II.

Si quis diaconam in coniugium duxerit, anathema ſit. *Gregor. 2. in ſynod. Rom. c. 2. Troſlei. cap. 8.*

Cap. III.

Hadrianus filius Exhilarati, qui poſt præſtitum ſacramentum in Apoſtolica confeſſione Epiphaniam diaconam illicito auſu in vxorem habet, anathema ſit. Epiphania diacona, quæ poſt prædictum ſacramentum cum Hadriano Exhilarati filio fuga lapſa eſt in vxorem, anathema ſit. ſi quis ei in tam crudeli actu conſenſum præbuit, anathema ſit. *Greg. ij. in ſyn. Rom. c. 14. 15. 16.*

Cap. IV.

Vt presbyteram, diaconam, nonnam, aut monacham, vel etiam ſpiritalem commatrem nullus ſibi præſumat nefario coniugio copulare; nam qui huiuſmodi opus perpetrauerit, ſciat ſe anathematis vinculo eſſe obligatum, & Dei iudicio condemnatum, atque à ſacro corpore, & ſanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti, alienum. Statuentes Apoſtolica cenſura, vt quicumque ſacerdotum eos communicare præſumpſerit, eorum conſortio condemnatus, ſacerdotij ſui honore priuetur. Si autem hi, qui coniuncti ſunt, admoniti declinauerint, & ab alterutro fuerint diuiſi, pœnitentiæ ſubmittantur, vt ſacerdos loci prouiderit. *Zachar. in ſynod. Rom. ca. 5. Vide concil. Roman. ſub Gregor. ij. cap. 1. 2. 3. 4.*

Cap. V.

Vidua Epiſcopi, presbyteri, diaconi, ſi maritum acceperit, nullus clericus, nulla religioſa cum ea conuiuium ſumat, numquam communicet, niſi moriens. *Tolet. 1. c. 18. M. Br. c. 19. Anſ. l. 10. c. 59.* *Diſt. 28. ſi qua. 11.*

Cap. VI.

Relictæ presbyteri, ſiue diaconi, ſi cuicumque nupſerint, eatenus ab Eccleſia elongentur, donec à coniunctione illicita ſeparentur. Maritum quoque eius ſimili vſque ad correctionem ſeueritate plectendum. *Epan. cap. 32.*

Cap. VII.

Si ſe cuicumque mulier duplici coniugio presbyteri, vel diaconi relicta coniunxerit, aut caſtigati ſeparentur, aut pari excommunicatione plectantur. *Aurel. cap. 15. vel 13.* *Diſt. 28. c. 11.*

tes nouum, qui renouatur in agnitione Dei. Quam renouationem in mente oportet fieri, sed in capite demonstrari, vbi ipsa mens noscitur habitare. Quod vero detonso capite superius, inferius circuli corona relinquitur sacerdotium, regnumque Ecclesiæ in eis existi-
Exo. 28. g. mo figurari. Tiara enim apud veteres constituebatur in capite sacerdotum: hæc ex bysso confecta, rotunda erat, quasi sphæra media, & hoc significatur in parte capitis tonsa; corona autem, latitudo aurei est circuli, quæ Regum capita cingit. Vtrumque itaque signum exprimitur in capite clericorum, vt impleatur etiam corporis quadam similitudine,
1. Pet. 2. b. quod scriptum est, Petro Apostolo perdocente: Vos estis genus electum, regale sacerdotium. *Isid. de Ecclesiasticis officiis lib. 2. c. 4. apud Aquisgr. c. 1.*

Cap. XI.

Archidiaconi, Abbates, Præpositi, Capischoli, Canonici, ostiarij, & omnes, qui ministerium intra sanctam Ecclesiam tractant tonsuram Ecclesiasticam habeant, hoc est, barbam rasam, & coronam in capite. *Bituricen. c. 7. apud Lemouicen. act. 2.*

Cap. XII.

Clerici clericaturam suam dimittentes, ab alijs clericis separentur. *Bituric. cap. 22. apud Lemouic. act. 2.*

Cap. XIII.

Dist. 23. non liceat 32. in fin. Non oportet clericos comam nutrire, & sic ministrare, sed attonso capite patentibus auribus, & secundum Aaron talarem vestem induere, vt sint in habitu ornato. *Mar. Brac. c. 67. Iuo part. 6. c. 378. decr.*

Cap. XIV.

Anicetus constituit, vt clericus comam non nutriret secundum præceptum Apostoli. *Dam. in Anice.*

Quales debeant esse clerici.
Tit. XII.

CAPVT I.

Dist. 23. c. 4. TAles ad ministerium eligantur clerici, qui digne possint Dominica sacramenta tractare. Melius enim est Domini Sacerdoti, paucos habere ministros, qui possint digne opus Dei exercere, quam multos inutiles, qui onus graue ordinari adducant, &c. Ornent tam clerici, quam sæculares animas suas ornamentis dignissimis, dogmatibus scilicet veritatis, decore pudicitiæ, splendore iustitiæ, candore pietatis, alijsque omnibus, quibus compositam decet esse rationabilem mentem. Tum præterea declinare à consortiis inhonestis, & infidelibus, & societates habere fidelium, atque illos frequentare conuentus, in quibus de pudicitia, de iustitia, de pietate tractatur. *Clem. epist. 2. ante med. Ansel. lib. 8. c. 38. in addit.*

Cap. II.

Obsecro te, & repetens iterum, iterumque monebo, ne officium clericatus, genus antiquæ militiæ putes: id est, ne lucra sæculi in Christi quæras militia, ne plus habeas, quam quando clericus esse cœpisti, & dicatur tibi: Cleri eorum non proderunt eis. Mensulam tuam pauperes, & peregrini, & cum illis Christus conuiua nouerit. Negotiatorem clericum, ex inope diuitem, ex ignobili gloriosum, quasi quandam pestem fuge. Corrumpunt bonos mores contabulationes pessimæ. *Hier. 1* *1. Cor. 15. d.*
Tu aurum contemnis, alius diligit. Tu calcas opes, ille sectatur. Tibi cordi est mansuetudo, silentium, secretum: illi loquacitas, attrita frons, fora placent, & plateæ, & medicorum tabernæ. In tanta morum discordia, quæ potest esse concordia? *Hieron. ad Nepotian. apud Aquisgr. c. 94.*

Cap. III.

Obsecro te carissime; vt multitudines hominum, & officia, & salutationes, & conuiuia, veluti quasdam catenas fugias voluptatum. Sit vilis tibi, & vespertinus cibus, olera & legumina, interdumque pisciculos pro maximis ducas delicijs. Qui Christum desiderat, & illo pane vescitur, ne quærit magnopere, de quam pretiosis cibis stercus cōficiat. Quidquid post gulam non sentitur, idem tibi sit, quod panis, & legumina. Semper in manu tua sacra sit lectio. Frequenter orandum flexo corpore, & mens erigenda ad Dominum, crebræ vigiliæ, & ventre vacuo sæpius dormiendum. Rumusculos, & gloriolas, & palpantes adulatores, quasi hostes fuge. † Pauperibus, & fratribus refrigeria sumptuum manu propria distribue. Humilitatem vestium tumenti animo non appetas. Sæcularium, & maxime potentium consortium deuita. Habeto simplicitatem columbæ, ne cuiquam machineris dolos: & serpentis astutiam, ne aliorum supplanteris insidijs. Non multum distat in vitio, vel decipere posse, vel decipi Christianum. Templum verum Christi, anima est credentis; illam exorna illam vesti, illi offer donaria; in illa Christum suscipe. Nescio enim, quo modo plus placeat mundo, qui Christo displicet. *Hieron. in epist. ad Paulinum apud Aquisgr. c. 95.* *† dentio?*

Cap. IV.

Si clericatus titillat te desiderium, disce quod possis docere, & rationabilem hostiam offeras Christo: ne miles, ante quam tiro, ne prius magister sis, ante quam discipulus. Non est humilitatis meæ, neque mensuræ, iudicare de clericis, & de ministris Ecclesiarum sinistrum quippiam dicere, &c. volo ergo, vt sine intermissione, & vigil tibi sit sensus, nec vanis † cogitationibus parens; corpus pariter, & animus tendatur ad Dominum. Iram vince patientia. Ama scientiam scripturarum & vitia carnis non amabis. Nec vacet mens tua varijs perturbationibus, quæ si pectori insederint, dominabuntur tui, & te deducent ad delictum maximum. Facito & ali- *De consec. dist. 5. c. 33. nunquam.* *† vagis.*

quid operis, vt te semper Diabolus inueniat occupatum. Memento, quia & Apostoli Christi, habentes potestatem de Euangelio viuere, laborabant manibus suis, ne quem grauarent, & aliis tribuebant refrigeria, quorum pro spiritualibus debebant metere carnalia. Ita ergo age, & viue in monasterio, vt clericus esse merearis, vt adolescentiam tuam nulla sorde commacules; vt ad altare Christi quasi de thalamo virgo procedas, & habeas deforis bonum testimonium, fœminæ, quæ nomen tuum nouerunt, vultum nesciant. Cum ad perfectam ætatem veneris, si tamen vita comes fuerit, & te, vel populus, vel Pontifex ciuitatis in clerum elegerit: agito, quæ clerici sunt, & inter ipsos sectare meliores; quia in omni conditione, & gradu, optimis mixta sunt pessima. Multo tempore disce, quod doceas. Ne credas laudatoribus tuis, immo irrisoribus aurem ne libenter accommodes. *Hierony. ad Rustic. apud Aquisg. c. 96. Iuo lib. 3. tit. 16. cap. 5. panor. & par. 7. c. 5. decr.*

1. Cor. 9.

CAP. V.

Clericis lege Patrum cauetur, vt à vulgari vita seclusi, à mundi voluptatibus sese abstineant. Non spectaculis, non pompis intersint: conuiuia publica fugiant: priuata non tantum pudica, sed & sobria colant; vsuris nequaquam incumbant, neque turpium occupationes lucrorum, fraudisque cuiusquam studium appetant. Amorem pecuniæ, quasi materiam cunctorum criminum fugiant: sæcularia officia, negotiaque abiiciant, honorum gradus per ambitiones non subeant. Pro beneficiis medicinæ Dei, munera non accipiant: dolos, & coniurationes caueant; odium, & æmulationem, obtrectationem, atque inuidiam fugiant: non vagis oculis, nec infræni lingua, aut petulanti, tumidoque gestu incedant; sed pudorem, ac verecundiam mentis, simplici habitu, incessuque ostendant. Obscœnitatem etiam verborum, sicut & operum, penitus execrentur. Viduarum, ac virginum visitationes frequentissimas fugiant; contubernia extranearum fœminarum nullatenus appetant: castimoniam quoque inuiolati corporis perpetuo conseruare studeant, aut certe vnius matrimonij vinculo fœderentur. Senioribus quoque obedientiam debitam præbeant, neque vllo iactantiæ studio semetipsos attollant. Postremo, in doctrina, in lectionibus, psalmis, hymnis, canticis, exercitio iugi incumbant. Tales enim esse debent, qui diuinis cultibus sese mancipandos student; scilicet, vt dum scientiæ operam dant, doctrinæ gratiam populis administrent. *Isidor. de eccle. offic. lib. 2. c. 2. apud Aquisg. c. 100.*

CAP. VI.

Clericus admonendus est, quatenus sic viuat, vt bonum exemplum vitæ suæ sæcularibus præbeat, & in clerico si quid iuste reprehenditur, eius vitio ipsa religionis nostræ æstimatio grauatur. Clerici discant; vt quæ à senioribus suis iuste iubentur, impleant; vt humiliter eorum imperiis subiaceant, vt nec subiectio eos conterat, nec locus superior extollat. Clerici discant, quomodo ante occulti arbitri oculos per humilitatem, & obedientiam sua interiora componant, quatenus non cum reprobis puniantur, sed cum electis æterna præmia sortiantur. Admonendi sunt clerici, vt tanto circa se sollicitius viuant, quanto eos aliena cura non implicat. Dicendum est clericis, ne præpositorum suorum vitam temere iudicent, si quid eos fortasse agere reprehensibiliter vident: ne vnde recte mala redarguunt, inde per elationis impulsum in profundiora mergantur. Admonendi sunt clerici, ne, cum culpam suorum præpositorum considerant, contra eos audaciores fiant: sed sic eorum praua apud semetipsos diiudicent, vt tamen diuino timore constricti, sub eis iugum ferre reuerentiæ non recusent: quia præpositorum facta oris gladio ferienda non sunt, etiam cum recte reprehendenda iudicantur. *Greg. lib. 5. pastor. c. 5. apud Aquisg. 102.*

CAP. VII.

Sunt nonnulli, qui tantum ex familia Ecclesiastica clericos sibi commissis congregant Ecclesiis; & hoc ideo facere videntur; vt si quando eis aliquod incommodum fecerint, aut stipendia oportuna subtraxerint, nihil querimoniæ contra se obiiciere præsumant, timentes scilicet, ne aut seuerissimis verberibus afficiantur, aut humanæ seruituti denuo crudeliter addicantur. Hoc autem non ideo dicitur, vt ex familia Ecclesiæ probabilis vitæ in congregatione non sint admittendi, præsertim cum apud Deum non sit personarum acceptio: sed potius, vt, propter quam intulimus occasionem, nullus Prælatorum seclusis nobilibus, viles tantum in sua congregatione admittant personas. *Aquisgr. cap. 119.*

Clerici meliores collocentur in altiori dignitatis gradu. Tit. XIII.

CAPVT I.

Qvoniam quidem dicit alicubi diuinum eloquium, Dignus est operarius mercede sua; huius rei gratia & nos decernimus, & promulgamus: vt magnæ Ecclesiæ clerici, qui in subiectis ordinibus morati sunt, ad maiores gradus ascendant, & si digni claruerint, melioribus perfrui mereantur honoribus; cum aliqui eorum qui in ipsis sunt, aut per incrementum ad superiora ministeria †aduocati fuerint, aut per communem naturæ terminum dormientes defuerint. Sed non ex illis, qui foris sunt, aliqui se his innectentes, debitas eis, qui multo tempore laborauerunt, dignitates, vel honores accipiant.

Luc. 10. b.

† mysteria.

altaris vasa portare; nec alijs, nisi his, qui ab Episcopo subdiaconi fuerint ordinati. *Brac. 2. c. 28. Laod. 21. Vid. Mar Br. c. 41.*

C a p. XI.

Lectores in Ecclesia in habitu sæculari ordinato non psallent, neque granos † gentili ritu dimittant. *Brac. 1. cap. 29.*

† grados

C a p. XII.

Lectoris ordo formam, & initium à Prophetis accepit. Sunt igitur lectores, qui verbum Dei prædicant, quibus dicitur. Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam. Isti quippe, dum ordinantur, primum de eorum conuersatione Episcopus verbum facit ad populum; deinde coram plebe tradit eis codicem apicum diuinorum ad Dei verbum annuntiandum. Qui autem ad huiusmodi prouehitur gradum, iste erit doctrina, & libris imbutus, sensuumque, ac verborum scientia præornatus, &c. *Isidor. lib. 2. c. 11. de. eccl. off. apud Aquisgr. cap. 3. Raban. lib. 1. cap. 11. de instit. clericor.*

Esa. 58. a.

C a p. XIII.

Lector, si cum sua sponsa ante matrimonium commercium habuerit, postquam anno cessauerit, ad legendum recipietur manens non vlterius promouendus. Quod si sine dispensatione furtim coierit; cessabit à ministerio. *Basil. ad Amphiloch. cap. 68.*

C a p. XIV.

Dist. 34. c. 18. Lector, si viduam alterius vxorem acceperit, in lectoris statu permaneat; aut si forte necessitas sit, subdiaconus fiat, nihil autem supra. Similiter & si bigamus fuerit. *Mar. Brac. c. 43. Tolet. 1. c. 3.*

C a p. XV.

Dist. 91. c. 3. Non liceat in publico psallere, aut legere, nisi qui ab Episcopo lectores sunt ordinati. *Mart. Braca. 45. Vid. Laod. 15. Aquisgr. 76.*

De ostiariis, & de eorum officio. Tit. IV.

CAPVT I.

NVllus lector, vel ostiarius vasa sacrata audeat contingere. *Siluest. in synod. Rom. cclxxxiv. Episcop. c. 9.*

C a p. II.

De cōsec. di. 1. nemo. c. 39. De velis ianuarum cura sit ostiarius, &c. *Clem. epist. 2. post principium.*

C a p. III.

Dist. 23. c. 27. Non oportet ministrum orarium ferre, neque ianuam relinquere. *Laod. c. 22. Ansel. lib. 7. c. 82.*

C a p. IV.

Non oportet ministros, quamuis breui tempore ianuas derelinquere, & orationi vacare. *Laod. cap. 43.*

C a p. V.

Dist. 71. c. 2 cleri. eum. Clericorum nomen etiam ostiarij retinent. *Carth. 4. cap. 21. Burch. lib. 2. cap. 42. Iuo par. 6. cap. 143. decr.*

C a p. VI.

Ostiarius cum ordinatur, postquam ab Archidiacono instructus fuerit, qualiter in domo Dei debeat conuersari, ad suggestionem Archidiaconi tradat ei Episcopus claues Ecclesiæ de altario dicens: Sic age, quasi redditurus Deo rationem, pro his rebus, quæ his clauibus recluduntur. *Carth. 4. c. 9. Iuo lib. 3. et 4. 3. c. 12. panor. & par. 6. cap. 18. decr. Ansel. lib. 7. c. 47.* Dist. 23. c. 19.

C a p. VII.

Tam subdiaconus, quam ostiarius, vel reliqui seruitium sanctæ Ecclesiæ consuetum absque vlla desidia impleant, &c. qui contempserit facere, & adimplere, subdiaconos verbis corripiendos, & si non emendauerint; ab stipendio priuandos, reliquos flagris coërcendos. *Narbonen. c. 13.*

C a p. VIII.

Munificus ille, qui sanctam Dei ædificauerit Ecclesiam, quam ibidem pro sua mercede largitus est, eodem loco presbyter secundum priorum canonum instituta deseruiens habeat, & si presbyterum ea facultas habere non permittit, vel diaconus instituatur. Certe si minor est census, ostiarius à sacerdote sit electus, qui nitorem infra sinus sanctæ Ecclesiæ faciat, qui & sanctarum reliquiarum luminaria omni subsequenti nocte accendat. *Toletan. habitum anno 12. Reccaredi Regis, c. 2.*

C a p. IX.

Ostiarii sunt, qui in veteri testamento ianitores templi vocabantur, qui præerant portis Hierusalem: quique ordinati per vices suas, omnia interiora templi, vel exteriora custodiebant. Hi denique inter sanctum, & iniquum discernentes, eos tantum in Ecclesia, qui sunt fideles, recipiunt. Intrare enim templum, nisi per hos † non possumus, habent enim potestatem tam bonos recipiendi, quam reiiciendi indignos. *Isid. lib. 2. c. 14. de eccl. off. apud Aquisgr. c. 2. Raban. lib. 1. c. 12. de instit. cler.* 1. Paral. 23. & 23. † ostium, vel coi.

C a p. X.

Ostiarii tonsuram ecclesiasticam habeant, hoc est, barbam rasam, & coronam in capite. *Bituric. c. 7. apud syn. Lemonic. act. 2.*

De psalmistis, siue cantoribus, & de custodibus martyrum, & de eorum officiis. Tit. V.

CAPVT I.

SI quis desiderat in Ecclesia militare, aut proficere, sit prius ostiarius, lector, exorcista per tempora, quæ Episcopus constituerit, deinde acolythus annis v. subdiaconus annis v. custos martyrum ann. v. diaconus ann. v. &c. *Siluest. in epilogo syn. Rom.*

C a p. II.

Non oportet amplius, quam eos, qui regulariter cantores existunt, qui & de codice Dist. 92. non liceat. cap. 3.

cantant, alios in pulpitum conscendere, & in Ecclesia, fallere. *Laod. c. 15. Aquisgr. 76. Mart. brac. c. 45.*

CAP. III.

Dist. 23. c. 25. Non oportet lectores, aut cantores orarios vti, & ita legere, vel canere. *Laod. c. 23. Anselm. lib. 7. 83.*

CAP. IV.

Dist. 72. c. 1. clericum. Clericorum nomen etiam psalmistæ retinent. *Carth. iij. c. 21. Burch. lib. 2. c. 42. Ivo par. 6. cap. 143. decr.*

CAP. V.

Dist. 23. c. 20. Psalmista, id est cantor, potest absque scientia Episcopi, sola iussione presbyteri officium suscipere cantandi, dicente sibi presbytero: Vide, vt quod ore cantas, corde credas; & quod corde credis, operibus comprobes. *Carth. iv. c. 10. Ivo lib. 3. tit. 3. c. 13. panor. & par. 6. c. 19. decr. Ansel. lib. 7. c. 46.*

CAP. VI.

Studendum summopere cantoribus est, ne donum sibi diuinitus collatum, vitiis fœdent: sed potius illud humilitate, castitate, & sobrietate, & cæteris sanctarum virtutum ornamentis exornent. Quorum melodia animos populi circumstantis ad memoriam, amoremque cælestium non solum sublimitate verborum, sed etiam suauitate sonorum, quę dicuntur, erigat. Cantorem autem, sicut traditum est à sanctis Patribus, & voce, & arte præclarum, illustremque esse oportet; ita, vt per oblectamenta dulcedinis, animos incitet audientium. Cantores itaque non propter donum sibi collatum, se cæteris superbiendo pręferant; sed humiliter socios exhibeant. Et prouidendum est illis, quando tempestate, quandoque submisse diuinum agatur officium: scilicet, vt secundum numerum clericorum, & officij qualitatem, cantum protendant, & voces moderentur cæterorum. Sonum etiam vocalium litterarum bene, atque ornare perstrepant, &c. *Aquisgr. c. 137.*

CAP. VII.

Siluester constituit; vt si quis desiderat in Ecclesia militare, aut proficere, vt esset ostiarius, lector, exorcista, acolythus, &c. subdiaconus ânis v. custos martyrum ann. v. diaconus ann. vij. presbyter annis tribus. *Damas. in Siluest.*

De minoribus ordinibus ante sacros ordines suspiciendis. Tit. VI.

Vide libro septimo titulo quarto scripta.

Clerici inferioris ordinis habeant clericis ordinis superioris, & laici clericis honorem. Tit. VII.

CAPVT I.

Dist. 93. c. 5. A Subdiacono ad lectorem omnes subditi sint diacono Cardinali vrbis Romæ, in Ecclesia honorem repræsentantes eidem. Pontifici vero presbyter, presbytero diaconus, diacono subdiaconus, subdiacono acolythus, acolytho exorcista, exorcistæ lector, lectori ostiarius, in omni loco repræsentent obsequium, siue in publico, siue in gremio Ecclesiæ. *Siluester in synodo Rom. cclxxxiv. Episcloper. cap. 7. Burch. lib. 2. c. 224. Ivo par. 6. c. 299. decr. Ansel. lib. 7. c. 62.*

CAP. II.

Si quis quempiam clericorum honoratorum in itinere obuium habuerit, vsque ad inferiorem gradum honoris venerabiliter, sicut decet et Christianum, illi colla subdat, prout is officia, & obsequia fidelissima Christianitatis iure promeruit. Et si quidem ille secularis equo vehitur, clericusque similiter; secularis galerum de capite auferat, & clerico sinceræ salutationis munus adhibeat. Si vero clericus pedes graditur, & secularis vehitur equo: illico ad terram defluat, & debitum honorem clerico sinceræ caritatis exhibeat, &c. Qui vero hæc, quæ Spiritu sancto dictante, sancita sunt, transgredi voluerit: ab Ecclesia, quam in suis ministris dehonorat, quamdiu Episcopus illius Ecclesiæ voluerit, suspendatur. *Matisco. ij. c. 15.*

Clerici, qui non sunt sacris ordinibus initiati, vxores ducere possunt. Tit. VIII.

CAPVT I.

Quoniam in aliquibus prouinciis permittitur, lectoribus, & cantoribus vxores ducere: non liceat eis alterius fidei vxorem ducere. Qui duxerunt, & liberos susceperunt, si eos permiserunt ab hæreticis baptizari, referant eos ad communionem Catholicæ Ecclesiæ, non baptizatos non liceat baptizare apud hæreticos, neque copulare in matrimonio cum hæreticis, Iudæis, vel Gentilibus, nisi promittant se conuertere. Qui contra fecerint, canonita pœna † subiacebit. *Chalc. c. 14. Ivo lib. 3. tit. 8. c. 27. panor.* Dist. 32. c. 15. † pœnitentia.

CAP. II.

Lectores, & cantores tantum ex omnibus innuptis clericis vxores ducere permittuntur. *Ap. c. 26. C. 27. L. Trul. 6.*

CAP. III.

Si qui clerici sint extra sacros ordines constituti, qui se continere possunt, sortiri vxores debent, & stipendia sua exterius accipere. *Greg. ad August. interrog. 2. vel 1. in fine. Ivo lib. 3. tit. 8. c. 25. panor. & par. 6. c. 86. decr. Ansel. lib. 7. c. 3.* Dist. 32. c. 9. 1. c. 8. quinimo. p. si qui vero.

CAP. IV.

Placuit, vt lectores cum ad annos pubertatis venerint, cogantur aut vxores ducere, aut continentiam profiteri. *Carth. 16. Gr. Car. th. iij. c. 19. L. Ivo lib. 3. tit. 8. c. 28. panor.* Dist. 32. c. 8.

Anſel. lib. 7. c. 142. Caſar. li. 8. c. 58. Tarrac. lib. 1. c. 109.

CAP. V

Cum ad ætatem perfectam lectores peruenerint, ſi aliquis eorum pro carnis fragilitate vxorem habere voluerit, poteſtas ducendi coniugem non negetur. *Valen. ij. c. 1.*

CAP. VI.

Quoniam in Apoſtolicis canonibus dictum eſt, eorum, qui non ducta vxore in clerum promouentur, ſolos lectores, & cantores vxorem poſſe ducere, & nos hoc ſeruantes decernimus; vt deponatur hypodiaconus, diaconus, vel preſbyter, qui poſt ordinationem vxorem duxerit, &c. *Trul. 6. Apoſt. 26. G. 27. L.*

De œconomo, defenſore, executore, & paramonario, & de eorum officio. Tit. IX.

CAPVT I.

1. q. 1. c. 8 SI quis Epiſcopus per pecuniam ordinauerit Epiſcopum, Chorepiſcopum, &c. œconomum, defenſorem, ſiue paramonarium,

† manſionarium. † &c. de ſuo gradu periclitetur, &c. *Chal. c. 2. Nica. ij. c. 5. Pariſ. ſub Lud. & Loth. lib. 1. c. 11. Capit. lib. 1. c. 19. Borch. lib. 1. c. 112. Ivo lib. 3. tit. 9. c. 3. panor. & par. 5. c. 118. decr. Anſel. lib. 6. c. 81. Caſar. lib. 4. c. 21.*

CAP. II.

16. q. 1. quidam. 17. De clerico, vel monacho CP. veniente ſine mandatis Epiſcopi, vt admoneatur, & eiiciatur à defenſore Eccleſiæ CP. *Chalc. c. 23.*

CAP. III.

Diſt. 75. c. 2. quoniam. Apud œconomum Eccleſiæ viduatæ fructus Eccleſiæ conſeruentur. *Chalc. c. 25. Burch. lib. 1. c. 24. Ivopar. 5. c. 135. decr. Anſel. lib. 6. c. 35. Caſar. lib. 3. c. 28.*

CAP. IV.

Diſt. 89. c. 4. quia & 16. q. 7. quoniam. 21. In aliquibus Eccleſiis ſine œconomis Epiſcopi res Eccleſiaſticas tractant, Placuit omnem Eccleſiam, quæ habet Epiſcopum, habere œconomum ex clero; qui res Eccleſiaſticas gubernet, iuxta voluntatem Epiſcopi; vt non ſine teſte res adminiſtrentur Eccleſiæ, & non diſpergantur, atque Antiſtes vituperetur. Id ſi non fecerit, diuinis canonibus ſubiaceat. *Chalc. c. 26. Deuid. c. 4. Anſel. li. 6. c. 135.*

CAP. V.

9. q. 3. c. 3 cum ſimus. Cum ſeruare canones debeamus, & dicatur in vno ex eis, œconomum eſſe oportere in Eccleſia, is ſeruetur, & ſi Metropolitanus in Eccleſia ſua conſtituit œconomum: recte eſt. Sin minus, ex auctoritate ſua licet CP. Epiſcopo œconomum conſtituere in Eccleſia: idem & Metropolitanis licet, ſi Epiſcopi, qui ſub eis ſunt, non conſtituerint in ſuis Eccleſiis œconomos. Idem de monaſteriis dicendum. *Nica. ij. c. 11. Ivopar. 5. c. 374. decr.*

CAP. VI.

Diſt. 77. c. 2. In ſingulis gradibus obſeruanda ſunt tempora. Si ab infantia Eccleſiaſticis miniſteriis nomen dederit, inter lectores vſque ad viceſimum ætatis annum continuata obſeruatione perduret, &c. Sane vt etiam defenſores Eccleſiæ, qui ex laicis fiunt, ſupradicta obſeruatione teneantur, ſi meruerint eſſe in ordine clericatus. *Zoſim. epiſt. 1. c. 3. Anſel. lib. 7. cap. 41.*

CAP. VII.

Si quis dederit, vel acceperit fructus præter Epiſcopum, vel ordinatum ad œconomiam boni operis; & dans, & accipiens anathema ſit. *Gang. 7. & 8. Symma. in Rom. ſynod. ij. in med. Aqu. 66. Capit. l. 1. c. 47. & l. 6. ca. 285. & lib. 7. c. 7. Bur. l. 3. c. 144. & 145. Ivopar. 3. c. 209. & 210. dec. Anſ. l. 5. c. 44. Caſ. l. 7. c. 43.* 16. q. 1. c. 57. in canonibus.

CAP. VIII.

Executores quinque petantur electi, vt in diuerſas prouincias diuidantur. Aduocatorum quoque diſceptatio in cauſis Eccleſiaſticis ab Imperatoribus petatur. Petatur licentia conſtituendi defenſores ſcholaſticos, qui res Eccleſiæ defendant, cum à ſacerdotibus petitum fuerit, vt ingrediantur ſecretaria iudicum. *Carth. c. 99. G. Milen. ca. 16. L. Afric. c. 64. L.*

CAP. IX.

Petantur ab Imperatoribus defenſores eligendi ab Epiſcopis, ne pauperes à diuitibus vexentur: ob quos Eccleſiam moleſtant. *Carth. c. 76. G. Carth. v. ca. 9. L. Afric. c. 42. L. Capit. lib. 5. cap. 31.* 23. q. 3. c. 10.

CAP. X.

Eos, quos œconomos Græci vocant, hoc eſt, qui vice Epiſcoporum res Eccleſiaſticas tractant, ſicut ſancta ſynodus Chalcedonenſis inſtituit, omnes Epiſcopos de proprio clero ad regendas Eccleſias habere oportet. Qui contempſerit, obnoxius eiuſdem magni concilij erit. *Tolet. iv. c. 47. Chalc. 26.*

CAP. XI.

Secundum Chalcedonenſium Patrum decreta, ex proprio clero œconomum ſibi conſtituat vnuſquiſque Epiſcopus, &c. *Hiſpal. ij. c. 9. Chalc. 26. Burch. lib. 1. c. 89. Ivopar. 5. c. 195. decr.* 16. q. 7. c. 22. in nona.

CAP. XII.

Totius ſacerdotalis ordinis ſententia alius renuntietur œconomus, in quo Apollo quoque Epiſcopus conſenſit, vt bona Eccleſia, vt debent, inſumantur. *Theophilus Epiſcop. Alexandr. in commonitorio, cap. 9.*

De clericorum nomine, & munere. Tit. X.

CAPVT I.

CLericus, qui Chriſti ſeruit Eccleſiæ, interpretetur primo vocabulum ſuum, & 12. q. 1. c. 5. nominis definitione prolata, nitatur eſſe, quod dicitur. Sic enim cleros Græce, Latine ſors interpretatur; propterea vocantur

clerici, quia de sorte sunt Domini, vel quia Dominus, ipse, sors id est, pars clericorum est. Qui autem vel ipse pars Domini est, vel Dominum partem habet, talem se exhibere debet; vt & ipse possideat Dominum, & ipse possideatur à Domino. Qui Dominum possidet, & cum Propheta dicit, pars mea Dominus, nihil extra Dominum habere potest. (*Psal. 15. a*) Quod si quippiam aliud habuerit præter Dominum, pars eius non erit Dominus, verbi gratia, si aurum, si argentum, si possessiones, si variam supellectilem, cum istis partibus Dominus pars eius fieri non dignatur, &c. *Hieron. ad Nepotianum apud Aquisgr. c. 94. Iuo lib. 6. cap. 1. decr. Ansel. lib. 7. c. 2. Deusd. c. 3. Cæsar. lib. 8. c. 1.*

CAP. II.

Omnes, qui in Ecclesiastici ministerij gradibus sunt ordinati, generaliter clerici nominantur. Cleros autem, vel clericos hinc appellatos, doctores nostri dicunt, quia Mathias sorte electus est, quem primum per Apostolos legimus ordinatum. (*Act. 1. d.*) Sic & omnes, quos illis temporibus Ecclesiarum Principes ordinabant, sorte eligebant. Nam cleros, sors interpretatur. Vnde & hæreditas Græce cleronomia appellatur, & hæres cleronomos. Proinde ergo clericos vocari aiunt, eo quod in sorte hæreditatis Domini dentur; vel pro eo, quod ipse Dominus sors eorum sit, sicut de eis scriptum est, loquente Domino: Ego hæreditas eorum. (*Num. 18. c.*) Vnde oportet, vt qui Deum hæreditate possident, absque vllo impedimento sæculi, Deo seruire studeant, & pauperes spiritu esse contendant; (*Deu. 18. a.*) vt congrue illud Psalmistæ dicere possint: Dominus pars hæreditatis meæ. (*Ps. 15. a.*) *Isidor. in lib. de eccl. offi. 2. c. 1. apud Aquisgr. c. 99.*

De tonsura clericorum.
Tit. XI.

CAPVT I.

(*De vita, & honest. cler. c. 15. Greg. ix.*) Clerici coronam, & tonsurã habeant congruentem. *Inno. iij. in conc. gen. Lat. c. 16.*

CAP. II.

(*c. 4. eo. tit. in 4. coll. Dist. 23. c. 23. &*) Si quis ex clericis relaxauerit comam, anathema sit. *Greg. ij. in syn. Rom. c. 17. Magnus. sub Rab. c. 15. Cæsar. lib. 15. c. 76.*

CAP. III.

(*de vit. & honest. cl. c. 4. Gr. ix. & in 1. coll. c. 3 eod. tit.*) Si quis clericus, aut monachus comam laxare præsumpserit, anathema sit. *Zachar. in syn. Rom. c. 8.*

CAP. IV.

(*Dist. 23. c. 21.*) Prohibete fratres per vniuersas regionum vestrarum Ecclesias; vt clerici, qui laicis, & simplicibus virtutis, honestatis, prudentiæ & grauitatis exemplar esse debent, ac se ipsos tamquam signum purioris vitæ rudioribus ad imitationem prudenter exhibere, iuxta Apostolum comam non nutriant, (*1. Cor. 11. c.*) sed desuper caput in modum sphæræ radant. Quia sicut discreti debent esse in conuersatione, ita & in tonsura, & omni habitu discreti debent apparere. *Anicet. ep. vni ansi. Iuo par. 6. c. 46. decr. Cæs. l. 8. c. 39.*

CAP. V.

Archiepiscopum vestrum Iacobum consuetudini sanctæ Romanæ Ecclesiæ, matris omnium Ecclesiarum, vestræque specialiter, obedire coegimus: scilicet, vt quemadmodum totius Occidentalis Ecclesiæ clerus ab ipsis fidei Christianæ primordijs barbam radendi morem tenuit, ita & ipse raderet, &c. Omnem tuæ potestatis clerum barbas radere facias, atque compellas. *Gr. vij. l. 8. regist. epist. 10. ad Iudicem Caralitanum.*

CAP. VI.

Clericus nec comam nutriat, nec barbam * radat. *Cart. iv. c. 44. Burc. l. 2. c. 174. Iuo par. 6. c. 265. decr.* (* *De vit. & hon. cler. c. 5. Gr. ix. & in 1. coll. c. 4. eo titulo. Dist. 23. c. 22.*)

CAP. VII.

Clerici, qui comam nutriunt, ab Archidiacono, etiam si noluerint, inuiti detondeantur. *Agath. cap. 20. Capitul. lib. 7. cap. 234. Cæsar. lib. 8. cap. 51.*

CAP. VIII.

Vt nullus clericorum comam nutriat, aut barbam radat. *Barcin. c. 3.*

CAP. IX.

Omnes clerici, vel lectores, sicut Leuitæ, & sacerdotes detonso superius capite toto, inferius solam circuli coronam relinquant: non sicut hucusque in Galliciæ partibus facere lectores videntur; qui prolixis, vt laici, comis in solo capitis apice, modicum circulum tondent. Ritus enim iste in Hispaniis hucusque hæreticorum fuit, &c. Qui autem hoc non custodierit, fidei catholicæ reus erit. *Tolet. iv. c. 40.*

CAP. X.

Tonsuræ Ecclesiasticæ vsus à Nazaræis, ni fallor, exortus est, qui prius crine seruato, denuo, post magnam vitæ continentiam, deuotione completa, caput radebant, & capillos in igne sacrificij ponere iubebantur; (*Num. 6. c.*) scilicet, vt perfectionem deuotionis suæ Domino consecrarent. Huius ergo exempli vsus ab Apostolis introductus est; vt hi, qui in diuinis cultibus mancipati Domino consecrantur, quasi Nazaræi, id est, sancti Dei, crine præciso innouentur; hoc quippe, & Ezechieli Prophetæ iubetur, &c. (*Ezec. 7. a.*) hoc & Nazaræos illos Priscillam, & Aquilam in actibus Apostolorum primum fecisse legimus. (*Act. 18. c.*) Paulum quoque Apostolum, & quosdam discipulorum Christi, qui in huiusmodi cultu mirandi † extiterunt. († imitabi-) Est autem clericis tonsura signum quoddam, quod in corpore figuratur, sed in animo agitur; scilicet, vt hoc signo in religione vitia resecentur, & in criminibus carnis nostræ, quasi crinibus exuamur; atque inde innouati sensibus, vt comis rudibus enitescamus, expoliantes nos, iuxta Apostolum, veterem hominem cum actibus suis, induen- (*Eph. 4. c. Colos. 3. b.*)

Cap. VIII.

Fœminæ, quæ benedictionem diaconatus hactenus contra interdicta canonum acceperint, si ad coniugium probantur iterum deuolutæ, à communione pellantur. Quod si huiusmodi contubernium admonitæ ab Episcopo, cognito errore dissoluerint, in communionis gratiam acta pœnitentia reuertantur. *Aur. ij.c.16.*

Cap. IX.

Viduam, quæ in viduarum numerum relata est, hoc est, quæ ab Ecclesia in diaconatum 1.Tim.5. suscepta est, censuit Apostolus nubentem despici, &c. *Basil.ep.ad Amphiloch.c.24.*

Cap. X.

†Pagano. Diaconissa, quæ cum Græco † fornicata est, est ad communionem admittenda, ad oblationem autem septimo anno admittetur, scilicet, si in castitate vitam agat. Græcus † autem, qui post fidem, rursus ad sacrilegium accedit, ad vomitum reuertitur. Nos ergo diaconissæ corpus vt consecratum, esse in casu carnali non amplius permittimus. *Basil.ad Amphiloch.c.44.* († Paganus.)

De Diaconissis non ordinandis: Tit. XL.

CAPVT I.

Diaconissæ omnimodè non ordinandæ. Si quæ iam sunt, benedictioni, quæ populo impenditur, capita submittant. *Arausi. cap.26.*

Cap. II.

† regione f. Viduatum consecrationem, quas diaconissas vocant, ab omni religione † nostra penitus abrogamus: solam eis pœnitentiæ benedictionem, si conuerti ambiunt, imponendo. *Epan.21.*

Cap. III.

Fœminæ benedictionem diaconatus hactenus contra interdicta canonum accipiunt, &c. *Aur.ij.c.16.*

Cap. IV.

Nulli postmodum fœminæ diaconalis benedictio pro conditionis huius fragilitate credatur. *Aur.ij.c.17.*

Communia de Diaconissis. Tit. XLI.

CAPVT I.

Paulianistæ conuersi, rebaptizentur. Clerici eorum laudabilis vitæ rebaptizati ordinentur à catholico Episcopo, minus probati deponantur. Idem de diaconissis, & cæteris ex clero seruetur. Diaconissas autem intelligimus, quæ in eo ordine numerantur; nam cum manus impositionem non habeant, omnino inter laicas computentur. *Nicæ.19.*

Cap. II.

Episcopi ante Episcopatum vxor ab eo separata ex consensu, post eius ordinationem in monasterium ingrediatur, quod longius absit ab Episcopi habitatione, & Episcopi prouidentia sustentetur. Quod si digna visa fuerit, ad diaconissæ dignitatem ascendat. *Trul.48.*

Cap. III.

Scimus, sanctam Mariam prius meretricem fuisse, postea factam continentem, non tamen inter diaconas relata est. *Taras. CP. ante vij. syn. in ep. ad Ioan. presb. post med.* Luc.7 f.

LIBER OCTAVVS,

De Acolythis, & aliis clericis inferioribus.

DE ACOLYTHIS, ET DE EORVM officio.

TITVLVS PRIMVS.

CAPVT I.

Dist. 14. c.1. Nullus. Nullus lector, vel ostiarius vasa sacrata audeat cötingere. Nullus acolythorum rem sacratam à presbytero alij porrigere, &c. nisi tantum supportet, quod ei sacerdos imposuerit suo ore benedictum. *Silu. in syn. Rom. cclxxxiv. Episcop. c.9.*

Cap. II.

Septem diaconos in Vrbe Roma, &c. habemus; qui per singulas hebdomadas & Dominicos dies, atque festiuitatum solemnia cum subdiaconibus, & acolythis, ac sequacium ordinum ministris iniuncta sibi obseruant ministeria. *Fabian. ep.1. in prin.*

Cap. III.

Acolythus cum ordinatur, ab Episcopo Dist. 23. c. 16.

filiom presbyteri, neque diaconi, neque subdiaconi, &c. *Bituric.c.11. apud Lemon. act.2.*

Diaconus, & hypodiaconus habeant semper secum testes suæ vitæ. Tit. XXII.

CAPVT I.

DE conuersatione vitæ id statuere placuit, à Pontifice vsque ad subdiaconum post suscepti honoris officium, si quis ex coniugatis fuerit ordinatos, vt sempet alterius fratris vtatur auxilio, cuius testimonio vita eius debeat clatiot apparere. *Gerund.c.6.*

Cap. II.

Presbyteri, & diaconi, & subdiaconi vicani hoc studeant, vt mancipiola sua ibi maneant, vbi vxores suæ. Illi tamen segregatim solitarij in cælla iaceant, & orent, & dormiant. *Turon.ii.c.20.*

Cap. III.

Placuit, vt quemadmodum Antistites, ita ptesbyteti, atque Leuitæ, quos forte infirmitas, atque ætatis grauitas in conclaui suo manere non sinit, vt & iidem in cællulis suis testes vitæ habeant, vitamque suam, sicut nomine, ita metitis teneant. *Tolet:iv.c.22.*

Ne diaconi, aut hypodiaconi vsuras exigant. Tit. XXIII.

CAPVT I.

Dist.47. c.2. EPiscopus, presbyter, diaconus vsuras à debitoribus exigens deponatur. *Ap.c.44. Capitul.lib.1.c.5. Burch.lib.2.c.119. Iuo lib.3. tit.13.c.2.panor.& part.6.cap.195.& par.13.c.15.decr.*

Cap. II.

14.q.4.c.2. Ministris, qui fœnerantur, iuxta formam diuinitus datam, à communione abstineant. *Arel.i.c.12. Iuo par.13.c.10.decr.*

Cap. III.

Clericus, à diaconatu & supra, pecuniam non commodet ad vsuras, nec de præstitis beneficiis quidquam amplius, quã datur, speret. Nec vt in exercendis negotiis turpis lucri cupiditate versetur: sicut publici negotiatores, qui
† mensam f. ad populatores pensam † obseruant; aut sub alieno nomine interdicta negotia audeat exercere. Quod si quis aduersus hæc statuta venire præsumpserit, communione concessa ab ordine degradetur. *Aurel.iii.c.26.*

Cap. IV.

Episcopus, presbyter, diaconus vsuras, vel centesimas accipiens, cesset, vel deponatur. *Trul.c.10.*

De diaconis, qui pretio ordines obtinent, aut res alias spiritales vendunt. Tit. XXIV.

CAPVT I.

SI Episcopus per pecuniam ordinauerit Epi- 1.q.1.c.8.
scopum, Chorepiscopum, presbyterum, diaconum, clericum, aut constituerit œconomum, defensorem, vel paramonarium, vel alium ex canone, idque fecisse probetur; de suo gradu periclitetur, & qui ordinatus est, nihil consequatur: sed sit alienus à dignitate, vel cura, quam emit. Si quis mediator huius turpitudinis fuit; clericus proprio gradu cadat; laicus, vel monachus anathematizetur. *Chalced.ca.2. Nicæ.ij.cap.5. Br.iij.c.7. Paris.sub Lud.& Loth.li.1.c.11. Nannet.c.7. Capitul. lib.1.c.19. Bur.lib.1.ca.112. Iuo lib.3.tit.9.c.3.pan. & par.5.cap.118.decr. Ansel.lib.6.c.81. Cæsar.lib.4.c.21.*

Cap. II.

Seruetur canon Apostolorum vt si quis ob pecunias fiat Episcopus, vel presbyter, vel diaconos, deponatur, & is, & qui ordinauit, & eiiciatur omnino à communione, vt Simon Magus à Petro, & secondo canone Chalced. dicitur: Si quis Episcopus &c. *Nicæ.ij.c.5. Vide Apost. c.29.G.30.L.*

Cap. III.

Si quis Episcopus, Presbyter, diaconus per pecuniam fiat, deponatur ipse, & qui eum ordinauit, & eiciatur etiam à communione, vt Simon Magus à Petro. *Apost.c.29.G.30.L. Vid. Nicæ.ij.c.5. Bituric.act.2. Taras.CP.ante vij.syno. Capitul.lib.1.c.19.*

Cap. IV.

Nullus Episcopus, nec Presbyter, vel Abbas, seu diaconus per premium ad sacrum ordinem penitus accedat. Quod qui fecerit, ipso honore, quem præmiis comparare præsumpsetit, omnino priuetur. *Cabilon.cap.16.*

Cap. V.

Nemo Episcopus, Presbyter, diaconus com- 1.q.1.
munionem dans ab accipiente exigat ob eam nullus.
susceptionem obolos, vel speciem aliquam; 100.
non enim gratia venditur, neque pecunia sanctum Spiritum damus, sed doni meritis. Si vero quis id exigat, deponatur, vt Simonis amatot. *Trull.c.23. Iuo par.2.c.92.decr.*

Cap. VI.

Sunt in quibusdam locis Scoti, qui se dicunt Episcopos esse, & multos negligentes absque licentia dominorum suorum, siue magistrorum Presbyteros, & diaconos ordinant, quorum ordinationem, quia plerumque in simoniacam incidit hæresim, & multis erroribus subiacet; modis omnibus irritam fieri debere, omnes vno consensu decreuimus. *Cabilo.sub Carol.cap.43. Capitul.lib.7.cap.66.in additis. Burchar.lib.1.cap.120. Iuo part.5.c.220. decret.*

CAP. VII.

Scimus diuinos canones omnes accipientes, aut dantes quippiam in ordinatione sacerdotali excommunicare; & à sacerdotij sanctitate repellere, &c. Omnis igitur Episcopus, aut diaconus conuictus, quod pecuniis, aut largitione ordinationem obtinuit; ab Episcopatu excidit. Et postea. Quorsum hæc dico? cum veritatis sermonem cognoscam, & eum, qui à diuinis Apostolis initiatus est, clamantem videam: Quod quicumque per pecuniam ordinatus est Episcopus, aut presbyter, aut diaconus, alienus est à sacerdotali dignitate? *Tarasius Episcopus Constantinopolitanus epistol. ad Ioann. presbyterum, ante medium, & postea, ante vij. synod. Apost. c. 29. G. 30. L.*

Ne Diaconi, aut hypodiaconi negotiis sæcularibus operam dent. Tit. XXV.

CAPVT I.

De postul. c. 1. Grego. ix. & in 1. collect.

CLerici in subdiaconatu, & supra; & in minoribus quoque ordinibus, si stipendiis Ecclesiasticis sustentantur, coram iudice sæculari aduocati in negotiis fieri non præsumant, &c. *Alex. iij. in conc. Later. c. 12.*

CAP. II.

Ne cleri vel mon. cap. 9. Greg. ix. & c. 2. eo. tit. in 1. collect.

Nullus clericus rotariis, aut balistariis; aut huiusmodi viris sanguinum præponatur, nec illam chirurgiæ partem subdiaconus, diaconus, vel sacerdos exerceant, quæ ad vstionem, vel incisionem inducit, &c. *Inn. iij. in conc. gen. Later. c. 18.*

CAP. III.

Dist. 88. c. 3.

Episcopus, presbyter, diaconus, si sæcularia negotia susceperit, deponatur. *Ap. 6. G. 7. L. Ans. l. 6. c. 148.*

CAP. IV.

Episcopus, presbyter, diaconus militiam exercens, si vult vtrumque retinere, Romanum magistratum, & sacram administrationem, deponatur. Nam quæ sunt Cæsaris, Cæsari; quæ sunt Dei, Deo. *Ap. c. 83.*

Mat. 22 Luc. 20.

CAP. V.

Episcopi, presbyteri, diaconi de locis suis negotiandi causa non discedant, nec circumeuntes prouincias, quæstuosas nundinas sectentur, &c. *Elib. c. 19.*

CAP. VI.

21. q. 3. placuit. c. 3. 2. Tim. 2. a.

Episcopi, presbyteri, diaconi, conductores, vel procuratores non fiant; neque ex aliquo turpi; vel inhonesto quæstu cibum parent; scriptum est: Nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus. *Carth. cap. 16. G. Carth. iij. cap. 15. L. Verm. cap. 67. Burch. lib. 2. cap. 151. Iuo part. 6. cap. 242. decr. Anselmi lib. 7. cap. 151.*

CAP. VII.

Episcopus, presbyter, aut diaconus non sint conductores. *Hipponen. c. 17.*

CAP. VIII.

Neque presbyteri, neque diaconi, neque monachi villici fiant. *Cabilo. sub Carolo c. 12.*

CAP. IX.

Ne cler. vel mon. c. 1. Greg. ix. & in 1. collect.

Ministri altaris Domini, vel monachi, &c. à negotiis sæcularibus omnino abstineant. Multa sunt ergo negotia sæcularia; de his tamen pauca perstrinximus, ad quæ pertinet omnis libido, non solum immunditia carnis, sed etiam in omni concupiscentia carnali; quidquid plus iusto appetit homo, turpe lucrum, munera iniusta accipere, vel etiam dare pro aliquo sæculari quæstu; pretio aliquem conducere; contentiones, & lites, vel rixas amare; in placitis sæcularibus disputare, excepta defensione orphanorum, aut viduarum, conductores, aut procuratores esse sæcularium rerum; turpis verbi, vel facti ioculatorem esse, vel iocum sæcularem diligere; aleas amare; ornamentum inconueniens proposito suo quærere; in deliciis viuere velle; gulam, & ebrietatem sequi; pondera iniusta, vel mensuras habere; negotium iniustum exercere, &c. Quæ omnia, & his similia ministris altaris, &c. interdicimus, de quibus dicit Apostolus: Nemo militans Deo, implicat se negotiis sæcularibus. *Magunt. sub Carolo ca. 14. Magunt. sub Raban. cap. 13. Bur. l. 8. c. 90. Iuo par. 7. ca. 108. decr. Capit. l. 7. c. 172. in addit.*

2. Tim. 2. a.

Ne Diaconus vestitu sæculari vtatur. Tit. XXVI.

CAPVT I.

21. q. 4. Episcopi. c. 3.

EPiscopus, presbyter, & diaconus sæculari indumento minime vtantur, nisi vt condecet, tunica sacerdotali; sed neque dum ambulauerit in ciuitate, aut in via, aut in plateis, sine operimento præsumat ambulare; præter si in itinere longo ambulauerit. Quia sicut mulier orans in ecclesia non velato capite, deturpat caput suum, iuxta Apostoli vocem; ita sacerdos sine operimento deturpat suum sacerdotium. Nam si temere præsumpserit contra statuta agere, communione priuetur, donec quæ statuta sunt, adimplere maturet. *Zachar. in syn. Rom. c. 3.*

1. Cor. 11.

CAP. II.

Decreuimus, vt presbyteri, vel diaconi non sagis, laicorum more, sed casulis vtantur ritu seruorum Dei. *Franc. syn. in fi. Capit. lib. 5. c. 2. in fine.*

Ne Diaconus venationi, aut aucupiis operam det. Tit. XXVII.

CAPVT I.

Dist. 34. c. 2. Episcopum. c. 1.

EPiscopis, presbyteris, atque diaconibus canes ad venandum, & accipitres ad aucupandum habere non liceat. Quod si quis

talium personarum in hac voluntate † detectus fuerit, si Episcopus est tribus mensibus se suspendat à communione, presbyter duobus mensibus se abstineat; diaconus vero † ab omni officio, & communione cessabit. *Agath.c.55. Epaun.c.3.Vorm.c.17.Bur.l.2.c.213 Iuo.l.3.tit.15. c.1.pan.& p.5.c.366.& par.6.c.288.& par.13.cap. 30.decr.*

Greger. ix. & in 1. collect. † voluptate f. † voof.

Cap. II.

Ne cler. vel mon. c. 1. Gre. ix. & in 1. collect.

Ministri altaris Domini, vel monachi, nobis placuit, vt à negotiis sæcularibus omnino abstineant, &c. Canes, & aues sequi ad venandum, in omnibus quibuslibet sit causis, superfluum esse. Ecce talia, & his similia ministris altaris Domini, nec non & monachis omnino contradicimus. *Magunt.sub Carol.cap.14. Magun.sub Raban.cap.13.Capitul.lib.7. c.172.in addit. Burch.lib.8.c.90. Iuo par.7.c.108. decr.*

Diaconus non potest offerre sacrificium. Tit. XXVIII.

CAPVT I.

DE Diaconibus quos cognouimus multis locis offerre, placuit minime fieri debere. *Arelat.1.c.15.*

Cap. II.

Dist. 93. c. 16. Non oportet ministros panem dare, neque calicem benedicere. *Laod.c.25. Aquis.78.*

Cap. III.

26. q. 6. c. 3. Ministrare diaconus, &c. non præsumat. *Agath.43.*

Diaconus non baptizet iniussu Episcopi, aut presbyteri, nisi cum necessitas compellat. Tit. XXIX.

CAPVT I.

Dist. 93. c. 13. Diaconos propriam constituimus seruare mensuram, nec vltra tenorem paternis canonibus deputatum, quippiam tentare. Nihil eorum suo ministerio permittimus applicare, quæ primis ordinibus proprie decreuit antiquitas. Absque Episcopo, vel presbytero baptizare non præsumant, &c. nisi necessitas extrema compellat, quod & laicis Christianis facere plerumque conceditur. *Gelas.ep.1.cap.9. Bur.li.4.c.57. Iuo par.1.ca.252.& par.6.c.99.decr. Ans.l.7.c.54.*

Cap. II.

Si quis diaconus regens plebem, sine Episcopo, vel presbytero aliquos baptizauerit, Episcopus eos per benedictionem perficere debebit. Quod si ante de sæculo recesserit, sub fide, qua quis crediderit; poterit esse iustus. *Elib.c.77.*

Cap. III.

Dist. 81. c.14. † ho. Si diaconus, vel presbyter pro reatu suo se ab altaris communione sub pœnitentis professione submouerint, sic † quoque si alij defuerint, & causa certæ necessitatis exoritur, poscentem baptismum liceat baptizare. *Aur. c.12.al.14. Iuo par.6.ca.368.& par.15.cap.18.decr. Tarrac.li.6.c.4.*

De diacono, vel hypodiacono, qui crimen capitale ante ordinationem, vel postea commisit. Tit. XXX.

CAPVT I.

SVbdiaconem eum ordinari non debere, qui in adolescentia sua fuerit mœchatus, eo quod postea per subreptionem ad altiorem gradum non sit promouendus. Si autem aliqui sunt in præteritum ordinati, amoueantur. *Eliber.c.30.*

Cap. II.

Si quis diaconnm se permiserit ordinari, & postea fuerit in crimine detectus mortis, &c. Si sponte fuerit confessus, acta legitima pœnitentia post triennium accipiat communionem. Si alius detexerit, post quinquennium acta pœnitentia accipiat laicam communionem. *Elib.c.76.*

Cap. III.

Si Episcopus, presbyter, aut diaconus capitale crimen commiserit, &c. ab officij honore depositus, in monasterium retrudatur, & ibi quamdiu vixerit, laicam communionem accipiat. *Agath.c.50. Epaun.c.22.* Dist. 50. c. 7.

Cap. IV.

Si diaconus, aut presbyter crimen capitale commiserit, simul & ab officio, & communione pellatur. *Aurel. cap. 9. vel 11. Tarrac. lib. 6. cap. 4.* Dist. 81. c. 14.

Communia de Diaconis. Tit. XXXI.

CAPVT I.

EPiscopus, presbyter, diaconus, aut ex catalogo sacro, qui non communicet sine iusta causa, excommunicetur. *Ap. cap. 8. G. 9. L. Vid. Ant.c.2. Capit.l.1.c.6.*

Cap. II.

Presbyter, aut diaconus excommunicatus à suo Episcopo, non suscipiatur ab alio Episcopo, nisi post mortem sui Episcopi. *Ap. 32. G.33. L. Vide Capit.Caroli c. 1.*

Cap. III.

Si Episcopus, presbyter, aut diaconus non susceperit curam, & ministerium populi sibi commissi, excommunicetur donec suscipiat. *Ap.c.36.G.37.L.*

Cap. IV.

Cognouimus, quod quidam diaconus nomine Ioannes in duabus militer ecclesiis, &c. Si ita est, hoc tua dilectissima fraternitas pro Dei amore corrigat. *Vitalia.ep.3.in med.*

CAP. V.

Quicumque iudex, aut sæcularis presbytero, aut diacono, aut cuilibet de clero, aut de iunioribus absque audientia Episcopi, aut Archidiaconi, vel Archipresbyteri, iniuriam inferre præsumpserit; anno ab omnium Christianorum consortio habeatur extraneus. *Antisiod.c.43.*

CAP. VI.

Licitum sit Episcopis, præseuntibus presbyteris, & diaconibus, de thesauro ecclesiæ, familiæ, & pauperibus eiusdem Ecclesiæ, &c. erogare. *Turon.sub Carolo c.2.*

De Archidiacono, & de officio; & potestate eius. Tit. XXXIII.

CAPVT I.

Ne Prel. v.su.c.2. Gregor. ix. & in 1. collect. IN quibusdam Episcopatibus Decani quidā, vel Archipresbyteri, ad agendas vices Episcoporum, seu Archidiaconorum, & terminandas causas Ecclesiasticas, sub annuo pretio constituuntur, &c. id vlterius fieri districtius prohibemus, &c. *Alex. iij. in conc. Tur. c.7. post conc. Later. part.2.c.1.*

CAP. II.

De elect. c.7. Gre. ix. c. 16. eo. tit. in 3. collect. Inferiora ministeria, vt puta Decanatus, Archidiaconatus, & alia, quæ animarum curam habent annexam, nullus omnino suscipiat; sed nec parochialium Ecclesiarum regimen, nisi qui iam vigesimum quintum ætatis annum attigerit, & qui scientia, & moribus existat commendandus. Cum autem assumptus fuerit, si Archidiaconus in diaconem & Decani, & reliqui admoniti, non fuerint præfixo à canonibus tempore in presbyteros ordinati; & ab illo remoueantur officio, & alij conferatur, qui velit, & possit conuenienter illud implere, &c. *Alexand. iij. in conc. Lateran. c.3.*

CAP. III.

De cens. c.6. Gre. ix. & in 3. collect. Archidiaconi (*cum visitant*) v. aut vij. Decani constituti sub ipsis, duobus equis existant contenti, &c. Archidiaconi autem, siue Decani nullas exactiones, vel tallias in presbyteros, seu clericos exercere præsumant. *Alex. iij. in conc. Lat. c. 4.*

CAP. IV.

De app. c. 26. Greg. ix. & c. 42. eo. tit. in 1. collect. Reprehensibilis valde consuetudo in quibusdam partibus inoleuit, vt fratres, & coëpiscopi nostri, seu etiam Archidiaconi, quos appellaturos in causis suis existimant, nulla penitus admonitione præmissa, suspensionis, vel excommunicationis in eos ferant sententiam, &c. statuimus, vt nec Prælati, nisi canonica admonitione præmissa, sententiam proferant, &c. *Alex. iij. in conc. Lat. c. 6.*

CAP. V.

De hære. 13. Greg. ix. & c. 2. eo. tit. in 4. coll. Quilibet Archiepiscopus, vel Episcopus per se, aut per Archidiaconum suum, vel idoneas personas honestas; bis aut saltem semel in anno propriam parochiam, in qua fama fuerit hæreticos habitare, circumeat, &c. *Innocentius iij. in concil. gen. Lateranen. cap 3. prope finem.*

CAP. VI.

De cens. 23. Gre. ix. & c. 2. eo. tit. in 4. coll. Procurationes, quæ visitationis ratione debentur Episcopis, Archidiaconis, vel quibuslibet, &c. non exigantur, nisi quando præsentialiter officium visitationis impendunt, &c. *Inn. iij. in d. conc. gen. Later. c.33.*

CAP. VII.

Si criminosus fuerit aliquis presbyter, in præsentia Episcopi, vel Archidiaconi diiudicetur. Et si probata fuerit eius culpa, per Episcopum, vel suos expellatur, & alius per Episcopum intromittatur. *Gregor. vij. in conc. Rom. ann. incer. c.4*

CAP. VIII.

Nullus fiat Decanus in Ecclesia, nisi presbyter: nullus Archidiaconus, nisi Leuita. *Vrban. ij. in conc. Claramon. c.3.*

CAP. IX.

Nullus in Archidiaconum nisi diaconus ordinetur. *Callist. ij. in conc. Rom. c.2.* *Dist. 60. c. 2.*

CAP. X.

Nullus omnino Archidiaconus, &c. animarum curam, vel præbendas Ecclesiæ sine iudicio, vel consensu Episcopi, alicui tribuat, &c. Si quis vero contra hæc facere, aut potestatem, quæ ad Episcopum pertinet, sibi vindicare præsumpserit, ab Ecclesiæ liminibus arceatur. *Callist. ij. in conc. Rom. c.7.* *16. q. 7. c. 11.*

CAP. XI.

Præcipimus, vt nullus in Archidiaconū, vel Decanum, nisi diaconus, vel presbyter ordinetur. Archidiaconi vero, Decani, vel Præpositi, qui infra ordines prænotatos existunt, si inobedientes ordinari contempserint, honore suscepto priuentur. Prohibemus etiam, ne adolescentibus, vel infra sacros ordines constitutis, sed qui prudentia, & merito vitæ clarescant, prædicti concedantur honores. *Innoc. ij. in conc. Rom. cap. 8. Eugen. iij. in conc. Rem. c. 9. in editis c. 6. Iuo in fine pan.* *Dist. 60. nonnamus. c. 3.*

CAP. XII.

Nullus in Archidiaconum, vel Decanum, nisi diaconus, vel presbyter ordinetur. Qui si ordinari contempserint, honore suscepto priuentur, &c. *Eugen. iij. in conc. Remen. ca. 9. in edit. cap. 6.*

CAP. XIII.

Nec Archidiaconus, aut diaconus sub prætextu officii humilitatis, frequentet domicilia matronarum, &c. *Cle. ep. 2. post prin. Iuo par. 6. ca. 89. decr. Ans. l.7.c.139.* *Dist. 81. cler. 20.*

CAP. XIV.

Subdiaconus cum ordinatur, &c. accipiat de manu Archidiaconi vrceolum cum aqua, & mantile, & manutergium. *Cart. iv. c.5. Iuo lib.3. tit.3.c.8. pan. & par. 6.c.14. & c.9. in fine; decr. Ans. l.7. c 51.* *Dist. 23. c. 15.*

CAP. XV.

Acolythus cum ordinatur, ab Archidiacono accipit ceroferarium cum cereo, & vr- *Dist. 23. c. 16.*

ceolum vacuum. *Carth. iv. cap. 6. Iuo lib. 3. tit. 3. cap. 9. panor. & par. 6. cap. 15. decr. Anſelm. lib. 7. cap. 50.*

CAP. XVI

Diſt. 23. c. 19. Oſtiarius cum ordinatur postquam ab Archidiacono inſtructus fuerit, qualiter in domo Dei debeat conuerſari; ad ſuggeſtionem Archidiaconi tradat ei Epiſcopus claues Eccleſiæ de altario. *Carthag. iv. cap. 9. Iuo lib. 3. tit. 3 cap. 12 panor. & par. 6. cap. 18. decr. Anſ. lib. 7. cap. 47.*

CAP. XVII.

Diſt. 88. c. 7. Epiſcopus gubernationem viduarum, & pupillorum, ac peregrinorum non per ſe ipſum, ſed per Archipresbyterum, aut per Archidiaconum agat. *Carth. iv. c. 17.*

CAP. XVIII.

Statutum eſt, diaconum non chriſmate, ſed preſbyterum abſente Epiſcopo, præſente vero non, niſi ab ipſo fuerit præceptum. Archidiaconus conſtitutionem huiuſmodi Epiſcopis abſentibus, & præſentibus ſuggerat. *Tolet. 1. c. 20.*

CAP. XIX.

Diſt. 23. c. 21. Clerici, qui comam nutriunt, ab Archidiacono, etiam ſi noluerint, inuiti detondeantur, &c. *Agath. 20. Capitul. lib. 7. cap. 234. Cæſar. lib. 8. cap. 51.*

CAP. XX.

Diſt. 74. Epiſcoporum. c. 5. † ordinationem. Si officium Archidiaconatus propter ſimpliciorem naturam implere, aut expedire nequiuerit, ille loci ſui nomen teneat, & ordinationi † Eccleſiæ, quem elegerit Epiſcopus, præponatur. *Agath. 23.*

CAP. XXI.

De rebus Eccleſiaſticis tres æquæ fiant portiones, &c. De parte (*reparationis Eccleſiæ*) ſiue Archipresbyter, ſiue Archidiaconus illam adminiſtrans, Epiſcopo faciat rationem. *Bracar. 1. c. 5.*

CAP. XXII.

A media quadrageſima preſbyteri chriſma petant; & ſi quis infirmitate detentus venire non potuerit, ad Archidiaconum ſuum, vel Archiſubdiaconum tranſmittat. *Antiſ. c. 6.*

CAP. XXIII.

Si presbyter, aut diaconus, aut ſubdiaconus poſt acceptam benedictionem infantes procreauerit, &c. & Archipresbyter hoc Epiſcopo, aut Archidiacono non intimauerit, integro anno non communicet. *Antiſ. c. 20.*

CAP. XXIV.

Quicumque iudex, aut ſæcularis presbyterum, aut diaconum, aut quemlibet de clero, aut de iunioribus, abſque audientia Epiſcopi, aut Archidiaconi, vel Archipresbyteri, iniuriam inferre præſumpſerit: anno ab omni Chriſtianorum conſortio habeatur extraneus. *Antiſ. c. 43.*

CAP. XXV.

Sedentibus in diuturno ſilentio ſacerdotibus, &c. dicat Archidiaconus: Orate, &c. Si presbyter aliquis, aut diaconus, vel clericus, ſiue laicus de his, qui foris ſteterint, concilium pro qualibet re crediderit appellandum; Eccleſiæ Metropolitanæ Archidiacono cauſam ſuam intimet, & ille concilio denuntiet. *Tolet. cap. 3.*

CAP. XXVI.

Quicumque ad hoc officium (*Archipresbyteratus, ſeu Archidiaconatus*) peruenerit, humilitatem Pontifici ſuo, & reuerentiam præbeat, &c. & ſui dignitatem officij per omnia teneat. *Emeriten. c. 10.*

CAP. XXVII.

Dictum eſt, quod in pleriſque locis Archidiaconi ſuper presbyteros parochianos quandam exercent dominationem, & ab eis cenſus exigant, &c. Teneant propriam menſuram, & quod eis ab Epiſcopis iniungitur, hoc per parochias ſuas exercere ſtudeant, nihil per cupiditatem, & auaritiam præſumentes. *Cabilonenſe ſub Carolo cap. 15. Iuo par. 3. cap. 134. decr.* Diſt. 94. c. vlt.

CAP. XXVIII.

Subdiaconi cum ordinantur, &c. ab Archidiacono ſcyphum aquæ cum aquamanili, & manutergium accipiunt. *Iſid. l. 2. c. 10. de eccl. offic. apud. Aqu. c. 6.*

CAP. XXIX.

Statuimus, vt vnuſquiſque Epiſcoporum ſuper Archidiaconis ſuis deinceps vigilantiorem curam adhibeat; quoniam propter eorum auaritiam, & morum improbitatem, multi ſcandalizantur, & miniſterium ſacerdotale vituperatur, & in Eccleſiis à ſacerdotibus multa propter eos negliguntur. *Pariſ. ſub Lud. & Loth. l. 1. c. 25.*

CAP. XXX.

Archidiaconatum nullus habeat, niſi diaconus efficiatur. *Bituric. ca. 4. apud ſyn. Lemonic. act. 2.*

CAP. XXXI.

Nemo Archidiaconatum per pecuniam acquirat. Quicumque tali modo iam acquiſiſſe comprobatur, omni remota occaſione deponatur. *Pictau. c. 2.*

CAP. XXXII.

Qui Archidiaconatus tenent, diaconi fiant, &c. Quod ſi aliqua iuſta cauſa prohibente diaconi eſſe non potuerint, prælationes amittant. *Pictau. c. 7. Tarr. l. 6. c. 83.* De ætá. & qualit. ord. c. 1. Grego. ix. & in 1. collect.

CAP. XXXIII.

Archidiaconi (*ſi clericos rurales concubinarios*) in iniquitatibus voluerint confouere, vel eorum diſſimulare exceſſus, ſciant ab officio ſe ſuſpenſos. *Conc. habitum in Alemania ſub Conrado Cardinali, c. 3.*

CAP. XXXIV.

Cum vicarius (*in eccleſia*) poni debet, & poteſt, perpetuo inſtituatur, idque aſſenſu, & auctoritate diœceſani, & Archidiaconi loci illius: nec Epiſcopus, vel Archidiaconus talem inſtituat, niſi ei de bonis Eccleſiæ coram eo tantum fuerit aſſignatum, vnde iura Epiſcopi, & Archidiaconi poſſit perſol-

uere,

nere, & congruam, & sufficientem sustentationem habere. *Conc. sub eod. Conrado Cardinali, cap. 12.*

C A P. XXXVI.

Maras (*diaconus*) secundum veritatem excommunicatus est à proprio Archidiacono; non enim à me excommunicatus, quoniam iniuriam fecit presbytero; ob hoc eum à communione suspendit. *Ibas Episcopus in Chalc. syn. act. 10.*

C A P. XXXVII.

Cornelius ante quam passus est, omnia bona Ecclesiæ tradidit Stephano Archidiacono. *Damasus in Cornel.*

C A P. XXXVIII.

Lucius omnem potestatem Ecclesiæ dedit Archidiacono suo Stephano, dum ad passionem pergeret. *Dam. in Lucio.*

De hypodiaconis, & de muneribus, quæ ad eos pertinent. Tit. XXXIV.

CAPVT I.

Dist. 92. 1. in sancta. in fi. PSalmos, ac reliquas lectiones censeo per subdiaconos, &c. exhiberi. *Greg. in synod. Roman. c. 1. & lib. 4. cap. 88. registr. Iuo par. 2. cap. 79. decret. Anselm. lib. 7. cap. 65. Tarracon. lib. 4. cap. 22.*

C A P. II.

De consecr. d. 14. 58. Episcopus. In solemnioribus diebus septem, aut quinque, aut tres diacones, qui eius oculi dicuntur, & subdiaconos, ac reliquos ministros, secum habeat (*Episcopus*,) qui sacris induti vestimentis, in fronte, & à tergo, & presbyteri è regione dextra, læuaque stent. *Anacl. epist. 1. in med. Iuo par. 2. cap. 67. decr. Anselm. lib. 6. cap. 132. Cæsaraugust. lib. 4. cap. 49. Tarrac. lib. 3. cap. 49.*

C A P. III.

Septem diacones in vrbe Roma per septem regiones ciuitatis, sicut à Patribus accepimus, habemus, &c. Denique septem similiter subdiacones ordinauimus, qui septem notariis imminerent, & gesta martyrum veraciter in integro colligerent, &c. *Fabia. epist. 1. in p. inc. Ansel. l. 7. c. 77. & 78.*

C A P. IV.

Per singula territoria presbyteri, vel ministri ab Episcopis, non prout libitum fuerit, à vicinioribus, sed à suis propriis per annos singulos petant chrisma, appropinquante solemnitate Paschali, nec per quemcumque Ecclesiasticum, sed si qua necessitas, aut ministrorum occupatio est, per subdiaconum, &c. *Vasens. c. 3. Worm. c. 60. Burc. li. 4. c. 78. Iuo par. 1. c. 272. decr.*

C A P. V.

Dist. 23. c. 31. & 32. Non liceat cuilibet ex lectoribus sacra altaris vasa portare, nec aliis, nisi his, qui ab Episcopo subdiaconi fuerint ordinati. *Brach. 1. cap. 28. Vide Mart. Brach. 41. Iuo par. 6. c. 377. decr.*

C A P. VI.

Tam subdiaconus, quam ostiarius, vel reliqui seruitium sanctæ Ecclesiæ consuetum absque vlla desidia impleant, &c. Qui contempserit facere, & adimplere; subdiaconos verbis corripiendos, & si non emendauerint ab stipendio priuandos, reliquos flagris coercendos. *Narbon. c. 13.*

C A P. VII.

Lectæ sunt epistolæ Pauli, qualiter subdiaconi ministerium est, eundem Apostolum legere, vt officium sibi commissum implere, certius potuisset. *Rem. 4.*

C A P. VIII.

Subdiaconi, qui apud Græcos hypodiaconi vocantur, in Esdra inueniuntur, appellanturque ibi Nathinnæi, id est in humilitate Domino seruientes. Ex eorum ordine fuit ille Nathanaël. &c. Isti oblationes in templo Domini suscipiunt à populis; isti officiis obediunt Leuitarum, isti quoque vasa corporis, & sanguinis Christi diaconibus ad altaria Domini offerunt. De quibus quidem placuit Patribus, vt quia sacra mysteria contrectant, casti, & continentes sint ab vxoribus & ab omni carnali immunditia liberi, iuxta quod illis Propheta iubente docetur. Mundamini, qui fertis vasa Domini. *Isid. li. 2. cap. 10. de eccl. off. apud Aqu. c. 6.* *1. Esdr. 2. c. & 8. c. Ioan. 1. f. Esa. 52. f.*

C A P. IX.

Non liceat cuilibet ministeria tangere, nisi subdiacono, aut acolytho in secretario vasa Dominica. *Mart. Br. ca. 41. Vid. Laod. 21. Iuo par. 6. c. 377. decr.* *Dist. 23. c. 32.*

C A P. X.

Fabianus regiones diuisit diaconibus, & fecit septem subdiacones, qui septem notariis imminerent, vt gesta martyrum in integro colligerent. *Dam. in Fabiani.*

Hypodiaconus non ordinetur ante vicesimum annum. Tit. XXXV.

CAPVT I.

DE his, quos voluntas parentum à primis infantiæ annis in clericatus officio, vel monachali posuit, pariter statuimus obseruandum, &c. vt vbi octauumdecimum ætatis suæ compleuerint annum, coram totius cleri, plebisque conspectu voluntas eorum de expetendo coniugio ab Episcopo perscrutetur, quibus si gratia castitatis Deo inspirante placuerit, &c. primo subdiaconatus ministerium probatione habita professionis suæ à vicesimo anno suscipiant, &c. *Tolet. 4. c. 1. Ansel. li. 7. c. 42.* *Dist. 28. c. 5.*

C A P. II.

Hypodiaconus minor xx. annis non ordinetur. Si quis antea subdiaconus ordinatus fuerit, deponatur. *Trul. 15.* *Dist. 77. c. 4. subdiaconum*

tes nouum, qui renouatur in agnitione Dei. Quam renouationem in mente oporret fieri, sed in capite demonstrari, vbi ipsa mens noscitur habitare. Quod vero detonso capite superius, inferius circuli corona relinquitur sacerdotium, regnumque Ecclesiæ in eis existi- mo figurari. Tiara enim apud veteres constituebatur in capite sacerdotum: hæc ex bysso confecta, rotunda erat, quasi sphæra media, & hoc significatur in parte capitis tonsa; corona autem, latitudo aurei est circuli, quæ Regum capita cingit. Vtrumque itaque signum exprimitur in capite clericorum, vt impleatur etiam corporis quadam similitudine, quod scriptum est, Petro Apostolo perdocente: Vos estis genus electum, regale sacerdotium. *Isid. de Ecclesiasticis officiis lib. 2. c. 4. apud Aquisgr. c. 1.*

Exo. 28. g.

1. Pet. 2. b.

CAP. XI.

Archidiaconi, Abbates, Præpositi, Capischoli, Canonici, ostiarij, & omnes, qui ministerium intra sanctam Ecclesiam tractant tonsuram Ecclesiasticam habeant, hoc est, barbam rasam, & coronam in capite. *Bituricen. c. 7. apud Lemouicen. act. 2.*

CAP. XII.

Clerici clericaturam suam dimittentes, ab alijs clericis separentur. *Bituric. cap. 22. apud Lemouic. act. 2.*

CAP. XIII.

Dist. 23. Non oportet clericos comam nutrire, & sic non licet ministrare, sed attonso capite patentibus au- 32. in fin. ribus, & secundum Aaron talarem vestem induere, vt sint in habitu ornato. *Mar. Brac. c. 67. Ivo part. 6. c. 378. decr.*

CAP. XIV.

Anicetus constituit, vt clericus comam non nutriret secundum præceptum Apostoli. *Dam. in Anice.*

Quales debeant esse clerici. Tit. XII.

CAPVT I.

Dist. 23. c. 4. TAles ad ministerium eligantur clerici, qui digne possint Dominica sacramenta tractare. Melius enim est Domini Sacerdoti, paucos habere ministros, qui possint digne opus Dei exercere, quam multos inutiles, qui onus graue ordinari adducant, &c. Ornent tam clerici, quam sæculares animas suas ornamentis dignissimis, dogmatibus scilicet veritatis, decore pudicitiæ, splendore iustitiæ, candore pietatis, alijsque omnibus, quibus compositam decet esse rationabilem mentem. Tum præterea declinare à consortijs inhonestis, & infidelibus, & societates habere fidelium, atque illos frequentare conuenrus, in quibus de pudicitia, de iustitia, de pietate tractatur. *Clem. epist. 2. ante med. Ansel. lib. 8. c. 38. in addit.*

CAP. II.

Obsecro te, & repetens iterum, iterumque monebo, ne officium clericatus, genus antiquæ militiæ putes: id est, ne lucra sæculi in Christi quæras militia, ne plus habeas, quam quando clericus esse cœpisti, & dicatur tibi: Cleri eorum non proderunt eis. Mensulam tuam pauperes, & peregrini, & cum illis Christus conuiua nouerit. Negotiatorem clericum, ex inope diuitem, ex ignobili gloriosum, quasi quandam pestem fuge. Corrumpunt bonos mores confabulationes pessimæ. Tu aurum contemnis, alius diligit. Tu calcas opes, ille sectatur. Tibi cordi est mansuetudo, silentium, secretum: illi loquacitas, attrita frons, fora placent, & plateæ, & medicorum tabernæ. In tanta morum discordia, quæ poterit esse concordia? *Hieron. ad Nepotian. apud Aquisgr. c. 94.*

Hier. 1.

1. Cor. 15. d.

CAP. III.

Obsecro te carissime; vt multitudines hominum, & officia, & salutationes, & conuiuia, velut quasdam catenas fugias voluptatum. Sit vilis tibi, & vespertinus cibus, olera & legumina, interdumque pisciculos pro maximis ducas delicijs. Qui Christum desiderat, & illo pane vescitur, ne quærit magnopere, de quam pretiosis cibis stercus côficiat. Quidquid post gulam non sentitur, idem tibi sit, quod panis, & legumina. Semper in manu tua sacra sit lectio. Frequenter orandum flexo corpore, & mens erigenda ad Dominum, crebræ vigiliæ, & ventre vacuo sæpius dormiendum. Rumusculos, & gloriolas, & palpantes adulatores, quasi hostes fuge. † Pauperibus, & fratribus refrigeria sumptuum manu propria distribue. Humilitatem vestium rumenti animo non appetas. Sæcularium, & maxime potentium consortium deuita. Habeto simplicitatem columbæ, ne cuiquam machineris dolos: & serpentis astutiam, ne aliorum supplanteris insidijs. Non multum distat in vitio, vel decipere posse, vel decipi Christianum. Templum verum Christi, anima est credentis; illam exorna illam vesti, illi offer donaria; in illa Christum suscipe. Nescio enim, quo modo plus placeat mundo, qui Christo displicet. *Hieron. in epist. ad Paulinum apud Aquisgr. c. 95.*

† debitos

CAP. IV.

Si clericatus titillat te desiderium, disce quod possis docere, & rationabilem hostiam offeras Christo: ne miles, ante quam tiro, ne prius magister sis, ante quam discipulus. Non est humilitatis meæ, neque mensuræ, iudicare de clericis, & de ministris Ecclesiarum sinistrum quippiam dicere, &c. volo ergo, vt sine intermissione, & vigil tibi sit sensus, nec vanis † cogitationibus patens; corpus pariter, & animus tendatur ad Dominum. Iram vince patientia. Ama scientiam scripturarum & vitia carnis non amabis. Nec vacet mens tua varijs perturbationibus, quæ si pectori insederint, dominabuntur tui, & te deducent ad delictum maximum. Facito & ali-

De cons. dist. 5. c. 33. nunquam.

† vagis.

quid operis, vt te semper Diabolus inueniat occupatum. Memento, quia & Apostoli Christi, habentes potestatem de Euangelio viuere, laborabant manibus suis, ne quem grauarent, & aliis tribuebant refrigeria, quorum pro spiritualibus debebant metere carnalia. Ita ergo age, & viue in monasterio, vt clericus esse merearis, vt adolescentiam tuam nulla sorde commacules; vt ad altare Christi quasi de thalamo virgo procedas, & habeas de foris bonum testimonium, fœminæ, quæ nomen tuum nouerunt, vultum nesciant. Cum ad perfectam ætatem veneris, si tamen vita comes fuerit, & te, vel populus, vel Pontifex ciuitatis in clerum elegerit: agito, quæ clerici sunt, & inter ipsos sectare meliores: quia in omni conditione, & gradu, optimis mixta sunt pessima. Multo tempore disce, quod doceas. Ne credas laudatoribus tuis, immo irrisoribus aurem ne libenter accommodes. *Hieron. ad Rustic. apud Aquisg. c. 96. Iuo lib. 3. tit. 16. cap. 5. panor. & par. 7. c. 5. decr.*

1. Cor. 9.

C A P. V.

Clericis lege Patrum cauetur, vt à vulgari vita seclusi, à mundi voluptatibus sese abstineant. Non spectaculis, non pompis intersint: conuiuia publica fugiant: priuata non tantum pudica, sed & sobria colant; vsuris nequaquam incumbant, neque turpium occupationes lucrorum, fraudisque cuiusquam studium appetant. Amorem pecuniæ, quasi materiam cunctorum criminum fugiant: sæcularia officia, negotiaque abiiciant, honorum gradus per ambitiones non subeant. Pro beneficiis medicinæ Dei, munera non accipiant: dolos, & coniurationes caueant; odium, & æmulationem, obtrectationem, atque inuidiam fugiant: non vagis oculis, nec infræni lingua, aut petulanti, tumidoque gestu incedant; sed pudorem, ac verecundiam mentis, simplici habitu, incessuque ostendant. Obscœnitatem etiam verborum, sicut & operum, penitus execrentur. Viduarum, ac virginum visitationes frequentissimas fugiant; contubernia extranearum fœminarum nullatenus appetant: castimoniam quoque inuiolati corporis perpetuo conseruare studeant, aut certe vnius matrimonij vinculo fœderentur. Senioribus quoque obedientiam debitam præbeant, neque vllo iactantiæ studio semetipsos attollant. Postremo, in doctrina, in lectionibus, psalmis, hymnis, canticis, exercitio iugi incumbant. Tales enim esse debent, qui diuinis cultibus sese mancipandos student; scilicet, vt dum scientiæ operam dant, doctrinæ gratiam populis administrent. *Isidor. de eccle. offic. lib. 2. c. 2. apud Aquisg. c. 100.*

C A P. VI.

Clericus admonendus est, quatenus sic viuat, vt bonum exemplum vitæ suæ sæcularibus præbeat; & in clerico si quid iuste reprehenditur, eius vitio ipsa religionis nostræ æstimatio grauatur. Clerici discant; vt quæ à senioribus suis iuste iubentur, impleant; vt humiliter eorum imperiis subiaceant, vt nec subiectio eos conterat, nec locus superior extollat. Clerici discant, quomodo ante occulti arbitri oculos per humilitatem, & obedientiam sua interiora componant, quatenus non cum reprobis puniantur, sed cum electis æterna præmia sortiantur. Admonendi sunt clerici, vt tanto circa se sollicitius viuant, quanto eos aliena cura non implicat. Dicendum est clericis, ne præpositorum suorum vitam temere iudicent, si quid eos fortasse agere reprehensibiliter vident: ne vnde recte mala redarguunt, inde per elationis impulsum in profundiora mergantur. Admonendi sunt clerici, ne, cum culpam suorum præpositorum considerant, contra eos audaciores fiant: sed sic eorum praua apud semetipsos dudicent, vt tamen diuino timore constricti, sub eis iugum ferre reuerentiæ non recusent: quia præpositorum facta oris gladio ferienda non sunt, etiam cum recte reprehendenda iudicantur. *Greg. lib. 5. pastor. c. 5. apud Aquisg. 102.*

C A P. VII.

Sunt nonnulli, qui tantum ex familia Ecclesiastica clericos sibi commissis congregant Ecclesiis; & hoc ideo facere videntur; vt si quando eis aliquod incommodum fecerint, aut stipendia oportuna subtraxerint, nihil querimoniæ contra se iobicere præsumant, timentes scilicet, ne aut seuerissimis verberibus afficiantur, aut humanæ seruituti denuo crudeliter addicantur. Hoc autem non ideo dicitur, vt ex familia Ecclesiæ probabilis vitæ in congregatione non sint admittendi, præsertim cum apud Deum non sit personarum acceptio: sed potius, vt, propter quam intulimus occasionem, nullus Prælatorum seclusis nobilibus, viles tantum in sua congregatione admittant personas. *Aquisgr. cap. 119.*

Clerici meliores collocentur in altiori dignitatis gradu. Tit. XIII.

CAPVT I.

Qvoniam quidem dicit alicubi diuinum eloquium, Dignus est operarius mercede sua; huius rei gratia & nos decernimus, & promulgamus: vt magnæ Ecclesiæ clerici, qui in subiectis ordinibus morati sunt, ad maiores gradus ascendant, & si digni claruerint, melioribus perfrui mereantur honoribus; cum aliqui eorum qui in ipsis sunt, aut per incrementum ad superiora ministeria † aduocati fuerint, aut per communem naturæ terminum dormientes defuerint. Sed non ex illis, qui foris sunt, aliqui se his innectentes, debitas eis, qui multo tempore laborauerunt, dignitates, vel honores accipiant.

Luc. 10. 6.

† mysteria.

altaris vasa portare; nec alijs, nisi his, qui ab Episcopo subdiaconi fuerint ordinati. Brac. 1.c.28. Laod. 21. Vid. Mar. Br.c.41.

CAP. XI.

Lectores qui Ecclesia in habitu saeculari ornato non psallent, neque granos † gentili ritu dimittant. Brac.1.cap.29.

† gradus

CAP. XII.

Lectoris ordo formam, & initium à Prophetis accepit. Sunt igitur lectores, qui verbum Dei praedicant, quibus dicitur. Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam. Isti quippe, dum ordinantur, primum de eorum conuersatione Episcopus verbum facit ad populum; deinde coram plebe tradit eis codicem apicum diuinorum ad Dei verbum annuntiandum. Qui autem ad huiusmodi prouehitur gradum, iste erit doctrina, & libris imbutus, sensuumque, ac verborum scientia praeornatus, &c. Isidor. lib. 2.c.11. de eccles. offic. apud Aquisgr. cap. 3. Raban. lib. 1. cap. 11. de instit. clericor.

Esa.58. a.

CAP. XIII.

Lector, si cum sua sponsa ante matrimonium commercium habuerit, postquam anno cessauerit, ad legendum recipietur manens non vlterius promouendus. Quod si sine dispensatione furtim coierit; cessabit à ministerio. Basil. ad Amphiloch. cap. 68.

CAP. XIV.

Dist. 34. c. 18. Lector, si viduam alterius vxorem acceperit; in lectoris statu permaneat; aut si forte necessitas sit, subdiaconus fiat, nihil autem supra. Similiter & si bigamus fuerit. Mar. Brac. c.43. Tolet.1.c.3.

CAP. XV.

Dist. 91. c.3. Non liceat in publico psallere, aut legere, nisi qui ab Episcopo lectores sunt ordinati. Mart. Braca. 45. Vid. Laod. 15. Aquisgr. 76.

De ostiariis, & de eorum officio. Tit. IV.

CAPVT I.

NVllus lector, vel ostiarius vasa sacrata audeat contingere. Siluest. in synod. Rom. cclxxxiv. Episcop.c.9.

CAP. II.

De consec. d.1.nemo.c.39. De velis ianuarum cura sit ostiarius, &c. Clem. epist. 2. post principium.

CAP. III.

Dist. 23. c.27. Non oportet [ministrum orarium ferre, neque ianuam relinquere. Laod. c. 22. Ansel. lib. 7.c.82.

CAP. IV.

Non oportet ministros, quamuis breui tempore ianuas derelinquere, & orationi vacare. Laod. cap. 43.

CAP. V.

Dist. 71. c. 2 clericorum. Clericorum nomen etiam ostiarij retinent. Carth. sy. cap. 21. Burch. lib. 2. cap. 42. Inopar. 6. cap. 143 decr.

CAP. VI.

Ostiarius cum ordinatur, postquam ab Archidiacono instructus fuerit, qualiter in domo Dei debeat conuersari, ad suggestionem Archidiaconi tradat ei Episcopus claues Ecclesiae de altario dicens: Sic age; quasi redditurus Deo rationem, pro his rebus, quae his clauibus recluduntur. Carth. iv. c.9. Iua lib. 3.tit.3.c.12. panor. & par. 6.cap.18. decr. Ansel. lib. 7.c.47. Dist. 23. c.19.

CAP. VII.

Tam subdiaconus, quam ostiarius, vel reliqui seruitium sanctae Ecclesiae consuetum absque vlla desidia impleant, &c. qui contempserit facere, & adimplere, subdiaconos verbis corripiendos, & si non emendauerint; ab stipendio priuandos, reliquos flagris coercendos. Narbonen. c. 13.

CAP. VIII.

Munificus ille, qui sanctam Dei aedificauerit Ecclesiam, quod ibidem pro sua mercede largitus est, eodem loco presbyter secundum priorum canonum instituta deseruiens habeat, & si presbyterum ea facultas habere non permittit, vel diaconus instituatur. Certe si minor est census, ostiarius à sacerdote sit electus, qui nitorem infra sinus sanctae Ecclesiae faciat, qui & sanctarum reliquiarum luminaria omni subsequenti nocte accendat. Toletan. habitum anno 12. Reccaredi Regis; c. 2.

CAP. IX.

Ostiarii sunt, qui in veteri testamento ianitores templi vocabantur, qui praeerant portis Hierusalem, quique ordinati per vices suas, omnia interiora templi, vel exteriora custodiebant. Hi denique inter sanctum, & iniquum discernentes, eos tantum in Ecclesia, qui sunt fideles, recipiunt. Intrare enim templum, nisi per hos † non possumus, habent enim potestatem tam bonos recipiendi, quam reiiciendi indignos. Isid. lib. 2. c. 14. de eccles. off. apud Aquisgr. c. 2. Raban. lib. 1. c. 12. de instit. cler. 1. Paral. 23. & 2. 23. † ostiarios, vel eos.

CAP. X.

Ostiarii tonsuram ecclesiasticam habeant, hoc est, barbam rasam, & coronam in capite. Bituric. c. 7. apud syn. Lemouic. act. 2.

De psalmistis, siue cantoribus, & de custodibus martyrum, & de eorum officiis. Tit. V.

CAPVT I.

SI quis desiderat in Ecclesia militare, aut proficere, sit primus ostiarius, lector, exorcista per tempora, quae Episcopus constituerit, deinde acolythus annis v. subdiaconus annis v. custos martyrum ann. v. diaconus ann. v. &c. Siluest. in epilog. syn. Rom.

CAP. II.

Non oportet amplius, quam eos, qui regulariter cantores existunt, qui & de codice Dist. 92. non liceat. cap. 3.

canunt, alios in pulpitum conscendere, & in Ec[c]le[sia] psallere. *Laod. c. 15. Aquisgr. 76. Mart. brac. c. 45.*

CAP. III.

Dist. 23. c. 28. Non oportet lectores, aut cantores orarius vti, & ita legere, vel canere. *Laud. c. 23. Anselm. lib. 7. 83.*

CAP. IV.

Dist. 21. c. 1. clericum. Clericorum nomen etiam psalmistæ retinent. *Carth. iii. c. 21. Burch. lib. 2. c. 42. Ivo par. 6. cap. 143. decr.*

CAP. V.

Dist. 23. c. 20. Psalmista, id est cantor, potest absque scientia Episcopi, sola iussione presbyteri officium suscipere cantandi, dicente sibi presbytero: Vide, vt quod ore cantas, corde credas; & quod corde credis, operibus comprobes. *Carth. iv. c. 10. Ivo lib. 3. tit. 3. c. 13. panor. & par. 6. c. 19. decr. Ansel. lib. 7. c. 46.*

CAP. VI.

Studendum summopere cantoribus est, ne donum sibi diuinitus collatum, vitiis fœdent: sed potius illud humilitate, castitate, & sobrietate, & cæteris sanctarum virtutum ornamentis exornent. Quorum melodia animos populi circumstantis ad memoriam, amoremque cælestium non solum sublimitate verborum, sed etiam suauitate sonorum, quę dicuntur, erigat. Cantorem autem, sicut traditum est à sanctis Patribus, & voce, & arte præclarum, illustremque esse oportet; ita, vt per oblectamenta dulcedinis, animos incitet audientium. Cantores itaque non propter donum sibi collatum, se cæteris superbiendo pręferant, sed humiliter socios exhibeant. Et prouidendum est illis, quando temperate, quandove submisse diuinum agatur officium: scilicet, vt secundum numerum clericorum, & officij qualitatem, cantum protendant, & voces moderentur cæterorum. Sonum etiam vocalium litterarum bene, atque ornate perstrepant, &c. *Aquisgr. c. 137.*

CAP. VII.

Siluester constituit; vt si quis desiderat in Ecclesia militare, aut proficere, vt esset ostiarius, lector, exorcista, acolythus, &c. subdiaconus ânis v. custos martyrum ann. v. diaconus ann. vij. presbyter annis tribus. *Damas. in Siluest.*

De minoribus ordinibus ante sacros ordines suspiciendis. Tit. VI.

Vide libro septimo titulo quarto scripta.

Clerici inferioris ordinis habeant clericis ordinis superioris, & laici clericis honorem. Tit. VII.

CAPVT I.

Dist. 93. c. 5. A Subdiacono ad lectorem omnes subditi sint diacono Cardinali vrbis Romæ, in Ecclesia honorem repræsentantes eidem. Pontifici vero presbyter, presbytero diaconus, diacono subdiaconus, subdiacono acolythus, acolytho exorcista, exorcistæ lector, lectori ostiarius, in omni loco repræsentent obsequium, siue in publico, siue in gremio Ecclesiæ. *Siluester in synodo Rom. cclxxxiv. Episcop. cap. 7. Burch. lib. 2. c. 224. Ivo par. 6. c. 299. decr. Ansel. lib. 7. c. 62.*

CAP. II.

Si quis quempiam clericorum honoratorum in itinere obuium habuerit, vsque ad inferiorem gradum honoris veneratur, sicut condecet Christianum, illi colla subdat, prout is officia, & obsequia fidelissima Christianitatis iure promeruit. Et si quidem ille secularis equo vehitur, clericusque similiter; sæcularis galerum de capite auferat, & clerico sinceræ salutationis munus adhibeat. Si vero clericus pedes graditur, & sæcularis vehitur equo: illico ad terram defluat, & debitum honorem clerico sinceræ caritatis exhibeat, &c. Qui vero hæc, quæ Spiritu sancto dictante, sancita sunt, transgredi voluerit: ab Ecclesia, quam in suis ministris dehonorat, quamdiu Episcopus illius Ecclesiæ voluerit, suspendatur. *Matisco. ij. c. 15.*

Clerici, qui non sunt sacris ordinibus initiati, vxores ducere possunt. Tit. VIII.

CAPVT I.

Dist. 32. c. 15. QVoniam in aliquibus prouinciis permittitur, lectoribus, & cantoribus vxores ducere: non liceat eis alterius fidei vxorem ducere. Qui duxerunt, & liberos susceperunt, si eos permiserunt ab hæreticis baptizari, referant eos ad communionem Catholicæ Ecclesiæ, non baptizatos non liceat baptizare apud hæreticos, neque copulare in matrimonio cum hæreticis, Iudæis, vel Gentilibus, nisi promittant se conuerteré. Qui contra fecerit, canonica pœna † puniatur. *Chalc. c. 14. Ivo lib. 3. tit. 8. c. 27. panor.* † pœnitentia.

CAP. II.

Lectores, & cantores tantum ex omnibus innuptis clericis vxores ducere permittuntur. *Ap. c. 26. C. 27. L. Trul. 6.*

CAP. III.

Si qui clerici sunt extra sacros ordines constituti, qui se continere possunt, sortiri vxores debent, & stipendia sua exterius accipere. *Greg. ad August. interrog. 2. vel 1. in fine. Ivo lib. 3. tit. 8. c. 25. panor. & par. 6. c. 86. decr. Ansel. lib. 7. c. 3.* Dist. 32. c. 3. & 12. q. 1. c. 8. quia tamen. p. si quis vero.

CAP. IV.

Placuit, vt [lectores cum ad annos pubertatis venerint, cogantur aut vxores ducere, aut continentiam profiteri. *Carth. 16. Gr. Carth. iij. c. 19. L. Ivo lib. 3. tit. 8. c. 28. panor.* Dist. 32. c. 8.

Ansel. lib. 7. c. 142. Caesar. li. 8. c. 58. Tarrac. lib. 1. c. 109.

CAP. V.

Cum ad ætatem perfectam lectores peruenerint, si aliquis eorum pro carnis fragilitate vxorem habere voluerit, potestas ducendi coniugem non negetur. *Vasen. ij. c. 1.*

CAP. VI.

Quoniam in Apostolicis canonibus dictum est, eorum, qui non ducta vxore in clerum promouentur, solos lectores, & cantores vxorem posse ducere, & nos hoc seruantes decernimus; vt deponatur hypodiaconus, diaconus, vel presbyter, qui post ordinationem vxorem duxerit, &c. *Trul. 6. Apost. 26. G. 27. L.*

De œconomo, defensore, executore, & paramonario, & de eorum officio. Tit. IX.

CAPVT I.

1. q. 1. c. 8 SI quis Episcopus per pecuniam ordinauerit Episcopum, Chorepiscopum, &c. œconomum, defensorem, siue paramonarium, † &c. de suo gradu periclitetur, &c. *Chal. c. 2. Nica. ij. c. 5. Paris. sub Lud. & Loth. lib. 1. c. 11. Capit. lib. 1. c. 19. Burch. lib. 1. c. 112. Ivo lib. 3. tit. 9. c. 3. panor. & par. 5. c. 118. decr. Ansel. lib. 6. c. 81. Caesar. lib. 4. c. 21.*

† mansionarium.

CAP. II.

16. q. 1. quidam. 17. De clerico, vel monacho CP. veniente sine mandatis Episcopi, vt admoneatur, & eiiciatur à defensore Ecclesiæ CP. *Chalc. c. 23.*

CAP. III.

Dist. 75. c. 2. quoniam. Apud œconomum Ecclesiæ viduatæ fructus Ecclesiæ conseruentur. *Chalc. c. 25. Burch. lib. 1. c. 24. Ivopar. 5. c. 135. decr. Ansel. lib. 6. c. 35. Caesar. lib. 3. c. 28.*

CAP. IV.

Dist. 89. c. 4. quia & 16. q. 7. quoniam. 21. In aliquibus Ecclesiis sine œconomis Episcopi res Ecclesiasticas tractant, Placuit omnem Ecclesiam, quæ habet Episcopum, habere œconomum ex clero; qui res Ecclesiasticas gubernet, iuxta voluntatem Episcopi; vt non sine teste res administrentur Ecclesiæ, & non dispergantur, atque Antistes vituperetur. Id si non fecerit, diuinis canonibus subiaceat. *Chalc. c. 26. Deusd. c. 4. Ansel. li. 6. c. 135.*

CAP. V.

9. q. 3. c. 3 cum simus. Cum seruare canones debeamus, & dicatur in vno ex eis, œconomum esse oportere in Ecclesia; is seruetur, & si Metropolitanus in Ecclesia sua constituit œconomum: recte est. Sin minus, ex auctoritate sua licet CP. Episcopo œconomum constituere in Ecclesia: idem & Metropolitanis licet, si Episcopi, qui sub eis sunt, non constituerint in suis Ecclesiis œconomos. Idem de monasteriis dicendum. *Nica. ij. c. 11. Ivopar. 5. c. 374. decr.*

CAP. VI.

Dist. 77. c. 2. In singulis gradibus obseruanda sunt tempora. Si ab infantia Ecclesiasticis ministeriis nomen dederit, inter lectores vsque ad vicesimum ætatis annum continuata obseruatione perduret, &c. Sane vt etiam defensores Ecclesiæ, qui ex laicis fiunt, supradicta obseruatione teneantur, si meruerint esse in ordine clericatus. *Zosim. epist. 1. c. 3. Ansel. lib. 7. cap. 41.*

CAP. VII.

Si quis dederit, vel acceperit fructus præter Episcopum, vel ordinatum ad œconomiam boni operis; & dans, & accipiens anathema sit. *Gang. 7. & 8. Symma. in Rom. synod. vi. in med. Aqu. 66. Capit. l. 1. c. 47. & l. 6. ca. 285. & lib. 7. c. 7. Bar. l. 3. c. 144. & 145. Ivopar. 3. c. 209. & 210. dec. Ans. l. 5. c. 44. Cas. l. 7. c. 43.* 16. q. 1. c. 57. in canonibus.

CAP. VIII.

Executores quinque petantur electi, vt in diuersas prouincias diuidantur. Aduocatorum quoque disceptatio in causis Ecclesiasticis ab Imperatoribus petatur. Petatur licentia constituendi defensores scholasticos, qui res Ecclesiæ defendant, cum à sacerdotibus petitum fuerit, vt ingrediantur secretaria iudicum. *Carth. c. 99. G. Milen. ca. 16. L. Afric. c. 64. L.*

CAP. IX.

Petantur [ab Imperatoribus defensores eligendi ab Episcopis, ne pauperes à diuitibus vexentur: ob quos Ecclesiam molestant. *Carth. c. 76. G. Carth. v. ca. 9. L. Afric. c. 42. L. Capit. lib. 5. cap. 31.* 23. q. 3. c. 10.

CAP. X.

Eos, quos œconomos Græci vocant, hoc est, qui vice Episcoporum res Ecclesiasticas tractant, sicut sancta synodus Chalcedonensis instituit, omnes Episcopos de proprio clero ad regendas Ecclesias habere oportet. Qui contempserit, obnoxius eiusdem magni concilii erit. *Tolet. iv. c. 47. Chalc. 26.*

CAP. XI.

Secundum Chalcedonensium Patrum decreta, ex proprio clero œconomum sibi constituat vnusquisque Episcopus, &c. *Hispal. ij. c. 9. Chalc. 26. Burch. lib. 1. c. 89. Ivopar. 5. c. 195. decr.* 16. q. 7. c. 22. in nona.

CAP. XII.

Totius sacerdotalis ordinis sententia alius renuntietur œconomus, in quo Apollo quoque Episcopus consensit, vt bona Ecclesia, vt debent, insumantur. *Theophilus Episcop. Alexandr. in commonitorio, cap. 9.*

De clericorum nomine, & munere. Tit. X.

CAPVT I.

CLericus, qui Christi seruit Ecclesiæ, interpretetur primo vocabulum suum, & nominis definitione prolata, nitatur esse, quod dicitur. Sic enim cleros Græce, Latine sors interpretatur: propterea vocantur 12. q. 1. c. 5.

clerici, quia de sorte sunt Domini, vel quia Dominus, ipse, sors id est, pars clericorum est. Qui autem vel ipse pars Domini est, vel Dominum partem habet, talem se exhibere debet, vt & ipse possideat Dominum, & ipse possideatur à Domino. Qui Dominum possidet, & cum Propheta dicit, pars mea Dominus, nihil extra Dominum habere potest. Quod si quippiam aliud habuerit præter Dominum, pars eius non erit Dominus, verbi gratia, si aurum, si argentum, si possessiones, si variam supellectilem, eum istis partibus Dominus pars eius fieri non dignatur, &c. *Hieron. ad Nepotianum apud Aquisgr. c. 94. Ivo lib. 6. cap. 1. decr. Ansel. lib. 7. c. 2. Deusd. c. 3. Cæsar. lib. 8. c. 1.*

Psal. 15. a

CAP. II.

Omnes, qui in Ecclesiastici ministerij gradibus sunt ordinati, generaliter clerici nominantur. Cleros autem, vel clericos hinc appellatos doctores nostri dicunt, quia Matthias sorte electus est, quem primum per Apostolos legimus ordinatum. Sic & omnes, quos illis temporibus Ecclesiarum Principes ordinabant, sorte eligebant. Nam cleros, sors interpretatur. Vnde & hæreditas Græce cleronomia appellatur, & hæres cleronomos. Proinde ergo clericos vocari aiunt, eo quod in sorte hæreditatis Domini dentur; vel pro eo, quod ipse Dominus sors eorum sit, sicut de eis scriptum est, loquente Domino: Ego hæreditas eorum. Vnde oportet, vt qui Deum hæreditate possident, absque vllo impedimento sæculi, Deo seruire studeant, & pauperes spiritu esse contendant; vt congrue illud Psalmistæ dicere possint: Dominus pars hæreditatis meæ. *Isidor. in lib. de eccl. offi. 2. c. 1. apud Aquisgr. c. 99.*

Act. 1. d. *Num. 18. c.* *Deu. 18. a.* *Ps. 15. a.*

De tonsura clericorum.
Tit. XI.

CAPVT I.

Clerici coronam, & tonsurá habeant congruentem. *Inno. 3. in conc. gen. Lat. c. 16.*

De vita, & honest. cler. c. 15. Greg. ix. c. 4. eo. ti. in 4. coll. Dist. 23. c. 23. & de vit. & honest. cl. c. 4. Gr. ix. & in 1. coll. c. 3 eod. tit. D. st. 23. c. 21.

CAP. II.

Si quis ex clericis relaxauerit comam, anathema sit. *Greg. 2. in syn. Rom. c. 17. Magnus. sub Rab. c. 15. Cæsar. lib. 15. c. 76.*

CAP. III.

Si quis clericus, aut monachus comam laxare præsumpserit, anathema sit. *Zachar. in syn. Rom. c. 8.*

CAP. IV.

Prohibete fratres per vniuersas regionum vestrarum Ecclesias; vt clerici, qui laicis, & simplicibus virtutis, honestatis, prudentiæ & grauitatis exemplar esse debent, ac se ipsos tamquam signum purioris vitæ rudioribus ad imitationem prudenter exhibere, iuxta Apostolum comam non nutriant, sed desuper caput in modum sphæræ radant. Quia sicut discreti debent esse in conuersatione, ita & in tonsura, & omni habitu discreti debent apparere. *Anicet. ep. vni. in fi. Ivo par. 6. c. 46. decr. Cæs. l. 8. c. 39.*

1. Cor. 11. a.

CAP. V.

Archiepiscopum vestrum Iacobum consuetudini sanctæ Romanæ Ecclesiæ, matris omnium Ecclesiarum, vestræque specialiter, obedire coëgimus: scilicet, vt quemadmodum totius Occidentalis Ecclesiæ clerus ab ipsis fidei Christianæ primordiis barbam radendi morem tenuit, ita & ipse radetet, &c. Omnem tuæ potestatis clerum barbas radere facias, atque compellas. *Gr. vij. l. 8. regist. epist. 10. ad Iudicem Caralitanum.*

CAP. VI.

Clericus nec comam nutriat, nec barbam * radat. *Cart. iv. c. 44. Burc. l. 2. c. 174. Ivo par. 6. c. 265. decr.*

** De vit. & hon. cler. c. 5. Gr. ix. & in 1. coll. c. 4. eo. titulo. Dist. 23. c. 22.*

CAP. VII.

Clerici, qui comam nutriunt, ab Archidiacono, etiam si noluerint, inuiti detondeantur. *Agath. cap. 20. Capitul. lib. 7. cap. 234. Cæsar. lib. 8. cap. 51.*

CAP. VIII.

Vt nullus clericorum comam nutriat, aut barbam radat. *Barcin. c. 3.*

CAP. IX.

Omnes clerici, vel lectores, sicut Leuitæ, & sacerdotes detonso superius capite toto, inferius solam circuli coronam relinquant: non sicut hucusque in Galliciæ partibus facere lectores videntur; qui prolixis, vt laici, comis in solo capitis apice, modicum circulum tondent. Ritus enim iste in Hispaniis hucusque hæreticorum fuit, &c. Qui autem hoc non custodierit, fidei catholicæ reus erit. *Tolet. iv. c. 40.*

CAP. X.

Tonsuræ Ecclesiasticæ vsus à Nazareis, ni fallor, exortus est, qui prius crine seruato, denuo post magnam vitæ continentiam, deuotione completâ, caput radebant, & capillos in igne sacrificij ponere iubebantur; scilicet, vt perfectionem deuotionis suæ Domino consecrarent. Huius ergo exempli vsus ab Apostolis introductus est, vt hi, qui in diuinis cultibus mancipati Domino consecrantur, quasi Nazarei, id est, sancti Dei, crine præciso innouentur; hoc quippe, & Ezechieli Prophetæ iubetur, &c. hoc & Nazareos illos Priscillam, & Aquilam in actibus Apostolorum primum fecisse legimus. Paulum quoque Apostolum, & quosdam discipulorum Christi, qui in huiusmodi cultu mirandi † extiterunt. Est autem clericis tonsura signum quoddam, quod in corpore figuratur, sed in animo agitur; scilicet, vt hoc signo in religione vitia resecentur, & in criminibus carnis nostræ, quasi crinibus exuamur; atque inde innouati sensibus, vt comis rudibus enitescamus, exspoliantes nos, iuxta Apostolum, veterem hominem cum actibus suis, induen-

Num. c. 6. c. *Ezec. 7. a.* *Act. 18. c.* *† imitādi.* *Eph. 4. c. Colos. 3. b.*

CAP. VIII.

Fœminæ, quæ benedictionem diaconatus hactenus contra interdicta canonum acceperint, si ad coniugium probantur iterum deuolutæ, à communione pellantur. Quod si huiusmodi contubernium admonitæ ab Episcopo, cognito errore dissoluerint, in communionis gratiam acta pœnitentia reuertantur. *Aur. ij. c. 16.*

CAP. IX.

Viduam, quæ in viduarum numerum relata est, hoc est, quæ ab Ecclesia in diaconarum 1. Tim. 5. suscepta est, censuit Apostolus nubentem despici, &c. *Basil. ep. ad Amphiloch. c. 24.*

CAP. X.

†Pagano. Diaconissa, quæ cum Græco † fornicata est, est ad communionem admittenda, ad oblationem autem septimo anno admittetur, scilicet, si in castitate vitam agat. Græcus † autem, qui post fidem, rursus ad sacrilegium accedit, ad vomitum reuertitur. Nos ergo diaconissæ corpus vt consecratum, esse in casu carnali non amplius permittimus. *Basil. ad Amphiloch. c. 44.*

† Paganus.

De Diaconissis non ordinandis:
Tit. XL.

CAPVT I.

Diaconissæ omnimodè non ordinandæ. Si quæ iam sunt, benedictioni, quæ populo impenditur, capita submittant. *Arausf. cap. 26.*

CAP. II.

† regione f. Viduarum consecrationem, quas diaconissas vocant, ab omni religione † nostra penitus abrogamus: solam eis pœnitentiæ benedictionem, si conuerti ambiunt, imponendo. *Epau. 21.*

CAP. III.

Fœminæ benedictionem diaconatus hactenus contra interdicta canonum accipiunt, &c. *Aur. ij. c. 16.*

CAP. IV.

Nulli postmodum fœminæ diaconalis benedictio pro conditionis huius fragilitate credatur. *Aur. ij. c. 17.*

Communia de Diaconissis.
Tit. XLI.

CAPVT I.

Paulianistæ conuersi, rebaptizentur. Clerici eorum laudabilis vitæ rebaptizati ordinentur à catholico Episcopo, minus probati deponantur. Idem de diaconissis, & cæteris ex clero seruetur. Diaconissas autem intelligimus, quæ in eo ordine numerantur; nam cum manus impositionem non habeant, omnino inter laicas computentur. *Nica. 19.*

CAP. II.

Episcopi ante Episcopatum vxor ab eo separata ex consensu, post eius ordinationem in monasterium ingrediatur, quod longius absit ab Episcopi habitatione, & Episcopi prouidentia sustentetur. Quod si digna visa fuerit, ad diaconissæ dignitatem ascendat. *Trul. 48.*

CAP. III.

Scimus, sanctam Mariam prius meretricem fuisse, postea factam continentem, non tamen inter diaconas relata est. *Taras. CP. ante vij. syn. in ep. ad Ioan. presb. post med.* Luc. 7. f.

LIBER OCTAVVS,

De Acolythis, & aliis clericis inferioribus.

DE ACOLYTHIS, ET DE EORVM officio.

TITVLVS PRIMVS.

CAPVT I.

Dist. 24. c. 1. Nullus. Nullus lector, vel ostiarius vasa sacrata audeat contingere. Nullus acolythorum rem sacratam à presbytero alij porrigere, &c. nisi tantum supportet, quod ei sacerdos imposuerit suo ore benedictum. *Silu. in syn. Rom. cclxxxiv. Episcop. c. 9.*

CAP. II.

Septem diaconos in Vrbe Roma, &c. habemus; qui per singulas hebdomadas & Dominicos dies, atque festiuitatum solemnia cum subdiaconibus, & acolythis, ac sequacium ordinum ministrio iniuncta sibi obseruant ministeria. *Fabian. ep. 1. in prin.*

CAP. III.

Acolythus cum ordinatur, ab Episcopo Dist. 23. c. 16.

ac per hoc inueniantur Ecclesiæ clerici nullo modo posse proficere. Nullatenus autem habeant potestatem, qui Principum domorum, aut suburbanarum rerum curam gesserint, inter clerum magnæ Ecclesiæ colligi, vel constitui. Nemo quippe (Deo) militans sæculi negotiis implicatur. Si vero quis præter definitionem, quam nunc protulimus, promotus fuerit in quocumque magnæ Ecclesiæ gradu, reprobetur omnimodis ab omni Ecclesiastico gradu, tamquam qui contra magnam synodum prouectus extiterit. *Synod. viij. CP. c. 15. sub Hadr. ij.*

1. Tim. 2. 4.

Cap. II.

Dist. 61. c. 13. nullus.

Habeat vnusquisque (*clericorum*) suæ fructum militiæ in Ecclesia, in qua suam per omnia officia transegit ætatem; in aliena stipendia minime alter obrepat: nec alij debitam, alter sibi audeat vindicare mercedem. Sit facultas clericis renitendi, si se viderint prægrauari: & quos sibi ingredi † ex transuerso † agnouerint, non timeant refutare. Qui etsi non debitum, præmium, vel liberum de eo, qui eos recturus est, debent habere iudicium. *Celest. epist. 2. c. 5. Burch. lib. 1. c. 7. Iuo lib. 3. tit. 1. c. 7. panor. & par. 5. c. 61. decr. Ansel. lib. 6. c. 21. Cæsar. lib. 3. c. 25. Tarrac. lib. 3. c. 3.*

† ingredi † extraneorum.

Cap. III.

Clericum inter tentationes officio suo incubantem, gradibus sublimandum. *Carth. iv. cap. 42.*

Clerici ordinantur ab Episcopo, vel Chorepiscopo, cum consensu clericorum. Tit. XIV.

Caput I.

Dist. 69. c. 1. in fin.

IVxta veterem morem Chorepiscopi ex permissione Episcopi ordinant lectores. *Nicæ. ij. c. 14. Iuo par. 5. c. 376. decr.*

Cap. II.

Presbyter, & diaconus, & reliqui clerici ab vno Episcopo ordinantur. *Apost. c. 2.*

Cap. III.

Lectores, subdiaconos, & exorcistas Chorepiscopus ordinare potest, non Presbyteros, & diaconos sine Episcopo eius vrbis. *Antioch. c. 10. Vide Ancyr. c. 13.*

Cap. IV.

Dist. 24. c. 6. † concilio.

Episcopus sine consilio † clericorum suorum clericos non ordinet: ita vt ciuium assensum, & conniuentiam, & testimonium, quærat. *Carth. iv. c. 22. Cæsar. lib. 4. c. 77.*

Ne clericus alienus ordinetur sine licentia sui Episcopi. Tit. XV.

Caput I.

Dist. 71. c. 4.

CLericos in vna Ecclesia ordinatos, vt antea dictum est, non licet in alia ordinare; sed illic ministrare, vbi ab initio constituti sunt; illis exceptis, qui per vim patrias suas amiserunt, & in aliam Ecclesiam venerunt. Si vero Episcopus receperit clericum, qui alij Episcopo pertinet, excommunicatus sit recipiens, & receptus, quoad clericus absens ad suam reuertatur Ecclesiam. *Chal. 20. Vernen. cap. 12. Tribur. cap. 28. Aquisgr. 87. Vide Chal. 5. & 10. Nicæ. ij. cap. 15. Iuo par. 6. cap. 361. decr. Ansel. lib. 7. cap. 97. Cæsa. lib. 4. c. 100.*

Cap. II.

Vt de aliena Ecclesia ordinare clericum nullus vsurpet. *Syric. in synod. Rom. epist. 4. c. 6. apud conc. Telen.*

Cap. III.

Interdicimus, vt nullus Episcoporum audeat iuxta sanctorum canonum instituta, &c. alterius ciuitatis clericum sine dimissoriis sui Episcopi suscipere, vel ordinare, &c. *Zachar. in syn. Rom. c. 11.*

Cap. IV.

Dist. 71. c. 1.

Clericum alienum, nisi concedente eius Episcopo, nemo audeat retinere, vel promouere in Ecclesia sibi credita, &c. *Carth. iij. c. 21. Tribu. c. 28. Vide Carth. 91. G. Milen. 15. L. Afric. 57. L. Burch. lib. 2. c. 42. Iuo par. 6. cap. 143. decr.*

Cap. V.

Clericos ab aliis Episcopis ordinatos, sine permissu eorum, à quibus fuerant ordinandi, promouere ad superiorem aliquem ordinem non præsumant. *Venet. c. 10.*

Cap. VI.

Nullus alienum clericum, secundum decreta canonum, sine consensu Episcopi sui, audeat ordinare, sed nec vllum sanctorum sacerdotum quispiam ordinet; qui localem se futurum primitus non spoponderit; vt per hæc nullus à regula, vel disciplina Ecclesiastica deuiare permittatur impune. *Valent. Hisp. cap. 6.*

Cap. VII.

Clerici, qui sub qualibet occasione, aut conditione in aliorum ciuitatibus, vel territoriis crediderint immorandum; nec ad vllum clericatus honorem, absque sui Episcopi scripto, atque consensu habeant promoueri. *Aurel. iij. c. 15.*

Cap. VIII.

Nullus clericum, seu lectorem alienum, sine sui concessione Episcopi, vel promouere, vel sibi quibuslibet conditionibus audeat vindicare. Quod si quis hanc constitutionem fuerit quacumque præsumptione transgressus, &c. ab honore, vel officio suscepto iuxta arbitrium sui Pontificis, suspendatur. Episcopus vero, qui ordinauerit, sex mensibus missas facere non præsumat. *Aurel. v. c. 5.*

Cap. IX.

Nullus Episcopus clericum alterius ordinare præsumat, sicut & antiqui canones vetuerunt, nisi forte signata ipsius Episcopi scripta susceperit. *Brac. c. 26.*

CAP. X.

Nullus alterius clericum retinere præsumat, sicut priscis est canonibus institutum, nec ad sacrum ordinem, sine voluntate sui Episcopi, penitus promouere. *Cabilon. c. 13.*

CAP. XI.

21. q. 2. c. 1. Nullus clericus cuiusque gradus sine litteris dimissoriis sui Episcopi in alia Ecclesia constituatur: alias ordinatus, & ordinans deponatur. *Trull. c. 17.*

CAP. XII.

Clerici si (*à senioribus suis*) ad ordinandum offeruntur, instrui debent, vt ad Episcopos, ex quorum Parochiis sumpti sunt, eos remittant, & aut ibi ordinentur, aut litteras canonicas ab Episcopo, ex cuius diœcesi sunt, perferant, sicut canonica docet auctoritas. *Melden. cap. 53.*

De his, qui clerici ordinari non prohibentur. Tit. XVI.

CAPVT I.

Dist. 55. c. 7. si quis. & c. 9. si quis. SI à barbaris, vel à dominis castratus dignus est, in clerum ordinetur. *Nican. cap. 1. Mart. Brac. 21. Tribur. 33. Iuo lib. 3. tit. 5. c. 15. pan. & par. 6. c. 374. decr. Anselm. lib. 7. cap. 31. Cæsar. lib. 4. c. 110.*

CAP. II.

Dist. 50. c. 32. presbyteros. §. qui autem. Ad clerum venire possunt, qui vi illata manu ipsa apposita sacrificarunt, se Christianos esse profitentes, si alias vitæ laudabilis sint. *Ancy. c. 3.*

CAP. III.

Eos, qui ante baptismum sacrificarunt, ordinem suscipere posse, vti iam ablutos, placet. *Ancyr. c. 12.*

CAP. IV.

Dist. 54. c. 3. Magn. & de obliga. ad ratio. c. 1. Gregor. ix. & in 1. collect. Procuratores, actores, tutores post deposita officia, & redditas rationes, si actus vitæ eorum fuerint probati, & clerici fuerint postulati, ordinentur. *Carth. 1. c. 8. Burc. lib. 2. c. 36. Iuo par. 6. c. 137. decr.*

CAP. V.

Olim nouella adhuc fide, de legitime coniugatis, atque à coniugio ad continentiam conuersis clerici fiebant. *Troslei. cap. 9.*

CAP. VI.

Qui vsuras accipit, si iniustum lucrum in pauperes consumere voluerit, & ab auaritiæ morbo deinceps liberari, est ad sacerdotium admittendus. *Basil. ep. ad Amphiloch. c. 14.*

De vita communi clericorum. Tit. XVII.

CAPVT I.

Dist. 31. c. 6. præter, §. 1. STatuimus, vt ij prædictorum ordinum (*loquitur de sacerdotibus, diaconis, subdiaconis*) qui prædecessori nostro (*Leoni*) obedientes castitatem seruauerunt, iuxta Ecclesias, quibus ordinati sunt, sicut oportet religiosos clericos, simul manducent, & dormiant, & quidquid eis ab Ecclesiis venit, communiter habeant. Et rogantes monemus, vt ad Apostolicam, communem scilicet vitam, summopere peruenire studeant. *Nicol. 2. in syn. Rom. cxiij. Episcopor. c. 4. Iuo lib. 3. tit. 21. c. 3. pano. Cæsar. lib. 8. c. 44.*

CAP. II.

Communis vita, fratres, omnibus necessaria est, & maxime his, qui Deo irreprehensibiliter militare cupiunt, & vitam Apostolorum, eorumque discipulorum imitari volunt, &c. *Clem. epist. 5. in prin. Iuo epist. 208. ad Ioan. Aurel. Episco. Ansel. lib. 7. c. 1.* *12. q. 1. dilectissimis. c. 2.*

CAP. III.

Vita communis inter bonos Christianos viguit, & adhuc gratia Dei viget, & maxime inter eos, qui in sortem Domini sunt electi, id est, clericos, &c. *Vrban. epist. sing. in prin. Iuo par. 3. c. 139. decr. & epist. 208. ad Ioan. Episcopum Aurelia. Ansel. lib. 7. c. 4.* *12. q. 1. scimus. 9.*

CAP. IV.

Quia tua fraternitas monasterij regulis erudita, seorsum fieri non debet à clericis suis: in Ecclesia Angelorum, &c. hanc debet conuersationem instituere, quæ in initio nascentis Ecclesiæ fuit Patribus nostris; in quibus nullus eorum, ex his, quæ possidebant, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia, &c. communi autem vita viuentibus, iam de faciendis portionibus, vel exhibenda hospitalitate, & adimplenda misericordia, nobis quid erit loquendum; cum omne, quod superest, in causis piis, ac religiosis erogandum est? Domino magistro omnium dicente: Quod superest, date eleemosynam: & ecce omnia munda sunt vobis. *Greg. ad Aug. interrog. 1. & 2. Ansel. lib. 7. c. 3. Tarrac. lib. 1. cap. 261.* *12. q. 1. c. 8.* *Act. 4. f.* *Luc. 11 f.*

CAP. V.

Canonici, & clerici ciuitatum, qui in Episcopiis conuersantur, considerauimus, vt in claustris habitantes, simul omnes in vno dormitorio dormiant, simulque in vno reficiantur refectorio; quo facilius possint ad horas canonicas celebrandas occurrere, ac de vita, & conuersatione sua admoneri, & doceri. Victum, & vestimentum iuxta facultatem Episcopi accipiant; ne paupertatis occasione compulsi, per diuersa vagari, ac turpibus se implicare negotiis cogantur; dimissoque Ecclesiastico officio incipiant indisciplinate viuere, & propriis deseruire voluptatibus. *Turon. sub Carolo cap. 23.*

CAP. VI.

Dixi fratribus meis, vt quicumque habet aliquid, aut vendat, aut eroget, aut donet, aut commune illud faciat. Ecclesiam habet, per quam Deus nos pascit, &c. Faciant inde, quod volunt, dum tamen sint pauperes mecum simul expectantes misericordiam Dei, &c. Statueram nullum ordinare clericum

cum, nisi qui mecum vellet manere: vt si vellet recedere à proposito, rectè illi tollerem clericatum; quia desereret sanctæ societatis promissum, cœptumque consortium, &c. Muto consilium. Qui volunt habere aliquid proprium, quibus non sufficit Deus, & Ecclesia eius; maneant vbi volunt, & vbi possunt; non eis aufero clericatum. Nolo habere hypocritas, &c. Malum est cadere à proposito, sed peius est simulare propositum, &c. Qui societatem communis vitæ iam susceptam, quæ laudatur in Apostolorum actibus deserit, à voto suo cadit, à professione sancta cadit; obseruet iudicem Deum, non me. Ego ei non aufero clericatum; quantum sit periculum, ante oculos eius posui. Faciat quod vult. Et postea. Clericus duas res professus est, & sanctitatem, & clericatum. Interius sanctitatem; nam clericatum propter populum suum, Deus imposuit ceruicibus ipsius, &c. Ergo professus est societatem; professus est communem viuendi sanctitatem; professus est, quam bonum, & quam iucundum sit habitare fratres in vnum. Si ab hoc proposito ceciderit, & extra manens clericus fuerit; dimidius cecidit & ipse, &c. Si foris seruat sanctitatem, dimidius; cecidit: si intus habuerit simulationem, totus cecidit, &c. Si paratus est pasci à Deo per Ecclesiam ipsius, non debet habere aliquod proprium; sed aut erogare pauperibus, aut in commune mittere, & maneat mecum. Qui hoc non vult, habeat libertatem; sed videat, vtrum habere possit felicitatis æternitatem. *August. serm.* 52. *ad fratres in eremo, apud Aqu. c.* 112. *ante fi. Ans. li.* 7. *c.* 6.

Act. 2. *&* 4. *&* 5.

Psal. 132.

CAP. VII.

Qui habere voluerit proprium, & de proprio viuere, & contra ista præcepta nostra facere; parum est vt dicam; non mecum manebit, sed nec clericus erit. Dixeram enim, vt si nollent suscipere socialem vitam mecum, non illis tollerem clericatum, seorsum manerent, seorsum viuerent: quomodo nossent, Deo viuerent. Et tamen ante oculos posui, quantum mali sit à proposito cadere. Malui enim habere cæcos, vel claudos, quam plangere mortuos; qui enim hypocrita est, mortuus est. Quomodo ergo quicumque voluisset extra manere, & de suo viuere, non ei tollerem clericatum: ita modo, quia placuit illis, Deo propitio, socialis hæc vita; quisquis cum hypocrisi vixerit, quisquis fuerit habens proprium, non illi permitto vt inde faciat testamentum, sed deleo eum de tabula clericorum, &c. Vbi ego Episcopus sum, ille clericus non esse poterit, &c. Dixi aliquid suum non habere presbyteros, &c. *August. serm.* 53. *ad fratres in eremo, apud Aquisgr. c.* 113. *ante finem. Anselm. l.* 7. *c.* 6. *in fine.*

Quo pacto sint educandi clerici à pueritia. Tit. XVIII.

CAPVT I.

Necessaria res existit; vt iuxta Ecclesiam claustra constituantur, in quibus clerici disciplinis Ecclesiasticis vacent. Itaque omnibus vnum sit refectorium, ac dormitorium, seu cæteræ officinæ ad vsus clericorum necessariæ. Ministri vero post Episcopum super eos tales eligantur, quorum vita, atque doctrina, illos potius exornent, quam dehonestent. *Syn. Rom. sub Eugen.* 2. *& Leone* iv. *c.* 7. *Ans. lib.* 7. *cap.* 5. 12 *q.* 1. *c.* 5.

CAP. II.

Omnes presbyteri, qui sunt in parochiis constituti, secundum consuetudinem, quam per totam Italiam satis salubriter teneri cognouimus; iuniores lectores quantoscumque siue † vxores habuerint, secum in domo, vbi habitare videntur, recipiant; & eos, quomodo boni patres spiritualiter nutrientes, psalmos parare, diuinis lectionibus insistere, & in lege Domini erudire contendant; vt & sibi dignos successores prouideant, & à Domino præmia æterna recipiant. Cum vero ad ætatem perfectam peruenerint, si aliquis eorum pro carnis fragilitate vxorem habere voluerit, potestas ducendi coniugem non negetur. *Vasen.* 2. *c.* 1. † *si non f.*

CAP. III.

De his, quos voluntas parentum, à primis infantiæ annis, in clericatus officio, vel monachali posuit, &c. mox cum detonsi, vel ministerio elector. † contraditi fuerint, in domo Ecclesiæ sub Episcopali præsentia, à præposito sibi debeant erudiri. At vbi xviij. annorum fuerint, coram totius cleri, plebisque conspectu, voluntas eorum de expetendo coniugio ab Episcopo perscrutetur; quibus si gratia castitatis Deo inspirante placuerit, &c. subdiaconatus ministerium probatione habita professionis suæ à vicesimo anno suscipiant, &c. *Tolet.* 2. *c.* 1. *Ans. l.* 7. *c.* 42. *Dist.* 28. *c.* 5. † *lector f.*

CAP. IV.

Prona est omnis ætas ab adolescentia in malum; nihil enim incertius, quam vita adolescentium. Si qui in clero pueri, † aut adolescentes existunt, omnes in vno conclaui atrij commorentur; vt lubricæ ætatis annos, non in luxuria, sed in disciplinis Ecclesiasticis agant, deputato probatissimo seniore, quem & magistrum disciplinæ, & testem vitæ habeant. Quod si aliqui ex his pupilli existunt, sacerdotali tutela foueantur; vt & vita eorum à criminibus intacta sit, & res ab iniuria improborum. Qui autem his præceptis resultauerint, monasteriis deputentur; vt vagantes animi, & superbi seueriori regula distringantur. *Tolet.* iv. *c.* 23. *Aquis. c.* 135. *Ans. li.* 7. *cap.* 8. 12. *q.* 1. *c.* 1. *Gen.* 6. *a. Pr.* 30. *c.* † *pubertes.*

Cap. V.

Instituit hoc sanctum synodum, † vt omnes parochitaui presbyteri, iuxta & in rebus sibi à Deo creditis sentiunt, habere virtutem, de Ecclesiæ suæ familia clericos sibi faciant, quos per bonam voluntatem ita nutriant, vt & officium sanctum digne peragant, & ad seruitium suum aptos eos habeant. Hi etiam victum, & vestitum dispensatione presbyteri merebuntur, & Domino, & presbytero suo fideles esse debent, &c. *Emer. cap.* 18.

† concilium f.

Cap. VI.

Solerter rectores Ecclesiarum vigilare oportet, & pueri, vt adolescentes, qui in congregatione sibi commissa nutriuntur, vel erudiuntur, ita iugibus Ecclesiasticis disciplinis corrigantur; vt eorum lasciua ætas, & ad peccandum valde procliuis, nullum possit reperire locum, quo in peccati facinus proruat. Quapropter in huiuscemodi custodiendis, & spiritaliter erudiendis, talis à Prælatis constituendus est vitæ probabilis frater, qui eorum curam summa gerat industria, eosque ita arctissime constringat; qualiter Ecclesiasticis doctrinis imbuti, & armis spiritalibus induti, & Ecclesiæ vtilitatibus decenter parere, & ad gradus Ecclesiasticos quandoque digne possint promoueri. Libuit præterea ob ædificationem congruam, & instructionem negotij, de quo agitur, quandam sanctorum Patrum sententiam huic operi inserere, quæ ita se habet: [Prona est omnis ætas, &c. His ita præmissis, oportet, vt probatissimo seniori pueri ad custodiendum, licet ab alio erudiantur, deputentur. Frater vero, cui hæc cura committitur, si eorum curam parui penderit, & aliud, quam oportet, docuerit, aut eis in aliquo cuiuslibet læsionis maculam ingesserit, seuetissime correptus, ab officio amoueatur, & fratri alij id committatur, qui eos & innocentis vitæ exemplis informet, & ad opus bonum peragendum excitet. *Aquisgr. c.* 135. *Tolet.* iv. *cap.* 23.

11.q.1.c. 1. Gen. 8.c.

De alimentis clericorum.
Tit. XIX.

CAPVT I.

Diaconi, & reliqui clerici partem oblationum accipiant ab Episcopo, & presbyteris. *Ap. c.* 4. *G. 5. L.*

Cap. II.

11.q.1.c. 30. Mos Apostolicæ sedis est, ordinatis Episcopis præceptum tradere; vt ex omni stipendio, quod accedit, quatuor fieri debeant portiones: vna videlicet Episcopo, & familiæ propter hospitalitatem, & susceptionem; alia clero; tertia pauperibus, quarta Ecclesiis reparandis, &c. tu debes eam conuersationem instituere, quæ initio nascentis Ecclesiæ fuit, &c. quibus erant omnia communia. Si qui vero clerici sunt extra sacros ordines constituti, qui se continere non possunt, sortiri vxores debent, & stipendia sua exterius accipere, &c. quia diuidebatur singulis prout cuique opus erat. De eorum quoque stipendio cogitandum, atque prouidendum est, qui sub Ecclesiastica regula sunt tenendi, &c. *Greg. ad interrog. August.* 1. & 2. *Iuo li.* 2. *tit.* 1. *c.* 8. *pan. Ans. l.* 5. *c.* 64. & *lib.* 7. *c.* 3. *Cæsar. l.* 7. *c.* 106. *Tarra. l.* 1. *ca.* 180. & 261.

11.q.1.c. 8. quia. Act. 8.

Cap. III.

Hoc nobis iustum, & rationabile visum est; vt si ecclesia ciuitatis eius, cui præest Episcopus, ita est idonea, vt ipsa nullius indigeat; quidquid parochus fuerit derelictum, clericis, qui in ipsis parochus deseruiunt, vel reparationibus Ecclesiarum rationabiliter dispensetur, &c. *Conc. Carpent. in med.*

Cap. IV.

Defuncto Episcopo, is, cui domus commissa est, &c. clericis, qui in domo sunt, consuetam alimoniam administret. *Ilerd. c.* 16. 11.q.1. hac. 38.

Cap. V.

Episcopo è corpore recedente Metropolitani electione talis persona ordinandæ domui Ecclesiasticæ procuretur, quæ consueta clericis stipendia dispenset. *Valent. Hisp. c.* 2.

Cap. VI.

De his clericorum personis, quæ de Ciuitatensis Ecclesiæ officio, monasterij, vel diœcesis, vel basilicis in quibuscumque locis positis, id est, siue in territoriis, siue in ipsis ciuitatibus suscipiuntur ordinandæ: in potestate sit Episcopi, si de eo, quod ante de ecclesia habebant, eos aliquid, aut nihil exinde habere voluerit; quia vnicuique facultas suscepti monasterij, diœcesis, vel basilicæ debet plena ratione sufficere. *Aurel. iij. c.* 18.

Cap. VII.

Statuimus in nostris ecclesiis, vel ciuitatibus hoc esse seruandum, vt quidquid pecuniæ à fidelibus in ecclesia fuerit oblatum, fideliter collectum maneat, & conseruatum, & fideliter Episcopo præsentetur: qualiter exinde tres partes fiant æquales, vnam Episcopus habeat, & alteram presbyteres, & diacones inibi deseruientes consequantur, & inter se, vt dignitas, & ordo poposcerit, diuidant. Tertia vero subdiaconibus, & clericis tribuatur, vt à Primicerio, † iuxta quod in officio eos percipit esse intentos, ita singulis dispensetur. *Emerit. cap.* 14. † Primiclerio.

Cap. VIII.

Nec illi, qui sua possidentes, dari sibi aliquid volunt, sine grandi peccato suo, vnde pauper victurus erat, accipiunt. De clericis dicit per Prophetá Spiritus sanctus: Peccata populi mei comedunt. Sed sicut nihil habentes proprium, non peccata, sed alimenta quibus indigere videntur, suscipiunt: ita possessores, non alimenta, quibus abundant, sed aliena peccata suscipiunt, &c. Qui autem Ecclesiæ Osea. 4. b.

seruiunt, & labori suo veluti debita reddi oportere credentes, ea, quibus opus non habent, aut accipiunt libenter, aut exigunt: nimis carnaliter sapiunt, si putant, quod Ecclesiæ fideliter seruientes, stipendia terrena, ac non potius præmia æterna percipiant, &c. Quod si quilibet minister Ecclesiæ non habet vnde viuat, non ei reddit hic, sed necessaria præstat Ecclesia, vt in futuro prǽmium laboris sui recipiat, quod in hac vita iam spe Dominicæ promissionis expectat. Illi quoque, qui velut idonei nihil sibi quidem dari velut debitum poscunt; sed tamen Ecclesiæ sumptibus viuunt, non est meum dicere, quasi peccato cibos pauperum præsumendo suscipiunt, qui Ecclesiam, quam iuuare de propriis facultatibus debuerant, suis expensis insuper grauant. Propter hoc fortassis in congregatione sunt viuentes, ne aliquos pauperes pascant, ne aduenientes excipiant, aut ne suum censum expensis quotidianis imminuant, &c. Si propter hoc non vult sua quisque relinquere, vt habeat vnde viuat; vt quid accipit vnde rationem reddat? vt quid peccatis alienis sua multiplicat? *Prosper lib. 2. de vita contemplatiua c. 10. & 11. apud Aquisg. c. 107. & 120.*

CAP. IX.

Clerici, quos pauperes, aut voluntas, aut natiuitas fecit, cum perfectione virtutis, vitæ necessaria, siue in domibus suis, siue in congregatione viuentes accipiunt: quia ad ea accipienda non eos habendi ducit cupiditas, sed cogit viuendi necessitas. Illi autem, qui tam infirmi sunt, vt possessionibus suis renuntiare non possint, si ea, quæ accepturi erant, dispensatori relinquant, nihil habentibus conferenda; sine peccato possident sua: quia & ipsi quodammodo sua relinquunt, quando propriis contenti rebus, nihil eorum, quæ labori, vel ordini suo deberi arbitrãtur, accipiunt. Quod si putant accipi debere eorum, quæ conferuntur Ecclesiæ, portionem, ne eam videantur abiicere; se vero non posse sua relinquere, quod eis deforme sit, inter suos pauperes reddi: nouerint esse deformius, se possessores de eleemosynis pauperum pasci. *Prosper de vita contemplatiua lib. 2. c. 12. & 13. apud Aquisgr. c. 108. & 109.*

CAP. X.

1. Cor. 9. b. Qui in sacrario operantur, quæ de sacrario sunt, edunt: & qui altario deseruiunt, cum altario participant, &c. Deus ordinauit his, qui Euangelium annuntiant, de Euangelio viuere. De Euangelio viuunt, qui nihil proprium habere volunt; qui nec habent; nec habere aliquid concupiscunt, non suorum, sed communium possessores. Quid est aliud, de Euangelio viuere, nisi laborantem inde, vbi laborat, necessaria vitæ percipere? Apostolus tamen; qui sic Euangelium prædicauit, vt non de Euangelio viueret, sed necessaria sibi suis manibus ministraret, de se confidenter eloquitur. Ego autem nullo horum vsus sum; & quare hoc dixerit, secutus aperuit, dicens: Expedit mihi mori magis, quam vt gloriam meam quis euacuet. Euacuari dicit gloriam suam, si ab eis, quibus prædicabat, voluisset accipere vitæ temporalis expensam. 1. Cor. 9. c. Nolebat quippe in præsenti laboris sui fructum, sed in futuro recipere. Si ergo ille, qui nihil habebat, noluit de Euangelio viuere, vbi laborabat, sed suis manibus ne gloriam suæ mercedis amitteret: quid nos, qui & propria nolumus amore possidendi, non viuendi necessitate, relinquere; & accipere insuper volumus, non vnde viuamus, sed censum nostrum incrementis damnabilibus augeamus? *Prosp. l. 2. de vita contemplatiua c. 15. apud Aqu. c. 111.*

CAP. XI.

Qui suas, & Ecclesiæ habent facultates, & vtilitatem Ecclesiæ, aut interius aut exterius conferunt, accipiant in congregatione cibum, & potum, & partes eleemosynarum, & his contenti sint, ne plus accipientes, pauperes grauari videantur, perpendentes sententiam Prosperi, qua dicitur: Qui sua possident, & dari sibi aliquid volunt, sine grandi peccato suo, vnde pauper victurus erat, non accipiunt. Hi vero, qui nec suis rebus abundant, nec Ecclesiæ habent possessiones, & magnam vtilitatem Ecclesiæ conferunt, accipiant in canonica congregatione victum, & vestitum, & eleemosynarum partes, quia de talibus ita in libro Prosperi scribitur: Clericos, quos voluntas, aut natiuitas pauperes fecit, in congregatione viuentes, necessaria vitæ accipiant: quia ad ea accipienda, non eos habendi ducit cupiditas; sed cogit viuendi necessitas. Porro si tales fuerint, qui nec suas, nec Ecclesiç velint habere possessiones, horum necessitatibus prouidentissima gubernatione de facultatibus Ecclesiæ debent subuenire Prælati, &c. *Aquisgra. cap. 120. ex Prospero lib. 2. de vita contemplatiua. cap. 10. & 11. & 12.*

CAP. XII.

Ea, quæ à Domino Imperatore, consensu Episcoporum ob honorem, & amorem Dei Ecclesiis concessa sunt, non in auaritiam presbyterorum, aut in rapacitatem Episcopalium ministrorum cedant; sed in vtilitatem Ecclesiæ, & in vsus clericorum, & pauperum deueniant. *Aquisg. sub Lud. par. 3. c. 6.*

Ne plures clerici in Ecclesiis constituantur, quam earum facultates ferre possunt. Tit. XX.

CAPVT I.

In congregandis † clericis modus discretionis teneatur; videlicet, ne plures admittantur, quam facultas rerum eis canonice attributa sufficere possit. Deus enim noster om- De instit. c. 1. in 2. collect. † vel dispendio.

nipotens tribus in rebus vniuersa constituit, pondere videlicet, numero, atque mensura, cuius nos salubertimum perficere, & conseruare præceptum semper oportet. *Syn. Rom. sub Eugenio ij. & Leone iv. c.* 9.

CAP. II.

Cauendum summopere Prępositis Ecclesiarum est; vt in Ecclesiis sibi commissis non plures admittant clericos, quam ratio sinit, & facultas Ecclesiæ suppetit; ne si indiscrete, & extraordinarie plures aggregauerint, nec ipsos gubernare, nec cęteris Ecclesię necessitatibus, vt oportet, valeant adminiculari, &c. Hi namque taliter aggregati, dum à Prælatis stipendia necessaria non accipiunt, neque canonicum seruant ordinem, nec diuinis officiis insistunt, claustra, societatemque cæterorum relinquentes, efficiuntur vagi, & lasciui, gulæ, & ebrietati, & cæteris suis voluptatibus dediti; quidquid sibi licitum est, licitum faciunt, &c. *Aquis. c.* 118.

CAP. III.

Necessarium in quibusdam reperimus Ecclesiis, vt clericorum ordo maiori adstringatur, disciplina, & custodia, ampliorique foueatur stipendiorum copia, vt occasione temporalium subsidiorum, sanctarum non depereat institutio rerum. *Aquis. ij. sub Ludou. par.* 3. *cap.* 9.

Clerici victum sibi quærant aliquo attificio, vel opere. Tit. XXI.

CAPVT I.

Dist. 91. *c.* 4. CLericus, quantumlibet verbo Dei eruditus, artificio victum quærat. *Carth. iv. ca.* 51. *Burc. l.* 2. *c.* 102. *Iuo par.* 6. *c.* 179. *decr. Cas. lib.* 4. *cap.* 112.

CAP. II.

Dist. 91. *c.* 3. Clericus victum, & vestimentum sibi artificiolo, vel agricultura, absque officij sui duntaxat detrimento, præparet. *Carth. iv. c.* 52. *Bur. l.* 2. *c.* 103. *Iuo par.* 6. *c.* 180. *decr. Cas. li.* 4. *c.* 112.

CAP. III.

Dist. 91. *c.* 4. *p.* 1. Omnes clerici, qui ad operandum validi sunt, & artificiola, & litteras discant. *Carth. iv. cap.* 53.

CAP. IV.

Cum iubeamur victum, aut vestitum artificiolo quærere, & manibus propriis laborare; quid opus est in domo (*mulierem*) includere pro veste? *Turon. ij. c.* 10.

De exercitationibus clericorum. Tit. XXII.

CAPVT I.

SAcerdotes, & alij clerici, qui fuerint in exercitu Christiano, tam subditi, quã Prælati, orationi, & exhortationi diligenter insistant, docentes eos, verbo pariter & exemplo; vt timorem, & amorem semper habeant diuinum ante oculos, &c. *Innoc. iij. c. vlt. post prin. in conc. gen. Later.*

CAP. II.

Clerici, qui extra sacros ordines sunt constituti, &c. sub Ecclesiastica regula sunt tenendi; vt bonis moribus viuant, & canendis psalmis inuigilent, & ab omnibus illicitis, cor, & linguam, & corpus, Deo auctore conseruent, &c. *Greg. ad August. iij. ca.* 1. & 2. *Iuo l.* 3. *tit.* 8. *ca.* 25. *pan. & par.* 6. *c.* 86. *decret. Ar. l.* 7. *c.* 3. *Tarr. l.* 1. *c.* 261. *Dist.* 32. *si qui c.*; & 12. *q.* 1. *c.* 8. *quia tua. par. si qui vero.*

CAP. III.

Clerici, si aliis temporibus nequeunt, saltem quadragesimæ tempore pedes pauperum in competenti lauent hospitali; iuxta illud Euangelicum: Si ego Dominus, & magister vester, laui vobis pedes; quanto magis vos debetis alter alterius lauare pedes? Quapropter expedit, vt in competenti loco hospitale sit pauperum, vbi perfacilis ad illud veniendi conuentus fieri possit fratrum. *Aquisgranens. cap.* 141. *Ioa.* 13. *b.*

De vestibus clericorum. Tit. XXIII.

CAPVT I.

OMnis mollities, & ornatus corporis aliena sunt ab Ecclesiastico ordine. Episcopi igitur, & clerici vestibus splendidis vtentes puniendi sunt, item vnguentis vncti, &c. Sed si imaginum hostes derideant honesta vestimenta cleri, corriganrur; superioribus enim temporibus ira vestiebantur, &c. Qui non necessitatis causa, sed pulchritudinis id facit, elationis crimine accusetur, vt magnus Basilius ait. A sericis quoque vestibus abstineant, & à variis coloribus, &c. *Nicæ. ij. c.* 16. *Iuo par.* 5. *c.* 377. *decr. Ansel. lib.* 6. *c.* 185. *Cæsar. lib.* 4. *c.* 59. 21. *q.* 4. *c.* 1.

CAP. II.

Clerici officia, vel commercia sæcularia non exerceant, maxime inhonesta, &c. Clausa deferant desuper indumenta, nimia breuitate, vel longitudine non notanda. Pannis rubeis, aut viridibus, necnon manicis, aut subtalaribus † consutitiis, seu rostratis; frænis, sellis, pectoralibus & calcaribus deauratis, aut aliam superfluitatem gerentibus non vtantur: cappas manicatas ad diuinum officium intra Ecclesiam nulli gerant, sed nec alibi, qui sunt in sacerdotio, vel personatibus constituti, nisi iusta causa timoris exegerit habitum transformari. Fibulas omnino non ferant, neque corrigias auri, vel argenti ornatum habentes; sed nec annulos, nisi quibus competit ex officio dignitatis, &c. Palliis diffibulatis non vtantur in publico, sed vel post collum, vel ante pedes † hinc inde connexis. *Inno. iij. in conc. gen. Lat. c.* 16. *De vita, & hon. cler. c.* 15. *Greg. ix. & c.* 4. *eo. tit. in* 4. *collect.* † *subtalaribus.* † *pectus.*

CAP. III.

Sciſſis veſtib; clericos abuti, vlterius prohibemus, & ne pompoſis induantur exuuis admonemus, &c. *Vrban. ij. in ſyno. apud Melfiam. c. 13.*

CAP. IV.

21. q. 4. c. vlt. Præcipimus, quod tam Epiſcopi, quam clerici in ſtatu mentis, & in habitu corporis Deo, & hominibus placere ſtudeant; & nec in † ſciſſura ſuperfluitate fiſſuræ, aut colore veſtium, nec in tonſura intuentium, quorum forma, & exemplum eſſe debent, offendant aſpectum; ſed potius, quod eorum deceat ſanctitatem. Si moniti ab Epiſcopis emendari noluerint Eccleſiaſticis careant beneficiis. *Innocen. ij. in concil. Rem. c. 3. Iuo in fine panor.*

CAP. V.

Præcipimus, vt tam Epiſcopi, quam clerici, neque ſuperfluitate, ſeu inhoneſta varie- † ſciſſura tate colorum, aut fiſſura † veſtium, neque in tonſura intuentium, quorum forma, & exemplum eſſe debent, offendant aſpectum: ſed potius ira in ſuis actibus errata condemnent, & amorem innocentiæ conuerſatione demonſtrent, ſicut dignitas exigit ordinis clericalis. Quod ſi moniti ab Epiſcopis ſuis, infra quadraginta dies non obtemperauerint, Eccleſiaſticis beneficiis eorundem Pontificum auctoritate priuentur, &c. *Eugen. iij. in concil. Remen. cap. 2.*

CAP. VI.

Diſt. 23. c. 32. clerici. Veſtimenta, vel calciamenta clericis, niſi, quæ religionem deceant, vti, aut habere non liceat, *Agath. cap. 20. Capit. lib. 7. cap. 234. Cæſar. lib. 8. cap. 51.*

CAP. VII.

Diſt. 41. c. vlt. Clericus profeſſionem ſuam, & in habitu, & in inceſſu probet; & ideo nec veſtibus, nec calciamentis decorem quærat. *Carth. iv. c. 45. Burch. lib. 2. c. 209. Iuop. 6. c. 284. decr. Anſel. lib. 7. c. 202. Cæſar. lib. 4. cap. 112.*

CAP. VIII.

Nullus clericus ſagum, aut veſtimenta, aut calciamenta ſæcularia, niſi quod religionem deceat, induere præſumat. Quod ſi clericus, aut cum indecenti veſte, aut cum armis inuentus fuerit; à ſeniore ita coërceatur, vt triginta dierum inclusione detentus, aqua tantum, & modico pane diebus ſingulis ſuſtẽtetur. *Matiſc. cap. 5.*

CAP. IX.

Nullus clericorum veſtimenta purpurea induat, quæ ad iactantiam pertinent mundialem, non ad religioſam dignitarem, vt ſicut eſt deuotio in mente, ita & oſtendatur in corpore, &c. *Narbon. c. 1.*

CAP. X.

21. q. 4. c. nullus. Nemo clericus indecente veſte vtatur, in vrbe, vel via iter agens; ſed ſtolis, quæ clericis dedicatæ ſunt. Si fecerit, vnam hebdomadam excommunicetur. *Trul. cap. 27.*

CAP. XI.

Omnes clerici fornicationem non faciant, nec habitum laicorum portent. *Syn. Sueſſion. ſub Childerico in med.*

CAP. XII.

Non veſtis tenera clericum facit, aut ſacerdotem, ſed caſta mentis intentio. *Hieron. ad Ocean. apud Aquiſgr. c. 98.*

CAP. XIII.

Nemo clericorum arma portet, vel indumenta laicalia induat, id eſt, cottos, vel mantellos ſine cappa non portet, & laici cappas non portent. *Meten. c. 3.*

Clerici ſeruent grauitatem, & ludos ſæculares non ſpectent. Tit. XXIV.

CAPVT I.

Clerici mimis, ioculatoribus, & hiſtrionibus non intendant. *Innocen. iij. in concil. gener. Lateran. cap. 16.* De vita, & honeſt. cler. c. 15. Greg. ix.

CAP. II.

Non oportet miniſtros altaris, vel quoſlibet clericos ſpectaculis aliquibus, quæ aut in nuptiis, aut in conuiuiis exhibentur, intereſſe: ſed ante quam thymelici ingrediantur, ſurgere eos, & abire. *Laod. c. 54. Aquiſgr. c. 83. Trul. 24. Marc. Brac. c. 60. Iuo par. 11. c. 78. decr. Cæſar. lib. 8. cap. 83.* & c. 4. eo. tan. in 4. collect. De conſe. d. 5. c. 37.

CAP. III.

Clericum ſcurrilem, & verbis turpibus ioculatorem ab officio retrahendum. *Carth. iv. c. 60. Agath. c. 70. Capitul. lib. 7. cap. 191. in additis. Burch. lib. 2. cap. 172. Iuo lib. 3. tit. 15. c. 6. panor. & par. 6. c. 263. & par. 11. c. 79. decr. Anſel. lib. 7. c. 163. Cæſar. lib. 4. c. 112. & lib. 8. c. 84.* Diſt. 46. c. 6.

CAP. IV.

Clericum inter epulas cantantem obiurgandum, ſi perſtiterit in vitio, excommunicandum. *Carth. iv. c. 62. Capitul. lib. 7. c. 192. in addit. Burch. lib. 2. c. 170. Iuo par. 6. c. 261. decr.* 21. q. 4. c. 9.

CAP. V.

Clericus, vel monachus, ſi ad hippodromias aſcenderit, vel thymelicis interſit, &c. vel ceſſet, vel deponatur. *Trull. c. 24.*

CPA. VI.

Prohibet ſynodus mimos, & eorum theatra, & venationum ſpectacula, & ſcenicas ſaltationes fieri. Si quis hæc contempſerit, & ſe ad prohibita dederit, clericus deponatur, laicus excommunicetur. *Trul. c. 51.*

CAP. VII.

Non liceat ſacerdotibus, vel clericis aliqua ſpectacula in nuptiis, vel in conuiuiis ſpectare; ſed oportet, ante quàm ingrediantur ipſa ſpectacula, ſurgere, & redire † inde † receſſere. *Mar. Bra. cap. 60. Laod. c. 54. Aquiſgr. cap. 83. Burch. lib. 2. cap. 135. Iuo par. 6. cap. 209. decr.*

De ordine clericorum seruando.
Tit. XXV.

CAPVT I.

Dist. 61. c. 12. NEc emeritis in suis Ecclesiis clericis peregrini, & extranei, & qui ante ignorati sunt, ad exclusionem eorum, qui bene de suorum ciuium merentur testimonio, praeponantur; ne nouum quoddam, de quo Episcopi fiant, institutum videatur esse collegium. *Celesti. ep. 2. c. 4. Ansel. lib. 6. cap. 7.*

CAP. II.

Placuit, vt quicumque deinceps ab Episcopis ordinantur, litteras accipiant ab ordinatoribus suis manu eorum subscriptas, continentes Consulem, & diem; vt nulla altercatio de posterioribus, vel anterioribus oriatur. *Carth. c. 90. G. Mileu. c. 14. L. Afric. c. 56. L.*

CAP. III.

Dist. 74. c. 5. Episcoporum, quorum vita non reprehenditur, posteriorem (*presbyterum, vel clericum*) priori nullus praeponat, nisi forte elatus superbia, quod pro necessitate Ecclesiae Episcopus iusserit, implere contemnat, &c. *Agath. c. 23.*

Ne cum clericis habitent foeminae, praeter matrem, &c.
Tit. XXVI.

CAPVT I.

Dist. 32. c. 16. INterdixit per omnia magna synodus, non Episcopo, non presbytero, non diacono, nec alicui omnino, qui in clero est, licere subintroductam habere, nisi forte aut matrem, aut sororem, aut amitam, vel materteram, vel eas tantum personas, quae suspiciones effugiunt: *Nicaen. c. 3. Aquisgran. cap. 39. Trosle. cap. 9. Mart. Bracar. cap. 32. Iustin. Nouell. 123. in princip. Capitul. lib. 1. cap. 4. Burc. lib. 2. cap. 109. Iuo lib. 3. tit. 8. cap. 29. panorm. & par. 6. cap. 186. decr. Anselm. lib. 7. cap. 133. Caesar. lib. 8. cap. 63.*

CAP. II.

In domibus clericorum nullas liceat habitare mulieres, nisi quas sancti canones habitare permittunt. *Vrb. y. in concil. Claram. c. 10.*

CAP. III.

Dist. 81. c. 21. sed si. Nemo clericorum cum extranea habitet foemina, nisi soror, aut proxima fuerit, & hoc cum magna sollicitudine fiat, non enim igno-
2. Cor. 2. c. ramus malitias Sathanae. *Clem. epist. 2. ante med. Ansel. lib. 7. c. 139.*

CAP. IV.

Dist. 81. c. 31. Foeminas non alias esse patimur in domib. clericorum, nisi eas tantum, quas propter solas necessitudinum causas habitare cum iisdem synodus Nicaena permisit. *Syric. epist. 1. c. 12. Burch. lib. 2. c. 110. Iuo par. 6. c. 52. & 187. decr. Ansel. lib. 7. c. 141.*

CAP. V.

Episcopus, vel quilibet clericus, aut sororem, aut filiam virginem dicatam Deo tantum secum habeat; extraneam vero nequaquam. *Elib. c. 27.*

CAP. VI.

Si quis de clericis à gradu diaconatus in solatio suo mulierem, praeter auiam, matrem, sororem, filiam, neptem, vel conuersam secum vxorem habere praesumpserit; à communione alienus habeatur, par quoque & mulierem, si se separare noluerit, poena percellat. *Arel. ij. c. 3.*

CAP. VII.

Cum omnibus omnino clericis extraneae foeminae non cohabitent, sed solae matres, auiae, materterae, amitae, sorores, & filiae fratrum, aut sororum, & quaecumque ex familia, domestica necessitate etiam, ante quam ordinarentur, iam cum eis habitabant, vel si filii eorum iam ordinatis parentibus vxores acceperunt, aut seruis non habentibus † in domo, quas ducant, aliunde ducere necessitas fuit. *Carth. iij. c. 17.* Dist. 81. c. 27. † habitantibus.

CAP. VIII.

Clericus cum extraneis mulieribus non habitet. *Carth. iv. c. 46.*

CAP. IX.

Nullus clericorum extraneae mulieri qualibet collatione, aut familiaritate iungatur. Et non solum in domû illius extranea mulier non accedat, sed nec ipse frequentandi extraneam mulierem habeat potestatem. Sed cum matre tantum, sorore, filia, aut nepte, si habuerit, aut voluerit, viuendi liberam habeat potestatem. De quibus omnibus nefas est aliud, quam natura constituit, suspicari. *Agath. c. 10. Burch. lib. 2. c. 112. Iuo par. 6. c. 189. decr.*

CAP. X.

Ancillas, vel libertas à cellario, vel à secreto ministerio, & ab eadem mansione, in qua clericus manet, placuit remoueri. *Agath. c. 11.*

CAP. XI.

Familiaritatem extranearum foeminarum nouerint (*clerici*) esse vitandam; sed qui sunt caelibes, non nisi à sororibus, aut amitis suis, aut à matribus consolentur, &c. *Andegauen. c. 5.*

CAP. XII.

Quia nullum Diabolo locum dari oportet nullam clerici cum extraneis foeminis habeant familiaritatem, &c. Si quis clericus post interdictum Episcopi sui, illicitis familiaritatibus extranearum foeminarum voluerit inhaerere, à communione habeatur alienus. *Turo. i. c. 3.*

CAP. XIII.

De his, quibus cura pro parentelae proximitate haberi permittitur, ea cautela earum necessitates sustineant: vt pietatis beneficia, quae eis sunt necessaria, à longius praebeant. Ipsi vero pro visendis eis, cû ingressi fuerint, celeri salutatione recurrant, nec ibi faciant

mansionem. Quitamen cum ad earum visitationem pergunt, testem solatij sui fide, & ætate probatum adhibeant secum. Si quis hæc contempserit, si clericus est, loci sui dignitate priuetur: si vero religiosus, vel monachus, in cælla monasterij inclusus pœnitentiæ lamentis incumbat, vbi singulari afflictione, panis, & aquæ victum ex Abbatis ordinatione percipiat. *Tarrac. c. 1.*

CAP. XIV.

De his qui sine vxoribus ordinantur, & familias domus habent, habito secum pro vitæ conuersatione fratre in testimonium, non per quamcumque fœminei sexus personam eorũ substantia gubernetur aut per puerum; sed aut per amicum domum suam debeant ordinare, nisi matrem, aut sororem in domo habuerint vt secundum priorum canonum statuta per earum personas eorum debeat conturari substantia. *Gerun. c. 7.*

CAP. XV.

Quod sępe transcenditur, conuenit replicari. Ne quis Antistitum, clericorumve omnium licentiam habeat, intra domum suam vllam absque propinquis mulieribus quas priores canones eloquuntur, habere personam, &c. Si quis clericorum suspicionem aduersam, aut oblocutionem populi de muliere quacumque fortassis incurrerit; eam statim, si intra domum habet, abiiciat. Si certe extranea, & sui iuris est, ita omnibus conditionibus studeat obuiare; vt infamia; quæ excitata est, abrogetur. Qui hæc vitare noluerit, pro inobedientia, triennij excommunicatione multetur. Si de adulterij permixtione fuerit comprobatus, in regradatione honorum, priorum canonum statuta seruentur, &c. *Aurel. iij. c. 4.*

CAP. XVI.

Nullus deinceps clericorum pro occasione necessitatis faciendæ vestis, aut causa ordinandæ domus, extraneam mulierem in domo sua habere præsumat. Et cum iubeamur victum, aut vestitum artificiolo quærere, & manibus propriis laborare; quid opus est in domo serpentem includere pro veste? &c. *Turon. ij. c. 10.*

CAP. XVII.

Si qui clericorum, vel monachorum præter matrem, aut germanam, vel etiam, quæ proxima consanguinitate iunguntur, alias aliquas quasi adoptiuas fœminas secum retinent, & cum ipsis habitant, sicut Priscilliani secta docuit, anathema sit. *Brac. c. 15.*

CAP. XVIII.

Cum clericis extraneæ fœminæ nullatenus habitent, nisi tantum matet, soror, filia, amita, in quibus personis nihil sceleris æstimari naturæ fœdus permittit. Id enim & constitutio antiquorum Patrum decreuit. *Tolet. iv. cap. 41.*

CAP. XIX.

Clericus præter non suspectas personas, canone comprehensas, non habeat mulierem, vel ancillam; idem etiam eunuchi seruent; sin minus, clerici deponantur, laici excommunicentur. *Trull. c. 5.*

CAP. XX.

Clericus mulierem non habeat in domo sua, quæ cum illo habitet, nisi matrem, aut sororem, aut neptem suam. *Syn. Suess. sub Childer. Rege, prope fin.*

CAP. XXI.

Omnibus clericis fœminas secum in domibus suis habere, vltra licentiam canonum, firmiter sit contradictum. *Magun. c. 49.*

CAP. XXII.

Quicumque clericatus vtuntur officio, extranearum mulierum familiaritatem habere prohibentur, matrum suarum, aut filiarum sibi solatia intra domum suam nouerint tantum esse concessa, &c. *Trosle. c. 9.*

CAP. XXIII.

Nec primi, nec soli statuimus, ne mulieres cum viris cohabitarent; sed lege canonem, qui à sanctis Patribus nostris Nicææ editus est, qui aperte prohibet, ne sint introductitiæ. In hoc autem situm est cælibatus decus, & honestas, quod separatus sit à consuetudine, & consortio mulierum. Si quis enim verbo profitens; reuera ea faciat, quę, qui cum mulieribus cohabitant; aperte ostendit se virginitatis quidem laudem nomine tantum prosequi, sed à turpi voluptate non recedere. Tanto magis ergo oportebat te nostræ postulationi facile acquiescere, quod dicis te ab omni corporali perturbatione liberum. Neque enim credo eum, qui septuaginta annos natus est, cum muliere animi perturbatione commorum habitare; nec tamquam propter turpem aliquam actionem, quæ facta fuerit, statuimus ea, quæ statuimus; sed quia ab Apostolo docti sumus, fratri non esse ponendum offendiculum, vel scandalum. Rom. 14. b.
Scimus autem, quod id, quod recte, & sane fit ab aliquibus, erit aliis occasio ad peccatum. Ea de causa decreuimus, sanctorum Patrum constitutionem sequentes, vt à muliere separeris, &c. Eiice eam à domo tua, & statue ipsam in monasterio; sit illa cum virginibus, & viri tibi seruiant: ne nomen Dei per vos blasphemetur, &c. Sin autem non correctus ausus fueris sacerdotium apprehendere, eris toti populo anathema, & qui te susceperint, erunt in omni Ecclesia abdicati. *Basil. ad Gregor. Presbyt.*

Ne clericus fœminis valde familiariter vtatur, neque solus cum illis sermones conferat. Tit. XXVII.

CAPVT I.

Clericus solus ad fœminæ tabernaculum non accedat, nec properet sine maioris natu Principis iussione; nec Presbyter solus Dist. 81. q. 19.

cum sola adiungatur, sed duobus adductis testibus viliter infirmam; nec solus cum sola fœmina fabulas misceat. *Cle. epist. 2. post prin. Ivo par. 6. c. 89. decr. Ansel. lib. 7. c. 139.*

CAP. II.

Dist. 81. c. 32. Clerici, vel virginitatem professi, ad viduas, vel virgines non ingrediantur, nisi de consensu Episcopi, vel presbyterorum, & tunc non soli, sed cum aliis clericis, vel cum his personis, cum quibus Episcopus, vel presbyteri ingredi solent, aut cum presbyteris, vel laicis honestis. *Carth. c. 38. G. Afr. 5. L. Carth. iij. c. 25. L. Trosle. c. 9. Capit. li. 7. c. 28. Ansel. li. 7. c. 143.*

CAP. III.

Dist. 81. c. 33. Ad reatum Episcopi pertinet, vel presbyteri, qui parochiæ præest, si sustentandæ vitæ præsentis causa adolescentiores viduæ, vel sanctimoniales clericorum familiaritatibus subiiciantur. *Carth. iv. c. 102. Burch. li. 8. c. 55. Ivo par. 7. c. 73. decr. Cæsar. li. 9. c. 60.*

CAP. IV.

Episcopo, presbytero, diacono, vel diuersis clericis, horis indebitis, id est, meridianis, vel vespertinis, ad fœminas prohibemus accessum; qui tamen, si causam habuerit, cum presbyterorum, aut clericorum testimonio videatur. *Epaun. c. 20.*

CAP. V.

De his, quibus cura pro parentelæ proximitate haberi permittitur, ea cautela earum necessitates sustineant; vt pietatis beneficia, quæ eis sunt necessaria, à longius præbeant. Ipsi vero pro visendis eis, cum ingressi, fuerint, celeri salutatione recurrant, nec ibi faciant mansionem. Qui tamen cum ad earum visitationem pergunt, testem solatij sui fide, & ætate probatum adhibeant secum. Si quis hæc à nobis statuta contempserit, si clericus est, loci sui dignitate priuetur: si vero religiosus, vel monachus, in cælla monasterij inclusus pœnitentiæ lamentis incumbat, vbi singulari afflictione panis, & aquæ victum ex Abbatis ordinatione percipiat. *Tarrac. c. 1.*

CAP. VI.

Familiaritatem extranearum mulierum licet ex toto sancti Patres antiquis monitionibus præceperint Ecclesiasticis euitandam; id nunc tamen nobis visum est, vt qui post primam, & secundam commonitionem se emendare neglexerit; donec in vitio perseuerat, officij sui dignitate priuetur. Quod si se Deo iuuante correxerit, sancto ministerio restauretur. *Iler. c. 15.*

CAP. VII.

Nuper editum concilij Toletani decretum seruetur; vt si presbyteri, diaconi, vel clerici consortia extranearum fœminarum, vel ancillarum familiaritatem per sacerdoris sui admonitionem à se minus remouerent; sæculi iudices easdem mulieres cum voluntate, & permissu Episcopi comprehensas in suis lucris vsurpent; vt vitium hoc, dum sacerdos inhibere non præualet, potestas iudicialis coërceat; dato tamen ab eisdem iudicibus sacramento Episcopo, vt eas clericis nulla arte restituant. *Hispal. ii. c. 3. Tolet. v. c. 3.*

CAP. VIII.

Quidam clerici, legitimum non habentes coniugium, extranearum mulierum, vel ancillarum suarum interdicta sibi consortia appetunt. Ideo quæ coniunctæ taliter eum clericis sunt, ab Episcopo auferantur, & venundentur, illis pro tempore religatis † ad pœnitentiam, quos sua libidine infecerunt. *Tolet. iv. c. 42. Ansel. lib. 7. c. 140.* *Dist. 81. c. 30.* *† relegatis.*

CAP. IX.

Omnem fornicandi occasionem cupientes auferre, sancimus; vt nullus sacerdorum, siue quisque de clero, absque honesto, & competenti testimonio, excepta sola matre, cum quibuslibet fœminis secrete se præsumat adiungere; & non solum cum extraneis mulieribus, sed nec cum ipsis etiam sororibus, vel propinquis; ne licentia sororum, vel propinquarum mulierum, quisque solus familiarior habeatur ad perpetrandum scelus. Huius præceptionis transgressor sex mensibus se nouerit pœnitentiæ legibus subiacere. *Brac. iij. cap. 4.*

CAP. X.

Monasteria puellarum, quæ sub disciplinæ regula degunt, obstructius muniris claustris, nullo pareant, nisi forte summa compellente necessitate, aditu virorum. Sed neque Presbyteri, vel diacones, vel quilibet de clero, &c. quasi visitationis, vel prædicationis causa, sine permissu Episcopi ciuitatis, &c. licentiam habeant ingrediendi, &c. *Forotul. cap. 12.*

CAP. XI.

Prima tentamenta sunt clericorum fœminarum frequentes accessus. Iste sexus reprehensibiles exhibet clericos. Quid tibi reuera cum fœminis, qui ad altare cum Domino fabularis? Te in publico cuncti, te in agro rustici, aratores, ac vinitores quotidie lacerabunt, si contra depositum fidei cum fœminis habitare contendis. Et quia, vt arbitror, concupiscis irreprehensibilis inueniri, testimonio bono munire. Nunquid in choro Apostolorum fœminæ adfuerunt? Prohibe virgines tecum commorari, etiam quæ de genere tuo sunt. Dilige eas, exterius ordina, frequentes visita iunctus obsequio clericorum; ne cum secretaliter, ac solus ingrederis, macules testimonium tuum. Aliter namque coniugati, aliter continentes edocentur Ecclesiasticum subire ministerium, & onus. Fœminarum cum clericis nullo pacto coniuncta præcipitur conuersatio, &c. Mihi crede, non potest toto corde habitare cum Domino, qui fœminarum accessibus copulatur, &c. Si pudicitiam quæris, fœminam, quam videris conuersantem bene, mente dilige, non corporali frequentes ornatu, &c. Si quis hæc præcepta non obseruarit; hostis est animæ suæ. Quod si post

monita nostra aliqui clericus Agaperas amplius quæsierit amare, quam Christum; secundum synodalem regulam conueniatur, & præcepta Patrum in Nicæa definita ei leganrur. Iam vero si conuenrus prædicta fugerit, & reliquerit. consequuti sumus maximum lucrũ. Alioquin talis ab Ecclesia anathematizandus est, &c. proh nefas, dolor est dicere, sed prætereire non decet. Christo istæ nubere nouerunt, non clericis, &c. *Hieron. ad Oceanum, apud Aquisgran. cap. 98.*

Communia de continentia clericorum. Tit. XXVIII.

CAPVT I.

FRaternitatem tuam negligentiæ merito argui putamus; quod de castitate clericorum, sicut nobis relatum est, præceptis Romanæ synodi, cui interfuisti, inobediens vsque hodie videaris. Qua in re; tantum de re admirantes grauius dolemus, quantum de re illud sollicitius operari sperabamus. Vnde Apostolica re auctoritate admonemus, vt clericos tuos, qui turpiter conuersantur, pastorali rigore coërceas; & quod Romana Ecclesia, te adstante, de immunditia clericorum statuit, neque gratiam, neque odium alicuius considerans, constanti auctoritate in Ecclesia tua prædicando exerceas. *Greg. vij. lib. 1. reg. ep. 32. Geobardo Episcopo.*

CAP. II.

Dist. 81. non oportet. c. 28. Clerici, ascetæ, laici in balneo cum mulieribus non lauent. Hinc enim primum à gentilibus reprehendimur. *Laod. c. 30. Trull. c. 78.*

CAP. III.

Dist. 77. Episcopus cap. 6. Si coniugati iuuenes consenserint ordinari, etiam vxorum voluntas ita requirenda est, vt sequestrato mansionis cubiculo, religione promissa, postea quam pariter conuersi fuerint, ordinentur. *Agath. cap. 16. Inopar. 5. cap. 365. decr.*

CAP. IV.

Si de adulterij permixtione fuerit (*Antistes, aut clericus*) comprobatus in regradatione honorum; priorum canonum statura seruentur, &c. *Aurel. iy. c. 4.*

CAP. V.

2. q. 4. placuit. c. 1. Si quis aliquem clericorum in accusatione fornicationis impetit, &c. Si non potuerit daris testimoniis approbare, quod dixit; excommunicationem accusari accusator accipiat. *Brac. ij. cap. 8. Capitul. lib. 5. cap. 240. Burch. lib. 2. cap. 202. Iuo lib. 4. tit. 8. cap. 13. panor. & par. 6. cap. 276. decr.*

CAP. VI.

Hæc sancta synodus fieri elegit; vt annuis vicibus vnusquisque nostrum omnes Abbates monasteriorum, vel Presbyteros, & diaconos suæ diœcesis ad locum, vbi Episcopus elegerit, congregare præcipiat, &c. Cunctosque sub Ecclesiasticis regulis adesse præmoneat: quosque etiam parsimoniæ, & sobrietati, atque veridicæ castimoniæ honestorum virorum testimonio fama commendet. Sollicitum etiam pro hac re vnumquemque nostrum esse conuenit, vt curiosa indagine perquiramus; si Presbyteris, & diaconibus, & clericis pudica, & casta sit vita, &c. *Oscen. synod. Vid. Egaren.*

CAP. VII.

Sancta instituit synodus; vt constitutio, quæ dudum in concilio Oscensi constituta quidem, sed minime conscripta fuit, confirmata, & in perpetuum valitura perduret. Et omnia, quæ ex castimonia Præsbyterorum, & inferius † clericorum conscripta sunt, habeant eandem formam. *Egarens. synodus.* † inferiorum.

CAP. VIII.

Falsos Presbyteros, & adulteros, vel fornicatores diaconos, & clericos de peculiis Ecclesiarum abstulimus, & degradauimus, & ad pœnitentiam coëgimus. *Fran. synod. Capitul. lib. 5. cap. 2.*

Clerici revereantur Episcopum, & nihil agant sine eius consensu. Tit. XIX.

CAPVT I.

CLerici prochiorum, & monasteriorum, & martyriorum sub potestate Episcoporum vrbium sint, iuxta sanctorum Patrum traditionem, nec per contumaciam ab Episcopo suo dissiliant, &c. *Chal. c. 8. Inopar. 6. c. 358. & 359. dec. Ans. li. 5. c. 84. in add.* 18. q. 2. c. 10. quorum dam. p. 1.

CAP. II.

Clerici, qui sequuntur Presbyterum se à suo Episcopo segreganrem, & altare erigentem, deponantur, & laici excommunicentur, post trinam Episcopi monitionem. *Ap. cap. 31. G. 32. L.*

CAP. III.

(*Admonebat Petrus Apostolus*) Episcopos sacerdotes suos, ac cunctos reliquos Ecclesiæ ministros, atque omnem plebem sibi commissam verbo diuino, & mandato instruere, & dirigere: hosque omnes eorum Episcopos tota animi virtute diligere, vt oculos suos; quia oculi sunt illorum: eorum præceptis in omnibus obedire, etiam si ipsi aliter, quod absit, agant, memores Dominici præcepti: Quæ dicunt, facite; quæ autem faciunt, facere nolite. Ipsi autem Episcopi, si a, exorbitauerint, ab istis non sunt reprehendendi, vel arguendi, sed supportandi, nisi in fide errauerint. *Clem. ep. 1. prope fin. Vid. Isidor. lib. 3. senten. c. 39. sent. 4. Burch. lib. 1. c. 137. Inopar. 5. c. 251. decr.* 2. q. 7. Sacerdotes. 8. Mat. 23.

CAP. IV.

Si vobis Episcopis non obedierint omnes Presbyteri, diaconi, subdiaconi, & reliqui clerici, &c. non solum infames, sed extorres à Regno Dei, & consortio fidelium, ac à li- 11. q. 3. c. 11. si autem vobis.

minibus sanctæ Dei Ecclesiæ alieni erunt. *Clem.ep.3.in prin. Tribur.c.8.*

CAP. V.

25.q.1.c.41. Cunctis fidelibus, omnibus Presbyteris, & diaconibus, ac reliquis clericis attendendum est; vt nihil absque Episcopi proprij licentia agant, &c. *Clem. epist. 3. post med. Tribur. c.32. Burch. lib. 2. c. 93. Iuo par. 2. c. 123. & par. 6. c. 90. decr. Cæsar. lib. 4. c. 97.*

CAP. VI.

11.q.1.c.19. Si quis sacerdotum, vel reliquorum clericorum suo Episcopo inobediens fuerit, aut insidias ei parauerit, aut contumeliã, aut calumniam; & conuinci potuerit; mox curiæ tradatur. *Pius epist. 2. in fi. Iuo p. 5. c. 243. decr. Ansl. l. 8. cap. 17. Cæs. lib. 4. c. 99.*

CAP. VII.

Abbatibus, Presbyteris, omnique clero, vel in religionis professione viuentibus, sine discussione, vel commendatione Episcoporum pro petendis beneficiis ad dominos venire non liceat. Quod si quisquam præsumpserit, tamdiu loci sui honore, & communione priuetur, donec per pœnitentiam plenam eius satisfactionem sacerdos accipiat. *Aurel. c. 9. vel 7.*

CAP. VIII.

Obseruandum, ne à potentibus sæculi clerici contra Episcopos suos vllo modo erigantur. *Aruer. 3.*

CAP. IX.

Episcopi, atque clerici peregrini contenti sint hospitalitatis munere oblato: nullique eorum liceat vllum officium sacerdotale absque permissu Episcopi, in cuius Parochia esse cognoscitur, agere. *Anglic. c. 6.*

Ne clericus sine litteris sui Episcopi discedat, neve ab vllo suscipiatur. Tit. XXX.

CAPVT I.

Dist. 71. extraneo. c. 7. PEregrinos clericos, vel lectores in aliena vrbe sine commendatitiis litteris sui Episcopi, nullo modo ministrare oportere. *Chalc. cap. 13. Aquisgr. sub Lud. cap. 51. Capitul. lib. 1. cap. 3. Burch. lib. 2. c. 138. & 139. Iuo lib. 3. tit. 5. c. 25. panor. & par. 6. cap. 212. decr. Anselm. lib. 7. cap. 162.*

CAP. II.

Dist. 71. c. 4. Clericos in suis Ecclesiis constitutos, sicut iam definiuimus, non licere in alterius ciuitatis Ecclesiis ordinari: † sed acquiescere in ea, in qua ab initio ministrare meruerunt; exceptis illis, qui proprias ciuitates perdiderunt, & ex necessitate ad alias Ecclesias migrauerunt, &c. *Chal. c. 10. & act. 6. in fi. c. 3. Aquisgr. 87. Tribur. 28. Iuo par. 6. c. 361. decr. Ansel. lib. 7. c. 97. Cæsar. lib. 4. c. 100.*

† statui.

CAP. III.

Dist. 98. c. 1. Constituit (*Siluester*) [nulla ratione transmarinum hominem penes nos in clericatus gradu suscipi, nisi quinque Episcoporum designatus sit chirographis. *Siluester in epilogo synodi Rom. in f. Dam. in Anast. Anselm. lib. 7. c. 19. Tarrac. lib. 3. c. 39.*

CAP. IV.

Presbyteri, vel diaconi, qui de alio Episcopo ad alium transeunt, vel quicumque clerici sine commendatitiis à suo Episcopo litteris, non recipiantur. *Greg. vij. in conc. Rom. ann. incer. c. 23.*

CAP. V.

Ne quis sine licentia Episcopi clericus; nec Episcopus sine Metropolitani curiam adeat, præcipientes præcipimus, & prohibentes prohibemus, &c. *Vrban. 2. in synod. apud Melfi. cap. 9.*

CAP. VI.

Si clericus, vel laicus excommunicatus, vel suspensus in alia vrbe suscipiatur sine litteris commendatitiis, suscipiens, & susceptus excommunicentur. *Ap. c. 12. G. 13. L. Capitul. l. 1. c. 3. Burch. lib. 2. c. 136. Iuo lib. 3. tit. 5. c. 24. panor. & par. 6. c. 210. decr.*

CAP. VII.

Alienum clericum, inuito Episcopo ipsius, nemo suscipiat, nemo sollicitet, nisi forte ex placito caritatis, id inter dantem, accipientemque conueniat. Nam grauis iniuriæ reus est, qui de fratris Ecclesia id, quod est vtilius, aut pretiosius, audet vel abiicere, vel tenere. Itaque si intra Prouinciam res agatur, transfugam clericum ad suam Ecclesiam Metropolitanus redire compellet: si autem longius processit, † cui præcepti auctoritate reuocabitur; vt nec cupiditati, nec ambitioni occasio relinquatur. *Leo epist. 82. ad Anast. Thessalon. Episcop. cap. 9. Aquisgran. 58. Tribur. 28. Iuo par. 6. cap. 69. decr. Ansel. lib. 7. c. 161. Tarrac. lib. 4. c. 18.* 19.q.1.c.1.

† recessit.

CAP. VIII.

Nemo peregrinus sine pacificis (*litteris*) suscipiatur. *Antioch. c. 7. Aquisgr. c. 49. Burc. lib. 2. c. 137. Iuo par. 6. c. 211. decr.* Dist. 71. nullum c. vlt.

CAP. IX.

Episcopus, Presbyter, clericus sine voluntate, & litteris Episcoporum, qui in Prouincia sunt, & maxime Metropolitani, ad Imperatorem non eat: sed & communione, & dignitate priuetur, &c. *Antioch. c. 11. Aquisgr. 73. Capitul. lib. 1. cap. 10. Burch. lib. 2. c. 177. Iuo par. 6. c. 268. decr. lib. 6. c. 115.* 23.q.8.c.27. si quis.

CAP. X.

Non oportet sacerdotem, vel clericum sine canonicis litteris peregrinari. † *Laod. cap. 41. Aquisgr. cap. 52. & 81.* Nec sine iussione Episcopi. *Laod. 41. Burch. lib. 2. cap. 45. Iuo par. 6. cap. 146. decr.* De consec. d. 5. c. 36.

† proficisci.

CAP. XI.

Ne Episcopus clericum alienum sine litteris sui Episcopi ordinet, aut apud se retineat. *Carth. 1. cap. 5. Vide Tribur. 28. Burch. lib. 2. cap. 43. Iuo par. 6. cap. 144. decr. Ansel.* Dist. 71. c. 6. Primatus.

lib. 6. cap. 124. in Rom.

CAP. XII.

Statuat grauitas vestra; vt vnusquisque clericus, vel laicus, non communicet in aliena plebe sine litteris Episcopi sui. Gratus Episcopus dixit: Nisi hoc obseruatum fuerit, com- † passiua. munio fiet passim. † Nam si cum litteris receptus fuerit, & concordia inter Episcopos seruatur, & nemo subtilis alterius fugiens communionem, ad alterum latenter accedit. Vniuersi dixerunt: Omnibus prouides, & clero, & laicis consulis. *Carth. 1. c. 7.*

CAP. XIII.

Quicunque clericus propter necessitatem suam alicubi ad comitatum ire voluerit, formatam ab Episcopo suo accipiat. Quod si sine formata voluerit pergere, à communione remoueatur. Quod si alicubi ei repentina necessitas orta fuerit, ad comitatum pergendi, alleget apud Episcopum loci eius ipsam necessitatem, & de hoc scripta eiusdem Episcopi deferat. *Mileu. c. 20.*

CAP. XIV.

20. q. 4. monachum. c. 3. p. 2. Clericis sine commendatitiis epistolis Episcopi sui, licentia non pateat euagandi. *Agath. c. 38. Vide Venet. 5. Valent. 5. Burch. lib. 2. c. 131. & 142. Ivo lib. 3. tit. 5. c. 26. panor. & par. 6. c. 214. & 215. decr.*

CAP. XV.

Presbytero, aut diacono, aut clerico sine Antistitis sui epistolis ambulanti communionem nullus impendat. *Agath. cap. 52. Epaun. c. 5. Aurel. iij. cap. 15. Vorm. c. 18. Burch. lib. 2. c. 44. Ivo par. 6. c. 145. decr.*

CAP. XVI.

Contra Episcopale iudicium clericis non liceat prosilire, neque inconsultis sacerdotibus suis sæcularia iudicia expetere; sed nec de loco vno ad alium sine Episcopi permissione transire; nec sine commendatitiis sacerdotum suorum litteris commeare. *Andegauen. cap. 2.*

CAP. XVII.

Clerici non absque suorum sacerdotum commendatione ad alias Prouincias, siue ciuitates ambulare disponant. *Taron. c. 12.*

CAP. XVIII.

Nullus clericorum relinquens proprium Episcopum, passim quolibet discurrat, neque alicubi veniens absque commendatitiis litteris sui Præsulis suscipiatur. Quod si semel susceptus est, & noluerit inuitatus redire; & susceptor, & is, qui susceptus est, excommunicationi subiacebit. *Anglic. 5.*

CAP. XIX.

21. q. 1. c. 1. Quoniam diuersarum Ecclesiarum clerici suas Ecclesias, in quibus ordinati sunt, relinquunt, & ad alios eunt Episcopos, & sine voluntate sui Episcopi in alienis Ecclesiis versantur; ex quo contingit eos ordinem non seruare, iubemus, vt post Ian. men. iv. Ind. nullus clericus cuiuscumque ordinis possit, sine sui Episcopi litteris dimissoriis in alia Ecclesia constitui; quia & ipse deponetur, & qui eum suscepit. *Trul. c. 17.*

CAP. XX.

Priscis temporibus quando iura canonum suum seruabant vigorem, nullus clericorum Parochiam suam, in qua diuinæ militiæ deuinctus erat, relinquere, & ad aliam sine commendatitiis litteris, & epistolis, quas mos canonicus formatas appellat, audebat quoquo modo pergere. Nostri vero temporis miserabilis, dignaque emendatione inoleuit consuetudo; eo quod multi Ecclesiasticæ regulæ subiecti, propositi, & loci sui desertores effecti, passim quocumque eis voluntas suaserit, posthabita auctoritate canonica pergunt, & non solum ab aliis Episcopis, & Abbatibus, verum etiam à Comitibus, & nonnullis aliis nobilibus viris recipiuntur. Quod quantum, & à diuina, & à canonica auctoritate discordet, in promptu est. Quod ne vlterius fiat, & ab Episcopis, & à cæteris Ecclesiasticis Prælatis obnixe est obseruandum, & à celsitudine Imperiali humiliter petendum; vt potestate regali prohibeatur; ne quispiam laicorum sollicitare, aut recipere præsumat alterius clericum. *Parif. sub Ludou. & Loth. lib. 1. cap. 36.*

CAP. XXI.

Illud à vestra pietate suppliciter flagitamus, vt monachi, & Presbyteri, nec non & clerici, qui postposita canonica auctoritate, passim Palatium adeunt, & vestris sacris auribus importunissimam molestiam inferunt, vestra auctoritate, & potestate deterreantur, ne hoc facere præsumant. *Parif. sub Lud. & Loth. lib. 3. c. 14. Capit. lib. 5. c. 179.*

CAP. XXII.

Presbyteri, vel quilibet clerici in alterius Parochiam sine formata non recipiantur, neque retineantur, nec etiam ministrare sinantur, &c. *Melden. cap. 50.*

CAP. XXIII.

Qui cum senioribus suis de aliis Prouinciis ad nostras Parochias veniunt sine formata, ministrare non permittantur. *Melden. cap. 51. Burch. lib. 2. c. 144. Ivo p. 6. c. 217. decr.*

CAP. XXIV.

Quidam Comites, & Vassi domestici Presbyteros, & clericos nostros, &c. absque nostra licentia recipiunt, &c. quod ne vlterius fiat, omnimodis est inhibendum. *Ticin. sub Ludou. ij. c. 4.*

Ne clericus in aliena ciuitate commoretur, neque suam Ecclesiam relinquat. Tit. XXXI.

CAPVT I.

PResbyteri, diaconi, vel clerici, qui relictis suis Ecclesiis ad alias se conferunt, 7. q. 1. c. 25 si quis. admoniti non reuertuntur, excommunicentur. *Nica. cap. 16. Aquisgr. cap. 45. Mar. Brac.*

cap.31. Burch.lib.2.c.98. Iuo par.6.c.175.decr. Anſel.lib.7.c.95.

Cap. II.

Diſt.71. c.4. Clericos in Eccleſia conſtitutos, non licere alterius ciuitatis Eccleſiæ deputari, ſed permanere illic, in qua miniſtrare ab initio deputati ſunt, extra illos ſcilicet, qui, amiſſis propriis Prouinciis, ex neceſſitate in alienam Eccleſiam tranſierunt, &c. *Chalc. act.6.in fi.c.3.& Chalc.20. Aquiſgr.87. Tribur. 28. Iuo par.6. cap.361.decr. Anſelm.lib.7.cap.97.Caſar.lib.4. cap. 100.*

Cap. III.

7.q.1.c.26. propter. De iis, qui tranſmigrant de ciuitate in ciuitatem Epiſcopis, aut clericis, placuit; vt canones, qui de hac re à ſanctis Patribus ſtatuti ſunt, habeant firmitatem. *Chalced.c.5. Aquiſgr. ſub Lud.c.44. Capit. lib.1.c.24.*

Cap. IV.

16.q.1. quidam. 17. Clerici, & monachi quidam, qui nihil ab eorum Epiſcopis in mandatis acceperint, & nonnumquam ab eis excommunicati, CP. veniunt, & illic diutius morantur tumultuantes, & perturbantes Eccleſiaſticum ordinem, & peruertunt aliquorum domos. Commoneantur igitur à Defenſore CP. Eccleſiæ, vt exeant ab Imperiali Vrbe. Si vero in eiſdem actionibus permanſerint, inuiti ab eodem Defenſore eiiciantur, & ad ſua loca redeant. *Chalcedon. 23.*

Cap. V.

Quidam clerici tranſgreſſi canonicam conſtitutionem, omittunt ſuas Parœcias, & in alias eunt, ſæpe etiam CP. & ad magiſtratus accedunt, in eorum oratoriis miniſteria faciunt; ſine licentia ſui Epiſcopi, & CP. non liceat eos recipi in aliqua domo, vel Eccleſia, alias ſi fecerit, deponatur. Sed qui cum voluntate eorum id agunt, non ſuſcipiant ſæculares curas: quod ſacris canonibus prohibetur. Sed vel ceſſet; vel deponatur, maxime ſi ad docendum pueros, vel ſeruos ſacerdotio contempto deſcendant. *Nic.ij.c.10.*

Cap. VI.

Presbyter, diaconus, clericus, extra Parœciam ſuam ſine licentia ſui Epiſcopi non miniſtret. Si vocatus ab eo non redeat, vt laicus communicet. *Ap.15.* Si Epiſcopus alienus eum vt clericum tracter, excommunicetur. *Ap.16. Vide Antio.3.*

Cap. VII.

7.q.1.c.43. Eos, qui ab Eccleſiis ad Eccleſias migrauerint, tamdiu à noſtra communione alienos habemus, donec ad eas redierint ciuitates, in quibus primitus ſunt ordinati, &c. *Damaſ.ad Paulin. Antioch.apud Theodorit.lib.5.c.11. & Trip.lib.9.cap.19. Anſel.lib.6.cap.95.Tarrac. lib.3.c.70.*

Cap. VIII.

Illam partem Eccleſiaſticæ diſciplinæ, qua olim à ſanctis Patribus, & à nobis ſæpe decretum eſt, vt nec in Presbyteratus gradu, nec in diaconatus ordine, nec in ſubſequenti officio clericorum ab Eccleſia cuiquam tranſire ſit liberum; vt in integrum reuoces, admonemus, &c. *Leo epiſt.84.ad Nicet. Aquilei. Epiſcop. in fin.*

Cap. IX.

Quiſquis propriæ deſertor Eccleſiæ, nullis extantibus cauſis, ad aliam putauerit tranſeundum, temereque ſuſceptus fuerit; & promotus: reuerendorum canonum vel ipſe, vel receptor eius, atque prouector, conſtituta non effugiet, quæ de huiuſmodi præſumptoribus præfixere ſeruanda. *Gelaſ. epiſt. 1.cap.25.*

Cap. X.

Ne quis, dum in ea durare poterit, qualibet neceſſitate ſuam relinquat Eccleſiam. *Hadr. ad Epiſcop. Mediom. cap. 55. Capitul. lib.7. cap.366.*

Cap. XI.

Qui in quibuſcumque locis ordinati fuerint miniſtri, in ipſis locis perſeuerent. *Arel.i.can.2. Vide etiam cap.22.*

Cap. XII.

Nullus cuiuſque ordinis clericus, non diaconus, non Presbyter, non Epiſcopus, quacunque occaſione faciente, propriam relinquat Eccleſiam, ſed omnino aut excommunicetur, aut redire cogatur, &c. *Arel.ij.c.13.*

Cap. XIII.

Presbyter, diaconus, clericus, non relinquat ſuam Parœciam; ſi admonitus non tedeat, deponatur. *Antioch.c.3. Syn. Rom. ſub Leo. iv. in cauſa Anaſtaſii. Aquiſgr. c.71. M. Brac. 34. Anſel.lib.7.c.195.* *7.q.1.ſi quis. 24.*

Cap. XIV.

Clerici in aliena ciuitate non immorentur, niſi cauſas eorum iuſtas Epiſcopi loci, vel Presbyteri locorum peruiderint. *Carth. iij. cap.37.*

Cap. XV.

Presbyteri, & alij clerici poſſunt conceſſione ſuorum Epiſcoporum ad alias Eccleſias tranſmigrare. *Carth.iv.cap.27. Iuo lib.3. tit.6.c.2.panor.& p.5.c.125.decr.* *7.q.1.Epiſc.37.*

Cap. XVI.

Si quis clericus regulam diſciplinæ Eccleſiaſticæ ſubterfugiens, fuerit euagatus: quicunque eum ſuſceperit, per illum Pontifici ſuo non reconciliauerit, ſed magis defenſare præſumpſerit; Eccleſiæ communione priuetur. *Arel.iij.cap.4.* *21.q.5.ſi forte, c.4.*

Cap. XVII.

Ne quis ex eis (*clericis*) qui tali educatione imbuuntur, qualibet occaſione cogente propriam relinquens Eccleſiam, ad aliam tranſire præſumat. Epiſcopus vero, qui eum ſuſcipere abſque conſcientia proprij ſacerdotis præſumpſerit; totius fraternitatis ſe reum eſſe nouerit. Quia durum eſt, vt eum, quem alius rurali cenſu † à ſqualore infantiæ exuit, alius ſuſcipere, ac vindicare præſumat. *Tolet. ij. cap.2.* † *ſenſu.*

Cap. XVIII.

Vagus, atque inſtabilis clericus, ſiue etiam in

in diaconi ministerio, vel Presbyteri officio constitutus, si Episcopi, à quo ordinatus est, præceptis non obedierit, vt in delegata sibi Ecclesia officium dependat assiduum; quousque in vitio permanserit, & communione, & honore priuetur. *Valent. Hisp.c.5.*

C A P. XIX.

Scribitur in lege mundiali de colonis agrorum, vt vbi esse quisque iam cœpit, ibi perduret: non aliter & de clericis, qui in agro ecclesiæ operantur, canonum decreto præcipitur, nisi vt ibi permaneant, vbi esse cœperunt. Ideoque placuit, vt si quis clericus ministeriis ecclesiæ propriæ destitutis, ad aliam transitum fecerit, compellente, ad quem fugerit, sacerdote, ad ecclesiam, quam prius incoluerat, remittatur. Qui vero eum susceperit, nec statim sine vllo nisu exceptionis ad propriam ecclesiam remittendum elegerit; quamdiu eum restituat, communione se priuatum cognoscat. Desertorem autem clericum cingulo honoris, atque ordinationis suæ exutum, aliquo tempore monasterio religari conuenit, sicque postea in ministerio ecclesiastici ordinis reuocari. Nam non poterit in talibus peruagationibus aboleri licentia, nisi fuerit in eis propter correptionem disciplinæ subsequuta censura. *Hisp. ij. cap. 3.*

21.q.2.c. placuit

C A P. XX.

Qui occasione barbaricæ persecutionis, clerici fiunt, vel ex aliqua alia causa, & cessante persecutione, vel causa, secedunt: ad suas ecclesias reuertantur, & eas non derelinquant. Qui non fecerit, excommunicetur, donec reuertatur. Item Episcopus, qui eum retinet. *Trull.18.*

C A P. XXI.

Sacerdotes, & Leuitæ, & sequentis ordinis clerici, qui in diuersas Imperij vestri partes, maximeque in Italiæ regionem fuga lapsi sunt, vestra auctoritate, per missos vestros diligenter perquirantur, & in præsentiam vestram venire compellantur; & per vestram clementiam vnicuique ecclesiæ, à qua per contumaciam defecerunt, restituantur. *Parisiensi sub Ludou. & Lothario, lib. 3. cap. 13.*

Ne quisquam clericum alienum à suo Episcopo auocet. Tit. XXXII.

C A P V T I.

NVllus alienum presbyterum, Abbatem, ministrum, siue subdiaconum, vel quemlibet clericum fugientem, vagumque suscipiat, non ad fugam suadeat, non fugæ latibulum præbeat, non apud se habito, vel retentro humanitatem impendat: non occasiones, quibus quasi se nesciente alibi lateat, turpi oppositione confingat. Nam horum omnium casibus non solum turpatur honestas, sed & frequenti dolorum acerbitate confoditur fraternitas, &c. *Tolet. xiij. cap. 11.*

C A P. II.

Omnibus ministris ecclesiasticæ dignitatis interdicimus, vt nullus quocumque munere, aut fauore corruptus, clericum alterius parochiæ latenter, ac furtiue ad ordinationem subintroducere præsumat. Quod si fecerit, iuxta Chalcedonense decretum, is, qui ordinatus est, donum sancti Spiritus, quod furari conatus est, amittat, & qui mediator extitit, si clericus est, proprio gradu decidat; si laicus, aut monachus, anathematizetur. *Nannet. cap. 7. Chalc. c. 2. Burch. lib. 1. c. 106. Ivo par. 5. c. 208. decr.*

C A P. III.

Prohibemus, vt nullus vestrum alterius clericum sollicitet, aut recipiat; quia grauis de hac re in sacris canonib. sententia est. *Theodulphus ad presbyteros Aurel. c. 15.*

Nullus clericus censeatur in duabus Ecclesiis, aut in vna duo obtineat beneficia. Tit. XXXIII.

C A P V T I.

NOn liceat clerico in duabus ecclesiis censeri, in qua ordinatus est, & in quam confugit; quod maior sit, ob vanæ gloriæ cupiditatem. Si fecerint, reuocentur ad ecclesiam eorum, in qua initio ordinati sunt, & in ea solum ministrent. Si vero quis mutatur ex vna in aliam ecclesiam, nihil attingat ex priori ecclesia, vel ex martyriis, ptochiis, xenodochiis ei subiectis. Qui contra hæc fecerint, cadant ab ordine suo. *Chalced. c. 10. Aquisgr. c. 50. Burch. lib. 2. cap. 96. Iuo l. 3. tit. 6. c. 5. panor. & par. 6. c. 173. decr. Ansel. lib. 7. c. 96. Cæsar. lib. 8. c. 14.*

21.q.1.c. clericum c.2.

21.q.2.c. quia c.3.

C A P. II.

Clericus non constituatur in duabus ecclesiis. est enim auari, & negotiatoris, & alienum à consuetudine ecclesiastica. Nam Dominus dixit: Nemo potest duobus dominis seruire, &c. Vnusquisque igitur iuxta Apostoli vocem, in quo vocatus est, in eo permaneat, & seruiat in vna Ecclesiis. Quæ vero per auaritiam fiunt in ecclesiasticis rebus aliena sunt à Deo: sed quæ ad victum necessaria sunt, ex eis consequatur. Apostolus ait: Necessitatibus meis & meorum seruierunt manus meæ. Hæc in hac vrbe, extra vero in agris ob hominum raritatem permittitur. *Nicæn. ij. cap. 15. Iuo par. 6. cap. 311. decr. Anselm. lib. 7. c. 98.*

21.q.1.c. 1.

Mat.6.c. Luc.16. 1. Cor.7. d.

Act.20. g.

C A P. III.

Nulli clerico liceat deinceps in duabus ciuitatibus duas præbendas obtinere, cum duos titulos non possit habere. *Vrban. ij. in concil. Claram. c. 12.*

C A P. VI.

Nullus deinceps in vna ecclesia geminos honores habeat. *Vrban. ij. in concil. Claram. cap. 14.*

Ne clerici à laicis Ecclesias accipiant, neve laici illas conferant.
Tit. XXXIV.

CAPVT I.

De iure patr. c. 4. Gre. ix. & c. 5. eo. tit. in 1. collect. *† plerunque.*

QVia in tantum quorundam laicorum ptocessit audacia, vt Episcoporum auctoritate neglecta, clericos instituant in ecclesiis, & remoueanr etiam, eum voluerint; possessiones quoque atque alia bona ecclesiastica pto sua plutimum † voluntate distribuanr; & tam Ecclesias ipsas, quam carum homines, talliis, & exactionibus grauare præsumant: eos, qui amodo ista commiserint, anathemate decernimus feriendos. Presbytet autem, siue cleticus, qui Ecclesiam per laicos, sine proprij Episcopi auctoritate receperit tenendam, communione priuetur; & si perstiterit, à ministetio Ecclesiastico, & ordine deponatur. *Alex. iij. in conc. Later. c. 14.*

Cap. II.

16. q. 7. c. 20.

Vt [per laicos nullo modo quilibet cleticus, aut Presbyter obtineat Ecclesiam, nec gratis, nec pretio. *Nicol. ij. in concil. Roma. cxiij. Episcopor. cap. 6.*

Cap. III.

16. q. 7. c. 13. quoniam.

Decernimus, vt nullus cleticorum inuestituram Episcopatus, vel Abbatiæ, vel Ecclesiæ de manu Imperatoris, vel Regis, vel alicuius laicæ personæ, viri, vel fœminæ suscipiat. Quod si præsumpserit, recognoscat inuestituram illam Apostolica auctoritate irritam esse, & se vsque ad dignam satisfactionem excommunicationi subiacere. *Syn. Roma. sub Greg. vij. ann. 6. Pont. 1078. xiij. Kal. Dec. c. 3. Tarrac. lib. 5. c. 47.*

Cap. IV.

16. q. 7. c. 11. in fi. *† quilib.*

Si quis Impeiatorum, Regum, Ducum, Matchionum, Comitum, vel quarumlibet † sæcularium potestatum, aut personarum, inuestituram Episcoparus, vel alicuius Ecclesiasticæ dignitatis dare præsumpserit; & gratiam sancti Petri, & introitum Ecclesiæ ei interdicimus. *Greg. vij. in conc. Rom. anni vij. c. 2. Ansel. lib. 6. cap. 65.*

Cap. V.

Ne aliquis clericus, vel monachus à laicis Ecclesias recipiat dono, vel pretio, nisi ab Episcopo. *Greg. vij. in conc. Rom. ann. inc. c. 1.*

Cap. VI.

Nullus clericus, vel monachus, vel laicus donum Ecclesiasticæ rei, vel ipsam Ecclesiam à laico recipiat, sed ab Episcopo. *Greg. vij. in concil. Rom. ann. incer. c. 10.*

Cap. VII.

Si quis Imperatorum, Regum, Ducum, Principum, Comitum, vel cuiusuis potestatis sæcularis, Episcopatum, vel quamuis aliam Ecclesiasticam dignitatem dare præsumpserit, eiusdem sententiæ vinculo (*loquitur de excommunicatione*) se astrictum nouerit, &c. *Beneuent. sub Victore iij.*

Cap. VIII.

Interdictum est, ne Reges, vel aliqui Principes aliquam inuestituram de Ecclesiasticis honotibus faciant. *Vrb. ij. in conc. Clar. c. 16.*

Cap. IX.

Illud summopere & Apostolicæ auctoritatis priuilegio prohibentes interdicimus; vt nullus in clericali ordine constitutus, nullusque monachus Episcopatus, aut Abbatiæ, aut cuiuslibet Ecclesiasticæ dignitatis inuestituram de manu laici suscipere audeat. Quod si præsumpserit, depositione multetur. *Vrban. ij. in concil. Placent. c. 16.*

Cap. X.

Nullus in clericali otdine constiturus, nullus monachus, aut Abbatiæ, aut cuiuslibet Ecclesiasticæ dignitatis inuestituram de manu laici suscipcte audeat; quod si præsumpserit, depositione multetur. *Vrban. ij. in syn. apud Melfi. c. 8.*

Cap. XI.

Quicumque clericorum ab hac hora in antea, inuestituram Ecclesiæ, vel Ecclesiasticæ dignitatis, de manu laica † acceperit, & qui ei manum imposuerit, gradus sui periculo subiaceat, & communione ptiuetur. *Paschal. ij. in conc. incer. c. 1.*

16. q. 7. c. 17. constitutiones. *† laici, e*

Cap. XII.

Si quis cleticus, Abbas, vel monachus per laicos Ecclesias obtinuerit, secundum sanctorum Apostolorum canones, & Antiocheni concilij capitulum excommunicationi subiaceat. *Pascha. ij. in conc. incer. c. 3.*

16. q. 7. c. 16.

Cap. XIII.

Decreuit sancta synodus; vt nullus Episcopus, Abbas, Presbyter, vel quælibet persona de clero accipiat de manu Regis, vel Comitis, vel cuiuslibet laicę personæ donum Episcopatus, vel Abbatiæ, vel Ecclesiæ, vel aliquarum Ecclesiasticarum rerum. Sed Episcopus à suo Metropolitano, Abbas, Ptesbyrer, & cæteræ personæ à proprio Episcopo, &c. *Pictau. c. 1. Tarrac. lib. 6. c. 83.*

De immunitate clericorum.
Tit. XXXV.

CAPVT I.

IN tantum quorundam laicotum processit audacia, vt tam Ecclesias ipsas, quam earum homines talliis, & actionibus præsumant grauare: eos, qui amodo ista commisetint, anathemate decetnimus feriendos. *Alex. iij. in conc. Later. c. 14.*

De iure patr. c. 4. apud Gr. ix. & c. 5. eo. tit. in 1. coll.

Cap. II.

In diuersis partibus mundi rectores, & Consules ciuitatum, nec non & alij qui potestatem habete videntur, tot Ecclesiis frequenter onera imponunt; & ita grauibus eas, crebrisque exactionibus premunt; vt deterioris conditionis factum sub eis sacetdotium videatur, quam sub Pharaone fuerit, &c. Siue quidem fossata, siue expeditiones, siue quælibet alia sibi arbitrentur agenda, de bonis Ecclesia-

De imm. eccle. c. 4. Grego. ix. & in 1. collect. *Gen. 47.*

rum, clericorum, & pauperum Christi vsibus deputatis, cuncta volunt (fere compilari. † &c. Quocirca sub anathematis districtione seuerius prohibemus; ne de cætero talia præsumant attentare, nisi Episcopus, & clerus tantam necessitatem, vel vtilitatem aspexerint; vt absque coactione ad releuandas communes necessitates, vbi laicorum non suppetunt facultates, subsidia per Ecclesias existiment conferenda, &c. *Alexand. iij. in conc. Lateran. c. 19.*

† compleat.

Cap. III.

Ne cler. vel mon. c. 9. Gre. ix. & c. 12. eo. tit. in 4. coll.

Si quis Ecclesiis, vel personis Ecclesiasticis aliquod præsumpserit inferre dispendium; per censuram canonicam compescatur. *Inn. iij. in conc. gen. Lat. c. 18.*

Cap. IV.

Sicut volumus, vt iura clericorum non vsurpent laici; ita velle debemus, ne clerici iura sibi vindicent laicorum. Quocirca vniuersis clericis interdicimus; ne quis prætextu Ecclesiasticæ libertatis, suam de cætero iurisdictionem extendat in præiudicium iustitiæ sæcularis: sed contentus existat constitutionibus scriptis, & consuetudinibus hactenus approbatis, vt quæ sunt Cæsaris, reddantur Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo, &c. *Inn. iij. in conc. gen. Later. c. 42.*

Mat. 22.

Cap. V.

De iure. 30. Gre. ix. & c. 3. eo. tit. in 4. coll. Rom. 14.

Nimis de iure diuino quidam laici vsurpare conantur; cum viros Ecclesiasticos, nihil temporale continentes ab eis, ad præstandum sibi fidelitatis iuramenta compellunt. Quia vero, secundum Apostolum, seruus suo Domino stat, aut cadit; sacri auctoritate concilij prohibemus; ne tales clerici personis sæcularibus præstare cogantur huiusmodi iuramentum. *Innoc. iij. in concil. generali Later. c. 43.*

Cap. VI.

De im. eccle. c. 7. Greg. ix. & c. 3. de cens. in 4. collect.

Aduersus Consules, ac rectores ciuitatum, & alios, qui Ecclesias, & viros Ecclesiasticos tallijs, seu collectis, & exactionibus alijs aggrauare nituntur, volens immunitati Ecclesiasticæ Lateranense concilium prouidere: præsumptores huiusmodi sub anathematis districtione prohibuit, &c. Verum si quando forsan Episcopus simul cum clericis tantam necessitatem, vel vtilitatem inspexerint; vt absque vlla coactione, ad releuandas vtilitates, & necessitates communes, vbi laicorum non suppetunt facultates, subsidia per Ecclesias duxerint conferenda, prædicti laici humiliter, & deuote recipiant cum actionibus gratiarum. Propter imprudentiam tamen quorundam, Romanum prius consulant Pontificem, &c. *Innoc. iij. in conc. gener. Lat. c. 46. Vid. Alex. iij. in conc. Later. c. 14. & 19.*

Cap. VII.

24. q. 3. c. 24.

Vt cuiuslibet ordinis clericos laici non iudicent, nec de Ecclesiis eiiciant. *Nicol. ij. in conc. cxiij. Epis. Rom. c. 10.*

Cap. VIII.

Paternarum traditionum exemplis commoniti, pastoralis officij debitum persoluentes: Ecclesias, cum bonis suis, tam personis, quam possessionibus, clericos videlicet, ac monachos, eorumque conuersos, oratores quoque cum suis nihilominus rebus, quas ferunt, tutos, & sine molestia esse statuimus, &c. *Callist. ij. in conc. Rom. c. 19.*

Cap. IX.

Si quis iudicum clericos de quolibet corpore venientes, atque altario mancipatos, vel quorum nomina in matricula Ecclesiæ † tenentur inscripta, publicis actionibus applicare præsumpserit; si à sacerdote admonitus, emendare noluerit, agnoscat se pacem Ecclesiæ non habere. *Aurel. iv. c. 13.*

† ecclesia

Cap. X.

Ecclesiarum seruos, & Episcoporum, vel omnium clericorum à iudicibus, vel actoribus publicis in diuersis angarijs fatigari dolemus: propterea petit concilium à gloriosissimo Domino nostro; vt tales ausus inhibeat, sed serui supra scriptorum officiorum in eorum vsibus, vel Ecclesiæ laborent. Si qui vero iudicium, aut actorum clericum, aut seruum clerici, vel Ecclesiæ in publicis, ac priuatis negotiis occupare voluerit; à communione Ecclesiastica, cui impedimentum facit, efficiatur extraneus. *Tolctan iij. c. 21. Capitul. lib. 7. cap. 290. In opar. 3. capit. 138. decr.*

12. q. 2. c. 19.

Cap. XI.

Quicumque iudex, aut sæcularis Presbytero, aut diacono, aut cuilibet de clero, aut de iunioribus absque audientia Episcopi, aut Archidiaconi, vel Archipresbyteri iniuriam inferre præsumpserit; anno ab omnium Christianorum consortio habeatur extraneus. *Antiosid. c. 43.*

Cap. XII.

Constituit sanctum concilium; vt omnes ingenui clerici, pro officio religionis, ab omni publica indictione, atque labore habeantur immunes, vt liberi Deo seruiant, nullaque præpediti necessitate, ab Ecclesiasticis officiis retrahantur. *Tolet. iv. c. 46.*

Cap. XIII.

Decernimus, vt cultus, & honor Ecclesiarum Dei in omnibus, & ab omnibus religiose custodiatur, & digna reuerentia immunitatibus earum, ac ministris exhibeatur, &c. *Troslcia. c. 1.*

De clericis, qui in ordinum susceptione, aut in aliorum sacramentorum administratione simoniam committunt.

Tit. XXXVI.

Caput I.

1. q. 1. c. 8.

Si quis Episcopus per pecuniam ordinauerit Episcopum, Chorepiscopum, Presbyterum, diaconum, clericum, aut constituerit, œconomum, defensorē, vel paramonarium, †

† mansionarium.

vel alium ex canone, idque fecisse proberur; de suo gradu periclirerur, & qui ordinatus est, nihil consequatur; sed sit alienus à dignitare, vel cura, quam emit. Si quis mediator huius turpitudinis fuit, clericus proprio gradu cadat; laicus, vel monachus anathematizerur. *Chalced. cap. 2. Nica. ij. cap. 5. & 19. Brac. iij. cap. 7. Paris. sub Ludou. & Loth. lib. 1. cap. 11. Nannet. cap. 7. Capitul. lib. 1. cap. 19. Burc. lib. 2. cap. 112. Ino lib. 3. tit. 9. cap. 3. panor. & par. 5. cap. 118. decr. Anselm. lib. 6. cap. 81. Cæsar. lib. 4. cap. 21.*

CAP. II.

Episcopus, Præpositus, clericus vel cesset à simonia in datione ordinum, vel susceptione monachorum, vel deponatur iuxta concilium Chalcedon. Præposita eiiciatur à monasterio, & in alio pœniteat. Irem Præpositus, si Presbyter non est. *Nica. 2. cap. 19. Chalced. cap. 2.*

CAP. III.

De sim. 39. Gre. ix. & c. 3. eo. tit. in 4. coll.

Sicut pro certo didicimus, in pletisque locis, & à plurimis personis, quasi columbas in templo vendentibus fiunt exactiones, & extorsiones turpes, & prauæ pro consecrationibus Episcoporum, benedictionibus Abbatum, & ordinibus clericorum: estque taxatum, quantum sit isti, vel illi, quantumve alteri, vel alij persoluendum, &c. Tantum abolere volenres abusum, consuetudinem huiusmodi, quæ magis dicenda est corruptela, penitus reptobamus; firmiter statuentes, vt pro his siue conferendis, siue collatis nemo aliquid quocumque prætextu exigere, ac extorquere præsumat; alioquin & qui receperit, & qui dederit huiusmodi pretium omnimodo damnarum, cum Giezi, & Simone condemnetur. *Innocen. iij. in conc. gener. Lateran. cap. 63.*

CAP. IV.

c. 1 de simo. Gre. ix. & in 1. coll. 1. q. 2. nullus. 3. & c. 4. sicut.

Antiquam Patrum regulam sequens, nihil vmquam de ordinationibus accipiendum esse constituo; neque ex datione pallij, neque ex traditione chartarum, neque ex ea, quam noua per ambitionem simulatio inuenit, appellatione pastelli, &c. Sicut Pontificem non decet, manum, quam imponit, vendere; ita minister, vel notarius non debet in ordinatione eius vocem suam, vel calamum venundare. Pro ordinatione vero, vel pallio, seu chartis, atque pastello eidem, qui ordinandus est, vel ordinatus, omnino aliquid dare prohibeo, &c. Is autem, qui ordinatus fuerit, si non ex placito; neque exactus, neque petitus, post acceptas carthas, & pallium, aliquid cuilibet ex clero, gratiæ rantummodo causa dare voluerit, hoc accipi nullo modo prohibemus; quia eius oblatio nullam culpæ maculam ingerit, quæ ex accipientis ambitu non processit. *Greg. in synod. Rom. c. 5. lib. 4. reg. c. 88. Ansel. lib. 6. c. 83.*

CAP. V.

Vt per simoniacam hæresim nemo ordinerur, vel promoueatur ad quodlibet Ecclesiasticum officium. *Nicol. ij. in syn. Rom. c. 9.*

CAP. VI.

De iis, qui non per pecuniam, sed gratis sunt à Simoniacis ordinati, &c. quia vix quælibet Ecclesia valet reperiri, quæ hoc morbo non sit aliqua ex parte corrupta; eos, qui vsque modo gratis sunt à Simoniacis consecrati, &c. in acceptis ordinibus manere permittimus; nisi forte alia culpa ex vita eorum contra canones eis existat, &c. [De cætero si quis *1. q. 1. c.* ab eo, quem Simoniacum esse non dubitat, *109.* se consecrari permiserit, & consecrator, & consecratus non disparem damnationis sententiam subeat: sed vterque depositus pœnitentiam agat, & priuatus à propria dignitate persistat. *Nicol. ij. in synod. Roma. c. xiij. Episcopor. propesi. Ino lib. 3. tit. 9. c. 9. pano. & par. 5. c. 79. decr. Cæsar. lib. 4. c. 15. Tarrac. lib. 6. c. 23.*

CAP. VII.

Ordinationes, quæ interueniente pretio, *1. q. 1. c.* vel precibus, vel obsequio alicui personæ *113.* ea intentione impenso, † vel quæ non com- *† impensæ sunt.* muni consensu cleri, & populi secundum canonicas sanctiones fiunt, & ab eis, ad quos consecratio pertinet, non comprobantur, falsas † esse diiudicamus: quoniam, qui ta- *† infirmas irritas.* liter ordinantur, non per ostium, id est, per *Ioan. 10.* Christum intrant, sed vt ipsa veritas testatur, fures sunt, & latrones. *Greg. vij. in syn. Ro. anni 6. cap. 5. Ino par. 5. cap. 81. decr. Tarracon. lib. 5. cap. 49.*

CAP. VIII.

Ea, quæ à sanctis Pattibus de Simoniacis *1. q. 3. c. 5.* statuta sunt, nos quoque sancti Spiritus iudicio, & Apostolica auctoritate firmamus. Quidquid agitur in sacris ordinibus, vel in Ecclesiasticis rebus, data, vel promissa pecunia acquisitum est, nos irritum esse, nullasque vires obtinere censemus. *Vrban. ij. in concil. Placen. c. 1. & 2. Cas. lib. 4. c. 33.*

CAP. IX.

Si qui à Simoniacis non Simoniace ordi- *1. q. 1. c.* nati sunt, si quidem probare potuerint se, cum *108.* ordinarentur, necisse eos Simoniacos esse, & si † tunc pro catholicis habebantur in Ec- *† quod.* clesia: talium ordinationes misericorditer sustinemus, si ramen eos laudabilis vita commendat. *Vrban. ij. in eod. concil. Placent. c. 3. Cas. lib. 4. c. 33.*

CAP. X.

Qui vero scienter se à Simoniacis conse- *1. q. 1. ca* crari, immo execrari permiserint, eorum *108. in fi.* consecrationem omnino irritam esse decernimus. *Vrban. ij. in eod. conc. Placent. cap. 4. Cæsar. d. cap. 33.*

CAP. XI.

Personatum ordinationes (*à schismaticis*) sine communi consensu clericorum Ecclesiæ, siue per Simoniam itidem factas, irritas iudicamus. *Vrban. ij. in concil. incer. c. 3. Call. ij. cap. 21. in conc. Rom.*

CAP. XII.

Patrum nostrorum exemplo, & scriptis instructi, qui diuersis temporibus Nouatianos, Donatistas, & alios hæreticos in suis ordinibus susceperunt præfati regni (*Teutonices*) Episcopos in schismate ordinatos, nisi aut inuasores, aut Simoniaci, aut criminosi comprobentur, in officio Episcopali suscipimus. Id ipsum de clericis cuiuscumque ordinis constituimus, quos vita, scientiaque commendat. *Pasch. ij. in conc. apud Guardast. c. 2.*

CAP. XIII.

Statuimus, vt si quis Simoniace ordinatus fuerit, ab officio omnino cadat, quod illicite vsurpauit. *Inno. ij. in syn. Rom. c. 1. apud Iuon. postpanor.*

CAP. XIV.

1. q. 1. c. 6. Quos constiterit indignos meritis sacram mercatos esse pretio dignitatem, conuictos oportet arceri, non sine periculo facinus tale perpetrantes; quia dantem pariter, & accipientem damnatio Simonis, quam sacra

Act. 8. lectio testatur, inuoluit. *Gelas. epist. 1. c. 26. Burch. lib. 1. c. 22. Iuo par. 5. c. 76. decr. Deusde. c. 2. Cæsar. lib. 4. c. 5.*

CAP. XV.

Dist. 61. c. vlt. *† Festus* Quoniam Xystus † Capuanæ Ecclesiæ Episcopus in Romana ciuitate positus, de hac luce migrauit, curæ nobis fuit, &c. vt memoratæ Ecclesiæ visitator accedas: sic tamen, vt nihil de prouentionibus clericorum, &c. à quoquam præsumi patiaris. *Greg. ep. ad Gaudentium Episcop. lib. 4. regist. c. 56. Ansel. lib. 5. c. 12.*

CAP. XVI.

Gaudentio Nolanæ ciuitatis Episcopo dedimus in mandatis, vt nihil de prouectionibus clericorum, &c. à quoquam vsurpari patiatur. *Greg. ad clerum Ecclesiæ Capuanæ, lib. 4. regist. c. 57.*

CAP. XVII.

Vehementi tædio mœroris afficimur, si in Ecclesiasticis officiis quemquam habeat locum pecunia; & fiat sæculare, quod sa-

1. q. 1. c. 2. crum est. [Quicumque ergo hoc pretij studet datione mercari, dum non officium, sed nomen attendit, sacerdos non esse, sed dici tantummodo inaniter concupiscit, &c. Itaque fratres carissimi, in sacerdotibus ordinandis sinceritas vigeat, sit simplex sine venalitate consensus, &c. *Greg. ad Syagr. & Æther. Episcop. c. 1. lib. 7. regist. epist. 108. vel 110. in prin. Iuo epist. 21. ad Eudon. dapifer. Anselm. lib. 6. cap. 72.*

CAP. XVIII.

Nullus pro adipiscendis Ecclesiasticis ordinibus dare aliquod commodum præsumat, vel pro datis accipere. *Greg. ad eosd. Syagr. & Æther. Episcop. lib. 7. regist. d. epist. 100. vel 108. in fine.*

CAP. XIX.

Omnino execrabile, & esse grauissimum detestamur; quod illic sacri ordines per Simoniacam hæresim, quæ prima contra Ecclesiam orta, & damnata est, conferantur, &c. Petimus, vt Synodum fieri iussio vestra constituat, vbi, &c. sub districti anathematis interpositione debeat interdici, &c. ne pro Ecclesiasticis ordinibus quilibet quidquã dare, vel ausus sit accipere. *Gregor. ad Brunichild. Reginam lib. 7. regist. epist. 111. vel 113. cap. 2. 63.*

CAP. XX.

Vos officium eorum, quos aut Simoniace promotos, & ordinatos, aut in crimine fornicationis iacentes cognoueritis, nullatenus recipiatis. *Greg. vij. lib. 2. regist. epist. 45. Rodulfo Duci, in fine.* *Dist. 32. c. 6. præter. p officium.*

CAP. XXI.

Qui Simoniace, videlicet per interuentum pecuniæ sunt promoti, vt absque vlla spe procurationis deponantur; Apostolica censura statuimus. *Greg. vij. lib. 2. reg. epist. 63. Sicardo Aquilegien. Episcopo.*

CAP. XXII.

Illud fraternitati tuę notum esse volumus, contra Simoniacam hæresim in synodo confirmasse. Nam à sanctis Patribus longe antę statutum est, ac vehementer prohibuisse; vt neque Ecclesiæ vllatenus vendantur, aut pro manus impositione pretium accipiatur. Quod si hoc modo ordinatus aliquis fuerit; eum à missæ celebratione, & Euangelij lęctione omnibus modis remouemus. *Greg. vij. lib. 2. reg. ep. 67.*

CAP. XXIII.

Quod M. presbyter filius noster interrogare curauit, quid de his, qui à Simoniacis nescienter, & sine pretio ordinati sunt, Apostolicæ sedis misericors censura decernat; hoc obseruare te volumus: eos, qui ante tempus Nicolai Papæ sine venalitate à Simoniacis ad aliquem gradum promoti sunt; si tamen vita eorum irreprehensibilis esse probatur, per manus impositionem confirmatos in suis ordinibus permanere, & ministrare posse. *Greg. vij. lib. 6. regist. epist. 39. Rainal. Cuman. Episc. in fine.*

CAP. XXIV.

Ne quis Episcopus de quibuslibet causis, vel Episcoporum ordinationibus, cęterorumque clericorum, aliquid præsumat accipere; quia sacerdotem nefas est cupiditatis venalitate corrumpi. *Aurel. ij. c. 3.*

CAP. XXV.

Nullus Episcopor. de ordinationibus clericorum præmia præsumat exigere, quia non (*solum*) sacrilegum, sed & hæreticum est, sicut in dogmatib. Ecclesiasticis habetur insertũ, ad ordinandum clericum per ambitionem, *Act. 8. c.*
ad imaginem Simonis Magi pecuniam offer- *Mat. 10.*
re sacerdoti, quia dicitur. Gratis accepistis, *4.*
gratis date. Et cum talis sit, qui gratia Dei à sacerdote æstimat pretio comparari; qualis ille, qui vendit? vterque vsq. ad synodum ab Ecclesia segregetur. *Turon. ij. c. 28.*

Cap. XXVI.

1.q.1.placuit.c.21. Non aliquo pretio gratia Dei, & impositio manuum venundetur: quia antiqua definitio Patrum ita de Ecclesiasticis ordinationibus statuit: anathema sit danti, & accipienti: propterea, quia aliquanti multis sceleribus obnoxij sancto indigne ministrantes altari, non hoc testimonio bonorum actuum, sed profusione munerum obtinent: Oportet ergo non per gratiam munerum, sed per diligentem prius discussionem, deinde per multorum testimonium clericos ordinare. *Brac. II.c.3. Ino par.5.c.128. decr.*

Cap. XXVII.

Quicumque Simonis imitator Simoniacæ hæresis extiterit sectator, vt Ecclesiasticorum ordinum gradus non dignitate morum obtineat, sed munerum impensione conquirat, & per oblata munera capiat, quibus hunc nec rationis ordo, nec dignitas morum vlla commendat, talis inuentus sacrorum ordinũ apices penitus adipisci nullo modo permittatur. Sed etsi adeptus fuerit, communione priuatus, cum ordinatoribus suis propriorum bonorum amissione damnetur. *Tolet. vi.c.4.*

Cap. XXVIII.

1.q.1.cap.101.quidquid. Quicumque deinceps in Ecclesiastico ordine constiturus, aut pro baptizandis, consignandisque fidelibus, aut collatione chrismatis, vel promotionibus graduum pretia quælibet; vel præmia, nisi voluntarie oblata, pro huiusmodi ambitione susceperit: si sciente loci Episcopo tale quicquam à subditis perpetratur; idem Episcopus duobus mensibus excommunicationi subiaceat, &c. Sin autem suorum quispiam eodem nesciente de supradictis quodcumque capitulis accipiendum esse sibi crediderit; si presbyter est, trium mensium excommunicatione plectatur; si diaconus, quatuor, subdiaconus, vel clericus his cupiditatibus seruiens, & competenti pœna, & debita excommunicatione plectendus est. *Tolet. xi.c.8. Ino part.1.c.73.& part.5.cap.126. decr.*

Cap. XXIX.

Episcopus, vel quiuis clericus ob pecuniam ordinatus, non ob probationem, & vitæ bonum deponatur cum ordinatore. *Trull. cap.22.*

Cap. XXX.

Vt nullus per pecunias ad honorem, vel gradum Ecclesiasticum accedere debeat. *Vernon. cap.24.*

Cap. XXXI.

Illud summopere, vigilantique studio præcauentes decernere curauimus; vt nullus canonicæ deditus ditioni, donum sancti Spiritus pecuniæ pretio fraudulenter deceptus, vendere, vel emere præsumat. Ne cui in quẽlibet sacrum Ecclesiastici ordinis gradum, muneris exigente merito, liceat quempiam subuehendo promouere: patentique semper cordis aure pertimescens, intelligat clarissimam illam Domini vocem, dicentis: Gratis accepistis, gratis date, &c. *Foroiul.c.1.*

Cap. XXXII.

Nemo Episcoporum, vel quilibet minister Ecclesiasticus propter sacrum chrisma aliquid muneris accipiat, neque denarios, vel quælibet munuscula, quæ per ministros Episcoporum inordinabiliter exiguntur. *Melden. c.45. Burch. lib. 4.c.77. Ino par.1.c.271. decr.* *Mat.c.10.*

Cap. XXXIII.

In ordinandis plebium rationibus ciuium † instituta seruentur, & pestiferæ ambitionis virium radicitus extirpetur: & neque ob quorundam propinquitatem, neque pro alicuius familiaritatis gratia, neque quod maxime detestandum, propter pecuniarum acceptionem indignus quilibet ordinetur. *Ticin.c.4.* *† canonum.*

Cap. XXXIV.

Omnibus ministris Ecclesiasticæ dignitatis interdicimus: vt nullus quocumque munere, aut fauore corruptus, clericum alterius parochiæ latenter, ac furtiue ad ordinationem subintroducere præsumat. Quod si fecerit, iuxta Chalcedonense decretum, is, qui ordinatus est, donum sancti Spiritus, quod furati conatus est, amittat, & qui mediator extitit, si clericus est, proprio gradu decidat, si laïcus, aut monachus, anathematizetur. *Nannet.c.7. Vide Chalc.2. Burch. lib.1.c.106. Ino par.5.c.208. decr.*

Cap. XXXV.

Episcopus è latere suo dirigere debet sacerdotes, & alios prudentes viros, &c. qui ordinandorum vitam, genus, &c. diligenter inuestigent. Ante omnia, si fidem Catholicam firmiter teneant, & verbis simplicibus asserere queant. Ipsi autem, quibus hoc committitur, cauere debent: ne aut fauoris gratia, aut cuiuscumque muneris cupiditate illecti, à vero deuient: vt indignum, & minus idoneum ad sacros gradus suscipiendos Episcopi manibus applicent. Quod si fecerint: & ille, qui indigne accessit, ab altari remouebitur: & illi, qui donum sancti Spiritus vendere conati sunt, coram Deo iam condemnati Ecclesiastica dignitate carebunt. *Nannet. cap. 11. Burch. lib.2.c.1. Ino lib.3.tit.2.c.14. panor. & par. 6. c.21. decr. Cæsar. lib.4.c.106.* *Dist.24.c.5.*

Cap. XXXVI.

Nullus pretium pro baptismo, neque pro pœnitentia danda, neque pro sepultura accipiat, nisi quod fideles sponte dare, vel offerre voluerint. *Bituricæ.c.12. apud Lemou. act. 2.*

Cap. XXXVII.

Multipliciter, multisque modis Euangelice, & Apostolice, & paterne docemur: vt mores ab auaritia alienos in sacerdotij consecratione habeamus, & neque deauremur, vel deargentemur, vel nobis aliquid vindicemus in cuiusquam sacerdotalis viri ordinatione, &c. Qui enim manus imponunt, sunt ministri Spiritus non Spiritus, venditores: & qui Spiritus gratiam gratis accepere, eam quoque gratis dare iis: qui illam parti- *Mat.10.a.*

cipant, iussi sunt à Dominica voce hac libertate accepta. Si quis autem eam auro emisse conuictus fuerit, diuina ei actione interdictum esse iubent, &c. Mundi sumus à sanguine eorum, qui transgrediuntur canonicas constitutiones, & multo magis eorum, qui pecuniis ordinauerunt, vel ordinati sunt: cum diuinus Petrus Apostolus, cuius cathedram sortita est fraterna vestra sanctitas, vt Simonem Magum eos deposuerit, &c. Macedonij, & eorum, qui circa illum erant, sancti Spiritus hostium, tolerabilior erat hæresis. Cum illi enim sanctum Spiritum Dei, & Patris creaturam, & seruum nugentur; hi ipsum, vt videntur, seruum suum faciunt. Omnis enim Dominus id, quod habet, vendit. Similiter, & qui emit, volens esse Dominus eius, quod emptum est, argenti pretio eum acquirit. Sic, qui rem hanc nefariam faciunt, Spiritum sanctum deprimunt, æque peccantes, ac ij, qui Christum in Beelzebub Dæmonia eiicere impie, blasphemeque dicebant. Vel vt verius dicã, sunt Iudæ proditori similes, qui Dei interfectoribus Iudæis argenti pretio Dominum vendidit, &c. *Taras. Episc. CP. ad Hadr. Pont. Max. post vij. syn. Ans. li. 6. c. 79. Deusd. c. 2. Cæsar. lib. 4. c. 20. Tarrac. lib. 1. c. 6.*

1. q. 1. c. Eos, qui.

CAP. XXXVIII.

Pelagius Papa dixit; Peto, vt petitionem meam confirmetis; vt si quis ille est, qui promouendus est in sancta Ecclesia, ab ostiario vsque ad gradum Episcopatus, neque per aurum, neque per aliquas promissiones proficiat. Vos enim omnes scitis, quia hoc Simoniacum est: sed si quis ille est doctus in opere Dei, bonam vitam habens, non per dationem, sed per bonam conuersationem iubemus eum vsque ad primum gradum venire. *Ex Pontif.*

Ne clerici beneficia Ecclesiastica, aut res alias spiritales emant, aut vendant. Tit. XXXVII.

CAPVT I.

EOs, qui per auri dationem se fuisse in Ecclesia constitutos gloriantur, &c. primum quidem vltimum proprij ordinis gradum sumere: sin autem perseuerauerint, inflicta quoque pœna corrigere decernimus. Si quis autem in ordinatione hoc quandoque fecisse visus fuerit: aut vt vult canon Apostolicus, qui dicit: Si quis Episcopus, &c. *Nic. ij. c. 5. Vide Ap. 29. G. 30. L.*

CAP. II.

De simo. c. 9. Gr. ix. c. 8. in. 1. collect.

Cum in Ecclesiæ corpore omnia debeant ex caritate tractari, & quod gratis receptum est, gratis impendi: horribile nimis est, quod in quibusdam Ecclesiis locum venalitas perhibetur habere: ita vt pro Episcopis, vel Abbatibus, seu quibuscumque personis Ecclesiasticis ponendis in sede, &c. aliquid exigatur. &c. Ne hoc de cætero fiat, & vel pro personis Ecclesiasticis deducendis ad sedem, vel sacerdotibus instituendis, &c. aliquid exigatur, districtius inhibemus, &c. *Alex. iij. in conc. Latera. cap. 7.*

CAP. III.

De magi. &c. c. 1. Gregor. ix. & in 1. collect.

Pro licentia docendi nullus omnino prætium exigat, &c. qui vero contra hoc venire præsumpserit, à beneficio ecclesiastico fiat alienus. *Alex. iij. in conc. Later. c. 18.*

CAP. IV.

De sim. c. 42. Gre. ix. & c. 6. eo. tit. in 4. coll.

Ad Apostolicam audientiam frequenti relatione peruenit; quod quidam clerici pro exequiis mortuorum, & benedictione nubentium, & similibus pecuniam exigunt, & extorquent: & si forte cupiditati eorum non fuerit satisfactum, impedimenta fictitia fraudulenter opponunt. E contra vero quidam laici laudabilem consuetudinem erga sanctam Ecclesiam pia deuotione fidelium introductam, ex fermento hæreticæ prauitatis nituntur infringere, sub prætextu canonicæ pietatis. Quapropter & prauas exactiones super his fieri prohibemus, & pias consuetudines præcipimus obseruari. Statuentes, vt libere conferantur Ecclesiastica sacramenta: sed per Episcopum loci veritate cognita, compescantur, qui malitiose nituntur laudabilem consuetudinem immutare. *Inno. iij. in conc. gen. Lat. c. 66.*

CAP. V.

16. q. 7. c. 20.

Vt [per laicos nullo modo quilibet clericus, aut presbyter obtineat ecclesiam, nec gratis, nec pretio. Vt per Simoniacam heresim nemo ordinetur, vel promoueatur ad quodlibet ecclesiasticum officium. *Nicol. ij. in syn. Rom. c. xiij. Episcop. c. 5. & 9.*

CAP. VI.

1. q. 5. c. 1.

Quicumque sane cupiditate parentum, cum adhuc paruuli essent, ecclesias, vel ecclesiarum partes † per pecunias adepti sunt; postquam eas omnino dimiserint, si canonice in eis viuere voluerint, pro magna misericordia ibidem eos esse concedimus; neque pro hoc facto à sacris ordinibus illos remouemus, si alias digni inueniantur. † *Vrba. ij. in conc. Placent. c. 5. Cæs. l. 4. c. 33.*

† beneficia. † inueniuntur.

CAP. VII.

1. q. 5. c. 1. p. 1.

Illi vero, qui per se ipsos, cum iam maioris essent ætatis, nefanda cupiditate ducti, eas emerunt; si in aliis Ecclesiis viuere canonice voluerint; seruatis propriis ordinibus pro magna misericordia ibi eos ministrare permittimus. Quod si ad alias fortassis transferri non poterint, † & in eisdem canonice viuere promiserint; minoribus ordinibus contenti, ad sacros ordines non ascendant, † salua tamen in omnibus Apostolicæ sedis auctoritate: *Vrban. ij. in concil. Placen. cap. 6. Cæsar. d. cap. 33.*

† poterint. † accedens,

CAP. VIII.

1. q. 5. c. 1. p. 2.

Si qui tamen ante emptionem catholice ordinati sunt, cum ea, quæ emerunt, dimiserint, & vitam canonicam egerint, in suis grad

† vniuscuiusmodi. dibus permittantur, nisi forte huiusmodi † Ecclesia sit, vt ibi primum locum debeant obtinere. *Vrban. ij. ind. conc. Placen. c. 7. Cæsar. d. c. 33.*

CAP. IX.

1. q. 3. c. 1. mensure. Primum enim, vel singularem, vel Præpositura, vel officij locum in emptis Ecclesiis eos habere non patimur. *Vrban. ij. in d. conc. Placen. cap. 8. Cæsar. d. c. 33.*

CAP. X.

1. q. 3. c. vlt. Si quis præbendam, vel Prioratum, seu Decanatum, aut honorem, vel promotionem aliquam Ecclesiasticam, &c. interueniente execrabili ardore auaritiæ per pecunias acquisiuit; honore male acquisito careat; & emptor, atque venditor, & interuentor nota infamiæ percellantur; & nec pro pastu, nec sub obtentu alicuius consuetudinis, ante, vel post à quoquam aliquid exigatur, vel ipse dare præsumat; quoniam Simoniacum est, sed libere, & absque imminutione aliqua collata sibi dignitate; atque beneficio perfruatur. *Inn. ij. in syn. Rom. c. 1. apud Iuon. post panor.*

CAP. XI.

Clerici honorem gradus per ambitionem non subeant: pro beneficiis Dei medicinæ, munera non accipiant, &c. *Isidor. apud Magunt. cap. 50.*

CAP. XII.

Statuimus, quod nullus clericus ad curam animarum ab Episcopo, vel Archidiacono admittatur, nisi prius iurauerit, quod nullam in adeptione beneficij, ad cuius curam præsentatur, commiserit Simoniam. *Concil. habitum in Germania, sub Conrad. Card. c. 11.*

Ne clerici exigant vsuras. Tit. XXXVIII.

CAPVT I.

14. q. 1. c. 4. & c. 8. & dis. 47. c. 2. Ps. 14. b. QVoniam multi in canone ordinati clerici auaritiam, & turpia lucra persequentes, obliuiscuntur diuinæ scripturæ, quæ ait: Pecuniam suam non dedit ad vsuram, sed fœnerantur, & centesimas exigunt. Si quis deinceps vsuras acceperit, mutuo dans vel alia ratione lucrum consequens, aut sescuplum exigens, deponetur à clero, & alienus à communione erit. *Nica. c. 17. Aquisgr. 40. Mart. Brac. 63. vel 62. Capitul. lib. 1. c. 5. Raba. c. 32. de pænit. Burch. lib. 2. c. 120. Iuo par. 6. c. 196. & par. 13. c. 8. decr. Ansel. lib. 7. c. 153. in addit. Cæsar. lib. 8. cap. 77.*

CAP. II.

De vsu. c. 1. Greg. ix. & in 1. collect. † profess. sione. † vocis. Plures clericorum, & quod mœrentes dicimus, eorum quoque, qui præsens sæculum conditione, † votis; † & habitu reliquerunt, dum communes vsuras, quasi manifestius damnatas, exhorrent, commodata pecunia indigentibus, possessiones eorum in pignus accipiunt, & prouenientes fructus percipiunt vltra sortem. Idcirco generalis concilij decernit auctoritas; vt nullus amodo constitutus in clero, vel hoc, vel aliud vsuræ genus exercere præsumat. Et si quis hactenus alicuius possessionem data pecunia sub hac specie in pignus accepit; si sortem suam deductis expensis de fructibus iam recepit, † absolute possessionem restituat debitori. Si autem aliquid minus habet, eo recepto, possessio libere ad dominum reuertatur. Quod si post huiusmodi constituta in clero quisquam extiterit, qui detestandis vsurarum lucris insistat; Ecclesiastici officij periculum patiatur; nisi forte beneficium Ecclesiæ fuerit, quod redimendum ei hoc modo de manu laica videatur. *Alex. iij. in concil. Tur. c. 2.* † percepit.

CAP. III.

Nec hoc prætereundum esse duximus; quosdam lucri turpis cupiditate captos, vsurariam exercere pecuniam, & fœnore velle ditescere. Quod nos, non dicam in eos, qui sunt in clericali officio constituti, sed & in laicos cadere, qui Christianos se dici cupiunt, condolemus. Quod vindicari acrius in eos, qui fuerint confutati, decernimus, vt omnis peccandi oportunitas adimatur. Illud etiam duximus præmonendum, vt [sicut non suo, ita nec alieno nomine, aliquis clericorum exercere fœnus attemptet. Indecens enim est, crimen suum commodis alienis impendere. Fœnus autem hoc solum aspicere, & exercere debemus; vt, quod hic misericorditer tribuimus, ab eo Domino, qui multipliciter, & in perpetuum mansura retribuet, recipere valeamus. *Leo ep. 1. c. 3. & 4. Aquis. sub Lud. c. 62. & 92. Raban. ca. 32. de pænit. Burc. l. 2. c. 121. & 123. Iuo part. 6. c. 65. decr. Ans. l. 7. c. 150. & 149. in addit. Tarr. l. 4. c. 27.* 14. q. 4. c. 7. Dist. 46. c. vlt.

CAP. IV.

Si quis clericorum detectus fuerit vsuras accipere, placuit degradari, & abstinere. *Eli. cap. 20. Iuo p. 13. cap. 12. decr. & lib. 3. titu. 13. cap. 1. panor.* Dis. 47. c. 5.

CAP. V.

De ministris, qui fœnerantur, iuxta formam diuinitus datam à communione abstinere. *Arel. 1. c. 12. Iuo par. 13. c. 10. decr.* 14. q. 4. ministri. c. 2. Luc. 6. 6.

CAP. VI.

Si quis clericus pecuniam dederit ad vsuram, aut cõductor alienę rei voluerit esse, aut turpis lucri gratia aliquod genus negotiationis exercuerit, depositus à clero, à communione alienus habeatur. *Arel. ij. c. 14.*

CAP. VII.

Nulli clerico liceat alicuius rei vsuram accipere. Quæ apertissime à scriptura diuina sanciuntur, magis sequenda, quam decernenda sunt. Quod laicis vetatur, multo magis clericis prohibendum est. *Carth. c. 5. G. Carth. 1. ca. 13. L. Aqu. c. 61.*

CAP. VIII.

Non oportet clericos fœnerari, & vsuras, & sescupla accipere. *Laod. c. 4. Aqu. 75.* Dist. 46. non licet. c. 9.

CAP. IX.

Seditionarios nunquam ordinandos, sicut Dist. 46. c. 8.

nec vsuratios, &c. *Carth.iv.ca.67.Agath.c.69.* • *Burc. l.2.c.17. Ino par. 6.c.36 decr.*

Cap. X.

Ne quis clericus, qui negotiandi studium habere voluerit, vsuras accipiat; quia scriptum est: Qui pecuniam suam non dedit ad vsuram, *Psal. 14. Psal. 54.* & alio loco: Et non defecit de plateis eius vsura, & dolus. Manifestum est enim, beatitudinis non posse consequi gloriam, qui à præceptis diuinis deuiauerit. *Turon.c.13.*

Cap. XI.

15.q.2.c. vni. Nequis sacerdotum, vel clericorum more sæcularium iudicum accipiat pro impensis patrocinijs munera, nisi in ecclesiis oblata, &c. Si acceperit, veluti exactor fœnoris, aut vsurarum possessor, secundum statuta Patrum, degradetur. *Tarra.c.10. Cas.l.5.c.76.*

Cap. XII.

Clerici vsuris nequaquam incumbant, neque turpium occupationes lucrorum fraudisque cuiusquam studium non appetant: amorem pecuniæ, quasi materiam cunctorum criminum fugiant, &c. *Magun. sub Carol. ca. 10. ex Isidor.*

Cap. XIII.

1. Tim. 6. Cupiditatem, tamquam radicem omnium malorum, & Apostolica damnat sententia, & ab omni ordine Ecclesiastico canonica perturbat interdictio? ita, vt statuerit, nullum clericorum de qualibet re fœnus accipere. *Aqu.ij. sub Lud.par.1.c.5.*

Cap. XIV.

Vt Episcopi se ipsos, atque ministros suos, & maxime Ecclesiasticos, cunctosque Christianos in sua parochia, perpendentes ex hoc statuta Nicæni concilij, & cæterorum conciliorum, ab vsuris sine excusatione compescant: & quos compescere aliter non potuerint, canonicam in eos sententiam proferant. *Meld. c.55.*

Cap. XV.

Vsurarum turpia lucra iterum canonica seueritate inhibemus. *Valent. sub Loth.c.10.in fine.*

Cap. XVI.

Inhibemus modis omnibus cum ingenti protestatione pessimam lucri rabiem, vsurarum adinuentionem, quam non minus clerici sectantur, quam laici, Dominici immemores *Leui.22.* præcepti, quo dicitur: Pecuniam tuam non dabis ad vsuram, & iterum: Non accipies à fratre tuo vsuram, nec amplius quam dedisti. *Trosle.c.15. prope fin.*

Cap. XVII.

De vita, & honest. cler. c.2. Clerici vsurarii excommunicentur. *Pictau. c.10. Tarr.l.6.c.83.*

Grego. ix. & in 1. collect. Ne clerici negotiis sæcularibus dent operam. Tit. XXXIX.

CAPVT I.

Labora, sicut bonus miles Christi Iesu. Nemo militans Deo, implicat se negotiis sæcularibus: vt ei placeat, cui se probauit. *Paul. ep.2.ad Timoth.c.2.in prin.*

Cap. II.

Episcopus, clericus, monachus, non aliena prædia conducat, neque tractet administrationem rerum sæcularium, nisi ex legibus ad tutelam impuberum inexcusabilem vocetur, aut si Episcopus vrbis ei commiserit curam rerum Ecclesiasticarum, aut orphanorum (*pupillorum*) vel viduarum, & earum personarum quæ Ecclesiastico auxilio indigent. Contrauenienes Ecclesiasticis pœnis subiaceat. *Chalc. c. 3. Vern.c.16. Paris. sub Lud. & Loth.l.1.c.28. Burc. li.2.c.145. Ino par.6.c.218 decr. Ans.li.6.c.181.in Rom.* *Dist. 86. peruenit. c. vlt. 21. q.3.c.1.*

Cap. III.

Non licet clericis curas sæculares suscipere, vt qui sint à canonibus prohibiti hoc facere. *Nica.ij.c.10.*

Cpa. IV.

Nullatenus habent potestatem, qui Principum domorum, aut suburbanarum rerum curam gesserint, inter clerum magnæ Ecclesiæ colligi, vel constitui: Nemo quippe Deo militans, sæculi negotiis implicatur. *Syn.viij.gen. 2.a. CP.c.13 sub Hadr.ij.* *1. Tim.*

Cap. V.

Clerici in subdiaconatu, & supra, & in minoribus quoque ordinibus, si stipendiis ecclesiasticis sustentantur, coram iudice sæculari, aduocati in negotiis fieri non præsumant, nisi propriam, vel ecclesiæ suæ causam fuerint prosecuti, aut pro miserabilibus forte personis, quæ proprias causas administrare non possunt. [Sed nec procurationes villarum, aut iurisdictiones etiam sæculares sub aliquibus Principibus, vel sæcularibus viris, vt Iustitiarii eorum fiant, clericorum quisquam existere † præsumat. Si quis aduersus hoc venire tentauerit, quoniam contra doctrinam Apostoli est; Nemo militans Deo, implicat se negotiis sæcularibus, & sæculariter agit: ab Ecclesiastico fiat ministerio alienus; pro eo, quod officio clericali neglecto, fluctibus sæculi, vt potentibus sæculi placeat, se immergit, &c. *Alex. iij. in conc. Lat.c.12.* *De postul. c. 1. Gregor. ix. & in 1. collect. Ne cler. vel mon. c.4. Gre. ix. & c.3. eo.tit.in 1. collect. † assumere. 2. Tim. 2. 4.*

Cap. VI.

Sententiam sanguinis nullus clericus dictet, aut proferat, sed nec sanguinis vindictam exerceat, aut vbi exercetur, intersit. Si quis autem huiusmodi occasione statuti, ecclesiis, vel personis Ecclesiasticis aliquod præsumpserit inferre dispendium, per censuram canonicam compescatur; nec quisquam clericus litteras scribat, aut dictet pro vindicta sanguinis destinandas: vnde in curiis Principum hæc sollicitudo non clericis, sed laicis committatur. Nullus quoque clericus rotariis, aut balistariis, aut huiusmodi viris sanguinum præponatur; nec illam chirurgiæ partem † subdiaconus, diaconus, vel sacerdos exerceant, quæ ad vstionem, vel incisionem inducit, *Ne cler. vel mon. c.9. Gre. ix. & c. 2. eo. tit. in 1. coll. † artem.*

... nnocent. iij. in concil. general. Lateranens. cap. 18.

CAP. VII.

Clericus fideiussionem dans, (*fideiussionibus inseruiens*) deponatur. *Ap. c. 20. Burch. li. 2. c. 173. Iuo par. 6. c. 264. decr.*

CAP. VIII.

Plurimos clericorum negotiationibus inhonestis, & lucris turpibus imminere, nullo pudore cernentes, Euangelicam lectionem, qua ipse Dominus negotiatores è templo verberatos flagellis asseritur expulisse: nec Apostoli verba: Nemo militans Deo, implicat se negotiis sæcularibus. Psalmistam quoque Dauid: Quoniam non cognoui negotiationes, introibo in potentias Domini. Proinde ab indignis posthac quæstibus nouerint abstinendum, & ab omni cuiuslibet negotiationis ingenio, vel cupiditate cessandum; aut in quocumque gradu sint positi, mox à clericalibus officiis abstinere cogantur; quoniam domus Dei, domus orationis est, &c. *Gelas. epist. 1. ca. 17. Aquisgr. 93. Iuo part. 13. ca. 28. decr. Cæsar. lib. 8. cap. 76.*

CAP. IX.

Tanto nimirum à factis debet omnis mundanarum rerum administrator esse remotus; quanto quemlibet ex catalogo clericorum, & militantium Deo nullis conuenit negotiis sæcularibus implicari. *Nicol. ad Michaël. Imperat. prope finem.*

CAP. X.

Si quis clericus pecuniam dederit ad vsuram, aut conductor alienæ rei voluerit esse, aut turpis lucri gratia aliquod genus negotiationis exercuerit, depositus à clero, à communione alienus habeatur. *Arelat. ij. c. 14.*

CAP. XI.

Qui seruiunt Deo, & annexi sunt clero, non accedant ad actus, seu administrationem, vel procurationem domorum, &c. & Apostolorum statuta sunt, quæ dicunt: Nemo militans Deo, ingerit se negotiis sæcularibus, proinde aut clerici sint sine actionibus domorum, aut actores sine officio clericorum. *Carthag. 1. ca. 6. Vide Carth. 16. G. Burc. lib. 2. cap. 150. Iuo par. 6. ca. 223. decr.*

CAP. XII.

Non liceat (*laicis*) clericos nostros eligere apothecarios, vel ratiocinatores. Gratus Episcopus dixit: &c. Si iniuria constitutionis Imperatoriæ clericos inquietandos putauerint, si defensio Ecclesiastica nos non deserit, pudor publicus vindicabitur. *Carth. 1. c. 9.*

CAP. XIII.

Canonum statutis firmatum est; vt quicumque in clero esse voluerit, emendi vilius, vel vendendi carius studio non vtatur. Si hæc voluerit exercere, cohibeatur à clero. *Tarra. ca. 2. Burc. li. 2. c. 122. Iuo par. 6. cap. 197. & par. 13. c. 13. decr.*

CAP. XIV.

Si quis sacerdotum, vel clericorum more sæcularium iudicum accipiat pro impensis patrociniis munera, &c. veluti exactor fœnoris, aut vsurarum possessor, secundum statuta Patrum, se nouerit degradandum. *Tarr. c. 10. Cas. l. 5. c. 76.*

CAP. XV.

Vt sæcularia negotia vltra modum mensuræ, nulli liceat exercere: ait enim Apostolus: Nemo militans Deo, implicat se negotiis sæcularibus, &c. *Foroiul. c. 5.*

CAP. XVI.

Placuit, vt eas prorsus mundanas dignitates, quas sæculares viri, vel Principes terræ exercere solent, in venationibus scilicet, vel in canticis sæcularibus, aut in resoluta, & immoderata lætitia, in lyris, & tibiis, & his similibus lusibus, nullus sub Ecclesiastico canone constitutus, ob inanis lætitiæ fluxum, audeat fastu superbiæ tumidus quandoque præsumendo abuti; nisi forte, si in hymnis, & spiritalibus canticis delectatur, de sacris videlicet scripturarum voluminibus, digne, honesteque compositis vtatur. Ab his igitur non solum non inhibemus abstinere, verum etiam conniuentes licentiæ concedimus votum. *Foroiul. c. 6.*

CAP. XVII.

Ministri altaris Domini, vel monachi, &c. à negotiis sæcularibus omnino abstineant. Multa sunt ergo negotia sæcularia; de his tamen pauca perstrinximus; ad quæ pertinet omnis libido, non solum in immunditia carnis, sed etiam in omni concupiscentia carnali: quidquid plus iusto appetit homo; turpe luctum; munera iniusta accipere, vel etiam dare pro aliquo sæculari quæstu, pretio aliquem conducere; contentiones, & lites, vel rixas amare; in placitis sæcularibus disputare, excepta defensione orphanorum, aut viduarum: conductores, aut procuratores esse sæcularium rerum; turpis verbi, vel facti ioculatorem esse, vel iocum sæcularem diligere; aleas amare; ornamentum inconueniens proposito suo quærere; in deliciis viuere velle; gulam, & ebrietatem sequi; pondera iniusta, vel mensuras habere; negotium iniustum exercere, &c. Quæ omnia ministris altaris Domini, &c. interdicimus, de quibus dicit Apostolus: Nemo militans Deo, implicat se negotiis sæcularibus. *Magunt. sub Carol. cap. 14. Magun. sub Rab. cap. 13. Capitul. lib. 7. cap. 172. in addit. Burch. lib. 8. cap. 90. Iuo par. 7. cap. 108. decr.*

CAP. XVIII.

Sancti viri nequaquam occupationum sæcularium curas appetunt, sed occulto ordine sibi superimpositas gemunt, &c. *Isidor. lib. 3. c. 33. de summo bono, apud Aqu. c. 18.*

CAP. XIX.

Negotiatorem clericum, ex inope diuitem, ex ignobili gloriosum, quasi quandam pestem fuge. *Hieron. ad Nepotian. apud Aquis. cap. 94. in prin.*

Marginal notes (left column): *Dist. 88. consequ.*; *Act. 21.*; *2. Ti. 2.*; *Psal. 70.*; *14. q. 4. cler. c. 1.*; *Luc. 19.*; *21. q. 3. credo. c. 1.*; *2. Tim. 2. a.*; *14. q. 4. c. 3.*

Marginal notes (right column): *15. q. 2. c. ...*; *2. Tim. c. 2.*; *Ne cler. vel mon. c. 1. Gre. ix. & in 1. collect.*; *2. Tim. 2. a.*

CAP. XX.

Procuratores, ac dispensatores domorum alienarum, atque villarum, quomodo possunt esse clerici, qui proprias iubentur contemnere facultates? *Hieron. ad Nepotian. apud Aquis. c. 94. in fine.*

CAP. XXI.

Dist. 88. c. 1. Decreuit sancta synodus (*Nicæna*,) nullum deinceps clericum aut possessiones conducere, aut negotiis sæcularibus se miscere, nisi propter curam pupillorum, & orphanorum, ac viduarum, aut si forte Episcopus ciuitatis Ecclesiasticarum rerum sollicitudinem habere præcipiat, &c. *Incert. de primitiua Eccl. ante editionem Constant. Vid. Chalc. c. 3.*

Ne clerici alea ludant. Tit. XL.

CAPUT I.

De vita, & honest. cler. c. 15. Greg. ix. c. 4. eo. tit. in 4. collect. Clerici officia, vel commercia sæcularia non exerceant, maxime inhonesta: mimis, ioculatoribus, & histrionibus non intendant, &c. Ad aleas, vel taxillos non ludant, nec huiusmodi ludis intersint. *Innoc. iij. in conc. gen. Later. c. 16.*

CAP. II.

Dist. 35. c. 1. Episcopus, presbyter, diaconus aleæ, & ebrietati deditus, cesset, vel deponatur. *Ap. c. 42.* Subdiaconus, lector, cantor, &c. cesset, vel excommunicetur. *Ap. c. 43. Raban. c. 28. de pœnit. Burch. li. 14. ca. 5. Ivo lib. 3. titul. 15. cap. 4. panorm. & part. 13. c. 73. decret. Cæsaraug. li. 8. ca. 50. & 100.*

CAP. III.

Nemo laicus, vel clericus alea ludat; si fecerit, clericus deponatur, laicus excommunicetur. *Trull. c. 50.*

CAP. IV.

Ne cler. vel mon. c. 1. Greg. ix. & in 1. collect. Ministri altaris Domini, vel monachi, &c. à negotiis sæcularibus omnino abstineant. Multa sunt negotia sæcularia, de his tamen pauca perstrinximus, &c. Iocum sæculare diligere, aleas amare, &c. *Magunt. sub Carolo cap. 14. Magunt. sub Rab. cap. 13. Capitul. lib. 7. cap. 172. in addit. Burch. lib. 8. cap. 90. Ivo par. 7. c. 108. decr.*

Ne clerici vagentur, aut otiosi in foro sedeant. Tit. XLI.

CAPUT I.

Clericus per plateas, & andronas, nisi certa, & maxima officij sui necessitate, non ambulet. *Carth. iv. c. 47.*

CAP. II.

Dist. 91. c. 4. Clericus, qui non pro emendo aliquid in nundinis, vel in foro deambulat, ab officio suo degradetur. *Carth. iv. ca. 48. Burch. li. 2. cap. 210. Ivo par. 6. cap. 285. decr. Anselm. li. 7. c. 202. in addit.*

CAP. III.

Nullus clericus, subdiaconus, diaconus, vel presbyter in plateis resideat; certe nec in plateis stare, & fabulis diuersis commisci. † *Narbon. c. 3.* †commiscere. f.

CAP. IV.

De clericis vagis, seu de acephalis, &c. neque in seruitio Domini nostri, neque sub Episcopo, neque sub Abbate; sed sine canonica, vel regulari vita degentes, vt in libro officiorum secundum capitulum, & tertium de eis dicit. Hos neque inter laicos, aut sæcularium officiorum studia, neque inter clericos religio tenet diuina; sed soliuagos, atque oberrantes sola turpis vitæ complectitur, & vaga; quique dum nullum metuunt, explendæ voluptatis suæ licentiam sectantur, quasi animalia bruta, libertate, ac desiderio suo feruntur; habentes signum religionis, non religionis officium, hippocentauris similes, nec equi, nec homines. Tales omnino, vbicumque inuenti fuerint, præcipimus, vt Episcopi sine vlla mora, eos sub custodia constringant canonica: & nullatenus eos amplius ita errabundos, & vagos secundum desideria voluptatum suarum viuere permittant. Sin autem Episcopis suis canonice obedire noluerint, excommunicentur, vsque ad iudicium Archiepiscopi regionis illius: & si ille eos corrigere non valuerit, tunc omnino sub vinclis constringantur, vsque ad synodum: vt ibi eis indicetur, vtrum ad iudicium Domini nostri, aut ad istam magnam synodum afferantur sub custodia publica. *Magunt. cap. 22. Aquis. c. 100. Tribur. 27. Isidor. lib. 2. ca. 3. diuin. off.*

Ne clerici venationi, aut aucupio operam dent. Tit. XLII.

CAPUT I.

Venationem, & aucupationem vniuersis clericis interdicimus; vnde nec canes, nec aues ad aucupandum habere præsumant. *Innoc. iij. in conc. gen. Later. c. 15. in fine.*

CAP. II.

Venationes, & siluaticas vagationes cum canibus omnibus seruis Dei interdiximus. Similiter accipitres, & falcones non habeant. *Fran. syn. Capitul. li. 5. cap. 2. & lib. 7. c. 125. & 146. Burch. lib. 2. c. 214. Ivo par. 6. c. 289. & par. 13. c. 29. decr.* *c. 2. de cle. venat. Greger. ix. & in 1. coll. & d. 34. c. 3.*

CAP. III.

Clerici fornicationem non faciant, &c. nec apud canes † venationes faciant, nec accipitres portent. *Syn. Suession. sub Pipino.* †cum canibus f.

CAP. IV.

Ministri altaris Domini, vel monachi, nobis placuit, vt à negotiis sæcularibus omnino abstineant, &c. Canes, & aues sequi ad venandum in omnibus quibuscumque sit causis, superfluum esse. Ecce talia, & his similia *Ne cler. vel mon. c. 1. Greg. ix. & in 1. collect.*

ministris altaris Domini, necnon & monachis omnino contradicimus. *Magun. sub Carol. c. 14. Magun. sub Raban. ca. 13. Capit. l. 7. c. 172. in addit. Bur. l. 8. c. 90. Iuopar. 7. c. 108. decr.*

Ne clerici armis vtantur.
Tit. XLIII.

CAPVT I.

NE aliquis clericus arma deferat. *Vrb. ij. in conc. Claram. c. 4.*

Cap. II.

Si quis clericus relicto officij sui ordine laicam voluerit agere vitam, vel se militiæ tradiderit; excommunicationis pœna feriatur. *Turon. c. 5.*

Cap. III.

Si clericus, aut cum indecenti veste, aut cum armis inuentus fuerit, à seniore ita coërceatur, vt triginta dierum inclusione detentus, aqua tantum, & modico pane diebus singulis sustentetur. *Matiscon. c. 5.*

Cap. IV.

Seruis Dei per omnia omnibus armaturam portare, vel pugnare, aut in exercitum, & in hostem pergere omnino prohibemus; nisi illis tantummodo, qui propter diuinum ministerium, missarum scilicet solemnia adimplenda, & sanctorum patrocinia portanda, † ad hoc electi sunt, id est vnum, vel duos Episcopos cum capellanis presbyteris Princeps secum habeat; & vnusquisque præfectus vnum presbyterum, qui hominibus peccata confitentibus iudicare, & indicare pœnitentiam possit. *Syn. Franc. Capit. li. 5. c. 2. & l. 7. c. 123. Burc. l. 1. cap. 218. Iuopar. 5. c. 332.*

† impetranda.

Cap. V.

Nos, qui relinquimus sæculum, id modis omnibus obseruare volumus; vt arma spiritualia habeamus, sæcularia dimittamus. Laicis vero, qui apud nos sunt, arma portare non præiudicemus; quia antiquus mos est, & ad nos vsque peruenit. *Magun. c. 17.*

Cap. VI.

23. q. 8. c. 6. Quicumque ex clero esse videntur, arma militaria non sumant, nec armati incedant; sed professionis suæ vocabulum religiosis moribus, & religioso habitu præbeant. Quod si contempserint, &c. proprii gradus amissione mulctentur: quia non possunt simul Deo, & sæculo militare. *Melden. c. 37. Bur. l. 2. c. 211. Iuo l. 3. tit. 15. c. 2. pan. & par. 6. c. 286. decr.*

Cap. VII.

c. 2. de vita, & hon. cler. Greg. ix. & in I. collect. Clerici arma portantes, & vsurarij excommunicentur. *Pictau. c. 10.*

Cap. VIII.

Nemo clericorum arma portet, vel indumenta laicalia induat, id est, cottos, vel mantellos sine cappa non portet; & laici cappas non portent. *Meten. c. 3.*

Ne clerici gulæ, aut ebrietati dediti sint.
Tit. XLIV.

CAPVT I.

De vita, & honest. cler. c. 14. Gre. ix. c. 3. co. tit. in 4. coll. A Crapula, & ebrietate omnes clerici diligenter abstineant; vnde vinum sibi temperent, & se vino; nec ad bibendum quispiam incitetur; cum ebrietas mentis inducat exiliũ, & libidinis prouocet incentiuum. Vnde illum abusum decernimus penitus abolendum, quo in quibusdam partibus ad potus æquales suo modo se obligant potatores, &c. Si quis autem super his culpabilem se exhibuerit, nisi à superiore commonitus satisfecerit competenter; à beneficio, vel officio suspendatur. *Inno. iij. in conc. gen. Later. c. 15.*

Cap. II.

De celeb. miss. c. 9. Grego. ix. c. 2. eo. tit. in 4. coll. Dolentes referimus; quod non solum quidam minores clerici, verum etiam & aliqui ecclesiarum Prælati circa comessationes superfluas, & confabulationes illicitas, vt de aliis taceamus, fere medietatem noctis expendunt, &c. Hæc igitur, & similia sub pœna suspensionis penitus inhibemus, &c. *Inno. iij. in conc. gen. Later. c. 17.*

Cap. III.

Dist. 35. Episcopus, presbyter, diaconus aleæ, vel ebrietati deditus cesset, vel deponatur. *Ap. c. 41. c. 42.* Subdiaconus, lector, cantor, vel laicus cesset, vel excommunicetur. *Ap. ca. 43. Vid. Agath. c. 41. Raban. c. 28 de pœnit. Bur. lib. 14. c. 5. Iuo l. 3. ti. 15. c. 4. pan. & par. 13. c. 73. decr. Cas. l. 8. c. 50. & 100.*

Cap. IV.

Dist. 44. non oportet. c. 10. & c. non liceat. 12. Quod non oporteat sacerdotes, aut clericos ex collatis, vel symbolis conuiuia celebrare. Hoc autem nec laicos posse. *Laod. ca. 54. vel 55. Aquis. c. 83. in fine. Mart. Bra. c. 62. Raban. c. 27. de pœnit.*

Cap. V.

Dist. 35. c. vlt. Ante omnia clericis vitetur ebrietas, quæ omnium vitiorum fomes, ac nutrix est. Quem ebrium fuisse constiterit, vt ordo patitur, aut xxx. dierum spatio communione statuimus submouendum, aut corporali subdendum supplicio. *Agath. ca. 41. Venet. c. 13. Capitul. l. 7. c. 218. & 270. Burc. li. 14. c. 11. Iuopar. 13. c. 79. decr.*

Cap. VI.

Ne cler. vel mon. c. 1. Gre. ix. & in 1. collect. Ministri altaris Domini, vel monachi, &c. à negotiis sæcularibus omnino abstineant. Multa sunt ergo negotia sæcularia, de his tamen pauca perstrinximus, &c. In deliciis viuere velle; gulam, & ebrietatem sequi, &c. *Magun. sub Carol. c. 14. & Magunt. sub Rab. cap. 13. Capit. l. 7. c. 172. in addit. Bur. l. 8. c. 9. Iuopar. 7. ca. 108. decr.*

Cap. VII.

Episcopi, & Dei ministri non debent comessationibus, & vinolentiis nimiis incumbere, sed considerent sententiam Domini dicentis:

Luc. 21. f. centis: Attendite, ne grauentur corda vestra in crapula, & ebrietate, moderate enim cibum, & necessarium potum sumant; vt iuxta *1. Pet. 5. e.* Apostolum, sobrii sint, parati ad seruitium Domini. *Remen. c. 18. Burc. l. 14. c. 2. Ino par. 13. c. 71. decr.*

Cap. VIII.

Zosimus præcepit; vt nullis clericis † poculum in publico propinaretur, nisi tantum in cællis fidelium, maxime clericorum. *Ex Pontif.*

† nullus clericus.

Clerici ne ingrediantur tabernas. Tit. XLV.

CAPVT I.

De vita, & honest. cler. c. 15. Greg. ix. & c. 4. eo. tit. in 4. collect.

CLerici officia, vel commercia sæcularia non exerceant, maxime inhonesta: mimis, ioculatoribus, & histrionibus non intendant; & tabernas prorsus euitent, nisi forte causa necessitatis in itinere constituti. *Inno. iij. in conc. gen. Later. c. 16.*

Cap. II.

c. cum ex eod. 14. de pæn. Gregor. ix. c. 5. eo. tit. in 4. collect.

Qui ad quærendas eleemosynas destinantur, modesti sint, & discreti, nec in tabernis, aut locis incongruis hospitentur, nec inutiles faciant, aut sumptuosas expensas, cauentes omnino, ne falsum religionis habitum gestent. *Inn. iij. in conc. gen. Later. c. 62.*

Cap. III.

Si clericus in taberna comedens inueniatur, excommunicetur, nisi in pandocheo in via vrgente necessitate. *Ap. c. 54.*

Cap. IV.

Dist. 44. c. 2.

Non oportet clericos à presbyteris ad diaconos, & cæteros ecclesiastici ordinis ministros, aut lectores, cantores, exorcistas, ostiarios, aut eos, qui in ascetarum ordine sunt, in tabernam ingredi. *Laod. c. 24. Aquisgr. c. 60. Capitul. lib. 1. c. 14. Burch. li. 2. c. 131. Ino par. 6. c. 205. decr.*

Cap. V.

Dist. 44. c. 4.

Clerici cibi, vel potus causa non ingrediantur tabernas, nisi hospitii causa necesse sit. *Carth. c. 40. G. Afr. 7. L. Carth. 111. c. 27. L. Aqu. c. 59. & 60. Capit. l. 1. c. 14. Burc. l. 2. c. 130. Ino par. 6. c. 204. decr.*

Cap. VI.

Dist. 44. c. 3. nulli.

Non licet clerico tabernariam officinam habere. Nam si ingredi in tabernam non licet, minus aliis in ea ministrare, & tractare, si fecerit, vel cesset, vel deponatur. *Trul. c. 9.*

De pœna, qua afficitur clericus, qui munus suum negligit. Tit. XLVI.

CAPVT I.

Dist. 91. c. 4. clericus in fine.

CLericum inter tentationes ab officio suo declinantem, vel negligentius agentem ab officio suo remouendum. *Carthag. iv. cap. 50. Burchar. lib. 2. capite 51.*

Cap. II.

De diœcesanis ecclesiis, vel clero id placuit definiri: vt presbyteri, vel diaconi, qui inibi constituti sunt, cum clericis septimanas obseruent: id est, vt presbyter vnam faciat hebdomadam, qua expleta succedat diaconus ei. Similiter ea scilicet conditione seruata, vt omnis clerus die sabbati ad vesperam sit paratus, quo facilius die Dominico solemnitas cum omnium præsentia celebretur; ita tamen, vt omnibus diebus Vesperas, & Matutinas celebrent; quia desistente clero, quod est pessimũ, comperimus in basilicis, nec luminaria ministrari. Si qui sane negligentiæ vitio hæc implere noluerint; nouerint se, secundum statuta canonum, pro modo personarum canonicæ disciplinæ subdendos. *Tarr. c. 7.*

Cap. III.

Clerici, qui officium suum implere despiciunt, aut vice sua ad Ecclesiam venire detrectant, loci sui dignitate priuentur. *Aur. iij. c. 13.*

Cap. IV.

Si qui clerici ministeria suscepta quacũque occasione agere, sicut & reliqui detrectant; & excusationem de patrociniis quorumcumque ne officium impleant, prætendunt; ac sacerdotes suos sub huiusmodi causa æstimant per inobedientiam contemnendos: inter reliquos clericos canonicos, ne ea licentia alij vitientur, nullatenus habeantur; neque ex rebus ecclesiasticis cum canonicis stipendia, aut munera vlla percipiant. *Aur. iij. c. 11.*

Cap. V.

Si quis superbia elatus officium suum indignatione quacumque implere noluerit; iuxta statuta priora, à communione retentus, † & ab ordine depositus tandiu habeatur, quamdiu, sicut scriptum est, pœnitentiæ suppletione satisfecerit præsente Pontifice. Tamen illis regulariter, iuxta caritatem integram, & quæcumque illis stipendiorum iuxta consuetudinem debentur, pro qualitate temporis sunt ministranda, de quibus si querela procedat, officium agens recurrat ad synodum. *Aur. iij. c. 19.*

† laica communione contentus.

Cap. VI.

Si quæ parochiæ in potentatuum † domibus constitutæ sunt, vbi obseruantes clerici ab ecclesia ciuitatis admoniti; secundum qualitates ordinis sui, fortasse quod Ecclesiæ debent, sub specie Domini domus implere neglexerint; corrigantur secundum Ecclesiasticam disciplinam; & si ab agentibus potestatem, † vel ab ipsis rei Dominis de agendo officio Ecclesię ab aliquo prohibentur, auctores nequitiæ à sacris ceremoniis arceantur, donec subsecuta emendatione, in pace Ecclesiastica sacris ceremoniis misceantur. *Aurel. iv. c. 25.*

† potentum.

† potentum.

De clericis apostatis.
Tit. XLVII.

CAPVT I.

20. q. 3. cōn.c.3. SEmel in clero ordinatos, & monachos censemus, neque ad militiam, neq; in dignitatem sæcularem venire. Qui non resipuerint, anathematizentur. *Chal.c.7. Aqu.c.85. Tribur.c.27. Capit.l.1.c.26. Bur.l.8.c.4. Iuo l.7.c.28. decr. Cæsar.l.9.c.17.*

CAP. II.

Clerici, qui relicto clero se ad sæcularem militiam, & ad laicos contulerint, non iniuste ab Ecclesia, quam reliquerunt, amoueantur. *Andegauen.c.8.*

CAP. III.

In synodo Chalcedonensi cap. septimo statutum est; vt clerici, qui semel in clero deputati sunt, neque ad militiam, neque ad aliquā veniant dignitatem mundanam. Et hoc tentantes, & pœnitentiam non agentes, &c. anathematizati. Nos autem eandem sequentes canonicam auctoritatem, statuimus, vt clericus Ecclesiastice nutritus, in Ecclesia coram populo, vel legens, vel cantans, si postmodum relicto clericatus habitu, à castris Dominicis, quibus adscriptus est, profugus, & apostata elabitur, & ad sæculum egreditur; ab Episcopo canonice coërceatur, vt ad sinum matris Ecclesiæ reuertatur. Quod si in hac indisciplinatione perdurat, vt comam nutriat, constringatur, vt iterum detondeatur, & postea nec vxorem accipiat, nec factum ordinem attingat. Si vero huic huius sancti concilij reluctauerit definitioni, secundum præstitutam Chalcedonensis capituli constitutionem anathematizetur, &c. *Tribur.c.27.*

Communia de clericis.
Tit. XLVIII.

CAPVT I.

Dist. 81. c. 7. SAcerdos, aut quiuis alius in ordinem Ecclesiasticum prouectus, si in eo scelere inueniatur, quo abiiciendus existat; depositus prouidentia Episcopi bene prouiso loco constituatur, vbi peccata lugeat, & vlterius non committat. *Synod. Roman. Eugen.ij. & Leonis iv. cap.14.*

CAP. II.

Statutum est; vt in omni die & monachi, & clerici, & fœminæ, & qui cū eis fuerint, in pace permaneant, &c. *Vrb.ij.in syn. Claram.c.1.*

CAP. III.

Omnis clericus ad eundem titulum, ad quem primum ordinatus est, semper ordinetur. *Vrb. ij.in conc. Claram.c.13.*

CAP. IV.

Si clericorum aliquis cuiuslibet laici possessionibus vsus fuerit, aut vicarium, qui debitum reddat, inueniat, aut possessione cedat, ne grauamen Ecclesiæ inferatur. *Vrb.ij.in syn.apud Melfiam.c.11.*

CAP. V.

Si populi culpa, non Episcopi Episcopus non recipiatur, excommunicetur clerus, qui non recte docuit plebem suam. *Ap.c.36.G.37.L.*

CAP. VI.

Quod in laicis reprehenditur, id multo magis debet in clericis prædamnari. *Cart. Inoc.13. L.Carth.5.G.H ad. ad Episc. Mediom.c.44. Capit.li. 7.c.16. & 359. Cæsar.l.2.c.46.*

CAP. VII.

Non oportet clericos, aut laicos vocatos ad agapen, partes tollere: quia iniuria fit ordini Ecclesiastico. *Laod.c.27. Iuo p.3.c.128. decr.* Dist.42. c.3.

CAP. VIII.

Episcopus nullius causam audiat, absque præsentia clericorum suorum; alioquin irrita erit sententia Episcopi, nisi clericorum præsentia confirmetur. *Cart.iv.ca.23. Bur.l.1.c.114. Iuo par.5.c.214. decr.* 15. q. 7. c. 6.

CAP. IX.

De his clericorum personis, quæ ad Ciuitatensis Ecclesiæ officio, monasterij, vel diœcesis, vel basilicis, in quibuscumque locis positis, id est, siue in territoriis, siue in ipsis ciuitatibus suscipiuntur ordinandæ; in potestate sit Episcopi, si de eo, quod ante de Ecclesia habebant, eos aliquid, aut nihil exinde habere voluerit; quia vnicuique facultas suscepti monasterij, diœcesis, vel basilicæ debet plena ratione sufficere. *Aur.iij.c.18.*

CAP. X.

Depositis (*clericis quia officium suum implere noluerunt*) regulariter caritatem integram, & quæcumque illis stipendiorum iuxta consuetudinem debentur, pro qualitate temporis sunt ministranda; de quibus si querela procedat, officium agens recurrat ad synodum. *Aur. iij.c.19.*

CAP. XI.

Nullus clericorum, vel laicorum præter Episcopos, epistolia facere præsumat. *Turon.ij.c.6.*

CAP. XII.

Quicumque clericorum à maximo vsque ad infra contra sanctæ Ecclesiæ vtilitatem agere, tractare, vel conari fuerit repertus, merito deiiciatur, qui fidem seruare minime cognoscitur. *Narbon.c.7.*

CAP. XIII.

Quicumque iudex, aut sæcularis presbytero, aut diacono, aut cuilibet de clero, aut de iunioribus absque audientia Episcopi, aut Archidiaconi, vel Archipresbyteri iniuriam inferre præsumpserit; anno ab omnium Christianorum consortio habeatur extraneus. *Antisio. c. 43.*

CAP. XIV.

Quicumque ex clericis, vel monachis causam contra proprium Episcopum habens, ad Metropolitanum suum causaturus accessetit, non debeat à proprio Episcopo excom-

municationis sententia prædamnari, antequam per iudicium Metropolitani sui, vtrum dignus excommunicatione habeatur, possit agnosci, &c. *Tolet. xiij. c. 12.*

Cap. XV.

1. Cor. 11. a. Apostolus dicit: Imitatores mei estote, & obseruate eos, qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram, &c. Sicut Hieronymus in Epistolam ad Galatas ait: Æmulãtur autem bene, qui cum videant, vel audiunt esse in aliquibus gratias, dona, virtutesque, ipsi tales esse desiderant, & fidem, vitam, atque industriam eorum, per quæ illa meruerunt, nituntur imitari; vt possint ea quoque quæ bona æmulatione digna sunt, consequi, magis quærentes spiritalia, quam carnalia, vt perseueranti gradu ad finem boni operis peruenire possint, &c. Imitemur ergo, & nos (*Apostolum,*) sicut hortatur, & castigemus corpus nostrum, & in seruitutem redigamus, si mundum volumus vincere, &c. Nihil ita hanc imitationem parit, quam si ita viuat aliquis, vt bonum eius in commune proficiat, atque vniuersis vtiliora prouideat, &c. *Magunt. sub Carolo c. 15. Capit. l. 7. c. 172. in addit.*

Cap. XVI.

Inter omnia peccata Leui, siue eorum, qui ex Leui sunt, sacerdotum Dei, illud & vltimum, & maximum ponitur, quare accipiant faciem in lege, vt non causam, sed personam considerent, iustumque pauperem despicientes, iniquos diuites suscipiant, & honorent. *Hier. in c. 2. Malach. apud Paris. sub Lud. & Loth. l. 1. c. 12. prope fin.*

Cap. XVII.

Hyginus clerum composuit, & distribuit gradus. *Dam. in Hygi.*

Cap. XVIII.

Deusdedit clerum multũ dilexit, sacerdotes, & clerum ad loca pristina reuocauit. *Ex Pont.*

Cap. XIX.

Agatho clerum diuersis ordinibus super quod competebat, honoribus ampliauit. *Ex Pontif.*

LIBER NONVS,

De Monachis & Canonicis regularibus, & de Sacris Virginibus.

NE RELIGIONES NOVÆ INSTITVANTVR; neve monasteria sine iussu Episcopi ædificentur.

TITVLVS PRIMVS.

CAPVT I.

18. q. 2. quidam. c. 10. NEMO ædificet, aut constituat monasterium, vel oratoriam domum sine voluntate Episcopi vrbis. *Chalc. c. 4. Iuo l. 3. ti. 16. cap. 1. pan. & part. 7. c. 1. decret. Ans. l. 5. c. 54.*

Cap. II.

Quidam monachi relictis monasteriis, vt imperent, & non obediant, domos oratorias ædificare conantur, non habentes ea, quæ oportet; prohibeatur hoc ab Episcopo eius loci. Idem in clericis, & laicis. *Nican. vj. cap. 17. Vid. Aur. 24.*

Cap. III.

De relig. dom. c. vlt. Gr. ix. & in 4. coll. c. 3. eo. tit. Ne nimia religiosorum diuersitas grauem in Ecclesia Dei offensionem inducat, firmiter prohibemus, ne quis de cætero nouam religionem inueniat; sed quicumque voluerit ad religionem conuerti, vnam de approbatis assumat. Similiter qui voluerit religionis domum fundare de nouo; regulam, & institutionem accipiat de religionibus approbatis. *Inn. iij. in conc. gener. Lateranens. c. 13.*

Cap. IV.

Monasterium nouum, nisi Episcopo permittente, aut probante, nullus incipere, aut fundare præsumat. *Agath. c. 27. Iuo part. 3. c. 157. decr.* 18. q. 2. de monachis. 12.

Cap. V.

Cællulas nouas, aut congregatiunculas monachorum absque notitia Episcopi prohibemus institui. *Agath. c. 58. Epau. ca. 10. Burch. lib. 8. ca. 74. Iuo part. 3. cap. 165. & part. 7. cap. 92. decr.* 18. q. 3. c. 13.

De voto. Tit. II.

CAPVT I.

AD reddendum vota sua Domino diligenter moneant, & inducant; & si necesse fuerit, per excommunicationis in personas, & interdicti sententias in terras eorum omni tergiuersatione cessante compellant; illis dumtaxat exceptis, quibus tale impedimentum occurrerit, propter quod secundum

sedis Apostolicæ prouidentiam, votum eorum commutari debeat merito, vel differri. *Inno.iij.in conc.gen.Lat.c.vlt.post princip.*

CAP. II.

Eos, qui vel pro Hierosolymitano, vel pro Hispanico itinere cruces sibi in vestibus posuisse noscuntur, & viam postea dimisisse, cruces iterato assumere, & viam ab instanti pascha vsque ad proximum sequens pascha perficere, Apostolica auctoritate præcipimus: alioquin ex tunc eos ab introitu Ecclesiæ sequestramus, & in omnibus terris eorum diuina officia, pretet infantibus baptismum, & morientibus pœnitentiam interdicimus. *Callist. ij. in conc.Rom.c.11.*

CAP. III.

12. q. 1. scimus. 9 Quicumque vestrum communem vitam susceptam habet, & vouit se nihil proprium habere; videat, ne pollicitationem suam irritam faciat, &c. Quoniam satius est non vouere, quam votum, prout melius potest, non perficere, &c. *Vrb.in ep.vni.prope fin.*

CAP. IV.

20. q. 3. c. 1. Propositum monachi proprio arbitrio, aut voluntate susceptum deseri non potest absq; peccato. Quod enim quis vouit Deo, debet & reddere, &c. *Leo ep.90.ad Rustic.Narbon.ca. 12. Vid.Tribur.26.Bur.l.8.ca.8.Iuo l.3.tit.16.c.9. pan. & par.7.ca.19.decr. Ans.l.7.ca.196.& l.11. c.147.*

CAP. V.

1. Par. 29. Nemo quidquam Domino recte vouerit, nisi ab ipso acceperit. Sicut legitur. Quę de manu tua accepimus, damus tibi. *Arausi.ij.ca.11.*

CAP. VI.

Psal. 75. Eccl. 5. a Ego scio, quantum mali sit profiteri sanctum aliquid, nec implere. Vouete, inquit, & reddite Domino Deo vestro, & melius est, non vouere; quam vouere, & non reddere. *August.in serm.52.ad fratres in eremo, de vita, & moribus cleric.apud Aqu.c.112.prope fin.*

CAP. VII.

Illud mihi visum est ridiculum, vouere aliquem à carnibus suillis abstinere; quamobrem dignare eos docere, vt ab ineptis votis, & promissis abstineant. *Basil.ad Amphilochium cap. 28.*

Ne quisquam ante legitimam ætatem monachus fiat. Tit. III.

CAPVT I.

Quoniam Deo se coniungere per separationem, à vitæ perturbationibus valde salutare est: oportet non sine examine nos in tempore solitariam vitam eligentes considerare, & traditam nobis formam à Patribus in his custodire, vt confessionem vitæ erga Deū tunc accipiamus, cum firma est cognitione, iudicio, & ratione. Sit igitur futurus monachus, non minor annis decem, cuius rei probatio Antistiti ostendatur, & si placeat maior ætas, vt instituatur. Nam magnus Basilius in canonibus sacris eam, quæ se offert Deo, & virginitatem suam, xvij. annorum esse vult, vt inter virgines ponatur. *Trull. ca. 40. Vid. Basil. ad Amphilo.c.18.*

CAP. II.

De clericis hoc statuimus; vt ij, qui hactenus inuenti sunt, siue in canonico, siue in monachico ordine tonsurati sine eorum voluntate; si liberi sunt, vt ita permaneant; & deinceps cauendum, vt [nullus tondeatur sine legitima ætate, & spontanea voluntate, vel cum licentia Domini sui. *Magunt.23.* c. 1. de regula. Grego. ix. & c. 3. eo. tit. in 1. coll.

Ne quis inuitus efficiatur monachus. Tit. IV.

CAPVT I.

Sicut, qui monasteria elegerunt, à monasteriis egredi non permittuntur; ita hi, qui inuiti sine iustæ ostensionis crimine, monasteriis sunt intromissi, nisi volentes non teneantur: quia, quod non petunt, non obseruant, &c. *Syn. Rom. sub Eugen.ij. & Leone iv.c.32.Cas. 9.c.12.* 20. q. 1. c. 9.

CAP. II.

Monachicum habitum induere, ac vitam remotam ducere, non nisi à spondente, diuinitus exiguntur. Vnde quisquis vim intulerit alicui, vt monachicum habitum, & vitam remotiorem, quam non optauit, nec elegit, assumat; hic tamquam violens peccatum euadere non valet; & quoniam quod agitur, ex accipientis voto non venit; nec accipiens religiosum habitum, inde mercedem habet, nec inferens crudelitatis suæ iudicio carebit. *Nicolaus ad consulta Bulgarorum. capite 87.*

Ne quisquam fiat monachus cum spe ascendendi ad altioris dignitatis gradum. Tit. V.

CAPVT I.

Prioribus canonibus concordantes, definimus, neminem de senatoria dignitate, vel mundana conuersatione nuper tonsum cū intentione, vel expectatione Pontificatus, vel Patriarchatus honoris, clericum, aut monachum factū, ad huiuscemodi scandere gradū, &c. Si vero quis per nullam suspicionem prædictæ concupiscentiæ expectationis, sed propter ipsum bonum humilitatis, quæ est circa Christum Iesum, abrenuntians mundo fiat clericus, aut monachus, & omnem gradum Ecclesiasticum transigens per definita nunc tempora irreprehensibilis extiterit, &c. placuit huic sanctæ, & vniuersali synodo, eligi hunc, & admitti. Circa eos autem, qui religiose morati sunt in ordine clericorum, &

monachorum, digni iudicati sunt Pontificatus dignitate pariter & honore, prædictum tempus abbreuiamus, &c. *Syno. viii. CP. sub Hadr. ij. cap. 5.*

CAP. II.

16.q.7.c. 20. per laicos. Vt nullus habitum monachi suscipiat, spem, aut promissionē habens, vt Abbas fiat. *Nicol. ij. in syno. Ro. cxiij. Episcoporum, c. 7.*

In monasteriis tantum hæ personæ, sint, quæ ali possint. Tit. VI.

CAPVT I.

Denuntiat. c. 2. Greg. ix. & in 2. collect. Non amplius suscipiatur in monasterio canonicorum, atque monachorum, seu etiam puellarum nisi quantum ratio permittit, & in eodem monasterio absque necessariarum rerum penuria degere possint. *Arelaten. sub Carolo cap. 8.*

CAP. II.

In monasteriis canonicorum monachorum, seu puellarum maior hominum numerus non admittatur, quam facultas monasterij possit sufferre. *Turon. sub Carolo c. 31.*

CAP. III.

Plus non mittatur in monasteria canonicorum, vel monachorum, aut puellarum quam sufferri possit. *Magunt. c. 19.*

CAP. IV.

In ciuitatibus, & monasteriis non maior numerus seruientium Deo mittatur, quā possibilitas eis ministrandi fuerit. *Rem. cap. 27.*

De probatione regularium personarum. Tit. VII.

CAPVT I.

Dist. 54. c. 23. multis. Qvisquis ex Iuris Ecclesiastici seruiture ad Dei seruitium conuerti desiderat, proberur prius in laico habitu constitutus, & si mores illius atque conuersatio bono desiderio eius testimoniū ferunt, absque retractatione seruire in monastetio omnipotenti Domino permittatur; & ab humano seruitio liber recedat, qui diuini obsequij districtiorem appetit seruitutem. *Greg. in conc. Rom. indict. 13. in fine lib. 4. reg. c. 88. Tribur. 29. Ansel. lib. 7. c. 175. Tarrac. lib. 4. cap. 21.*

CAP. II.

20. q. 4. monachū c. 3. p. in mona. chis. Monachos si verborum increpatio non emendauerit, etiam verberibus statuimus coërceri: nec eis ad solitarias cællulas liceat à congregatione discedere, nisi forte probatis post emeritos labores, &c. *Agath. c. 38. Ven. c. 7.*

CAP. III.

Quæcumque puellæ, seu propria voluntate monasterium expetunt, seu à parentibus offeruntur, annum in ipsa veste, qua intrauerint, permaneant. In his vero monasteriis, vbi non perpetuo tenentur inclusæ, triennium in ea, qua intrauerint, veste permaneant; & postmodum secundum statuta monasterij ipsius, in loco, quo elegerint permanere, vestimenta religionis accipiant, &c. *Aurel. vi. c. 19.*

CAP. IV.

Qui in vrbibus, & agris, in claustris se separare volunt, & sibi solis consulere, prius in monasterio ingredi oportet, & anachoriticam conuersationem discere, & triennio monasterij præfecto in Dei timore subiicere se, & in omnibus, vt decet, obedire: & ita profitentes voluntatem eius vitæ, & se ex toto corde id desiderate, apud eius loci Præfectum rursus anno extra claustrum sit, vt finis eius magis appareat, quod non vanam gloriam, sed quietem petat, &c. *Trul. c. 41.*

CAP. V.

Virgo nominatur, quæ se sua sponte Domino obtulit, & matrimonio renuntiauit, & vitam in sanctificatione prætulit. Professiones autem ab eo tempore iudicamus, quo ætas rationis complementum habuerit, non enim pueriles voces omnino in his esse ratas existimare oportet, sed eam, quæ supra sexdecim, vel septemdecim annos nata fuerit, rationisque compos, & diu examinata, probataque perseuerauerit, & vt admittatur precibus contendit; tunc oporter in sacrarum virginum catalogum referri, eiusque confessionem comprobare, & illius infirmationem inexorabiliter punire. Multas enim parentes, & fratres offerunt, & quidam eorum, qui eas cognatione attingunt, ante ætatem non ex se ipsis ad cælibatum incitatas; sed aliquid, quod ad victum suum pertinet, procurantes: quas non facile admittere oportet, donec aperte propriam suam sententiam perscrutati fuerimus. *Basilius in epist. 2. ad Amphilochium cap. 18. in fine.* 20. q. 1. c. firma.

De professione monachorum. Tit. VIII.

CAPVT I.

Monachum aut paterna deuotio, aut propria professio facit. Quidquid horum fuerit, alligatum tenebit. Proinde his ad mundum reuertendi intercludimus aditum, & omnes ad sæculum interdicimus regressus. *Tolet. iv. c. 48. Vorma. 23. Raban. c. 34. de pænit. Burch. lib. 8. cap. 6. Ivo par. 7. cap. 30. decr. Ansel. lib. 7. cap. 193. Tarrac. lib. 5. cap. 15.* 20. q. 1. c. 3.

CAP. II.

Vidua, quæ sanctæ religionis obtinere propositum voluerit, sacerdoti, vel ministro, ad quem aut ipsa venerit, aut quem ad se venire contigerit, scriptis professionem faciat à se aut signo, aut subscriptione notatam, continentem, se & religionis propositum velle, & hoc perenniter, inuiolate seruare, &c. *Tolet. x. c. 4.* 20. q. 1. c. vlt.

CAP. III.

Virorum professiones non nouimus, prætterquam si qui se ipsos monachorum ordini adiudicarint; qui tacite videntur cælibatum admittere: sed in illis quoque illud existimo præcedere oportere, vt ipsi interrogentur, & euidens ipsorum accipiatur professio; vt postquam se ad libidinosam, & voluptuariam vitam conuerterint, eorum, qui fornicantur, punitioni subiiciantur. *Basilicus ad Amphilochium, cap. 19.*

Monachi seruent regulam, quam profitentur. Tit. IX.

CAPVT I.

CVi vita est quieta, & solitaria, vt qui Domino Deo iugum monasticum tollere statuerit; in solitudine, & silentio sedebit. *Nican. ij. c. 22. ante finem.*

CAP. II.

Qui semel se Deo vouerunt, & habitum monachi ostenderunt, vel comas totonderunt: regularem teneant vitam, &c. Monasteriorum ordo debet persistere: vt muti ore, aut ab excellentioribus quotidie lectione, aut pia inter se agitatione monachi instruantur; qualiter non tantum monachale nomẽ, quasi auribus audiant; sed clarius intenta meditatione, vel eruditorum informatione scire queant: quibus moribus, vel actibus studeãt, aut participari cognoscentes: quod actu in orationibus, in lectionibus, in disputationibus, in vigiliis, in ieiuniis, moribus modesti, vt bene placati concordes esse debeant, & in cæteris multis, quæ aut à sanctis Patribus, aut à monasteriorum conditoribus, de eorum vita vbertissime repetiũtur exposita; & qualiter monachorum auctores non tantum habitu sequantur, & nomine: sed magis operibus, & virtute pertingere valeant. *Con. Rom. sub Eugenio ij. & Leone iv. c. 28.*

CAP. III.

Ordo monachorum, vel ancillarum Dei, secundum regulam sanctam stabilis permaneat. *Suession. sub Pipino post prin.*

CAP. IV.

Monasteria tam virorum, quam puellarũm, secundum ordinem, regulariter viuant, &c. *Vern. c. 5.*

CAP. V.

Monasteria monachorum, in quibus olim regula B. Benedicti conseruabatur, &c. ad pristinum reuertantur statum, & Abbates eorundem, in eodem habitu, ac vita, qua ipsa regula præcipit eos incedere: viuere studeant, &c. *Turo. sub Carolo. c. 25. Troslei. c. 3.*

CAP. VI.

Vt Abbates, & monachi secundum regulam sancti Benedicti viuant, qui se vt ita viuerent, cum attestatione professi sunt. *Cabilo. sub Carolo. c. 22.*

CAP. VII.

Abbates censuimus ita cum monachis suis pleniter viuere, &c. secundum doctrinam regulæ sancti Benedicti, quantum humana permittit fragilitas. *Magunt. cap. 11.*

CAP. VIII.

Sæculum relinquere, est, sicut Gregorius dicit, sæculi voluptatibus contraire. Hinc Paulus admonet dicens: Qui emunt, tamquam non possidentes, & qui vtuntur hoc mũdo, tamquam non vtantur, & Gregorius in libro pastorum: Vt videlicet sic vobis suppetant, & externus † seruiant, quatenus à supernæ dilectionis studio animum non reflectant. *Magunt. c. 16.* 1. Cor. 7. † ali. exterius

CAP. IX.

Lecta est regula sancti Benedicti, vt ad memoriam reduceretur Abbatib; minus scientibus, &c. qualiter & se, & suos, secundum eandem regulam custodire, valerent, atque gubernare. *Rem. c. 9.*

CAP. X.

Monachi, secundum traditam à B. Benedicto regulam, vnanimiter quantumcumq; posse est cuiusque religionis, regularem vitam in ordinibus sectentur. Sanctimoniales secundum id, quod earundem sexus fragilitati congruit, religioni cum omni diligentia subdantur. *Aquisgran. ij. sub Ludouico part. 3. c. 15.*

CAP. XI.

De monasteriis virorum, seu fœminarum, quæ secundum regulam S. Benedicti, vel secundum canonicam auctoritatem, disposita esse debent: quia inspiratio omnipotentis Dei credimus, cor vestri moderaminis incitauit, ipsi gratias referimus. Nam quod iam maxima ex parte ordinem suum amiserint, omnibus est manifestum. Quæ, vt ad pristinum statum reducantur, in Domini, ac genitoris vestri, ac vestra gloriosa dispositione consistit. *Ticin. sub Ludou. c. 8.*

CAP. XII.

Vt in ciuitatibus, & monasteriis vtriusque sexus, & ordinis, Dei cultus quam proxime fieri possit, instauraretur: statuit sancta synodus, annitente pio Principe: vt idonei legati dirigerentur; qui singulorum locorum statum solertissime perscrutarentur: & quæ ipsi per se non valerent corrigere, iudicio proximi futuri concilij, & potestati Regiæ reuelarent. *Syn. apud S. Meldardum. c. 4.*

CAP. XIII.

Monachi, vel sanctimoniales, iuxta suam professionem, sobrie, ac pie, & simpliciter viuant, & pro Regum salute, & Regni pace, & Ecclesiæ tranquillitate supplicent. *Troslei. c. 3. prope finem.*

CAP. XIV.

Vt monachi, & ancillæ Dei monasteriales iuxta regulam sancti Benedicti cœnobia, vel xenodochia sua ordinate, gubernare, & viuere studeant, & vitam propriam degere, secundum prædicti Patris ordinationem, non

negligant. *Syno. Franci. in fi. Capit. lib. 5. c. 2.*

CAP. XV.

Omnes sanctimoniales, excepta, quam infirmitas tenet, in dormitorio dormiant, & omnibus diebus ad conlationem veniant, & cætera seruent, quæ in regula sanctimonialium continentur, & quæ à sanctis Patribus illic constituta sunt. *Magunt. sub Rab. c. 16. Cabil. sub Carol. cap. 59. Burch. li. 8. c. 77. Iuo lib. 7. c. 95. decr.*

CAP. XVI.

Statuimus, & monachi per sua cœnobia regularem teneant ordinem. *Ludouicus ij. Imperator. apud Ticinen. synodum in fine.*

Filij à parentibus monasterio traditi, si postea consenserint, non possunt inde discedere. Tit. X.

CAPVT I.

20. q. 1. c. 2. addidistis. SI pater, vel mater filium, vel filiam, intra septa monasterij in infantiæ annis sub regulari tradiderit disciplina, vtrum liceat eis, postquam pubertatis impleuerint annos egredi, & matrimonio copulari? Hoc omnino euitamus: quia nefas est, vt oblatis à parentibus Deo filiis, voluptatis fræna laxentur. *Greg. ep. 6. ad Augustin.* Greg. iij. *ep. 4. ad Bonif. in medio. Worm. 22. Inop. 7. c. 15. decr.*

CAP. II.

Quæcumque puellæ, seu propria voluntate monasterium expetunt, seu à parentibus offeruntur, in ipsa, qua intrauerint, veste annum permaneant, &c. *Aurel. v. c. 18.*

CAP. III.

20. q. 1. c. 3. Monachum aut paterna deuotio, aut propria professio facit, quidquid horum fuerit, alligatum tenebit: proinde his ad mundum reuertendi intercludimus aditum; & omnes ad sæculum interdicimus regressus. *Toletan. iv. c. 48. Worma. 23. Raba. c. 34. de pœnit. Burch. lib. 8. c. 6. Iuo par. 7. c. 30. decr. Ansel. lib. 7. c. 177. & in Rom. post finem lib. 13. c. 65. Tarrac. lib. 5. cap. 15.*

CAP. IV.

Qui à parentibus detonsi fuerunt, aut sponte sua amissis parentibus; se ipsos religioni deuouerunt, & postea habitum sæcularem sumpserunt, à sacerdote comprehensi, ad cultum religionis, acta prius pœnitentia reuocentur, &c. *Tolet. iv. c. 54.*

CAP. V.

20. q. 2. c. 2. Si in qualibet minori ætate, vel religionis tonsuram, vel religioni debitam vestem, in vtroque sexu filiis, aut nolentibus, vel nescientibus, se susceptam, & non mox visam in filiis abdicauerint, sed vel coram se; vel coram Ecclesia, palamque in conuentu eosdem filios talia habere permiserint: ad sæcularem reuerti habitum ipsis filiis quandoque penitus non licebit, &c. *Tolet. x. c. 6. Burch. lib. 8. c. 1. Iuo lib. 3. tit. 16. c. 13. panor. & par. 7. cap. 27. decr. Ansel. lib. 11. cap. 176. in Rom. Cæsar. lib. 9. c. 24. Tarrac. lib. 6. c. 109.*

De coniugibus, qui ad religionem se conferunt. Tit. XI.

CAPVT I.

SI vir, & vxor diuertere pro sola religiosa inter se consenserint vita; nullatenus sine conscientia Episcopi fiat; vt ab eo singulariter prouiso constituantur loco. Nam vxore nolente, aut altero eorum etiam pro tali re matrimonium non soluatur. Vtraque enim pars consentiens, & magis alter ex illis diuini amoris, quam humani ardens, vt in castitate maneret, diuortium miserit, & postmodum pollicitationem propriam non obseruauerit; ad districtam mentiens pœnitentiam redigatur. *Syn. Rom. sub Eugen. ij. & Leon. iv. c. 36. Iuo lib. 6. tit. 5. c. 2. panor. & par. 8. c. 127. decr. Cæsar. lib. 10. cap. 98.* *27. q. 2. c. 22.*

CAP. II.

Si coniugatus vult monachus fieri; ex consensu mulieris fiat, ita, vt illa fiat monacha, vel profiteatur castitatem: quia eo viuente monacho, numquam habebit alium. Similiter de muliere. Si quis istorum præuaricator fuerit mandatorum excommunicationi subiaceat. *Gregor. vij. in syno. Rom. ann. incer. c. 20.*

CAP. III.

Si vir, & vxor vna caro sunt, & religionis causa vir vxorem dimittit, vel mulier virum in hoc mundo remanentem, vel fortasse ad illicita migrantem; quæ est ista migratio, vel conuersio, in qua vna, eademque caro & ex parte transit ad continentiam; & ex parte remanet in pollutione? Si vero vtrisq. conueniat, continentem vitam ducere; hoc quis audeat accusare? quando certum est, quod omnipotens Deus, qui minora concessit, maiora non prohibuit. Et quidem multos sanctorum nouimus cum suis coniugibus, & prius continentem vitam duxisse, & postmodum ad sanctæ Ecclesiæ regimina migrasse. *Greg. ad Theoctistam Patr..'am lib. 9. registr. epis. 39. ante fin. Iuo lib. 6. tit. 5. c. 4. panor. & par. 8. cap. 129. decr. Anselm lib. 10. c. 18. Cæsar. lib. 10 cap. 63. Tarrac. lib. 4. c. 50.* *27. q. 2. c. 18. sunt qui.*

Quo pacto serui possint fieri monachi. Tit. XII.

CAPVT I.

NVllum seruum religionis causa recipiant in monasterium monachi, præter sui Episcopi conscientiam. *Chal. cap. 4. in fine. Burch. lib. 8. c. 28. Iuo par. 7. cap. 48. & par. 16. cap. 46. decret.* *16. q. 1. c. 12. qui vere. p. & neminē.*

CAP. II.

Multos ex † Ecclesiastica familia * seu sæculari militia * nouimus ad omnipotentis *Dist. 54. c. 23.* *† de.*

Dei seruitium festinare, vt ab humana seruitute liberi, in diuino seruitio valeant * familiarius * in monasteriis conuersari. Quos † si passim dimittimus, omnibus fugiendi Ecclesiastici iuris Dominium occasionem præbemus. Si vero festinantes ad omnipotentis Dei seruitium, incaute retinemus; illi inuenimur negare quædam, qui dedit omnia. Vnde necesse est, vt quisquis est † iuris Ecclesiastici seruitute * vel sæcularis militiæ * ad Dei seruitium conuerti desiderat, probetur prius in laico habitu constitutus: & si mores illius † * atque conuersatio * bono desiderio illins † testimonium ferunt, absque vlla retractatione seruire in monasterio Deo permittatur, vt † à seruitio humano liber recedat, qui diuino amore † districtiorem subire appetit seruitutem: *Gregor. in conc. Roman. cap. 16. lib. 4. c. 88. & lib. 12. c. 33. reg. Vide Tribur. 29. Anselm. lib. 7. cap. 175. Tarrac. lib. 4. cap. 21.*

† Quod — *† ex* — *† eius* — *† eius* — *† &* — *† domini obsequij.*

C A P. III.

Dist. 54. generalis 12.

Propemodum causantur vniuersi, passim seruos, & originarios Dominorum iura, possessionemque fugientes, sub religiosæ conuersationis obtentu vel ad monasteria sese conferre, vel ad Ecclesiasticum famulatum, conniuentibus quoque Præsulibus, indifferenter admitti, &c. Quisquis Episcopus, presbyter, aut diaconus, vel eorum qui monasteriis præesse noscuntur, huiusmodi personas apud se tenentes, non restituendas patronis; aut deinceps vel Ecclesiasticæ seruituti, vel religiosis congregationibus putauerint applicandas, nisi voluntate forsitan Dominorũ sub scriptura testimonio primitus absolutas, vel legitima transactione concessas, periculum se honoris proprij non ambigant, communionisque subituros, si super hac re cuiusquam verax nos querela pulsauerit. *Gelas. epist. 1. cap. 16. Iuo par. 6. cap. 100. & par. 16. cap. 47. decret. Anselm. lib. 7. cap. 169. in Rom. Casar. lib. 9. c. 18.*

C A P. IV.

Quæcumque virgo sub patrocinio ante annos xii. non coacta, sed propria voluntate, sacrum velamen sibi imposuerit, annumque & diem, nullo repetente, velata permanserit; ab eodem sancto habitu vlterius non recedat, &c. Si vero idem patronus post annum, & diem sanctum propositum corrumpere, & velatam studuerit repetere, atque Christo suam sponsam rapere; secundum præstituta canonum præiudicemus, vt vires non obtineat, sed Christo Regi suam sponsam relinquat, &c. *Tribur. c. 24.*

Quibus de causis aliquæ personæ monasteriis includantur. Tit. XIII.

CAPVT I.

c. 4. de excess. Prel. Greg. ix.

QVi contra naturam peccauerint, &c. si clerici fuerint, eiiciantur à clero, vel pœnitentiam agendam in monasteriis detrudantur, &c. *Alex. iij. in conc. Later. c. 11.* *c. vlt. a. cohab. cleric. in 3. collect.*

C A P. II.

Quoniam qui peccatum in pœnitentiali iudicio sibi detectum, præsumpserit reuelare; non solum à sacerdotali officio deponendum decernimus; verum etiam ad agendam perpetuam pœnitentiam in arctum monasterium detrudendum. *Innocent. iij. in conc. gen. Later. cap. 21.*

De pœn. & remiss. Greg. ix. c. 2. eo. ti. in 4. coll.

C A P. III.

Sicut qui monasteria elegerunt, à monasteriis egredi non permittantur: ita hi, qui in monasterio inuiti sine insti ostensione criminis, sunt intromissi, nisi volentes non teneantur, &c. *Eugen. ij. & Leo iv. in syn. Roman. c. 32. Casar. lib 9. c. 12.* *20. q. 1. c. 9.*

C A P. IV.

Si Episcopus, Presbyter, aut diaconus capitale crimen commiserit, aut chartam falsauerit, aut testimonium falsum dixerit; ab officij honore depositus, in monasterium retrudatur, & ibi quamdiu vixerit, laicam tantummodo communionem accipiat. *Ag. c. 50.* *Dist. 50. si Episcopus. 7.*

C A P. V.

Si diaconus, aut Presbyter crimen capitale commiserit; ab officij honore depositus, in monasterium retrudatur, ibi tantummodo, quamdiu vixerit, communionem sumendo. *Epau. c. 22.*

C A P. VI.

Adulter clericus depositus ab officio, communione concessa, in monasterio toto vitæ suæ tempore trudatur. *Aurel. iij. capit. 7. Iuo lib. 3. istu. 11. cap. 11. panor. & par. 8. cap. 285. decret.* *Dist. 81. si quis. 10.*

C A P. VII.

Secundum concilia priscorum, orthodoxorum decreuit fraternitas; vt quicumque fuerit culpabilis inuentus clericus, aut honoratus de ciuitate, & ad monasterium fuerit deputatus, sic Abba, qui est prædictus, cum illo, qui dirigitur, agat, sicut ab Episcopo manifesta correctione fuerit ordinatus; aliter, si Abba, facere elegerit pro correptione, tempus aliquod suspendatur; quia ob hanc causam dirigitur, vt emendetur, non vt passim ferculis diuersis saturetur. *Nar. c. 6.*

C A P. VIII.

Vxor subdiaconi, exorcistæ, vel acolythi mortuo illo, secundo se non audeat sociare matrimonio. Quod si fecerit, separetur, & in cœnobiis puellar. Dei tradatur, & ibidem vsque ad exitum vitæ suæ permaneat. *Matisco. ij. c. 16.*

C A P. IX.

Si monachus in monasterio adulterium commiserit, aut peculiare habere præsumpserit, aut furtum fecerit; & hoc Abbas per se non emendauerit, aut Episcopo, aut Archidiacono non intimauerit, ad pœnitentiam agendam in alio monasterio retrudatur. *Antisiod. c. 23.*

CAP. X.

Desertorem clericum cingulo honoris, atque ordinationis suæ exutum, aliquo tempore monasterio religari conuenit, sicque postea in ministerio Ecclesiastici ordinis reuocari. *Hispal.ij.c.3.*

CAP. XI.

12.q.1. Si qui in clero impuberes, † aut adolescen-
omnis c. tes existunt, omnes in vno conclaui atrij com-
1. morētur, &c. Qui his præceptis resultauerint,
† puberes. monasteriis deputentur; vt vagantes animi, & superbi seueriori regula distringantur. *Tolet.iv.c.23. Ansel:lib.7.c.8.*

CAP. XII.

Episcopus, Presbyter, diaconus, clericus
26.q.5. magos, aut aruspices, &c. consulens, ab ho-
si quis c. nore dignitatis suæ depositus, monasterij cen-
3. suram excipiat, ibique perpetuæ pœnitentiæ deditus, scelus admissum sacrilegij soluat. *Tolet.iv.c.28. Raba.c.23. de pœnit. Burch.lib.10. cap.48. Iuo lib.3.tit.15.cap.3.& lib.8.tit.5.cap.4. panor.& par.11.cap.5.& cap.73.decr. Ansel.lib.11. cap.122.*

CAP. XIII.

28.q.1.c. Iudæorum filij, & filiæ baptizati, à parenti-
11. bus separentur, & monasteriis, aut Christianis viris, aut mulieribus Deum timentibus deputentur. *Tolet.iv.cap.59. Burchard.lib.4.cap.83. Iuo lib.1.tit.2.cap.66. panor.& par.1.c. 277.decr.*

CAP. XIV.

Quæ vxor fuerat Episcopi ante Episcopatum, & communi conuentione separata est à viro, post eius in Episcopatu ordinationem, in monasterium ingrediatur, longe ab Episcopi habitatione, & Episcopi prouidentia curetur, & si digna fuerit, aut diaconissæ dignitatem ascendat. *Trul.c.48.*

CAP. XV.

Si mortuo Episcopo, Presbyteri, aut alij clerici, quibus hoc munus incumbit, &c. ad commouendum Episcopum vicinum tardi inueniantur; totius anni spatio ad pœnitentiam in monasteriis deputentur, &c. *Tolet.vij.cap.3. Burch.lib.1.c.216. Iuo par.5.c.330.decr.*

CAP. XVI.

Simoniacus suscepto honoris gradu priuetur, & in monasterio sub perenni pœnitentia religetur, &c. *Tolet.viij.c.3.*

CAP. XVII.

Sacerdotes, & alij clerici incontinentes, &c. si omnino coërceri nequiuerint, vsque ad exitum vitæ suæ monasteriis deputati, disciplinis monasticis maneant omnino subiecti. *Tolet.viij.c.5.*

CAP. XVIII.

Sub pœnitentiæ oneribus vsque ad extremum vitæ monasteriis religandi sunt subdiaconi incontinentes. *Tolet.viij.c.6.*

CAP. XIX.

Apostatæ clerici monasterij claustris, donec vixerint, sub pœnitentia retrudendi sunt, &c. *Tolet.viij.c.7.in fine.*

CAP. XX.

Degradati Presbyteri agendæ pœnitentiæ *Dist.81.*
gratia in monasterio, aut canonico, aut regu- *dictum.*
lari mittantur. *Cabilo.sub Carolo c.40. Burch.lib.* 8.
2.c.191. Iuo par.6.c.236.decr.

CAP. XXI.

Innocentius constitutum fecit de omni Ecclesia, & de regulis monasteriorum, & de Iudæis, & de paganis, & multos Cataphrygas inuenit, quos in exilio monasterij relegauit. *Ex Pontif.*

De paupertate, & obedientia monachorum. Tit. XIV.

CAPVT I.

MOnachi non pretio recipiantur in mo- *De stat.*
nasterio; non peculium permittantur *monach.*
habere, &c. Qui vero peculium habuerit, ni- *c.2. Gre.*
si ei ab Abbate pro iniuncta fuerit administra- *ix. & in*
tione permissum, † de communione remo- *1. collect.*
ueatur altaris. Et qui in extremis cum pecu- *† commis-*
sum.
lio inuentus fuerit; nec oblatio pro eo fiat, nec inter fratres recipiat sepulturam, &c. *Alex. iij.in conc.Later.c.10.*

CAP. II.

Nullus monachorum sine testimonio, vel *18.q.2.c.*
consensu Abbatis sui in Ecclesia aliqua locum *5. Quam*
teneat, vel ad aliquem promoueatur hono- *sit.in fi.*
rem. *Greg. in syn. Lateran. de mona. nigris, prope fin.*

CAP. III.

Quamquam plura sint genera monachorum, obseruanda videlicet, & alia omnimodo refutanda; tamen de his, qui in solo habitu existunt, diligenti cura debet vnusquisque Episcoporum in sua diœcesi decertare, vt qui religiositate conantur illudere; boni pastoris studio coarctentur; vt ad proprium, de quo fuerint, reuertantur, monasterium; aut prospectu congruo in aliud mittantur; vt qui semel se Deo vouerunt, & habitum monachi ostenderunt, vel comas totonderunt; regularem teneant vitam, vno scilicet, vt conuenit, dormitorio, ac refectorio, dormientes, atque existentes & ad similitudinem Apostolorum omnia peragentes; quia nec *Act.4.*
quisquam, quod habebat, suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. *Syn. Rom. sub Eugen.ij.& Leone.iv.c.28.*

CAP. IV.

Perniciosam, & detestabilem consuetudi- *18.q.2.c.*
nem quarundam mulierum, quæ, licet neque *25.*
secundum regulam beati Benedicti, neque Basilij, aut Augustini viuunt, sanctimoniales tamen vulgo censeri desiderant, aboleri decernimus. Cum iuxta regulam degentes in cœnobiis, tam in Ecclesia, quam in refectorio communiter esse debeant, propria sibi ædificant receptacula, & priuata domicilia; in quibus sub hospitalitatis velamine passim hospites minus religiosos, contra sa-

cros,& bonos mores suscipere nullatenus erubescant. *Inn. in conc. Rom. c. 20. al. 26.*

CAP. V.

Sanctimoniales, & mulieres, quæ Canonicæ nominantur; & irregulariter viuunt, iuxta beatorum Benedicti, & Augustini regulam vitam suam in melius corrigant, & emendent, &c. in claustro assidue permanentes, communi refectorio, & dormitorio sint contentæ; & relictis præbendis, & aliis propriis, earum necessitatibus de communi prouideatur, &c. Prohibemus etiam, ne in earundem collegiis aliqua, nisi quæ regulariter victura fuerit, recipiatur. *Eugen. iij. in conc. Remen. cap. 4.*

CAP. VI.

12. q. 1. *Scimus.* 9. Quicunque vestrum communem vitam susceptam habet, & vouit se nihil proprium habere, videat, ne pollicitationem suam irritam faciat. Sed hoc, quod Domino est pollicitus, fideliter custodiat; ne damnationem, sed præmium sibi acquirat. Quoniam satius est non vouere, quam votum, prout melius potest, non perficere. *Vrban. epist. singu. ante finem.*

CAP. VII.

18. q. 2. *Abbates.* 16. Monachi Abbatibus omni obedientia, & deuotione subiaceant. Quod si quis per contumaciam fuerit indeuotus, aut vagetur, aut peculiare aliquid habeat: acquisita ab Abbatibus auferantur, secundum regulam monasterio profutura: ipsi vbi inuenti fuerint cum auxilio Episcopi, tamquam fugaces, sub custodia reuocentur; & reum se ille Abbas futurum esse cognoscat, qui in huiuscemodi personis, non regulari animaduersione distrinxerit; vel qui susceperit monachum allenum. *Aurel. c. 15. al. 19. al. 21. Burch. lib. 8. c. 67. Ivo par. 7. c. 85. decr.*

CAP. VIII.

Si monachus in monasterio adulterium commiserit, aut peculiare habere præsumpserit, aut furtum fecerit, & hoc Abbas per se non emendauerit, aut Episcopo, aut Archidiacono non intimauerit: ad pœnitentiam agendam in alio monasterio retrudatur. *Antisio. c. 23.*

CAP. IX.

Monachi non migrent de loco ad locum, hoc est de monasterio ad monasterium, nisi per missionem proprij Abbatis, sed in ea permaneant obedientia, quam tempore suæ conuersionis promiserunt. *Angli. c. 4.*

CAP. X.

De illis hominibus, qui dicunt, quod se propter Deum tonsurassent, & modo res eorum, vel pecunias habent, & nec sub manu Episcopi sunt, nec in monasterio regulariter viuunt, placuit; vt in monasterio sint sub ordine regulari, aut sub manu Episcopi sub ordine canonico: & si aliter fecerint, & correpti ab Episcopo suo, se emendare noluerint, excommunicentur; & de ancillis Dei eadem forma seruetur. *Vernen. sub Pipino c. 11.*

CAP. XI.

Eis, qui militant Deo, fugiendæ sunt ex toto corde diuitiæ: quas qui habere volunt, sine labore non quærunt, sine difficultate non inueniunt, sine cura non seruant, sine anxia delectatione non possident, sine dolore non perdunt. Apostolus autem Christi militibus dixit: Volo vos sine sollicitudine esse. Et radix omnium malorum est cupiditas, seu auaritia; quam quidam appetentes, errauerunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis. Ac si census iste terrenus eis, à quibus vitiose diligitur, non est voluptatum materia, sed dolorum. Quapropter expedit facultates Ecclesiæ possidere, vt inde viuant, qui non sæculo, cuius gaudia fugitiua repudiant, sed Deo deseruiunt, cuius ineffabilia bona desiderant. *Prosper lib. 2. de vita acti. & contempla. c. 14. apud Aquisg. c. 110. in fi.* 1. Cor. 7. f. 1. Tim. 6. b.

CAP. XII.

Qui mente, & corpore vult contemnere sæculum, & pauper sequi Christum; audiat ipsum dicentem in Euangelio: Si vis perfectus esse, vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & veni, sequere me. Et iterum: Omnis, qui reliquerit domum, aut fratres, aut patrem, aut matrem, aut agros propter me: centuplum accipiet; & vitam æternam possidebit. Ad discipulos autem: Vos, inquit, qui reliquistis omnia, & sequuti estis me; sedebitis super sedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Israel. Hæc, & huiusmodi præcepta solis specialiter congruunt monachis: & quanto singularia, tanto & præcipua. *Aquisgr. 114 in prin.* Matt. 19. c. Ibidem. Ibidem.

CAP. XIII.

Monachi, qui Euangelicum præceptum sequentes, abstractis, atque renuntiatis patrimoniis, sua Christo dedere; merito de facultatibus Ecclesiæ subsidium accipiunt temporale; vt quia tanto mentis desiderio cælestia appetunt, sic in hac peregrinationis via sumptibus Dominicis sustentrentur; quatenus ad ea, quæ contempserunt, minime redire qualibet necessitatis causa compellantur; & quia nihil sibi proprium reliquerunt; manifestum est, illos copiosius Ecclesiæ sumptibus, quam canonicos, qui suis, & Ecclesiæ licite vtuntur, indigere. Vnusquisque enim, vt ait Apostolus, proprium donum habet à Deo. *Aquisgr. c. 115. in fine.* 1. Cor. 7. a.

CAP. XIV.

Nullus monachorum aliquid proprietatis habeat, & res sæculares, quibus renuntiauit, nullatenus sibi vsurpet, nec parochias Ecclesiarum accipere præsumat sine consensu Episcopi. De ipsis vero titulis, in quibus constituti fuerint, rationem Episcopo, vel eius vicario reddant, & conuocati ad synodum veniant. *Magunt. sub Rabano c. 14.*

CAP. XV.

Auditur, quod monachi nequaquam con-

tenti communibus rebus, proptius, & lucris turpibus inseruiant; quod virium, tanquã pessimum cancer, ne vitra proserpat, radicitus auellendum est, & Abbatum, & Episcoporum vigili cura recidendum. *Trosleia. cap. 3. in fine.*

De ieiuniis monachorum. Tit. XV.

CAPVT I.

De ieiuniis antiqua à monachis instituta conseruentur; vt de pascha vsque quinquagesimam, exceptis rogationibus omni die fratribus prandium præparetur. Post quinquagesimam tota hebdomada exacte ieiunent. Postea vsque ad Kal. Aug. ter in septimana ieiunent secunda, quarta, & sexta die, exceptis his, qui aliqua infirmitate constricti sunt. In Augusto, quia quotidie missæ sanctorum sunt, prandium habeant. In Septembri toto, † & Nouembri, ter in septimana. De Decembri vsque ad natalem Domini, omni die ieiunent. Et quia inter natalem Domini, & Epiphaniam omni die festiuitates sunt, itemque prandebunt. Excipitur triduum illud, quo ad calcandam Gentilium consuetudinem Patres nostros nostri statuerunt, priuatas in Kal. Ianuar. fieri litanias; vt in Ecclesia psallatur, & hora octaua in ipsis Kal. Circumcisionis missa Deo propitio celebretur. Post Epiphaniam vero vsque ad quadragesimam ter in septimana ieiunent. *Turon. ij. c. 18.*

† Octobri f.

De virginitatis laudibus. Tit. XVI.

CAPVT I.

Nos sane nuptiarum vota non aspernanter accepimus, quibus velamine interfuimus; sed virgines quas nuptiæ creant, Deo deuotas maiore honorificentia munetamus. Contra Iouinianum & alios, &c. *Syrici. ep. 2. in fin.*

Cap. II.

Dist. 30. hos autem. 16. Dist. 41. c. 5.

Virginitatem cum humilitate admiramur, continentiam cum castitate, & pietate suscipimus. Separationem à mundanis rebus cum humilitate recipimus, &c. [parsimoniam, & humilitatem vestium ad corporis coërtionem non inanem laudamus, &c. *Gang. in fin. Iuopar. 8. c. 321. decr.*

Cap. III.

Multa de comparatione virginitatis, & matrimonij, & de virginitate beatæ Mariæ in partu, & de viduis; contra Iouinianum, & alios. *Ambr. & alij ad Syrici.*

Cap. IV.

Cum duæ sint viæ in vita: vna quidem moderatior, & vitæ magis conueniens, dico matrimonium: alia autem angelica, & qua excellentior esse non potest, virginitas. si quis quidem mundanam, scilicet, matrimonium elegerit; reprehensione quidem vacabit, sed non tot dona accipiat. Accipiet enim; nam & ipsum fert fructum tricesimum. Si quis autem castam, & supra mundanam amplexus fuerit; etiam si primo aspera, & ardua via est, habet tamen dona admirabiliora; perfectum enim fructum centesimum produxit. *Athanas. Episcop. ad Ammunm monachum, prope finem.*

Cap. V.

Illud nobis confiteri est necessarium, quod virgo nominatur, quæ se sua sponte Domino obtulit, & matrimonio renuntiauit, & vitam in sanctificatione prætulit. *Basils. in ep. 2. ad Amphilochium. c. 18.*

Cap. VI.

Quæcumque mulieres (*ante baptismum*) virginitatem professæ sunt, deinde postea matrimonium maluerunt; non existimo eas oportere condemnari. Quæcumque enim dicit lex, iis dicit, qui sunt in lege. Quæcunque autem iugum Christi nondum subierunt, ex nec Domini leges norunt. Quare sunt ab Ecclesia cum omnibus suscipiendæ. *Basilius ad Amphilochium c. 20.*

De castitate monachorum, & Canonicorum. Tit. XVII.

CAPVT I.

Virgo, quæ se Deo dicauit, & monachi, nuptias contrahere non possunt. Si fecerint, sint excommunicati. Sed potest Episcopus humanitatem præbere eis. *Chalc. c. 16. Coloniensis. sub Carolo. iij. c. 6. Triburie. c. 23. Burc. lib. 8. c. 30. Iuopar. 7. c. 49. decr. Ansel. lib. 11. c. 89. Casar. lib. 10. c. 116.* 27. q. 1. c. 22. si qua & c. virginem. 12.

Cap. II.

Qui sponte ad monasterium peruenerit, & postmodum ad nuptias, vel ad militiam deuoluitur, publice satisfactionem pœnitentiæ gerat. *Syn. Rom. sub Leone iv. c. 32.*

Cap. III.

Statuimus, quatenus Episcopi, &c. regulares Canonici, & monachi, conuersi, & professi, qui sanctum transgredientes propositum, vxores sibi copulare præsumpserint, separentur, &c. & condignam pœnitentiam agant. Id ipsum de sanctimonialibus fœminis si nupserint, obseruari decernimus. *Innoc. y. in conc. Rom. c. 5. Eug. iij. in conc. Remen. c. 7. Panit. Rom. ett. 9. c. 7. Ino in fi. panor.* 27. q. 1. ut lex. 40.

Cap. IV.

Presbyteris, diaconibus, subdiaconibus, & monachis concubinas habere, seu matrimonia contrahere penitus interdicimus, contractaque matrimonia ab huiusmodi personis disiungi, & ad pœnitentiam debere redigi, iuxta sacrorum canonum definitionem Dist. 27. c. 8.

iudicatum. *Callist. ij. in concil. Roman. c. 20. Pœnit. Rom. par. 8. c. 8.*

CAP. V.

27. q. 1. c. 40. vt lex. Canonici regulares, & monachi, atque conuersi, & professi, qui sanctum transgredientes propositum, vxores sibi copulare præsumpserint; separentur. Huiusmodi namque copulationem, quoniam contra Ecclesiasticam regulam constat esse contractam; matrimonium non esse censemus. Qui etiam ab inuicem separati, pro tantis excessibus condignam pœnitentiam agant. Id ipsum quoque de sanctimonialibus fœminis, si quod absit, nubere attentauerint, obseruari decernimus. *Inno. ij. in conc. Rom. cap. 5. Eugen. iij. in conc. Rem. in fine panor. Iuonis. Pœnit. Rom. par. 8. c. 7.*

CAP. VI.

27. q. 1. c. 11. impudicas. Monachorum quosdam, atque monacharum abiecto proposito sanctitatis, in tantam (*dicis*) demersos esse lasciuiam; vt prius clanculo, velut sub monasteriorum prætextu, illicita, ac sacrilega se contagione miscuerint. Postea vero in abruptum conscientiæ desperatione perducti, de illicitis complexibus libere filios procreauerint; quod & publicæ leges, & Ecclesiastica iura condemnant. Has ergo impudicas, detestabilesque personas à monasteriorum cœtu, Ecclesiarumque conuentibus eliminandas esse mandamus; quatenus retrusæ in suis ergastulis, tantum facinus continua lamentatione deflentes, purificatorio possint pœnitudinis igne decoqui; vt eis vel ad mortem saltem solius misericordiæ intuitu, per communionis gratiam indulgentia subuenire possit. *Syrici. ep. 1. c. 6. Tribur. c. 23. & 26. Ansel. lib. 11. c. 143.*

CAP. VII.

20. q. 3. c. propositum. c. 1. Qui relicta singularitatis professione ad militiam, vel ad nuptias deuolutus est; publicæ pœnitentiæ satisfactione purgandus est. Quia etsi innocens militia, & honestum potest esse coniugium, electionem tamen meliorum † deseruisse transgressio est. *Leo epist. 90. c. 12. ad Rustic. Narbon. Episcop. Vid. Tribu. cap. 26. Burch. lib. 8. cap. 8. Iuo lib. 3. tit. 16. c. 9. panor. & par. 7. c. 19. decr. Anselm. lib. 7. cap. 196. & lib. 11. cap. 147.*

† meliores. vel meliorem.

CAP. VIII.

27. q. 1. quotquot. 24. Qui promissionem virginitatis mentiuntur, digami definitionem sequantur. *Ancyr. 19. Raban. ca. 4. de pœnit. Iuo par. 6. c. 351. decr. Tarrac. lib. 1. cap. 110.*

CAP. IX.

Hi, qui sunt desertores professæ castitatis, præuaricatores habendi, & his omnibus per pœnitentiam legitimam consulendum. *Arausi. c. 28.*

CAP. X.

Qui se sacratis virginibus per coniunctionem nefandam miscuerit, vel propositum professæ religionis dereliquerit: vtrique à communione habeantur alieni, quia si quis templum Dei violauerit, disperdet illum Deus, donec resipiscentes, à laqueo Diaboli, à quo capti tenentur, ab ipsius voluntate ad auxilium pœnitentiæ reuertantur. *Turon. c. 6.*

CAP. XI.

Monachus si postea vxori, vel pellici fuerit sociatus, numquam ecclesiastici gradus officium sortiatur. *Aurel. c. 21. al. 23.* 27. q. 1. monach. 32.

CAP. XII.

De his, quos voluntas parentum à primis infantiæ annis in clericatus officio, vel monachali posuit, pariter statuimus obseruandum; vt mox cum detonsi, vel ministerio electorum † contraditi fuerint, in domo ecclesiæ, sub Episcopali præsentia, à præposito sibi debeant erudiri. At vbi octauum decimum ætatis suæ compleuerint annum, coram totius cleri, plebisque conspectu voluntas eorum de expetendo coniugio ab Episcopo perscrutetur: quibus si gratia castitatis, Deo inspirante placuerit, & promissione castimoniæ suæ absque coniugali necessitate, responderint, seruaturos; hi tanquam appetitores arctissimæ viæ, leuissimo Domini iugo subdantur, &c. Canendum tamen est his, ne quando suæ sponsionis immemores, ad terrenas nuptias, aut abortiuos concubitus vltra recurrant. Quod si forte fecerint, vt sacrilegu rei, ab Ecclesia habeantur extranei, &c. *Tolet. ij c. 1. Lemou. act. 2. post. med. Ansel. lib. 7. c. 42.* Dist. 28. c. 5.

† lectorum.

CAP. XIII.

Si qui in monasterio conuersi sunt, aut conuerti voluerint, non habeant licentiam euagandi, nec coniugem ducere, aut extranearum mulierum familiaritatem habere. Si vxorem duxerit, excommunicetur, & de vxoris male sociatæ consortio, etiam iudicis auxilio separetur. Quod si iudex ad hoc solatium dare noluerit, excommunicetur. Si per cuiuscumque parrocinium se conatus fuerit defensare, ambo ab Ecclesia segregentur, donec reuertatur ad septa monasterij, & indictam ab Abbate, quamdiu ei præceptum fuerit, agat pœnitentiam, & post satisfactionem reuertatur ad gratiam. *Turon. ij. cap. 16.*

CAP. XIV.

Non licet Abbati, nec monacho ad nuptias ambulare. *Antis. c. 24.*

CAP. XV.

Nonnulli monachorum egredientes à monasterio, non solum ad sæculum reuertuntur, sed etiam vxores accipiunt. Reuocati in eodem monasterio, à quo exierant, pœnitentiæ deputentur, ibique defleant crimina sua, vnde decesserunt. *Tolet. iv. c. 51.*

CAP. XVI.

Monachus in fornicatione deprehensus, vel vxorem ducere, fornicantium pœnis, iuxta canones subiiciatur. *Trul. c. 44.*

CAP. XVII.

Si clericus, vel monachus in fornicationis

pec-

peccatum ceciderit, post tertiam verberationem in carcerem missus, verrentem annum ibi pœnitentiam agat. Similiter & nonnanes, velatæ, vel sanctimoniales eadem pœnitentia contineantur, & radantur omnes capilli capitis earum. *Syn. Franc. prope fin. Capitul. lib. 5. cap. 2.*

CAP. XVIII.

Canonicorum fornicatio pro matrimonio non reputetur, sed eorum coniunctio omnino dissolvatur. *Basil. ad Amphiloc. epist. 2. cap. 6. Canonicos vocat clericos in canone clericorum, & monachos, & monachas virginitatem professas. Balsam.*

CAP. XIX.

Quæ virginitatem professa à voto suo, ac professione lapsa est, peccati adulterii tempus in suæ vitæ dispensatione complebit. Idem & in his, qui vitam monasticam profitentur, & labuntur. *Basil. ad Amphiloch. ep. 3. cap. 60.*

Ne monachi cum fœminis sint in balneis. Tit. XVIII.

CAPVT I.

Dist. 81. c. 28. NOn oportet sacerdotes, clericos, vel ascetas, vel laicos in balneo cum mulieribus lauari; hæc enim prima reprehensio est Gentilium. *Laod. c. 30.*

CAP. II.

Sacerdotes, clericos, vel ascetas non oportet in balneo cum mulieribus lauari, neque aliquem Christianum, id enim primum Gentiles reprehendunt; clericus deponatur, laicus excommunicetur. *Trul. c. 78.*

Ne fœminæ habitent in monasteriis monachorum, aut ea ingrediantur; neque viri introëant in monasteria sanctimonialium. Tit. XIX.

CAPVT I.

1. Cor. 10. NE suspicio detur exteris, inquit Apostolus, mulieres degere in Episcopiis, & in monasteriis, suspicionis plenum est. Si quis ancillam, vel liberam in eis locis habuerit ad aliquod ministerium, puniatur; si perseuerat, deponatur. Si vero in suburbanis mulieres sint, & velint Episcopus, vel Præpositus illic aliquid agere, dum illic sunt, non liceat mulieribus degere, sed secedant. *Nic. ij. c. 18.*

CAP. II.

Monasteria puellarum non nisi probatæ vitæ, & ætatis prouectæ ad quascumque earum necessitates, vel ministrationes laici permittantur intrare. *Epau. cap. 38. Arelat. sub Carolo cap. 7.*

CAP. III.

Mulier intra septa monasterij nullatenus introire permittatur. Si Abbas in hac parte, aut Præpositus negligens apparuerit; qui eam viderit, & non statim eiecerit, excommunicetur. *Turon. ij. cap. 17.*

CAP. IV.

Nullus Episcopus, Presbyter, diaconus, clericus, vel quicumque sæcularis in monasteriis puellarum, nisi probatæ vitæ, & ætatis prouectæ, præter vtilitatem, aut pro quacumque reparatione monasterij, in quacumque earum necessitate habitare, aut secretas collocutiones habere præsumant. Nec intra salutatorium, † aut oratorium ingredi permittantur, præcipue Iudæi; nec pro quorumcumque negotiorum occasione puellis intra monasterium Deo dicatis, aliquid secretius colloqui, aut familiaritatem, vel moras ibid. habere præsumant. *Mat. c. 2.* † *sacrarium.*

CAP. V.

Si quis Abbas mulierem in monasterio ingredi permiserit, aut festiuitates aliquas ibi spectare præceperit, tribus mensibus in monasterio retrudatur, pane & aqua contentus. *Antisio. cap. 26.*

CAP. VI.

Neque in virorum monasterio, muliet, neque in mulierum vir dormiat, vt extra omne scandalum sint fideles, &c. Si quis fecerit, clericus, siue laicus excommunicetur. *Trul. c. 47.*

CAP. VII.

Presbyteris, diaconibus, cæterisque clericis infra claustra monasteriorum puellarum non sit concessum habitare. Neque intrent monasteria, &c. Similiter & aliis hominibus eadem monasteria importune frequentare cupientibus omnis aditus præcludatur. *Turon. sub Carol. cap. 29.*

CAP. VIII.

Nullus vassus Abbatissæ, nec minister aliquis, nec clericus, nec laicus claustra ancillarum Dei ingrediatur, nisi forte quando necessitas operandi incumbit. *Cabilon. sub Carolo cap. 63.*

Ne monasteria monachorum, & sanctimonialium sint duplicia, vel vicina: neve in eodem choro sint. Tit. XX.

CAPVT I.

MOnasteria duplicia ne fiant, quia scandalum, & irrisio multis sunt. Si quæ vero cum propinquis volunt manere, & vitam solitariam agere, viri ad virorum monasteria eant, mulieres ad mulierum, ita Deo magis placebit. Facta autem hactenus conseruentur, iuxta canonem sancti Patris nostri Basilij, & iuxta eius ordinem viuant. Non degant simul monachi, & sanctimoniales: ne facile labantur. Mona- *18. q. 2. definitioni. 21.*

cho non liceat separatim conuersari cum sanctimoniali. Non dormiat monachus in monasterio earum; non comedant simul mas, & fœmina. Necessaria vitæ si à parte virorum adferantur ad mulieres canonicas, ea suscipiat Præposita extra ianuam cum aliqua anu. Si consanguineam velit videre monachus, præsente Præposita conuersentur, breuibus, & paucis verbis. *Nicæ. ij.c.20. Iuo par.7.c.25. decr.Cæsar.lib.9.c.50.*

CAP. II.

18.q.2.c. 25.perni- ciosam.p.1. Prohibemus, ne sanctimoniales simul cum canonicis, siue monachis in Ecclesia, in vno choro conueniant ad psallendum. *Innoc. ij. in conc. Rom.c.21.*

CAP. III.

18.q.2.c. 25. Monasteria puellarum longius à monasteriis monachorum, aut propter insidias Diaboli, aut propter oblocutiones hominum, collocentur. *Agath.c.28. Iuo par.3.c.158.decr.*

Presbyteri, aut monachi, qui faciunt sacra apud sanctimoniales, statim discedant. Tit. XXI.

CAPVT I.

AD faciendas missas qui in monasteria puellarum ingressi fuerint, statim exacto ministerio regredi festinabunt. Alias autem nec clericus, nec monachus iuuenis ad puellarum congregationem habebunt accessum, nisi aut paterna, aut germana necessitudo probetur admittere. *Epaun.c.38. Arelat. sub Carolo cap.7.*

CAP. II.

Ne Presbyteri, diaconi, cæterique clerici intrent (*puellarum*) monasteria, nisi tempore, quo missarum solemnia celebranda sunt, vel alia quælibet Ecclesiastica officia peragenda; quibus peractis statim egrediantur, nec ibi postea aliquam moram faciant. Similiter & aliis hominibus eadem monasteria importune frequentare cupientibus omnis aditus præcludatur. *Turo. sub Caro.c.29.*

CAP. III.

Non debere Presbyteros amplius in monasterio puellari immorari, nisi donec missarum solemnia, aut aliquid ibi de Dei seruitio, & suo ministerio expleant. *Cabilo sub Carolo cap.60.*

CAP. IV.

Presbyteris per monasteria puellarum opportuno tempore liceat missarum solemnia celebrare, & iterum ad proprias Ecclesias redire. *Magunt.c.26.*

CAP. V.

Quando sacerdotibus in monasteriis puellaribus missarum celebrationes faciendę sunt, cum ministris sibi deputatis illuc ingrediantur; quibus rite peractis, non ad secretas collocutiones sanctimonialium se vllo modo diuertant, sed cum ministris suis illico egrediantur. *Parisien. sub Ludouic. & Lothar. lib.1.c.46. post principium.*

Ne monachi, vel canonici fœminis, neve sanctimoniales viris valde familiariter vtantur Tit. XXII.

CAPVT I.

NOn degant simul monachi, & sanctimoniales: ne facile labantur. Monacho non liceat separatim conuersari cum sanctimoniali, &c. *Nicæ.ij.c.20. Iuo par.7.c.25.decr.Cæsar.lib.9.cap.50.* 18.q.2.diffinimus. 21.

CAP. II.

Monasteria præterea sanctimonialium, si quisquam clericus sine manifesta, & necessaria causa, frequentare præsumpserit; per Episcopum arceatur, & si non destiterit, à beneficio Ecclesiastico reddatur immunis. *Alex. iij. in conc. Later.c.11.* De vita, & honestate cleric.ca.8. 3. Grego. ix. & in 3. collect.

CAP. III.

Clerici, vel continentes ad viduas, vel virgines non ingrediantur, sine voluntate Episcopi, vel Presbyterorum; tunc vero non soli, sed cum aliis clericis ingrediantur, vel cum illis personis, cum quibus Episcopi, vel Presbyteri ingredi possunt, puta Presbyteris, vel laicis honestis. *Carth.cap.38. G. Carth.iij.cap.25. L. Afric.5. L. Capitul.lib.7.cap.28. Ansegim.lib.7.cap.143.* Dist. 81. c.32.

CAP. IV.

Ad reatum Episcopi pertinet, vel Presbyteri, qui P   ɔchiæ præest, si sustentandæ vitæ præsentis causa, adolescentiores viduæ, vel sanctimoniales clericorum familiaritatibus subiiciantur. *Cart.iv.c.102. Burch.lib.8 c.55. Iuo par.7.c.73.decr. Cæsar.lib.9.c.60.* Dist. 81. c.33.

CAP. V.

Puella Dei, nec familiaritatem habeat cum confessore, aut cum quolibet laico sanguinis alieni, aut conuiuium sola adeat; nisi vbi sit seniorum, aut honestorum, aut viduarum, honestarumque frequentia, vbi honeste confessor quilibet, cum plurimorum testimonio testium, conuiuio interesse possit. Cum lectoribus autem in ipsorum domibus, non admittendas penitus, nec videndas, nisi forte consanguinea soror sit, vel vterina. *Toletan.c.6.*

CAP. VI.

Nulla professa, vel vidua absente Episcopo, vel Presbytero, in domo sua antiphonas cum confessore, vel seruo suo faciat. *Tolet.c.9.*

CAP. VII.

Religiosus, vel monachus, qui familiarius cum propinqua eius curæ commissa conuersatur, in cella monasterij inclusus, pœnitentiæ lamentis incumbat, vbi singulari afflictione panis, & aquæ victum ex Abbatis ordinatione percipiat. *Tarr.c.1.*

CAP. VIII.

Abbatissa cum viris, clericis, siue laicis,

horis incompetentibus non loquatur, sed quidquid cum masculis clericis, siue laicis de rebus necessariis peragere debet, à prima hora vsque ad vespertinam peragat. Et hoc non cum singulis, sed coram pluribus. *Cabilo. sub Carolo c. 55.*

CAP. IX.

A vespera vsque ad primam neque Abbatissa, neque alia sanctimonialium cum quibuslibet masculis vllum colloquium habeant, nisi forte talis fuerit occasio, quam euitare non possint, & si necessitas incubuerit, id coram testibus facere debebunt. *Cabilo. sub Carolo cap. 56.*

CAP. X.

Non debere sanctimoniales in propriis mansionibus cum aliquibus masculis clericis, siue laicis, consanguineis, siue extraneis bibere, siue comedere: sed si quando id agendum est, in adiutorio agatur; & vbi adiutorium deest, non fiat. Et cum nullo masculo eis colloquium habere liceat, nisi in adiutorio, & ibi coram testibus. *Cabilo. sub Carolo c. 61.*

CAP. XI.

Fœminis, non solum in mansionibus & claustris canonicorum prandendum, aut requiescendum non est: quin potius, nec in ea intrandi, excepto in Ecclesiam, vltra tribuenda facultas, quia valde hoc à sanctis Patribus legitur inhibitum. Si quid vero caritatis officio illius attribuendum est; extra claustra constituatur locus, in quo id accipiant. Qui verò secus, quam præmissum est, agere tentauerit: ita seueriter à Prælatis, & à magistris corrigatur; vt cæteris, ne quid tale agere pertentent, exemplo correptionis sibi exhibitæ, terrorem incutiat. *Aquisg. c. 144.*

CAP. XII.

Comperimus quosdam canonicos, & monachos, posthabito religionis suæ pudore, monasteria sanctimonialium, tam monacharum, quam canonicarum, inconsulto Episcopo suo, imprudenter, atque irreuerenter adire, &c. Quod factum, quia nec canonico, nec monastico conuenit proposito, prorsus interdicimus, nisi forte causa prædicationis, aut certe ineuitabilis necessitas id facere coëgerit: & hoc nullatenus sine licentia Episcopi, aut illius qui vice illius fungitur, fieri præsumatur. Quod si sermo prædicationis faciendus est; congruo in loco coram omnibus fiat. Si colloquendum cum aliqua sanctimonialiū, ratio expostulat; id non alibi, nisi in constituto loco, id est, in auditorio, sub testimonio virorum religiosorum, & religiosarum fœminarum fiat, &c. Porro si sacerdotibus sanctimoniales peccata sua confiteri voluerint, id non nisi in Ecclesia coram sancto altari, adstantibus haud procul testibus faciant. Si autem infirmitas præpedierit, vt in Ecclesia eadem confessio fieri nequeat, in quacumque domo facienda est, non nisi testibus similiter haud procul astantibus fiat, &c. Nullo modo quippe videtur nobis conuenire, vt monachus relicto monasterio suo, idcirco sanctimonialium monasteria adeat, vt confitentibus peccata sua modum pœnitentiæ imponat, &c. Episcopis sane summopere prouidendum est, ne canonicorum, aut monachorum accessus indiscretus in monasteriis puellaribus passim fiat, quia persæpe hac occasione multos vtriusque ordinis, canonici videlicet, & monastici viros, muscipulam diaboli incurrisse cognouimus. *Parisien. sub Ludouico, & Lothario lib. 1. c. 46.*

CAP. XIII.

Religiosis fœminis laicorum alienorum familiaritatem, & consortium prohibemus, eorum scilicet, qui nec Dei timore subiecti, nec continentiæ retinent disciplinam. *Mar. Brach. c. 32.*

De sanctimonialibus lapsis, & de earum corruptoribus. Tit. XXIII.

CAPVT I.

Virgo, quæ se Deo dicauit, & monachi, nuptias contrahere non possunt. Si fecerint, sint excommunicati. Sed potest Episcopus humanitatem præbere eis. *Chalc. c. 16. Cabilonen. sub Carol. iij. c. 6. Tribur. cap. 23. Burch. lib. 8. cap. 30. Iuo par. 7. cap. 49. decr. Ansel. lib. 11. cap. 89. Cas. lib. 10. c. 116.* 27. q. 1. c. 22. si qua, & c. virginem. 12.

CAP. II.

Si quis monacham, quam Dei ancillam appellamus; in coniugium duxerit, anathema sit *Gregor. ij. in synod. Rom. cap. 3. Trosle. cap. 8.*

CAP. III.

Presbyteram, diaconam, nonnam, aut monacham, vel etiam spiritalem commatrem nullus sibi præsumat nefario coniugio copulare. Nam qui huiusmodi opus perpetrauerit, sciat se anathematis vinculo esse obligatum, &c. *Zachar. in synod. Rom. c. 5.*

CAP. IV.

Fœminæ, quæ habitum religiosum, aut velamen obtentu religiositatis susceperunt, cum essent viripotentes, deinceps viro sociari non permittantur; sed eligentes monasteria, regulariter viuant, aut in domibus susceptum habitum caste obseruent; contra autem turpes inuentæ, prouidentia Episcopi emendentur, &c. *Syn. Rom. sub Eug. ij. & Leone iv. c. 29. Burch. lib. 8. c. 54. Iuo par. 7. c. 72. decr. Tarra. lib. 6. c. 232.* 11. q. 1. c. mulierem. 31.

CAP. V.

Qui sponte ad monasterium peruenerit, & postmodum ad nuptias, vel ad militiam deuoluitur; publice satisfactionem pœnitentiæ gerat. *Syn. Rom. sub Leo. iv. c. 32.*

CAP. VI.

Canonici regulares, & monachi, atque conuersi, & professi, qui sanctum transgredientes propositum, vxores sibi copulare præ- 27. q. 1. c. 40. vt lex.

teſtimonio Epiſcopi, & Eccleſiæ religioſo habitu apparuerunt, poſtea vero ad nuptias
1 Tim. 5. b. ſæculares transierunt. ſecundum Apoſtolum damnationem habebunt, quoniam fidem caſtitatis, quam Domino vouerunt, irritam facere auſæ ſunt. Tales ergo perſonæ ſine Chriſtianorum communione maneant, nec in conuiuio cum Chriſtianis communicent, &c. *Carthag. iv. c. 104. Burch. lib. 8. c. 39. Ivo part. 7. c. 58. & 147. decr.*

Cap. XX.

27. q. 1. c. 27. Deuotam peccantem non recipiendam in Eccleſiam, niſi peccare deſierit; & ſi deſinens egerit aptam pœnitentiam x. annis, recipiat communionem. Priuſquam autem in Eccleſiam admittatur ad orationem, ad nullius cõuiuium Chriſtianæ mulieris accedat. Quod ſi admiſſa fuerit, etiam hæc, quæ eam receperit, habeatur abſtenta. Corruptorem etiam par pœna conſtringat. Quæ autem maritum acceperit, non admittatur ad pœnitentiam, niſi adhuc ipſo viuente marito, caſte viuere cœperit, aut poſtquam ipſe deceſſerit. *Tolet. c. 16. Mart. Brac. 31. Capitul. lib. 7. c. 294. Anſel. lib. 11. c. 91.*

Cap. XXI.

27. q. 1. c. 16. de filia. Epiſcopi, ſiue preſbyteri, ſiue diaconi filia, ſi deuota fuerit, & peccauerit, & maritum duxerit; ſi eam pater, vel mater in affectum receperint, à communione habeantur alieni. Pater vero cauſas in concilio nouerit ſe præſtaturum. Mulier autem non admittatur ad communionem, niſi marito defuncto egerit pœnitentiam. Si autem viuente eo ſeceſſerit, & pœnituerit, nullo modo niſi vitæ deficiens accipiat communionem. *Tolet. c. 19. M. Bra. c. 30.*

Cap. XXII.

27. q. 1. c. 35. Viduitatis ſeruandæ profeſſionem coram Epiſcopo in ſecretario habitam, impoſita à preſbytero veſte viduali, non eſſe violandam. Eius vero raptorem, vel ipſam talis profeſſionis deſertricem, merito eſſe damnandam. *Arauſ. c. 27. Burch. lib. 8. cap. 43. Ivo lib. 3. tit. 17. c. 14. panor. & par. 7. c. 61. decr.*

Cap. XXIII.

Hi, qui ſunt deſertores profeſſæ caſtitatis, præuaricatores habendi; & his omnibus per pœnitentiam legitimam conſulendum. *Arauſ. cap. 28.*

Cap. XXIV.

Sanctimoniales, quæ de virginitáte crimine proprio deciderunt, à communione habeantur alienæ. *Andegauen. c. 6.*

Cap. XXV.

Quæ virginitatem profeſſæ, & benedictionem fuerint per manus impoſitionem, ſub conteſtatione huius propoſiti conſecutæ, ſi fuerint in adulterio deprehenſæ; cum adulteris ipſarum arcendas à communione cenſemus. *Venet. cap. 4.*

Cap. XXVI.

Qui ſe ſacratis virginibus per coniunctionem nefãdam miſcuerit, vel propoſitum profeſſæ religionis dereliquerit, vtrique à communione habeantur alieni, quia ſi quis templum Dei violauerit, diſperdet illum Deus donec reſipiſcentes, à laqueo Diaboli, à quo capti tenentur, ab ipſius voluntate ad auxilium pœnitentiæ reuertantur. *Turo. c. 6.* 1. Cor. 3.

Cap. XXVII.

Qui pœnitenti viduæ, vel virgini religioſæ ſtuprum intulerit, ſi ſe ab eo ſequeſtrare noluerit, pariter à communione Chriſtianorum, & conſortio ſegregentur. Si vero illa, quæ vim pertulit, ad ſanctam religionem redierit, in illo ſolo ſententia excommunicationis teneatur, quoadusque publice pœniteat. *Iler. cap. 6.*

Cap. XXVIII.

De raptu virginum conſecratarum, ſeu in propoſito ſub deuotione viuentium, id ſtatuimus, vt quicumque ſacratæ, vel deuotæ, id eſt, religionem profeſſæ vim inferre præſumpſerit, à communione Eccleſiaſtica vſque ad exitum repellatur, viatico tantum ei infirmitatis periculo reſeruato. Quod ſi quę rapta dicitur, cum raptore habitare conſenſerit, & ipſa excommunicatione ſimili feriatur, quę & formam de pœnitentibus, ac viduis in propoſito manentibus definitam, ſub diſtrictione Eccleſiaſtica conſeruet. Quod ſi quis ſacerdos ſciens huiuſmodi perſonis communicauerit; anno integro pacem Eccleſiaſticam nõ habebit. *Aurel. iij. c. 16.*

Cap. XXIX.

Nos hoc ſequamur, quod Apoſtolus Paulus, vel Papa Innocentius ſtatuit, ita dumtaxat, vt nullus ſacratam Deo virginem, neque ſi in honore Chriſti veſtem mutauit, tam viduam quam puellam, aut rapere, aut competere, aut ſibi coniugem ſociare præſumat; quia & lex Romana conſtituit. vt quicumque ſacratam Deo virginem, vel viduam fortaſſe rapuerit, ſi poſtea eius de coniunctione conuenerit, capitis ſententia feriatur. Item [ſi quis non dicam rapere, ſed attentare matrimonio iungendi cauſa ſacratas virgines, vel viduas auſus fuerit; capitis ſententia feriatur. Cum etiam in chronicis habeatur, de virginibus Gentilium tempore, quæ ſe Deæ Veſtæ ſacrauerant, poſtmiſſo propoſito, & corrupta virginali gratia, legali ſententia viuas in terra fuiſſe defoſſas, &c. Nos vero, quos lex perimi iubet, ſi cupiunt audire præconem, volumus, ſi conuertantur, vt viuant. Nam tunc perimendi ſunt oris gladio, & à communione priuandi, ſi relicta ſibi decreta ſeniorum obſeruare noluerint, &c. Qui ergo in hac pertinacia perdurare voluerint, & plus in volutabro malæ conuerſationis permanere, quam ſe de vetito coniugio ſeparare; perenni excommunicatione damnentur. Et quicumque Epiſcoporum, aut preſbyterorum, vel diaconorum, aut ſubdiaconorum (*eos communicare præſumpſerit*) ab omnibus Epiſcopis excommunicatus ha-

1. Tim. 5. b.

Cod. de Ep. & cleric.

beatur, & excludatur excusationis adinuentio, quam modo aliquæ dicere meditantur, quod propterea se veste mutauerint; ne eas inferiores personæ macularent: cum Childebertus, & Clotharius Reges constitutionem legum hac de re custodierint, & seruauerint, quam nunc donus Charibertus † Rex successor eorum præcepto suo roborauit; vt nullus, vllam nec puellam, nec viduam, absque parentum voluntate tradere, aut accipere præsumat, &c. *Turon. ij. c. 21.*

CAP. XXX.

Sacratum virginum neque per raptum, neque per competitiones aliquas quisquam coniugia sortiatur, similiter de earum (*erit*) coniunctionibus abstinendum; & hi, qui eas rapere, aut competere voluerint, à communione sunt remouendi, quæ vestium commutatione, tam viduæ, quam puellæ religionem, pœnitentiam, aut virginitatem publica declaratione fuerint professæ. Quod si contra dicta quis venerit, & sacerdotem suum audire neglexerit; & in præsenti à communione Catholicæ Ecclesiæ habeatur extraneus, & perpetuo anathemate feriatur. *Paris. c. 5.*

CAP. XXXI.

Quæ in domibus propriis tam puellæ, quam viduę commutatis vestibus conuertuntur, cum his, quibus coniugio copulantur, Ecclesiæ communione priuentur. Sanè si culpam sequestratione sanauerint, ad communionis gratiam reuocentur. *Aurel. v. c. 19.*

CAP. XXXII.

27. q. 1. c. vlt. hoc sanctum. Si quis propositum castitatis viduę, vel virginis impedierit, à sancta communione, & à liminibus Ecclesiæ habeatur extraneus. *Tolet. iij. c. 10. Burch. lib. 8. cap. 44. Iuo par. 7. cap. 62. decr.*

CAP. XXXIII.

De puellis, quę se Deo vouerint, & pręclarę decore ętatis ad terrenas nuptias transierint, decreuimus; vt si qua puella voluntarie, aut parentibus suis rogantibus religionem professa, vel benedictionem fuerit consecuta, & postea ad coniugium, aut ad voluptatum sæculi, quod potius stuprum est, quam coniugium iudicandum, transgredi pręsumpserit; vsque ad exitum cum ipso, qui se huiusmodi consortio maculauit, communione priuetur. Quod si pœnitentia ducti se sequestrauerint, quamdiu Episcopo loci illius visum fuerit, à communionis gratia suspendantur. Ita tamen, vt propter infirmitatem, aut subitaneum transitum vitæ, illis miserationis intuitu, communio tunc non negetur. *Matisc. c. 12.*

CAP. XXXIV.

Si qua virgo propria voluntate, abiecta laicali veste, deuotarum more induta, castitatem seruare promiserit; vel si qui hominum vtriusque sexus, pœnitentiæ benedictionem expetendo, à sacerdote perceperint, ad terrena connubia sponte transierint, &c. vtrique ab Ecclesiarum liminibus expulsi, ita ab omnium Catholicorum communione sint separati, vt nulla prorsus eis, vel colloquij consolatio sit relicta. *Barcinon. ij. c. 4.*

CAP. XXXV.

Duo sunt genera viduarum, sęculares, & sanctimoniales. Sæculares viduæ sunt, quę adhuc disponentes nubere laicalem habitum non deposuerunt. Sanctimoniales sunt, quæ iam mutato habitu sæculari, sub religioso, cultu in conspectu sacerdotis, & Ecclesiæ apparuerunt. Hæ si ad nuptias transierint, iuxta Apostolum, non sine damnatione erunt; 1. Tim. 5. b. quia se primum Deo vouentes, postea castitatis propositum abiecerunt. *Tolet. iv. c. 55. Vide Tolet. vi. c. 6.*

CAP. XXXVI.

Episcopus, presbyter, diaconus, &c. mulierem consecratam Deo violans deponatur, 27. q. 1. si quis. c. 6. vti sponsam Dei corrumpens: laicus excommunicetur. *Trul. c. 4.*

CAP. XXXVII.

Si clericus, vel monachus in fornicationis peccatum ceciderit, post tertiam verberationem in carcerem missus, vertentem annum ibi pœnitentiam agat. Similiter & nonnanes velatæ, vel sanctimoniales eadem pœnitentia contineantur, & radantur omnes capilli capitis earum. *Syn. Franc. prope fin. Capitul. lib. 5. c. 2.*

CAP. XXXVIII.

Constituimus, vt nullus laicus homo Deo sacratam fœminam ad mulierem habeat. *Suession. sub Pipino ante fin.*

CAP. XXXIX.

Si homo incestum commiserit cum Deo sacrata, aut cum matre sua, aut cum matrina sua spiritali de fonte, &c. pecuniam suam perdat, si habet; & si emendare se noluerit, nullus eum recipiat, nec cibum ei donet. *Synod. sub Pipino c. 1. Capitul. lib. 5. cap. 7.*

CAP. XL.

Placuit de fœminis cuiuscumque conditionis, puellis scilicet, vel viduis, quæ virginitatis, siue continentiæ propositum spontanee pollicentes, Deo mancipatæ fuerint, & ob continentiæ signum nigram vestem, quasi religiosam, sicut antiquus mos fuit in his regionibus, indutæ fuerint, &c. si postea sese siue clanculo corruperint, seu publice nupserint; dignis quidem mundano iudicio corporalibus coërcitæ vindictis, segregentur ab inuicem, & agant cunctis diebus vitæ suæ pœnitentiam, &c. *Forojul. c. 11.*

CAP. XLI.

Illud necessarium visum est de monasteriis puellarum quæ in quibusdam locis lupanaria potius videntur esse, quam monasteria, propter negligentiam stipendiorum, aut certe insolertiam Prælatorum. Vnde postulandum est, vt religiosi viri ad hoc dirigantur, vt talia inquirant, & secundum religionem Deo placabilem emendare studeant.

Aquisgr. ij. sub Ludou. part. 3. cap. 12.

CAP. XLII.

Admonẽdæ Prælatę sunt, vt præuideant, ne in ipsis monasteriis multimodis sint anguli, vel talia loca, quæ sint tenebrosa, aut certe visui Prælatarum † occulta, in quibus Deus pro sceleribus inibi commissis ad iracundiam prouocetur. *Aquisgr. ij. par. 3. c. 14.*

† Prælatos.

CAP. XLIII.

De raptoribus viduarum, ac virginum dignum duximus, vt ab vniuersis Comitibus omni nisu inuestigentur, & inuenti condigna inuectione ex auctoritate Imperiali castigentur, vt à tam illicita præsumptionis audacia ipsi coërceantur, & cæteri hoc admittere volentes terreantur. *Aquisgra. ij. sub Ludouic. par. 4. cap. 24.*

CAP. XLIV.

Qui sanctimoniales virgines, vel viduas rapiunt, & progressu etiam criminis in coniugium sumunt, publicæ pœnitentiæ, iuxta modum, quem præuiderit Episcopus, subigantur. Ipsæ vero locis congruis pœnitentiæ retrudantur, & ad habitum religionis redire cogantur. Vterque autem sine vlla spe vxoriæ copulationis perenniter maneat. Si autem, quod absit, coniugia iterare præsumpserint, acriori subdantur vindictæ, & amplius propellantur. Qui si forte obedire monitis salutaribus noluerint, anathematizentur. *Melden. c. 67. Burch. lib. 8. cap. 52. Iuo par. 7. cap. 30. decr.*

CAP. XLV.

De purg. canonic. c. 3. Gr. ix. & in 1. coll. c. 2. eo. tit.

Illæ, quæ quasi sanctimoniales sub velamine religionis degere cognoscuntur, sed potius iuxta Apostolum in deliciis viuentes mortuæ in diuinis oculis computantur, libidinibusque, & cæteris carnis voluptatibus inseruire accusantur: si manifeste detegi potuerint, Episcopali auctoritate, & Regia potestate in talibus locis residere sub testimonio religioso cogantur, vbi pœnitentiam si fecerint dignam, assequantur etiam fructuosam. Si autem manifeste detegi non valuerint, erga Ecclesiam suæ opinionis malam famam legaliter purgare cogantur, & vt religiosius de cætero viuant, Episcopali decreto, & Regia potestate coërceantur. *Melden. c. 70. Burch. lib. 8. c. 50. Iuo par. 7. c. 68. decr.*

CAP. XLVI.

Fœminæ, quæ sacro velamine sunt consecratæ, si fuerint fornicatæ, velamen deponere non præsumant; sed pœnitentiæ iugo submissæ summopere decertare festinent, vt ad indulgentiæ, & remissionis valeant gratiam subuenire. † *Vorm. cap. 20.*

† peruenire f.

CAP. XLVII.

Si viduæ propositum castitatis assumpserint, aut monasterij claustris regulariter constringantur, aut domi manentes castitatem suæ professionis integerrime custodiant. Quod si à proposito deuiauerint, canonicæ institutionis censura corrigantur. *Magunt. sub Arnul. c. 26.*

CAP. XLVIII.

Duæ sanctimoniales propter suum facinus de monasterio sancti Petri sine velamine erant eiectæ: sed iuxta sacros canones sancta constituit synodus, vt velamina illis redderentur, & intra monasterium in ergastulo ponerentur, paruo pane, & aqua breui, cum abundantia diuini verbi vsque ad satisfactionem fruerentur. *Meten. c. 6.*

CAP. XLIX.

Si quis sacro velamine consecratam in coniugium duxerit, & post dicatum Deo propositum incesta fœdera, sacrilegaque miscuerit; vt in constitutis Gelasij Papæ cap. xx. protinus æquum est à sacra communione detrudi, & nisi per publicam, probatamque pœnitentiam omnino non recipi; si tamen pœnituerint, transeuntibus de sæculo viaticum non negetur. In Chalced. cap. xvi, excommunicantur, &c. Syric. cap. vi. Velatæ Deo, &c. Vnde verbo Domini, & canonica auctoritate in hac sancta synodo præcipimus, vt omnino separentur, & iuramento constringentur, vlterius sub vno non cohabitare tecto, nec familiari sui colloquio, excepto in Ecclesia, & in publico, aut pariter vllam habere communionem, vnde suspicio illecebrosi facti, iuste possit oriri. Si quæ etiam inter se diuidenda sint, diuidant, & vterque sua prouideat. *Tribur. c. 23. Vid. Chalced. c. 16. Gelas. ep. 1. c. 22. Syric. epist. 1. c. 6.*

27. q. 1. c. 17. si quis

CAP. L.

Si vidua propria voluntate continentiam professa, vt in Gelasii cap. xxi. legitur, eius intentio pro se reddat rationem Deo; quia sicut secundum Apostolum, si se continere non poterat, nullatenus nubere vetabatur; sic secum habita deliberatione promissam fidem pudicitiæ debet custodire. Qua auctoritate paternæ suffulti sententiæ, in hoc sacro conuentu sancimus, & libere iudicamus: quod si sponte velamen, quamuis non consecratum, sibi imposuerit, & in Ecclesia inter velatas oblationem Deo obtulerit; velit, nolit, sanctimoniæ habitum vlterius habere debebit; licet sacramento confirmare velit, eo tenore, & ratione velamen sibi imponere, vt iterum possit deponere. *Tribur. c. 25. Vid. Gelas. ep. 1. c. 23. Burc. l. 8. cap. 36. Iuo li. 3. tit. 17. ca. 10. pan. & par. 7. c. 55. decr.*

27 q. 1. c. 8. viduas

1. Tim. 5.

De reg. c. 4. Gre. ix. & c. 6. eo. tit. in 1. collect.

CAP. LI.

Nullus Deo deuotam virginem, nullus sub religionis habitu consistentem, siue viduitatis continentiam professam, &c. illicito connubio, aut vi, aut consensu accipiat coniugem, quia nec verum poterit esse coniugium. *Troslei. c. 8.*

CAP. LII.

Scire vos conuenit, quia blasphemiam Deo irrogat, qui cum Deo sacrata, vel eum velata fœmina se commaculat. *Troslei. cap. 8. prope fin. Capitul. libro 6. cap. 412. hodie cap. 309.*

Cap. LIII.

Si clericus cum velata fœmina, vel cum sacrata Deo se commaculauerit, proprio honore priuetur. *Troslei. c. 8. prope fin. ex Capitul. lib. 6. cap. 413. hodie cap. 410.*

Cap. LIV.

27.q.1.c. 37. Sciendum est omnibus quod Deo sactata fœminarum corpora per votum propriæ sponsionis, & verba sacerdotis Deo consectata templa esse, scripturarum testimoniis cõprobantur, & ideo violatores earum sacrilegi,

1.Cor.3 ac iuxta Apostolum filij perditionis esse noscuntur. *Trosle. c. 8. in fin. ex Capitul. lib. 6. c. 414. hodie c. 311. Burch. lib. 8. c. 51. Iuo lib. 3. tit. 17. c. 19. panor. & par. 7. c. 69. decr.*

Cap. LV.

Contta nefandos insidiatores sactatũ vitginum pudicitiæ, &c. netuum tigoris apponimus, statuentes; vt quicumque pudicitiam sanctimonialium cuiuscumque habitus, ausu sactilego sollicitare præsumpsetit; ab officio si clericus fuetit, si laicus, à perceptione corporis Domini nouerit se suspensum. Qui vero sacrilegium, vel temetatium catnis commetcium cum talibus habuetit: ipso facto excommunicationis sententia se nouerit innodatum. Sanctimonialis veto, seu canonica, quæ huiusmodi crimen flagitiosum perpettauetit, vlterius ad officium aliquod in monastetio nullatenus admittatur. Sed in signum iniquitatis suæ, vltima ram in claustro maneat, quam in choro. *Concil. habit. in German. sub Conrad. Card. c. 13.*

Cap. LVI.

Canonicotum fornicatio pto mattimonio non teputetut, sed eorum coniunctio omnino diuellatut. *Basil. ad Amphiloch. epist. 2. cap. 6. Canonicos vocat clericos in canones clericorum, & Monachos, & Monachas virginitatem professas. Balsam.*

Cap. LVII.

De lapsis vitginibus, quæ vitam in honestate Domino professæ sunt, deinde quoniam carnis pertutbationibus subiectæ sunt, sua pacta conuenta infirmatunt; Patres quidem clementer, & leniter, in eorum, qui labuntur infirmitatem se getentes, esse admittendas censuerunt post annum ad similitudinem digamorum decernentes. Mihi videtur, quod quoniam Dei gratia procedens Ecclesia fit fortior, & ordo vitginum nunc augetur; est adhibendus anunus tei, quæ per intelligentiam cetnitur, & sententiæ scripturæ, quæ potest ex consequentia inueniri. Viduitas enim virginitate minor est, etgo & viduarum delictum, à virginum delicto secundum est. &c. Si vidua itaque grauissimo iudicio sub-

1.Tim.5. 6. iecta est, vt quæ fidem in Christum irritam fecerit, quid de virgine putandum est, quæ est sponsa Christi, & sacrum vas Domino dedicatum? Magnum quidem est peccatum, ancillam quoque quæ clandestinis matrimoniis tradit stupri domum implere, & possessotem per malam vitam iniuria afficere: sed multo est grauius sponsam fieri adulteram, & vnione cum sponso ignominia, & dedecore affecta, se incompetentibus voluptatibus tradere. Vidua itaque vt cortupta ancilla condemnatut: virgo veto adulteræ iudicio subiicitur; sicut eum, qui cum aliena muliete cohabitat, adulterum nominamus, eum non ptius ad communionem admittentes, quam à peccato cessauerit: ita videlicet, & in eo, qui vitginem habet, afficiemur. *Basil. ep. 2. ad Amphiloch. c. 18.*

Cap. LVIII.

Quæ vitginitatem ptofessa à voto suo, ac ptofessione lapsa est, peccati adulterij tempus in suæ vitæ dispensatione complebit. Idem & in his, qui vitam monasticam profitentur, & labuntur. *Basil. ad Amphiloch. epist. 3. c. 60.*

De virginibus sacris, quæ per vim fuerunt stupratæ. Tit. XXIV.

CAPVT I.

DE his, quæ in sacro virginitatis ptopo- sito constitutæ barbaricam pertulere violentiam, & integritatem pudotis, non animo, sed corpore petdidere: ea nobis seruanda videtut modetatio, vt neque in viduatum deiiciantut gradum, nec in sactarum, & perseuetantium virginum numero censeatur. Quibus si in omnibus virginalibus obseruationibus petseuerant, & castimoniæ soliditatem menre custodiunt, sacramentorum non est neganda communio: quia in iustum est, eas in eo vel argui, vel notari, quod non voluntas admisit, sed vis hostilis eripuit. *Leo epist. 85. ad Episcop. Afric. c. 2. in fine.*

Cap. II. 32.q.5.c. 14.

Illæ famulæ Dei, quæ integritatem pudoris oppressione barbatica petdidete, laudabiliores erunt in humilitate, ac verecundia, si se incontaminatis non audeat comparare virginibus. Quamuis enim omne peccatum ex voluntate nascatur; & potuerit cotruptione carnis mens inuita non pollui; minus tamen eisdem oberit, si quod potuerunt animo non amittere, doleant se vel cotpore perdidisse. *Leo ep. 85. ad Episcopos Afric. c. 5.*

Ne sanctimonialis habitet cum Episcopo, aut ptesbytero, aut quocumque alio viro. Tit. XXV.

CAPVT I.

NEque hoc silendũ est, peruenisse ad nos, per diuersa loca Italiæ, & Longobardorum partes, sacerdotes cum sanctimonialibus fœminis, id est monachis, habitare. Quod nefarium est dicere, vel audire, &c. Vbi enim talis fuerit commorantium habitatio, antiqui hostis stimuli non desunt. Vnde omnino

cauendum est, ne fallant, & impleatur in eis Prophetæ dictum: Sacerdotes eius contaminant sancta, & reprobant legem, &c. *Zach. in syn. Rom. c. 15.* *Exec. c. 22.*

Cap. II.

27. q. 1. quotquot 34. Qui virginitatem profitentur, bigamorum definitionem sequantur, si præuaricētur. Virgines, quæ vti sorores cum aliquibus viuunt, prohibemus. *Ancyr. ca. 19. Raban. c. 4. de pœnis. Inop. 6. c. 35. decr. Tarr. l. 1. c. 110.*

Cap. III.

Episcopus, vel quilibet clericus sororem, aut filiam virginem dicatam Deo tantum secum habeat, extraneam vero neqnaquam. *Elib. c. 27.*

Cap. IV.

Nullus, nullaque sanctimoniæ, & virginitati deseruiens, propter blasphemiam Ecclesię, in vna domo cum extraneis commoretur; &c. Qui nolunt nubere, & pudicitiæ meliorem eligunt partem, non solum non habitare simul, sed nec habere ad se aliquem accessum (*debent.*) hoc & lex iubet, & in singulis conciliis statutum est, &c. Si laici sunt, post commonitionem, si contempserint, à communione separentur, &c. Pari sententia tenentur, qui cum viduis commorantur, & nulla secum germanitate coniuncti sunt, &c. *Carth. I. c. 3. & 4.*

Cap. V.

In cubiculo Episcopi, presbyteri, diaconi, atque cællario, vel familiari quolibet seruitio, neque sanctimonialis vlla, neque extranea mulier, neque ancilla vllo modo admittatur, &c. *Aruer. c. 16.*

Cap. VI.

Nullus clericorum Episcopus, presbyter, diaconus, subdiaconus, sanctimonialem, aut viduam, vel ancillam propriam, pro confirmatione rerum in domo sua stabilire præsumat, &c. Si fecerit, excommunicetur. *Turo. ij. c. 11.*

Ne quispiam præficiatur monasteriis sanctimonialium iniussu Episcopi: neve ipse Præfectus familiariter versetur cum eis. Tit. XXVI.

CAPVT I.

18. q. 2. c. 11. QVi religiosis fœminis præponendus est, ab Episcopo loci probetur. *Cart. iv. c. 97. Bur. l. 8. c. 76. Ino par. 7. c. 94. decr.*

Cap. II.

18. q. 2. c. 24. In decima. Monasteria virginum in prouincia Bætica monachorum administratione, ac præsidio gubernentur, &c. remoti tamen ab earum familiaritate, nec vsque ad vestibulum habeant accedendi licentiam. Sed neque Abbati, vel ei, qui præficitur, extra eam, quæ præest, loqui virginibus Christi aliquid, quod ad institutionem morum non pertineat, licebit; neque cum ea sola, qui præest, frequenter, eis loqui oportet, sed sub testimonio duarum, vel trium sororum, ita vt rara sit accessio, & breuis omnino locutio, &c. Vnus monachorum probatissimus eligatur, cuius curæ sit prædiis earum rusticis, vel vrbanis intendere, fabricas extruere, & si quid aliud est, ad necessitatem monasterij prouidere, &c. Is qui ab Abbate præponitur, iudicio sui Episcopi cōprobetur; vestes autem illæ eisdem cœnobiis faciant, à quibus tuitionem expectant, & ab iisdem denuo laborum fructus, & procurationis suffragium recepturæ. Si qui autem monachorum hanc ordinationem contēpserint, aut qualibet inertiæ dissolutione neglexerint, sciant, quod eorum temeritas, atque superbia excommunicationis sit plectenda censura. *Hisp. ij. c. 11.*

Monachi, & sanctimoniales, horas canonicas canteut. Tit. XXVII.

CAPVT I.

VNus, atque idem psallendi ordo in matutinis, vel vespertinis officiis teneatur, & non diuersæ, ac priuatæ monasteriorum consuetudines contra Ecclesiasticas regulas sint permixtæ. *Bra. j. c. 19. Vide Tolet. iv. c. 2.* *Dist. 12. placuit. c. vlt.*

Cap. II.

Abbatibus indultis officiis, quæ iuxta voluntatem sui Episcopi regulariter illis implenda sunt, cætera officia publica, id est, vesperas, matutinum, siue missam aliter, quam in principali Ecclesia celebrare non liceat, &c. *Tolet. xi. c. 3.* *Dist. 12. de his. c. 13.*

Cap. III.

Sanctimoniales in monasterio constitutæ habeant studium in legendo, & in cantando, in psalmorum celebratione, siue oratione: & horas canonicas, matutinam videlicet, primam, tertiam, sextam, nonam, vespertinam, completoriam pariter celebrent. *Cabil. sub Carol. c. 59. Magun. sub Rab. ca. 16. Bur. lib. 8. c. 77. Ino par. 7. c. 95. decr.*

Cap. IV.

Damasus constituit, vt psalmi die, noctuque canerentur per omnes Ecclesias; qui hoc præcepit presbyteris, Episcopis, ac monasteriis. *Ex Pontif.*

Monachi ascendere possunt ad sacros ordines, si Episcopus, & Abbas assensum præbeant. Tit. XXVIII.

CAPVT I.

PRæpositus monasterij ordinatus presbyter ab Episcopo, potest ordinare lectorem in suo monasterio. *Nica. ij. ca. 14. Inop. 5. ca. 376. decr. Cæs. l. 9. c. 21.* *Dist. 69. c. 1. 18. q. 2. c. 5.*

Cap. II.

Quam sit p. vlt. Pariter custodiendum est, vt inuito Abba-

te, ad ordinanda alia monasteria, aut ad ordines sacros, vel clericatus officium, tolli exinde monachi non debeant: sed si abundantes fuerint, qui ad celebrandas Dei laudes, vel vtilitates loci sufficiunt complendas; de his, qui superfuerint, offerat Abbas coram Deo, quos digne potuerit inuenire. Quisquis autem ex monasterio ad Ecclesiasticum ordinem peruenerit, vlterius illic nec potestatem aliquam, nec licentiam habeat habitandi. *Gre. in syn. Lateran. de monach. nigr. c. 3.*

CAP. III.

Nulli filij concubinarum ad ordines, vel aliquos honores Ecclesiasticos promoueantur, nisi monachaliter, vel canonice vixerint in Ecclesia. *Vrb. ij. in conc. Claram. c. 11.*

CAP. IV.

Ne filii presbyterorum diaconorum, vel subdiaconorum canonicorum ad ordines, vel ad alios honores Ecclesiasticos promoueantur, nisi monachus, vel regularis canonicus fuerit. *Vrb. ij. in syn. Claram. c. 25.*

CAP. V.

Presbyterorum filios à sacris altaris ministeriis remouendos decernimus, nisi aut in cœnobiis, aut in canonicis religiose probati fuerint conuersari. *Vrban. ij. in synod. apud Melfiam. 14. Inno. ij. in concil. Rem. cap. 15. Iuo lib. 3. tit. 5. c. 10. panor. & par. 6. c. 410. decr. Cæsar. l. 8. cap. 54.*

CAP. VI.

18. q. 1. c. 29. Monachos, quos morum grauitas, & vitæ, ac fidei institutio sancta commendat, clericorum officiis aggregari & optamus, & volumus; ita vt qui intra tricesimum annum ætatis sunt digni, in minoribus per gradus singulos crescente tempore promoueantur ordinibus, & sic ad diaconatus, vel presbyterij insignia maturæ ætatis consecratione perueniant, nec per saltus ad Episcopatus culmen ascendant, nisi in his eadem, quæ singulis dignitatibus superius præfiximus, tempora fuerint custodita. *Syr. ep. 1. c. 13. Iuo part. 6. c. 53. decr. Anselm. li. 7. c. 101. in addit.*

CAP. VII.

16. q. 1. c. 3. De monachis, qui diu morantes in monasteriis, si postea ad clericatus ordinem peruenerint, non debere eos à priore proposito deuiare; aut enim sicut in monasterio fuit, & quod diu seruauit, id in meliori gradu positus amittere non debet; aut si corruptus postea baptizatur, & in monasterio sedens, ad clericatus ordinem accedere noluerit, vxorem omnino habere non poterit; quia nec benedici cum sponsa potest iam ante corruptus: quæ forma seruatur in clericis. Maxime cum vetus regula hoc habeat; vt quisquis corruptus baptizatus, clericus esse voluisset, spondeat se vxorem omnino non ducere. *Inno. ep. 2. cap. 10. Anselm. lib. 5. c. 67. in addit. Tarrac. li. 6. c. 79.*

CAP. VIII.

Dist. 33. c. 6. Laici, qui clericis iuncti sunt, aut monasteriis, ex quo baptizati sunt, hæserint, &c. non prohibentur huiusmodi ad clericatus sortem assumi. *Innoc. epist. 4. cap. 4. Iuo lib. 3. tit. 5. cap. 4. pan. & par. 6. c. 95. decr. Ans. li. 7. c. 29. Tarrac. lib. 1. cap. 129.*

CAP. IX.

Exigit dilectio tua præceptum Apostolicæ sedis, in quo Patrum decreta consentiunt; & significas nonnullos ex monachorum cœtu, quorum solitudo, quauis frequentia maior est, sed & laicos ad sacerdotium festinare. Hoc autem specialiter, & sub prædecessoribus nostris, & nuper à nobis interdictum constar, &c. Quis ille tam arrogans, tam impudens inuenitur, vt in cælesti militia, quæ propensius ponderanda est, & sicut aurum repetitis ignibus exploranda, statim dux esse desideret; cum tyro ante non fuerit? & prius velit docere, quam discere? *Zosim. ep. 1. in prin. Ans. l. 6. c. 24.* Dist. 59. si officia. c. 2.

CAP. X.

Si quis de religioso proposito, & disciplinis monasterialibus eruditus, ad clericale munus accedat, in primis eius vita prætetitis acta temporibus inquiratur, si nullo graui facinore probatur infectus, &c. Vt si his omnibus, quę sunt prædicta, fulcitur, continuo lector, vel notarius, aut certe defensor effectus, post tres menses existat acolythus, maxime si huic ætas etiam suffragatur; sexto mense subdiaconi nomen accipiat; ac modestæ conuersationis, honestæque voluntatis existit nono mense diaconus, completoque anno fit presbyter; cui tamen, quod annorum interstitia fuerant collaruta, sancti propositi sponte suscepta doceatur præstitisse deuotio. *Gelas. ep. 1. c. 3. Iuo par. 3. c. 145. decr.* Dist. 77. c. 8. Dist. 77. monachus c. 9.

CAP. XI.

Si quis ab alieno monasterio suscipit aliquem, & ad clerum promouet, vel monasterio suo Abbatem constituit: Episcopus, qui id facit, separatus ab aliorum communione, sui populi communione contentus sit; ille autem neque clericus, neque Abbas sit. *Carth. c. 81. G. Carth. v. cap. 13. L. Afri. 47. L. Cæsar. lib. 9. cap. 15.* Dist. 58. si quis alterius. c. 2.

CAP. XII.

Monachi etiam vagantes ad officium clericatus, nisi eis testimonium Abbas suus dederit, nec in ciuitatibus, nec in parochiis ordinentur, &c. Si necesse fuerit clericum de monachis ordinari, cum consensu, & voluntate Abbatis præsumat Episcopus. *Agath. c. 27. Iuo par. 3. c. 157. decr.* 16. q. 1. c. 35.

CAP. XIII.

De monachis id obseruari placuit, quod synodus Agathensis decreuit, hoc tantum adiciendo, vt [cum pro Ecclesiæ vtilitate aliquos Episcopus probauerit, in clericatus officio promouendos, cum Abbatis voluntate debeant ordinari. *Ilerd. ca. 3. Vid. Agath. cap. 27.* 16. q. 1. c. 34.

CAP. XIV.

De fil. presbyter c.1. Greg. ix. & in 1. collect.

Filij presbyterorum, & cæteri ex fornicatione nati ad sacros gradus non prouehantur; nisi aut monachi fiant, aut in congregatione canonica regulariter viuentes. Prælationes vero nullatenus habeant. *Pictau. c.8. Tarrac. li. 6. c. 83.*

CAP. XV.

Si quis Abbas sibi presbyterum, vel diaconum ordinari petierit, de suis eligat, qui dignus sit sacerdotio fungi. *Ex regula sancti Bened. apud syn. Lemou. act. 2. prope fin.*

Monachi, qui ad Episcopatum ascendunt, vti debent vestitu monachali. Tit. XXIX.

CAPVT I.

ILlos, qui reuerenter monasticam vitam sectati sunt, & Episcopalem meruerunt honorem, conseruare schema, & amictum monachicorum indumentorum, & ipsam beatam vitam, decernimus; & nullus omnino habeat potestatē deponere iam dictum schema, propter typhum, & arrogantem voluntatem. Nec † per hoc inueniatur proprior. Sicut enim continuus palliorum amictus studiosum, & suę gloriæ deditum demonstrat Episcopum: ita & hic depositio, ac denudatio monachici habitus, nihilominus eisdem submittit criminibus eum, qui hoc fecisse captus extiterit. Quisquis ergo Episcopus præter definita, sibi scripto tempore se pallio induerit, aut monasticarum vestium schema deposuerit; aut corrigatur, aut à Patriarcha proprio deponatur. *Syn. viij. CP. sub Had. ij. c. 27.*

† *ite.*

CAP. II.

De vita, & honest. cler. c. 15. Greg. ix. & c. 4. eo. tit. in 4. collect.

Pontifices in publico, & in Ecclesia superindumentis lineis omnes vtantur, nisi monachi fuerint, quos oportet deferre habitum monachalem. *Inno. iij. in con. gen. Lat. c. 16.*

Etiam clerici possunt monachi fieri. Tit. XXX.

CAPVT I.

7. q. 1. hoc nequaquā. 45.

SI quis Episcopus, vel alius Pontificalis dignitatis, monachorum vitam velit agere, & pœnitentiæ: non possit Pontificalem dignitatem resumere. Nam monachorum status humiliationis habet rationem, & disciplinæ; non doctrinæ, & prælationis; neque aliorum pastor esse debet, sed pasci censetur: Quamobrem, vt dictum est, sancimus, vt nemo deinceps ex Pontificali dignitate, & pastorali cura in ouium; & pœnitentium locum seipsum submittat, &c. *Synodus CP. ix. sub Ioanne viij. can. 2. Ino part. 7. ca. 149. decr. Cæsar. lib. 9. c. 62.*

CAP. II.

7. q. 1. c. 46.

Suggestum est nobis, quod pro præteritis laboribus, & infestationibus nonnulli vestrum assignatas sibimet, & à Deo commissas relinquunt plebes, & in futuro plures relinquere velint eas, quas tueri debent, Ecclesias, & pro ouibus sibi commissis laborare negligant, & monasteriorum se quieti contradere festinent; & vacationem ab Episcopatus laboribus eligere, & silentio, atque otio vitam degere magis appetant, quam in his, quæ sibi commissa sunt, permanere, &c. Attendite itaque vobis, & omni gregi, in quo vos Spiritus sanctus constituit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit proprio sanguine; vt non sit, qui vos decipiat, aut seducat in subtilitate sermonis; vt plebes vobis commissas relinquatis, & quieti vos tradatis, & vt vos solummodo saluetis, & filios orphanos relinquatis. *Liber. ep. 2. ad omnes Episc. post prin. Tarr. l. 6. c. 110.*

Act. 20. f.

CAP. III.

19. q. 1. c. vm.

Clerici, qui monachorum propositum appetunt, quia meliorem vitam sequi cupiunt, liberos eis ab Episcopo in monasteriis largiri oportet ingressus, nec interdici propositum eorum. *Tolet. iv. c. 49. Burc. li. 8. ca. 21. Ivo par. 9. ca. 371. decr. Ansl. 7. c. 179. & in Rom. post lib. 13. cap. 64.*

CAP. IV.

Liceat Christiano asceticam vitam eligere, & tempestatem curarum vitæ effugere, & in monasterium ingredi, ac tonsum monachi habitum accipere, etsi in aliquo crimine fuerit deprehensus. Saluator enim noster ait: Eum, qui venit ad me, non eiiciam foras; nemo igitur prohibeatur illic esse, & pœnitere. *Trul. 43.*

Ioa. 6. d.

CAP. V.

Paulus Patriarcha CP. Episcopatui renuntiauit, monachicam eligens vitam. *Constant. & Irene ep. ad syn. Nicæ. ij. post prin. apud eandem syn. act. 1. post prin.*

De monachis, & sanctimonialibus ab instituto vitæ cursu discedentibus. Tit. XXXI.

CAPVT I.

MOnachi, qui relinquunt suum habitum vel absque licentia sui Abbatis vagantur, non recipiantur. *Grego. vij. in syn. Rom. ann. incer. c. 21.*

CAP. II.

20. q. 3. c. 1.

Propositum monachi proprio arbitrio, aut voluntate susceptum, deseri non potest absq; peccato. Quod enim quis vouit Deo debet & reddere. Vnde qui relicta singularitatis professione ad militiam, vel ad nuptias deuolutus est, publicæ pœnitentiæ satisfactione purgandus est; quia etsi innocens militia, & honestum potest esse coniugium; electionem tamen meliorum deseruisse transgressio est. *Leo. epist. 70. alias ep. 90. c. 13. ad Rustic. Narbon. Episc. Vid. Tri-*

bur.cap.26. Burc.lib.8.c.8. Ino lib.3.tit.16.c.9.par. & par.7.c.19.decr. Anselm.lib.7.c.196.& lib.11. c.147.

Cap. III.

20. q. 1. c. 2. Addidisti adhuc: quod si pater, vel mater filium; vel filiam intra septa monasterij in infantiæ annis, sub regulari tradiderit disciplina, vtrum liceat eis, postquam pubertatis impleuerint annos, egredi, & matrimonio copulari. Hoc omnino euitamus: quia nefas est vt oblatis à parentibus Deo filiis voluptatis fræna laxentur. *Grego. in ep. 6. ad August. prope fin. Gre. iij. ep. 4. ad Bonifa. Worm. c.22. Ino par. 7. c.15. decr.*

Cap. IV.

Dist. 50. c. vlt. Hi, qui post sanctam religionis professionem apostatant, & ad sæculum redeunt, & postmodum pœnitentiæ remedia non requirunt; sine pœnitentia communionem penitus non accipiant; quos etiam iubemus ad clericatus officium non admitti; & quicumque ille sit, post pœnitentiam sæcularem habitum non præsumat. Quod si præsumpserit, ab Ecclesia alienus habeatur. *Arel. ij. cap. 25. Raban. c.33. de pœn. Capit. l.6. c.139. Burch. l.19. c.67. Ino par. 15. c. 81. decr.*

Cap. V.

Quæcumque puellæ seu propria voluntate monasterium expetunt, seu à parentibus offeruntur, annum in ipsa, qua intrauerint, veste permaneant. In his vero monasteriis; vbi non perpetuo tenentur inclusæ, triennium in ea, qua intrauerint, veste permaneant; & postmodum secundum statuta monasterij ipsius, in loco, quo elegerint permanere, vestimenta religionis accipiant. Quæ si deinceps sacra relinquentes loca, propositum sanctum sæculi ambitione transcenderint, illæ, quæ in domibus propriis, tam puellæ, quam viduæ, commutatis vestibus conuertuntur, cum iis, quibus coniugio copulantur, Ecclesiæ communione priuentur. Sane si culpam sequestratione sanauerint, ad communionis gratiam reuocentur. *Aur. v. c.19.*

Cap. VI.

Agnes monacha agellos, & alias res ad se pertinentes, aliquibus potentibus dare voluit, vt per eorum patrocinium se posset de intra monasterij sui septa subtrahere, &c. Quæcumque ita se derelicto habitu ad illecebras sæculi, aut res suas, pro tam nequam liberationis causa, quibuscumque dare censuerit, tam illa, quam illi, qui acceperint, &c. tamdiu sint à communionis gratia sequestrati, quamdiu res ipsas eis, à quibus hæc acceperant, digna pœnitentia, aut satisfactione restituant. *Matis. c.19.*

Cap. VII.

Puellæ, quę conniuentia parentum suorum, se voluntatie dedicauerint, & intra monasterium puellarum conclusionem elegerint, & se de eodem monasterio quacumque animi le-
† vilitate f. uitate, aut vtilitate † corporis, extra captiuitatis incursum, voluntate sua subtraxerint; & de conuersatione religiosa cuiuscumque vocationis spiritu, sæculi delectationes elegerint; quousque in monasterium, vnde egressę sunt, reuertantur, à communionis gratia segregentur; viaticum tamen illis miserationis intuitu præbeatur. *Lugdun. ij. c.3.*

Cap. VIII.

Qui à parentibus detonsi fuerunt aut sponte sua amissis parentibus, seipsos religioni deuouerunt, & postea habitum sæcularem sumpserunt; vt iidem à sacerdote comprehensi, ad cultum religionis acta prius pœnitentia reuocentur. Quod si conuerti non possunt, velut apostatæ anathematis sententię subiciantur. Quæ forma seruabitur etiam in viduis, virginibusque sacris, ac pœnitentibus fœminis, quæ sanctimonialem habitum induerunt, & postea aut vestem mutauerunt, aut ad nuptias transierunt. *Tolet. iv. c.54.*

Cap. IX.

Procliuis cursus est ad voluptatem, & imitatrix natura vitiorum. Quisquis virorum, vel mulierum habitum semel induerit spontaneæ religiosum; aut si vir deditus Ecclesiæ choro, vel fœmina fuerit, aut fuerit delegata puellarum monasterio, in vtroque sexu prævaricator ad propositum innitus reuerti cogatur; vt vir detondeatur, & puella ad monasterium regrediatur. Si autem quolibet patrocinio desertores permanere voluerint; sacerdotali sententia ita à Christianorum cœtu habeantur extorres, vt nec locus eis vllus sit communionis. Viduæ quoque sicut vniuersalis synodus iam statuit, professionis, vel habitus sui desertrices, superiori sententia condemnentur. *Tolet. vi. c.6. Bur. l.8. c.14. Ino par. 7. c.35. decr.* 20. q. 3. c. 2.

Cap. X.

Omnibus fœminis, quæ iam in præterito tum religionis veste probantur indutæ fuisse, nihil excusationis valeat, &c. commoneantur sane sacerdotis auctoritate, vt redeant sponte; si noluerint, ad religionis cultum reducantur; & in monasteriis redactæ, excommunicationis condignæ sententia feriantur. Idem quoque ordo in illarum condemnatione manebit, quæ quamuis à sacerdote sanctimoniæ vestem non accepissent, ipsæ tamen indutæ sunt, aut in illo diu habitu consenserunt; qui religionis esse cultus ab intuentibus crederetur, si coram Ecclesia, vel sacerdote, aut etiam competentibus testibus quandoque indutæ, certis indiciis, aut testimoniis approbantur. [Omnes tamen hæ, seu venientes ad primam religionem, seu post transgressum resumentes iteratam conuersionem, sicut præmissum est, & pallio capita contegant, & conscriptam, roboratamque professionis faciant scripturam, per quam vlterius non sinantur relabi ad præuaricationis audaciam. Quæ vero ex omnibus his fuerint repertæ, animum aut vestem in transgressio- 27. q. 1. c. 36.

nem

nem dediſſe, excommunicationis ſententiam ferant, & rurſum mutato habitu, in monaſteriis, donec diem vltimum claudant, ſub ærumnis arduæ pœnitentiæ maneant religatæ. *Tole. x.c.5. Iuo l.5.ti.17.c.15.pan.*

Cap. XI.

De his, qui in parua ætate coram parenti-
20. q. 2. bus religionis habitum tenuerunt, &c. [Si in
c. 1. qualibet minori ætate, vel religionis tonſuram, vel religioni debitam veſtem, in vtroque ſexu filiis, aut vnus, aut ambo parentes dederint, aut nolentibus, vel neſcientibus, ſe ſuſceptam, & non mox viſam in filiis abdicauerint, ſed vel coram ſe, vel coram Eccleſia, palamque in conuentu eoſdem filios talia habere permiſerint; ad ſæcularem reuerti habitum, ipſis filiis quandoque penitus non licebit. Sed conuicti, quod tonſuram, aut religioſam veſtem aliquando habuerint, mox ad religionis cultum, habitumque reuocentur, & ſub ſtrenua diſtrictione huiuſcemodi obſeruantiæ inſeruire cogantur. Parentibus ſane filios ſuos religioni contradere non amplius, quam vſque ad decimum ætatis eorum annum licentia poterit eſſe: poſtea vero an cum voluntate parentum, an ſuæ deuotionis ſit ſolitarium votum, erit filiis licitum religionis aſſumere cultum. Quiſquis autem, vel abolitione tonſuræ, vel ſæcularis veſtis aſſumptione, detectus fuerit attigiſſe tranſgreſſionem, & excommunicationis cenſuram accipiat, & religioni ſemper inhæreat. *Tolet. x. cap. 6. Burch. li. 8. ca. 1. Iuo lib. 3. tit. 16. c. 13. panorm. & p. 7. cap. 27. decr. Arſ. lib. 11. c. 176. in Rom. Cæſar. lib. 9. cap. 14. Tarrac. lib. 6. c. 109.*

Cap. XII.

27. q. 1. Vidua, quæ ſacrum capiti velamen impo-
c. 34. ſuerit, & inter cæteras velatas fœminas in Eccleſia orauerit, & oblationem cum illis obtulerit, ſi profeſſa eſt in eodem habitu permanere, ſpondens nunquam religionis deponere velamen; à religionis obſeruantia diſcedere non præſumat. Quod ſi præſumpſerit, à liminibus ſanctę Eccleſiæ ſegregetur, donec ad emendationis remedia confugiat. *Vorma. 21. Iuo lib. 3. tit. 7. cap. 12. panor. & par. 7. c. 145. decr.*

Cap. XIII.

20. q. 1. Si pater, vel mater filiũ, filiamque intra ſepta
c. 2. monaſterij in infantiæ annis, ſub regulari tradiderint diſciplina; non liceat eis poſtquam ad pubertatis peruenerint annos, egredi, & matrimonio copulari. Hoc ergo omnino deuitandum eſt; quia nefas eſt, vt oblatis à parentibus Deo filiis, voluptatum fræna laxentur. Igitur, vt prædiximus, non liceat eis ſuſceptũ habitum vnquam deſerere; ſed conuicti, quod tonſuram, aut religioſam veſtem aliquando habuerint, in religionis cultu, habituque, velint nolint, permanere cogantur. *Vor. c. 22. Gr. I. in ep. 6. ad Auguſt. prope fin. Greg. iij. ep. 4. ad Boniſ. in medio. Iuo par. 7. c. 15. decr.*

Cap. XIV.

Quæcumque virgo ſub patrocinio ante annos xii. non coacta, ſed propria voluntate, ſacrum velamen ſibi impoſuerit, annumque, & diem, nullo repetente, velata permanſerit; ab eodem ſancto habitu vlterius non recedat, ſed ſponſa vero Regi Chriſto, immaculato agno, vlterius incorrupta, & immaculata deſeruiat. Si vero idem patronus poſt annum, & diem, ſanctum propoſitum corrumpere, & velatam ſtuduerit repetere, atque Chriſto ſuam ſponſam rapere, ſecundum præſtituta canonum præiudicamus, vt viros non obtineat, ſed Chriſto Regi ſuam ſponſam relinquat, &c. *Tribur. c. 24.*

Cap. XV.

Si monachus fuga regularis diſciplinæ elapſus, propoſitum ſanctitatis calcauerit; omnimodis coërcendus, & ab hominibus deteſtandus, atque omni onere eſt grauandus: vt ſaltem rubore verecundiæ confuſus, & onere paupertatis afflictus, redeat, quem relicta ſingularitatis profeſſione inimicus tenebat. Si autem tam irreuerens, & pertinax eſt, vt ad monaſterium redire, & propoſitum monachi reluctauerit obſeruare; impleantur ſuper eum conſtituta, quæ de eo ſcripta ſunt in ſancto canone in concilio Chalcedon. cap. iv. Papæ Syricii vi. Leonis xxvi. quatenus retruſus ergaſtulo, decoqui poſſit pœnitudinis igne purgatorio. *Tribur. ca. 26. Vid. Syric. ep. 1. c. 6. Leo ep. 90. c. 12.*

Cap. XVI.

Qui voluntarij, & ſecundum regulam ſancti Benedicti, habitum monachi ſuſceperunt, & poſtea voluntarij dereliquerunt, communione fidelium priuentur, vſque ad emendationem dignam. Et ſi Abbates, vel alii monachi volunt eos ſuſcipere; maneant cum clericis in monaſteriis, vel apud clericos in habitu monaſtico, & reuerentia, atque abſtinentia. *Bituric. cap. 23. apud ſynod. Lemouicen. act. 2.*

De variis rebus, quas monachi facere prohibentur. Tit. XXXII.

CAPVT I.

PRæcipue in locis religioſis hoc volumus *De app.*
obſeruari; ne monachi, ſiue quicumque *26. Gre.*
religioſi, cum pro aliquo exceſſu fuerint cor- *ix. cap.*
rigendi; contra regularem Prælati ſui, & Capi- *42. eo. ti.*
tuli diſciplinam, appellare præſumant; ſed hu- *in 2. coll.*
militer, ac deuote ſuſcipiant, quod pro ſalute ſua, vtiliter eis fuerit iniunctum. *Alex. iij. in conc. Lat. c. 6. in fine.*

Cap. II.

Pernicioſam, & deteſtabilem conſuetudi- 18. q. 2.
nem quarundam mulierum, quæ licet neque c. 25.
ſecundum regulam B. Benedicti, neque Baſilii, aut Auguſtini viuunt, ſanctimoniales tamen vulgo cenſeri deſiderant, aboleri decet.

nimus. Cum iuxta regulam degentes in cœnobiis, tam in Ecclesia, quam in refectorio communiter esse debeant; propria sibi ædificant receptacula, & priuata domicilia, in quibus sub hospitalitatis velamine, passim hospites minus religiosos cōtra sacros, & bonos mores suscipere nullatenus erubescunt, &c. Hoc tam inhonestum, detestandumque flagitium, ne vlterius fiat, omnimodis prohibemus, & sub pœna anathematis interdicimus. *Innoc. ij. in syn. Rom. ca. 20. alias cap. 26. Vide Eugen. iij. in syn. Rem. c. 4.*

CAP. III.

16.q.1.c. 19. *adijcimus.* Præter Domini sacerdotes, nullus audeat * docere, * prædicare, seu monachus, siue ille sit laicus, cuiuslibet sententiæ nomine glorietur. *Leo epist. 42. vel 61. in fine. ad Theodor. Episcop. & 91. vel 60. in fine, ad Maximum Antioch. Episcopum. Burc. lib. 2. cap. 158. Iuo par. 6. c. 249. decr. Ansel. li. 7. c. 130. & in Rom. post li. vlt. c. 68.*

CAP. IV.

27.q.1.c. 32. Monacho orarium in monasterio, vel zonas habere non liceat. *Aur. c. 16. al. 20. al. 22.*

CAP. V.

Nullus sacerdotum, ac monachorum colligere alium in lecto suo præsumat; nec liceat monachis cellas habere communes, vbi aut bini maneant, aut peculiare reponi possit. Sed schola labore communi construatur, vbi omnes iaceant, aut Abbates, aut Præposito imminente; vt dum duo, vel tres vicissim & legant, & excubent, alii consolentur; vt non solum sit custodia corporum, sed & surgat pro lectione assidua, profectus animarum. *Turo. ij. cap. 15.*

CAP. VI.

Non licet Abbati filios de baptismo habere, nec monachis commatres habere. *Antisio. c. 25.*

Ne monachi negotiis sæcularibus dent operam. Tit. XXXIII.

CAPVT I.

Dist. 86. *peruenit. c. vlt.* Episcopus, clericus, monachus non conducat possessiones alienas, vel accipiat administrationem rerum sæcularium, nisi ex legibus vocetur ad impuberis inexcusabilem tutelam, aut Episcopus vrbis commiserit ei curam rerum Ecclesiasticarum, aut pupillorum, & viduarum, quæ carent defensore, & earum personarum quæ indigent Ecclesiastico auxilio. Si quis contra audeat, Ecclesiasticis pœnis subiaceat. *Chalced. cap. 3. Vide ibid. cap. 4. & act. 6. cap. 2. Paris. sub Ludou. & Loth. lib. 1. cap. 28. Capitul. lib. 1. cap. 22. Burch. lib. 2. cap. 145. Iuo par. 6. c. 218. decr. Ansel. l. 6. c. 181. in Rom.*

CAP. II.

80.q.3. *Nos. 3.* Semel in clero ordinatos, aut monachos factos, neque ad militiam, neque ad dignitatem sæcularem venire oportet. Qui id fecerint, neque pœnituerint, vt ad partes Dei reuertantur, anathematizentur. *Chalced. c. 7. Vid. Ap. 83. Aquisgr. c. 85. Tribur. 27. Capitul. li. 1. c. 26. Burc. l. 8. c. 4. Iuo par. 7. c. 28. decr. Cæsar. lib. 9. cap. 17.*

CAP. III.

Non magnopere antiqui hostis inuidia infirma membra Ecclesiæ præcipitare laborat, sed manum mittit ad desiderabilia eius, & electos quosque nititur supplantare, dicente scriptura, Escæ eius electæ, multorum siquidem casus operari se reputat, vbi pretiosius aliquod membrum Ecclesiæ sua fuerit calliditate detractum. Inde nimirum est, quod se in Angelum lucis more solito trāsfigurans, sub obtentu languentium fratrum consulendi corporibus, & Ecclesiastica negotia fidelius pertractandi, regulares quosdam, ad legendas leges, & confectiones physicas ponderandas, de claustris suis educit; vnde ne sub hac occasione scientiæ, spirituales viri mundanis rursum actionibus inuoluantur, & in interioribus ex eo ipso deficiant, ex quo se aliis putant in exterioribus prouidere; de præsentis concilij assensu statuimus, vt nullus omnino post votum religionis, post factam in aliquo religioso loco professionem, ad physicam, legesve mundanas legendas permittatur exire. Si vero exierit, & ad claustrum suum infra duorum mensium spatium non redierit, sicut excommunicatus ab omnibus euitetur, & in nulla causa, si patrocinium præstare tentauerit, audiatur. Reuersus autem in choro, capitulo, mensa, & cæteris, vltimus fratrum semper existat, & nisi ex misericordia forsan Apostolicæ sedis totius spem promotionis amittat. *Alexand. iij. in conc. Turo. c. 8. post conc. Later. par. 27. c. 2.*

Ne cler. vel mon. Greg. ix. c. 1 eo. tit. in 1. coll. Iob. 39. Abac. 1.

CAP. IV.

Clerici coram iudice sæculari aduocati in negotiis fieri non præsumant, &c. nec procurationes villarum, aut iurisdictiones etiam sæculares sub aliquibus Principibus, vel sæcularibus viris, vt iustitiarij eorum fiant clericorum, quisquam existere præsumat. Si quis aduersus hoc venire tentauerit, &c. & sæculariter agit; ab Ecclesiastico fiat ministerio alienus, &c. Districtius autem decreuimus puniendum, si religiosorum quisquam aliquid prædictorum audeat attentare. *Alex. iij. in conc. Lat. c. 12.*

c. 1. de postul. Greg. ix. & in 1. coll. c. 4. Ne cler. vel mon. Gregor. ix. & in 1. coll. c. 3. eo. tit.

CAP. V.

Quod quibusdam religiosis à sede Apostolica est prohibitum, volumus, & mandamus ad vniuersos extendi; ne quis videlicet, absque Abbatis, & maioris partis sui Capituli licentia, pro aliquo fideiubeat, vel ab alio pecuniam mutuo accipiat, vltra summam communi prouidentia constitutam. Alioqui non teneatur Conuentus pro his aliquatenus respondere, nisi forte in vtilitatem

c. fideiu. c. 4. Greg. ix. c. 1. eo. tit. in 4. coll.

domus manifeste constiterit expendisse; & qui contra statutum istud venire præsumpserit, grauiori disciplinæ subdatur. *Innoc. iij. in conc. gen. Lat. c. 59.*

CAP. VI.

Praua consuetudo, prout accepimus, & detestabilis inoleuit: quoniam monachi, & regulares canonici, post susceptum habitum, & professionem factam, spreta bonorum magistrorum Augustini, & Benedicti regula, leges temporales, & medicinam gratia lucri temporalis addiscunt, &c. Vt ergo ordo monasticus, & canonicus Deo placens in sancto proposito inuiolabiliter conseruetur, ne hoc vlterius præsumatur, auctoritate Apostolica interdicimus, &c. *Innoc. ij. in conc. Rem. ca. 6. in fine panor. Inonii.*

CAP. VII.

2. q. 7. c. 54. Nullus monachus sæcularia, aut Ecclesiastica negotia perturbare præsumat: quia mortua in talibus vox est eorum. *Pelag. ij. ep. 3. post prin. Anselm. lib. 5. cap. 63. in Rem. Cæsar. l. 9. cap. 6.*

CAP. VIII.

16. q. 1. c. 35. Monachi à monasterio egredientes, ne aliquod ministerium Ecclesiasticum præsumant agere prohibemus, nisi forte cum Abbatis imperio; nullus eorum forensis negotii susceptor vel executor existat, nisi quod monasterii exposcit vtilitas, Abbate imperante, Canonum ante omnia Gallicanorum de his constitutione seruata. *Tarr. c. 11.*

CAP. IX.

Hoc & de Abbatibus, & de presbyteris, & diaconibus, & maxime monachis obseruandum est: vt ad forum, neque vbi publice negotia iudiciaria exercentur, non pergant, &c. *Cabilo. sub Carolo c. 11.*

CAP. X.

Neque presbyteri, neque diaconi, neque monachi villici fiant. *Cabilo. sub Carol. c. 12.*

CAP. XI.

Decreuimus, sicut sancta regula dicit, vt monasterium, vbi fieri possit, per Decanos ordinetur: quia illi præpositi sæpe in elationem incidunt, & in laqueum Diaboli. Monachi ad sæcularia placita nullatenus veniant, neque ipse Abbas sine consensu Episcopi sui; & cum necessitas exigit, tunc per iussionem, & consilium Episcopi illuc vadat; nequaquam tamen contentiones, aut lites aliquas ibi mouere præsumat; sed quidquid quærendum, vel etiam respondendum sit, per aduocatos suos hoc faciat. Abbates, & monachi vsque ad interrogationem silentium habeat; & cum interrogantur, cum humilitate, & reuerentia respondeant, alias querelas omnino deuitent. In eorum claustro permaneant, &c. *Magunt. c. 12.*

CAP. XII.

cap. 1. Ne cler. vel mon. Gregor. ix. & in 1. collect. Ministri altaris Domini, vel monachi à negotiis sæcularibus abstineant. Sunt autem hæc, &c. In regula sancti Benedicti præcipitur præuidere, per quorum manus negotium monasterij transeat, &c. Apostolus ait: Nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus. 2. Tim. 2. 4. *Magunt. c. 14. Magun. sub Raban. c. 13. Capitul. lib. 7. c. 172. in addit. Bur. li. 8. c. 90. Ivo par. 7. ca. 108. decr.*

CAP. XIII.

Monachi ad placita sæcularia nullatenus vagant. *Rem. c. 29.*

CAP. XIV.

Nemo sacerdotum, vel monachorum negotiis illicitis se implicet, quomodo scriptum est. Nemo militans Deo, implicat se negotiis sæcularibus. *Rem. c. 30.* 2. Tim. 2. 4.

CAP. XV.

Comperimus nonnullos presbyteros, & monachos desertores ordinis sui, quod non sine magno animi mœrore prosequimur, adeo villicationes, & negotiationes, diuersaque turpia lucra spectare, vt illud videatur completum, quod dicitur: Et erit sicut populus, sic sacerdos. Quod & leges diuinæ, & iura canonica condemnant, quantumque etiam id religioni Christianæ contrarium sit, manifestum est, &c. In concilio quoque Chalcedonensi titulo tertio legitur. Peruenit ad sanctam synodum, &c. de monachis specialiter titul. iv. Monachos vero, &c. His ita præmissis, oportet, vt Episcopi suæ parochiæ sacerdotes, & monachos à memoratis illicitis actionibus, sua auctoritate compescant: transgressores vero censura canonica corripiant, qua dicitur. Transgredientem vero hanc definitionem nostram excommunicatum esse decreuimus, ne nomen Dei blasphemetur. *Parisiensis sub Ludouic. & Loth. li. 1. cap. 28.* Esa. c. 24.

CAP. XVI.

Monachi à negotiis sæcularibus omnino abstineant. Multa sunt negotia sæcularia, de his tamen pauca perstrinximus: ad quæ pertinet omnis libido, non solum immunditia carnis, sed etiam in omni carnali concupiscentia; quidquid plus iusto appetit homo, turpe lucrum, munera iniusta accipere, vel etiam dare pro aliquo sæculari, cum quæstu; pretio aliquem conducere: contentiones, & lites, vel rixas amare; in placitis sæcularibus disputare, excepta defensione orphanorum, aut viduarum, conductores, aut procuratores esse sæcularium rerum, turpis verbi, vel facti ioculatorem esse, vel iocum sæcularem diligere, aleas amare; ornamentum inconueniens proposito suo quærere; in deliciis viuere velle; gulam, & ebrietatem sequi; pondera iniusta, vel mensuras habere; negotium iniustum exercere; nec tamen iustum negotium est interdicendum, propter necessitates diuersas; quia legimus sanctos Apostolos negotiatos esse, & in regula sancti Benedicti præcipitur præuidere, per quorum manus negotium monasterii transeat; canes, & aues sequi ad venandum; in comessationibus, & vinolentiis c. 1. ne cler. vel monac. Gre. ix. & in 1. collect.

nimiis incumbere; superfluitatem in quibuslibet rebus nolle fugere. Quæ omnia ministris altaris interdicimus, hortantes eos secundum illud Apostolicum; Nemo militans Deo, implicat se negotiis sæcularibus, &c. *Magun. sub Rabano cap. 13. Magunt. 1. cap. 14. Capitul. li. 7. c. 172. in addit. Burch. li. 8. c. 90. Ivo par. 7. ca. 108. decr.*

1. Tim. 2.

Cap. XVII.

Monachos passim, & quasi absque canonicæ auctoritatis iugo effrænatos per sæcularia negotia minime oportet discurrere, & villicis, atque sæcularibus curis inseruire, sed secundum institutionem canonicam, in quibus tenuntiauerunt, contentos esse; & neque sæcularibus, neque Ecclesiasticis negotiis, nisi in causa necessitatis, accepta tamen propriæ ciuitatis Episcopi licentia, interesse. *Aquisgr. ij. sub Lud. part. 3. c. 2.*

Cap. XVIII.

Ne (*monachi*) sub prætextu obedientiæ diutius villicationibus inseruiant; sed regulariter obedientiam in vicissitudine sua peragentes, secum, vt de S. Benedicto legitur, in monasterio habitent, atque se ipsos recolligant, &c. *Melden. c. 57.*

Cap. XIX.

Ne monachi, vel sanctimoniales sæcularibus curis, vel negotiis occupentur; ne pompas mundiales requirant; ne Ecclesiastica iura inquietent; sed iuxta proprietatem sui vocabuli, quietem, & otium amplectantur. *Trosl. c. 3. prope fin.*

Ne simoniæ locus vllus sit apud monachos, & sanctimoniales.

Tit. XXXIV.

CAPVT I.

1. q. 1. si quis Episcopus 8. Mediator simoniacæ ordinationis clericus à suo gradu cadat, laicus, vel monachus, anathematizetur. *Chalced. cap. 2. Burc. li. 1. cap. 112. Ivo lib. 3. tit. 9. cap. 3. panorm. & par. 5. cap. 118. decr. Anselm. li. 6. cap. 81. Cæsar. lib. 4. cap. 21.*

Cap. II.

Ita auaritia implicat se inter duces Ecclesiæ, vt aliqui dicti pij viri, & mulieres transgressi mandata Domini, seducantur, & auro accepto faciant receptiones venientium ad sacrum ordinem, & ad vitam monasticam, & quorum initium improbandum est, omnia sunt abiicienda, vt ait magnus Basilius. Non enim licet seruire Deo, medio † Mamonæ. Episcopus hoc faciens, vel Præpositus, vel alius clericus; vel cesset, vel deponatur, iuxta canonem II. Chalcedon. Præposita vero eiciatur à monasterio, & alteri monasterio tradatur ad pœnitentiam. Eodem modo Præpositus, nisi presbyter sit. Quæ vero dantur à parentibus liberis dotium causa, vel quia ipsorum liberorum sunt, confitentibus his, qui offerunt, ea esse consecrata Deo: iubemus, vt siue maneant, siue recedant inde, ea permaneant monasterio, nisi Præpositi sit culpa. *Nica. ij. c. 19.*

Matth. 6. c. † atque.

Cap. III.

Non satis vtiliter in populo auaritia redarguitur, si ab iis, qui in clero constituti videntur, & præcipue, qui contempto sæculo religiosorum nomen profitentur, & regulam, modis omnibus non cauetur. Prohibemus igitur, ne ab iis, qui ad religionem transire voluerint, aliqua pecunia requiratur, ne ve Prioratus, aut capellaniæ quælibet monachorũ aut clericorum, annua distractione vendantur, nec ab eo, qui pro regimine ipsarum committitur, pro earum commissione vllum pretium exigatur, &c. *Alex. iij. in conc. Turo. c. 6. post conc. Later. par. 2. c. 10.*

De sim. c. 8. Gre. ix. & c. 7. eo. tit. in 1. coll.

Cap. IV.

In quibusdam Ecclesiis locum venalitas perhibetur habere, ita vt pro Episcopis, vel Abbatibus, seu quibuscumque personis Ecclesiasticis ponendis in sede, &c. aliquid exigatur, &c. Ne hoc de cætero fiat, & vel pro personis Ecclesiasticis deducendis ad sedem, &c. aliquid exigatur, districtius inhibemus, &c. *Alex. iij. in conc. Later. c. 7.*

De sim. c. 9. Gre. ix. & c. 8. eo. tit. in 1. collect.

Cap. V.

Monachi non pretio recipiantur in monasterio, &c. Si quis autem exactus pro sua receptione aliquid dederit, ad sacros ordines non ascendat; is autem, qui acceperit, officij sui priuatione mulctetur, &c. Prioratus quoque, siue obedientię pretij datione nulli tradantur: alioqui, & dantes, & accipientes à ministerio fiant Ecclesiastico alieni. *Alex. iij. in d. conc. Later. c. 10.*

De statu monach. c. 1. Gre. ix. & in 1. coll.

Cap. VI.

Pro benedictionibus Abbatum nihil recipiatur. *Inno. iij. in conc. gen. Lat. c. 63.*

De sim. c. 39. Gre. ix. & c. 5. eo. tit. in 4. coll.

Cap. VII.

Quoniam simoniaca labes adeo plerasque moniales infecit; vt vix aliquas sine pretio recipiant in sorores, paupertatis prætextu volentes huiusmodi vitium palliare: ne id de cætero fiat, penitus prohibemus. Statuentes, vt quæcumque de cætero talem prauitatem cõmiserit, tam recipiẽs, quam recepta, siue sit subdita, siue Prælata, sine spe restitutionis de suo monasterio expellatur, in locum arctioris regulæ ad agendum perpetuo pœnitẽtiam retrudenda. De his autem, quæ ante hoc synodale statutum taliter sunt receptæ, ita duximus prouidendum; vt remotæ de monasteriis, quæ perperam sunt ingressæ, in aliis eiusdem ordinis collocentur. Quod si propter nimiam multitudinem alibi forte nequiuerint cõmode collocari; ne forte damnabiliter in sæculo euagentur, recipiantur in eodem monasterio dispensatiue de nouo, mutatis prioribus locis, & inferioribus assignatis. Hoc etiam circa monachos, & alios regulares decernimus obseruandum. Verum ne per simplicitatem, vel

De sim. 40. Gre. ix. & c. 4 eo. tit. in 4. coll.

ignorantiam se valeant excusare; præcipimus, diœcesani Episcopi singulis annis hoc faciant per suas diœceses publicari. *Inno. iij. in conc. gen. Later. c. 64.*

Cap. VIII.

2. q. 1. c. 124. Nullus Episcopus grauamen, seu seruile seruitium ex vsu contra Ecclesiasticam normam Abbatibus, seu clericis suis imponat, vel interdictum sacerdotale officium, pretio interueniente restituat, quod si fecerit, officij sui periculum subeat. *Greg. ij. in syn. Rom. an. 6. c. 10. Tarrac. lib. 5. c. 54.*

Cap. IX.

Nullus Abbas pretium exigére ab eis, qui ad conuersionem veniunt, aliqua placiti occasione præsumat. *Vrba. ij. in syn. apud Melfiam. c. 7.*

Cap. X.

Nullus Episcopus, neque presbyter, vel Abbas, seu diaconus per præmium ad sacrum ordinem penitus accedat. Quod qui fecerit, ipso honore, quem præmiis comparare præsumpserit, omnino priuetur. *Cabilo. c. 16.*

Cap. XI.

Imputatur quibusdam fratribus eo quod auaritiæ causa hominibus persuadeant, vt abrenuntiantes sæculo, res suas Ecclesiæ con- *16. q. 7. c. 42. cõstitut. & 20. q. 3. c. vlt.* ferant, &c. Episcopi, siue Abbates, qui non in fructum animarum, sed in auaritiam, & turpe lucrum inhiantes, quoslibet homines illectos circumueniendo totonderunt; & res eorum tali persuasione non solum acceperunt, sed potius subripuerunt; pœnitentiæ canonicæ, siue regulari, vtpute turpis lucri sectatores subiaceant. Hi vero, qui vanis promissionibus, vel quibuslibet machinationibus persuasi, mentis inopes effecti, rerum suarum Domini esse nescientes, comam deposuerint; in eo quod cœperunt, perseuerare cogantur. Res namque, quæ ab illectis, & negligentibus datæ, ab auaris, & cupidis non solum acceptæ, sed raptæ noscuntur, heredibus reddantur, qui dementia parentum, & auaritia incentorum, exheredati esse noscuntur. Si vero nescientibus Episcopis, aut Abbatibus, ministri eorum, quilibet videlicet in clero, hoc fecisse conuincuntur: Episcopi, & Abbates desidia, illi vero rapacitate, & auaritia iudicentur. Hoc vero, quod quisque Deo iuste, & rationabiliter de rebus suis offert, Ecclesia tenere debet. *Cabilo. sub Carolo cap. 6. & 7. Vide Maguntin. 23. Burchar. lib. 8. cap. 93. Ivo part. 7. cap. 131. decret.*

Cap. XII.

Nemo Abbatiam per pecuniam acquirat. Et quicumque tali modo iam acquisisse comprobatur, omni remota occasione deponatur. *Pictau. cap. 2.*

Cap. XIII.

Abbates, monachi, canonici Ecclesias, quas nunquam habuerunt, non emant, nec alio modo sibi vindicent, nisi consentiente Episcopo in cuius fuerint diœcesi. In illis vero, quas hactenus absque calumnia habuerunt, redditus, beneficiaque obtineant. *Pictau. cap. 6.*

Ne monachi fœnerentur. Tit. XXXV.

CAPVT I.

Plures clericorum, & quod mœrentes dicimus, eorum quoque, qui præsens sæculum professione vocis, & habitu reliquerunt; dum communes vsuras exhorrent, commodata pecunia indigentibus possessiones eorum in pignus accipiunt, & prouenientes fructus percipiunt vltra sortem. Idcirco generalis concilij decreuit auctoritas, vt nullus amodo constitutus in clero, vel hoc, vel aliud vsuræ genus exercere præsumat, &c. *De vsur. c. 1. Greg. ix. & in 1. collect.* *Alex. iij. in conc. Turo. c. 2. post concil. Later. par. 16. c. 9.*

Ne monachi introeant in tabernas, aut ebrietati sint dediti. Tit. XXXVI.

CAPVT I.

Si contingat, vt, quæ sunt necessaria, non afferat monachus, vel sacerdos; & propter necessitatem velit siue in pandochæo, vel in alicuius domo diuertere; ei liceat hoc facere, vtpote vrgente necessitate. *Nican. ij. cap. 22.*

Cap. II.

Quod non oporteat sacro ministerio deditos, à presbyteris vsque ad diaconos, & reliquum Ecclesiasticum ordinem, &c. & ex numero ascetarum ingredi tabernas. *Dist. 44. non oportet. c. 24.* *Laod. c. 24. Aquisgr. c. 60. Capitul. lib. 1. c. 14. Burch. lib. 2. c. 131. Ivo par. 6. c. 205. decr.*

Cap. III.

Monachi, & canonici tabernas ad edendum, vel bibendum non ingrediantur, sicut in conciliis Laodicensi, & Africano legitur esse interdictum. *Rem. cap. 26. Laod. 24. Carthaginen. iij. cap. 27.*

Cap. IV.

Ministri altaris Domini, vel monachi, nobis placuit, vt à negotiis sæcularibus omnino abstineant. Multa sunt ergo negotia sæcularia; de his tamen pauca perstrinximus, &c. in deliciis viuere velle; gulam, & ebrietatem sequi. *cap. 1. Ne cler. vel mon. Gregor. ix. & in 1. collect.* *Magunt. sub Carolo cap. 14.* Addit Magunt. sub Rab. c. 13. in comessationibus, & vinolentiis nimiis incumbere, &c. Considerate quoque sententiam Domini dicentis: Attendite, ne grauentur corda vestra in crapula, & ebrietate; moderate cibum, & potum; vt iuxta Apostolum, sobrij sint parati ad seruitium Domini. *Luc. 21. 1. Tim. 3.* *Capitul. lib. 7. c. 172. in addit. Burch. lib. 8. c. 90. Ivo par. 7. c. 108. decr.*

Ne monachi intersint nuptiis, aut ludis publicis, aut turpibus. Tit. XXXVII.

CAPVT I.

NOn licet Abbati, nec monacho ad nuptias ambulare. *Antis. c. 24.*

Cap. II.

Non liceat clerico, vel monacho in hypodromiis ascendere, vel thymelicorum ludis interesse, & si vocetur clericus in nuptias, quando hi ludi ingrediuntur, surgat, & recedat, ex Patrũ disciplina; sin minus, vel cesset; vel deponatur. *Trul. c. 24. Vid. Laod. 54.*

Cap. III.

Ne clerici, vel monac. nego. saecul. c. 1. Grego. ix. & in 1. collect. Ministri altaris Domini, vel monachi à negotiis sæcularibus omnino abstineant. Multa sunt ergo negotia sæcularia, &c. turpis verbi, vel facti ioculatorem esse, vel iocum sæculare diligere; aleas amare; ornamentum inconueniens proposito suo quærere; in delitiis viuere velle, &c. *Magun. sub Carolo c. 14. Magun. sub Rab. c. 13 Capitul. lib. 7. c. 172. in addit. Burch. lib. 8. cap. 90. Iuopar. 7. c. 108. decr.*

Cap. IV.

Episcopi, & Abbates ante se ioca turpia facere non permittant. *Remen. c. 17.*

Cap. V.

Monachi, ante se ioca sæcularia, vel turpia fieri non permittant. *Magun. sub Rabano. c. 13. in fine.*

De monachorum, vel sanctimonialium vestitu. Tit. XXXVIII.

CAPVT I.

Dist. 30. c. 15. SI quis virorum exercitij prætextu (*quasi asceta*) pallio vtitur, quasi ex hoc iustitiam habeat. & contemnat eos, qui ferunt birros, atque alia communi, & consueta veste vtuntur; anathema sit. *Gangr. c. 12. Burch. lib. 8. c. 63. Iuopar. 7. c. 81. decr.*

Cap. II.

Dist. 30. c. 6. Si qua mulier eodem prætextu mutauerit vestem muliebrem consuetam, & virilem sũpserit; anathema sit. *Gangr. c. 13. Burch. lib. 8. c. 60. Iuopar. 7. c. 68. decr.*

Cap. III.

Dist. 30. c. 1. quacunque. Si qua mulier religionis prætextu (*quasi ascetria*) sibi comam tondeat, quam Deus in signum subiectionis ei dedit, quasi dissoluens subiectionis mandatum; anathema sit. *Gangr. c. 17. Burch. lib. 8. c. 62. Iuopar. 7. c. 80. & par. 8. c. 320. decr. Cæsar. lib. 9. c. 54.*

Cap. IV.

Monachi, vel sanctimoniales, iuxta suam professionem, sobrie, ac pie, & simpliciter viuant, &c. Ne sæcularibus curis, vel negotiis occupentur; ne pompas mundiales requirant, &c. Auditur enim, quod spreta humilitate, & abiectione monastica, ornamentis, & his etiam, quæ bonis laicis indecentia, & turpia sunt, operam impendant, &c. propriis, & lucris turpibus inseruiant: quod vitium tanquam pessimum cancer, ne vltra proserpat, radicitus euellendum est. *Treslcia. c. 3. in f.*

Ne monachi laicis sacramenta tribuant. Tit. XXXIX.

CAPVT I.

MOnachus officium presbyterale nõ præsumat facere, id est, ea, quæ pertinent ad parochiam, nisi tantum per necessitatem, scilicet baptismum, & pœnitentiam, si presbyter defuerit. *Greg. vij. in syn. Rom. ann. incer. c. 6.*

Cap. II.

Interdicimus & Abbatibus, & monachis publicas pœnitentias dare; infirmos visitare, *16. q. 1. c. 10.* & vnctiones facere, & missas publicas cantare: chrisma, & oleum, consecrationes altarium, ordinationes clericorum ab Episcopis accipiant, in quorum parochiis manent. *Callist. ij. in concil. Roman. cap. 17.*

Cap. III.

Nec illud nobis videtur congruum, vt clerici & laici, Episcoporum, & presbyterorum canonicorum iudicia declinantes, monasteria monachorum expetant: vt ibi monachi sacerdotibus confessionem peccatorum suorum faciant: præsertim cum eisdem sacerdotibus monachis id facere fas non sit, exceptis his dumtaxat, qui sub monastico ordine secum in monasteriis degunt, &c. *Parisiens. sub Ludouico, & Lothario lib. 1. c. 46. in med.*

Cap. IV.

Nullus Abbas, monachus, vel quilibet alius pœnitentias iniungat, nisi quibus proprius Episcopus hanc curam dederit. *Pictau. c. 5.*

Quonam modo possint monachi, vel canonici ex vna religione ad aliam se conferre. Tit. XL.

CAPVT I.

SI quis monachus pro lucro animæ, vel animarum, à suo monasterio exire, & aliud proposuerit intrare, consentientibus Episcopo, Abbate, & fratribus, consentimus, & concordamus: quia id fecisse multos sanctos legimus, &c. *Tribur. c. 26.*

Cap. II.

Canonici, & monachi de monasteriis suis, vbi prius titulati sunt, nisi causa rationabilis necessitatis, vel ædificationis animæ, vel ordinem melius obseruandi, ad aliud monasterium non transeant, propter adipiscendum aliquod ministerium, vel honorem, vel occupationem terrenam, absque consensu Episcopi sui, vel Abbatis. *Bituricen. cap. 23. apud synodum Lemouicen. act. 2.*

De monachis, qui vagantur, aut ignoti sunt, aut fingunt se monachos esse. Tit. XLI.

CAPVT I.

16.q.1.c. 11. QVi vere, & pure solitariam vitam sequuntur, debito honore digni sunt. Sed quia monachorum habitu Ecclesias, & publicas res perturbant circumeuntes vrbes, 18.q.2. quidam. c.10. & monasteria sibi constitui curantes; placuit; vt nulla monasteria ædificentur, aut oratoria, sine voluntate Episcopi vrbis, &c. *Chalc. cap. 4. Tribur. cap. 26. Capitul. lib. 5. cap. 25. Ivo lib. 3. tit. 16. cap. 1. panor. & par. 7. cap. 1. decret. Anselm. lib. 5. cap. 54. & in Roman. post lib. vlt. cap. 63.*

CAP. II.

Monachus, vel sanctimonialis non relinquat suam habitationem, & discedat ad aliam. si autem id contigerit, ipsum, vt hospitem recipi est necessarium; non tamen sine voluntate Præpositi sui recipiatur. *Nic. 7. cap. 21.*

CAP. III.

Ne monachi à monasteriorum clausuris, absque Abbatis, vel qui ab eo est constitutus, licentia, ad quodlibet opus exercendum egredi præsumant, cum vero licentia impetrata aliquid ad peragendum perrexerint, non sine duorum, vel trium ex fratribus testimonio peragant. *Leo. iv. in syno. Rom. c. 28. in fi.*

CAP. IV.

Monachi, qui relinquunt suum habitum, vel absque licentia sui Abbatis vagantur, non recipiantur. *Greg. vij. in conc. Roman. ann. incer. c. 21.*

CAP. V.

Constituimus, ne quis Episcopus monachum quemlibet vagantem in sua diœcesi, prouinciave retineat, nisi Abbatis proprij fuerit litteris regulariter commendatus. *Vrb. ij. in syn. apud Melfi cap. 10.*

CAP. VI.

Quam illicitum sit illud, æstimari non potest, vt transeuntes siue simulent, siue sint monachi, quod se appellant, quorum nec vitam; possumus scire, nec baptismum; quorum fidem incognitam habemus, nec probatam; nolint sumptibus adiuuare; sed statim aut diaconos facere, aut presbyteros ordinare festinent, aut quod est grauius, Episcopos constituere non formident, &c. *Syrici. ep. 3. cap. 2.*

CAP. VII.

20.q.4.c. 3. Monachum, nisi Abbatis sui permissu, aut voluntate, ad alterum monasterium commigrantem, nullus Abbas suscipere, aut retinere præsumat. Sed vbicumque fuerit, Abbati suo auctoritate canonum reuocetur. *Agath. c. 27. Ivo par. 3. c. 157. decr.*

CAP. VIII.

20.q.4.c. 3. mona-chũ. p. 1. Clericis sine commendatitiis Epistolis Episcopi sui, licentia non pateat euagandi. In Monachis quoque præsentis sententiæ forma seruetur. Quos si verborum increpatio non emendauerit, etiam verberibus statuimus coërceri. *Agath. cap. 38. Venet. cap. 5. & 6. Burch. lib. 2. cap. 141. & 142. Ivo lib. 3. tit. 5. cap. 26. panor. & par. 6. cap. 214. & 215. decret.*

CAP. IX.

Monachi, qui cœptam obseruationis viam relinquunt, & absque epistolis, & absque certis negotiis, vel necessitatibus per regiones vagantur alienas; cognita districtione, si se non emendauerint, ab Abbatibus suis, vel à sacerdotibus, ad communionem non recipiantur. *Andegauen. c. 9.*

CAP. X.

Si qui clericus propter luxum, vanitatisque præsumptũ de officio suo sponte discesserit, ac velut obseruatorem legis monachum videri se maluerit, quam clericum; ita de Ecclesia repellendum; vt nisi rogando, atque obsecrando plurimis temporibus satis fecerit, non recipiatur. *Cæsar. 6.*

CAP. XI.

Religiosi propriæ religionis, qui nec inter clericos, nec inter monachos habentur; siue hi, qui per diuersa loca vagi feruntur, ab Episcopis, in quorum conuentu commorari noscuntur, licentia eorum coërceatur; vt aut in clero, aut in monasterio deputentur; præter eos, qui ab Episcopo suo, propter ætatem, aut languorem fuerint absoluti. *Tolet. iv. c. 52.*

CAP. XII.

Monachi, & sanctimoniales non exeant ex monasterio, nisi vrgente necessitate, & cum benedictione Præpositi, & cum honestis sociis. *Trul. c. 46.*

CAP. XIII.

Vt monachi, qui veraciter regulariter viuunt, ad Romanam sedem, vel alicubi vagari non permittantur, nisi obedientiam Abbatis sui exerceant. Et si talis causa euenerit, quod absit, quod ille Abbas sic remissus, vel negligens inueniatur; vt in manus laicorum ipsum monasterium veniat, & hoc Episcopus emendare non potuerit; & aliqui tales monachi ibidem fuerint, qui propter Deum de ipso monasterio migrare velint, propter eorum animas saluandas; hi per consensum Episcopi, licentiam habeant, qualiter eorum animæ possint saluari. *Vern. c. 10.*

CAP. XIV.

Monachi in eorum claustro permaneant, nullusque ex eis foras vadat, nisi per necessitatem ab Abbate mittatur in obedientiam. Nec foris manducent, neque bibant sine permissione Abbatis, nec ad conuiuia sæcularia vadant. *Magunt. c. 12.*

CAP. XV.

Monasterium ita debet constitui, vt omnia necessaria infra monasterium exerceantur,

vt non sit necessitas monachis, vel clericis, vel puellis vagandi foras, &c. *Magunt. cap. 20. Capitul. lib. 5. cap. 78.*

CAP. XVI.

Ne monachi, aut canonici occasionem quærant vagandi, &c. *Rem. c. 25.*

CAP. XVII.

Multi Ecclesiasticæ regulæ subiecti, propositi, & loci sui desertores effecti, passim quocumque eis voluntas suaserit, posthabita auctoritate canonica pergunt, & non solum ab aliis Episcopis, & Abbatibus, verum etiam à Comitibus, & nonnullis aliis nobilibus viris recipiuntur. Quod quantum, & à diuina, & à canonica auctoritate discordet, in promptu est. Quod ne vlterius fiat, & ab Episcopis, & à cæteris Ecclesiasticis Prælatis obseruandum, &c. *Paris. sub Ludouic. & Loth. lib. 1. cap. 36.*

CAP. XVIII.

Illud à vestra pietate suppliciter flagitamus; vt monachi, & presbyteri, nec non & clerici, qui postposita canonica auctoritate passim Palatium adeunt, & vestris sacris auribus importunissimam molestiam inferunt, vestra auctoritate, & potestate deterreantur, ne hoc facere præsumant, quoniam in huiuscemodi facto & vigor Ecclesiasticus contemnitur, & religio sacerdotalis, & professio monastica vilior efficitur. *Parisiens. sub Ludou. & Loth. lib. 3. cap. 14.*

CAP. XIX.

Postulandum est de monachis, vt & ipsi in publicis locis sine ratione decenti discurrere prohibeantur; quia hoc à proposito ipsorum procul abfistit. Fieri etiam potest, vt quidam illorum, &c. perpetrato scelere in monasterio, causam vagandi potius eligant, quam regularibus disciplinis subiacere. *Aquisgr. ij. sub Ludou. par. 4. c. 23.*

CAP. XX.

Monachi, quibus monasteriorum cura commissa non est, passim, & sine auctoritate Palatium non adeant, nec in eo immorentur; vel vbicumque discurrere, ac peruagari præsumant: sed si tales quilibet fuerint, vt vtiles, & necessarij Ecclesiæ, ac Principi reperiantur, cum auctoritate Episcopi canonice, ac religiose pergant. Sin autem, in monasteriis suis, sicut canonica, & regularis docet institutio, religiose resideant, &c. *Melden. c. 57.*

De monachis solitariis, & emeritis. Tit. XLII.

CAPVT I.

16. q. 1. c. 12. QVi vere, & pure solitariam vitam sequuntur, debito honore digni sunt. *Chalcedon. cap. 4. Vide Capitul. lib. 5. cap. 25. Iuo lib. 3. titulo 16. cap. 1. panorm. & par. 7. cap. 1. decr. Anselm. lib. 5. cap. 54. & in Roma. post lib. vlt. cap. 63.*

CAP. II.

Monachi non singuli per villas, & oppida, seu ad quascumque parochiales ponantur ecclesias: sed in maiori conuentu, aut cum aliquibus fratribus maneant: nec soli inter sæculares homines spiritualium hostium conflictionem expectent, Salomone dicente Væ soli, quia cum reciderit, non habet subleuantem. *Alex. iij. in conc. Later. c. 10.* Greg. ix. & vij. collect. De stat. mon. c. 2. Eccl. 4.

CAP. III.

Nos quidem, qui vitam cum pluribus ducimus, etsi formidolosi, ac timidi, tamen quia contra hostem antiquum bella proponimus, quasi in acie stamus. Vos autem, qui solitariam vitam ducitis, quid aliud, quam monachos dixerim; qui feruore virtutis etiam ante aciem exire festinatis? Cur ergo eum non singulariter hostis impetat, à quo se impeti singulariter spectat? Et nos quidem, qui inter homines viuimus, sæpe per homines à callido hoste tentamur. Vos autem, qui viam vitæ præsentis extra hominum frequentiam ducitis, tanto maiora certamina pati necesse est, quanto ad vos ipse tentationum magister accedit. Neque enim vacare orationibus, ac laudibus Dei sine aliqua interruptione temporis potestis; quia etsi intentio continue prompta est, ipsa tamen humanitatis infirmitas ad semetipsam relabitur, vt aliquando fessa iaceat, atque ab studij sui exercitatione torpescat. Antiquus vero hostis, mox vt otiosam mentem inuenerit, ad eam sub quibusdam occasionibus locuturus venit, & quæ dam ei de gestis præteritis ad memoriam reducit; audita quondam verba indecenter cogitationi resonat; & si qua dudum turpiter acta sunt, eorum species oculis cordis opponit; vt quem de præsentibus non valet inquinare, de malis transactis violet. Et decepta mens sæpe inde delectationem reparat, vnde diu iam se per pœnitentiam afflixit, &c. *Greg. epist. ad Secundinum inclusum, lib. 7. regist. c. 53 post prin.*

CAP. IV.

Seruandum est de monachis, ne eis ad solitarias cællulas liceat à congregatione discedere. Nisi forte probatis post emeritos labores, aut propter infirmitatis necessitatem, asperior ab Abbatibus regula remittatur †. Quod ita demum fiet, vt intra eadem monasterij septa manentes tamen sub Abbatis potestate, separatas habere cællulas permittantur. *Agath. c. 38. Venit. cap. 7. Iulian. Nou. Iustin. 123. c. 53.* 20. q. 4. c. 3. monachum p. vlt. † permaturi.

CAP. V.

Nullus monachus congregatione monasterij derelicta, ambitionis, & vanitatis impulsu cællulam constructe, sine Episcopi permissione, vel Abbatis sui voluntate præsumat. *Aurel. cap. 18. al. 22. al. 24. Capitul. lib. 6. c. 138.* 18. q. 2. c. 14.

CAP. VI.

Quosdam paternarum traditionum igna-

ros, vel oblitos esse conspicimus, &c. Dum enim indocti docere appetunt; quid aliud, quam quia ignorantiæ errore vexentur, ostendunt? &c. Eos, quos in cællulis propriis reclusa sanctæ vitæ ambitio tenet, quosque eiusdem sancti propositi, & merita iuuant, & probitas ornat, hos Dei auxilio, & nostro fauore tutos existere: illos vero, quos in tali proposito, ignauia impulit, non prudentiæ cognitio deputauit; quosque nulla vitæ dignitas ornat, sed & ignorantia fœdat, & morum execratio turbat: decernimus ab his abiici cællulis, atque locis, in quibus aut feruntur vagi, aut tenentur inclusi; atque ab Episcopis, siue rectoribus monasteriorum, ex quorum congregatione fuerint, vel in quorum vicinitate consistunt, in monasteriis omnimodo deputentur. Vt illic sancti ordinis meditantes doctrinam, primum possint discere, quæ sunt à Patribus instituta; vt postea valeant docere, quæ sunt sancta meditatione percepta; atque tunc demum, si doctrinæ, & sancti operis fructu extiterint fœcundati, ad summam virtutis properent, exercitio sanctæ intentionis imbuti. Deinceps autem, quicunque ad hoc sanctum propositum venire disposuerit, non aliter dabitur assequi, &c. nisi prius in monasteriis instituti, & secundum sanctas monasteriorum regulas plenius eruditi, dignitatem honestæ vitæ, & notitiam potuerint sanctæ promereri doctrinæ. Cæteros vagos, & inhonestos, qui ex sacerdotibus; vel ministris repererint, aut si fuerint prope, cœnobiorum Patribus corrigendos assignent; aut si difficile est, pro sola honestate vigoris sui potestati erudiendos inclinent. *Tolet. vij. c. 5.*

CAP. VII.

Qui in vrbibus, & agri in claustris † se separare volunt, & sibi solis consulere; prius in monasterium ingredi oportet, & anachoreticam conuersationem discere, & triennio monasterij Præfecto in Dei timore subiicere se, & in omnibus, vt decet, obedire, & ita profitentes voluntatem eius vitæ, ex se ex toto corde id desiderare, apud eius loci Præfectum probari, rursus altero anno extra claustra † sint, vt finis eius magis appareat, quod non vanam gloriam, sed quietem petant. Tunc includantur: neque cum velint, exire possint, nisi ob communem vtilitatem aut maiorem vim, siue necessitatem mortiferam, cum Episcopi benedictione, si qui vero alias exire tentauerint, inuiti includantur, & ieiuniis, & aliis macerationibus curentur: scientes scriptum esse: Nemo mittens manum ad aratrum, & respiciens retro, aptus est ad regnum cælorum. *Trul. c. 41.*

† clausuras.

† claustrum.

Luc. 9. 8.

CAP. VIII.

Qui dicuntur eremitæ, qui vestibus nigris, intonsisque crinibus circumeunt vrbes; inter viros laicos, & mulieres, suam professionem deturpantes; iubemus, vt si volunt crines tondere, monachorum habitum suscipere, in monasterium inducantur, & cum fratribus statuantur. Si nolunt, extra vrbes eiiciantur, & eremum habitent, vnde nomen acceperunt. *Trul. c. 42.*

CAP. IX.

Noui monachos aliquot, cum in mundo essent, omni libidine conspurcatos: cum autem solitarie viuerent, tamquam faces in orbe resplenduisse, nullum tamen ex his in sacerdotem ordinatum. Quod si autem id semel atque iterum factum est, non tamen confestim legem in Ecclesia præscribit. *Taras. CP. ante vij. syn. in ep. ad Ioan. presb. in med.*

De Abbate, siue Præposito monachorum, & de electione eius, & munere. Tit. XLIII.

CAPVT I.

Licet lectores facere Præposito monasterij, si ipse Præpositus ab Episcopo ordinatus est Presbyter. *Nic. vij. c. 14. ivo par. 5. c. 376. decr. Cas. lib. 9. c. 21.* *Dist. 67. c. 1.*

CAP. II.

Monachi non pretio recipiantur in monasterio, non peculium permittantur habere; non singuli per villas, & oppida, seu ad quascunque Parochiales ponantur Ecclesias: sed in maiori conuentu, aut cum aliquibus fratribus maneant, &c. Si vero peculium habuerit, nisi ei ab Abbate pro iniuncta fuerit administratione permissum, de communione remoueatur altaris, &c. Abbas etiam, qui ista diligenter non curauerit, officij sui iacturam se nouerit incursurum. *Alexand. iij. in conc. Later. cap. 10.*

De stat. mon. c. 2. Gregor. ix. & in 1. collect.

CAP. III.

Defuncto Abbate cuiusquam congregationis, non extraneus, nisi de eadem congregatione, quem sibi propria voluntate concors fratrum societas elegerit; & qui electus fuerit, sine dolo, vel venalitate aliqua ordinetur. Quod si aptam inter se personam inuenire nequeunt, solerter sibi de aliis monasteriis similiter eligant ordinandum. Nisi forte ex tantis criminibus, quæ sacri canones punire monstrant, prohibeantur. *Gregor. in synod. Later. de mona. nigris cap. 2. & in epist. 18. apud Martin. Episc. Rauen. post pren. lib. 7. regist. Ivo lib. 3. tit. 16. c. 8. panor. & par. 7. c. 11. decr. Ansel. lib. 5. c. 58. Cas. lib. 7. cap. 50. Tarrac. lib. 1. cap. 312.*

18. q. 2. c. 5. quam sit p. 1.

† extranetibus f

CAP. IV.

Abbates per cœnobia, vel vt hoc tempore monasteria nuncupantur, tales constituantur, qui sui vocabuli ministerium Deo possint indubitanter supplere; ita docti; vt quandoque fratrum negligentia acciderit, omnino cognoscere possint, & emendare; sacerdotalem quoque sint honorem adepti; vt peccantium sibi subiectorum fratrum valeant

omnimodo refrænare, & amputare commissa; & ita obseruent, & statuta regularium per omnia non inueniantur derelinqui. Quatenus Domini pro cunctis possint clementiam exorare; vt scelerum abluti squalore, piaque conuersatione muniti, sanctorum mereantur consortio sociari. *Eugen. ij. & Leo iv. in synod. Roman. c. 27.*

Cap. V.

Ne monachi à monasteriorum clausuris, absque Abbatis, vel qui ab eo est constitutus, licentia, ad quodlibet opus exercendum egredi præsumant; cum vero licentia impetrata aliquid ad peragendum perrexerint, non sine duorum, vel trium testimonio pergant. Nam si Abbas intenso studio cuncta hæc non procurauerit adimplenda; talem se credat sustinere, iuxta Patrum sententiam, censuram; qualem delinquentes monachi tunc promereri debuerant. *Leo iv. in synod. Roman. c. 28.*

Cap. VI.

Abbas si in culpa reperiatur, aut fraude, & innocentem se asserens, ab Episcopo suo accipere noluerit correptionem, ad Metropolitani iudicium deducatur. *Epau. c. 19.*

Cap. VII.

Abbatibus, Presbyteris, omnique clero, vel in religionis professione viuentibus, sine discussione, vel commendatione Episcoporum pro petendis beneficiis ad domos venire non liceat. Quod si quisquam præsumpserit, tamdiu loci sui honore, & communione priuetur, donec per pœnitentiam plenam, eius satisfactionem sacerdos accipiat. *Aurel. cap. 9. al. 7.*

Cap. VIII.

In alia synodo nobis perdonastis, vt illa monasteria, vbi regulariter monachi, vel monachæ vixerunt, hoc quod eis de illis rebus dimittebatis, vnde viuere potuissent, vt exinde si regalis erat, ad dominum Regem faciant rationes Abbas, vel Abbatissa: & si Episcopalis, ad illum Episcopum. Similiter & de illis vicis. *Vernen. sub Pipino c. 20.*

Cap. XI.

In victu, & vestitu, vel conuersatione Abbatum, qui monachos habere cernuntur, Dei voluntas, & domini Imperatoris impleatur. *Remen. c. 23.*

Cap. X.

Sit rector discretus in silentio, humilis in verbo, ne aut tacenda proferat, aut proferenda reticescat. Nam sicut incauta locutio in errorem pertrahit, ita indiscretum silentium hos, quos erudire poterat, in errore derelinquit. Si rector bene agentibus per humilitatem socius, contra delinquentium vitia per zelum iustitiæ erectus; vt & bonis in nullo se præferat, & cum prauorum culpa exigit, potestatem protinus sui prioratus agnoscat: quatenus & honore suppresso, æqualem se subditis bene viuentibus deputet, & erga peruersos iura rectitudinis exercere non formidet. Omnes homines natura æquales genuit: sed variante meritorū ordine, alios aliis culpa postponit. Ipsa etiam diuersitas, quæ accessit ex vitio, diuino iudicio dispensatur; vt quia omnis homo æque stare non valet, alter regatur ab altero; cuncti, qui præsunt non in se potestatem debent ordinis, sed æqualitatem pensate conditionis; nec præesse hominibus; sed prodesse. Quam videlicet potentiam bene regit, qui scit per illam super culpas erigi: scit cum illa cæteris æqualitate componi, &c. *Greg. in pastor. lib. 2. c. 4. & 1. apud Aquisg. c. 21.*

Cap. XI.

Comperimus, quod nonnulli Prælatorum, nulla interueniente necessitate, non cum clericis, sed potius seorsum cum laicis, & quibusdam familiaribus suis sermocinati, & conuiuari delectentur. Similiterque & à quibusdam Abbatibus, & Abbatissis fieri didicimus. Quæ res, quia valde à paterna sollicitudine abhorret, & subditos in contemptum magistrorum, murmurationemque & in diuinorum obsequiorum transgressionem pertrahit, protsus resecandam esse statuimus; &, vt ab hinc Prælati, in his, quæ præmissa sunt, quantum facultas permiserit, sibi subditis participes existant, censuimus. De qua re in Actibus Apostolorum, & in vita beati Augustini, & in concilio Sardicensi cap. xiv. copiosa habentur exempla. *Paris. sub Ludo. & Lothar. lib. 1. c. 21.*

Cap. XII.

De Abbatibus canonicis, & regularibus, & de Abbatissis, quæ in sanctimonialibus præesse videntur, siue de laicis, qui monasteria habent, illud tantummodo vestræ pietati deposcimus, vt admoneantur, vt de se ipsis cæteris bonum exemplum præbeant, & religiose, sicut decet, conuersentur; & quod vniuscuiusque professioni inconueniens est, & in sacris voluminibus prohibetur, omnino caueant; & loca sibi à vobis concessa deperire, & destrui per negligentiam non dimittant, &c. *Paris. sub Ludou. & Loth. lib. 3. c. 18. Capit. lib. 5. c. 181.*

Cap. XIII.

Abbates monachorum oportet priuilegij studio gregis sibi commissi curam gerere, &c. Simul etiam diuinæ lectionis studio iugiter eos informent; ne aut tempore desolati auxilio, diuinum opus explere nequeant, aut torpentes otio in laqueum tentationis incidant, &c. *Aquisgr. ij. sub Lud. par. 3. c. 2.*

Cap. XIV.

Monachos, nec Episcopus, nec Abbas, vel quilibet alius veredariorum more, in missaticis instanter transmittat. Quia per quosdam illorum contra canonicam auctoritatem, & Ecclesiastica, & ciuilia perturbantur negotia. *Melden. c. 57.*

Cap. XV.

De monasteriis clericorum, monachorum,

atque puellarum, quæ clericis, siue laicis beneficij iure donata sunt, placuit; vt tales eis præficiant prouisores, & Præpositos, sicut in Cabilonensi concilio scriptum est, qui, & præesse nouerint, & prodesse; & qui ad Episcopum recurrant, & secundum eius ordinationem ad conuentum synodi occurrant, & commissum sibi gregem canonice, & cum magna religione custodiant, quasi rationem de animabus eorum reddituri. *Magun. sub Arnul. c. 25. Cabil. sub Carolo. c. 52. & 54.*

C A P. XVI.

Abbates monachorum regulam per singula verba discutientes pleniter legant, & intelligenter Domino opitulante efficaciter cum monachis implere studeant. *Trosleia. c. 13. ante med. ex Capitular.*

C A P. XVII.

1. Tit. 4. In doctrina sua Abbas illam semper debet Apostolicam formam seruare, in qua dicit; Argue, obsera, increpa. *Trosleia. c. 3. ante med. ex regula Sancti Benedicti. c. 2.*

C A P. XVIII.

Monachorum causam qualiter ex parte disposuerimus; & quomodo ex se ipsis eligendi Abbatis licentiam dederimus, & qualiter, Deo opitulante, quiete viuere, propositumq; indefessi custodire valerent, ordinauerimus, in alia schedula annotari fecimus. *Capitulare Carol. lib. 1. c. 86. & in add. lib. 7. cap. 5. poster. apud Trosleianum c. 3. post med.*

C A P. XIX.

Censemus, vt status monasteriorum inuiolatus, iuxta antiquam regulæ traditionem, vel canonum constituta seruetur, & vt Abbates sint religiosæ personæ, & quæ regularem nouerint disciplinam. *Trosl. c. 3. in fi.*

C A P. XX.

De ætat. & qualit. ord. ca. 1. Gregor. ix. & in 1. collect. Abbates, qui Presbyteri non sunt, Presbyteri fiant, aut prælationes amittant, &c. Quod si aliqua iusta causa prohibente Presbyteri esse non potuerint, prælationes amittant. *Pictau. cap. 17.*

De Prioribus monachorum.
Tit. XLIV.

CAPVT I.

De stat. mon. c. 2. in fi. Gre. ix. & in 1. collect. PRioratus, siue obedientiæ pretij datione nulli tradantur, &c. Priores vero cum in conuentualibus Ecclesiis fuerint constituti, nisi pro manifesta, & rationabili causa, non mutentur; videlicet si fuerint dilapidatores, si incontinenter vixerint, aut aliquid tale egerint, pro quo amouendi merito videbuntur; aut si etiam pro necessitate maioris officij, de consilio fratrum, fuerint transferendi. *Alexand. iij. in concil. Later. cap. 10. in fine.*

Abbates monachorum, & canonicorum & Abbatissæ dent operam, vt suppetant monachis, quæ necessaria sunt.
Tit. XLV.

CAPVT I.

ABbates monasteriorum, in quibus canonica vita antiquitus fuit, vel nunc videtur esse, sollicite suis prouideant canonicis, vt habeant claustra, & dormitoria, in quibus simul dormiant, simulque reficiantur, horas canonicas custodiant; victum, & vestimenta, iuxta quod potest Abbas, habeant; quo facilius ad Dei seruitium possint constringi. Sintque Abbates sibi subditis bene viuendo duces, & præuij, viamque demonstrent, qua recte gradiendo ad meliorem vitam peruenire valeant. *Turon. sub Carol. c. 24. Troslei. c. 3.*

C A P. II.

In monasteriis puellarum multa inueniri possunt, quæ emendatione indigent. Nam quædam Abbatissarum negligentius, quam oporteat, viuere dicuntur, &c. & talium actus subdita familia imitatur. Victus etiam, ac vestimenta, aliaque nonnulla necessaria, quæ iure ab Abbatissis præparari debuerant, abstracta sibi eadem conqueritur familia. *Turo. sub Carol. c. 26.*

C A P. III.

Abbatissa stipendia sanctimonialibus præbeat necessaria, ne forte per indignationem cibi, aut potus, peccare compellantur. *Cabilon. sub Carol. c. 54.*

C A P. IV.

De monasteriis puellarum considerandum est, & Imperatoris misericordia imploranda; vt victum, & necessaria sibi à Prælatis consequi possint sanctimoniales, & vita illarum, & castitas secundum fragilitatem sexus diligenter prouisa tueatur. *Rem. c. 33.*

C A P. V.

Illud semper caueant Prælati (*canonicorum,*) ne id, quod dare debent, aut possunt, qualibet dissimulatione, aut tenacitate subditis subtrahant; ne paupertatis occasione compulsi, per diuersa vagari, aut turpibus se implicare negotiis cogantur, & relicto Ecclesiastico officio incipiant indisciplinate viuere, & propriis voluptatibus deseruire. Et Prælati, qui eis necessaria largiendo, à Domino remunerari poterant; districte, & seuere iudicentur. Dent quippe eis pulmentum, iuxta quod vires suppetunt, & loca eis congrua attribuant, in quibus nutrimina fiant, vnde necessaria pulmenta habeant, exceptis his, quæ dare de Ecclesiæ virilis, vel oblationibus fidelium accipiunt. *Aquisgran. c. 122. in fi.*

C A P. VI.

Hoc vigilanter perpendere debent Præ-

lati; quod eadem pastio gregis dominici, non vniformi, sed omnimoda est sollicitudine gerenda: scilicet, quia & terrena subsidia diligenter illis præbere, & exempla virtutis simul cum verbo prædicationis debent sollicite impendere. Quapropter studeat vnusquisque prælatus, vt familiæ Christi annonam spiritualem, carnalemque fideliter subministret, vt effici mereatur ille euangelicus seruus, de quo dicitur: Fidelis seruus, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam; vt det illis in tempore tritici mensuram, &c. Hanc igitur geminam pastionem, Prælati sibi commissis ouibus impendere instanter procurent; vtpote pro animabus earum Domino rationem reddituri; quatenus eas pastori omnium, Christo videlicet, summo Pontifici, secum in tremendi examinis die illæsas præsentantes, non cum reprobis, & diuina vltione feriendis damnentur; sed potius cum electis pastoribus perpetua fœlicitate à Domino remunerentur. *Aquisgr. c.123.*

Matth. 24. d. Luc. 12. f.

Cap. VII.

Abbates cõgregationes sibi commissas, siue spiritualiter, siue temporaliter paterno affectu gubernare, eisque necessaria stipendia administrare non negligant; ne forte propter aliquam inopiam, & diuina officia negligantur, & ipsæ congregationes irreligiosius viuere compellantur. *Parisiens. sub Ludou. & Loth. lib.3.c.18. Capit. lib.5.c.181.*

Cap. VIII.

Vt Abbates canonici gregibus sibi commissis instanter inuigilent, & geminam eis pastionem impendant, id est, cibi, & verbi; quatenus absque murmurationis vitio Domino seruire valeant. *Aquisgran. ij. sub Ludou. parte.3.c.1.*

Cap. IX.

Abbates monachorum oportet peruigili studio gregis sibi commissi curam gerere; videlicet, vt sine quibus esse non possunt, temporalia subsidia administrent, tantoque id studiosius decertent agere, quanto sciunt exterius nihil contingere licere. *Aquisgr. ij. sub Ludou. par.3.c.2.*

Cap. X.

De necessariis subditarum victualibus Prælatæ monasteriorum ad proprios vsus subditis subtrahere non præsumant: ne, & illæ inde, occasione videlicet minorationis victus, atque vestimentorum, in laqueum incidant Diaboli. *Aquisgr. ij. sub Lud. p.3.c.13.*

Cap. XI.

Ne vlla monachis euagandi detur occasio, prouideant Abbates, vel Præpositi monasteriorum; & secundum quod temporis, vel loci fert possibilitas, omnia illis in victualibus, & vestibus necessaria, sicut regula præcipit, oportune ministrentur. *Troslei. c.3. in fine.*

Ne vnus Abbas præsit duobus monasteriis, aut duo Abbates vni monasterio. Tit. XLVI.

CAPVT I.

PRohibemus, ne quis in diuersis monasteriis locum monachi habere præsumat: nec vnus Abbas pluribus monasteriis præsidere. *Inn. iij. in conc. gen. Later. c.13. in fi.*

De relig. dom. c. vl. Greg. ix. & c.3. eo. tit. in 4. collect.

Cap. II.

Abbatibus singulis diuersas cællulas, aut plura monasteria habere non liceat, nisi tantum propter incursum hostilitatis intra muros receptacula collocare. *Ag. c.38. Venet. c.8.*

20. q. 4. monach. c.5. in fi.

Cap. III.

Vnum Abbatem duobus monasteriis præsidere interdicimus. *Agath. c.57. Epau. c.9. Capit. lib.6.c.153. Burch. lib.8.c.81. Iuop.3.c.164. & par. 7.c.99. decr.*

21. q. 1. c. 4.

Cap. IV.

Duo Abbates in vno monasterio esse non debent; ne sub obtentu potestatis, simultas inter monachos, & scandalum generetur. Veruntamen si quilibet Abbas sibi elegerit successorem; ipse, qui sic eligitur, de facultatibus ipsius monasterij ad regendum nullam habeat potestatem. *Cabilon. c.12.*

De Capitulo Abbatum. Tit. XLVII.

CAPVT I.

IN singulis Regnis, siue Prouinciis fiat de triennio in triennium, saluo iure diœcesanorum Pontificum, commune capitulum Abbatum, atque Priorum Abbates proprios non habentium, qui non consueuerunt tale capitulum celebrare, &c. apud vnum de monasteriis ad hoc aptum. Nullusque plus, quam sex euectiones, & octo personas adducat. Aduocent autem in his primordiis duos Cisterciensis ordinis Abbates vicinos, &c. Qui duos sibi de ipsis associent, quos viderint expedire. Ac ipsi quatuor præsint capitulo vniuerso, auctoritatem tamen prælationis non assumant, quin possint mutari, &c. Illic diligens habeatur tractatus de reformatione ordinis, & obseruantia regulari; & quod statutum fuerit illis iv. approbantibus, ab omnibus inuiolabiliter obseruetur, omni excusatione, & contradictione, ac appellatione remotis. prouiso nihilominus, vbi sequenti termino † debeat capitulum celebrari, &c. Ordinentur etiam in eodem capitulo religiosæ, ac circumspectæ personæ, quæ singulas Abbatias eiusdem regni, siue Prouinciæ, non solum monachorum, sed etiam monialium, secundum formam sibi præfixam, vice nostra studeant visitare corrigentes, & refor-

De sta. mon. c.7. Greg. ix. & c.2. eo. tit. in 4. collect.

† mutatio f.

man-

mantes singula, &c. Ita quod si rectorem loci cognouerint ab admonitione penitus amouendum, denuntient Episcopo proprio, vt illum amouere procuret. Quod si non fecerit, ipsi visitatores hoc referant ad Apostolicam sedem examinandum. Hoc ipsum regulares canonicos secundum ordinem suum volumus, & præcipimus obseruare. Si vero in hac nouitate quidquam difficultatis emerserit, &c. ad Apostolicæ sedis iudicium referatur, cæteris seruatis. Porro diœcesani Episcopi monasteria sibi subiecta ita studeant reformare; vt cum ad ea dicti visitatores accesserint, plus in illis inueniant commendandum, quam corrigendum, &c. cauentes, ne per eos monasteria in debitis oneribus aggrauentur, &c. Præcipimus tam diœcesanis Episcopis, quam personis, quæ præerunt capitulis celebrandis; vt per censuram Ecclesiasticam appellatione remota compescant aduocatos, patronos, vicedominos, rectores, & Consules, magnates, & milites, seu quoslibet alios; ne monasteria præsumant offendere in personis, ac rebus; & si forsitan offenderint, eos ad satisfactionem compellere non omittant: vt liberius, & quietius omnipotenti Deo valeant famulari. *Innoc. iij. in conc. gen. Later. c. 12.*

Ne laici monachis præsint, aut apud illos habitent, aut Abbatias conferant, neve monachi eas ab ipsis accipere audeant.

Tit. XLVIII.

CAPVT I.

c. 3. de priuil. Greg. ix. & in 2. collect. Ecclesias sane, & decimas de manu laicorum sine consensu Episcoporum, tam illos (*loquitur de fratribus Templi, & Hospitalis*) quam quoscumque alios religiosos recipere prohibemus: dimissis etiam, quas contra tenorem istum moderno tempore receperunt. *Alex. iij. in conc. Later. c. 9.*

Cap. II.

De praeb. c. 31. Gre. ix. & c. 7. eo. tit. in 4. coll. In Lateranensi concilio noscitur fuisse prohibitum; ne quilibet regulares Ecclesias, seu decimas sine consensu Episcoporum, de manu præsumat recipere laicali, &c. *Innoc. iij. in conc. gen. Later. c. 61.*

Cap. III.

Ne aliquis clericus, vel monachus ab ipsis laicis Ecclesias recipiat dono, vel pretio, nisi ab Episcopo. *Gre. vij. in conc. Ro. an. inc. c. 1.*

Cap. IV.

Nullus clericus, vel monachus, vel laicus donum Ecclesiasticæ rei, vel ipsam Ecclesiam à laico recipiat, sed ab Episcopo. *Greg. vij. in conc. Rom. ann. incer. c. 10.*

Cap. V.

16. q. 7. c. 13. quoniam. Decernimus, vt nullus clericorum inuestituram Episcopatus, vel Abbatiæ, vel Ecclesiæ, de manu Imperatoris, vel Regis, vel alicuius laicæ personæ, viri vel fœminæ suscipiat. Quod si præsumpserit, recognoscat inuestituram illam Apostolica auctoritate irritam esse, & se vsque ad dignam satisfactionem excommunicationi subiacere. *Greg. vij. in syn. Rom. ann. 6. Pont. 1078. xiij. Kalend. Decem. cap. 3. Tarracon. lib. 5. c. 47.*

Cap. VI.

16. q. 7. c. 12. Apostolica auctoritate decernimus, vt si quis deinceps Episcopatum, vel Abbatiam de manu alicuius laicæ personæ susceperit, nullatenus inter Episcopos, vel Abbates habeatur; nec vlla ei, vt Episcopo, seu Abbati audientia concedatur. Insuper & gratiam sancti Petri, & introitum Ecclesiæ interdicimus, quousque locum, quem sub crimine tam ambitionis, quam inobedientiæ, quod est scelus idololatriæ, cepit resipiscendo non deserit. *Gregor. vij. in synod. Roman. anno. 7. Pontif. cap. 1. Victor. iij. in synod. Beneuent. Anselm. lib. 6. cap. 64. Deusded. cap. 1. Cæsar. lib. 4. cap. 32.*

Cap. VII.

16. q. 7. c. 12. Constituimus, vt si quis deinceps Episcopatum, vel Abbatiam de manu alicuius laicæ personæ susceperit, nullatenus Episcopus, vel Abbas habeatur, neque vlla ei vt Episcopo, vel Abbati adhibeatur reuerentia, &c. *Victor. iij. in conc. Beneuen. Greg. vij. in conc. Rom. ann. 7. c. 1. Deusd. c. 1. Ansel. lib. 6. c. 64. Cæsar. lib. 4. cap. 32.*

Cap. VIII.

Nullus Abbas, nullus Ecclesiarum Præpositus, quæ iuris sunt Ecclesiastici, accipere sine Episcopi concessione præsumat. *Vrban. ij. in syn. apud. Melfi. c. 6.*

Cap. IX.

Nullus Monachus Abbatiæ inuestituram de manu laici suscipere audeat, quod si præsumpserit, depositione mulctetur. *Vrban. ij. in conc. apud Melfiam. c. 8.*

Cap. X.

16. q. 7. c. 25. Si quis Principum, vel aliorum laicorum dispositionem, siue donationem, siue dominationem rerum, seu possessionum Ecclesiasticarum sibi vindicauerit; vt sacrilegus iudicetur. Clerici vero, siue monachi, qui eas per eorum potestatem acceperint, excommunicationi subiiciantur. *Paschal. ij. in concil. 1. incerto c. 5. & 6. Calist. ij. in conc. Rom. c. 4.*

Cap. XI.

16. q. 7. c. 16. Si quis clericus, Abbas, vel monachus, per laicos Ecclesias obtinuerit, secundum sanctorum Apostolorum canones, & Antiocheni concilij capitulum excommunicationi subiaceat. *Paschal. ij. in concil. 2. incerto c. 3. Vid. Ap. 30. C. 31. L.*

Cap. XII.

Priuilegium, quod bonæ memoriæ prædecessor noster Alexand. contra sanctorum Patrum statuta, aliqua subreptione, vel deceptione inductus fecit, Euerardo Comiti, eiusque

posteris aduocatiam, & præficiendi Abbatis potestatem, & totius rei administrationem concedens: nos canonicæ correctionis sententia, per Apostolicam functionem vtentes, infirmamus, infringimus, atque cassamus, &c. *Gregor. vij. lib. 7. regist. epist. 24. Vuillel. Abb.*

C a p. XIII.

Sanctorum Patrum decreuit sententia; ne monasteria diuersoria sæcularium fiant, &c. Placuit vniuerso cœtui, hoc statuere, vel potius definire; vt nullus abinceps sæcularium, seu potestatiue, seu etiam vel ex permisso Abbatis, vel cuiuslibet monachorum infra claustra monasteriorum hospitandi, vel commorandi habeat receptaculum, exceptis quos vita probos, egenos, aut paupertate depressos inspectio præuiderit Abbatis; quos & suscipere beneuola voluntate in monasteriis, & alendos eleemosynis modis omnibus studeamus. De reliquis autem personis sæcularibus, &c. nullum penitus patimur infra claustra monasteriorum hospitandi habere receptaculum. Cæterum si secretius, aut sequestratim à monasterio aliquod constructum pro superuenientibus domicilium paruerit, ibi eos suscipere Abbates, vel monachos oportebit, &c. *Cæsaraug. iij. c. 3.*

C a p. XIV.

Monasteria diuinis solummodo cultibus dicata, non debere sæcularibus dati, & canonica prodit auctoritas, & ipsorum destructio locorum. Sed quia exigit Reipub. necessitas, saltem collapsa loca erigi debent, & clerici locis, in quibus fuerant, restitui, quousque opportunitas id permittat emendari plenius. *Aquisgr. ij. sub Lud. par. 4. c. 18.*

C a p. XV.

Sacrum monasticum ordinem à Deo inspiratum, & ab ipsis Apostolis fundatum, seu à nominatissimis, & sanctissimis Patribus excultum, atque per istud Imperium à vestris piæ memoriæ prædecessoribus propagatum, & quædam etiam loca specialius venerabilia contra omnem auctoritatem, & rationem, ac parrum vestrorum, seu Regum consuetudinem, laicorum curæ, & potestati, in maximo vestro periculo, & illorum perditione, & Dei, ac sanctorum non modica ad irascendum prouocatione, vos commisisse dolemus. Quapropter pro Christo deuotissime obsecramus; vt tam magnam offensam, & iustam reprehensionem, &c. ab animabus vestris, & fœlicitate regni vestri pellatis; & loca venerabilia, & habitum, ac ordinem sacrum eis, qui ad hoc vocati sunt, &c. ad custodiendum, & prouidendum committatis, &c. *Conc. habitum in Holonia villa, apud synod. Melden. c. 9.*

C a p. XVI.

Peruentum est ad nos, quod auditu lugubre, & dictu nefas, actuque horribile, ac nimis triste dignoscitur; quia contra omnem auctoritatem, contra Patrum decreta, & totius Christianæ Religionis consuetudinem, in monasteriis regularibus laici in medio sacerdotum, & Leuitarum, ac cæterorum religiosorum virorum, vt domini, & magistri resideant, & velut Abbates, de illorum vita, & conuersatione decernant, eosque diiudicent, ac regimina animarum, ac diuina eis secundum regulam, non solum sine præscientia, verum etiam sine conscientia Episcopi committant sacraria, &c. Decernimus, vt quidquid huiusmodi hactenus actum est, sacerdotali, ac regali rigore, seu dispositione cassetur, & ad statum auctoritatiuum reducatur; & talis Abbatia, quæ paternitas Latino nomine dicitur, funditus remoueatur. Etsi quis hoc de cætero præsumpserit, & admonitus à tali præsumptione se corrigere noluerit; & idem, & qui ei fauerit, vel consenserit, à corpore Christi separetur, & sanguine. Qui autem de monachis per talem manum, obedientiam regularem susceperit, grauioris culpæ vindicta puniatur, &c. *Conc. habitum apud Holoniam villam apud synod. Melden. cap. 10.*

C a p. XVII.

Laicus causa manducandi, & bibendi in refectorium non ducatur. *Turonense apud Trosleia: c. 3. in med.*

C a p. XVIII.

Decreuit sancta synodus, vt nullus Abbas, &c. accipiat de manu Regis, vel Comitis, vel cuiuslibet laicæ personæ donum Abbatiæ, &c. Sed Abbas à proprio Episcopo. *Pictau. cap. 1.*

De Abbatibus, & aliis Prælatis canonicorum, & de eorum munere.

Tit. XLIX.

CAPVT I.

Præpositorum (*canonicorum*) officij est, vt subditorum mentes, sanctarum scripturarum lectionibus assidue muniant; ne lupus inuisibilis aditum inueniat, quo ouile Domini ingredi, & aliquam ouium subripere valeat. Et quamquam ab his hoc instantissime spiritaliter fieri oporteat, necesse est tamen, vt claustra, in quibus clero commisso canonice viuendum est, firmis vndique circumdent munitionibus, vt nulli omnino intrandi, aut exeundi, nisi per portam, pateat aditus. *Aquisgr. c. 117.*

C a p. II.

Solerter Prælatis (*canonicorum*) satagendum est; vt eos quibus præsunt, verbis, & exēplis ad bene viuendum informent: fixoque corde tenendum, ne eos quasi proprios, sed vt Domini sui gregem, tractare meminerint, iuxta illud, quod Petro dicitur: Si diligis me, pasce oues meas. Meas, inquit, nō tuas. Et hoc *Io. vlt.* ideo dicimus, quia sunt nonnulli, qui oues Christi, non amore Christi, sed suæ, vel gloriæ, vel dominationis, vel quæstus gratia pas-

cunt, &c. Ergo sicut subditis necessaria corporis tribuunt, ita nihilominus studere debent, vt iidem religiosissime ordinem canonicum seruent, & Prælatis suis, ac magistris honorem debitum humiliter impendant: vt horis canonicis diuinum officium deuotissime expleant: intus, forisque non solum habitu, & actu, sed etiam ipso incessu irreprehensibiles existant; vt non otio vacent, non vaniloquio inseruiant, non detractionibus, & cæteris vitiorum illecebris incūbant, sed potius, aut orationi, aut lectioni, aut quibuslibet Ecclesiæ officiis se occupent: vt quotidie ad collationem veniant, vbi & hanc institutionem, & aliarum scripturarum sanctarum lectiones perlegant, & pro admissis veniam postulent, & sententiam pro qualitate admissi suscipiant vbi etiam de communi profectu, & vtilitate Ecclesiæ pertractent, &c. *Aquisgr. c. 123.*

CAP. III.

Prælati in locis sibi commissis, in quibus canonice viuitur, erga subiectos quosque delinquentes, & eà, quæ proprie ad eorum propositum pertinent, obseruare nolentes, adhibere debent correptionis modum. Sed quia omnis ætas, vel vniuscuiusque intelligentiæ capacitas proprias debet habere mensuras: & inxta modum culparum, mensura extendenda est correptionum: & hæc omnia iure pendent in Prælatorum iudicio, quo & discretissime temperanda sunt; necesse est, vt iidem Prælati circa delinquentes medici peritissimi imitentur factum; scilicet, vt adhibita magnæ discretionis cura, quod cuique congruat, quodve conueniat, adhibeant. Hoc summopere perpendētes, vt iuxta quantitatem vulnerum, exhibeant fomenta curationum; quatenus (*nec alteri dent, quod noceant*,) nec alteri subtrahant, quod iuuat, &c. Illis summopere obseruandum est; vt iuxta modum culparum, & personarum, atque ætatum, omnino ipsa temperata sit correptio; vt nec vitium desidiæ molescat, nec correptio mansuetudinis modum excedat; ne, vt ait beatus † Maximus, † aut solutior lenitas conniuentiam præbeat peccanti, aut immoderata seueritas à lapsu non reuocet delinquentem. Sed & hoc illis nihilominus cauendum est; ne errata delinquentium alicuius rei liuore feriant: sed potius, vt ait beatus Augustinus, sint criminum persecutores, & hominum liberatores. Oderint vitia, diligant homines, oderint, quod instinctu Diaboli ingestum est: diligant, quod Dei bonitate creatum est. Teneant in manu baculum, & virgam: baculum videlicet, quo aliorum virium imbecillitates spiritaliter sustineant; virgam vero, qua vitia delinquentium zelo rectitudinis feriant. *Aquisgr. c. 134.*

† Mali- mus.

CAP. IV.

Oportet Ecclesiæ Prælatos, vt de congregatione sibi commissa tales eligant boni testimonij fratres, in quibus onera regiminis secure possint partiri. Quibus etiam talem conferant potestatem; vt vice illorum fungentes, & inobedientes canonica censura corripere, & obedientes hortando ad meliora valeant prouocare. Non enim constituendi sunt personaliter, aut eo ordine, quo in collegio fratrū admissi sunt: sed secundum vitæ meritum, & spiritualium donorum prærogatiuam: qui & in congregatione assidui sint, & fratrū curam peruigili studio gerant: & sicut alios præcedunt magisterio, ita nimirum innocentis vitæ informent exemplo, vt iuxta Apostolum, exemplo sint cæteris in verbo, in conuersatione, in caritate, in fide, in castitate, &c. Qui etiam si Prioratus sui causa intumescere cœperint, & curam fratrum nihili penderint, si crebro admoniti, incorrigibiles extiterint, à monasterio propellantur, aliique in loco illorum, qui id strenue peragere possint, substituantur. *Aquisgr. c. 138.*

1. Tim. 4. c.

CAP. V.

Quamuis omnes, qui præsunt, Præpositi rite vocantur: vsus tamen obtinuit, eos vocari Præpositos, qui quandam Prioratus curam sub aliis Prælatis gerunt. Hi tamen, qui iuxta hunc morem Præpositi vocantur, tales, & tam strenui à Prælatis sunt constituendi; qui & vitæ probabilis sint, & ea, quæ sibi iniuncta sunt, fideliter, humiliterque expleant. Et pro eo, quod aliis prælati sunt, nequaquam parui pendant canonica instituta: sed quanto plus implicantur in fratrium curis, tanto magis studeant cælestibus obtemperare monitis. Debent igitur cunctæ congregationi Præpositi, esse vtiles, & de ministerio commisso fideliter prodesse. Ea vero, quæ fratribus dare debent, cum caritate tempore opportuno incunctanter præbeant, quatenus à Domino de fideli administratione gradum bonum acquirant. Erga huiusmodi vero delinquentes, & obedientiam sibi commissam bene non administrantes, modus superius comprehensus, tenendus est. *Aquisgr. c. 139.*

CAP. VI.

Oportet, vt Prælati Ecclesiæ, præcedentium Patrum exempla sectantes aliquod præparent receptaculum, vbi pauperes colligantur, &c. Sed & canonici tam de frugibus, quam etiam de omnibus eleemosynarum oblationibus in vsus pauperum decimas libentissime ad ipsum conferant hospitale. *Aquisg. c. 141.*

CAP. VII.

Si quemlibet (*canonicum*) Prælatus, aut qui eius vice fungitur, aut forte quilibet alius spiritualis frater; intra claustra quippiam inhoneste agentem, aut extra in biuiis, aut in plateis otio vanisque confabulationibus vacantem reperierit: primo secreta admonitione eum corripiat, & post, si necesse fuerit, coram fratribus idem negligens acrius iudicetur; vt deinceps emendatus, in melius proficiat. *Aquisg. c. 144.*

CAP. VIII.

Decet, immo necesse est, vt Abbates canonicorum attendant, vt quid Abbates vocentur. Si patres spirituales sunt, & filios spirituales Domino gignant, iuxta illud Apostoli: *1.Cor.4.* Secundum Euangelium meum ego vos genui, &c. Oportet, vt memores sint illius Apostolici, quo dicitur: *2. Cor. 6.* Nemini dantes vllam offensionem, vt non vituperetur ministerium nostrum; sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos, sicut Dei ministros: & religiose, caste, ac pudice viuere satagant; venationibus, turpibus lucris, cæterisque vanitatibus paternitati suæ non conuenientibus nullatenus inseruiant; ne per suum malum exemplum subditos ad ruinam pertrahant: quia in eiuscemodi Prælatorum illicitis factis, & magnum animarum periculum generatur, & religio clericalis à multis vituperatur. Vnde etiam summopere Episcopis, ad quorum curam pertinent, prouidendum est; vt hi Abbates ab illicitis se abstineant; & dictis, & exemplis, sibi subditis ad vitam æternam ducatum præbere contendant. Quod si Episcopo suo obedire superbiendo renuerint, synodali iudicio aut corrigantur, aut certe Principali auctoritate interueniente, honore prælationis priuentur. *Parisf. sub Ludou. & Loth. lib.1.c.37.*

CAP. IX.

De Abbatibus, canonicis, & regularibus, & de Abbatissis, quæ sanctimonialibus præesse videtur, siue de laicis, qui monasteria habent, illud tantum vestræ Pietati deposcimus; vt admoneantur, vt de se ipsis cæteris bonum exẽplum præbeant, & religiose, sicut decet, conuersentur: & quod vniuscuiusque professioni inconueniens est, & in sacris voluminibus prohibetur, omnino caueant: & loca sibi à vobis concessa deperire, & destrui per negligentiam non dimittant. *Parisf. sub. Ludou. & Loth. lib.3.c.18. Capit. lib.5.c.181.*

CAP. X.

Vt Abbates canonici gregibus sibi commissis instanter inuigilent, & geminam eis pastionem impendant, id est, cibi, & verbi, quatenus absque murmurationis vitio Domino seruire valeant. Simul etiam, vt prædicti Abbates Ecclesiastica iura intemerata custodiant, videlicet, vt cognoscant cuius prænomine notentur, in eo, quod Abbates vocati sunt; quod & intelligitur in typo Christi nomen spiritalis patris. Ideoque semetipsos nomini, quod accipiunt, conforment, vt subditis, & spiritualibus filiis exemplum præeundo, & informando religiose exhibeant. Ideoque non conuenit ministerio ipsorum aliqua turpia, aut sæcularia, vel etiam inania quæque sectari, quæ contra religionem esse noscuntur; sed potius canonice, religiose, caste, sobrie, atque pie, & iuste vita eorum omnibus sibi commissis æternæ fœlicitatis ducatum præbeat, &c. *Aquisgr. ij. sub Ludou. par.3.c.1.*

De vita, & honestate Canonicorum.

TIT. L.

CAPVT I.

Prouidendum necesse est vnicuique Episcopo, qualiter canonici viuere debeant, nec non & monachi; vt secundum ordinem canonicum, vel regularem viuere studeant, vt ait Apostolus: Vnusquisque in qua vocatione *1.Cor.7.* vocatus est, in ea permaneat. *Arel. sub Carolo.* *d.* *c.6. Magunt. sub. Rab. c.13.*

CAP. II.

In omnibus quantum humana permittit fragilitas, decreuimus; vt canonici clerici canonice viuant, obseruantes diuinæ scripturæ doctrinam, & documenta sanctorum Patrum; & nihil sine licentia Episcopi sui, vel magistri eorum positi, agere præsumant in vnoquoque Episcopatu; & vt simul manducent, & dormiant, vbi his facultas id faciendi suppetit, vel qui de rebus Ecclesiasticis stipendia accipiunt, & in suo claustro maneant, & singulis diebus mane primo ad lectionem veniant, & audiant, quod eis imperetur: ad mensam vero similiter lectionem audiant, & obedientiam secundum canones suis magistris exhibeant. *Magun. c.9.*

CAP. III.

Monachi, & canonici tabernas ad edendum, vel bibendum, non ingrediantur, sicut in conciliis Laodicensi, & Africano legitur esse interdictum. *Rem. c.26. Vid. Laod. 24. Carth. iij. cap.27.*

CAP. IV.

Quia euidenti auctoritate liquet, canonicam institutionem præstare cæteris institutionibus: debent, necesse est, qui huiusprofessionis censentur nomine, procurare; qualiter in semetipsis eandem institutionem vita, & moribus exornent, potius quam dehonestent: quoniam qui tantæ auctoritatis institutione pollent, & se aliis imitabiles præstare debent; verendum est, ne si, quod absit, à proposito exorbitauerint, regno Dei indigni fiant. Quamquam enim canonicis, quia in sacris canonibus illis prohibitum non legitur, liceat linum induere, carnibus vesci, dare, & accipere; proprias res, & Ecclesiæ cum humilitate, & iustitia habere; quod monachis, qui secũdum regularem institutionem arctiorem ducunt vitam, penitus inhibitum est; tamen in cauendis vitiis, & amplectendis virtutibus, eorum & monachorum distare non debet vita, &c. *Aquisgr. c.115.*

CAP. V.

Studeant summopere canonici horas vigilantissima cura custodire, & in his diuinum officium humiliter, ac deuote persoluere. Mox enim, vt datum fuerit signum, festinato omnes ad Ecclesiam conueniant. Quam non pompatice, vel inhoneste, vel incõposite, sed cum reuerentia, & Dei timore ingrediantur.

Ne cum baculis in choro, exceptis debilibus sed religiosissime illis standum, & psallendum est. Sunt enim quidam clericorum, qui in sæcularibus negotiis, & disceptationibus pene totum infatigabiliter de ducunt diem; & mox in ecclesiam, ad diuinum officium peragendum vt intrauerint, ita fatigari videntur; vt nec orationi vacare, nec ad psallendum stare queant: se potius sedentes, non diuinis, sed vanis solent instare loquelis. &c. Omnes igitur ab otiosis sermocinationibus auditum pariter castigent, & linguam: in ecclesia cum timore, & veneratione stantes, aut orent, aut cantent, aut audiant. Verba vero turpia, ac liuida, & sæcularia, nec ipsi proferant, nec alios proferre sinant: quinimmo laudes Deo in commune persoluentes, pro suis, populorumque, quorum oblationibus viuunt, delictis Dominum exorent, &c. Caueant etiam, ne pro requie sibi in locis diuino cultui mancipatis concessa, otio torpeant; sed magis in persoluendis diuinis laudibus promptiores, ac deuotiores existant; vt per hanc quietem bene operantes, ad eam, quæ fine caret, peruenire valeant. Qui veros has horas frequentare, & in his, vt dignū est, cæleste neglexerit officium persoluere, digna inuectione corripiatur; vt & ipse emendetur, & cæteri timorem habentes, huiuscemodi negligentiam caueant. Sed quoniam aliud est ex toto omittere, aliud pigre occurrere: qui segniter, aut tarde ad matutinum, aut aliud quodlibet diuinum obsequium peragendum ocurrerit; dignum est, vt non cum aliis in choro, sed omnium vltimus, vt certe erubescere discat, in loco huiuscemodi negligentibus à Prælatis constituto, stet: foris vero nullatenus remanere præsumat, ne otio, & fabulis vacet, & à Dei laudibus penitus alienus existat. Custodes præterea Ecclesiæ harum horarum distinctiones bene norint; vt scilicet signa certis temporibus pulsent. Luminaria vero cum omni diligentia concinnanda prouideant, sitque eorum studij, vt nihil de sibi cōmissis rebus Ecclesiæ pereat. *Aquisgr. c. 131.*

CAP. VI.

Si quis frater in congregatione canonica constitutus, horas canonicas frequentare neglexerit; Ecclesiamque non religiose, sed pōpatice, vel incomposite intrauerit; & opus Dei negligenter exequutus fuerit: ad collationem venire distulerit: obedientiam à magistris sibi iniunctam agere recusauerit, in legendo, vel cantando, vel in cæteris Ecclesiasticis disciplinis iuxta vires studium non exhibuerit, ad Missam non necessitate, sed vitio tarde occurrerit; è claustris sine licentia exierit, per licentiam vero egressus, extra constitutum, siue placitum moras fecerit: in plateasire, aut in biuiis residere tentauerit: in dormitorio aliquid indecens, aut inhonestū, verbis, aut actibus perpetrauerit: alicubi, nisi in dormitorio, cum cæteris absque causa ineuitabili dormire præsumpserit: fratribus caritatis officio obedienter seruire neglexerit: discordiam, quam dicente scriptura Dei anima detestatur, inter fratres fœminauerit: Prou. 6. c.
& huic institutioni contumax, aut superbus, aut murmurans, seu in aliquo contrarius extiterit; cæterasque huiuscemodi agere tentauerit: in primo secundum Domini præceptum, non solum semel, aut secundo, ac tertio, quinimmo crebrius admoneatur; & si his admonitionibus non cesserit; publica obiurgatione corripiatur. Quod si & his renisus fuerit, cæteris sibi alimentis interdictis, pane tantum, vsque ad dignam satisfactionem vtatur, & aqua. Si vero nec sic se correxerit, separetur à mensa: & à societate fratrum in choro psallentium remoueatur; & seorsum in loco huiuscemodi negligentibus à Prælatis constituto stare cogatur, vt saltem ruhore sequestrationis emendetur, &c. Postremo, si inemendabiles, & incorrigibiles apparuerint; ne per plures eorum dira serpant contagia, necesse est, vt à cæterorum societate, vt pote oues morbidæ, secreti, ante præsentiam deducantur Episcopi, vt ab eo canonica auctoritate publice damnentur. Si vero quis in collegio canonicorum culpam criminalem admiserit: huic nulla est danda dilatio, quin aut sponte pœnitentiam pro admisso crimine gerat; aut si id agere resultauerit, coram Episcopo deducatur, vt ab eo publica multetur pœnitentia, &c. *Aquisgr. c. 134.* Mat 18. c.

CAP. VII.

Expletis religiosissimo obsequio horis competentibus diurnis officiis, ab omnibus canonicis, dato signo, deuotissimo ad completorium celebrandum veniendum est. Quo completo oportet, vt non epulis, non potationibus, vanisque inseruiant loquelis: sed his penitus postpositis humiliter, & honeste dormitorium petant. Et nequaquam duo in vno, sed singuli in singulis, lectis quiescant. Lucerna quoque in eodem dormitorio noctis tempore iugiter ardeat. Nihil deniq; inhonestum, aut indecens in dormitorio geratur ab aliquo, nec quisquam aliquem inquietare præsumat, nec ad verba inutilia, & otiosa prorumpere cogat. Huius vero capituli contemptor, specialiter à Prælatis, & magistris seuerissime corripiatur. *Aquisgr. c. 136.*

CAP. VIII.

Si ab omnib. fidelib. his salutiferis præceptis, totis nisib. est fauendū, quanto magis ab his, qui diuinis cultib. mācipati sunt, & aliis exemplo virtutū condimentum esse debent. Proinde oportet primo omnium, vt Dominū Deum diligant ex toto corde, tota anima, Mat. 22. d.
tota virtute, & proximos tanquam se ipsos: nosse, quia in his duob. præceptis tota lex pendet, & Prophetæ, &c. Diem iudicii timeant, vitam æternam spiritaliter concupiscant, spem suam Deo committant, pro-

prio Episcopo in omnibus secundum canonicam institutionem obtemperent, magistros suos non temere reprehendant, postremo doctrinis spiritalibus operam dent, lectionibus, psalmis, hymnis, canticis, & cæterorum bonorum operum exercitio iugiter incumbant, in dormitorio, nisi quem infirmitas detinuerit, omnes dormiant; in refectorio pariter reficiantur; quotidie ad collationem veniant: mox, vt signum datum fuerit, ad Ecclesiam festinato veniant: & horas canonicas non negligenter, sed cum omni religione pariter celebrent; Ecclesiam non pompatice, sed reuerenter ingrediantur: in choro non cum baculis stent; vaniloquiis nequaquam insistant, sed cum omni deuotione; & veneratione diuinæ seruitutis opus peragant, scientes Angelorum præsentiam semper illic adesse; è claustris non, nisi per licentiam, egrediantur; egressi irreprehensibiliter viuant; vt ab his, qui foris sunt, bonum restimonium habeant: & religionem, ac propositum suum actibus illiritis nequaquam maculent: sed potius omnes, quibus se iunxerint, sale sapientiæ, & bonorum operum exemplis condiant: contubernia fœminarum nullatenus appetant: non vanis oculis, aut petulanti, tumidoque gestu; ac dissolutis renibus incedant; non spectaculis, non pompis sæcularibus intersint; non aleæ, non quibuslibet venationibus inseruiant, Apostoli quoque instructi documento, quo
1.Tim.2 ait; Non in veste pretiosa: nequaquam pre-
c. tiosis delectentur vestibus. Caueant summopere, ne extra claustra moras faciant, nisi vt sibi à Priore constitutum fuerit, & oportunitas temporis dictauerit. Intra claustra positi, non otio vacent; sed aut diuinis officiis, aut propriis vtilitatibus, aut certe magistrorum iussionibus pareant: ne otio torpentes
2.Thess. ab Apostolo audiant: Qui non vult operari,
3.c. nec manducet. Seniores spiritaliter iuniores diligant; iuniores senioribus obsequium dignum exhibeant; doctiores minus doctis nequaquam se præferant; sed magis eos cum caritate ædificent: neque hi, qui nobilitate generis, aut virtutum donis pollent, cæteris se tumide superextollant, omnes in congregatione vicissim sibi caritatis officio seruiant: quibus etiam in refectorio comedentibus, & religiose silentium tenentibus continuatim legatur lectio. Delinquentes zelo rectitudinis pariter arguant, & castigent: pueros, &
† verber adolescentes negligentes verber. † disciplinis corripiant; singuli iuxta capacitatem suam, diuersarum artium erudiantur disciplinis, vt nullus in collegio canonico inutilis appareat, nec vora fidelium otiosus comedat tales quippe esse, immo taliter conuersari decet omnes, qui diuinis officiis se mancipa-runt. Quapropter studeant hæc breuiter collecta sedula meditatione perlegere, & memoriæ commendare: & adiuuante diuina gratia, iuxta vires adimplere: quo facilius, & liberius maiora, à sanctis Patribus edita, exsequi valeant. Vocatione ergo, qua vocati sunt, nec ad dextram, nec ad sinistram declinantes ambulent: quatenus diuinis iussionibus obtemperantes, ad Christum, in cuius sorte esse noscuntur, qui via, veritas, & vita est, eo opitulante peruenire mereantur. *Aquisgran. cap. 145.* Ioan.14. a.

Cap. IX.

In custodiis congregationum tam canonicorum quamque monachorum, necnon sanctimonialium, summopere studendum censuimus, vt in omnibus locis claustra eis præuideantur, religioni eorum congruentia; sed & habitacula domorum, in quibus religio Deum sequi volentibus perfici, atque augeri possit, potius quam vitia nutriri. Hoc tamen, vt non negligatur à Prælatis congregationum, missis dominicis committatur. Modus autem erga ipsarum congregationum disciplinam hic esse deber; id est, vt canonici secundum id, quod continetur in libro, qui de eorum vita collectus est, religiose conuersentur, &c. *Aquisgr. cj. sub Ludou. par. 3. c. 15.*

Cap. X.

Vt canonici in ciuitate, vel monasteriis, sicut constitutum est, in dormitorio dormiant & in refectorio comedant, & in domo infirmorum necessario subleuentur: & tam sani, quam infirmi canonice vestiantur, atque in claustris horis congruis degant, & sub custodia canonica lectionibus, & cæteris diuinæ institutionis insistant officiis. Qui vero Episcoporum loci conuenientiam, aut facultatem non habuerit, vt hoc perficere, & ordinare possit, Princeps secundum constitutionem Domini Imperatoris Ludouici annuat; id est, si vicina Episcopo terra de eadem Ecclesia esse reperta fuerit, & ab alio possidetur; Ecclesiæ rectori ad claustra clericorum, vel alia qualibet Ecclesiæ commoda facienda reddatur. Si autem de fisco fuerit; regia liberalitas eandem terram ad seruorum Dei habitacula construenda, largiri dignetur. Si autem de alia casa Dei, aut de cuiuslibet proprio fuerit; ex conuenientia commutandi licentia tribuatur: & si paupertas loci ad ædificandas domos necessarias non suffecerit, eos ad adiutorium ædificandi potestas regia cogat, qui res de eadem Ecclesia in beneficiis retinent. *Melden. c. 53.*

De victu, & vestitu canonicorum. Tit. LI.

CAPVT I.

Quia sanctorum Patrum sententiæ docent clericos non diuitiarum sectatores esse, nec res Ecclesiarum inofficiose accipere debere: non ab re putauimus nonnulla exempla libri Prosperi ad medium exempli causa deducere, in quibus ita legitur. Qui Ecclesiæ ser-

uiunt, & ea, quibus opus non habent, aut libenter accipiunt, aut exigunt, nimis carnaliter sapiunt. Item ibi: Satis quippe indignum est, si fidelis, & operosa deuotio clericorum, propter stipendium sæculare præmia sempiterna contemnat. Item ibi: Si propter hoc non vult sua quisque relinquere, vt habeat vnde viuat: vt quid accipit, vnde rationem reddat? vt quid peccatis alienis sua multiplicat? His igitur, & cæterorum sanctorum Patrum dictis diligenter animaduersis, studeant, necesse est, clerici in accipiendis Ecclesiasticis sumptibus suum vitare periculum. Proinde qui & suas, & Ecclesiæ habent facultates, & vtilitatem Ecclesiæ, aut interius, aut exterius conferunt; accipiant in cõgregatione cibum, & potum, & partes eleemosynarum, & his contenti sint; ne plus accipientes, pauperes grauari videantur, perpendentes sententiam Prosperi, qua dicitur; Qui sua possident, & dari sibi aliquid volunt: sine grandi peccato suo, vnde pauper victurus erat, non accipiunt. Hi vero, qui nec suis rebus abundant, nec Ecclesiæ habent possessiones, & magnam vtilitatem Ecclesiæ conferunt; accipiant in canonica congregatione victum, & vestitum, & eleemosynarum partes, quia de talibus ita in libro Prosperi scribitur: Clerici, quos voluntas, aut natiuitas pauperes fecit, in congregatione viuentes, necessaria vitæ accipiant: quia ad ea accipienda, non eos habendi ducit cupiditas, sed cogit viuendi necessitas. Porro si tales fuerint, qui nec suas, nec Ecclesiæ velint habere possessiones; horum necessitatibus prouidentissima gubernatione, de facultatibus Ecclesiæ debent subuenire Prælati attendentes illud Prosperi: Qui habet, inquit, aliquid Ecclesiæ, cum omnibus nihil habentibus commune habet. Sed & illorum curam nihilominus gerere debent, quos aut infirmitas, aut senectus aggrauat, quos etiam constat olim in vtilitatibus Ecclesiæ desudasse. *Aquisg. c. 120. ex Prospero lib. 2. de vita contemplatiua cap. 10. 11. & 12.*

CAP. II.

Solet in plerisque canonicorum congregationibus irrationabiliter, atque indiscrete fieri, vt nonnulli clerici, qui & diuitiis affluunt, & aut parum, aut nihil vtilitatis Ecclesiæ conferunt, maiorem cæteris diuinum strenue peragentibus officium, annonam accipiant, &c. Est nempe rationabile, iustumque coram Deo, & hominibus, vt in vnaquaque canonica congregatione à minimo vsque ad maximum, cibum, & potum omnes æqualiter accipiant; hi etiam videlicet, qui propter aliquam vtilitatem, in numero canonicorum fuerint admissi. Quamquam enim plerique subditorum à Prælatis, rebus quibuslibet aliis plus cæteris merito soleant honorari; in hac tamen societate, seclusa personarum acceptione, vna debet cibi, & potus æqualitas esse. *Aquisgr. cap. 121.*

CAP. III.

Illud congruentissime, & rationabiliter tenendum esse censuimus; vt in singulis locis, in quibus socialiter canonice Domino militatur, panem, & pulmentum, & eleemosynatum partes æqualiter canonici accipiant. Et quamquam decentissimum foret, vt similiter æque potum acciperent, non tamen id æqualiter in omnibus locis, nec Ecclesiarum diuersissimæ facultates, nec terrarum qualitates, nec euentuum sinunt fieri posse varietates, &c. Placuit, vt omnibus locis, maioribus scilicet, & minoribus, accipiant singuli canonici per singulos dies quatuor libras panis. In locis vero, vbi maiores facultates sunt Ecclesiæ, verbi gratia, tria, aut quatuor, aut certe octo, & eo amplius, millia mansi, si eadem regio vinifera fuerit, accipiant per singulos dies quinque libras vini, &c. Habeant idem canonici hortos olerum, vnde cum cæteris additamentis aliquod pulmentum quotidie in refectorio sibi vicissim ministrent; propter diuersas namque, & inæqualitates mensurarum, quæ apud plerosque, non æque secundum Domini legem, sed secundum vniuscuiusque Prouinciæ vsum habentur, mensuram cibi, & potus ponderis ratione canonicis dandam esse censuimus, &c. *Aquisg. c. 122.*

CAP. IV.

In refectorio quotidie vna (*canonici*) reficiantur, nisi forte quem necessitas abesse compulerit, & hoc non sine licentia magistri fiat. Illis quoque comedentibus, & silentium religiose tenentibus, continuatim legatur lectio, & ab eis intentissime audiatur, & vicissim in refectorio, & cæteris communibus necessitatibus sibi fraternitatis officio seruiant, & nullus foras, nisi per licentiam egrediatur. Egressus quoque nullum de se detractioni locum det, sed magis imitabilem se cunctis exhibeat, &c. *Aqu. c. 123.*

CAP. V.

Canonicis totis viribus elaborandum est, vt & indumenta virtutum habeant interius, & per immoderatum cultum caueant dehonestare religionis dignitatem exterius. Quantum etiam à superfluo, & immoderato cultu vestium se compescere debeant, multis sanctorum Patrum documentis perdoceri potest. Dicit enim beatus Hieronymus in epistola ad Eustochium: Sunt quidam mei ordinis quibus omnis cura est de vestibus, si bene oleant, si pes laxa pelle non folleat, crines calamistri vestigio rotantur, digiti de annulis radiant, & ne plantas humidior via spargat, vix imprimunt summa vestigia. Tales, inquit, cum videris, sponsos magis existimo, quam clericos. Et beatus Gregorius; Nemo, inquit, existimet, in fluxu, atque studio vestium peccatum deesse: quia si hoc culpa non esset, nullo modo Ioannem Dominus de vestimenti *Matth. 11. a.* sui asperitate laudasset. Si cultus vestium

† Paulus f. 1. Pet. 3. a. 1. Tim. 2. c. culpa non esset, nequaquam Petrus † Apostolus per Epistolam fœminas à pretiosarum vestium appetitu compesceret dicens. Non in veste pretiosa. Pensandum nobis summopere est de cultu vestium, quæ culpa sit, hoc etiam viros appetere, à quo curault pastor Ecclesiæ, & fœminas prohibere. Quapropter oportet canonicos sanctarum scripturarum auctoritati parere, sanctorumque Patrum documenta vigilanter perpendere; vt humilitatem, quam corde gestant, actu, habitu, incessu, ipsa etiam equitatione religiosissime demonstrent, plusque velint sancta conuersatione, eximiisque moribus, quam ornatu vestium fulgere. Si enim more coniugatorum in se ornandis nitore vestium, phaleris equorum, cæterisque humanæ vanitatis rebus abusi fuerint; scilicet, vt se similibus vti debere contendant, in quo eorum conuersatio à laicorum distare videbitur? Decet porro, vt eorum talis sit vestium cultus, qui occasione vanitatis careat, & nihil nouitatis, nihil superfluitatis redoleat, nihilque reprehensionis, aut detractionis habeat. Non enim specialiter præsumi debet, ab aliquo, quod non generaliter teneatur ab omnibus; id est, nec plus iusto cultior vestis, nec insolita, atque deformis, quia in vtroque illorum, aut electionis, aut certe simulationis noxa patescet; Inter vtrumque enim, virtus discretionis moderatissime tenenda est. Quæ plenissime in vita beati Augustini, in laudem illius prolata, ita legitur: Vestis eius, & calceamenta, vel lectualia ex moderato, & competenti habitu erant, nec nitida nimium, nec abiecta plurimum: quibus plerique, vel iactare se insolenter homines solent, vel abiicere, ex vtroque non quæ Iesu Christi, sed quæ sua sunt, quærentes, &c. *Aquisgr. c. 124. Vid. Hieron. in ep. ad Eustoch. cuius initium est, Audi filia, & Greg. homil. 6. in Euang. in med.*

Cap. VI.

Reprehensibilem, & Ecclesiastica emendatione dignum, apud plerosque canonicos ino leuisse comperimus vsum; eo quod contra morem Ecclesiasticum cucullas, quibus solis monachis vtendum est, induant: cum vtique illorum habitum penitus vsurpare non debeant, à quorum proposito quodammodo distant, quia sicut & indecens est, vt arma militaria more laicorum gestent; ita mimirum inhonestum est, & valde indecorum; vt alterius propositi indumenta sibi imponant, &c. Sicut etiam turpe est, virum vestem muliebrem, & mulierem vestem virilem induere; ita valde indecorum est, canonicum veste monachicam induere, nisi tamen cum veste etiam propositum voluerit assumere, &c. *Aquisgr. c. 125.*

De canonicis beati Augustini, quibus nihil erat proprium. Tit. LII.

CAPVT I.

Volui habere in ista domo Episcopi mecum monasterium clericorum. Ecce quomodo viuimus. Nulli licet in societate nostra habere aliquid proprium: sed si forte aliqui habent, nulli licet: & si habent; faciunt, quod non licet; &c. Sane hoc nouerit caritas vestra, dixisse me fratribus meis, qui mecum manent, vt quicumque habet aliquid, aut vendat, aut eroget, aut donet, aut commune illud faciat, &c. Faciant inde, quod volunt, dum tamen sint pauperes mecum simul expectantes misericordiam Dei, &c. Qui societatem communis vitæ iam susceptam, quæ laudatur in Apostolorum actibus, deserit; à voto suo cadit, à professione sancta cadit, obseruet iudicem, sed Deum, non me. Ego ei non aufero clericatum. Quantum sit periculum, ante oculos eius posui; faciat, quod vult. *August. in serm. 52. ad frat. in ere. de vita, & moribus clericor. apud Aqu. c. 112.* Act. 2. g. & 4. g.

Cap. II.

Qui habere voluerit proprium, & de proprio viuere, & contra ista præcepta nostra facere: parum est, vt dicam, non mecum manebit; sed nec clericus erit. Dixeram enim, & scio me dixisse, vt si nollent suscipere socialem vitam mecum, non illis tollerem clericatum: seorsum manerent, seorsum viuerent; quo modo nossent, Deo viuerent. Et tamen ante oculos posui, quantum mali sit à proposito cadere, &c. *August. in serm. de vita, & marib. clericorum, ser. 53. ad fratres in eremo, apud Aquisg. cap. 113. Ansel. lib. 7. c. 6.*

De Capitulis canonicorum, & de visitandis eorum monasteriis. Tit. LIII.

CAPVT I.

De capitulis canonicorum regularium tertio quoque anno. *Innoc. iij. in conc. gen. Lat. c. 12. Vid. tit. 47. c. vni.* De stat. mon. c. 7. Gregor. ix. & c.

Cap. II.

Missi per quæque loca directi simul cum Episcopis vniuscuiusque diœcesis, perspiciant loca monasteriorum canonicorum, & monachorum, & puellarum, si in apto, & congruo loco sint posita, vbi commodum necessarium possit acquiri, quod ad vtilitatem pertinet monasterij, sicut in sancta regula dicitur. *Magunt. c. 20. Capitul. lib. 5. c. 78.* 1. eo. tit. in 4. col.

Cap. III.

Congregationes canonicorum, secundum canonicam institutionem, à propriis Episcopis strenue visitentur, & eorum religio, &

habitus exquirantur, si vita, & moribus sint probi, ac officio, & vnanimitatis studio solliciti, à leuissimis quoque, & perniciosissimis actibus cauti. Subsidia etiam illorum pia dominorum prouidentia exquirantur, & dispensentur. *Syn. Tullensis parte vltima c.9.*

De claustris canonicorum, & de officio Ianitoris. Tit. LIV.

CAPVT I.

CLaustra firmis vndique circumdentur munitionibus, vt nulli omnino intrandi, aut exeundi, nisi per portam, pateat aditus. Sint etiam interius dormitoria (*canonicorum*) refectoria, cællaria, & cæteræ habitationes, vsibus fratrum in vna societate viuentium necessariæ, &c. *Aqu. c.117.*

CAP. II.

Eligatur, necesse est, à Prælato ex congregatione sibi commissa frater probabilis vitæ, cuius officij sit, portam canonicorum cum summa obedientia, & humilitate, competenti tempore claudere, ac reserare; vt nulli pateam, nisi per licentiam, aditus pateat intrandi, aut exeundi. Cui etiam obseruandum est, ne quibus cordi est plus oriis vacare, quam diuinis obsequiis incubare, foras euagandi locum præbeat, & eorum nugarum, quod nefas est, particeps fiat. Debet præterea aduenientes quosque cum caritate suscipere, & Priori aduentum eorum, causamque nuntiare. Expleto vespertino, & completorio officio, obseratisque portis, claues earum idem portarius ei, qui vicem Prælati tenet, ferat, vt nulli horis incompetentibus intrandi, aut exeundi maneat facultas. Quas etiam ab eodem in crastinum tempore accipiat constituto. Si vero inobediens, atque proteruus idem repertus fuerit portarius, sicut de aliis ministris negligentibus dictum est, iudicetur. *Aqu. c.143.*

CAP. III.

Oportet claustra canonicorum ita diligenter custodiri, vt grex dominicus fraterna concorditer fruatur pace, &c. *Aqu. c.144.*

De cellario, & pistrino præfectis, & de aliis famulis canonicorum. Tit. LV.

CAPVT I.

DEbet procurare Prælatus; vt fratribus cællarium non violentum, vel violentum, non superbum, non tardum, non prodigum, sed moribus honestum, ac Deum timentem constituat; qui & stipendia fratrum fideliter seruet, & diligenti cura administret, & in administrando nullatenus fratres contristet. Cui etiam pistrinum fratrum commitendum est; vt illud ita vigilantissima cura custodiat, ne ministri ibidem deputati annonam fratrum aut furtim subripiendo, aut alio quolibet modo negligenter viuendo dissipent. Hi vero famuli eligantur de fidelissima Ecclesiæ familia; & his officiis diligenter erudiantur; vt scilicet, & pistoria arte, & fidei puritate necessitatibus fratrum opportunissime valeant suffragari. Eadem quoque forma de cocis seruanda est. Inutiles denique atque inobedientes cællarij, secundum superius comprehensam sententiam iudicentur. *Aqu. c.140.*

De nosocomio canonicorum. Tit. LVI.

CAPVT I.

QVamuis canonicis proprias licitum sit habere mansiones; debet tamen à Prælato mansio infirmorum, & senum intra claustra canonicorum fieri, vt qui suam forte non habent, in eadem suam possint aptissime tolerare imbecillitatem: quatenus ibidem & subsidiis Ecclesiasticis, quibus indigēt, & fratrum adminiculis misericorditer sustententur; erga quos oportet, vt cæteri fratres magnam exhibeant caritatem; scilicet, vt eis compatiendo subueniant, & assiduis visitationibus, & scripturarum sanctarum consolationibus, nec non & propriarum rerum facultatibus adminicula necessaria præbeant; vt impleatur in eis illud Euangelicum. Infirmus fui, & visitastis me. *Aqu. c.142.*

CAP. II.

Canonici in ciuitate, vel monasteriis, sicut constitutum est, in dormitorio dormiant, & in refectorio comedant, & in domo infirmorum necessario subleuentur: & tam sani, quam infirmi canonice vestiantur, atque in claustris horis congruis degant, &c. *Meldes. c.53.* *Matth. 25. d.*

Filij presbyterorum, vel canonicorum, & alij illegitimi canonici sacris possunt initiari. Tit. LVII.

Vide supra libro vi. titulo lx. Quibus adde cap. vnicum.

NVlli filij concubinarum ad ordines, vel aliquos honores Ecclesiasticos promoueantur, nisi monachaliter, vel canonice vixerint in Ecclesia. *Vrba. 2. in conc. Claramontensi. cap.11.*

Communia de canonicis regularibus. Tit. LVIII.

CAPVT I.

VLtra tres menses cathedralis Ecclesia, vel regularis Prælato non vacet, &c. *In-* *Decrett. 41. Gre. ix. cap. 8. eo. tit. in 4. coll.*

nec. iij. in concil. gen. Lateranens. cap. 23.

CAP. II.

Altaria congregationibus canonicorum, vel monachorum per personas data, mortuis personis libera redeant in manus Episcoporum; nisi fuerint illis, per eorum scripta, vel priuilegia confirmata. *Vrba. ij. in concil. Claram. cap. 7.*

CAP. III.

De clericis hoc statuimus; vt hi, qui hactenus inuenti sunt, siue in canonico, siue in monachico ordine tonsurati, sine eorum voluntate; si liberi sunt, vt ita permaneant, & deinceps cauendum, vt nullus tondeatur sine legitima ætate, & spontanea voluntate, vel cum licentia Domini sui. *Magun. c. 23.*

c. 1. de regula. Gregor. ix. & c. 3. eo. tit. in 1. collect.

CAP. IV.

Lecti sunt sancti canones, vt quisque canonicus legem, vitamque suam minime ignoraret, quod non expedit, sicut in decretali legitur Innocentij. *Rem. c. 8.*

CAP. V.

Monachi, & canonici pleniter consilium habeant, qualiter Deo militare, animasque eorum melius valeant custodire: ne propter aliquam necessitatem, occasionem quærant vagandi, & inter ipsos propter hoc locus tentandi detur Diabolo. *Rem. c. 25.*

CAP. VI.

Canonicorum, qui in parochiis tonsurantur, & erudiuntur, interdum etiam & ordinantur sine auctoritate, dignitas regalis in suum periculum non dignetur recipere; præsertim cum eos salubriter, & auctoritatiue possit habere. Quapropter cum quilibet canonicorum ad regiam venerit maiestatem, & suo se voluerit mancipare seruitio; consensu Episcopi, ad cuius diœcesim pertinere dignoscitur, eum recipiat, &c. *Melden. c. 58.*

De canonicis fœminis.
Tit. LIX.

CAPVT I.

STatuimus, vt sanctimoniales, & mulieres, quæ canonicæ nominantur, & irregulariter viuunt, iuxta beatorum Benedicti, & Augustini regulam, vitam suam in melius corrigant, & emendent: superfluitatem vestium, & inhonestatem deferant, & in claustro assiduè permanentes, communi refectorio, & dormitorio sint contentæ; & relictis præbendis, & aliis propriis, earum necessitatibus de communi prouideatur, &c. Prohibemus etiam, ne in earundem collegiis aliqua, nisi quæ regulariter victura fuerit, recipiatur. *Eugen. 3. in conc. Rem. c. 4. in edit. & 3.*

CAP. II.

Libuit huic sacro conuentui, quasdam admonitiunculas breuiter eis sanctimonialibus scribere, quæ se canonicas vocant. Quoniam hæ, quæ sub monasticæ regulæ norma degunt, totius vitæ suæ ordinem in eadem, quam profitentur, regula scriptum habent. *Cabilo. sub Carolo c. 53.*

CAP. III.

Abbatissa diligentem habeat curam de congregatione sibi commissa; & prouideat in lectione, & in officio, & in psalmorum modulatione, vt ipsæ sanctimoniales strenuæ sint, & in omnibus operibus bonis illa eis ducatum præbeat, vtpote pro animabus earum rationem in conspectu Domini redditura; & stipendia sanctimonialibus præbeat necessaria; ne forte propter indigentiam cibi, aut potus, peccare compellantur. *Cabilon. sub Carolo cap. 54.*

CAP. IV.

Abbatissa cum viris, clericis siue laicis, horis incompetentibus non loquatur: sed quidquid cum masculis, clericis, siue laicis de rebus necessariis peragere debet, à prima hora vsque ad vespertinam peragat. Et hoc non cum singulis, sed coram pluribus. *Ibid. c. 55.*

CAP. V.

A vespera vsque ad primam neque Abbatissa, neque alia sanctimonialium cum quibuslibet masculis vllum colloquium habeant, nisi forte talis fuerit occasio, quam euitare non possint: & si necessitas incubuerit, id coram testibus facere debebunt. *Ibid. c. 56.*

CAP. VI.

Abbatissa, quæ in ciuitate monasterium habet, nequaquam de monasterio egrediatur, nisi per licentiam Episcopi sui, aut qui eius vicem obtinet, nisi forte aut Imperialis iussio eam cogat, aut prolixitas itineris id facere minime permittat. Et si quando foras pergit, de sanctimonialibus quas secum ducit, curam, & vigilantiam habeat, vt nulla eis detur peccandi licentia, siue occasio. Sed & cum pergit, in monasterio talem vice sua constituere debet, quæ de sanctimonialium animabus curam, & vigilantiam habeat. *Ibid. c. 57.*

CAP. VII.

Habeat etiam Abbatissa studium, in ædificando ea, quæ ad sanctimonialium necessitatem pertinent, aut in restaurando. *Ibidem cap. 58.*

CAP. VIII.

Sanctimoniales in monasterio constitutæ habeant studium in legendo, & in cantando, in psalmorum celebratione, siue oratione; & horas canonicas, matutinam videlicet, primam, tertiam, sextam, nonam, vespertinam, completorium pariter celebrent. Et omnes, excepta, quam infirmitas tenet, in dormitorio dormiant. Et omnibus diebus ad collationem veniant. *Ibid. c. 59. Magun. sub Rab. c. 16.*

CAP. IX.

Non debere presbyteros amplius in monasterio puellari immorari, nisi donec Missarum solemnia celebrent, aut aliquid ibi de Dei seruitio, & suo ministerio expleant. *Cabil. sub Carolo c. 60.*

Cap. X.

Non debere sanctimoniales in propriis mãsionibus cum aliquibus masculis, clericis, siue laicis, consanguineis, siue extraneis bibere, siue comedere. sed si quando id agendum est, in adiutorio agatur; & vbi adiutorium deest, non fiat. Et cum nullo masculo eis colloquium habere liceat, nisi in adiutorio, & ibi coram testibus. *Ibid.c.61.*

Cap. XI.

Sanctimoniales, nisi forte Abbatissa sua, pro aliqua necessitate incumbente, illas mittet, nequaquam de monasterio egrediantur. Hæ vero, quæ famulos, aut famulas non habent, ad exercenda negotia, ad portam monasterij petueniant, & ibi coram testibus negotia sua exerceant. *Ibid.c.62.*

Cap. XII.

Nullus vassus Abbatissę, nec minister aliquis, nec clericus, nec laicus claustra ancillarum Dei ingrediarut, nisi forte quando necessitas operandi incumbit. *Ibid.c.63.*

Cap. XIII.

Portaria non eligatur, nisi quę ætate matura sit, & testimonium habeat bonum, & vitæ probabilis sit. *Ibid.c.64.*

Cap. XIV.

Quidquid in his capitulis minus fuerit, ab Episcopo suo Abbatissa perquirat. Et ita illi in omnibus obediens sit, secundum canonicam constitutionem, sicuti iustum, & rectum est. *Ibid.c.65.*

Ad Episcopum pertinet cura monachorum & sacrarum virginum, & monasteriorum.
Tit. LX.

CAPVT I.

16. q. 1. qm vere. 32. EPiscopum conuenit ciuitatis, competentem monasteriorum prouidentiam gerere. *Chalc.c.4.in fine.*

Cap. II.

Sacræ virgines, cum à parentibus segregantur, à quibus custodiebantur, Episcopi, aut eo absente presbyteri prouidentia, honestioribus mulieribus commendentur, vel simul habitantes sese custodiant; vt ne vndique vagantes opinionem Ecclesiæ lædant. *Cartha. 44. G. Carthaginens.iij. cap.33. L. Afric.11. L.Capit.li. 1. c.40.*

Cap. III.

Dist. 28. c.5. De his, quos voluntas parentum à primis infantiæ annis in clericatus officio, vel monachali posuit: mox cum detonsi fuerint, vel ministerio electot. † contraditi, in domo Ecclesiæ, sub Episcopali pręsentia, à prę positis sibi debeant erudiri, &c. *Tolet.ij.c.1. Anselm.li.7. c.42.*

† l. tõm.f.

Cap. IV.

De his clericorum personis, quæ de Ciuitatensis Ecclesię officio monasterij, vel diœcesis, vel basilicis in quibuscumque locis positis, id est, siue in territoriis, siue in ipsis ciuitatibus, suscipiuntur ordinandę, in potestate sit Episcopi, si de eo, quod ante de Ecclesia habebãt, eos aliquid, aut nihil exinde habere voluerit, quia vnicuique facultas suscepti monasterij, diœcesis, vel basilicæ debet plena ratione sufficere. *Aur.iij.c.18.*

Cap. V.

Annuis vicibus vnusquisque nostrum omnes Abbates monasteriorum, vel presbyteros, & diaconos suæ diœcesis ad locum, vbi Episcopus elegerit, congregare præcipiat: & omnibus regulam demonstret ducendi vitam, cunctosque sub Ecclesiasticis regulis adesse præmoneat, quosque etiam parsimoniæ, & sobrietati, atque veridicæ castimoniæ honestorum vitorum testimonio fama commendet. *Oscense sub Reccaredo Rege, in prin.*

Cap. VI.

Agnouimus quosdam Pontifices præcepti Principis Apostolorum, qui ait: Pascite, qui in vobis est, gregem, non coacte, sed spontanee: neque vi dominantes in clero, sed forma facti gregis; ita esse immemores, vt quibusdam monasteriis, parochialibusque Ecclesiis, aut suæ consanguinitatis personas, aut sui fauoris Participes, iniquum sæpe statuant in Prælatum, &c. Proinde [decernet omnibus placet, & in præsenti tale rescindere factum, & non esse de cætero faciendum. *Tol. x.c.3.* 1. Pet. 5. 4. Dist. 89. c.6.

Cap. VII.

Monasteria tam virorum, quam puellarum, secundum ordinem regulariter viuant. Et si hoc facere contempserint, Episcopus, in cuius parochia esse videntur, hoc emendare debeat; quod si non potuerit hoc emẽdare, Metropolitano hoc innotescat, & ipse emendari faciat. Quod si hoc nec ipse emendare potuerit, ad synodum publicam exinde veniant, & ibidem canonicam sententiam accipiant. Et si publicam synodum contempserint, aut honorem suum perdant, aut excommunicentur ab omnibus Episcopis, & talis in eius loco, in ipsa synodo constituatur, per verbum, & voluntatem domini Regis, vel consensu seruorum Dei, qui secundum ordinem sanctum ipsum gregem regat. *Vern.c.5.*

Cap. VIII.

Si aliqua monasteria sunt, quæ eorum ordinem propter paupertatem adimplere non possunt, hoc Episcopus de veritate præuideat, & hoc Domino Regi innotescat; vt in sua eleemosyna hoc emendari faciat. Et si tales fœminæ velatæ ad præsens ibidem congregatæ inueniuntur, quæ regulariter viuere non velint, nec ad hoc dignæ sunt, vt cum illis aliis habitent, Episcopus, vel Abbatissa præuideant locum aptum, vbi separatim cum custodia in pulsatorio habitare debeant, vel operari manibus, quod ipsa Ab-

batissa eis iusserit, interim quod probatæ dignæ sunt, vt in congregatione recipiantur. *Vern.c.6.*

CAP. IX.

Prouidendum necesse est vnicuique Episcopo, qualiter canonici viuere debeant, necnon & monachi, vt secundum ordinem canonicum, vel regularem viuere studeant, vt ait Apostolus: Vnusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat. *Arel. sub Carolo c.6. Magun. sub Rab. c.13.* [1. Cor. 7. d.]

CAP. X.

Missi per quæque loca directi, simul cum Episcopis vniuscuiusque diœcesis, perspiciant loca monasteriorum canonicorum, & monachorum, & puellarum si in apto, & congruo loco sint posita, vbi commodum necessarium possit acquiri, quod ad vtilitatem pertinet monasterii, sicut in sancta regula dicitur. Monasterium autem ita debet constitui, vt omnia necessaria intra monasterium exerceantur; vt non sit necessitas monachis, vel clericis, vel puellis vagandi foras; quia omnino non expedit animabus eorum. Similiter quoque ædificia monasteriorum supradicti missi, & cum eis Episcopi per diuersa loca præuideant, si apta sint, & congruenter sanctę professioni composita; vel si claustrum firmum habeant, in quo saluari possint animæ in eis commorantium sub disciplina canonica, vel regulari. Vbi autem aliter inuentum fuerit, hoc omnimodis Episcopus loci ipsius faciat emendari; ita vt condignam professioni eorum custodiam habeant canonici, vel monachi, atque nonnales; ne detur eis occasio malefaciendi, quod absit. *Magunt.c.20. Capit. li.5. c.78.*

CAP. XI.

Vnusquisque Episcopus sciat per singula monasteria, quantos quisque Abbas canonicos in monasterio suo habeat: & hoc omnino ambo pariter prouideant; vt si monachi fieri noluerint, regulariter viuant; sin autem, canonice viuant omnino. *Magunt. ca.21. Capit. l.5. c.79. Bur. l.8. c.5. Ivo par.7. c.29. decr.*

CAP. XII.

In quantum ipsi Abbates, Abbatumq; subiecti Episcopis propriis, pro se, suisque omnibus rationem reddituros nouerint; tanto eorum consilio, atque auctoritate, modis omnibus mancipentur. *Aquisg. sub Ludo. part.3. c.1. in fine.*

CAP. XIII.

Monachus de monasterio sine consultu, vel præsentia Episcopi, aut vicarii eius ad hoc regulariter deductus, non eiiciatur; cuius dispositione, & auctoritate de cætero vita, & conuersatio eiecti, ne perditus perpetuo fiat, si aliquo modo saluari potest, ordinari debet, atque decerni. *Melden. c.59.*

CAP. XIV.

Monasteria, quæ adhuc statum suum retinent, vnumquemque Episcoporum, in cuius parochia constituta sunt, prouidere oportet, vtrum ordinem suum teneant. Quod si aliter inuenerit, vna cum rectore monasterii corrigere debebit. Quod si rectoris monasterii principaliter culpa fuerit, & se, suosque subditos ad Episcopi sui admonitionem corrigere dissimulauerit; synodica debet auctoritate percelli. *Ticinen. sub Ludou. 2. c. 9.*

CAP. XV.

Congregationes canonicorum, & monachorum, ac sanctimonialium secundum canonicam institutionem à propriis Episcopis strenue visitentur; & eorum religio, & habitus exquiratur, si vita, & moribus sint probi, ac officii, & vnanimitatis studio solliciti, à leuissimis quoque, & perniciosissimis actibus cauti. Subsidia etiam illorum pia dominorum prouidentia exquirantur, & disponantur, &c. *Tull. part. vlt. c.9.*

Monachi, & canonici, & sanctimoniales sint in potestate Episcopi, illumque reuereantur; & ne iniussu ipsius discedant.

Tit. LXI.

CAPVT I.

QVi in singulis vrbibus, & regionibus monachi sunt, subiaceant Episcopo, & quietem ament, ac ieiuniis, & orationibus dent operam in his locis, in quibus ordinati fuerint. Neque Ecclesiasticis, aut sæcularibus rebus occupentur, monasteriis relictis, nisi ob necessariam causam ab Episcopo vrbis id permittatur. Nullum vero seruum suscipiant, vt sine voluntate Episcopi monachus sit. Qui contra fecerit, excommunicatus sit, vt nomen Dei non blasphemetur. Episcopus vero competenti prouidentia prouideat monasteriis. *Chalc. c. 4. Paris. sub Ludou. & Loth. lib.1. c.28. Vide Chalc. actio.6. c.1. & act.15. Tribur. 26. Capitul. l.5. c.25. & li.7. c.18. Burch. li.8. c.28. Ivo l. 3. tit. 16. cap.1. panor. & par.7. ca.1. & 48. & p.16. c.46. decr. Ansel. l.5. ca.54. & in Rom. lib. vlt. c.63.* [16. q. 1. qui vere. 12.]

CAP. II.

Clerici parochiorum, & monasteriorum, & martyriorum sub potestate Episcoporum vrbium sint, iuxta sanctorum Patrum traditionem. Qui vero conantur eos auferre ab Episcopis, clerici canonum pœnis subiaceant, laici, vel monachi communione careant. *Chalc. c.8. Ivo part.6. c.358. & 354. decr. Ans. l.5. c.84. in addit.* [18. q. 2. c. 10. quidā p. Item clerici.]

CAP. III.

De clerico, vel monacho coniurante, vel conspirante, aut collegia faciente aduersus Episcopos, vel laicos clericos, vt cadat à gradu suo. *Chalced. cap. 18. Tullen. post epist. synodi. Varma. 74. Raban. cap. 19. de pœniten. Capitul. lib.1. cap.29. Burchar. li.10. cap.68. & 69. Ivo part. 12. ca.87.* [11. q. 1. c. 22. coniuratio-num. & 5. 24. c. quis. & c. 25. si cl-erici.]

12.c.87.& 87.decr. Anf.l.8.c.16.& 18.

CAP. IV

16. q. 1. quidam. 17. De clerico, vel monacho CP. veniente sine mandatis Episcopi, vt admoneatur, & eiiciatur à defensore Ecclesiæ Constantinopolitanæ. Chalced.c.23.

CAP. V.

Nullus laicorum, vel monachorum, aut ex catalogo clericorum ante diligentem examinationem, & synodicam sententiam, à communione se separet proprij Patriarchæ, &c. Si vero quis aduersus hanc sanctam synodum deprehensus fuerit agere, &c. monachus, aut laicus segregetur ab omni Ecclesiastica communione, atque collegio, quousque conuersus per pœnitentiam recipiatur. Syno.viij. CP. sub Hadr.ij.c.10.

CAP. VI.

Sacerdos, (qui monasterio, vel oratorio præest,) ad placita, & ad iustam reuerentiam Episcopi obedienter recurrat. Si vero superbia elatus, vel alio quolibet modo, à proprij se subtrahere maluerit mandatis Episcopi, canonicis cum decernimus vltionibus subiacere. Eugen.ij.& Leo rv.in syno. Rom.c.21.Cæsar.lib.8. c.43.

CAP. VII.

Nullus Abbas, nullus Ecclesiarum Præpositus, quæ iuris sunt Ecclesiastici, accipere, sine Episcopi concessione præsumat. Vrb.ij.in syno. apud Melfiam c.6.

CAP. VIII.

Vt monasteria reddantur Episcopo, ad cuius parochiam pertinent. Vrban.ep.3.

CAP. IX.

18. q. 2. c.16. Abbates pro humilitate religionis in Episcoporum potestate consistant, & si quid extra regulam fecerint, ab Episcopis corrigantur. Qui semel in anno, in loco vbi Episcopus elegerit, accepta vocatione conueniant. Aur. 15.vel 19.al.21.Capitul.li.6.c.137.Burch.lib.8.cap. 67.1.ne par.7.c.85.decr. Anf.post lib.vlt.c.54.in Romano.

CAP. X.

Abbates, qui Episcoporum præcepta despiciunt, ad communionem nec penitus admittantur: nisi contumaciam humilitate susceptam deponant. Aur.ij.c.21.

CAP. XI.

Abbates, vel monachi, aut agentes monasteriorum patrocinio sæculari penitus non vtantur, nec ad Principis præsentiam sine Episcopi sui permissu, ambulare audeant. Quod si fecerint, à suis Episcopis excommunicentur. Cabilo.c.15.

CAP. XII.

Canonici nihil sine licentia Episcopi sui, vel magistri agere præsumant. Magun.c.9.

CAP. XIII.

Abbatissa Episcopo in omnibus obediens sit, secundum canonicam constitutionem, sicut iustum, & rectum est. Cabilon. sub Carol. c.65.

CAP. XIV.

Monachi non debent parui pendere pastores suos, in cuiuscumque parochia consistentes, sicut aliqui faciunt. Aqu.ij.sub Ludou.par.3. cap.3.

Ne Episcopi potestate sibi in monachos concessa abutantur. Tit. LXII.

CAPUT I.

Episcopus nec Abbatem, nec Archipresbyterum, sine omnium suorum compresbyterorum, & Abbatum consilio, de loco suo præsumat eiicere, neque per præmium alium ordinare, nisi facto concilio tam Abbatum, quam presbyterorum suorum; quem autem negligentia eiicit, cum omnium presbyterorum consilio refutetur. Turo.ij.c.7.

CAP. II.

Nuntiatum est, quod monachi Episcopali imperio seruili opere mancipentur, & iura monasteriorum contra instituta canonum illicita præsumptione vsurpentur: ita vt pene ex cœnobio possessio fiat, atque illustris portio Christi ad ignominiam, seruitutemque perueniat. Talia ne fiant, sed [hoc tantum sibi in monasterio vindicent sacerdotes, quod præcipiunt canones; Id est, monachos ad conuersationem sanctam præmonere, Abbates, aliaque officia instituere, atque extra regulam facta corrigere. Quod si aliquid in monachos canonibus interdictum præsumpserint, aut vsurpare quippiam de monasterij rebus tentauerint, non deerit ab illis sententia excommunicationis, qui se deinceps nequaquam sustulerint ab illicitis. Tolet. iv.c.50. Anf.l.vlt.c.55.in Rom. 18. q. 2. c.1.

CAP. III.

Vt quæque monasteria Deo consecrata, nulli Episcoporum liceat ea in aliquo inquietare, nec quidquam de eorum rebus violenter abstrahere. Angl.c.3.

Ne Abbas iniussu Episcopi res monasterij alienet. Tit. LXIII.

CAPUT I.

Si quis Episcopus, vel monasterij præfectus inuentus fuerit ex Episcopatus, vel monasterij agris, in alicuius magistratus manus alienare, vel alteri personæ tradere, nullius sit momenti traditio, iuxta canonem Apostolorum, &c. Ne liceat autem quidquam ex eis sibi vindicare, vel propriis cognatis, quæ Dei sunt, elargiri. Si sint autem pauperes, vt pauperibus suppeditet, sed non coëmptum prætextu res Ecclesiæ venundet, &c. Sin autem aliqua improba calliditate vtatur, & ab agricola, vel clerico agrum magistratus emerit, sic quoque nullius sit momenti venditio, 12. q. 2. quisquis. c. 19.

& Episcopatui; vel monasterio restituatur. Porro Episcopus, vel monasterij præfectus, qui hoc fecerit, exturbetur quidem Episcopus ab Episcopatu, monasterij vero præfectus à monasterio; vt qui male dissipant, quæ non congregauerunt. *Nica. ij. c. 12. Vide Apost. 38. 40. 41. Ino par. 5. c. 375. decr. Ans. l. 6. c. 284. Cæs. l. 7. c. 72.*

Cap. II.

17. q. 4. c. 40. Dist. 54. c. 22. Abbati. p. unum. sum.

In venditionibus, quas Abbates facere præsumunt, hæc forma seruetur; vt quidquid sine Episcopi notitia venditum fuerit, ad potestatem Episcopi reuocetur. Mancipia vero monachis donata, ab Abbate non liceat manumitti. Iniustum enim putamus: vt monachis quotidianum rurale opus facientibus, serui eorum libertatis otio potiantur. *Agat. c. 56. Epan. c. 8. Isido. in regula mona. c. 5. Ino par. 3. c. 163. decr. & in epist. 138. Roberto Comiti. Cæsaraug. lib. 9. cap. 36.*

Cap. III.

† Episcopor. f.

De venditionibus, quas Abbates, vel Abbatissæ facere præsumpserint, forma seruetur; vt quidquid sine ipsorum † notitia venditum fuerit, ad potestatem Episcopi reuocetur. Mancipia vero monasteriis donata ab Abbatibus vtriusque sexus non liceat manumitti. Iniustum enim putamus, vt monachis quotidianum rurale opus facientibus, serui eorum libertatis vsu potiantur. *Epau. c. 8. Agath. c. 56.*

Cap. IV.

12. q. 2. c. 41.

Abbatibus, presbyteris, cæterisque ministris de rebus ecclesiasticis, vel sacro ministerio alienare, vel obligare absque permissu & subscriptione Episcopi sui nil liceat. Quod qui præsumpserit, degradetur communione concessa; & quod præsumptum, vel alienatum, vel temere ordinatum est, ordinatione Episcopi reuocetur. *Aurel. iij. c. 23. Capitul. li. 7. c. 275. Ans. l. 5. c. 85. in addit. & in Rom. l. vlt. c. 44. Tarrac. l. 6. c. 15.*

Cap. V.

Si quid Abbatibus, aut sacris monasteriis, aut parochiis pro Dei contemplatione oblatum fuerit, in sua proprietate hoc Abbates, vel presbyteri minime reuocabunt, nec alienari à cunctis fratribus debet, quacumque occasione, quibus si fuerit necessarium, vt statuta conuellant; non aliter valeat, nisi fuerit sui Episcopi subscriptione firmatum. *Aur. iv. c. 11.*

Monachi decimas prædiorum dent Ecclesiis. Tit. LXIV.

CAPVT I.

De deci. 34. Gre. ix. cap. 7. eo. tit. in 4. col.

NVper Abbates Cisterciensis ordinis in generali capitulo congregati, ad commonitionem nostram prouide statuerunt: vt de cætero fratres ipsius ordinis non emant possessiones, de quibus decimæ debentur ecclesiis, nisi forte pro monasterio de nouo fundando: si tales possessiones eis fuerint pia fidelium deuotione collatæ, aut emptæ pro monasteriis de nouo fundandis, committant excolendas à quibus ecclesiis decimæ persoluantur: ne occasione priuilegiorum suorum ecclesiæ vlterius prægrauentur. Decernimus ergo, vt de alienis terris, & amodo acquirendis, si eas propriis manibus, aut sumptibus deinceps excoluerint, decimas persoluant ecclesiis, quibus ratione prædiorum antea soluebantur, nisi cum ipsis ecclesiis aliter duxerint componendum. Nos ergo statutum huiusmodi gratum, & ratum habentes, hoc ipsum ad alios regulares, qui gaudent similibus priuilegiis, extendi volumus, & mandamus: vt Ecclesiarum Prælati promores, & efficaciores existant, ad exhibendum eis de suis malefactoribus iustitiæ complementum, eorumque priuilegia diligentius, & perfectius studeant obseruare. *Inno. iij. in conc. gen. Later. cap. 55.*

Cap. II.

De pact. 7. Greg. ix. & 5 l. eo. tit. in 4. col.

Pleríque, sicut accepimus, regulares, & clerici sæculares, interdum cum vel domos locant, vel feuda concedunt, in præiudicium parochialium ecclesiarum pactum adiciunt; vt conductores, & feudatarij decimas eis soluant, & apud eosdem eligant sepulturam, &c. pactum huiusmodi penitus reprobamus, &c. *Inno. iij. in conc. gen. Lat. c. 56.*

Cap. III.

Nullus Abbas decimas, & primitias, & reliqua, quæ secundum constituta canonum ad Episcopos pertinent, sine auctoritate Romani Pontificis, seu Episcopi consensu, in cuius diœcesi habitat, detineat, Apostolica sanctione firmamus. *Gregor. vij. in conc. Rom. anni 6. sui Pontificatus c. 9. Tarra. l. 5. c. 53.*

Cap. IV.

16. q. 1. quæsti.

Episcopi, & Abbates, de agris, & vineis, quæ ad suum, vel fratrum stipendium habent, decimas ad ecclesias dari faciunt. Familia vero ibi det decimas suas, vbi infantes eorum baptizantur, & vbi per totum anni circulum missas audiunt. *Cabile. sub Carolo cap. 19. Burchar. li. 3. ca. 132. Ino lib. 2. tit. 5. c. 3. panorm. & par. 3. ca. 198. decr. Ansel. l. vlt. ca. 48. in Rom.*

Qualis debeat esse Abbatissa, & de eius munere. Tit. LXV.

CAPVT I.

ABbatissæ absque Episcopi licentia monasterium non egrediantur, nisi ad Imperatorem, sed in suis permaneant monasteriis, ibique & se ipsas custodire, sibique commissas seruare, quanta potuerint vigilantia, decertent. *Turonens. sub Carolo capite 30.*

CAP. II.

Monasteriis puellaribus tales præferri debent fœminæ, & Abbatissæ creari, quæ & se, & subditum gregem cum magna religione, & sanctitate custodire norint, & his, quibus præsunt, prodesse non desinant. Sed & se, & illas ita obseruent, vtpote vasa sancta in ministerio † Domini præparata. Talem enim se debet Abbatissa exhibere subditis in habitu, in veste, in omni conuictu; vt eis ad cælestia regna pergentibus ducatum præbeat. Sciat etiam se pro his, quas, in regimine accepit, in conspectu Domini rationem redditurã. *Cabilo. sub Carolo c. 52. Capitul. li. 2. ca. 42. apud Trosle. cap. 3.*

† ministerii f.

CAP. III.

Abbatissa diligentem habeat curam de congregatione sibi commissa, & prouideat in lectione, & in officio, & in psalmorum modulatione; vt ipsæ sanctimoniales strenuæ sint; & in omnibus operibus bonis illa eis ducatum præbeat; vtpote pro animabus earum rationem in conspectu Domini redditura, &c. *Cabilo. sub Carolo c. 54.*

CAP. IV.

Habeat Abbatissa studium aut in ædificando ea, quæ ad sanctimonialium necessitatem pertinent, aut in restaurando. *Cabilo sub Carolo cap. 58.*

CAP. V.

Aliter, quam diuina auctoritas, & religio Christiana docet, agitur; quando fœminæ amissis viris eatenus carnaliter viuentes, repente, & sine probationis examine, ad regimen animarum pertrahuntur, præficiunturque sanctimonialibus, vtpote matres spiritales, quas nunquam contigit eiusdem propositi discipulas extitisse. Fitque, vt quæ forte feliciter incedebant, earum prauis exemplis miserabiliter ruant, &c. Quia ergo hæc res diuinæ auctoritati non concordat; necesse est, vt caueatur; ne forte, & committenti, & his, quibus committitur, læsura animarum proueniat. *Paris. sub Lud. & Loth. l. 1. c. 39.*

CAP. VI.

Deposcimus, vt in Abbatissis constituendis, vestrum specialiter caueatis periculum, sicut vobis sæpe est admonitum, & per diuinam auctoritatem crebrius manifestatum. *Parisien. sub Lud. & Loth. l. 3. c. 23. Aquisg. ij. sub Ludo. parte 4. cap. 9.*

CAP. VII.

Admonendæ sunt Prælatæ monasteriorum; vt subditas moribus probis, atque exemplis præcedant, &c. Sed deinceps illæ ouibus Christi præferendæ sunt, quas contagio vitiorum non coinquinet, sed religionis deuotio commendet. Nam illud perspicuum est, quæ necdum nouerant esse filiæ in disciplina religionis, nec in sese religionis normam habentes, matres religiosarum fieri non posse. *Aqu. ij. sub Ludo. par. 3. c. 13.*

CAP. VIII.

Habeat Abbatissa studium in ædificando ea, quæ ad sanctimonialium necessitatem pertinent, & in restaurando. *Magontin. sub Rab. c. 16.*

Qua ætate, & qua die oporteat virgines consecrari. Tit. LXVI.

CAPUT I.

NVllus Episcoporum virginem sacratam, si maritale expetierit consortium, benedicere attentet, nisi eam probauerit lxxij. annorum esse constitutam. Vbi probabitur iudicium veræ pudicitiæ, vt in lxxij. annis requirens verum Christum pudicitia custodita, vncto vertice, introducatur ad nuptias Christi, velamen capitis ferens, non cordis. Nulla schemata monachorum oportet fieri, nisi post xxv. ætatis annos propter scandala, vt xxv. annis, iam euacuato omni feruore Diaboli, inueniat sibi mundum vas Spiritus sanctus. *Siluest. in synodo Romana cclxxxiv. Episcoporum c. 10.*

CAP. II.

Deuotis virginibus nisi aut in Epiphaniorum die, aut in albis Paschalibus, aut in Apostolorum natalitiis, sacrum minime velamen imponatur, * & non ante xxv. annos, * nisi forsitan, sicut de baptismate dictum est graui languore correptis; ne sine hoc munere de sæculo exeant, implorantibus non negetur. *Gelas. epi. 1. c. 14. Vide Tribur. 25. Burch. lib. 8. c. 15. Iuo l. 3. tit. 17. c. 3. pan. & par. 7. c. 36. decr. Ans. li. 7. c. 199. Tarra. l. 3. c. 92.* 20. q. 1. c. 11.

CAP. III.

Ante xxv. annum virgo non consecretur. *Carthag. iij. cap. 4. L. Vide Carthag. 16. G. Tribur. cap. 24. Worm. 69. Burchar. lib. 2. cap. 11. Iuo li. 3. tit. 3. c. 3. panorm. & par. 6. c. 31. decr. Capitul. li. 1. c. 46.* Dist. 77. placuit. c. 5. & 10 q. 1. c. 15.

CAP. IV.

Si Episcopus propter periculum virginalis castitatis, cum potens amator, vel raptor formidetur, vel si mortis periculum virgini immineat, petentibus parentibus, vel his, sub quorum cura est, ne sine habitu decedat; velauerit virginem minorem xxv. annis, non sit temerator eius synodi, qua is numerus annorum constituitur. *Carth. c. 127. G. Milevit. 26. L. Afric. 93. L. Turo. ij. c. 21. Tribur. c. 24. Iuo li. 3. tit. 17. c. 5. pan.*

CAP. V.

Sanctimoniales, quantumlibet vita earum & mores probati sint, ante annum ætatis suæ xl. non velentur. *Agath. c. 19.* 20. q. 1. c. 14.

CAP. VI.

Non velandas esse virgines, quę se Deo vouerunt, nisi xl. annorum probata ætate, quam sacerdos comprobauerit. *Cæsar. c. 8.*

CAP. VII.

Etsi magnus Basilius in sacris suis canoni-

bus eam, quæ se sua sponte Deo offert, & virginitatem cõplectitur, si septimum decimum annum compleuerit, in virginum ordinem referendam esse statuit, &c. Sacri tamen canones quadraginta annorum diaconissam ordinandam esse statuerunt. *Trull.c.40.*

Cap. VIII.

Virginibus quoque sacrum velamen accipiendum, decreta Patrum interdicunt ante XXV. annos, nisi forte aliqua cogente necessitate, pro qua licitum est hæc statuta mutare, vt in canonibus si requiratur, inueniri poterit. *Turo. sub Carolo c.28. Vide Carth.ij.c.4.*

Cap. IX.

Leo constituit monasterium apud Petrum Apostolum, & constituit, vt monacha non acciperet velaminis capitis benedictionem,
† xl. nisi probata fuerit in virginitate lx. † annis. *Ex Pontif.*

Ne quisquam præter Episcopum virgines consecret. Tit. LXVII.

CAPVT I.

SAcerdotes consecrare, diaconos, subdiaconos, virgines Episcopi tantum possunt. *Damas. ep.4. in med. Leo epist. 66, siue 86. Episcopis German.*

Cap. II.

26.q.6. Virgines consecrare presbytero non licet.
si iubet. *Carth.6. G. Carth.ij. cap.3. L. (inconsulto Episcopo L)*
c.1. & c. *Carth.ij.c.36. L.*
2. presbyter.

Cap. III.

Virginis consecratio Episcopis tantum permissa. *Hisp.ij.c.7.*

Cap. IV.

Comperimus, quod quidam presbyterorum incaute, & extraordinarie velum viduarum inconsultis Episcopis suis consecrent, & ob id eidem religioni macula ingeratur, quia eisdẽ velatis per diuersa vagandi occasio præbeatur. Vt autem nullus Pontificum viduas velare attentet, canonica auctoritas inhibet. Quod vero presbyteri inconsultis Episcopis suis, velum viduarum consecrare non præsumant, prorsus interdicimus. Quod si quispiam presbyterorum, huius constitutionis contumaciter transgressor extiterit, canonicæ correptionis pœnas luet. *Parisien. sub Ludou. & Loth. lib.1. c.40.*

Cap. V.

Quorundam relatu didicimus, quosdam presbyteros suæ mensuræ immemores, immo canonicæ auctoritati resultantes, in tantam audaciam prorupisse; vt sacrarum virginum consecratores extiterint, &c. Quod, quia canonicæ auctoritati minime concordat; ne vlterius quispiam presbyterorum id facere præsumat, prorsus inhibemus. Quod si forte, quod non optamus, aliquis presbyterorum id facere præsumpserit, vt pote canonicæ auctoritatis transgressor, irretractabiliter feriatur. *Paris. sub Ludouic. & Lothar. lib.1. c.41.*

Cap. VI.

Inuenimus, quod quædam fœminæ, maxime hæ, quæ valde sensu tenues sunt, sine consensu sacerdotum, idcirco sibimetipsis velum imponant; vt sub prætextu huius velaminis, Ecclesiarum excubatrices, & administratrices fieri possint. Hæc igitur incauta velatio, vnusquisque Episcopus prouideat, ut in parochia sua fiat, &c. Huiusmodi mulierculæ examinentur, & instruantur, qualiter si propter Deum se sectari volunt, velandæ sint, qualiterque eandem velationem sub castitatis, & humilitatis proposito conseruent, diligenter admoneantur. *Parisien. sub Lud. & Loth. l.1.c.42.*

Cap. VII.

Inuenimus, quod quædam Abbatissæ, & cæteræ sanctimoniales non solum viduas, sed etiam virgines puellas velare solitæ sint. Quod quantum sexui fœmineo illicitum, & à religione Christiana sit alienum; omnis, qui sanum sapit, facile aduertit, &c. Si forte aut 20.q.1.
Abbatissa, aut alia quælibet sanctimonialis, c. 3. statuimus.
post hanc definitionem; in tantam audaciam proruperit, vt viduam, aut puellam virginem velare præsumat; congrua ab Episcopo suo correctione coërceatur, & pœnitentiæ canonicæ vsque ad satisfactionem subdatur. *Parisien. sub Ludou. & Lothario lib.1. cap.43. Burchar. lib.8. cap.17. Iuo par.7.c.38. decr. & l.3. tit.17.c.7. panor.*

De consecratione viduarum. Tit. LXVIII.

CAPVT I.

VIduas velare Pontificum nullus attentet, 20.q.1.c.
quod nec auctoritas diuina delegat, nec 11. denotis. in fin.
canonum forma præstitui, &c. *Gelas. ep.1.c.15.* 27.q.1.c.
Tribur.c.25. Burc.l.8.c.36. Iuo l.3.tit.17 c.10. pan. 8.
& par.7.c.55. decr. Ansel.li.7.c.200. Tarrac.li.3. c.92.

Cap. II.

De viduis sub nulla benedictione velandis 27.q.1.c.
superius latius diximus. *Gelas. ep.1.c.23. Tribur.* 42.
25. Burc. li.8.c.34. Iuo par.7.ca.53. decr. Cæsar. li 9. c. 61.

Cap. III.

Viduarum consecrationem, quas diaconissas vocant, ab omni religione † nostra penitus abrogamus, solam eis pœnitentiæ benedictionem, si conuerti ambiunt, imponendo. *Epau.c.21. refert Turon. ij.c.21. in fine.* († regione.)

Cap. IV.

Illud, quod aliqui dicunt; vidua, quæ benedicta non fuit, quare non debet maritum accipere, cum omnes sciant, quod nunquam in canonicis libris legitur benedictio vidualis? Quia solum propositum illi sufficere debet, sicut in Epaunensibus canonibus à Papa

Auito, vel omnibus Episcopis conscriptum est. *Turon. ij. c. 21. Epau. 21.*

CAP. V.

Iuuenes viduæ citò nequaquam velentur, vsque dum probetur illarum religio, & bona ab eis nota sit conuersatio: ne forte de eisdem dici possit ab Apostolo: Quæ autem in deliciis sunt, viuentes mortuæ sunt. *Turon. sub Carolo c. 27.* 1. Tim. 5. b.

CAP. VI.

Vt nullus Pontificum viduas velare attentet, canonica auctoritas inhibet. *Paris. sub Ludou. & Loth. lib. 1. c. 40.*

CAP. VII.

Quædam Abbatissæ, & cæteræ sanctimoniales, non solum viduas, sed etiam virgines puellas velant, &c. Ita hoc illicitum, & temerarium factum habetur in vsu; vt vix aut viduæ velari à presbyteris, aut puellæ virgines consecrari expetant à Pontificibus, &c. *Paris. sub Ludou. & Lothar. lib. 1. cap. 43.*

CAP. VIII.

Nobiles fœminæ, quæ amissis viris velantur, & non in monasteriis sub spiritalis matris regimine, sed potius in domibus propriis occasione liberorum, rerumque suarum residere, deliciisque affluere delectantur, &c. ab Episcopis pastorali sollicitudine admoneantur, & instruantur; quatenus suæ saluti consulant, ne sic indiscrete viuendo, & tetrenis actionibus sexui suo non conuenientibus se implicando, vitam perpetuam amittant. Statuimus, vt huiuscemodi viduæ amissis viris, repente non velentur, sed cum conniuentia Episcopi sui triginta diebus, vt à glorioso Principe domino Ludouico cum consensu venerabilium sacerdotum iam dudum constitutum est, expectent, quibus peractis aut nubant, aut si potius Deo se sacrari expostulauerint, admoneantur, & instruantur; vt non in domibus propriis, sed in monasteriis sub spiritalis matris regimine Deo se seruitutas subdant, &c. *Paris. sub Ludou. & Loth. lib. 1. c. 44.*

CAP. IX.

De nobilibus fœminis, quæ amissis viris repente velantur, & in propriis domibus diuersas necessitates opponentes residere delectantur; iam dudum in aliis conuentibus coram Serenitate vestra ventilatum, & definitum est; vt nulla illarum taliter se velari inconsulto Episcopo suo attentaret: quoniam per huiuscemodi velationem, noxiam sibi libertatem acquirere, & per diuersa vagari cupiant, &c. Vnde necesse est, vt quod hactenus erga eas admonendo sacerdotalis auctoritas explere nequiuit, id terror imperij, atque potestas ob earum salutem adimpleat. *Paris. sub Ludou. & Loth. lib. 3. c. 7.*

CAP. X.

De viduis præcipimus, vt nequaquam citò velentur, sed in potestate earum maneat consentiente Episcopo, vtrum nubant, an professionem castitatis assumant, vsque dum probetur earum conuersatio; ne forte de eisdem dici possit, quod ab Apostolo dicitur: Quæ autem in deliciis sunt, viuentes mortuæ sunt, &c. *Magun. sub Arnulf. c. 26. Turon. sub Carol. 27.* 1. Tim 5. d.

Virgines aliquæ, & viduæ non consecratæ, nubere prohibentur. Tit. LXIX.

CAPVT I.

HÆ quæ nec dum sacro velamine tectæ, tamen in proposito virginali, semper se simulauerunt permanere; licet velatæ non fuerint, si forte nupserint; his agenda aliquanto tempore pœnitentia est; quia sponsio earum à Domino tenebatur: Si enim inter homines solet bonæ fidei contractus nulla ratione dissolui; quanto magis ista pollicitatio, quam cum Deo pepigerunt, solui sine vindicta non poterit? Nam si Apostolus Paulus, quæ à proposito viduitatis discesserant, dixit eis habere condemnationem, quia primam fidem irritam fecerunt; quanto potius virgines, quæ prioris promissionis fidem minime seruauerunt? *Inno. epist. 2. c. 13. Turo. ii. c. 21. Vid. Syrici. epist. inc. quamuis. Raban. c. 5. de pœnit. Capitul. lib. 7. c. 213. in addit. Burch. lib. 8. c. 12. & 45. Iuo lib. 3. tit. 17. c. 12. panor. & par. 7. c. 18. & 63. decr. Ansel. lib. 11. c. 177. in Rom.* 27. q. 1. c. 2. par. 1. & c. 9. 1. Tim. 5. b.

CAP. II.

Puellæ, quæ non coactæ parentum imperio, sed sponraneo iudicio virginitatis propositum, atque habitum susceperunt, si postea nuptias eligunt; præuaricantur, etsi consecratio non accessit. Cuius vtique non fraudarentur munere, si in proposito permanerent. Ambigi vero non potest, crimen magnũ admitti, vbi & propositum deseritur, & consecratio violatur. Nam si humana pacta † non possunt impune calcari; quid de eis manebit, qui corruperint fœdera diuini sacramenti? *Leo epist. 90. ad Rust. Narbon. Episcop. c. 13. & 14. Burch. lib. 8. c. 2. Iuo par. 7. c. 20. decr. Ansel. lib. 11. c. 87. Cæsar. lib. 10. c. 113. Tarrac. lib. 1. c. 221.* 20. q. 1. c. 8. † facta

CAP. III.

De viduis sub nulla benedictione velandis diximus; quæ si propria voluntate professam pristini coniugij castitatem mutabili mente calcauerint; periculi eius intererit, quali Deum debeant satisfactione placare: quia iuxta Apostolum, primam fidem irritam fecerunt, &c. *Gelas. epist. 1. c. 23. Tribur. c. 25. Burch. lib. 8. c. 34. Iuo par. 7. c. 53. decr. Cæsar. lib. 9. c. 61.* 27. q. 1. c. 41. 1. Tim. 5. b.

CAP. IV.

Illud, quod aliqui dicunt: Vidua quæ benedicta non fuit, quare non debet maritum accipere? cum omnes sciant, quod nun-

quam in canonicis libris legitur benedictio vidualis? Quia non solum propositum illi sufficere debet, sicut in Epaunensibus canonibus à Papa Auito, vel omnibus Episcopis conscriptum est. *Turon. ij. c. 21. in fin. Epaun. 21.*

CAP. V.

Placuit de fœminis cuiuscumque conditionis, puellis scilicet, vel viduis, quæ virginitatis, siue continentiæ propositum spontanee pollicentes Deo, emancipatæ † fuerint, & ob continentiæ signum, nigram vestem quasi religiosam, sicut antiquus mos fuit in his regionibus indutæ fuerint, licet non sint à sacerdote sacratæ; in hoc tamen proposito eas perpetim perseuerare mandamus. Si vero postea sese siue clanculo corruperint, seu publice nupserint; dignis quidem mundano iudicio corporalibus coërcitæ vindictis, segregentur ab inuicem, & agant cunctis diebus vitæ suæ pœnitentiam, &c. *Forotulien. cap. 11. Vide volum. 3. lib. de Pœnitentia.*

† Deo mancipatæ. f.

CAP. VI.

27 q. 1. s. 8. de regular. c. 4. Greg. ix. c. 6. eo titulo 1. coll.

Sancimus, & libere iudicamus; quod si sponte velamen, quamuis non consecratum sibi (*vidua*) imposuerit, & in Ecclesia inter velatas oblationem Deo obtulerit; velit, nolit, sanctimoniæ habitum vlterius habere debebit: licet sacramento confirmare velit, eo tenore, & ratione velamen sibi imponere, vt iterum possit deponere. *Tribur. c. 25. Burch. lib. 8. c. 36. Iuo lib. 3. tit. 17. c. 10. panor. & par. 7. c. 55. decr. Anselt. lib. 7. c. 200.*

Ne virgines nuptias execrentur. Tit. LXX.

CAPVT I.

Dist. 30. c. 5. si quis d. 31. quicumq. c. 9.

QVi virgo est, vel continens, & separat se, quod nuptiæ abominandæ sint, non quod bona, & sancta sit virginitas, anathema sit. *Gangr. c. 6. Burch. lib. 8. c. 61. Iuo par. 7. c. 79. decr.*

CAP. II.

Dist. 30. si quis. propter. 4.

Virgines propter Deũ, si coniugatos contemnant, anathema sint. *Gangr. cap. 10. Aquisgranen. 67. Burchard. lib. 8. c. 64. Iuo par. 7. c. 82. & par. 8. c. 3 6. decr.*

Sanctimoniales ne egrediantur ex monasterio, & de portaria; siue ianitrice. Tit. LXXI.

CAPVT I.

MOnachus, vel sanctimonialis non relinquat suam habitationem, & discedat ad aliam; si autem id contigerit; ipsum, vt hospitem accipi est necessarium; non tamen sine voluntate Præpositi id fiat, *Nica. ij. c. 21.*

CAP. II.

Quæ asceticam vitam elegerunt, & in monasterio constitutæ sunt, non exeant. Si qua vero necessitas inexcusabilis fuerit, cum benedictione, & cura præpositæ id faciat. Tunc vero non solæ, sed cum aliquibus senioribus, & antiquioribus monasterij, cum mandato Præpositæ, omnino vero extra non pernoctent. Item monachi non exeant, nisi cum benedictione Præpositi. Qui, quæve, hæc contempserint, debitis pœnis subiiciantur. *Trul. 46. Vide Trul. 4t.*

CAP. III.

Nulla Abbatissa extra monasterium licentiam habeat exire, nisi hostilitate cogente, sed dominus Rex, quando aliquam de ipsis Abbatissis ad se venire iusserit, semel in anno per consensum Episcopi, in cuius parochia est, vt tum ad eum aliqua veniat ex sua iussione, si necessitas fuerit, & alibi omnino non debeat, nec per villas, nec per alia loca demorati, nisi tantum, quam celerius potuerit, ambulare, & reuerti. Et non moueat de suo monasterio, ante quam suum missum ad dominum Regem transmittat: & si iusserit Rex venire, veniat: sin autem, in monasterio permaneat. Similiter nec aliæ monachæ extra monasterium exire debeant. *Vernens. sub Pipino. c. 6.*

CAP. IV.

Monasteria puellarum, quæ sub disciplinæ regula degunt, obstructius munitis claustris, nullo pareant, nisi forte summa compellente necessitate, aditu virorum, &c. Nulla vllo vmquam tempore licentia sit Abbatissæ, vel cuilibet monachæ, transfigurante se Sathana in Angelum lucis, quasi orationis causa suggerente eis, Romam adire, vel alia loca venerabilia circuire. Quam sit namque irreligiosum, & reprehensibile cum viris, propter itineris necessitatem conuersari, nullus tam excors est, vel desipiens, qui ignoret, &c. *Forotul. c. 12.*

CAP. V.

Abbatissæ absque sui Episcopi licentia, foras monasterium egrediendi non habeant potestatem, nisi cum ad Imperatorem proficisci voluerint. Sed tantum in suis permaneant monasteriis, ibique & seipsas custodire, sibique commissas seruare, quanta poterunt vigilantia decertent. *Turon. sub Carolo c. 30.*

CAP. VI.

Abbatissa (*canonicarum*) quæ in ciuitate monasterium habet, nequaquam de monasterio egrediatur, nisi per licentiam Episcopi sui, aut qui eius vicem obtinet, nisi forte aut Imperialis iussio eam cogat, aut prolixitas itineris id facere minime permittat. Et si quando foras pergit, de sanctimonialibus quas secum ducit, curam, & vigilantiam habeat. *Cabilo. sub Carolo c. 57.*

CAP. VII.

Sanctimoniales (*canonicæ*) nisi forte Abbatissa pro aliqua sua necessitate incumbente illas mittente, nequaquam de monasterio egrediantur. Hæ vero, quæ famulos, aut fa-

mulas non habent, ad exercenda negotia, ad portam monasterij perueniant, & ibi coram testibus negotia sua exerceant. *Cabilo. sub Carolo cap. 61.*

CAP. VIII.

Portaria non eligatur, nisi quæ ætate, matura sit: & testimonium habeat bonum, & vitæ probabilis sit. *Cabilon. sub Caro. c. 64. Burch. lib. 8. c. 79. Ivo part. 7. c. 97. decr.*

CAP. IX.

Abbatissas cum sanctimonialibus omnino recte, & iuste viuere censemus; quæ vero professionem sanctæ regulæ Benedicti fecerunt, regulariter viuant. Sin autem, canonice viuant, pleniter, & sub diligenti cura custodiam habeant, & in claustris suis permaneant, neque foras exitum habeant. Sed & ipsæ Abbatissæ in monasteriis sedeant, nec foras vadant, sine licentia, & concilio Episcopi sui. *Magunt. cap. 13.*

CAP. X.

Monasterium ita debet constitui, vt omnia necessaria intra monasterium exerceantur; vt non sit necessitas monachis, vel clericis, vel puellis vagandi foras: quia omnino non expedit animabus eorum. *Magunt. c. 20. Capitul. lib. 5. c. 78.*

CAP. XI.

In custodiis congregationum, tam canonicorum, quamque monachorum, nec non sanctimonialium, summopere studendum cẽsuimus; vt in omnibus locis, claustra eis præuideantur religioni eorum congruentia, sed & habitacula domorum, in quibus religio Deum sequi volentibus perfici, atque augeri possit, potius quam vitia nutriri, &c. *Aquisgran. 9. sub Ludouico parte 3. cap. 15.*

CAP. XII.

Abbatissa, quæ in ciuitate monasterium habet, nequaquam de monasterio egrediatur, nisi per licentiam Episcopi sui, aut qui eius vicem obtinet, nisi forte regali iussione cogatur. Et si quando foras pergit, de sanctimonialibus, quas secum ducit, curam, & vigilantiam habeat, vt nulla eis detur peccandi licentia, siue occasio. Sed & cum pergit, in monasterio talem in vice sua constituere debet, quę de sanctimonialium animabus curam, & vigilantiam gerat. *Magunt. sub Rab. c. 16. Burch. lib. 8. c. 80. Ivo par. 7. c. 98. decr.*

CAP. XIII.

Nulla sanctimonialis virgo, vel vidua cõuẽtus generales adeat, nisi à Principe fuerit euocara, aut ab Episcopo suo: nisi forte proprię necessitatis ratio impulerit, & hoc ipsum cum licentia populi † sui. *Nannet. c. 19. in fine.*

† Præpositi, vel Episcopi s.

CAP. XIV.

Sacerdotes per oratoria nequaquam missas, nisi tam caute, ante secundam horam celebrent, vt populus à publicis solemnitatibus non abstrahatur. Sed siue sacerdotes, qui in circuitu vrbis, aut in eadem vrbe sunt, siue populus, vt prædiximus, in vnum, ad publicam missarum celebrationem conueniant, exceptis Deo sacratis fœminis, quibus mos est ad publicum non egredi, sed claustris monasterij contineri. *Theodulphus ad presbyteros Aurel. c. 46.*

Virgines, & viduæ, quæ se Deo consecrant, vitent corporis nimium ornatum. Tit. LXXII.

CAPVT I.

Statuimus, vt sanctimoniales, & mulieres, quæ canonicæ nominantur, & irregulariter viuunt, iuxta beatorum Benedicti, & Augustini regulam, vitam suam in melius corrigant, & emendent, superfluitatemque vestium, & inhonestatem deserant, & in claustro assidue permanentes communi refectorio, & dormitorio sint contentæ, &c. *Euge. iij. in conc. Remensi c. 4. in editis c. 3.*

CAP. II.

Sanctimonialis virgo, cum ad consecrationem sui Episcopo offertur, in talibus vestibus applicetur, qualibus semper vsura est, professioni, & sanctimoniæ aptis. *Carth. iv. c. 11. Burch. l. 8. c. 23. Ivo par. 7. c. 43. decr.* Dist. 23. c. 24.

CAP. III.

Vidua, quæ sanctæ religionis obtinere propositum voluerit, sacerdoti, vel ministro, ad quem aut ipsa venerit, aut quem ad se venire cõtigerit, scriptis professionem faciat, à se aut signo, aut subscriptione notatam, continentem se, & religionis propositum velle, & hoc perenniter inuiolate seruare. Tunc accepta, à sacerdote vel ministro, apta religionis huius veste, seu lectulo quiescens, siue quocumque in loco consistens, incunctanter ea vtatur; nec diuersi coloris, aut diuersæ partis eadem sit notabilis vestis, sed religiosa, & non suspecta; quæ careat varietatibus colorum, & diuersitatibus specierum, adeo vt absque vlla suspitione transgressionis maneat vsui tantum apta sanctæ religionis, & sui sexui competens ad testimonium probitatis, &c. Pallio purpureo, vel nigri coloris caput contegat, ab initio susceptæ religionis, &c. *Tolet. x. c. 4.* 10. q. 1. c. vlt.

CAP. IV.

In aliquibus monasteriis mulieres, quæ susceptura sunt habitum sacrum, sericis, & variis stolis auro, lapillisque ornaris, ab eas introducentibus vestiuntur, & ita ad altare producuntur, vbi his vestibus exuuntur, & habitus benedicitur, & veste nigra vestiuntur. Iubemus id non fieri, &c. *Trull. c. 45.*

Ne sanctimoniales vasa sacra, aut pallas contingant. Tit. LXXIII.

CAPVT I.

Sacratas Deo fœminas, vel monachas sacra vasa, vel sacratas pallas penes vos Dist. 23. c. 25.

contingere, & incenſum circa altaria deferre, perlatum eſt ad Apoſtolicam ſedem; quæ omnia reprehenſione, & vituperatione plena eſſe, nulli rectè ſapientium dubium eſt. Quapropter huius ſanctæ ſedis auctoritate, hæc omnia vobis reſecare funditus, quanto citius poteritis, cenſemus, & ne peſtis, hæc latius diuulgetur per omnes prouincias, abſtergi citiſſime mandamus, &c. *Soter. ep. 2. in prin. Burch. lib. 2. cap. 215. Iuopar. 2. cap. 72. & par. 3. cap. 265. decr. Anſelm. lib. 7. cap. 204. Tarrac. lib. 4. cap. 43.*

CAP. II.

Soter conſtituit, vt nulla monacha pallam ſacratam contingeret, nec incenſum poneret in ſancta Eccleſia. *Dam. in Soter.*

CAP. III.

Bonifacius conſtituit, vt nulla mulier, aut monacha pallam ſacratam contingeret, aut lauaret, aut incenſum poneret in Eccleſia, niſi miniſter. *Ex Pontif. in Boniſacij.*

Communia de ſanctimonialibus. Tit. LXXIV.

CAPVT I.

SI liceat ſanctimoniales fœminas, quemadmodum viros, ſibi inuicem pedes abluere, tam in cœna Domini, quam in aliis die-
Io. 13. b. bus? Hoc dominicum præceptum eſt, quod qui per fidem impleuerit, habebit ex eo laudem: etenim viri, & mulieres vnum Deum habemus, qui in cælis eſt. *Zachar. epiſt. 5. in med.*

CAP. II.

Viduæ, vel ſanctimoniales, quæ ad miniſterium baptizandarum eliguntur, tam inſtructæ ſint ad officium; vt poſſint apto, & ſano ſermone docere imperitas, & ruſticas mulieres tempore, quo baptizandæ ſunt, qualiter reſpondeant, & qualiter viuere debeant. *Carthaginen. iv. c. 12.*

De priuilegiis conceſſis aliquibus religioſis, & ne eis abutantur. Tit. LXXV.

CAPVT I.

De priu. c. 3. Greg. ix. & in 3. collect. CVm & plantare ſacram religionem, & plantatam fouere modis omnibus debeamus, &c. Fratres Templi, & Hoſpitalis, alij quoque religioſæ profeſſionis indulta ſibi ab Apoſtolica ſede excedentes priuilegia, contra Epiſcopalem auctoritatem multa præſumunt, &c. fratribus eorum ad eleemoſynas quærendas euntibus cum indultum ſit eis, vt in aduentu eorum ſemel in anno Eccleſiæ aperiantur, atque in eis diuina celebrentur officia, plures ex eis de vna, ſiue diuerſis domibus ad locum interdictum ſæpius accedunt, &c. Eccleſias ſane, & decimas de manu laicorum ſine conſenſu Epiſcoporum tam illos, quam quoſcumque alios religioſos recipere prohibemus; dimiſſis etiam, quas contra tenorem iſtum moderno tempore receperunt. Excommunicatos, & nominatim interdictos tam ab illis, quam ab omnibus aliis, iuxta Epiſcoporum ſententiam ſtatuimus euitandos. In Eccleſiis ſuis, quæ ad eos pleno iure non pertinent, inſtituendos Presbyteros Epiſcopis præſentent, vt eis quidem de plebis cura reſpondeant, ipſis vero pro rebus temporalibus rationem exhibeant competentem: inſtitutos autem Epiſcopis inconſultis non audeant remouere. Si vero Templarij, ſiue Hoſpitalarij ad Eccleſiaſticum interdictum venerint, non niſi ſemel in anno, ad Eccleſiaſticum admittantur officium; nec tunc ibi corpora ſepeliant defunctorum. De fraternitatibus hoc ſtatuimus, vt ſi non ſe prædictis fratribus omnino reddiderint, ſed in ſuis proprietatibus duxerint remanendum: propter hoc ab Epiſcoporum ſententia nullatenus eximantur, ſed poteſtatem ſuam in eos, ſicut in alios Parochianos ſuos exerceant, cum pro ſuis exceſſibus fuerint corrigendi. Quod autem de prædictis fratribus dictum eſt, de aliis quoque religioſis, qui præſumptione ſua Epiſcoporum iura præripiunt, & contra canonicas eorum ſententias, & tenorem priuilegiorum noſtrorum venire præſumunt, præcipimus obſeruari. Si autem contra hoc inſtitutum venerint, & Eccleſiæ, in quibus iſta præſumpſerint, ſubiaceant interdicto, & quod egerint, irritum habeatur. *Alexand. iij. in conc. Lateran. c. 9.*

CAP. II.

Clerici non exhibeant huiuſmodi peſtilenti- *De hæret.*
bus (*hæreticis*) Eccleſiaſtica ſacramenta, nec eos *c. 13. Gr.*
Chriſtianæ præſumant ſepulturæ tradere, nec *ix. & c.*
eleemoſynas, nec oblationes eorum accipiant; *2. eo. tit. in 4. coll.*
alioquin ſuo priuentur officio. Similiter quilibet regulares; quibus hoc etiam infligatur, vt eorum priuilegia in illa diœceſi non ſeruentur, in qua tales exceſſus præſumpſerint perpetrare. *Innoc. iij. in conc. gener. Lateran. c. 3. poſt med.*

CAP. III.

Vt priuilegia, quę quibuſdam religioſis *De priu.*
perſonis Romana conceſſit Eccleſia perma- *24. Gre.*
neant inconuulſa, &c. Sane quibuſdam regu- *ix. c. 7. eo. tit.*
laribus ſedes Apoſtolica indulſit; vt iis, qui *in 4. col.*
eorum fraternitatem aſſumpſerint, ſi forſan Eccleſię, ad quas pertinent, à diuinis fuerint officiis interdictę, ipſoſque mori contingat; ſepultura Eccleſiaſtica non negetur, niſi excommunicati, vel nominatim fuerint interdicti; ſuoſque confratres, quos Eccleſiarum Pręlati apud Eccleſias ſuas * non permiſerint ſepeliri, niſi excommunicati, vel interdicti fuerint nominatim, ipſi ad Eccleſias ſuas * deferant tumulandos. Hoc autem de illis confratribus intelligimus, qui vel adhuc manentes in ſæculo, eorum ordini ſunt

oblati, mutato habitu sæculari; vel qui eis inter viuos sua bona dederunt, retento sibi quamdiu in sæculo vixerint, vsufructu; qui tamen sepeliantur apud ipsorum regularium, vel aliorum non interdictas Ecclesias, in quibus elegerint sepulturam, ne si de quibuslibet ipsorum fraternitatem assumentibus fuerit intellectum; pro duobus, aut tribus denariis annuatim sibi collatis, dissoluatur pariter, & vilescat Ecclesiastica disciplina. Certam tamen & ipsi remissionem obtineant ab Apostolica sibi sede concessam. Illud etiam pro huiusmodi regularibus est indultum; vt si qui fratrum suorum, qui ab eis missi fuerint ad recipiendas fraternitates, siue collectas, in quamlibet ciuitatem, castellum, vel vicum aduenerint; si forte locus ille à diuinis sit officiis interdictus, in eorum iucundo aduentu, semel in anno aperiantur Ecclesiæ; vt exclusis excommunicatis diuina ibi officia celebrentur. Sic intelligi volumus, quod in eadem ciuitate, aut castro, vel villa vna rantum Ecclesia eiusdem ordinis fratribus, vt dictum est, semel aperiatur in anno. Quia licet pluraliter dictum sit, quod in eorum iucundo aduentu aperiantur Ecclesiæ: non tamen ad Ecclesias eiusdem loci diuisim, sed prædictorum locorum coniunctim, sano tenendum est intellectu: ne si hoc modo singulas eiusdem loci Ecclesias visitarent, nimium vilipendi contingeret sententiam interdicti. Qui vero contra declarationes præscriptas quidquam sibi præsumpserint vsurpare, graui subiaceant disciplinæ. † *Innoc. iij. in conc. gener. Later. c. 58.*

† violatio.

Cap. IV.

De priu. c. 25. Gr. ix. & c. 8. eo. tit. in 4. coll. Quod nonnullis est religiosis indultum, in fauorem Pontificalis officij ad Episcopos extendentes, concedimus; vt cum commune terra fuerit interdictum, &c. celebrent diuina, &c. *Inn. iij. in conc. gen. Lat. c. 58.*

Cap. V.

† Accedentibus. Deexcess. Prel. 12. Gregor. ix. c. 1. eo. tit. in 4. colle. Ascendentibus † ad nos de diuersis mundi partibus Episcoporum querelis intelleximus, graues, & grandes quotundam Abbatum excessus, qui suis finibus non contenti, manus ad ea, quæ sunt Episcopalis dignitatis, extendunt, de causis matrimonialibus cognoscendo, iniungendo publicas pœnitentias, concedendo indulgentiarum litteras, & similia præsumendo. Vnde cōtingit interdum, quod vilescat (*Episcopalis*) auctoritas apud multos. Volentes igitur in his & Episcoporum dignitati, & Abbatum prouidere saluti, præsenti decreto firmiter prohibemus; ne quis Abbatum ad talia se præsumat extendere, si proprium voluerit periculum euitare: nisi forte quisquam eorum speciali concessione, vel alia legitima causa huiusmodi valeat se tueri. *Innoc. iij. in conc. gener. Later. c. 60.*

De quibusdam Pontificibus Maxim. qui monasteria ædificarunt. Tit. LXXVI.

CAPVT II.

GRegorius domum suam constituit monasterium. *Ex Pontif.*

Cap. I.

Honorius fecit in domo sua iuxta Lateranas monasterium in honore beatorum Apostolorum Andreæ, & Bartholomæi, quod appellatur Honorij, vbi prædia, & dona simul obtulit. *Ex Pontif.*

Cap. III.

Gregorius II. monasteria, quæ circa basilicam sancti Pauli Apostoli erant ad solitudinem deducta, innouauit; atque ordinatis seruis Dei monachis, congregationem post longum tempus constituit, vt ibidem die, noctuque Deo redderent laudes. Hic gerontocomium, quod post absidam sanctæ Dei genitricis ad præsepe situm est, monasterium instituit; atque monasterium sancti Andreæ Apostoli, quod Barbaræ nuncupatur, ad nimiam deductum desertionem, in quo ne vnus quidem habitabat monachus, accitis monachis ordinauit; vt vtraque monasteria, ad sanctam Dei genitricem, singulis diebus, atque noctibus Deo laudes canerent, &c. Eotempore Honesta matre Pontificis mortua, domum propriam in honorem sanctæ Christi martyris Agathæ, additis à fundamentis cœnaculis, vel quæ monasterio erant necessaria, à nouo construxit; prædia illic suburbana, vel rustica pro monachorum obtulit necessitate. *Ex Pontif.*

Cap. IV.

Gregorius III. construxit monasterium circa titulum sanctorum martyrum Stephani, Laurentij, atque Chrysogoni, constituens ibidem Abbatem, & monachorum congregationem, ad persoluendas Deo laudes in eodem titulo, diurnis, atque nocturnis temporibus, ordinatas secundum instar officiorum beati Petri Apostoli, segregatum videlicet monasterium à iure potestatis Presbyteri dicti tituli, &c. *Ex Pontif.*

Communia de monachis. Tit. LXXVII.

CAPVT I.

IN Ecclesia, vel monasterio ordinatio certa clerici fiat. *Chalcedonen. capit. 6. Capitul. lib. 1. cap. 25. Burch. lib. 2. cap. 6. Iuo lib. 3. tit. 2. c. 1. cap. 20. panor. & par. 6. cap. 26. decr. Anselm. lib. 7. cap. 93.* *Dist. 70. neminem*

Cap. II.

Oeconomus in monasteriis constituatur, &c. *Nicæ. 15. c. 11. Iuo par. 5. c. 374. decr.* *9. q. 3. c. 3. cum simus.*

Cap. III.

Si quis decteta Nicolai, & Hadriani pto Ignatio Parriarcha CP. contra Phorium inuaſorem reprehendete auſus fuerit, ſi quidem ſacerdos fuerit, aut clericus, à proprio decidat honore, ſimul & ordine; monachus, aut laicus, cuiuſcumque ſit dignitatis, ſegregetur, donec pœnitens profiteatur ſe conſeruaturum pt ædictorum editionem. *Syn. viij. gen. CP. ſub Hadr. ij. c. 2.*

Cap. IV.

Sancta, & vniuerſalis ſynodus definit, & ſtatuit; quod nullus laicotum, vel monachorum, aut aliquis ex catalogo clericorum ante diligentem examinationem, & ſynodicam ſententiam, à communione ſe ſeparet proprij Patriarchæ, &c. Sin vero quis aduerſus hanc ſanctam ſynodum deprehenſus fuerit agete, &c. monachus, aut laicus ſegregetur ab omni Eccleſiaſtica communione, atque collegio, quouſque conuetſus per pœnitentiam recipiatut. *Synod. viij. gener. CP. ſub Hadr. ij. c. 10.*

Cap. V.

Ne monachi ſinguli pet villas, & oppida, ſeu ad quaſcumque Parochiales ponantur Eccleſias, &c. *Alex. iij. in conc. Later. c. 10.*

De ſtat. mon. c. 2. Greg. ix. & in 1. collect.

Cap. VI.

Magiſtto, qui clericos eiuſdem Eccleſiæ, & ſcholares paupetes gratis doceat, competens aliquod beneficium aſſignetur, &c. In aliis quoque teſtituatut Eccleſiis, ſine monaſteriis, ſi rettoactis temporibus aliquid in eis ad hoc fuetit deputatum. *Alexand. iij. in conc. Lat. c. 18:*

c. de magiſt. Gre. ix. & in 1. collect.

Cap. VII.

Innouamus, & Præſbyteri, monachi, cletici, conuerſi, petegtini, &c. congrua ſecutitate lætentut. *Alex. iij. in conc. Lat. c. 22.*

c. 2. de regu. & par. Greg. ix. & c. 1. collect.

Cap. VIII.

Si quis ſententiam Abbatis Ioachim apptobare præſumpſerit, . tamquam hæreticus ab omnibus confuretut. In nullo tamen pet hoc Flotenſi † monaſterio, cuius ipſe Ioarhim extitit inſtitutor, volnmus derogari; quoniam regularis inſtitutio eſt, & obſetuantia ſalutatis. *Inn. iij. in conc. gen. Lat. c. 2. in fi.*

c. 2. de ſum. Tr. Gregor. ix. & in 4. collect.
† Flotentino.

Cap. IX.

Sicut accuſationem legitima præcedere debet inſcriptio, ſic & dennntiationem caritatiua admonitio, & inquiſitionem clamoſa inſinuario præuenire, &c. Hunc tamen ordinem citca tegulares perſonas non ctedimus vſquequaque ſetuandum; quæ cum cauſa requirit, facilius, & liberius à ſuis poſſunt adminiſtrationibus amoueri. *Innoc. iij. in conc. Lat. c. 8. in fine.*

De accu. 24. Gre. ix. & c. 4. eo. tit. in 4. coll.

Cap. X.

Si patroni, vel alij cleticum ipſius Eccleſiæ occiderint, vel mutilauerint, vſque ad quattam generationem in clericorum collegium non aſſumantur; † nec in tegularibus domibus alicuius prælationis aſſequantur honorem, niſi cum eis fuetit miſericorditet diſpenſatum.

De pœn. c. 12. Gre. ix. & c. 2. eo. tit. in 4. coll.
† admittantur.

Innoc. iij. in concil. gen. Lateran. cap. 45.

Cap. XI.

Cæretum has duas conſtitutiones (*de recuſatione, & appellatione commonitis*) nolumus ad regulares extendi, qui ſuas habent obſeruantias ſpeciales. *Innocen. iij. in concil. gener. Lateran. cap. 48.*

De app. 61. Greg. ix. & c. 5. eo. tit. in 4. coll.

Cap. XII.

In Lateranenſi concilio noſcitur fuiſſe prohibitum, ne quilibet regulares Eccleſias, ſeu decimas, ſine conſenſu Epiſcoporum de manu præſumant recipere laicali, nec excommunicatos, vel nominatim interdictos admittant aliquatenus ad diuina. Nos autem id fortius inhibentes, tranſgteſſores condigna curabimus animaduerſione punire: ſtatuentes nihilominns; quatenus in Eccleſiis, quæ ad ipſos pleno iure non pertinent, inxta eiuſdem ſtatuta concilij, Epiſcopis inſtiruendos Preſbyteros tepræſentent; vt illis de plebis cura reſpondeant, ipſis vero pro rebus temporalibus tationem exhibeant competentem. Inſtitutos vero remouere non audeant Epiſcopis inronſultis. Sane adiicimus, vt illos repræſentate procurent, quos vel conuerſatio teddit notos, vel commendat probabile teſtimonium Prælarorum. *Innoc. iij. in conc. gen. Lat. c. 61. Alex. iij. in conc. Lat. cap. 9.*

De præb. 31. Greg. ix. & c. 7. eo. tit. in 4. collect.

Cap. XIII.

Ptætetea cum miles, aut cleticus domum religionis ingreditur, vel apud religioſos eligit ſepulturam; etiam ſi nihil in loco religioſo teliquetit, difficultates ingerunt, (*Epiſcopi*) & malitias; donec aliquid muneris manus contingat eorum, &c. exactiones huiuſmodi penitus inhibemus. Quod ſi quis tranſgreſſor extiterit, exacta duplicara teſtituat, in vtilitates locorum, in quorum fuerinr ſoluta diſpendium, fideliter conuerrenda. *Innoc. iij. in conc. gen. Lat. c. 65.*

De ſimo. 41. Gre. ix. & c. 5. eo. tit. in 4. coll.

Cap. XIV.

De clericis, & monachis, aut puellis Dei, aut ſæcularibus rebaptizaris, & de pœnirentia, quam agere debent. *Felix. iij. in ſyn. Rom. c. 3. Burch. lib. 4. c. 99. Iuo part. 1. c. 293. decr.*

De conſ. d. 4. cu. c. 118.

Cap. XV.

Monarhi in cubiculo Epiſcopi, vel clerici verſentur. *Grego. in ſynod. Roma. cap. 2. eſt in reg. lib. 4. cap. 88. & lib. 12. ca. 33. Pariſ. ſub Ludouic. & Loth. lib. 1. cap. 20. Anſel. lib. 6. c. 134. Tarrac. lib. 4. cap. 62.*

2. q. 7. ſil. poſteris. 58.

Cap. XVI.

Monaſterium, vel oratorium canonice conſtructum, à dominio conſtructoris inuite non auferatur; liceatque illi id Preſbytero, cui voluerit, pro ſacro officio illius diœceſeos, & (bonæ auctoritatis dimiſſoria, † cum conſenſu Epiſcopi, ne malus exiſtat, commendare, &c. *Eugen. ij. & Leo iv. in ſynod. Rom. c. 21. Anſel. lib. 5. c. 72. Cæſar. lib. 8. c. 43.*

16. q. 7. c. 33.
† idoneos auctoritate.

Cap. XVII.

Nullus Presbyter volens monachus fieri, Ecclesiam monachis relinquat, nisi ex licencia Episcopi. *Greg. vij. in conc. Rom. ann. incer. cap.* 13.

Cap. XVIII.

In castellis, vel villis, in quibus sunt monachorum monastecia, postquam Presbyceri à diuino cessabunt officio pcopter excommunicatos, monachi portas Ecclesiæ omnes claudant, nisi vnam ex parte claustri, per quam ipsi intrent, &c. Et signa non sonent, ne forceeis diuinum celebrantibus officium, aliquis excommunicatus se infecat. *Greg. vij. in conc. Rom. ann. incer. c.* 17.

Cap. XIX.

Statutum est, vt in omni die & monachi, & clerici, & fœminæ, & qui cum eis fuerint, in pace permaneant. *Vrb ij. in syn. Clar. c.* 1.

Cap. XX.

Altaria congregationibus canonicorum, vel monachorum pet personas data, mortuis personis libera redeant in manu Episcoporum, nisi fuerint illis, pet eorum scripta, vel priuilegia confirmata. *Vrban. ij. in concil. Claramon. c.* 2.

Cap. XXI.

Sanctum concilium definit Nicænum, aliam fidem nulli licere proferre, &c. Qui antem præsumpserit componere aliam fidem, aut proferte, &c. Si Episcopi fuerint, aut clerici, alienari quidem Episcopos ab Episcopatu, clecicos à clero; si vero monachi, aut laici fuerint, anathemate feriri. *Liber. epist.* 1. *in prin. ad Athan & alios.*

Cap. XXII.

Qui hæc præsumpserint præuaricari, &c. Si monachi sunt, segregentur, & alieni sint de suis locis. *Liber. d. ep.* 1. *in fi.*

Cap. XXIII.

De monasterio suspecto de hæresi, & de diligentia, quæ in ipso erat adhibenda. *Leo ep.* 68. *ad Marcian. in med.*

Cap. XXIV.

Si pestifec morbus, aut mortalitas in Ecclesia, vel monasteriis irrepserit, quos necdum tetigit, à loco fugiunt, euitantes periculum; vnde fatuum hoc videtur; non enim valec quisquam Dei effugere manus. *Greg. ij. epist.* 4. *incip. desiderabilem, prope fin.* Tob. 13. d.

Cap. XXV.

De monasterio sub regula sancti Benedicti, priuilegio sedis Apostolicæ munito. *Zach. epist.* 5. *post princ. incip. Benedictus Deus. post principium.*

Cap. XXVI.

De monachis ad obseruari præcipimus quod synodus Chalcedonensis constituit. *Barcin.* 1. *cap. vlt.*

Cap. XXVII.

Si clericus, aut monachus diem dominicam non celebret, mensibus sex à consortio suspendetur fratrum. *Matisc. ij. c.* 1. *in fine.*

Cap. XXVIII.

Kalend. Nouembr. omnes Abbates ad concilium veniant. *Antissiod.* 7.

Cap. XXIX.

Non amplius, quam duos solidos vnusquisque Episcoporum Ptouinciæ (*Gallicia cum vi- sitat*) per singulas diœcesis suæ basilicas, iuxta synodum Bracarensem, annua illatione sibi expetat inferri; monasteriorum basilicis ab hac solutionis pensione seiunctis, &c. *Toletan. vij. cap.* 4. *Bracar. ij. cap.* 2. *Anselm. lib.* 7. *c.* 196. *in addit.* 10. q. 3. inter cætera. 8.

Cap. XXX.

Quia fieri plerumque cognoscitur, vt Ecclesiæ Patochiales, vel sacta monasteria, quorundam Episcoporum, vel insolentia, vel incuria horrendam decidant in ruinam, &c. [Decernimus, vt quamdiu earumdem fundatores Ecclesiarum in hac vita superstites extiterint, pro eisdem locis curam permittantur habere sollicitam, & sollicitudinem ferre præcipuam, atque rectores idoneos in eisdem basilicis iidem ipsi offerant Episcopis ordinandos. Quod si tales forsitan non inueniantur ab eis; tunc, quos Episcopus loci probauerit Deo placitos, sacris cultibus instituat, cum eorum conniuentia seruituros. Quod si superstitibus eisdem fundatoribus rectores ibidem præsumpserit Episcopus ordinare; & ordinationem suam irritam nouerit esse, & ad verecundiam suam alios in eorum loco, quos idem ipsi fundatores condignos elegerint, ordinari. *Tolet. ix. c.* 2. 16. q. 7. c. 32.

Cap. XXXI.

Si quis teligiosorum ab Episcopo vsque ad extremum ordinis clericorum, siue monachorum generalia iucamenta in salutem Regiam, gentisque, aut patriæ data, reperiatuc violasse voluntate profana; mox propria dignitate priuatus, & loco, & honore habeatur exclusus; eo miserationis obtentu tantummodo reseruato, vt, an locum, an honotem, an vtraque possideat, concedendi ius, licentiamque Ptincipalis potestas obtineat. *Toletan. x. c.* 2.

Cap. XXXII.

Stephanus Episcopus Emeritensis dixit: Se violentia Pcincipali (*Vuambæ Regis*) impulsum fuisse, vt in monasterio villulæ, in qua corpus sanctiss. Pineuij confessoris quiescit, nouam Episcopalis honoris ordinationem effeceric, &c. Iubemus, vt in loco villulæ supradictæ deinceps sedes Episcopalis non remaneat, &c. & prædictus locus sub monastica deinceps institutione mansurus, non vltra Episcopali priuilegio fretus, sed sub regimine Abbatis, sicut huc vsque fuit, erit modis omnibus emancipandus. *Tolet. xij. cap.* 4. *in in princ. & in fin. Burch. lib.* 1. *c.* 33. *Iuo par.* 5. *c.* 144. *decr.*

Cap. XXXIII.

Ne Abbas propter iustitiam faciendam sportulas veticas † accipiat. *Vernen. c.* 25. † contradictas.

CAP. XXXIV.

Sæculum relinquere est, sicut Gregorius dicit, sæculi voluptatibus contraire, &c. *Magunt. c. 16.*

CAP. XXXV.

Præpositi, & vicedomini secundum regulam, vel canones constituantur. *Rem. c. 24.*

CAP. XXXVI.

Alia monachorum causa est, alia clericorum. Clerici pascunt oues, ego pascor. Illi de altario viuunt: mihi, quasi infructuosæ arbori, securis ponitur ad radicem, si munus ad altare non defero. Nec possum obtendere pauper-
Luc. 21. d. tatem, cum in Euangelio Christi, anum viduam, duo, quæ sibi sola supererant, æra mittentem laudauerit Dominus. *Hieron. ad Heliodo. apud Aquisgr. c. 97.*

CAP. XXXVII.

1. q. 5. c. Sæpe contingit, vt in monasteriis furta perpetrentur, & qui hæc committunt, ignorentur. Idcirco statuimus, vt quando ipsi fratres de talibus se expurgare debeant; missa ab Abbate celebretur, vel ab aliquo, cui ipse Abbas præceperit, præsentibus fratribus, & sic in vltima missæ celebratione, pro expurgatione sua corpus, & sanguinem Domini nostri Iesu Christi percipiant, quatenus ita inde innocentes se esse ostendant. *Vorm. c. 15. Burch. lib. 11. c. 66.* *23. abrogatur tamen, & in Decretatio.*

CAP. XXXVIII.

Si quis ex Presbyteris voluerit nepotem suum, aut aliquem consanguineum ad scholas mittere, in Ecclesia sanctæ Crucis, aut in monasterio sancti Aniani, aut S. Benedicti, aut S. Lifardi, aut in cæteris de his cœnobiis, quæ nobis ad regendum commissa sunt, ei licentiam id faciendi concedimus. *Theodulph. ad Presb. Aurel. c. 19.*

LIBER DECIMVS,

De laicis Catholicis.

QVALES DEBEANT ESSE CHRISTIANI.

TITVLVS PRIMVS.

CAPVT I.

Mat. 22. d. Luc. 10. e. Luc. 9. c. BONORVM operum inter cætera semina, ac negotia sunt; quantum vnusquisque sapit, & potest, totis intimi cordis visceribus Deum diligere, & proximum velut seipsum. Abnegare seipsum sibi, vt Iesum Christum Dominum nostrum sequatur; & nihil eius amori præponere: veritatem corde, & ore proferre debere, & totam spem Deo semper committere. Instruebat (*B. Petrus*) actus suæ vitæ omnis hora custodire; & omni loco Deum respicere, firmiter scire. Cogitationes malas cordi suo aduenientes, mox ad Christum allidere; & sacerdotibus Domini manifestare. Os suum à multo, vel prauo colloquio custodire; & verba vana, aut mendacia non loqui; quia os, quod mentitur, oc-
Sap. 1. c. cidit animam. Verba diuina libenter obtemperare, atque obedientes esse docebat. Prædicationi, & orationi, ac lectioni frequenter incumbere; & eleemosynas veras perficere; desideria carnis non perficere, sed propriam
Gal. 5. c. frangere voluntatem. Boni aliquid in se viderit, Deo applicare, non sibi; & malum à se factum cognoscat, & sibi imputet. Multum loqui non amare, sed custodire labia sua, ne dolum, aut malum loquantur. Diem iudicij timere; gehennam expauescere. Vitam æternam omni concupiscentia desiderare. Non occidere; non adulterari; non furtum facere; non tem proximi concupiscere; non falsum testimonium dicere: sed omnes homines honorare; corpus custodire; vanas, & caducas non amplecti delicias, &c. dolentes consolari, & suis bonis refouere, & à malis actibus se alienum facere; non esse superbum, non vinolentum, nec multum edacem, non somnolentum, non pigrum, non murmuratorem, nec detractorem; quia qui derrahit, non se, sed multos alios occidit: iram non perficere: nec iracundiæ tempus reseruare. Dolum in corde non tenere, nec pacem falsam dare: caritatem non derelinquere, nec iurare: ne forte periurium, quod absit, fiat. Malum pro malo non reddere: nec iniuriam facere: sed factam patienter sufferre. Inimicos diligere, maledicentes se non maledicere: sed magis benedicere, & persequutionem pro iustitia sustinere. Caritatem † amare, & nullum odio habere: quia qui odit fratrem suum, homicida est: elationem fugere, zelum malum non habere. Inuidiam non exercere, non contentionem *Psal. 33.* *Deut. 5. c.* *1. Tit. 5. c.* *† Castitatem.* *1. Io. 3. d.*

tionem amare: cum discordantibus ante solis occasum in pacem redire, & de Dei misericordia numquam desperare. Seniores venerari, & iuniores diligere, &c. *Clem. epist. 1. ante fin. Theodul. c. 21. ad Presb. Aurelian. Bened. in regu. mona. c. 4.*

C A P. II.

Magna contumelia, & graue nobis erit peccatum, si ita desipiamus, vt videamus eum, qui idola colit, esse sobrium; nos, qui Deum colimus, sobrij esse recusemus. Non hoc sit inter nos; sed magnum habeamus studium; vt si illi, qui errant, homicidium non faciunt, nos ne irascamur quidem: & si illi adulterium non committunt; nos ne concupiscamus quidem alienam mulierem. Si illi amant proximos suos; nos etiam diligamus inimicos nostros. Si illi mutuo dant his, qui habent vnde reddant: nos etiam his demus, à quibus recipere non speramus; & per omnia nos, qui æterni sæculi hæreditatem speramus, debemus præcedere eos, qui præsens tantum sæculum nouerunt, scientes; quia si opera illorum nostris operibus collata, in die iudicij similia inueniantur, ac paria; confusio nobis erit, quod æquales inuenimur in operibus his, qui propter ignorantiam condemnantur, & nullam spem futuri sæculi habuerunt. Et vere digna confusio est, vbi nihil amplius gessimus ab his, quibus amplius intelleximus. Quod si confusio nobis erit, æquales his inueniri in operibus bonis: quid erit nobis, si inferiores nos, ac deteriores examinatio futura reperiat? *Clem. epist. 3. in fin.*

C A P. III.

Mat. 22. d. Oportet primo omnium, vt Dominum Deum diligant ex toto corde, tota anima, tota virtute; & proximos tamquam se ipsos; & nosse, quia in his duobus præceptis tota lex pendet, & Prophetæ. Non occidant, neque *1. Ioan. 3. c.* fratrem suum oderint; quia vt ait Apostolus, qui fratrum suum oderit, homicida est. Non adulterent, non faciant furtum, non concupiscant rem alienam, non falsum testimonium dicant: & quod sibi nolunt fieri, alteri non faciant. Non sint superbia tumidi, non detractionibus assueti, non ebrietati seruientes, non luxuria eneruati, non iracundia turbidi, non quibuslibet aliis vitiis substracti: non vaniloqui, non inuidi, non somnolenti, non pigri, non murmuratores, non susurrones, non vinolenti, non multum edaces. Fraudes, & dolositates caueant; vsuris nequaquam inseruiant; non iurent, ne forte periurent; malum pro malo non reddant. Cum in se aliquid boni viderint, Deo; & malum cum viderint, sibi deputent. Discordiam fugiant; & quos discordantes inuenerint, ad caritatis concordiam reuocent: & iuxta Psalmistæ vo- *Psal. 33.* cem, declinent à malo, & faciant bonum. Attendant & Apostolum prohibentem; Non *Rom. 13. d.* inquit, in comessationibus, & ebrietatibus; non in cubilibus, & impudicitiis; non in contentione, & æmulatione; sed induimini Iesum Christum. Animaduertatur etiam, quod ab his vitiis ab Apostolo prohibitis, omnium vitiorum seges emergat: & quod horum morborum mater superbia sit. Oportet etiam, vt animam, corpusque suum ab omni inquinamento carnis, & spiritus custodiant, vt iuxta Apostolum, integer spiritus eorum & *2. Thess. 5. d.* anima, & corpus sine querela in aduentu Domini nostri Iesu Christi seruetur. Sobrie, iuste, & pie viuant, &c. ieiunium ament, hospites colligant, pauperes recreent, nudos vestiant, infirmos visitent, mortuos sepeliant, in tribulatione positis opem ferant, dolentem consolentur, amori Christi nihil præponant, caritatem non derelinquant: pacem, si fieri potest, cum omnibus hominibus habeant; diem iudicij timeant: vitam æternam spiritualiter concupiscant: spem suam Deo committant, &c. *Aquisgr. c. 145.*

C A P. IV.

Orationibus continuis, firma fide, eleemosynis notabilibus, humilitate, spe ad Deum perpetua, diuinorum sermonum meditationibus, erga fratres comparientia, erga familiares humanitate, omnibus denique Domini nostri Iesu Christi præceptis veluti muro cingere se se, suamque coniugem, liberos, & omnem substantiam curare, ornare, & tueri laudo, & ad hoc hortor. *Nilus ad Olympiodorum Profes. vij. synod. act. 4.*

C A P. V.

Libet nobis inserere sententiam cuiusdam Patris, in qua magna breuitate quid agi, quidve vitari debeat, continetur. In primis Dominum Deum tuum diligere ex toto cor- *Matth. 22. d.* de, tota anima, tota virtute; denique proximum, tamquam te ipsum, &c. Quod sibi quis fieri non vult, alij ne faciat. Abnegare semet ipsum sibi, vt sequatur Christum; corpus castigare, delicias non amplecti, &c. A sæculi actibus se facere alienum, nihil amori Christi præponere, &c. Caritatem non derelinquere; non iurare, ne forte periures; veritatem ex corde, & ore proferre, &c. non esse superbum, non vinolentum, non multum edacem, non somnolentum, non pigrũ, non murmuriosum, nõ detractorem. Spem suam Deo committere: bonum aliquid in se cum viderit, Deo applicet, & non sibi, malum vero semper à se factum sciat, & sibi reputet. Diem iudicij timere, gehennam expauescere: vitam æternam omni concupiscentia spiritali desiderare; mortem quotidie ante oculos suspectam habere, actus vitæ suæ omni hora custodire. In omni loco Deum se respicere pro certo scire, &c. Os suum à malo; vel prauo eloquio custodire; multum loqui non amare; verba vana, aut risui apta non loqui; risum multum, aut excelsum † non amare; *† excussum* lectiones sanctas libenter audire, &c. desideria carnis non perficere, voluntatem propriam odisse, &c. non velle dici sanctum,

ante quam sit; sed prius esse, quod verius dicatur. Præcepta Dei factis quotidie adimplere; castitatem amare, nullum odisse: zelum, & inuidiam non habere; contentionem non amare; elationem fugere, & seniores venerari, iuniores diligere in Christi amore, &c. de Dei misericordia non desperare, &c. *Theodul. c. 21. Clemens epist. 1. ante fin. Vidend. Benedict. in regula monac. c. 2.*

Qualis debet esse Rex, & quod sit eius munus. Tit. II.

CAPVT I.

REx, qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo. *Prouer. cap. 20. Prouerb. 8.* Dissipat impios Rex sapiens, & incuruat super eos fornicem. *Ibid. Prou. 26.* Misericordia, & veritas custodiunt Regem, & roboratur clementia thronus eius. *Ibid. Prouer. 29. Paris. sub Ludo. & Loth. lib. 2. c. 2. post prin. Aquisg. ij. sub Ludou. part. 4. c. 4. Magunt. sub Arnul. c. 2. post medium. Trosl. cap. 2. Capit. lib. 7. cap. 25. in addit. 1.*

CAP. II.

Rex iustus erigit terram, vir auarus destruet eam. *Prouer. c. 29. Prou. 4. Paris. vbi supra.* Princeps, qui libenter audit verba mendacij, omnes ministros habet impios. *Ibi Prouer. 12.* Rex, qui iudicat in veritate pauperem, thronus eius in æternum firmabitur. *Ibid. Prouer. 14. Magun. sub Arnul. vbi sup.*

CAP. III.

Diligite iustitiam, qui iudicatis terram: sentite de Domino in bonitate; & in simplicitate cordis quærite illum, &c. *Sapien. c. 1. in prin. Paris. vbi supra. Aquisg. ij. vbi supra. Troslei. vbi supra. Capitul. vbi supra.*

CAP. IV.

Melior est sapientia, quam vires; & vir prudens, quam fortis. Audite ergo Reges, & intelligite: discite iudices finium terræ. Præbete aures vos; qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum. Quoniam data est à Domino potestas vobis, & virtus ab Altissimo, qui interrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur. Quoniam cum essetis ministri regni illius, non recte iudicastis; nec custodistis legem iustitiæ; neque secundum voluntatem Dei ambulastis. Horrende, & cito apparebit vobis, quoniam iudicium durissimum his, qui præsunt, fiet. Exiguo enim conceditur misericordia: potentes autem potenter tormenta patientur. Non enim subtrahet personam cuiusquam Deus, nec verebitur magnitudinem cuiusquam: quoniam pusillum, & magnum ipse fecit, & æqualiter cura est illi de omnibus. Fortiores autem fortior instat cruciatio. Ad vos ergo Reges sunt hi sermones mei, vt discatis sapientiam, & non excidatis. Qui enim custodierint iustitiam, iuste iudicabuntur, & qui didicerint iusta, inuenient quid respondeant, &c. *Sapien. c. 6. in prin. Paris. vbi sup. Aquisgr. ij. vbi supra. Trosle. c. 2. Capitul. vbi supra.*

CAP. V.

Iudex sapiens iudicabit populum suum, & Principatus sensati stabilis erit. Secundum, iudicem populi, sic & ministri eius, & qualis rector est ciuitatis, tales & inhabitantes in ea. Rex insipiens perdet populum suum: & ciuitates inhabitabuntur per sensum prudentium. In manu Dei potestas terræ: & execrabilis omnis iniquitas gentium, & vtilem rectorem suscitabit in tempus super illam, &c. Regnum à gente in gentem transfertur propter iniustitias, & iniurias, & contumelias, & diuersos dolos. *Ecclesiast. c. 10. in princ. Paris. vbi supra.*

CAP. VI.

Rectorem † te posuerunt, noli extolli: esto in illis quasi vnus ex ipsis. Curam illorum habe, & sic considera, & omni cura tua explicata recumbe, vt læteris propter illos, & ornamentum gratiæ accipias coronam, & dignationem consequaris corrogationis. *Ecclesiasti. c. 32. in princi. Magun. sub Arnul. cap. 2. post principium.* † Princi-pem.

CAP. VII.

Boni Principis, ac Regis est, Ecclesias contritas, atque scissas restaurare, nouas ædificare, & Dei sacerdotes honorare, atque tueri. *Marcellus epist. 2. ante med. ad Maxen. Ansel. lib. 6. cap. 187.* Dist. 96. c. vlt.

CAP. VIII.

Ipsa regni gubernacula erga subiectos, magno sunt moderamine temperanda, ne potestas mentem † surripiat. Tunc enim regnum bene regitur, cum regnandi gloria animo non dominatur. Curandum quoque est, ne ira surrepat; ne fiat citius omne, quodlibet. † Ita quippe, etiam cum delinquentium culpas exquirit, non debet menti, quasi domina præire, sed post rationis tergum, velut ancilla famulari, vt ad faciem iussa veniat, &c. *Greg. epist. ad Reccar. Regem prope fin. lib. 7. c. 122. reg.* † mentē. † licet.

CAP. IX.

Nisi mouerentur potestates Christianæ aduersus huiusmodi (*apostatas*) quomodo rationem redderent de imperio suo Deo? quippe cum pertineat hoc ad Reges sæculi Christianos, vt temporibus suis pacatam, & sine diminutione, velint seruari matrem suam Ecclesiam, vnde spiritualiter nati sunt. Siqui dem Nabuchodonosor Rex, qui statuã suam erexerat, & ad eam adorandam omnes coëgerat, laudibus trium Puerorum de igne liberatorum commotus, dixisse legimus. Ergo ponam decretũ omnibus tribubus, & linguis in omni terra, & quicumque dixerint blasphemiam in Deũ Sidrac, Misaac, & Abdenago, in interitum erunt, & domus eorum in perditionem. Si ergo sic sæuit Rex barbarus, ne Dan. c. 3.

blasphemetur Deus Israel, quia potuit tres pueros de igne temporali liberare; quanto potius sæuire debent Reges Christiani, quia Christus abnegatur, & irridetur: à quo non tres pueri tantum, sed & orbis terrarum cum ipsis Regibus à perpetuis ignibus liberatur? Nam qui illis mentiri, vel esse infideles conuincuntur aut vix, aut numquam ab eis viuere profecto sinuntur: & quomodo non indignentur, & sæuiant, quando vident Christum, qui est Rex Regum, & Dominus dominantium, ab hominibus abnegari, illudi, & ei fidem promissam non custodiri? Zelentur itaque zelo Dei, quia se ipsos per Christum recolunt liberatos à gehenna, magis quam ille, qui attendit tres pueros ereptos à flamma. *Nicol. ad consulta Bulgaror. c. 18. post prin.*

Apoc. c. 19. c.

Cap. X.

Erunt (*Reges*) catholicæ fidei assertores: eamque, & † hanc, quæ imminet, Iudæorum perfidiam, & cunctarum hæresum iniuriam defendentes: erunt actibus iudices, & vita modesti: erunt in prouisionibus rerum parci plus, quam extenti, vt nulla vi, aut factione, scripturarum, vel definitionum qualiumcumque contractus à subditis vel exigant, vel exigendos intendant: erunt in conquisitis oblatione gratissima rebus non prospectantes proprij iura commodi, sed consulentes patriæ, atque genti. De rebus congregatis ab eis, illas tantum sibi vindicent partes, quas dictauerit auctoritas Principalis, &c. Et non prius apicem regni quisque percipiat, quam se illa per omnia suppleturum, iurisiurandi taxatione deficiat, &c. *Tolet. viij. cap. 10.*

† *contra f.*

Cap. XI.

Quosdam conspeximus Reges, postquam fuerint Regni gloriam assecuti, extenuatis viribus populorum, rei propriæ congerere lucrum: & obliti, quod Reges sint vocati, defensionem in vastationem conuertunt, qui vastationem defensione pellere debuerunt: illud grauius innectentes: quod ea, quæ videntur acquirere, non Regni deputant honori, vel gloriæ, sed ita malunt in suo iure confundi, vt veluti ex debito decernant, hæc in liberorum posteritatem transmitti, &c. Habeant deinceps iure condiri, Reges in regendo corda sollicita, in operando facta modesta, in decernendo iudicia iusta, in parcendo pectora prompta, in conquirendo studia parca, in conseruando vota sincera, & tanto gloriam Regni cum fœlicitate retentent; quanto iura regiminis & mansuetudine conseruauerint, & æquitate direxerint. *Tolet. viij. in decr. concil. post canones.*

Cap. XII.

Licet peccatum humanæ originis per baptismi gratiam cunctis fidelibus dimissum sit; tamen æquus Deus ideo discreuit hominibus vitam, alios seruos constituens, alios dominos, vt licentia male agendi seruorum potestate dominantium restringatur. Nam si omnes sine metu fuissent, quis esset, qui à malis quempiam prohiberet? Inde † & in gentibus Reges, Principesque electi sunt, vt terrore suo populos à malo coërcerent, atque ad recte viuendum legibus subderent, &c. *Isido. li. 3. de summ. bono c. 47. apud Aquisgr. c. 104.*

† *Vnde.*

Cap. XIII.

Rex à recte agendo † vocatur. Si enim pie, & iuste, & misericorditer regit, merito Rex appellatur: si his caruerit, non Rex, sed tyrannus est. Antiqui autem omnes Reges tyrannos vocabant: sed postea pie, & iuste, & misericorditer regentes, Regis nomen sunt adepti, impie vero iniuste, crudeliterque principantibus, non Regis, sed tyrannicum aptatum est nomen. Quia ergo Rex à regendo dicitur; primo ei studendum est, vt semetipsum, suamque domum, Christi adiuuante gratia, ab operibus nequam emaculet, bonisque operibus exuberare faciat, vt ab ea cæteri subiecti bonum exemplum semper capiant; ipse etiam salutiferis Christi præceptis fideliter, atque obedienter obsecundet, &c. Regem non iniquum, sed correctorem iniquorum esse oportet, &c. Iustitia Regis est, neminem iniuste per potentiam opprimere; sine acceptione personarum inter virum, & proximum suum iudicare; aduenis, & pupillis, & viduis defensorem esse; furta cohibere, adulteria punire, iniquos non exaltare; impudicos, & histriones non nutrire; impios de terra perdere; parricidas, & peierantes viuere non sinere; Ecclesias defendere; pauperes eleemosynis alere, iustos super regni negotia constituere; senes, & sapientes, & sobrios consiliarios habere; magorum, & hariolorum, Pythonissarumque superstitionibus non intendere; iracundiam differre; patriam & fortiter, & iuste contra aduersarios defendere; per omnia in Deo viuere; prosperitatibus non eleuare animum, cuncta aduersa patienter ferre, fidem catholicam in Deum habere; filios suos non sinere impie agere, certis horis orationibus insistere, ante horas congruas non gustare cibum, &c. Quantum iustitia Regis (*in*) sæculo valet, intuentibus perspicue patet; pax populorum est, tutamentum patriæ, immunitas plebis, munimentum gentis, cura languorum, gaudium hominum, temperies aëris, serenitas maris, terræ fœcunditas, solatium pauperum, hæreditas filiorum, & sibimetipsi spes futuræ beatitudinis. Attamen sciat, quod sicut in throno hominum primus constitutus est, sic & in pœnis, si iustitiam non fecerit, primatum habiturus est. Omnes namque quoscumque peccatores sub se in præsenti habuit, supra se modo in illa futura pœna habebit, &c. *Paris. sub Ludou. & Loth. lib. 2. c. 1. ex Isidor. & Cypr. Aquisgr. ij. sub Lud. par. 4. c. 1. Magun. sub Arnul. c. 2. Troslc. c. 2. Capitul. lib. 7. c. 24. in addit. prior.*

† *regendo f.*

CAP. XIV.

Clementissimus Imperator non ideo est vas misericordiæ præparatum in gloriam, quia apicem terreni principatus accepit; sed si Imperiali culmine recta fide viuat, & vera cordis humilitate præditus, culmen regiæ dignitatis sanctæ religioni subiiciat: si magis in timore seruire Deo, quam in tumore dominari populo delectetur: si in eo lenitas iracundiam mitiget, ornet benignitas potestatem: si se magis diligendum, quam metuendum cunctis exhibeat: si subiectis salubriter consulat, si iustitiam sic teneat, vt misericordiam non relinquat: si præ omnibus ita se sanctæ matris Ecclesiæ meminerit filium, vt eius paci, atque tranquillitati per vniuersum mundum prodesse suum faciat Principatum. Magis enim Christianum regitur, atque propagatur Imperium, dum Ecclesiastico statui per omnem terram consulitur; quam cum in parte quacumque terrarum, pro temporali securitate pugnatur. *Parisien. sub Lud. & Lotha. d. lib. 2. c. 1. prope fin. ex Fulgentio lib. de veritate prædestinationis. Aquisgran. ij. sub Ludouico parte 4. cap. 2. Magun. sub Arnul. c. 2. Capitul. lib. 7. c. 24. in addit. 1.*

CAP. XV.

Qui intra sæculum bene temporaliter imperat, sine fine in perpetuum regnat; & de gloria sæculi huius ad æternam transmeat gloriam. Qui vero praue regnum exercent, post vestem fulgentem, & lumina lapillorum, nudi, & miseri ad inferna torquendi descendunt. Reges à recte agendo vocati sunt, ideoque sicut recte agendo Regis nomen tenetur; ita peccando amittitur, &c. Recte igitur illi Reges vocantur, qui tam semetipsos, quam subiectos bene regẽdo modificare nouerunt, &c. Dum mundi Reges sublimiores se cæteris sentiunt, mortales tamen se esse agnoscant nec regni gloriam, qua in sæculo sublimantur, aspiciant: sed opus, quod secum deportant, intendant, &c. Reges, quando boni sunt, muneris esse Dei: quando vero mali, sceleris esse populi. Secundum meritum enim plebium, disponitur vita rectorum, &c. *Paris. sub Ludou. & Lothar. d. lib. 2. cap. 1. prope fin. ex Isidoro lib. 3. senten. c. 48.*

CAP. XVI.

Studendum est Regi, vt non solum in se, verum etiam in sibi subiectis Regis nomen adimpleat; prouideatque vt populus sibi subiectus, pietate, pace, caritate, iustitia, & misericordia, atque concordia, & vnanimitate, cæterisque bonis exuberet operibus; vt hæc habentes, Dominum secum habere mereantur; sciatque certissime, quod non solum de se, verum etiam de ipsis Dominus ab eo fructum bonæ operationis exacturus est. *Paris. sub Ludou. & Lothar. d. lib. 2. cap. 1. in fine.*

CAP. XVII.

Scire (*Rex*) debet, quod causa, quam iuxta ministerium sibi commissum administrat, non hominum, sed Dei causa existit; cui pro ministerio, quod suscepit, in examinis tremendi die rationem redditurus est; & ideo oportet; vt ipse, qui iudex est iudicum, causam pauperum ad se ingredi faciat, & diligenter inquirat; ne forte illi, qui ab eo constituti sunt, & vocem eius agere debent, in populo iniuste, aut negligenter pauperum oppressiones pati permittant. *Parisien. sub Lud. & Lotha. d. lib. 2. c. 2. in prin. Vide Aquisgra. ij. sub Ludouic. parte 4. c. 3.*

CAP. XVIII.

Qualis debeat esse Rex, constat ex multis Diuinarum literarum testimoniis. Iob c. 29. Cumque sederem quasi Rex, &c. Item Prouerbiorum c. 20. 29. Ecclesiastici 10. Sapien. c. 1. & 6. *Paris. sub Ludou. & Lothar. d. lib. 2. c. 2. post princ. & Aquisgran. ij. sub Ludo. par. 4. cap. 4. Troslei. c. 2. Magun. sub Arnul. c. 2. Capitul. lib. 7. c. 25. in addit. 1.*

CAP. XIX.

Quod Rex causam pauperum ad se ingredi facere, & diligenter debeat inquirere, dat intelligi illud, quod legimus, antiquitus iudices idcirco in porta ad iudicandum sedisse; vt nullus accedendi difficultatem, aut quispiam ciuium vim, aut calumniam necesse haberet sustinere. Ideo & Hierusalem ciuitas iustitiæ vocata est, quamdiu in ea iusta exercebantur iudicia; quia non permittebatur in ea à rectoribus iniquitas permanere. Quod vero Rex bonos sublimare, & malos debeat comprimere, Apostolus Petrus docet, dicens: Subditi estote omni humanæ creaturæ propter Deum, siue Regi quasi præexcellenti, &c. Quæ verba ita Beda exponit: non quod omnes, qui à Regibus mittuntur duces, vel malefacientes punire, vel bonos laudare nouerint: sed quæ esse debeat actio boni iudicis, simpliciter narrat, hoc est, vt malefacientes coërceat, & bene agentes remuneret. *Paris. sub Ludou. & Loth. d. lib. 2. c. 3. ante med.* 1. Pet. 2.

CAP. XX.

Liquido claret; quod pietas, iustitia, & misericordia stabiliant regnum; & læsiones viduarum, & pupillorum, calumniæque miserorum, violentaque iudicia, & peruersio iustitiæ euidenter illud euertant. Vnde & multorum regnorum collapsio (*fuit*) quia pietatis, iustitiæ, & misericordiæ non habuerunt stabilimentum. *Paris. sub Ludou. & Loth. d. lib. 2. c. 4.*

CAP. XXI.

Nemo Regum à progenitoribus regnum sibi administrari, sed à Deo veraciter, atque humiliter credere debet dari, qui dicit; Meum est consilium, & æquitas, mea est prudentia, mea est fortitudo: per me Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt: per me Principes imperant, & potentes iustitiam decernunt, &c. Hi vero, qui à progenitoribus sibi Prou. 8.

succedere regnum terrenum, & non potius à Deo dari putant, illis aptantur, quos Dominus per Prophetam improbat, dicens: Ipsi regnauerunt, & non ex me; Principes extiterunt, & non cognoui. Ignorare quippe Dei, proculdubio reprobare est. Quapropter quisquis cæteris mortalibus temporaliter imperat, non ab hominibus, sed à Deo sibi regnum commissum credat. Multi namque munere diuino, multi etiam Dei permissu regnant. Quippe, & iuste, & misericorditer regnant, sine dubio per Deum regnant: qui vero secus, non eius munere, sed permissu tantum regnant, &c. *Parisien. d. lib. 1. c. 5.* *Ose. 8.*

CAP. XXII.

Constat, potestatem regalem omnibus sibi subiectis secundum æquitatis ordinem consultum ferre debere; & idcirco oportet, vt omnes subiecti fideliter, & vtiliter, atque obedienter eidem pareant potestati. Quoniam qui potestati à Deo resistit ordinatæ; Dei vtique ordinationi, iuxta Apostoli documentum, resistit. Sicut enim subiecti, à Rege sibi volunt pie, & iuste opitulari; ita specialiter ei primum ad salutem animæ suæ procurandam, deinde generaliter ad honestatem, & vtilitatem regni, secundum Dei voluntatem disponendam, atque ministrandam, indissimulanter, atque irretractabiliter solatium opportunum debent exhibere, &c. *Parisien. d. lib. 2. c. 8. in principio.* *Rom. 13. 4.*

CAP. XXIII.

Recte illi vocantur Reges, qui tam semetipsos, quamque subiectos bene regēdo pacificare nouerunt. *Aquisgr. ij. sub Lud. p. 4. c. 1. in fin.*

CAP. XXIV.

Regale ministerium specialiter est populum Dei gubernare, & regere eum æquitate, & iustitia, & vt pacem, & concordiam habeant, studere. Ipse enim debet primo defensor esse Ecclesiarum, & seruorum Dei, viduarum, orphanorum cæterorumque pauperum, nec non & omnium indigentium. Ipsius enim terror, & studium huiuscemodi, in quantum possibile est, esse debet: primo vt nulla iniustitia fiat, deinde si euenerit, vt nullo modo eam subsistere permittat, nec spem delitescendi, siue audaciam male agendi cuiquam relinquat, &c. *Aquisgr. ij. sub Ludouico parte 4. c. 3. Magunt. sub Arnul. cap. 3.*

CAP. XXV.

Rex assensum non præbeat improuide affirmantibus, non debere esse res Dominicas, id est Domino dominantium deditas, ita sub defensione Regis, sicut propriæ suæ sunt hæreditates: magisque aduertat, quia quanto Deus excellentior est homine, tanto præstantior est diuina causa mortalium possessione. Quocirca decipitur, quisquis plus in propriis, quam in Dominicis rebus gloriatur: quarum diuinarum rerum defensor, & custos diuinitus statutus, diligenti cura, non solum ea seruare, sed etiam multiplicare debet, &c. *Magunt. sub Raban. cap. 6.*

CAP. XXVI.

Si fideliter vultis regnare, & vigorem Regium, ac seniorale, & super vestros, & super impugnantes potestatem vestram optatis habere; caritatem illam, quam Apostolus docuit, de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, cum fratribus vestris studete habere, &c. *Melden. cap. 7.* *1. Tim. 1.*

CAP. XXVII.

Vestra studebit magnitudo obnixius obseruare; vt ciuitates per Regis transitum non deprædentur: vt quando transitus vester iuxta ciuitates acciderit, immunes, & liberas vestra dominatio iubeat à deprædationum exactionibus fieri mansiones intra ciuitatem, &c. *Melden. c. 27.*

CAP. XXVIII.

Volumus, vt omnes fideles nostri certissimum teneant, neminem cuiuslibet ordinis, aut dignitatis deinceps nostro inconuenienti libitu, aut alterius calliditate, vel iniusta cupiditate promerito honore debere priuari, nisi iustitiæ iudicio, & ratione, atque æquitate dictante. Legem vero vnicuique competentem, sicut antecessores sui tempore nostrorum prædecessorum habuerunt, in omni dignitate, & ordine, fauente Domino, nostram magnificentiam obseruaturam promittimus. *Carol. Luden. Pij F. in concil. Holon. ante canon. Melden. cap. 3.*

De Regis potestate, & de dignitate potestatis sacerdotalis, quæ maior est Regia.

Tit. III.

CAPVT I.

Contra Imperatorem, & alios laicos, qui sacerdotes irridebant, anathema. *Syno. viii. CP. sub Hadr. ij. cap. 16.*

CAP. II.

Res humanæ aliter tutæ esse non possunt, nisi quæ ad diuinam confessionem pertinent, & Regia, & sacerdotalis defendat auctoritas. *Leo epist. 29. ad Pulcher. Aug. in fine.* *13. q. 5. c. 21.*

CAP. III.

Christus memor fragilitatis humanæ, quod suorum saluti congrueret, dispensatione magnifica temperans, † sic actionibus propriis, dignitatibusque distinctis officia potestatis vtriusque discreuit, suos volens medicinali humilitate saluari, non humana superbia rursus intercipi; vt & Christiani Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro temporalium cursu rerum Imperialibus dispositionibus vterentur; quatenus spiritalis actio à carnalibus distaret incursibus: & ideo militans Deo, minime se negotiis sæcularibus implicaret: ac vicissim non ille rebus diuinis præsidere vide- *Dis. 10. c. quoniā. & d. 96. cum ad verum. 6. † tempe. mun. 2. Tim. 2. 4.*

retur, qui esset negotiis sæcularibus implicatus; vt & modestia, vtriusque ordinis curaretur, ne extolleretur vtroque suffultus, & competens qualitatibus actionum specialiter professio aptaretur. Quibus omnibus rite collectis, satis euidenter ostenditur, à sæculari potestate nec ligari prorsus, nec solui posse Pontificem. *Gelas. ep. 3. siue in tomo de anathe. vinculo, in fine. Nicol. epist. ad Mich. Imp. ante fin. Iuo par. 4. c. 188. decret. Ansel. lib. 1. cap. 72.*

CAP. IV.

Dist. 96. c. 10. Duo quippe sunt, Imperator Auguste, quibus principaliter mundus hic regitur, auctoritas sacra Pontificum, & Regalis potestas. in quibus tanto grauius est pondus sacerdotum, quanto etiam pro ipsis Regibus hominum in diuino reddituri sunt examine rationem. Nosti etenim quod licet præsideas humano generi dignitate rerum, tamen Præsulibus diuinarum deuotus colla submittis, atque ab eis causas tuæ salutis expetis, inque sumendis cælestibus sacramentis, eisque vt competit, disponendis, subdite debere cognoscis religionis ordine, potius quam præesse, &c. *Gelas. ep. 5. ad Anastas. August. in prin. refert Trosle. c. 2. Paris. sub Lud. & Loth. lib. 1. c. 3. Greg. vij. lib. 8. regist. epist. 21. Capitul. lib. 5. c. 167. Iuo lib. 5. tit. 3. cap. 28. panor. & par. 5. c. 378. decr. Ansel. lib. 1. c. 71. Tarrac. lib. 4. cap. 17.*

CAP. V.

Cur non adiustis Imperatorem? &c. allegantes numquam de Pontificibus nisi Ecclesiam iudicasse, &c. obsequi solere Principes Christianos decretis Ecclesiæ; non suam præponere potestatem: Episcopis caput subdere Principem solitum, non de eorum capitibus iudicare. *Gelas. epist. 6. vel 7. ad Episcopos Orientis in med.*

CAP. VI.

Non debet spirituali operi etiam Regalis præferri præceptio: cum primum in Eccle-
Mat. 22. d. sia sit mandatum, Diliges Dominum Deum tuum, &c. Vnde non debet præcepto Domini persona cuiuslibet hominis anteponi, neque debet terrenæ conditionis actio, vel persona terrere, quos Christus spe crucis armauit. *Turon. ij. c. 1.*

CAP. VII.

Principaliter totius sanctæ Dei Ecclesiæ corpus, in duas eximias personas, in sacerdotalem videlicet, & regalem, sicut à sanctis Patribus traditum accepimus, diuisum esse nouimus. De qua re Gelasius Romanæ sedis venerabilis Episcopus ad Anastasium Imperatorem ita scribit: Duo sunt quippe Imperator Auguste, &c. Fulgentius quoque in libro de veritate prædestinationis, & gratiæ, ita scribit: Quantum pertinet ad huius temporis vitam, in Ecclesia nemo Pontifice potior, & in sæculo, Christiano Imperatore nemo celsior inuenitur. *Paris. sub Ludou. & Loth. lib. 1. c. 3. Aquisg. ij. sub Lud. in prin. Capitul. lib. 5. c. 167.*

CAP. VIII.

Principes sæculi nonnumquam intra Ecclesiam potestatis adeptæ culmina tenent, vt per eandem potestatem disciplinam Ecclesiasticam muniant. Cæterum intra Ecclesiam potestates necessariæ non essent, nisi vt, quod non præualet sacerdos efficere per doctrinæ sermonem, potestas hoc imperet per disciplinæ terrorem. Sæpe per regnum terrenum, cæleste regnum proficit; vt qui intra Ecclesiam positi, contra fidem, & disciplinam Ecclesiæ agunt, rigore Principum conterantur: ipsamque disciplinam, quam Ecclesiæ vtilitas exercere non præualet, ceruicibus superborum potestas principalis imponat: & vt venerationem mereatur, virtutem potestas impertiat. Cognoscant Principes sæculi Deo debere se reddere rationem propter Ecclesiam, quam à Christo tuendam suscipiunt, &c. *Paris. sub Ludou. & Loth. lib. 2. c. 2. prope fin. ex Isidoro. Aquisgr. ij. sub Ludou. par. 4. c. 2.*

CAP. IX.

Petimus humiliter vestram excellentiam, vt per vos filij, & proceres vestri nomen, potestatem, vigorem, & dignitatem sacerdotalem cognoscant, quod ex verbis Domini facile intelligere possunt, quibus B. Petro, cuius vicem indigni gerimus, ait: Quæcum- *Mat. 16.*
que ligaueris super terram, erunt ligata, & in cælo, &c. Et alibi, Discipulis generaliter dicit: Accipite Spiritum sanctum; quo- *Ioan. 20. f.*
rum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt, &c. licet enim sanctis præcedentibus sacerdotibus vita, & meritis longe inferiores simus, idem tamen sacrum ministerium, quod indigne suscepimus, non minoris auctoritatis, & dignitatis existit: & quamquam ministerio tanto indigni simus, propter illum tamen, cuius ministerium gerimus, in nobis non est contemnendum. *Aquisgran. ij. sub Ludouico parte. 4. c. 5. Vid. Paris. sub. Ludo. & Lothar. lib. 3. c. 8. & cap. 9.*

CAP. X.

Constat (*Ecclesiam*) peregrinantem duabus præsentialiter personis gubernari, sacerdotali scilicet, ac Regali; quatenus auctoritate Episcopali, atque Imperiali censura intrinsecus, & extrinsecus circumsepta, liberius modum proprium valeat conseruare. *Aquisgr. ij. sub Ludou. par. 4. c. 25.*

CAP. XI.

Bene nostis ab illo, qui solus Rex, & sacerdos fieri potuit, ita Ecclesiam dispositam esse, vt Pontificali auctoritate, & Regali potestate gubernetur. *Concil. habitum in villa Helonia apud synod. Melden. c. 8.*

De vtilitate, quam optimi Principes rebus Ecclesiasticis afferunt. Tit. IV.

CAPVT I.

De haer. c. 8. Gr. ex. & c. 6. ec. tit. in i. coll. Sicut ait B. Leo, licet Ecclesiastica disciplina sacerdotali contenta iudicio cruentas (non effieiat † vltiones; Carbolicorum tamen Principum constitutionibus adiuuatur; vt sæpe quærant homines salutare remedium dum corporale super se meruunt euenire supplicium. † *Alex. iy. in concil. Later. c. 27.*

† *effugiat* † *iudicii*

CAP. II.

Dist. 97. c. 1. † *affatu.* Ipsa Ecclesia deuotionem tuam, Christianissime Imperator, meo quidem sermone, sed suo venerabili appellat affectu, † quam Christus Deus noster, vestri fidus rector, & gubernator Imperij, vni desponsatam sibi, & intactam virginem seruat; ne in eam aliquos patiamini insidiantium procellarum fluctus illidi, & quietaoi faciem tempestatis insolitæ rumore rurbari, &c. Angeretur pluribus Princeps Christianissime, mater Ecclesia, nisi apudte suarum esset secura causarum; & nisi in oppressionibus idolorum, in hæreticorum correctionibus, fide tua, diuino cultu pariter cum Imperio semper florente vicisset. Habet refugium, pium tuæ mansuetudinis animum, cùm suæ religionis veneratione coniunctum, &c. *Bonif. epist. 1. ad Honorium Imperat.*

CAP. III.

Profuit diu districtio Ecclesiasticæ lenitatis, quæ ersi sacerdotali contenta iudicio, cruentas refugit vltiones; seueris tamen Christianorum Principum constitutionibus adiuuatur; dum ad spiritale nonnumquam recurrunt remedium, qui timent corporale supplicium. *Leo epist. 91. in prin. ad Turib. Episcop. Astur.*

CAP. IV.

Ordo Ecclesiasticus, & canonica forma, atque monastica religio sæpe à longe superiore tempore; eum minus religiosos Principes habuit, titubauit, & pene collabens deperiit; & iterum, cum deuotos, & Dei zelo feruentes Principes accipere meruit, resurrectione quadam reuixit, & vigorem recepit, &c. *Concil. habitum in villa Holonia apud syn. Meld. c. 11.*

CAP. V.

Vt Regia magnificentia liberiorem libertatem Episcopis ad suum peragendum in eorum parochiis ministerium, quam hactenus propter diuersas perturbationes habuissent, maxime in sacratissimis temporibus, quadragesimæ scilicet, & aduentus Domini tribuat; quatenus & periculum & Episcopi ipsi, & Regia dignitas salubrius pro ministerio sibi commisso, & neglecto possint euadere, & pro strenue executo diuinam misericordiam sibi conciliare præualeant. *Melden. c. 28.*

CAP. VI.

Auctoritatem sigillo Regio roboratam more tractoriæ, Christianissimus Princeps singulis donet Episcopis, quam quisque Episcoporum penes se habeat, vt quando ei necesse fuerit, per eandem auctoritatem reipublicæ ministros conueniat; vt ipsi in quibuscumque eiusli indiguerit adiutorio, reipub. ministris concurrentibus, suum, immo diuinum, possit rite peragere ministerium. *Melden. c. 71.*

CAP. VII.

Ius ecclesiasticum, & legem canonicam nobis ita conseruetis, sicut antecessores vestri, qui hoc bene, & rationabiliter, ita quod sciri poterit, & Deus vobis posse dederit, nostris prædecessoribus conseruauerunt. *Melden. c. 81.*

Quales iudices, & ministros à Rege constitui oporteat. Tit. V.

CAPVT I.

Ad peccatum Regis pertinet, quando iudicibus, ministrisque iniquis ministerium suum implendum committit: neque enim ministerium suum per alios tantum administrare, & se ab eo debet alienare. Non ergo dicimus, vt solus iurgia, & querimonias populi audiat, & inuestiget, & definiat: quoniam nequaquam ad hæc solus sufficere potest, sed magis, vt tales sub se timentes Deum, & auaritiam odienres constituat, per quos Regem Regum non offendant. *Paris. sub Ludi & Loth. lib. 2. c. 3. in prin.*

CAP. II.

Quales debeant esse iudices, qui à Rege constituuntur, constat ex Deuteron. c. 1. & 16. & ex Iob c. 29. & Exod. c. 18. *Paris. d. lib. 2. cap. 3. post prin. & lib. 3. c. 23. Aquisgr. ij. sub Ludou. parte 4. c. 10.*

CAP. III.

Hi, qui post Regem, populum Dei regere debent, id est Duces, & Comites, necesse est, vt tales ad constituendum prouideantur, qui sine periculo eius, à quo constituuntur, constitui possint; scientes se ad hoc positos esse, vt plebem Christi sibi natura æqualem recognoscant, eamque clementer saluent, & iuste regant; non, vt dominentur, & affligant; neque vt populum Dei suum æstimenr, aut ad suam gloriam sibi illum subiiciant, quod non pertinet ad iustitiam, sed potius ad tyrannidem, & iniquā potestatem. Valde enim exigit necessitas, vt quia ipse proculdubio Rex æquissimo iudici de commisso sibi ministerio rationem redditurus est; vt etiam singuli, qui sub eo constituti sunt ministri, diligentissime ab eo inquirantur, ne ipse pro eis iudicium incurrat diuinum. *Parisien. d. lib. 2. c. 3. prope fin.*

CAP. IV.

Rogamus vestram pietatem propter di-

unam misericordiam, vestramque salutem, ac totius populi vtilitatem, nec non & Regni honorem, atque stabilitatem: vt vestra pietas solertissimam vigilantiam adhibeat, quatenus consiliarij, & dignitatis vestræ ministri, custodesque animæ vestræ, & corporis, qui debent esse intra Regnum, alijs decus, & bonitatis exemplum, & in exteris nationibus bonæ opinionis condimentum; caritatem, pacem, atque concordiam, omni simulatione, & calliditate postposita, adinuicem habeant, &c. *Parisien. sub Ludou. & Loth. lib. 3. c. 24. Aquisgran. ij. sub Ludouico, parte 4. c. 11.*

Ne Rex sit superbus, aut crudelis. Tit. VI.

CAPVT I.

Asseritis, quod Rex vester cum ad manducandum in sedili, sicut mos est, ad mensam sederit, nemo ad conuescendum, etiam neque vxor eius cum eo discumbat, vobis procul in sellis residentibus, & in terra manducantibus, &c. Suadentes hortamur; vt ad Christianæ religionis Principes attendaris, & humilitatis eorum considerantes fastigium, deponaris ex vobis omne ad nihil vtile supercilium, &c. nam antiqui Reges, quorum multi sanctorum consortium meruerunt, ac ideo veraciter Reges dicti sunt, quoniam sancti reperti sunt, cum amicis, quinimmo cum seruis suis conuiuati fuisse memorantur; quin potius ipse Rex Regum, & Dominus dominantium Redemptor noster, non solum cum seruis, & amicis suis, Apostolis scilicet, recubuisse, verum etiam cum publicanis, & peccatoribus, & recubuisse, & manducasse describitur. *Nicol. ad consulta Bulgar. cap. 42.*

CAP. II.

Si quis ex Regibus contra reuerentiam legum superba dominatione, & fastu Regio in flagitiis, & facinore, siue cupiditate crudelissimam potestatem in populis exercuerit, anathematis sententia à Christo Domino condemnetur, & habeat à Deo separationem, atque iudicium; propter quod præsumpserit praua agere, & in perniciem Regnum deducere, &c. *Tolet. iv. c. 74. prope fin.*

CAP. III.

Qui recte vtitur Regni potestate, ita præstare se omnibus debet; vt quanto magis honoris celsitudine claret, tanto semetipsum mente humiliet: proponens sibi exemplum humilitatis Dauid, qui de suis meritis non
2. *Reg. 6.* tumuit, sed humiliter sese deiiciens dixit: Vilis incedam, & vilis apparebo ante Dominum, qui elegit me. *Isidorus lib. 3. sententiarum c. 49. apud Paris. sub Lud. & Loth. lib. 2. c. 1. prope fin.*

Subditi Regib. obediant, & opem ferant. Tit. VII.

CAPVT I.

Licet censum dari Cæsari, an non? &c. Cuius est imago hæc, & superscriptio? Dicunt ei, Cæsaris. Tunc ait illis: Reddite ergo, quæ sunt Cæsaris, Cæsari; & quæ sunt Dei, Deo. *Matth. c. 22. nu. 17. Paris. sub Lud. & Loth. l. 2. c. 8.*

CAP. II.

Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum; siue Regi, quasi præcellenti; siue Ducibus, tamquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem, vero bonorum; quia sic est voluntas Dei, &c. Omnes honorate. Fraternitatem diligite. Deum timete. Regem honorificate. *Petr. ep. 1. c. 2. num. 13. & 17. Paris. vbi supra.*

CAP. III.

Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas, nisi à Deo; quæ autem sunt, à Deo ordinata sunt. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Nam Principes non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem? bonum fac, & habebis laudem ex illa. Dei enim minister est in bonum. Si autem malum feceris, time; non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est, vindex in iram ei, qui malum agit, &c. *Paul. in epist. ad Roman. c. 13. in prin. Paris. vbi supra.*

CAP. IV.

Admone illos Principibus, & potestatibus subditos esse, dicto obedire ad omne opus bonum paratos esse. *Paulo in ep. ad Titum in prin.*

CAP. V.

Quia & religioni inimicum, & hominibus constat esse perniciosum, futura illicite rogitare, & casus Principum exquirere, ac sibi in posterum prouidere, &c. censemus, vt quisquis inuentus fuerit talia perquisisse, & viuente Principe, in alium attendisse pro futura Regni spe; aut alios in se propter id attraxisse; à conuentu Catholicorum cum excommunicationis sententia expellatur. *Tolet. v. c. 4.*

CAP. VI.

Sed & hoc, pro pestilentiosis hominum moribus † salubri deliberatione censemus, ne quis in Principem maledicta congerat. Scriptum est enim à legislatore: Principem populi tui ne maledixeris. Quod si quis fecerit, excommunicatione Ecclesiastica plectatur, &c. *Tolet. v. c. 5.* † *morbis* *Exo. 22. d. Act. 23. b.*

CAP. VII.

Primo omnium admonuimus generaliter cunctos, qui nostro conuentui interfuere, vt obedientes sint domino excellentissimo Imperatori nostro, & fidem, quam ei promissam

habent, inuiolabiliter conseruare studeant, &c. *Turo. sub Carolo c.1.*

Cap. VIII.

Necesse est, vt vnusquisque fidelis (*Regiæ*) potestati ad salutem propriam, & honorem Regni, secundum Dei voluntatem, vtpote membrum capiti, opem congruam ferat, plusque in illo generalem profectum, & vtilitatem, atque honorem Regni, quam lucra quærat mundi; quatenus his salubertimis opitulationibus sibi vicissim suffragantes, æterno Regno pariter mereantur perfrui felices. *Parisi. sub Lud. & Loth. l.2. c.8. in fine.*

Cap. IX.

Honor Regius, & potestas Regali dignitati competens, atque sinceritas, & obtemperantia seniori debita, remota omni socordia, & calliditate, seu qualibet indebita quorumcumque coniunctione, contra honorem, & potestatem, atque salutem nostram, siue Regni nostri soliditatem, nobis in omnibus, & ab omnibus sicut tempore antecessorum nostrorum conuenerat, exhibeatur, &c. *Concilium apud Holoniam c.2. apud syn. Melden. c.2.*

Cap. X.

Si quis contra Regiam dignitatem dolose, ac callide, ac perniciose satagere comprobatus fuerit, nisi dignissime satisfecerit, anathematizetur. *Melden. cap.14. ex conc. apud Lauriac.*

Cap. XI.

Rom.13. a. Si quis potestati Regiæ, quæ non est iuxta Apostolum, nisi à Deo, contumaci, ac inflato spiritu contra auctoritatem, & rationem pertinaciter contradicere præsumpserit, & eius iustis, & rationabilibus imperiis secundum Deum, & auctoritatem ecclesiasticam, ac ius ciuile, obtemperare irrefragabiliter noluerit; anathematizetur. *Meld. cap.15. ex eod. concil.*

Communia de Regibus.
Tit. VIII.

CAPVT I.

Regem non diligimus, si odio leges eius habemus. *Clem. ep.1. ante med.*

Cap. II.

Confitemini hostium sacerdotes, præter eos, qui à Regia potestate sublimi licentiam acceperunt, quodlibet mandatum ad gentem extraneam occulte accipere, vel dirigere non præsumant. Qui autem deprehenditur, aut conuincitur, denuntiatus Principi, apud concilium condigna animaduersione multabitur. *Tolet. iv. c.29.*

Cap. III.

Ne Regis Chintillani posteritas bonis paternis spolietur. *Tolet. v. c.2. Tolet. vi. c.16.*

Cap. IV.

Ne indigni Regiam dignitatem, nec sine electione Gothicæ gentis, assequi conentur. *Tolet. v. cap.3. Tolet. vj. cap.17.*

Cap. V.

Quisquis superstes Principum extiterit, iuste in rebus profligatis, aut largitate Principis acquisitis, nullam debet habere iacturam, &c. *Tolet. v. ca.6. Vide Tolet. vj. c.14.15. & Tolet. viij. in fine.*

Cap. VI.

Abhinc ergo deinceps ita erunt in Regni gloriam præficiendi rectores, vt aut in vrbe Regia, aut in loco, vbi Princeps decesserit, cum Pontificum, maiorumque Palatij omnimodo eligantur assensu, &c. *Tolet. viij. c.10.*

Cap. VII.

Rex patrimonium suum relinquat filiis, aut cui velit; res autem quæ ad ipsum nomine Regio pertinent, relinquat successori. *Tolet. viij. in decr. conc.*

Cap. VIII.

Præcauere debent tam sacerdotes, quam Principes, omnisque populus; vt nullus res alienas competere à Regis audeat potestate, &c. *Paris. c.6.*

Cap. IX.

Rex Carolus synodum solus ingressus, simpliciter cum Episcopis residebat. *Syn. apud B. Medardum in principio.*

Laici primitias, decimas, & oblationes clericis persoluant: & ne suas, aut alienas sibi retinere audeant.
Tit. IX.

CAPVT I.

QVamuis graue nimis, & omni † dignum animaduersione iudicij habeatur, quod laici quidem, † quod sacerdotum est, in ecclesiasticis rebus vsurpant, maiorem inde formidinem incutit, ac dolorem, quoniam fomitem sui erroris in ipso clero dicuntur aliquotiens inuenire; dum quidam fratrum, & coëpiscoporum nostrorum, aliorumque Prælatorum ecclesiæ decimas eis, & (ipsarum dispensationes † indulgent, & in deuia eos mortis impellunt, qui prædicatione ipsorũ, & ad vitæ viam fuerant reuocandi, de quibus dicit Dominus per Prophetã: Peccata populi mei comedunt, & ad iniquitates prouocant animas eorum. Vnde statuimus, vt si quis alicui laico in sæculo remanenti Ecclesiam decimamve concesserit; à statu suo, tanquam arbor, quæ inutiliter terram occupat, succidatur, & donec emendet ruinæ suç subiaceat dolore prostratus. *Alex. iij. in con. Turo. c.3. post conc. Later. parte 26. c.8.*

De decimis 17. Gregor. ix. cap. 2. eo. tit. in 2. coll. † diuini. † quidam. † ecclesiarum dispositiones. *Ose. 4 b.* *Matth. 3. c.*

Cap. II.

Prohibemus etiam, ne laici decimas cum animarum suarum periculo retinentes, in alios laicos possint aliquo modo transferre. Si quis vero receperit, & Ecclesiæ non tradiderit, † Christiana sepultura priuetur. *Alex. iij. in con. Later. c.14.*

De deci. c.19. Gr. ix. cap. 23. eo. tit. in 2. collect. † reddiderit.

CAP. III.

De decimis cap. 31. Greg. ix. & c. 5. eo. tit. in 4. coll. In aliquibus regionibus quædam permixtæ sunt gentes, quæ secundum suos ritus decimas de more non soluunt, quamuis censeantur nomine Christiano. His nonnulli Domini prædiorum ea tribuunt excolenda, vt decimis defraudantes ecclesias, maiores inde reditus assequantur. Volentes igitur super Ecclesiarum indemnitatibus prouidere; statuimus; vt ipsi Domini talibus personis, & taliter sua prædia excolenda committant; quod absque contradictione decimas ecclesiis cum integritate persoluant; & ad id, si necesse fuerit, per censuram Ecclesiasticam compellantur, &c. *Innoc. iij. in conc. gener. Lateran. c. 53.*

CAP. IV.

De decimis c. 33. Gregor. ix. c. 6. eo. tit. in 4. colle. 1. Cor. 3. Cum non sit in homine, quod semen serenti respondeat, quoniam iuxta verbum Apostoli, Neque qui plantat, est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat Deus: ipso quidem de mortificato semine plurimum fructum afferente; nimis auare in decimis quidam defraudare nituntur, census, & tributa, quæ interdum indecimata prætereuntur, de frugibus, & primitiis educentes, &c. Statuimus, vt in prærogatiua Domini generalis exactionem tributorum, & censuum præcedat solutio decimarum. Vel saltem ij, ad quos census, & tributa indecimata peruenerint; quoniam res cum onere suo transit, ea per censuram ecclesiasticam decimare cogantur ecclesiis, quibus iure debentur. *Innoc. iij. in conc. gen. c. 54.*

CAP. V.

De vsu. c. 18. Gr. ix. cap. 3. eo. tit. in 4. coll. Iudæos decernimus compellendos ad satisfaciendum ecclesiis pro decimis, & oblationibus debitis, quas à Christianis de domibus, & possessionibus aliis percipere consueuerant ante, quam ad Iudæos quocumque titulo deuenissent; vt sic ecclesiæ conseruentur indemnes. *Innoc. iij. in concil. gener. Lateran. c. 67.*

CAP. VI.

16. q. 1. c. 3. præterea primus, & d. 3. 2. c. 6. præter. p. deinde. Vt decimæ, & primitiæ, seu oblationes viuorum, & mortuorum Ecclesiis Dei fideliter reddantur à laicis; & vt in dispositione Episcoporum sint; quas qui retinuerint, à sanctæ Ecclesiæ communione separentur. *Nicol. ij. in conc. Rom. c. xiij. Episcop. c. 5. Iuo li. 3. tit. 11. cap. 3. panorm.*

CAP. VII.

16. q. 7. c. 1. Decimas, quas in vsum pietatis concessas esse canonica auctoritas demonstret, à laicis possideri Apostolica auctoritate prohibemus. Siue enim ab Episcopis, vel Regibus, vel quibuslibet personis eas acceperint; nisi Ecclesiæ reddiderint; sciant se sacrilegij crimen committere, & æternæ damnationis periculum incurrere. *Syn. Rom. an. 6. sub Greg. vij. c. 7. vel 9. Eug. iij. in conc. Remen. c. 8. Anselm. l. 5. c. 49. Cæsar. lib. 7. c. 46. Tarrac. lib. 5. cap. 51.*

CAP. VIII.

Nullus laicus ecclesiam, vel beneficium ecclesiæ teneat, oblationes scilicet altaris, sepulturam, baptisterium; sed neque ea, quæ pertinent ad fedum † presbyterale, & tertiam partem decimæ, &c. *Grego. vij. in conc. Rom. ann. incer. c. 1.* *† feudum.*

CAP. IX.

Ne laici decimam partem de laboribus suis retineant: & sicut non debent retinere, ita nec recipere. *Vrb. ij. in conc. Claram. c. 19.*

CAP. X.

Sanctorum Patrum canonibus cõsona sentientes, oblationes de sacratissimo, & reuerendissimo altari B. Petri, & Saluatoris, & sanctæ Mariæ rotundæ, aut de aliis ecclesiarum altaribus, siue crucibus à laicis auferri penitus interdicimus, & sub districtione anathematis prohibemus. *Callist. ij. in concil. Rom. c. 14.* *10. q. 1. c. 14.*

CAP. XI.

Diuinarum legum manifesta est disciplina, & sanctorum Patrum decreta sanxerunt; vt decimas ecclesiarum, quas in vsum pietatis concessas, canonum demonstrat auctoritas, laici non debeant possidere. Nos quoque ne id fiat, modis omnibus prohibemus. Si vero † ab Episcopis, siue à Regibus, vel quibuslibet personis acceperint, nisi ecclesiæ reddiderint, sacrilegij crimen committunt, & periculum æternæ damnationis incurrunt. *Eugen. iij. in concil. Remen. cap. 8. Gregor. vij. in syn. Rom. an. 6. cap. 7.* *Vid. 16. q. 7. c. 1.* *† siue.*

CAP. XII.

Fruges nouas, & rerum offerre primitias, etiam veteribus motis erat, quod pene in ipso initio mundi Abel, & Cain egisse legimus. *Nicol. ad consul. Bulg. c. 89.* *Gen. 4.*

CAP. XIII.

Rex Anglorum licet in quibusdam non ita religiose, sicut optamus, se habeat; tamen in hoc, quod Ecclesias Dei non destruit, neque vendit, &c. presbyteros vxores, laicos decimas, quas detinebant, etiam iuramento dimittere compulit; cæteris Regibus se satis probabiliorem, ac magis honorandum ostendit. *Gregor. vij. libro 9. registr. epistol. 5. Dicnsi Episcopo.*

CAP. XIV.

Auctoritate sanctæ Romanæ Ecclesiæ vos admonemus, &c. vt sacerdotibus, præcipueque Episcopis reuerentiam, ac obedientiam quasi patribus procuretis impendere; nec non & decimas, quæ ad vsum tam ipsorum, quam Ecclesiarum, & pauperum proficiant, dare, totique Regno indicere. Quod quidem nulli debet graue videri, pro meliori parte, videlicet semper victura anima, quemque decimam Deo offerre; cum pro morituro corpore, plurimæ gentes coniugibus suis tertiam rerum legibus compellantur exsoluere. *Gregor. vij. l. 9. regist. ep. 14. Regibus Visigothorum.*

Cap. XV

Decimas terrarum Ecclesiarum quas excolunt Ecclesiæ propriis sumptibus firmiter interdicimus, ne laici de cætero teneant, vel possideant, & quicumque laici vlterius receperint, & terras Ecclesiarum per vim, vel per furtum tenuerint, excommunicationi subiaceant. *Vrb. 2. in conc. incer. c. 6.*

Cap. XVI.

Malach. 3. De decimis, vel primitiis, &c. nihil melius puto docere, quam quod scriptum est in Malachia Propheta, dicente Domino: Inferte omnem decimam in horreū meum, &c. Quis non alacri, & læto pectore offerat Deo, vt possit illam promereri benedictionem, *Ibid.* de qua dicit: Effundam super vos benedictionem meam vsque ad abundantiam? Vel quis non timeat, vel contremiscat illam maledictionem, quam minatur nolentibus offerre; Vos maledicti estis, & me vos configitis gens tota? &c. *Foroiul. c. 14.*

Cap. XVII.

Qui decimas post crebras admonitiones, & prædicationes sacerdotum dare neglexerint, excommunicentur. Iuramento vero eos constringi nolumus propter periculum periurij. *Cabil. sub Carol. c. 18. Capit. l. 2. ca. 38. Longob. de decim. c. 10.*

Cap. XVIII.

Hi, qui ex rebus Ecclesiasticis nonas, & decimas persoluere, & sartatecta Ecclesiæ secundum antiquam auctoritatem, & consuetudinem restaurare debent, & hoc non solum negligunt, verum & per contemptum dimittūt, atque clericos fame, ac penuria, Ecclesiastica quoque ædificia dissolutione annullari permittunt; tamdiu ab Ecclesiastica communione separentur, vsque dum diligentia emendare studeant, quod socordia neglexerūt. Quod si iterum iterauerint, post excōmunicationis satisfactionem Regia potestate compulsi, iuxta legale, & antiquum edictum; Qui negligit censum, perdat agrum. *Melden. c. 62.*

Cap. XIX.

De iur. patro. c. 3 in 1. collect. Si laici capellas habuerint, à ratione, & auctoritate alienum habetur, vt ipsi decimas accipiant, & inde canes, aut gynæciarias suas pascant, sed potius presbyteri Ecclesiarum eas accipiant, & inde restitutionem Ecclesiarum & luminaria, & hospitum, ac pauperum receptionem exhibeant, & pro vobis, ac statu regni vestri Domini misericordiam studiose implorent. *Melden. c. 75. Burc. l. 3. c. 239. Iuo par. 3. c. 281. decr.*

Cap. XX.

De rebus Deo sacratis saltem nonæ, & decimæ ecclesiis, quibus iure debentur, fideliter ab his, à quibus, retinentur, ministrentur, &c. *Tulle. par. 2. c. 13.*

Cap. XXI.

16. q. 1. c. 2. Admonemus, atque præcipimus, vt decima omnino Deo dari non negligatur, quam Dominus ipse dari sibi constituit. Timendum est enim, vt quisquis Deo debitum suum abstrahit, Deus propter peccatum suum auferat ei necessaria sua. Qui vero decimas post crebras admonitiones, & prædicationes sacerdotum dare neglexerint, excommunicentur. *Magun. sub Arnul. c. 17. Magun. sub Carolo ca. 38. Magun. sub Rab. c. 10. Capit. l. 5. c. 89. & in addit. l. 7. ca. 28. Burc. l. 3. c. 131. Iuo l. 2. tit. 5. c. 1. panor. & par. 3. 197. decr.*

Cap. XXII.

Nemo seniorum de ecclesia sua accipiat de decimis aliquam portionem, sed solummodo sacerdos, qui eo loco seruit, vbi antiquitus decimæ fuerant consecratæ; ipse eas cum integritate accipiat in sui sustentationem, & ad luminaria concinnanda, & basilicæ ædificia, vestimenta quoque sacerdotalia, & cætera vtensilia suo ministerio congrue obtinenda, *Meten. c. 2.*

Cap. XXIII.

16. q. 1. c. decimæ 66. p. decima. De decimis Augustinus doctor mirabilis sub breui ratiuncula satis videtur dilucidasse, cum ait; [Decimæ ex debito requiruntur. Quid si diceret Deus, nempe meus es ô homo; mea est terra, quam colis; mea semina, quæ spargis; mea animalia, quæ fatigas; meus est solis ardor, & cum omnia mea sint, tu qui minus accommodas, solam decimam merebaris; sed seruo tibi nouem; da mihi decimam. Si non dederis decimam, auferam nouem, &c. *Tribur. c. 13. Aug. in serm. 219. de temp. Burch. l. 3. c. 133. Iuo par. 3. c. 199. decr. & l. 2. tit. 5. c. 4 pan. Ans. l. 5. c. 34. Deusded. c. 3. Cæsar. l. 6. c. 38.*

Cap. XXIV.

Sunt nonnulli, qui ausu sacrilego surripiunt, atque defraudant Deo debitam decimarum partem ad suam ipsorum perniciem, dicentes non se debere decimas dare de militia, de negotio, de artificio, de lanarum tonsione, & de cæteris quibuscumque à Deo largitis cōmerciis; audiant non nostra, sed per sacras scripturas Dei, de talibus mandata, & sancta sanctorum Patrum exempla, &c. Et primo omnium attendant, quia solius Dei causa oblationes, & decimas suas sacerdotibus, immo in sacerdotibus ipsi Deo dare debeant, &c. *Trosl. c. 6.*

Cap. XXV.

Sicut ab iis, qui labore agrorum, & cæteris laboribus victum, atque vestitum, & necessaria vsibus humanis acquirere inhiantes stant; decimæ, & eleemosynæ dandæ sunt; ita iis quoque qui pro necessitatibus suis negotiis insistunt, faciendum est, &c. *Theodul. ad presbyteros Aure. c. 35.*

Ne laici beneficia iniussu Episcopi tribuere, aut clerici ab ipsis accipere audeant. Tit. X.

Caput I.

SI quis Episcopus per versutiam, vel tyrannidem Principū huiusmodi dignitatis con-

secrationem susceperit, deponatur, &c. *Syno. viij. gen. sub Hadr. II. c. 2.*

CAP. II.

Dist. 63. c. 1. & 2. Sancta hæc, & vniuersalis synodus definiuit, & statuit, atque iure promulgauit, neminem laicorum Principum, vel potentum semet inserere electioni, vel promotioni Patriarchæ, vel Metropolitæ, aut cuiuslibet Episcopi &c. Quisquis sæcularium Principum, & potentum, vel alterius dignitatis laicus aduersus communem, & consonantem, atque canonicam electionem ecclesiastici ordinis agere tentauerit, anathema sit; donec obediat, & consentiat, quod ecclesia de electione, & ordinatione proprij Præsulis se velle monstrauerit. *Syno. viij. gener. sub Hadr. ij. c. 22. Iuol. l. 3. tit. 2. c. 1. pan. & par. 5. c. 122. decr. Ansl. l. 6. c. 20. Deusded. ca. 1. Cæsar. lib. 3. cap. 63. Tarrac. lib. 1. cap. 47.*

CAP. III.

c. 3. de priuil. Gregor. ix. & in 1. collect. Ecclesias sane, & decimas de manu laicorum sine consensu Episcoporum, tam illos (*loquitur de Hospitalariis*) quam quoscumque alios religiosos recipere prohibemus; dimissis etiam, quas contra tenorem istum moderno tempore receperunt. *Alexand. iij. in conc. Later. c. 9.*

CAP. IV.

De iure. patr. c. 4. Greg. 9. c. 5. eo. tit. in 1. coll. Quia in tantum quorundam laicorum processit audacia, vt Episcoporum auctoritate neglecta, clericos instituant in Ecclesiis, & remoueant etiam, cum voluerint; possessiones quoque, atque alia bona Ecclesiastica pro sua plurimum † voluntate distribuant; & tam ecclesias ipsas, quam earum homines talliis, & exactionibus grauare præsumant. Eos, qui amodo ista commiserint, anathemate decernimus feriendos. Presbyter autem, siue clericus, qui Ecclesiam per laicos, sine proprij Episcopi auctoritate receperit ten...

† plerumque.

...nemiam, communione priuetur; & si perstiterit, à ministerio ecclesiastico, & ordine deponatur, &c. *Alexand. iij. in conc. gener. Latera. c. 14.*

CAP. V.

De elect. c. 43. Gr. ix. eo. ti. in 4. coll. Quisquis electioni de se factæ per sæcularis potestatis abusum consentire præsumpserit contra canonicam libertatem, & electionis commodo careat, & ineligibilis fiat, nec absque dispensatione possit ad aliquam eligi dignitatem. Qui vero electionem huiusmodi, quam ipso iure irritam esse censemus, præsumpserint celebrare, ab officiis, & beneficiis per triennium suspendantur, eligendi tunc potestate priuati. *Inno. iij. in conc. gen. Latera. c. 25.*

CAP. VI.

De præb. 31. Gre. ix. c. 7. eo. tit. in 4. coll. In Lateran. concilio noscitur fuisse prohibitum, ne quilibet regulares, ecclesias, seu decimas sine consensu Episcoporum de manu præsumant recipere laicali &c. Statuimus, quatenus in ecclesiis, quæ ad ipsos pleno iure non pertinent, iuxta eiusdem statuta conci-lij, Episcopis instituendos presbyteros repræsentent, vt illis de plebis cura respondeant, ipsis vero pro rebus temporalibus rationem exhibeant competentem. Institutos vero remouere non audeant Episcopis inconsultis, &c. *Innoc. iij. in conc. gen. Later. c. 61. Vid. Alex. iij. in conc. Lat. c. 9.*

CAP. VII.

Nullus in ecclesiis præsumat presbyteros constituere, nisi qui & sacerdotalem gradum dare licite potest, & canonice neglectis presbyteros increpare; sed ab his venerabiliter sacerdotes ad Diuini ministerij officium expetantur Episcopis, quibus singulariter & diœceses pertinent, & canonice debent ipsas ecclesias prouidere, ordinateque prouisas. *Syn. Rom. sub Leone iv. c. 42.*

CAP. VIII.

Vt per laicos nullo modo quilibet clericus, aut presbyter obtineat ecclesiam nec gratis, nec pretio. *Nicol. ij. in synod. Rom. cxiij. Episcoporum.* 10. q. 7. c. 20.

CAP. IX.

Decernimus, vt nullus clericorum inuestituram Episcopatus, vel Abbatiæ, vel ecclesiæ, de manu Imperatoris, vel Regis, vel alicuius laicæ personæ, viri vel fœminæ suscipiat. Quod si præsumpserit, recognoscat inuestituram illam Apostolica auctoritate irritam esse, & se vsque ad dignam satisfactionem excommunicationi subiacere. *Gregor. vij. in synod. Rom. an. 6. Pont. 1078. xiij. K. Dec. c. 3. Tarrac. l. 5. c. 47.* 16. q. 7. c. 13. quoniam.

CAP. X.

Apostolica auctoritate decernimus; vt si quis deinceps Episcopatum, vel Abbatiam de manu alicuius laicæ personæ susceperit, nullatenus inter Episcopos, vel Abbates habeatur; nec vlla ei, vt Episcopo, seu Abbati audientia concedatur. Insuper & gratiam sancti Petri, & introitum ecclesiæ interdicimus; quousque locum, quem sub crimine, tam ambitionis, quam inobedientiæ quod est scelus idololatriæ, cepit, resipiscendo non deserit. Similiter etiam de inferioribus ecclesiasticis dignitatibus constituimus. *Gregor. vij. in synod. Rom. an. 7. cap. 1. Victor. iij. in synod. Beneu. Anselm. lib. 6. cap. 64. Deusd. c. 1. Cæsar. l. 4. c. 32.* 16. q. 7. c. 12.

CAP. XI.

Si quis Imperatorum, Regum, Ducum, Marchionum, Comitum, vel quarumlibet † sæcularium potestatum, aut personatum, inuestituram Episcopatus, vel alicuius ecclesiasticæ dignitatis dare præsumpserit; eiusdem sententiæ vinculo se obstrictum esse sciat. *Gregor. vij. in synod. Rom. ea. cap. 2. Victor iij. in synod. Beneuen. Ansel. lib. 6. cap. 65. Cæsar. lib. 4. c. 32.* d. c. 12. in fine. † quislibet.

CAP. XII.

Ne aliquis clericus, vel monachus à laicis ecclesias recipiat dono, vel pretio nisi ab Episcopo. *Gregor. vij in conc. Rom. ann. incerto c. 1. in fine.*

CAP.

Cap. XIII.

Nullus clericus, vel monachus, vel laicus donum ecclesiasticæ rei, vel ipsam Ecclesiam à laico recipiat, sed ab Episcopo. *Greg. vij. in conc. Rom. anno incerto c. 10.*

Cap. XIV.

16. q. 7. c. 12. Constituimus, vt [si quis deinceps Episcopatum, vel Abbatiam de manu alicuius laicæ personæ susceperit, nullatenus Episcopus, aut Abbas habeatur, neque vlla ei, vt Episcopo, vel Abbati adhibeatur reuerentia. Insuper ei beati Petri gremium, & introitum ecclesiæ interdicimus, quousque locum, quem sub tanto crimine ambitionis, & inobedientiæ, quod est scelus idololatriæ, cepit, resipiscendo non deserit. Similiter etiam de inferioribus Ecclesiasticis gradibus, dignitatibusque constituimus. *Victor iij. in syn. Beneuentana.*

Cap. XV.

Vt nullus Ecclesiasticum aliquem honorem à manu laicorum accipiat. *Vrban. iij. in Claram. conc. c. 13. vel 15.*

Cap. XVI.

Interdictum est, ne Reges, vel aliqui Principes aliquam inuestituram de Ecclesiasticis honoribus faciant. *Vrban. ij. in Claramon. ca. 14. vel. 16.*

Cap. XVII.

Illud summopere, & Apostolicę auctoritatis priuilegio prohibentes interdicimus: vt nullus in clericali ordine constitutus, nullusque monachus, Episcopatus, aut Abbatiæ aut cuiuslibet Ecclesiasticæ dignitatis inuestituram de manu laici suscipere audeat: quod si præsumpserit, depositione multetur. *Vrban. ij. in conc. apud Melfi. c. 8.*

Cap. XVIII.

Priuilegium illud, quod nō est priuilegium, nec vere debet dici priuilegium, pro liberatione captiuorum, & Ecclesiæ à Domino Papa Paschali per violentiam Henrici Regis extortum, nos omnes in hoc sancto concilio cum eodem Domino Papa congregati canonica censura, & Ecclesiastica auctoritate, iudicio sancti Spiritus damnamus, & irritum esse iudicamus atque omnino cessamus, & ne quid auctoritatis, & efficacitatis habeat, penitus excommunicamus. Quod ideo damnatum est, quia in eo priuilegio continebatur, quod electus canonice à clero, & populo à nemine consecretur, nisi prius à Rege inuestiatur; est quod contra Spiritum sanctum, & canonicam institutionem. *Syn. sub Paschali ij.*

Cap. XIX.

Patrum nostrorum constitutionibus consentientes Ecclesiarum inuestituras à laicis fieri omnimodo prohibemus. Si quis autem huius decreti temerator extiterit, &c. clericus quidem ab eiusdem dignitatis consortio repellatur, laicus vero ab Ecclesiæ liminibus arceatur. *Conc. apud Guardast. sub Pasch. ij. c. 3.*

Cap. XX.

Constitutiones sanctorum canonum sequē- 16. q. 7.
tes statuimus; vt quicumque clericorum ab 17.
hac hora inantea inuestituram ecclesiæ, vel Ecclesiasticæ dignitatis de manu laica † acceperit; & qui ei manum imposuerit, gradus sui periculo subiaceat, & communione priuetur. *Paschal. ij. in conc. incer. c. 1.* († laico.)

Cap. XXI.

Laicis quamuis religiosis nulla de Ecclesiasticis dignitatibus † aliquid disponendi legitur attributa facultas. *Paschalis ij. in concil. incer. cap. 2. vel 4. Symma. in synod. Rom. 3. cap. 3. c. 1. p. Callist. ij. cap. 4. in synod. Steph. epist. 2. ca. 9. Trosle. cap. 3. Capitul. li. 5. cap. 249. & li. 6. cap. 294. Burch. li. 15. c. 35. Ino par. 16. cap. 36. decr. Deusded. cap. 4. Anselm. li. 5. ca. 10. Cæsar. li. 7. cap. 121. Tarrac. li. 1. c. 59.* (16. q. 7. c. 24. dist. 96. Eutalius † facultatibus.)

Cap. XXII.

Si quis Principum, vel aliorum laicorum, 16. q. 7.
dispositionem, siue donationem rerum, siue c. 25.
possessionum Ecclesiasticarum sibi vendicauerit, vt sacrilegus iudicetur, clerici vero, siue monachi, qui eas per eorum potestatem acceperint, excommunicationi subiiciantur. *Pasch. ij. in conc. incerto ca. 5. & 6. Callist. ij. in concil. Rom. cap. 4.*

Cap. XXIII.

Sunt quidam, qui vel violentia, vel fauore 1. q. 1. c.
non permittunt Ecclesias regulariter ordina- 115.
ri: hos decernimus, vt sacrilegos iudicandos. Qui vero Ecclesias, eorum violentia, vel potestatiuo fauore susceperint, excommunicationi subiiciantur. *Paschalis ij. in conc. incert. c. 7. & 8:*

Cap. XXIV.

Ecclesias à laicis incastellari, aut in seruitu- 10. q. 1. c.
tem redigi, auctoritate Apostolica prohibe- 14.
mus. *Callist. ij. in conc. Ro. c. 14. in fine.*

Cap. XXV.

Præcipimus, vt laici, qui Ecclesias tenent, aut eas Episcopis restituant, aut excommunicationi subiaceant. *Inno. ij. in syn. Rom. c. 7. apud Ivo. post pan.*

Cap. XXVI.

Si quis præposituras, prębendas, vel alia ecclesiastica beneficia de manu laici acceperit, indigne suscepto careat beneficio. Iuxta decreta itaque sanctorum Patrum laici, quamuis religiosi sint, nullam tamen habent disponendi de Ecclesiasticis facultatibus potestatem. *Inno. ij. in syn. Rom. c. 19.*

Cap. XXVII.

Si Episcopus per sæculares magistratus (*potestates* L.) Ecclesiam assequatur; deponatur, & excommunicetur, & qui ei communicant. *Apost. 30. G. 31. L. refert. Nicæ. ij. cap. 3. Burchar. l. 3. cap. 109. Ivo par. 3. cap. 85. & par. 5. cap. 119. & 120. decr. Deusded. cap. 1. & 4. Anselm. l. 5. cap. 71. in add. & li. 6. cap. 5. Cæsar. li. 3. cap. 64. Tarrac. li. 1. c. 46.* (16. q. 7. si quis. 14. & dist. 63. c. 7. omnis.)

Cap. XXVIII.

Inter cætera, quæ tua fraternitas agenda

suscepit, hoc attentissime perpendat, & exsequi studeat; vt congregatis omnibus, & in conuentu residentibus manifesta personali denuntiatione interdicat; vt consetuanda deinceps in promouendis Episcopis, canonica,& Apostolica auctoritate; nullus Metropolitanorum aut quiuis Episcoporum alicui, qui à laica persona donum Episcopatus susceperit, ad consecrandum illum imponere manum audeat, nisi dignitatis suæ honore, officioque carere & ipse velit. Similiter etiam vt nulla potestas, aut aliqua persona de huiusmodi honoris donatione, vel acceptatione vlterius se intromittere debeat, &c. *Gregor. vij.li. 4. reg. epist. 22. Hugoni Diensi Episcopo, in fine.*

CAP. XXIX.

Priuilegium, quod bonæ memoriæ prædecessor noster Alexander contra sanctorum Patrum statuta, aliqua subreptione vel deceptione inductus, fecit Euerardo Comiti, eiusque posterius aduocatiam, & præficiendi Abbatis potestatem, & totius rei administrationem concessit: nos canonicæ correctionis sententia per Apostolicam functionem vtentes, infirmamus, infringimus, atque cassamus. *Gregor. vij. li. 7. regist. epist. 24. Vallel. Abb. ante finem.*

CAP. XXX.

Hæc scripta, quæ de electione, seu inuestituris personarum facta sunt, videlicet [vt electione libere facta sine vi, & aliqua simonia, consensu Regis, facultatem habeat Rex inuestiendi per virgam, & annulum; & electus à Rege, & populo non consecretur, nisi à Rege inuestiatur: ego canonica institutione omnino cassa, omnino irrita iudicio, & anathemate, & sub damnatione perpetuo permanere decerno; vt nullius vnquam auctoritatis sint, & nullius bonæ memoriæ. Ea vero, quæ sacri Apostolorum canones, & Antiochenum, atque vniuersalia concilia, & prædecessores nostri, & præcipue fel. mem. Dominus Gregorius, & Vrbanus de his prohibuerunt, damnauerunt, statuerunt, & firmauerunt; ego prohibeo, damno, constituo, & confirmo, & me illorum sanctiones profiteor seruaturum, *Pasch. ij. in ep. ad Archiepisc. Viennen. in fine. Vide. Ap. 30. & 31. L. Antio. 23.*

CAP. XXXI.

De reb. eccles. alien. c. 2. Gregor. ix. & in 1. collect. Qui res Ecclesiæ petunt à Regibus, &c. ita habeantur quæ obtinent, & à communione Ecclesiæ eiusdem excludantur. *Arner. cap 4. Burchar. l. 15. cap. 36. Iuo. par. 16. cap. 37. decr.*

CAP. XXXII.

Si quis per ordinationem Regiam Episcopatum vsurpet, & aliquis de comprouinciali-bus recipere eum præsumpserit, sit à fratribus omnibus segregatus, & ab ipsorum omniū caritate remotus. *Paris. c. 8. Iuo par. 5. c. 123. decr.*

CAP. XXXIII.

Laici presbyteros absque iudicio proprij Episcopi non eiciant de Ecclesiis, nec alios immittere præsumant; quia [quando presbyteri ab Episcopis in parochiis ordinantur ne- Dist. 38. c. 2. cesse est, vt ab ipsis Episcopis diligenter instructi, Ecclesias sibi deputatas accipiant; ne per ignorantiam, quod absit, etiam in ipsis diuinis sacramentis offendant, &c. *Arelat. sub Carolo cap. 4. Tolet. iv. cap. 2. Iuo li. 3. tit. 2. cap. 16. panorm. & par. 3. cap. 129. decr. Ansel. lib. 7. c. 104.*

CAP. XXXIV.

Interdicendum videtur clericis, siue laicis ne quis cuilibet presbytero præsumat dare ecclesiam sine licentia, & consensu Episcopi sui. *Tur. sub Carolo c. 15. Magun. sub Raban. c. 12. Magu. sub Arnul. c. 5.*

CAP. XXXV.

Inuentum est quod multi arbitrij sui temeritate, & quod grauius est, ducti cupiditate; 16. q. 7. c. 38. presbyteris quibuslibet absque consensu suorum Episcoporum ecclesias dant, vel auferunt. Vnde oportet, vt canonica regula seruata nullus absque consensu Episcopi sui cuilibet presbytero ecclesiam det. Quam si iuste adeptus fuerit, hanc non nisi grauiculpa sua, & cotam Episcopo canonica seueritate amittat. *Cabilo. sub Carolo cap. 42. Capitul. li. 7. cap. 65. in addit. Burchar. lib. 3. cap. 112. Iuo lil. 2. tit. 4. cap. 19. panorm. & par. 3. cap. 88. decr.*

CAP. XXXVI.

Laici presbyteros non eiciant de ecclesiis 16. q. 7. c. 37. suis, neque constituant sine consensu Episcoporum suorum. *Magun. c. 29. Capit. l. 3. c. 82. Bur. l. 3. c. 111. Iuo l. 2. tit. 4. c. 20. panorm. & par. 3. c. 87. decr.*

CAP. XXXVII.

Peruentum est ad nos, &c. quod in monasteriis regularibus laici in medio sacerdotum, & Leuitarum, ac cæterorum religiosorum virorum, vt Domini, & magistri resideant, & velut Abbates de illorum vita; & conuersatione decernant, eosq; diiudicent, ac regimine animarum, ac diuina eis, secundum regulam, non solum sine præsentia, verum etiam sine conscientia Episcopi committant sacraria, &c. Si quis hoc de cætero præsumpserit, & admonitus à tali præsumptione se corrigere noluerit; & idem, & qui ei fauerit; vel consenserit, à corpore Christi separetur, & sanguine. Qui autem de monachis per talem manum obedientiam regularem susceperit, grauioris culpæ vindicta puniatur. Quod si post quisquam illorum præsumpserit, iudicio sancti Spiritus præsentis decreti auctoritate anathematizetur. *Synodus Holonien. apud Melden. cap. 10.*

CAP. XXXVIII.

Nullus laicus presbyterum in Ecclesiam mittere, vel eiicere præsumat, nisi per consensum Episcopi. *Worm. c. 57.*

CAP. XXXIX.

Decretum est, vt nullus laicorum alicui

presbytero suam commendet Ecclesiam, præter consensum Episcopi: sed eum prius mittat suo Episcopo, vel eius vicario, vt probetur, si scientia, ætate, & moribus talis sit, vt sibi populus Dei commendetur. *Salegustadien. cap. 13. post Burchardi decret. Iuo par. 15. cap. 179. decr.*

Cap. XL.

Nullus laicus presbyteros in suis Ecclesiis mittat, nisi in manu Episcopi sui; qui Episcopus curam animarum debet vnicuique presbytero commendare de parochiis ecclesiarum singularum. *Syn. Bituricen. c. 21. apud conc. Lemouicen. actio. 2.*

Cap. XLI.

Decreuit sancta synodus, vt nullus Episcopus, Abbas, presbyter, vel quælibet persona de clero accipiat de manu Regis, vel Comitis, vel cuiuslibet laicæ personæ donum Episcopatus, vel Abbatiæ, vel ecclesiæ, vel aliquarum ecclesiasticarum rerum, &c. Si vero laici decretis canonicis resistentes ecclesias violenter tenere præsumpserint: ipsi excommunicentur. In ecclesiis vero illis nullum diuinum officium fiat, nullus ibi oret, lumen non ponatur, mortuus non sepeliatur, &c. *Pictau. cap. 1.*

Cap. XLII.

In eadem synodo (*loquitur de Romana sub Greg. vij.*) institutum est, vt qui à laico inuestitutam ecclesię acciperet, anathemate vterque plecteretur, & qui scilicet daret, & qui acciperet. *Ex chronicis Casinensis cœnobij Leonis Ostiensis Episcopi, l. 3. c. 41.*

Ne laici rebus Ecclesiasticis se immisceant, aut eas sibi vindicent, aut tributa clericis imponant.

Tit. XI.

CAPVT I.

De schis. c. 1. Gre. ix. cap. 2. eo. tit. in 1. coll. Alienationes, seu inuasiones, quæ per eosdem schismaticos, siue per laicos factæ sunt de rebus ecclesiasticis, omni careant firmitate, & ad ecclesiam sine omni eius onere reuertantur, &c. *Alexand. iij. in concil. Lateran. cap. 2.*

Cap. II.

De iure patro. c. 4. Greg. ix. cap. 5. eo. tit. in 1. coll. In tantum quorundam laicorum processit audacia, &c. vt tam ecclesias ipsas, quam earum homines, talliis, & exactionibus præsumant grauare: eos, qui amodo ista commiserint, anathemate decernimus feriendos, &c. *Alex. iij. in d. conc. Later. c. 14.*

Cap. III.

De immu. eccles. c. 4. Greg. ix. & in 1. coll. Non minus pro peccato eorum, qui faciunt, quam pro illorum detrimento, qui sustinent, graue nimis esse dignoscitur, quod in diuersis partibus mundi, rectores, & Consules ciuitatum, nec non & alij, qui potestatem habere videntur, tot ecclesiis frequenter onera imponunt, & ita grauibus eas, crebrisque exactionibus premunt, vt deterioris conditionis factum sub eis sacerdotium videatur, quam sub Pharaone, &c. Ille quidem omnibus aliis *Gen. 47.* seruituti subiectis, sacerdotes suos, & eorum possessiones in pristina libertate dimisit, & de publico eis alimoniam ministrauit. Isti vero vniuersa fere onera sua imponunt ecclesiis, & tot angariis eas affligunt, vt quod Hieremias ait, competat: Princeps prouinciarum facta est sub tributo. *Thren. c. 1.* Siue quidem fossata, siue expeditiones, siue quælibet alia sibi arbitrentur agenda, de bonis ecclesiarum, clericorum, & pauperum Christi vsibus deputatis cuncta volunt fere compleri. Iurisdictionem etiam, & auctoritatem Episcoporum, & aliorum Prælatorum ita euacuant, vt nihil potestatis eis in suis videatur hominibus remansisse, &c. Quocirca sub anathematis districtione seuerius prohibemus, ne de cætero talia præsumant attentare, nisi Episcopus, & clerus tantam necessitatem, vel vtilitatem aspexerint, vt absque coactione ad releuandas communes necessitates, vbi laicorum non suppetunt facultates, subsidia per Ecclesias existiment conferenda. Si autem Consules, aut alij de cætero id præsumpserint, † & commoniti desistere forte noluerint, tam ipsi, quam eorum fautores excommunicationi se nouerint subiacere, nec communioni fidelium reddantur, nisi satisfactionem fecerint competentem pœnitentes. *Alex. iij. in d. conc. Later. c. 19.* *† ista cō-misimus.*

Cap. IV.

De arbit. c. 8. Greg. 9. c. 1. eo. tit. in 4. coll. Prohibemus, ne super rebus spiritualibus compromittatur in laicum, quia non decet, vt laicus in talibus arbitretur. *Inno. iij. in conc. gen. Late. c. 40. in fine.*

Cap. V.

Sicut volumus, vt iura clericorum non vsurpent laici, ita velle debemus, ne clerici iura sibi vindicent laicorum: quocirca vniuersis clericis interdicimus, ne quis prætextu ecclesiasticæ libertatis, suam de cætero iurisdictionem extendat in præiudicium iustitiæ sæcularis: sed contentus existat constitutionibus scriptis, & consuetudinibus hactenus approbatis, vt quæ sunt Cæsaris, reddantur Cæsari; & quæ sunt Dei, Deo recta distributione reddantur. *Matth. 22.* *Innoc. iij. in d. concil. gener. Lateranen. c. 42.*

Cap. VI.

De iure iuran. 30. Gregor. ix. c. 3. eo. tit. in 4. coll. Nimis de iure diuino quidam laici vsurpare conantur, cum viros ecclesiasticos nihil temporale continentes, ab eis ad præstandum sibi fidelitatis iuramenta compellunt. Quia vero secundum Apostolum, seruus Domino suo stat, aut cadit; sacri auctoritate concilij prohibemus, ne tales clerici personis sæcularibus præstare cogantur huiusmodi iuramentum. *Rom. 14.* *Inno. iij. in d. conc. gen. Later. c. 43.*

Cap. VII.

De reb. eccle. Cum laicis quamuis religiosis, disponendi

ali. c. vlt. Greg. ix. c. 1. eo. tit. in 4. collect.

de rebus ecclesiasticis nulla sit attributa potestas, quos subsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi; dolemus sic in quibusdam ex illis refrigescere caritatem; quod immunitatem ecclesiasticæ libertatis, quam nedum sancti, sed etiam Principes sæculares multis priuilegiis munierunt, non formidant suis constitutionibus, vel potius confictionibus impugnare; non solum de feudorum alienatione, ac aliarum possessionum ecclesiasticarum, & vsurpatione iurisdictionum, sed etiam de mortuariis, necnon & aliis, quæ spirituali iuri videntur annexa, illicite præsumendo. Volentes igitur super his ecclesiarum indemnitati consulere, ac à tantis grauaminibus prouidere; constitutiones huiusmodi, & vindicationes feudorum, seu aliorum bonorum Ecclesiarum, sine legitimo Ecclesiasticarum personarum assensu præsumptas, occasione constitutionis laicæ potestatis; cum non constitutio, sed destitutio, vel destructio dici possit, necnon vsurpatio iurisdictionum; sacri approbatione concilij decernimus non tenere, præsumptoribus per censuram ecclesiasticam compescendis. *Inno. iij. de conc. gen. Lat. cap. 44.*

Cap. VIII.

Demum. eccl. 7. Gregor. ix. cap. 3. de cess. in 4. coll.

Aduersus Consules, ac rectores ciuitatum, & alios, qui ecclesias, & viros ecclesiasticos talliis, seu collectis, & exactionibus aliis aggrauare nituntur, volens immunitati ecclesiasticæ Lateranense concilium prouidere; præsumptores huiusmodi, sub anathematis districtione prohibuit, transgressores, & fautores eorum excommunicationi præcipiens subiacere, donec satisfactionem impendant competentem, &c. Quoniam vero nec sic quorundam malitia contra Dei ecclesiam conquieuit; adiicimus, vt constitutiones, & sententiæ, quæ ab excommunicatis huiusmodi, vel de ipsorum mandato fuerint promulgatæ, inanes, & irritæ habeantur, nullo vmquam tempore valituræ, &c. nullus vano decipiatur errore, vt infra tempus regiminis sustineat anathema, quasi post illud non sit ad satisfactionem debitam compellendus; nam & ipsum, qui satisfacere recusauerit; & successorem ipsius, si non satisfecerit infra mensem, manere decernimus Ecclesiastica censura conclusum, donec satisfecerit competenter, cum succedat in onere, qui substituitur in honore. *Innocent. iij. in d. concil. gen. Lateran. c. 46.*

Cap. IX.

Dist. 96. c. 1. bene.

Requiratur, & deferatur (*scriptura Basilij*) in medium, vt cuiusmodi sit, possit agnosci. Et dum diceret, Hormisda diaconus recitauit. Cum in vnum apud B. Petrum Apostolum resedissent, sublimis, & eminentissimus vir, Præfectus Prætorio, atque Patricius, agens etiam vices præcellentissimi Regis Odoacris, Basilius dixit. Quamquam studij nostri, & religionis interfit, vt in Episcopatus electione concordia principaliter seruetur Ecclesiæ; ne per occasionem seditionis, status ciuitatis vocetur in dubium; tamen admonitione beatissimi viri Papæ nostri Simplicij, quam ante oculos semper habere debemus: hoc nobis meministis sub obtestatione fuisse mandatum; vt propter illum strepitum, & venerabilis Ecclesiæ detrimentum, si cum de hac luce transire contigerit, non sine nostra consultatione cuiuslibet celebretur electio. Et cum legeret, Cresconius Episcopus ciuitatis Tudertinæ Ecclesiæ, surgens è consessu dixit: Hic perpendat sancta synodus, vti prætermissis personis religiosis, quibus maxime cura est de tanto Pontifice, laici electionem in suam redegerint potestatem: quod contra canones esse manifestum est. Item Hormisda diaconus legit: Nam & cum quid confusionis, atque dispendij venerabilis Ecclesia sustineret; miramur prætermissis nobis, quidquam fuisse tentatum: cum etiam Sacerdote nostro superstite, nihil sine nobis, debuisset assumi. Quare, si Amplitudini vestræ, vel Sanctitati placet, incolumia omnia, quæ ad futuri Antistitis electionem respiciunt, religiosa veneratione † seruemus, hanc legem specialiter præferentes, quam nobis, hæredibusque nostris, Christianæ mentis deuotione sancimus; ne vmquam prædium, seu rusticum seu vrbanum, vel ornamenta, aut ministeria Ecclesiarum, quæ nunc sunt, vel quæ ex quibuslibet titulis ad Ecclesiarum iura peruenerint; ab eo, qui nunc Antistes sub electione communi fuerit ordinandus, & illis qui futuris sæculis sequentur, quocumque titulo; atque commento alienentur: Si quis vero aliquid eorum alienare voluerit; inefficax, atque irritum iudicetur, sitque facienti, vel consentienti, accipientique anathema. Maximus Episcopus Bleranæ Ecclesiæ, dixit: Modo sancta synodus dignetur edicere; si licuit laico homini anathema in ordine Ecclesiastico dictare; aut si potuit laicus sacerdoti anathema dicere, & contra canones, quod ei non competebat, construere? dicite, vobis quid videtur? De me licuit laico legem dare? Sancta synodus dixit: Non licuit, &c. Hormisda diaconus legit: Et is, qui prædium, rusticum vel vrbanum iuris Ecclesiastici fuerit consecutus, nouerit se nulla lege, vel præscriptione munitum: sed siue is, qui alienauerit, siue is, qui consequenter voluntate contraria prædium huiusmodi alienatum reuocare tentauerit, id cum fructibus restituat, qui illud fuerit consecutus, &c. Quam etiam pœnam, placuit accipientis hæredes, prohæredesque respicere, in qua re cuilibet clericorum contradicendi sit facultas. Iniquum est enim, & sacrilegii instar, vt quæ, vel pro salute, vel pro requie animarum suarum vnusquisque venerabili Ecclesiæ pauperum causa contulerit,

† *honoratione.*

aut certe teliquerit; ab his, quos hæc maxime seruare conuenerat, in alienitatem transferantur. Plane quæcunque in gemmis, vel auro, atque argento, nec non & vestibus, minus apta vsibus, vel ornatui videbuntur Ecclesiæ, quæ seruari, ac diu manete non possunt sub iusta æstimatione vendantur, & erogationi religiosæ proficiant. Cumque lecta fuisset, Laurentius (*Episcopus*) Mediolanensis Ecclesiæ dixit: Ista seriptuta nullum Romanæ ciuitatis potuit obligare Pon-
16.q.7.c. 23. non placuit. tificem; quia non licuit Laico statuendi in Ecclesia, piæter Papam Romanum, habere aliquam potestatem, cui obsequendl manet necessitas, non auctoritas imperandi Maxime cum nec Papa Romanus subscripserit: nec alicuius secundum canones Metropolitani legatur assensus. Petrus Episcopus Rauennanatis ecclesiæ, dixit: Scriptuta, quæ in nostra congtegatione vulgata est, nullis eam viribus subsistete manifestum est: quia nec canonibus conuenit, & à laica persona concepta videtur. Maxime quia in ea nullus Præsul sedis Apostolicæ interfuisse, vel ptoptia subscriptione firmasse monstratur. Eulalius Episcopus Syracusanæ ecclesiæ dixit: Scriptura, quæ in sacetdotali concilio teeitata est, euidentissimis documentis constar inualida:
16.q.7.c. 24. Primum quod contra Patrum regulas à [laicis, quamuis religiosis, quibus nulla de ecclesiasticis facultatibus aliquid disponendi legitur vmquam attributa facultas, facta videtur. Deinde quod nullius Præsulis Apostolicæ sedis subsctiptione firmata docetur, &c. *Syn. Ra. iii. sub Sym. c. 1. 2. 3. Burch. lib. 15. c. 35. Inopar. 16. c. 36. decr. Ansel. lib. 5. c. 9. & 10. & lib. 4. c. vlt. in Ro. Deusd. c. 1. & 4. Cæsar. lib. 7. c. 112. & 113. Tarrac. lib. 1. c. 48. & 59.*

CAP. X.

Vt plebes ecclesiæ nullatenus aut Comitibus aut Episcopotum vassalis, aut vllis laicis in beneficia tribuantur. *Ioan. ix. in con. Rauennat. par. 2. cap. 10.*

CAP. XI.

Vt cuiuslibet ordinis cleticos laici non iudicent nec de ecclesiis euciant. *Nicolaus ii. in conc. Roma. cap. 10.*

CAP. XII.

Nullus iudex laicus, vel vicarius in ecclesia, vel cimeterio aliquam potestatem exerceat, vel aliquem distringat, aut capiat, aut furtum ibi requitat. *Gregor vii. in conc. Rom. ann. incer. c. 12.*

CAP. XIII.

Intetdictum est omnibus laicis, ne amplius altatia vel ecclesias sibi retineant. *Vrb. II. in conc. Claram. c. 20.*

CAP. XIV.

16.q.7.c. 24. Stephanus martyr scribit: [Laicis, quamuis religiosi sint, nullatenus tamen de ecclesiasticis facultatibus aliquid disponendi legitur vmquam attributa facultas. Neque deinde fieri permittimus, sed omnino interdicentes prohibemus. [Si quis ergo Princi- *16.q.7.c. 25.* pum, vel aliorum laicorum dispositionem, siue donationem† rerum seu possessionum ecclesiasticarum sibi vindicauerit, vt sacrilegus iudicetur. Cletici vero, siue monachi, qui eas per eorum potestatem acceperint, excommunicationi subiciantur. *Paschal. ii. in can. incer. c. 4. 5. & 6. Steph. epist. 2. c. 9. Trosle. c. 3. Capit. lib. 5. c. 249. & lib. 6. c. 294.*

† *dominatione.*

CAP. XV.

Iuxta beatissimi Papæ Stephani sanctionem statuimus vt laici, quamuis religiosi sint, nullam tamen de ecclesiastiris rebus aliquid disponendi habeant facultatem; sed secundum Apostolorum canones omnium negotiorum ecclesiasticorum curam Episcopus habeat, & ea velut Deo contemplante dispenset. Si quis ergo Principum, vel aliorum laicus dispositionem seu donationem rerum, siue possessionum ecclesiasticarum sibi vindicauerit, vt sacrilegus iudicetur. *Callist. ii. in con. Ro. c. 4. Vide Stephan. vbi supra Apost. 38.*

CAP. XVI.

c. 2 de iudi. Greg. ix. & in 1. collect.

Laici ecclesiastica terminare negotia non præsumant. *Eugen ij. in con. Remen. c. 5. in eau. cis c. 4.*

CAP. XVII.

Secundum Chalcedonensium Patrum de- *16.q. 7. c. 22. in nona.* creta ex proprio clero œconomum sibi constituat Episcopus. Indecorum est enim, laicum vicarium esse Episcopi, & sæculares in ec- *Deuteri 22. b.* clesia iudicare, dicente Moyse: Non arabis in boue, & asino: id est, homines diuersæ professionis in officio vno non sociabis, &c. Si quis Episcopus ecclesiasticam rem aut per laicalem ptocurationem administrandam elegerit, aut sine testimonio œconomi gubernandam crediderit; vere vt contemptot canonum & fraudator ecclesiasticatum tetum, non solum Christo de tebus pauperum iudicabitur reus, sed etiam concilio manebit obnoxius. *Hispalen. ij. c. 9. Vid. Chal. 26. Burch. lib. 1. c. 89. Inopar. 5. c. 195. decr.*

CAP. XVIII.

Sæculares, qui nec dum sunt ad cleticatum conuersi, res patochiarum, vel ipsas patochias minime ad regendum debeant habete commissas. *Cabilon. c. 5.*

CAP. XIX.

Saeetdotes, & Principes à recto tramite deuiatunt, &c. Quia & principalis potestas diuersis occasionibus interuenientibus, secus quam auctoritas diuina se habeat, in causas ecclesiasticas prosilierit; & saeerdotes partim negligentia, partim ignorantia, pattim cupiditate in sæcularibus negotiis; & sollicitudinibus mundi, vltra quam debuerant, se occupauetint. Et hac occasione; aliter, quam diuina auctoritas docear, in vtraque patte actum extitisse dubiū non est. *Paris. sub Ludou. & Loth. lib. 3. c. 26. Aquisg. ij. sub Lud. par. 4. c. 14.*

CAP. XX.

Præcepta Regalia super ptecariis eccle-

siasticis fieri, nec ratio finit; nec auctoritas quolibet modo permittit. Quoniam præceptam iure Ecclesiastico firmare, indignum iudicet, necesse est, maiestas Regia, nisi ab Ecclesiastico rectore petantur. Idem autem custos Ecclesiæ solertissime caueat; ne sui ordinis, & Ecclesiasticæ communionis forte immemor, contra auctoritatem, præceptum Regium pro quacumque assentatione fieri petat, qui etsi fecerit, non audiatur. *Beluacen. apud syn. Melden. c.* 22.

CAP. XXI.

Nemo viuente Episcopo Ecclesiam illius, aut res ad eam pertinentes inuadere, aut dominari præsumat, neque sub voluntariæ cleri, ac populi electionis obtentu, præter voluntatem Episcopi quisquam quacumque sæculari potestate præditus, quasi œconomũ constituat. *Melden. c.* 47.

CAP. XXII.

a. *Tim.* 2. Nemo laicorum presbyteros Ecclesiarum suarum turpi villicationi, & secundum Apostolum sæculari, & inhonestæ negotiationi implicare, nec secum aliorsum contra auctoritatem præsumat ducere, quo ministerium sibi commissum cogantur negligere. Quod si contra interdicta præsumpserit, excommunicetur. *Melden. cap.* 49. *Burchard. lib.* 2. *cap.* 146. *Iuo par.* 6. *cap.* 219. *decret.*

CAP. XXIII.

Vt præcepta illicita de rebus ecclesiæ &c. à vobis facta rescindantur, & vt de cætero ne fiant, caueatis. *Melden. ad Carolum Caluum Imp. c.* 84.

CAP. XXIV.

Nullus laicus, quamuis religiosus, præsumat aliquid de rebus Deo dicatis, vel Ecclesiæ facultatibus, id est, nec dandi basilicas, nec auferendi sine consensu Episcopi habeat potestatem, &c. *Colon. sub Carolo III. c.* 4.

Ne laici Gentilium, aut Iudæorum, aut hæreticorum dies festos colant, aut illorum superstitionibus faueant. Tit. XII.

CAPVT I.

Si clericus, vel laicus ingrediatur synagogam Iudæorum, vel hæreticorum ad orandum; deponatur, & excommunicetur. *Ap.* 65.

CAP. II.

Clericus, qui cum Iudæis ieiunia, aut festa celebrat, &c. deponatur, laicus excommunicetur. *Ap. c.* 70.

CAP. III.

† *auferat* Si Christianus oleum adferat † in templum Gentilium, aut in Synagogam Iudæorum, in diebus festis eorum, aut lucernas accenderit, excommunicetur. *Ap. c.* 71.

CAP. IV.

Placuit prohiberi; vt cum rationes suas accipiunt possessores, quidquid ad idolum datum fuerit, acceptum non inferant: si vero post interdictum fecerint, per quinquennii spatia temporis à communione esse arcendos. *Elib. c.* 40.

CAP. V.

Admonere placuit fideles; vt quantum possunt, prohibeant, ne idola in domibus suis habeant, &c. *Elib. c.* 41.

CAP. VI.

Admoneri placuit possessores: vt non patiantur fructus suos, quos à Deo percipiunt, cum gratiarum actione à Iudæis benedici; ne nostram irritam & infirmam faciant benedictionem. Si quis fecerit, ab Ecclesia abiiciatur. *Elib. c.* 49.

CAP. VII.

Matronæ, vel earum mariti vestimenta sua ad ornandam sæculariter pompam non dent; si fecerint, triennii tempore abstineant. *Elib. c.* 57.

CAP. VIII.

Si in alicuius presbyterio † infideles, aut faculas accenderint, aut arbores, fontes, vel saxa venerentur: si hæc eruere neglexerit, sacrilegij se esse reum cognoscat; dominus autem, vel ordinator rei ipsius, si admonitus emendare noluerit, communione priuetur. *Arel. II. c.* 23. † *prædio*

CAP. IX.

Qui sabbato vacant, vt Iudæi, anathema Christo sint. *Laod. c.* 29.

CAP. X.

Non oportet cum hæreticis, vel schismaticis orare. *Laod. c.* 33. *Mar. Brac. c.* 71. 1. *q.* 1. *c. nonlicet* 67.

CAP. XI.

Non oportet à Iudæis, vel hæreticis munera missa festiua accipere, neque cum eis festos dies agere. *Laod. c.* 37. *Vid. Ap.* 70. *Melden. c.* 73.

CAP. XII.

Non oportet à Iudæis azyma accipere, aut communicare cum impietate eorũ. *Laod. c.* 38. *Melden. c.* 73.

CAP. XIII.

Non oportet cum paganis festa celebrare, & communicare impietati eorum. *Laod. cap.* 39.

CAP. XIV.

Filij sacerdotum profana spectacula non celebrent, neque inspiciant. Id & omnibus Christianis prædicatur; vt vbi blasphemiæ sunt, non ingrediantur. *Carth. c.* 15. *G. Carth.* III. *c.* II. L.

CAP. XV.

Augurijs, vel incantationibus seruientẽ, à conuentu Ecclesiæ separandum. Similiter & superstitionibus Iudaicis, vel ferijs inhærentem. *Carth. iv. c.* 89. *Burch. lib.* 10. *c.* 7. *Iuo lib.* 8. *tit.* 6. *c.* 4. *panor. & par.* 51. *cap.* 35. *decr. Tarrac. lib.* 4. *c.* 73. 26 *q.* 5. *c.* 11.

CAP. XVI.

Quicumque deinceps Episcopus, clericus,

sæcularis (*Iudæis*) contra fidem Christianam suffragium, vel munere, vel fauore præstiterit; vt profanus, & sacrilegus anathema effectus, ab Ecclesia catholica, & regno Dei habeatur extraneus; quia dignus est, vt à corpore Christi separetur, qui inimicis Christi patronus efficitur. *Tolet. iv. c. 57. Tolet. viij. cap. 12.*

CAP. XVII.

Nemo clericus, vel laicus azyma apud 28.q.1.c. nullus.13. Iudæos comedat, aut cum eis habitet, aut in morbis vocet, aut ab eis medicinam accipiat, aut in balneis cum eis lauet; clericus deponatur, laicus excommunicetur. *Trul. c. 11. Inoper. 13. c. 116. decr. Cæsaraugustan. lib. 8. cap. 102.*

CAP. XVIII.

Kalendas, vota, & brumalia, & Kalendar. † Maij f. Martij † conuentum ex Christianorum republica tollimus. Item mulierum publicas saltationes, & quę nomine falsorum Deorum Gentilium, ex viris, vel mulieribus fiunt choreæ, & festa, quæ omnia aliena sunt à Christianis. Nemo etiam vir mulieris stolam induat, nec mulier viri, neque personas comicas, vel satyricas, vel tragicas induant. Neque Dionysi nomine exclamato vuas exprimant. Neque dum vinum in cuppis diffundunt, risum moueant, ignorantiæ, vel stultitiæ prætextu dæmoniacos modos operantes. Qui fecerint, clerici deponantur, laici excommunicentur. *Trull. c. 62. de pœnit. Rom. tit. 7. c. 1.*

CAP. XIX.

Incendia, vel pyras, quæ ante domos, vel officinas in Neomeniis quidam ponunt, & super ea veteri modo transiliunt, cessare iubemus. Quisquis tale fecerit; clericus deponatur, laicus excommunicetur. Scribitur enim 4. Reg. 21. a. quarto Regum, Manassem altare ædificasse militiæ cæli, &c. *Trull. c. 65.*

CAP. XX.

Qui iurant, vt Gentiles, pœnitentia canon coërcet, nos excommunicatione. *Trul. c. 95. Vid. Basil. c. 80.*

Ne laici fiant Episcopi, presbyteri, vel diaconi, aut inferioris ordinis clerici: sed per gradus, & tempora ascendant.

Tit. XIII.

Vide supra libro quarto, titulo sexto, & libro sexto, titulo vi. & libro vij. titulo quarto scripta: quibus adde infra scripta.

CAPVT I.

Anathematizamus Photium, qui contra sacras regulas, & sanctorum Pontificum Romanorum veneranda decreta, repente de curiali administratione, sæcularique militia sublatus, superstite Ignatio Patriarcha CP. est institutus; &c. *Libellus Ecclesiæ Romanæ approbatus ab viij. synodo CP. acti. 1. sub Hadrian. ij.*

CAP. II.

Vt nullus laicus ad quemlibet gradum Ecclesiasticum repente promoueatur, nisi post mutatum habitum sæcularem, diuturna conuersatione inter clericos fuerit comprobatus. *Nico. ij. in syn. Rom. c. xiij. Episcopos c. 13.*

CAP. III.

Quod semel, aut secundo necessitas hæreticorum intulit, contra Apostolica præcepta, velut lege licitum præsumi (*scimus*) neophytum, vel laicum, qui nullo Ecclesiastico functus fuerit officio, inconsiderate, vel Presbyterum, vel diaconum ordinare; quasi meliores Apostolis sint, quorum audeant mutare 1. Tim. 3. b. præceptum, & qui non didicit, iam docere compellitur. Ita nullus reperitur idoneus clericorum nec inter diaconos; nec inter alios clericos inuenitur, qui sacerdotio dignus habeatur. Sed ad condemnationem ecclesiæ laicus postulatur; quod ne fiat vltra, admoneo, prædico. *Syric. epist. 3. c. 3.*

CAP. IV.

De laicis, quod canones ordinare prohibent, certum est quidem hoc regulas ecclesiasticas continere; sed non ita definitum est, vt de omnibus sit laicis constitutum. Neque enim clerici nasci, & non fieri possunt, &c. *Inno. ep. 4. c. 3. Inoper. 6 c. 95. decr.*

CAP. V.

Abstineatur ab illicitis ordinationibus. Nullus ex laicis, nullus digamus, &c. ordinetur. *Celest. ep. 2. c. 6.*

CAP. VI.

Ne quis laicum ad ordinem clericatus admittat, & sinat fieri, vnde & illum decipiat, & sibi causas generet, quibus reus constituitur decretalibus fiat. *Celest. ep. 3. cap. 2. Nicol. in epist. ad Mich. Imp. incip. Principatum. post prin. lecta in viij. syn. sub Hadr. ij. act. 4. Ansl. l. 7. c. 28. Tarrac. l. 1. c. 124. & l. 3. c. 4.* Dist. 61. quid prodest c. 7.

CAP. VII.

Ne laicus sine religione promissa clericus ordinetur. *Epaun. c. 37.*

CAP. VIII.

De ordinationibus clericorum obseruandum esse decreuimus, vt nullus sæcularium ad clericatus officium præsumat accedere, nisi cum Regis iussione, aut cum iudicis voluntate: ita vt filij clericorum, id est, patrum, auorum, ac proauorum, quos supradicto ordine patentum constat obseruatione subiunctos, in Episcoporum potestate, & districtione consistant. *Aurel. 6. al. 4.*

CAP. IX.

Non promoueantur ad sacerdotium, qui Dist. 51. qui in aliquo. 5. seruili conditioni obnoxij sunt: qui ignoti sunt: qui neophyti, vel laici sunt: qui sæculari militiæ dediti sunt: qui curiæ nexibus obligati sunt: qui inscij litterarum sunt, &c.

qui per gradus Ecclesiasticos non ascenderunt, &c. *Tolet. iv.c.18.*

Ne laici dominicis, & festis diebus absint ab Ecclesia sua. Tit. XIV.

CAPVT I.

SI quis in ciuitate positus, tres dominicas ad ecclesiam non accesserit, pauco † tempore abstineat, vt correptus esse videatur. *Elib er. c. 21.*

† tanto.

CAP. II.

Scimus tempore præterito Patres statuisse; vt si quis laicus in vrbe versatus tres dominicos dies, in tribus hebdomadibus non conuenisset, priuaretur communione. Si ita de laicis, cur non idem de Episcopis dicendum? *Sardicen. cap. 11. G. 14. L.*

CAP. III.

De consf. dist. 1. si quis 34. Pascha, Natali Domini, Epiphania, Ascensione Domini, Pentecoste, & natali Sancti Ioannis Baptistæ, & si qui maximi dies in festiuitatibus habentur, non nisi in ciuitatibus aut parochiis missas teneant. *Agath. c. 21. Iuo par. 4. c. 9. decr.*

CAP. IV.

Vt ciues, qui superiorum solemnitatum, id est, Paschæ, & Natalis Domini, vel Pentecostes solemnitatibus cum Episcopis interesse neglexerint, cum in ciuitatibus communionis, vel benedictionis accipiendæ causa positos se nosse debeant; triennio à communione priuentur ecclesiæ. *Agath. c. 63.*

CAP. V.

De inuitandis ciuibus ad certas solemnitates. Ciues natalium superiorem noctem Paschæ, & Natiuitatis Domini solemnitatem (*agant cum*) Episcopis; nec interest in quibus ciuitatibus positus accipiendæ benedictionis desiderio non venerit expetendus. *Epau. cap. 35.*

De consf. d. 3. c. 5. † quinquagesimæ.

CAP. VI.

Nulli ciuium Paschæ, Natalis Domini, vel quadragesimæ † solemnia, in villa liceat celebrare, nisi quem infirmitas probabitur tenuisse. *Aurel. cap. 25. al. 27. Burch. lib. 2. c. 75. Iuo par. 4. cap. 12. decr.*

CAP. VII.

XVI. Kalend. Ian. vsque in diem Epiphaniæ, qui est vij. Id. Ianuar. continuis diebus nulli liceat de Ecclesia se absentare in domibus, nec secedere ad villam, nec montes petere, nec nudis pedibus incedere; sed concurrere ad ecclesiam. Quod qui non obseruauerit de suspectis; anathema sit in perpetuum. *Cæsar. c. 4.*

CAP. VIII.

Vt festiuitates præcipuas, Domini Natale, Pascha, Pentecosten, & si quæ aliæ sunt, presbyteri, & ciues natu maiores celebrent in ciuitate cum suo Episcopo, non villis, &c. *Aruer. c. 14. Burch. l. 2. c. 231. Iuo par. 6. c. 306. decr.*

CAP. IX.

Quisquis de prioribus ciuibus Pascha extra ciuitatem tenere voluerit, sciat sibi à cuncta synodo esse prohibitum. Sed principales festiuitates sub præsentia Episcopi teneant, vbi sanctum decet tenere conuentum. Tamen si aliquis certa necessitate astringatur, vt hoc implere non possit; ab Episcopo postulet commeatum. Quod si hoc postulare despexerit, & eundem locum idem in festiuitate præsentibus † tenere voluerit; suspendatur. *Aurel. 4. c. 3.* † postul.

CAP. X.

Custodite diem Dominicam, &c. Si quis vestrum proximam habet ecclesiam, properet ad eandem; & ibi dominico die semetipsum precibus lacrymisque afficiat. Sint oculi, manusque vestræ toto illo die ad Deum expansæ. *Matiscon. ij. c. 1.*

CAP. XI.

Episcopus, Presbyter, diaconus, clericus, laicus, qui sine necessitate in tribus hebdomadibus tribus Dominicis diebus non conuenit in ecclesia sua, clericus deponatur, laicus excommunicetur. *Trul. c. 81.*

Fideles erudiantur à sacerdotibus. Tit. XV.

CAPVT I.

SI quis sæcularium amore religiunis se ad quemcumque sacerdotum crediderit conferendum; ipse sibi eum, quem erudiendi gratia susceperit, vindicabit. *Arel. ij. c. 36.*

CAP. II.

Filij sacerdotum profana spectacula non celebrent, neque inspiciant. Id & omnibus Christianis prædicatur, vt vbi blasphemiæ sunt, non ingrediantur. *Cartha. c. 15. G. Cartha. iij. c. 11. L.*

De honore à laicis, & aliis deferendo his, qui digni sunt. Tit. XVI.

CAPVT I.

DE honore nimio non deferendo ab Episcopis Principibus, & Strategis. *Synod. viij. CP. sub Had. ij. c. 14.*

CAP. II.

Catholicum, qui pro catholica fide, &c. tribulationes patitur honore omni à sacerdotibus honorandum, etiam & per diaconum ei victus administretur. *Carth. iv. c. 43.*

CAP. III.

Pauperes, & senes Ecclesiæ plus cæteris honorandi sunt. *Carth. iv. c. 83.*

CAP. IV.

Qui primatu dignitatis, atque reuerentiæ, vel gratiæ ob meritum in Palatio honora-

biles habentur, his à iunioribus modestus honor per omnia deferatur; qui etiam minores à senioribus & dilectio[ne]s amplectantur affectu, & vtilitatis imbuantur exemplo. *Tolet. vi. cap. 13.*

De energumenis, & amentibus. Tit. XVII.

CAPVT I.

Si quis Dæmonem habeat, ne fiat clericus; cum fidelibus purgatus autem recipiatur, & si sit dignus, clericus fiat. *Ap. c. 79.*

Cap. II.

Dist. 33. c. 5. Vsque adeo sane comperimus illicita quæque prorumpere, vt Dæmoniis, similibusque passionibus irretitis, ministeria sacrosancta tractare tribuatur. Quibus, si in hoc opere positis aliquid propriæ necessitatis occurrat, quis de sua fidelium salute confidat; vbi ministros ipsos curationis humanæ tanta perspexerit calamitate vexari? atque ideo necessario remouendi sunt, ne quibuslibet, pro quibus Christus est mortuus, scandalum generetur infirmis, &c. *Gelas. epistol. 1. cap. 21. Burch. lib. 2. c. 20. Inapar. 2. c. 88. & lib. 6. cap. 40. decr.*

Cap. III.

Energumeni, qui ab erratico spiritu exagitatur, nomen, neque ad altare eum oblatione recitandum, neque (*ipsum*) permittendum, vt sua manu in ecclesia ministret. *Elib. c. 29.*

Cap. IV.

Eos, qui à spiritibus immundis vexantur, si in fine mortis fuerint constituti, baptizari placet. Si vero fideles fuerint, dandam eis esse communionem. Si lucernas publice accendant, abstineant à communione. *Elib. c. 37.*

Cap. V.

Dist. 23. c. 17. De potestate, quam habet exorcista imponendi manus super energumenos. *Carthag. iv. c. 7. Rab. lib. 1. cap. 10. de instit. cleric. Ina lib. 3. tit. 3. cap. 10. panor. & par. 6. cap. 16. decret. Ansel. lib. 7. cap. 49.*

Cap. VI.

De cons. d. 5. c. 11. omnia. Omni die exorcistæ energumenis manus imponant. *Carth. iv. c. 90. Burch. lib. 2. c. 223. Ina par. 6. c. 298. decr.*

Cap. VII.

Ibid. Pauimenta domorum Dei energumeni verrant. *Carthag. iv. c. 91.*

Cap. VIII.

Ibid. Energumenis in domo Dei assidentibus victus quotidianus per exorcistas opportuno tempore minist[r]etur. *Carth. iv. c. 92.*

Cap. IX.

16. q. 6. quisrece. dant. 7. in fine. Amentibus quæcumque sunt pietatis, conferenda sunt. *Araus. c. 13.*

Cap. X.

Energumeni baptizari, si de purgatione sua curent, & se sollicitudini clericorum tradant, monitisque obtemperent, omnimode communicent, sacramenti ipsius virtute vel muniendi ab incursu Dæmonum, quo infestantur, vel purgandi, quorum iam ostenditur vita purgatior. *Araus. c. 14.*

Cap. XI.

Energumenis catechumenis, in quantum vel necessitas exegerit, vel opportunitas permiserit, de baptismate consulendum. *Araus. c. 15.*

Cap. XII.

Energumeni non solum nō assumendi sunt ad vllum ordinem clericatus; sed & illi, qui ordinati sunt, ab imposito officio sunt repellendi. *Araus. cap. 16. Burch. lib. 2. c. 34. Ina par. 6. c. 135. decr.*

Cap. XIII.

Ne duarum vxorum vir, &c. aut qui publice aliquando arreptus sit, ad ordines promoueatur. *Aurel. 3. c. 6.*

Cap. XIV.

Bene siquidem maiorum regulis definitum est, vt Dæmoniis, aliisque passionibus irretitis ministeria sacra tractare non liceat. Cui præcepto cōsensu rationis adhibito, id communire definimus; vt nullus de iis, qui aut in terram arrepti à Dæmonibus eliduntur, aut quolibet modo vexationis incursibus efferuntur, vel sacris audeant ministrare altaribus, vel indiscussi se diuinis ingerant sacramentis; exceptis illis, qui variis corporum incommoditatibus dediti, in eiusmodi passionibus in terram approbantur elisi; qui tamen & ipsi tamdiu erunt ab officij sui & ordine, & loco suspensi, quousque vnius anni spatio per discretionem Episcopi inueniantur ab incursu Dæmonum alieni. *Tol. xi. c. 13. Burch. lib. 3. c. 72. Ina par. 2. c. 125. decr.* Dist. 33. c. 3.

Cap. XV.

Exorcistæ, cum ordinantur, sicut ait canon, accipiunt de manu Episcopi libellum, in quo scripti sunt exorcismi, accipientes potestatem imponendi manus super energumenos, &c. *Isid. lib. 2. c. 13. de Eccles. offic. apud Aquisgra. cap. 4. in fin. Raban. lib. 1. c. 10. de instit. cleric. Vid. Carth. iv. c. 7.*

Parentes filios nutriant, & erudiant. Tit. XVIII.

CAPVT I.

Si quis suos liberos derelinquat, & non nutriat, & quod in se est, ad pietatem non inducat, sed exercitij religiosi prætexta negligat, anathema sit. *Gang. c. 15. Ina par. 8. cap. 318. decr.* Item liberi parentes nutriant. *Gangr. c. 11. Ina ibid. c. 319.* Dist. 30. c. 14. & c. 1.

Cap. II.

Episcopi, & clerici filios suos non emancipent, nisi moribus, & ætati eorum consuluerint: vt peccatis eorum non ipsi grauentur. *Carthag. 35. G. Carthag. iij. cap. 14. Li Afr. 2. L.*

CAP. III.

Vt parentes filios suos, & patrini eos, quos de fonte lauacri suscipiunt, erudire summopere studeant; illi, quia eos genuerunt, & eis à Domino dati sunt: isti, quia pro eis fideiussores existunt. *Arela. sub Carolo c.19.*

CAP. IV.

Quonam modo parentes educare debeant filios, multis testimoniis confirmatur; vt Iob c.1.& 3.Regum c.2. Tobiæ c.1. 4.14. *Aquisgr. ij. sub Ludouico parte 4. c. 12. Parisien sub Lud. & Lothario lib. 3.c.25.*

Filij obediant parentibus, & serui dominis suis. Tit. XIX.

CAPVT I.

Honora patrem tuum, & matrem tuam vt sis longæuus super terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi. *Exo.c.20.post prin.*

CAP. II.

Honora patrem tuum, & matrem, sicut præcepit tibi Dominus Deus tuus; vt longo viuas tempore, & bene sit tibi in terra, quam Dominus Deus tuus daturus est tibi. *Deuter. c.5. in med.*

CAP. III.

In opere, & sermone, & omni patientia honora patrem tuum, vt superueniat tibi benedictio à Deo, & benedictio illius in nouissimo maneat, &c. Quam malæ famæ est, qui derelinquit patrem, & est maledictus à Deo, qui exasperat matrem. *Ecclesiastici cap. 3. post princ.*

CAP. IV.

Deus dixit: Honora patrem, & matrem: & qui maledixeric patri, vel matri, morte moriatur, &c. *Christus apud Matth. c.15. post. prin. & Mar.c.7. post prin.*

CAP. V.

Filij obedite parentibus vestris in Domino: hoc enim iustum est. Honora patrem tuum, & matrem tuam, quod est mandatum primum in promissione: vt bene sit tibi, & sis longæuus super terrã. Et vos patres nolite ad iracundiã prouocare filios vestros: sed educate illos in disciplina, & correptione Domini. Serui obedite dominis carnalibus cum timore & tremore, in simplicitate cordis vestri, sicut Christo: non ad oculũ seruientes, quasi hominibus placentes, sed vt serui Christi, facientes voluntatem Dei ex animo, cum bona voluntate seruientes sicut Domino, & non hominibus; scientes, quoniam vnusquisque quodcumque fecerit bonum, hoc recipiet à Domino, siue seruus, siue liber. Et vos domini eadem facite illis remittentes minas, scientes, quia & illorum, & vester dominus est in cœlis, & personarum acceptio non est apud Deum. *Paul epist. ad Ephes.c.6. in prin.*

CAP. VI.

Filij obedite parentibus per omnia: hoc enim placitum est Domino. Patres nolite ad indignationem prouocare filios vestros; vt non pusillo animo fiant. Serui obedite per omnia dominis carnalibus non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes; sed in simplicitate cordis timentes Deum. *Idem in epist. ad Colos.c.3. in fine.*

CAP. VII.

Seruos dominis suis subditos esse, in omnibus placentes, non contradicentes, non fraudantes; sed in omnibus fidem bonam ostendentes: vt doctrinam Saluatoris nostri Dei ornent in omnibus. *Idem epist. ad Titum c.2. post princip.*

CAP. VIII.

Serui subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis, & modestis, sed etiam dyscolis. Hæc est enim gratia, si propter Dei conscientiam sustinet quis tristitias, patiens iniuste. *Petrus ep.1.c.2. ante fin.*

CAP. IX.

Domini à seruis ferendi sunt, vt sub exercitatione tolerantiæ, sustineantur temporalia, sperentur æterna. *Zephyr. epist.1. ante f.*

CAP. X.

Semper illud Pauli præ oculis habeatur salubris admonitionis dicentis: Domini, quod iustum est, & æquum, seruis præstate scientes, quoniam & vos dominum habetis in cœlo; & alibi, cum seruis, vt obedirent dominis carnalibus, præcepisset, adiunxit; Scientes inquiens, quod vnusquisque vestrum, quodcumque fecerit bonum, hoc consequetur à Domino siue seruus, siue liber, &c. *Nicol. ad consul. Bulgaror. c.21.* *Colos. 4. a.* *Ephes. 6. b.*

CAP. XI.

Patres à filiis honorari, non solũ diuinis, verum etiam humanis legibus præcipitur. *Nicol. in epist. ad Mich. Imper. ante med.* *Exo. 20. b.*

CAP. XII.

Si quis religionis prętextu docuerit seruum, vt non obediat domino, & vt separetur à ministrando: neque cum benignitate ministret, anathema sit. *Gang. c.3. Mart. Brac. 47. Burch. lib. 8. c.25. & lib.11. c.62. Iuo par.7. c.45. & par.13. c.48. & par.16. c.402. decr.* *17. q.4. si quis alienum. 37. 38.*

CAP. XIII.

Si qui liberi separentur à parentibus maxime fidelibus pietatis prætextu, neque debitum honorem parentibus præbeant, venerantes eorum religionem: anathema sint. *Gang. c.16. Iuo par.8. c.319. decr.* *Dist. 30. si qui filij. c.1.*

CAP. XIV.

Admonendi sunt fideles sanctæ Dei Ecclesiæ, vt filios suos, & filias suas doceant parentibus obedientiam exhibere, dicente Domino: Fili honorifica patrem tuum. Nam & ipsi se parentes erga filios suos, ac filias suas modeste debent agere, dicente Apostolo: Et vos parentes nolite ad iracundiam prouocare filios vestros. Nam & hoc dicendum est eis, vt si illi genitali affectu parcere velint iniuriis filiorum, non has impune Dominus *Eccl. 7. c.* *Ephes. 6. a.*

finir, nisi forre digna pœnitentia exhibeatur, & quia leuius est filius, parentum quælibet flagella suscipere; quam Dei itam incurrere. *Theodulph. ad Presbyt. r. Aureli. c. 33.*

De seruis, & libertis non ordinandis. Tit. XX.

Vide infra volumine secundo, vbi agitur de sacramento ordinationis.

Quo pacto serui possint effici monachi. Tit. XXI.

Vide posita libro nono titulo duodecimo; quibus adde cap. vnic.

c. 1. de regul. Gre. ix. & c. 3. eo. tit. in 1. coll.

DE cleticis hoc statuimus; vt ij, qui hactenus inuenti sunt, siue in canonico, siue in monachico ordine tonsurati sine eorum voluntare; si liberi sunt, vt ita permaneant. Et deinceps cauendum, vt nullus tondearur sine legitima ætate, & spontanea voluntate, vel cum licentia domini sui. *Magunt. c. 23.*

Quomodo manumitti possint serui Ecclesiæ. Tit. XXII.

CAPVT I.

SI (*Episcopus*) de seruis Ecclesiæ libertos fecerit numero competenti, in ingenuitate permaneant, ita vt ab officio Ecclesiæ non recedant. *Aurel. iv. c. 9.*

Cap. II.

Si res præcessoris tui Gaudentij Episcopi Ecclesia vestra non possidet; liberi, qui ab eo facti sunt, non sunt legitime absoluti. Cæterum si res illius in compensationem Ecclesiæ vestræ deseruiunt; illi prorsus maneant liberi. Nam vt dictum est, si præstitum de rebus suis non fecit, tale † damnum ferre † non debuit. Propterea ergo de vno consensu omnes significamus, magis humanius, quam seuerius cogitantes; vt hi, quos constat tali conditione fuisse liberatos, in iute Ecclesiæ maneant, vt idonei: & peculium suum non aliis personis, sed tantum filiis suis derelinquant. Ipsis quoque filiis, & nepotibus cum peculiis ipsorum quasi idoneis, in iure Ecclesiæ permanentibus, in extraneam eis non liceat personam quippiam transmittere. Si qui eorum sine hærede decesserint, peculium eorum sanctæ proficiat Ecclesiæ. *Hispalen. c. 1.*

† Ecclef. † inferre.

Cap. III.

Ea vero mancipia, quæ memoratus de iure Ecclesiæ sublata suis proximis contulit, si similia de proprio suo Ecclesiæ ipsi non compensauit; Ecclesia vestra absque aliqua oppositione recipiat, &c. Durum est enim, atque irreligiosum; vt Episcopus, qui Ecclesiasticis stipendiis viuit, & proprietatem suam lucris Ecclesiæ minime conferr, aliorum oblationes à iure Ecclesiastico priuet. *Hispalen. c. 2.*

Cap. IV.

Episcopi, qui nihil ex proptio suo Ecclesiæ Christi compensauerunt, diuinam sententiam metuant, & libertos ex famili Ecclesiæ ad condemnationem suam facere non præsumant. Impium est enim, vt qui res suas Ecclesiæ Christi non contulerit, damnum inferat, & ius Ecclesiæ alienare contendat. Tales ergo libertos successor Episcopus absque aliqua oppositione ad ius Ecclesiæ reuocabit; quia eos non æquitas, sed improbitas absoluit. *Tolet. iv. cap. 66. Burch. lib. 3. c. 189. Ivo par. 3. c. 249. decr.*

12. q. 2. c. si c. 39. de reb. Ecclesia. c. 4. Gre. ix. & c. 5. eo. tit. 1. collect.

Cap. V.

Episcopus, qui mancipium iuris Ecclesiæ non retento Ecclesiastico patrocinio manumitti desiderat; duos menti eiusdem, & peculij coram concilio Ecclesiæ, cui præeminet, per commutationem subscribentibus sacerdotibus offerat; vt rata, & iusta maneatur definitio commutantis. Tunc enim liberam manumissionem sine patrocinio Ecclesiæ concedere poterit; quia enim, quem libertati tradere disponit, iam iuri proprio acquisiuit. Huiusmodi autem liberto aduersus Ecclesiam, eumis iuris extitit, accusandi, vel testificandi denegetur licentia. Quod si præsumpserit; placet, vt stante commutatione in seruitutem propriam reuocetur, cui nocere conatur. *Tolet. iv. c. 67. Burch. lib. 3. c. 176. Ivo par. 3. c. 237. & par. 16. c. 65. decr.*

12. q. 2. c. 58.

Cap. VI.

Sacerdotes, qui aut res suas Ecclesiæ relinquunt, aut nihil habentes, aliqua tamen prædia, aut familias Ecclesiis suis conquirunt: licebit illis aliquos de familiis eiusdem Ecclesiæ manumittere, iuxta rei collatæ modum, quem antiqui canones decreuerunt; ita vt cum peculio, & posteritate sua ingenui sub patrocinio Ecclesiæ maneant, vtilitates iniunctas sibi, iuxta quod potuerint, prosequentes. *Tolet. iv. c. 68. Burch. lib. 3. c. 177. Ivo par. 3. c. 238. decr.*

De reb. Eccles. c. 3. Gre. ix. & in 1. coll.

Cap. VII.

Multi sacerdotes, prout illius concessit diuina gratia, habent, vnde canonicum ordinem impleant, & sic libertos faciant, & sunt multi, qui nihil habentes ad hanc gratiam veniunt, & sic libertos facere præsumunt: tales libertos regula canonica esse non iubet stabilitos, &c. Placuit huic sanctæ synodo, vt quisquis digne iuxta canonicam regulam libertus fuerit factus, in libertate maneat, & à patrocinio Ecclesiæ ipse, aut posteritas eius numquam discedat. Quisquis vero, non vt ordo canonicus poscit, libertus fuerit factus, quamuis prolixitas temporis in scripturæ suæ textu inueniatur; quia à seruitio Ecclesiæ numquam visus est abscessisse, & canonica sententia rescindi iubet talem libertatem; ille, & posteritas omnis eius in

seruitio permaneat sanctæ Ecclesiæ, cui deuincti manent per veram originem; illos vero per omnia stabilitos in libertate esse statuimus, qui ab his Episcopis liberi sunt, vel fuerunt facti, qui de suo bona plurima sanctæ Ecclesiæ, in qua præsident, per suæ scripturæ textum cognoscuntur contulisse. Et hi quamlibet iubeantur esse stabiles, nullo modo recidendi sunt à patrocinio sanctæ Ecclesiæ, &c. Hæc forma est Presbyteris seruanda; quicumque voluntate Episcopi sui iuxta canonicam regulam de familia suæ Ecclesiæ libertos facere voluerint. *Emerit.c.20.*

CAP. VIII.

Non est dubium, à sanctis Patribus definitum fuisse, vt omnes liberti, qui ab Episcopis ex propriis familiis Ecclesiæ manumissionis gratia titulantur, post decedentis Episcopi obitum, mox vt alius peruenerit Episcopus, infra anni spatium libertates suas repræsentent: quo secundum canonis sententiam per suas professiones debitam originis suæ conditionem agnoscant. Sed quia ita speciali modo sancta decreuit synodus; vt si ipsi liberti infra anni spatium superuenienti suo Pontifici chartulas libertatis suæ præsentare neglexerint, protinus eos in pristinam seruituris redigant conditionem, &c. Quia ergo comperimus, quosdam Pontifices, potius lucra sua ampliare studentes, quam de mercedis opere Domino placentes, liberos, quos ex familia Ecclesiæ à suis prædecessoribus inueniunt, pro eo quod chartulas libertatis suæ infra consultum tempus non repræsentant, statim eos in propriam seruitutem redigere. Vnde hoc pietatis studio, generali modo subrogamus beneficium; vt si iidem liberti forsitan ignorauerint ordinem canonum, aut certe, vt assolet fieri, ad præsentandas libertates suas tepuerint; ipsius Pontificis sollicitudo, (*qui*) mox in sedem sibi creditam successerit, per clerum, aut domesticos perquirere procurabit, quos decedentes Episcopi de familiis Ecclesiæ manumissionis gratia titulauerint: vt eosdem Pontifice præmonente ipsi liberi chartulas libertatis suæ repræsentent: qualiter nec liberti Ecclesiæ de institutione canonum ignorantes se esse perhibeant, nec sacerdotis callida voluntas patescat; vnde contra ordinem reducantur manumissi ad originem seruitutis. Quos, si Pontifice præmonente, contempserint infra anni spatium suas libertates propriæ sedis Episcopo pandere; licitum sit ei secundum canonum sanctiones, in iure Ecclesiæ suæ reducere seruituros. *Cæsar august. iij.cap.4.*

Liberti Ecclesiæ semper sunt addicti ipsi Ecclesiæ, cuius fuerunt serui, & omnes eorum posteri.
Tit. XXIII.

CAPVT I.

De libertis, si qui Presbyteri, vel diaconi ab Episcopis facti sunt, secundum modum, quo canones antiqui dant licentiam; sint liberi, tamen à patrocinio Ecclesiæ, tam clerici, quam ab eis progeniti non recedant. Ab aliis quoque libertati traditi, & Ecclesiis commendati, patrocinio Episcopi colligantur; & ne cuiquam donentur, à Principe hoc Episcopus postulet. *Tolet. iij.c.6.* 12.q.2.c.63.

CAP. II.

Liberti Ecclesiæ, quia numquam moritur eorum patrona, à patrocinio eiusdem numquam discedant, nec posteritas quidem eorum, sicut priores canones decreuerunt. Ac ne forte libertas eorum in futura prole non pateat; ipsaque posteritas naturali ingenuitate obnitens, sese ab Ecclesiæ patrocinio non subtrahat, necesse est, vt tam hi liberti, quam ab eis progeniti professionem Episcopo suo faciant, per quam ex familia Ecclesiæ libertos effectos se esse fateantur, eiusque patrocinium non relinquant, sed iuxta virtutem suam obsequium ei, vel obedientiam præbeant. *Tolet.iv.c.69. Burch.lib.3.c.185. Inopar.3. c.245. decr.* 12.q.2.c.65.

CAP. III.

Ecclesiæ liberti, eorumque progenies, eidem Basilicæ, de qua libertatis gratiam meruerunt, obsequia prompta, sinceraque parabunt: qui sicut hoc in obsequio pro possibilitate sui, quod vtiles ingenui dabunt; ita quoque in emendatione culparum, quod inutiles ingenui sustinebunt. *Tolet.ix.c.15*

Quibus de causis liberti Ecclesiæ in seruitutem reuocentur.
Tit. XXIV.

CAPVT I.

Libertos, quos (*Episcopi*) sacerdotes, vel diacones de Ecclesia sibi commissa facere voluerint, actus Ecclesiæ prosequi iubemus. Quod si facere contempserint, placuit eos ad proprium reuerti seruitium. *Agath.cap. 49. Inopar.3.c.161. decr.* 12.q.2.c.35.diacones.

CAP. II.

Libertorum status, qui contra Episcopum suum, vel patronam Ecclesiam nituntur, decidi potius, quam conseruari conuenit: vt quorum libertas perniciosa est, sit salutifera seruitus: & qui superbire nouerint adepta libertate prædiri, discant obedire subiecti. *Hispal.ij.c.8.in fine.* 12.q.2.c.61.Adeo.

CAP.

Cap. III.

12.q.2.c. 58. Epist. cap. qui. Liberto, aduersus Ecclesiam, cuius iuris extitit, accusandi, vel testificandi denegetur licentia. Quod si præsumpserit, placet vt stante commutatione, in seruitutem propriam (*eius*) reuocetur, cui nocere conatur. *Toletan. iv. cap. 67. in fine. Burchar. lib. 3. c. 176. Iuo par. 3. c. 237. & par. 16. c. 65. decr.*

Cap. IV.

12. q. 2. c. 61. Liberti Ecclesiæ, qui à patrocinio eius discedentes quibuslibet personis adhæserunt, si admoniti redire contempserint, manumissio eorum irrita sit; quia per obedientiæ contemptum ingrati actione tenentur. *Tolet. iv. c. 70. Burch. lib. 3. c. 184. Iuo par. 3. c. 244. decr.*

Cap. V.

De seru. non ordi. c. 3. Gre. ix. & c. 4. eo. tit. in 1. coll. De familiis Ecclesiæ constituere Presbyteros, & diacones per Parochias liceat, quos tamen vitæ rectitudo, & probitas morum commendat. Ea tamen ratione, vt antea manumissi libertatem status sui percipiant, & denuo ad Ecclesiasticos honores succedant, &c. Quidquid autem talibus, aut per libertatem concessum, aut successione extiterit datum, aut à quolibet quoquo modo collatum, non licebit eis quippiam inde in extraneas personas transmittere; sed omnia ad ius eius Ecclesiæ, à qua manumissi sunt, post eorum obitum pertineant. His quoque, sicut & cæteris Ecclesiæ libertis accusandi, vel testificandi aduersus Ecclesiam aditus intercluditur. Ad quod si aspirauerint, non solum libertatis beneficio careant; sed etiam honoris gradu, quem non dignitate naturæ, sed temporis necessitate promeruerunt. *Tolet. iv. c. 73.*

Cap. VI.

12. q. 2. c. 64. Longinquitate sæpe fit temporis, vt non pateat conditio originis: vnde iam decretum est in anteriori vniuersalis concilij canone, vt professionem suam liberti Ecclesiæ debeant facere, &c. qui profiteantur se & de familiis esse Ecclesiæ, & Ecclesiæ obsequium numquam relicturos. His adiicimus, vt quotiens cursum vitæ sacerdos impleuerit, omnes liberti Ecclesiæ, vel ab eis progeniti, chartulas suas in conspectu omnium debeant ipsi, qui substituitur, Pontifici publicare, & professiones suas in conspectu Ecclesiæ renouare; quatenus status sui vigorem obtineant & obedientia eorum Ecclesia non careat. Si autem aut scripturas libertatis suæ intra annum ordinationis noui Pontificis manifestare contempserint, aut professiones renouare noluerint; vacuæ, & inanes chartulæ ipsæ remaneant, & illi origini suæ redditi sint perpetuo serui. *Tolet. iv. c. 9.*

Cap. VII.

Decet, vt hi, quorum parentes titulum libertatis de familiis Ecclesiæ perceperunt, intra Ecclesiam, cui obsequium debent, causa eruditionis enutriantur. Contemptus quippe est patronorum, si ipsis neglectis, aliis ad educandum detur progenies manumissorum. Itaque censemus; vt sine status sui præiudicio, ab Episcopo habeantur in doctrinæ obsequio; quatenus & illi debitum reddant famulatum, & nullum patiantur suæ ingenuitatis detrimentum. Eos vero, qui aliter, quam sententia nostra decreuerit, agere tentauerint; inuitos iubemus ab Episcopis ad hoc ipsum reduci. Quod si forte parentes eorum eos Pontificibus suis dare contempserint, & alios sibi patronos adoptauerint; ingratorum libertorum lege feriantur. *Tolet. vi. c. 10.*

De coniugio seruorum, & libertorum. Tit. XXV.

CAPVT I.

QVæcumque mancipia sub specie coniugij ad Ecclesiæ confugerint septa, vt per hoc credant posse fieri coniugia: minime eis licentia tribuatur, nec talis coniunctio à clericis defensetur; quia probatum est; vt sine legitima traditione coniuncti, pro religionis ordine statuto tempore ab Ecclesiæ communione suspendantur; ne in sanctis locis talis coitus misceatur. De qua re decernimus; vt parentibus, aut propris dominis, prout ratio poscit, personarum accepta fide restituti, sub separatione promissioni reddantur. Postmodum tamen à parentibus, atque dominis libertate concessa, si voluerint, eos propria voluntate coniungant. *Aurel. iv. cap. 23.*

Cap. II.

Cunctis Ecclesiarum libertas, tam viris, quam fœminis, eorumque propagini interdicitur iudicio generali; ne deinceps causa cōnubij, aut Romanis ingenuis copulentur, aut Gotthis. Quod si hoc factum quandoque patuerit; permixtione tali genita proles numquam merebitur ius debitæ dignitatis; nec Ecclesiæ vmquam carebit obsequiis, cuius beneficio donum meruisse noscitur libertatis. *Tolet. ix. c. 13.*

Cap. III.

Si contingat quemcumque de libertis Ecclesiæ, eorumque prosapiæ contra primæuas, modernasque Patrum regulas aut Gotthis, aut Romanis ingenuis copulari; tam illis, quam eorum stirpi non licebit ab Ecclesiæ patrocinio euagari: sed ad debita obsequia reuerti cogendi sunt; aut si redire noluerint, quæcumque vel parentes eorum, vel ipsi ab Ecclesia sunt adepti, vel in eius patrocinio visi sunt conquisisse, insistente Pontifice, in ditionem propriæ reducantur Ecclesiæ. *Tolet. ix. cap. 14.*

Cap. IV.

Dictum nobis est, quod quidam legitima seruorum matrimonia, potestatiua quadā præsumptione dirimant, non admittentes illud Euangelicū. Quod Deus coniunxit, homo nō *29. q. 2. c. vlt. Matth. 19. a.*

separet. Vnde nobis visum est, vt coniugia seruorum non dirimantur, etiam si diuersos dominos habeant, sed in vno coniugio permanentes dominis suis seruiant. Et hoc in illis obseruandum est, vbi legalis coniunctio fuit, & per voluntatem dominorum. *Cabilon. sub Carolo c.30. Capitul. lib.7.c.55. in addit. Burch. lib.9.c.26. Iuo lib.6.tit.2.c.5. panor. & par.8.c.54. & 167. & par.16.c.335. decr.*

Cap. V.

Statuimus, & libere iudicamus; vt quisquis liber libertam, hoc est, ex ancilla per manumissionem, & Regalem largitionem liberam factam, legitime in matrimonium duxerit, vlterius habere debebit tanquam vnam ex nobili genere progenitam, excepta fornicationis causa, & quamdiu illa viuat, nullam aliam accipiat, &c. *Tribur. c.38. Vid. Leon. ep.90. cap.4.*

De manumissis in Ecclesia. Tit. XXVI.

CAPVT I.

DE manumissionibus sane in Ecclesia dicendis, si id nostri consacerdotes per Italiam facere reperiuntur, nostræ etiam erit fiduciæ istorum ordinem sequi; data plene licentia misso legato; vt quæcumque digna fide pro statu Ecclesiæ, & salute animarum agere potuerit, nos laudabiliter in conspectu Domini accepturos, &c. Ab vniuersis Episcopis dictum est: Omnibus placent hæc. *Carth. c.65. G. Afr.31. L. Magunt. sub Raba. c.9.*

Cap. II.

Item placuit, vt de manumissionibus in Ecclesia celebrandis, ab Imperatore petatur. *Carth. c.83. G. Afr.49. L.*

Cap. III.

Dist.87. c.6. in fin. In Ecclesia manumissos, & per testamentum Ecclesiæ commendatos, si quis in seruitutem, vel obsequium, vel ad colonariam conditionem imprimere † tentauerit; animaduersione Ecclesiastica coërcebitur. *Arauf. c.7. Burch. lib.3.c.187. Iuo lib.2. tit.9.c.3. panor. & par.3.c.154. & 247. decr.* († reuocare.)

Cap. IV.

Comperimus eos, qui in Ecclesiis iuxta consuetudinem à seruitio fuerint absoluti, pro libito quorumcumque iterum ad seruitium reuocari: impium esse tractauimus, &c. quæcumque mancipia ab ingenuis dominis seruitute laxantur, in ea libertate maneant, quam tunc à dominis perceperunt. Huiusmodi quoque libertas, si à quocumque pulsata fuerit, eum iustitia ab Ecclesiis defendatur; præter eas culpas, pro quibus leges collatas semis libertates reuocare iusserunt. *Aurel. v. cap.7.*

Cap. V.

Indignum est, vt ij, qui in sacrosancta Ecclesia iure noscuntur legitimo manumissi, aut per epistolam, aut per testamentum, aut per longinquitatem temporis libertatis iure fruuntur, ne à quolibet iniustissime inquietentur. Vniuersa sacerdotalis congregatio dixit: Iustum est, vt contra calumniatorum omnium versutias defendantur, qui patrocinium immortalis Ecclesiæ concupiscunt, &c. *Matisc. ij. c.7.*

Communia de seruis, & libertis Ecclesiæ, & aliorum. Tit. XXVII.

CAPVT I.

SI quos de seruis Ecclesiæ bene meritos sibi Episcopus libertate donauerit, collatam à successoribus libertatem placuit custodiri; cum hoc, quod eis manumissor in libertatem contulerit: quod tamen iubemus viginti solidorum numeri modum in terrula, vel vineola, vel hospitiolo tenere, &c. *Agath. c.7. Iuo par.16.c.50. decr.* 12.q.2.c.57.

Cap. II.

Libertos legitime à dominis suis factos Ecclesia, si necessitas exegerit, tueatur. Quos si quis ante audientiam aut peruadere, aut spoliare præsumpserit, ab Ecclesia repellatur. *Agath.29. Iuo lib.2.tit.9.c.1. pano. & par.3.c.159. & par.16.c.15. decr.* Dist.87. c.7.

Cap. III.

Fugitiui domos suas, aut familias deserentes, qui etiam si reuocati fuerint, &c. ab Episcopo, si voluerit, aut si ita illi meruerint, distrahantur. *Agath.46. Cæsar. lib.7.c.78.* 12.q.2.c.54.

Cap. IV.

Mancipia monachis donata, ab Abbate non liceat manumitti. *Agath. c.56. Epaun. c.8.*

Cap. V.

De genere seruili id decreuimus obseruandum, vt descendens inde posteritas, vbicumque quamuis post longa spatia temporum reperiatur in loco, cui auctores eius constat fuisse depositos, studio sacerdotis in ea, quæ constituta est à deuotis conditione, permaneat. Cui præcepto si quis sæcularium humanæ cupiditatis impulsu crediderit obuiandum, quousque se corrigat, ab Ecclesia suspendatur. *Aurel. iv. c.31.*

Cap. VI.

De degeneribus seruis, qui sepulchris defunctorum pro qualitate ipsius ministerij deputantur, hoc placuit obseruari; vt sub qua ab auctoribus fuerint conditione dimissi, siue hæredibus, siue Ecclesiæ pro defensione fuerint deputati; voluntas defuncti circa eos in omnibus debeat conseruari. Quod si Ecclesia eos de fisci functionibus in omni parte defenderit; tam illi, quam posteri eorum Ecclesiæ defensione in omnibus potiantur, & occursum impendant. *Paris. c.9.*

Cap. VII.

Innuente, & consentiente domino Reccaredo Rege id præcepit sacerdotale con-

cilium; vt clericos ex familia fisci nullus audeat à Principe donatos expetere: sed tradito capitis sui tributo, Ecclesiæ Dei, cui sunt alligati, vsque dum viuunt, regulariter administrent. *Tolet.iv.c.8.*

CAP. VIII.

Dist. 87. c. 8. Liberti Ecclesiæ, qui à quibuscumque manumissi sunt, & Ecclesiæ patrocinio commendati existunt; sicut regulæ antiquorum Patrum constituerunt, sacerdotali defensione à cuiuslibet insolentia protegantur, siue in statu libertatis eorum, siue in peculio, quod habere noscuntur. *Tolet.iv.c.71.Burch.lib.3.c.186. Iuo lib.2.tit.9.c.2.panor.& par.3.c.246.& par.16. c.52.decr.*

CAP. IX.

Dist. 54. c. 5. Quicumque libertatem à dominis suis ita percipiunt, vt nullum sibi in eis obsequium patronus retentet: isti si sine crimine capitali sunt, ad clericatus ordinem liberi suscipiantur; quia directa manumissione absoluti noscũtur. Qui vero retento obsequio manumissi sunt; pro eo quod adhuc patrono seruituti renentur obnoxij, nullatenus sunt ad Ecclesiasticum ordinem promouendi; ne quando voluerint eorum domini, fiant ex clericis serui. *Tolet.iv.c.72.Burch.lib.2.c.25.Iuo lib.3.tit.5.c.5. panor.& par.6.c.126.decr.*

CAP. X.

15. q. 8. cũ multæ. c. 3. Filij subdiaconorum, & superiorum hæreditatem parentum non accipiunt, & in seruitutem eius Ecclesiæ, de cuius sacerdotis, vel ministri ignominia nati sunt, iure perenni manebunt. *Tolet.ix.c.10.Iuo par.6.c.425.decr.*

CAP. XI.

Dist. 54. c. 4. Qui ex familiis Ecclesiæ, seruituri deuocantur in clerum, ab Episcopis suis libertatis, necesse est, vt percipiant donum: & si honestæ vitæ claruerint meritis, tunc demum maioribus fungantur officiis. Quos vero flagitij sordidauerit incorrigibilis noxa, perpetua seruitus conditionis religet in cathenam. *Tolet. ix.c.11.Iuo par.6.c.373.decr.*

CAP. XII.

Si sacerdos libertatem seruis Ecclesiæ conferre voluerit, non à die confectionis scripturæ, tempus annorum computatum tenebit; sed ex eo, cum eum, qui scripturam confecit, verius obiisse constiterit. *Tolet. ix.c.12.*

CAP. XIII.

Libertis Ecclesiæ, eorumque propagini, ex omnibus, quæ de iure Ecclesiæ noscuntur habere, nihil licebit in extraneum dominum trãsactione quacumque deducere: sed si ex his quælibet vendere fortasse voluerint; sacerdoti eiusdem Ecclesiæ offerant conuenienter emenda, earumque pretia rerum, vt eis placuerit, aut dispensent, aut habeant. Nam & in dominium partis alterius, rei suæ censum nullo modo transire permittimus. Suis ergo filiis, vel propinquis, eiusdem Ecclesiæ vel seruitio, vel patrocinio subiugatis, quæcumque vendere, vel donare voluerint, aditus omnino patebit. *Tolet.ix.c.16.*

CAP. XIV.

Pietatis est maximæ, & religionis intuitus, vt captiuitaris vinculum omnino à Christicolis redimatur, &c. Nullus mancipium extra fines, vel terminos, qui ad regnum Clodouei Regis pertinent, penitus debeat venundare; ne, quod absit, per tale commercium, aut captiuitaris vinculo, vel quod peius est, Iudaicæ seruituti mancipia Christiana teneantur implicita. *Cabilo.9.*

CAP. XV.

Seruos, qui à suis dominis manumittuntur sub tribus testibus frui honore decernimus, qui præsentes libertati vires, & fidem adserent. *Trull.c.86.*

CAP. XVI.

Propter peccatum primi hominis humano generi pœna diuinitus illata est seruitutis; ita, vt quibus aspicit non congruere libertatem, his misericordius irroget seruitutem, &c. Quantum attinet ad rationem, non est personarum acceptio apud Deum, qui mundi eligit ignobilia, & contemptibilia, & quæ non sunt, vt ea, quæ sunt, destrueret; ne glorietur omnis caro, hoc est, carnalis potentia cum illo. Vnus enim Dominus æqualiter, & dominis fert consultum, & seruis. Melior est subiecta seruitus, quam elata libertas. Multi enim inueniuntur Deo libere seruientes sub dominis constituti flagitiosis; qui etsi subiecti sunt illis corpore, prælati tamen sunt mente. *Isidor.lib.3.de summ.bono cap.47.apud Aquisgran. cap.104.* *Ephes.6.b. Coloss.3.d. 1.Cor.1.d.*

CAP. XVII.

Meminisse debent, qui res Ecclesiæ, atque familiam sub manu sua habent, non eos debere seuere, & crudeliter cum eis agere; sed cogitare, quia vtrorumque dominus est in cœlis: & consuetum, atque antiquum ab eis seruitium exigant, nihil superaddentes. *Aquisgr, y.sub Ludou.par.vlt.c.20.*

CAP. XVIII.

Serui Ecclesiarum, quibuscumque potestatibus subditi, vnde melior consuetudo, vel deuotior commendatio ex tempore, & iussione domini Ludouici, vel certe domini Caroli, siue etiam Pipini non existit, saltem xx. diebus in anno, eidem Ecclesiæ ad reficiendas ipsius ruinas absque molestia seruire sinantur, &c. *Meld.62.*

Communia de laicis.
Tit. XVIII.

CAPVT I.

Præcipimus tam diœcesanis Episcopis, quam personis, quæ præerunt capitulis celebrandis, vt per censuram Ecclesiasticam appellatione remota compescant aduocatos, patronos, vicedominos, rectores, & Consules, magnates, & milites, seu quosli- *De stat. monac.7. Greg.ix. c.1.tit. in 4. collect.*

bet alios; ne monasteria præsumant offendere in personis, ac rebus, & si forsitan offenderint, eos ad satisfactionem compellere non omittant, vt liberius, & quietius omnipotenti Deo valeant famulari. *Ian.iij.in conc.gen. Later.c.12.in fine.*

CAP. II.

Si quis clericus, aut laicus à communione suspensus, seu non communicans, ad aliam properet ciuitatem, & suscipiatur sine commendatitus litteris, & qui susceperunt, & qui susceptus est, communione priuentur. Excommunicato vero proteletur ipsa correptio, tanquam qui mentitus sit, & Ecclesiam Dei seduxerit. *Ap.c.12.13.G.13.L.Capit.lib.1.c.3.*

CAP. III.

Dist.45. Episc.7. Fideles peccantes, vel infideles delinquentes verberans, vt ab eis timeatur, Episcopus Presbyter, diaconus, deponatur. *Ap.c.27.G.28.L.Anscl.lib.6.c.159.*

CAP. IV.

Dist.38. c. vlt. Nullus propter opprobrium senectutis, aut iuuentutis, vel nobilitatem generis, à paruulis; & minus eruditis, si quid forte est vtilitatis, aut salutis, inquirere negligat, &c. *Clem. epist.3.post prin.*

CAP. V.

Magistratum anno, quo agit Duumuiratum, prohibere placet, vt se ab Ecclesia cohibeat. *Elib.c.56.*

CAP. VI.

Ne fœminæ suo potius, quam maritorum nomine, laicis scribere audeant, qui fideles sunt; vel litteras alicuius pacificas, ad suum solum nomen scriptas, accipiant. *Elib.c.81.*

CAP. VII.

De Præsidibus, qui fideles ad Præsidatum impetu prosiliunt, ita placuit; vt cum promoti fuerint, litteras accipiant Ecclesiasticas communicatorias; ita tamen, vt quibuscumque locis gesserint, ab Episcopo eiusdem loci cura de illis agatur; vt cum cœperint contra disciplinam publicam agere, tunc demum à communione excludantur. Similiter & de his fiat, qui remp. agere volunt. *Arel.i.c.7.*

CAP. VIII.

Dist.30. quæcumque c.2. Si qua mulier propter diuinum cultum, vt æstimat, crines attondeat, quos ei Deus ad subiectionis materiam tribuit; tamquam præceptum dissoluens obedientiæ, anathema sit. *Gan. cap.17. Burch. lib.8.c.62. Iuop.7.c.80.& par.8.c.320.acc.Cæsar.lib.9.c.54.*

CAP. IX.

Dist.30. hæc, in fine.c.16. Diuitias cum iustitia, & benignitate † non reiicimus. *Gan.in fine. Iuopar.8.c.321.decr.*

† operib. bonis.

CAP. X.

Clericus, vel laicus non communicet in aliena plebe, sine litteris Episcopi sui. *Carth.i.c.7.*

CAP. XI.

Dist.71. nullum, c. vlt. Nullus peregrinorum sine pacificis suscipiatur epistolis. *Antioch.c.7.Aquisgr.49. Capit.lib.1.c.3. Burch.lib.2.c.137.& 138. Iuopar.6.c.211.& 212.decr.& lib.3.tit.5.c.24.& 25.panor.*

CAP. XII.

Non oportere quemquam Christianorum cogi ad spectacula (*theatrorum, cæterorumque ludorum*) maxime quia in his exercendis, quæ contra præcepta Dei sunt, nulla persecutionis necessitas à quoquam adhibenda est, sed, vti oportet, homo in libera voluntate subsistat sibi diuinitus concessa. Corporatorum enim maxime periculum considerandum est, qui contra præcepta Dei magno terrore coguntur ad spectacula conuenire. *Afr.c.28.L.Carth.62.G.*

CAP. XIII.

Vt qui ludricam artem exercuerunt, si Christiani fiant, non cogantur ad eam redire: petatur ab Imp. *Afri.c.30.L.Carth.64.G.*

CAP. XIV.

Admonendi sunt domini subditorum, vt circa suos pie, & misericorditer agant; nec eos qualibet iniusta occasione condemnent, non vi opprimant, non illorum substantiolas iniuste tollant, nec ipsa debita) quæ à subditis reddenda sunt, impie, ac crudeliter exigantur; *Turo.sub Carolo c.49.Capitul.lib.2.c.44.*

CAP. XV.

Quia constat in Ecclesia diuersarum conditionum homines esse, vt sint nobiles, & ignobiles, serui, coloni, inquilini, & cætera huiuscemodi nomina oportet, vt quicumque eis prælati sunt, clerici siue laici, clementer erga eos agant, & misericorditer eos tractent, siue in exigendis ab eis operibus, siue in accipiendis tributis, & quibusdam debitis; sciantque, eos fratres suos esse, & vnum secum habere patrem Deum, cui clamant; Pater noster, qui es in cœlis: vnam matrem sanctam Ecclesiam *Mat.6.4.* quæ, eos intemerato sacri fontis vtero gignit. Disciplina igitur eis misericordissima, & gubernatio opportuna adhibenda est; disciplina, ne indisciplinate viuendo, auctorem suum offendant; gubernatio, ne in quotidianis vitæ commeatibus Prælatorum adminiculo destituti fatiscant. *Cabil.sub Carolo c.51.*

CAP. XVI.

Laici in eorum ministerio obediant Episcopis ad regendas Ecclesias Dei, viduas, & orphanos defensandos, & vt obedientes sint eis, ad eorum Christianitatem seruandam. Et Episcopi consentientes sint Comitibus, & iudicibus ad iustitias faciendas, &c. *Magun.c.8.*

CAP. XVII.

Lex Christi non specialiter clericis, sed generaliter cunctis fidelibus est à Deo attributa: licet in Euangelio quædam sint præcepta specialia, quæ solummodo contemptoribus mundi, & Apostolorum sectatoribus conueniant; cætera tamen cunctis fidelibus, vnicuique scilicet in ordine, quo se Deo seruire deuouit, indissimulanter obseruanda censentur. *Parisien.sub Lud.& Lotha.lib.2.c.7.in prin.*

CAP. XVIII.

Christiani modo dissimiles sunt iis, qui Apostolorum tempore floruerunt; longe enim illi pietate, misericordia, aliisque virtu-

tibus præstabant nunc autem magna ex parte auaritia, aliisque vitiis abundant. *Parisien. d. c. 7. post prin.*

C A P. XIX.

Illud cunctis volentibus confirmatum est, vt qui disciplina Ecclesiastica noxij, siue ingenui siue serui, coërcentur, nulli audeant eos rueri, & vindictam eorum in quoslibet ad potestatem Episcoporum pertinentium retorquere, &c. *Synod. apud B. Medardum c. 7.*

LIBER VNDECIMVS,

De Hæreticis, & Apostatis, & Schismaticis.

NE QVISQVAM DE FIDE CATHOLICA disputet in turba: neve symbolum fidei componat.

TITVLVS PRIMVS.

CAPVT I.



CONSTITVIT sanctum concilium; vt nemini liceat aliam fidem proferre, conscribere, vel componere, quam eam, quæ præstituta, ac præscripta est à sanctis Patribus, qui Nicææ in Spiritu sancto coacti fuerunt. Qui autem audeant aliam fidem vel componere, vel producere, vel proferre volentibus conuerti ad agnitionem veritatis siue ex Gentilitate, siue ex Iudaismo, siue ab alia qualicumque secta; si quidem Episcopi, vel clerici sint, ab Episcopatu, & à clero remoueantur, ac prohibeantur: sin autem laici sint, anathemate percellantur. *Ephes. c. 7. refertur act. 1 concil. Chalced. post cap. 11. eiusd. Ephes.*

C A P. II.

Decreuit sancta, atque vniuersalis hęc synodus, aliam fidem nemini licere proferre, siue conscribere, aut exponere, vel sentire, vel aliter tradere. Sed eos, qui audent vel componere aliam fidē, vel proferre, vel docere, vel tradere aliud symbolum volentibus ad cognoscendam se conuertere veritatem ex ritu Pagano, siue Iudaico, vel qualicumque hæretico: eos, siquidem Episcopi, siue clerici sunt, alienos esse Episcopos ab Episcopatu, & clericos à clero; quod si monachi, vel laici fuerint, anathematizari. *Chalc. act. 5. in def. in fine.*

C A P. III.

Definimus, aliam fidem nulli licere proferre, aut conscribere, componereve, aut sapere, vel etiam aliter docere. Qui vero præsumpserit fidem alteram componere: vel proferre, vel docere, vel tradere, aut symbolum volentibus conuerti ad agnitionem veritatis ex Gentilitate, vel Iudaïsmo, aut ex qualibet hæresi, aut qui nouitatem vocis, vel sermonis adinuentionem ad subuersionem eorum, quæ nunc à nobis determinata sunt, introducere hos, si quidem Episcopi fuerint, aut clerici, alienos esse Episcopos quidem ab Episcopatu, clericos vero à clero; sin autem monachi fuerint, vel laici, anathematizari eos. *Syn. vi. C P. sub Constantino iv. act. 17. in fine definit.*

C A P. IV.

Igitur prædictum sanctum concilium, vt legimus, definiuit Nicænum; aliam fidem nulli licere proferre, aut conscribere, vel componere, aut sapere, vel docere aliter, nec quidquam in fide sentire, aut proferre, quod his Patrum regulis possit obuiare. Qui autem præsumpserit componere aliam fidem, aut proferre, docere, vel tradere aliud symbolum ad viā veritatis conuerti desiderantibus de quacumque hæresi, vel ex Iudæis, vel ex Paganis Christianos se fieri volentibus, hi si Episcopi fuerint, aut clerici, alienari quidem Episcopos ab Episcopatu, clericos à clero: si vero monachi, aut laici fuerint, anathemate feriri. *Liber. epist. 1. in principio.*

C A P. V.

Pietatem veram, pro sacramento salutis humanæ incitare præsumo, ne cuiusquam procaci, impudentique versutia, quasi de incerto, quid sequendum sit, sinatis inquiri; & cum ab Euangelica, Apostolicaque doctrina nec vno quidem verbo liceat diffidere, aut aliter de scripturis diuinis sapere, quam beati Apostoli, & Patres nostri didicere, atque docuerunt; nunc demum indisciplinatæ moueantur, & impiæ quæstiones; quas olim mox, vt eas apta sibi corda Diabolus excitauit, per discipulos veritatis Spiritus sanctus extinxit. Nimis autem iniquum est, vt per

paucorum insipientiam, ad coniecturas opinionum, & ad carnalium disputationum bella reuocemur, &c. *Leo epist. 40. ad Marcianum Aug.*

CAP. VI.

Compressa, vel remota inquietudine, ac prauitate paucorum, facile firmabitur probanda concordia; si in eam fidem, quam Euangelicis, & Apostolicis prædicationibus declaratam, per antiquos Patres nostros accepimus, & tenemus, omnium corda concurrant, nulla penitus disputatione cuiusquam retractationis admissa: ne per vanam, fallacemque versutiam, aut infirma videantur, aut dubia, quæ in ipso lapide angulari Christo fundata sunt, & sine fine mansura, &c. *Leo epist. 48. ad eundem Marcianum Imperat.*

CAP. VII.

Quia post illas Ephesinæ synodi impietates, quibus Dioscori scelere fides catholica refutata, peruersitas Eutychiana suscepta est: nihil ad confirmationem fidei Christianæ vtilius potuit ordinari, quam vt prædicti facinus sancta synodus Chalcedonensis aboleret: & tanta illic haberetur cælestis cura doctrinæ, vt nihil cuiusquam opinione resideret, quod à prædicationibus, vel Propheticis, vel Apostolicis dissonaret; ea scilicet moderatione seruata, vt rebellibus tantum, ac pertinacibus ab Ecclesiæ vnitate reiectis, nulli correcto venia negaretur. Quid probabilius, quid religiosius poterit Pietas vestra decernere; quam vt, quæ non tam humanis, quam Diuinis sunt statuta decretis, nullus vltra sinatur imperere; ne vere digni sint Dei munus amittere, qui de veritate ipsius ausi fuerint dubitare? &c. Quis est, nisi aut Antichristus, aut Diabolus, qui pulsare audeat inexpugnabilem veritatem? qui in malitia sua inconuertibilis perseuerans, per vasa iræ, & suæ apta fallaciæ, falso diligentię nomine, dum veritatem se mentitur inquirere, mendacia desiderat seminare? &c. *Leo Epist. 73. ad Leon. Imperat. post principium.*

CAP. VIII.

Magnis hæreticorum audetur insidiis, vt inter Eutychis, Dioscorique discipulos, & eũ, quem Apostolica sedes direxerit, diligentior, tamquam nihil fuerit ante definitum, tractatus habeatur, & quod totius mundi catholici sacerdotes in sancta Chalcedonensi synodo probant, gaudenterque firmatum, in iniuriam etiam sacratissimi concilij Nicæni, efficiatur infirmum, &c. Detestandum ergo nobis est, perseueranterque vitandum, quod fraus hæretica nititur obtinere, nec in aliquam disceptationem pie, & plene definita, reuocanda sunt; ne ad arbitrium damnatorum ipsi de his videamur ambigere, quæ manifestum est, per omnia Propheticis, & Euangelicis, & Apostolicis auctoritatibus consonare. Vnde, si qui sunt, qui ab his, quæ cælitus sunt constituta, dissentiunt, suis opinionibus relinquantur, & ab vnitate Ecclesiæ, cum eã, quam elegere, peruersitate discedant. Nam nullo modo fieri potest, vt qui diuinis audent contradicere sacramentis, aliqua nobis communione socientur. Iactent se in sui eloquij vanitate, & de argumentationum suarum versutia, quæ inimica est fidei, glorientur; nobis placet, Apostolicis obedire præceptis, dicentibus: Videte, ne quis vos decipiat per Philosophiam, & inanem seductionem hominum, &c. Præceptioni tamen vestræ in eo adnitar obedire, vt aliquos de fratribus meis dirigam, &c. Prænoscat igitur Pietas vestra hos, quos spondeo dirigendos, non ad confligendum cum hostibus fidei, nec ad certandum contra illos, à sede Apostolica profecturos; quia de rebus & apud Nicæam, & apud Chalcedonem, sicut Deo placuit, definitis, nullum audemus inire tractatum, tamquam dubia, vel infirma sint, quę tanta per Spiritum sanctum fixit auctoritas. Instructioni autem paruulorum nostrorum, qui post lactis alimoniam cibo desiderant solidiore satiari, ministerij nostri præsidium non negamus, & sicut simpliciores non spernimus, ita à rebellibus hæreticis abstinemus, &c. *Leo epist. 76. ad eund. Leon. Imp. post prin.* *Colo. 2. b.*

CAP. IX.

Nemo vel clericus, vel militaris, vel alterius cuiuslibet conditionis, de fide Christiana publice turbis adunatis, & audientibus, † tractare conetur in posterum ex hoc tumultus, & perfidiæ occasionem requirens. Nam iniuriam facit iudicio religiosissimæ synodi, si quis semel iudicata, ac recte disposita reuoluere, & publice disputare contendit, &c. *Valentinianus, & Marcianus Imper. Chalced. act. 3.* *C. de sũ Trin. & fid. 4.* *† aduertibus.*

Fide recta, & operibus bonis consequimur Christiani æternam felicitatem. Tit. II.

CAPVT I.

Vnigenitus Dei filius Iesus Christus, &c. passus, & mortuus descendit ad inferos, resurrexit à mortuis, & ascendit in cælum; sed descendit in anima, resurrexit in carne, ascenditque pariter in vtroque venturus in fine sæculi iudicare viuos, & mortuos, & redditurus singulis secundum opera sua, tam reprobis, quam electis. Qui omnes cum suis propriis corporibus resurgent, quæ nunc gestant, vt recipiant secundum merita sua, siue bona fuerint, siue mala, illi cum Diabolo pœnam perpetuam, & isti cum Christo gloriam sempiternam, &c. Non solum autem virgines, & continentes, verum etiam coniugati per fidem rectam, & operationem bonam, & sic placentes Deo, ad æternam merentur beatitudinem peruenire. *Inn. iij. in concil. gen. Later. cap. 1.* *c. 1. de sũ. Trin. Gregor. ix. & in 1. collect.*

CAP. II

2. Cor. 5. De pœni. 14. Greg. ix. c. 5. eo. tit. in 4. collect. *2. Cor. 9.*

Quoniam, vt ait Apostolus, omnes stabimus ante tribunal Christi, recepturi prout in corpore gessimus, siue bonum, siue malum fuerit, oportet nos diem messionis extremæ misericordiæ operibus præuenire, ac æternorum intuitu seminare in terris, quod reddente Domino cum multiplicato fructu colligere debeamus in cælis: firmam spem, fiduciamque tenentes, quod qui parce seminat, parce & metet, & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitam æternam, &c. monemus, & exhortamur in Domino, &c. vt pias eleemosynas, & grata caritatis subsidia erogetis: vt per subuentionem vestram (*pauperum*) inopiæ consulatur, & vos per hæc, & per alia bona, quæ Domino inspirante feceritis, ad æterna possitis felicitatis gaudia peruenire. *Inno. iij. in concil. gener. Lateran. cap. 62.*

CAP. III.

Cunctis credentibus quæ continentur in symbolo (*Apostolorum*) salus animarum & vita perpetua bonis actibus præparatur. *Clem. epist. 1. ante medium.*

CAP. IV.

Operum hic locus, hoc tempus est, meritorum, sæculum futurum. Curratur igitur per viam mandatorum Dei, & à beatorum præceptorum Domini institutis, & à Spiritus sancti doctrina non recedatur. Quapropter præparanda sunt corda nostra, ac corpora, sanctæ mandatorum eius, suorumque Episcoporum, ac Prædicatorum obedientiæ militatura; vt suæ gratiæ iubeat nobis auxilium ministrari, & fugientes gehennæ pœnam ad vitam valeamus omnes peruenire æternam. *Clem. epist. 1. in fine.*

CAP. V.

Iacob. 2. c.

Decet omnes Christianos, vt eum imitentur, cuius nomen sortiti sunt. Quid prodest, fratres mei, Iacobus Apostolus ait, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? *Vrban. epist. vn. in prin.*

CAP. VI.

Gen. 1. *Heb. 11. a.* *Iacob. 2. c.*

Sciendum est, quia in fide, & bonis operibus lex Christianorum subsistit. Nam fides prima est omnium virtutum in conuersatione credentium. Vnde & prima die lux esse dicitur, cum à Deo, Fiat lux, dictum fuisse describitur, id est, illuminatio credulitatis appareat, siquidem & propter hanc Christus in terram descendit. Opus autem bonum nihilominus à Christiano exigitur; quemadmodum in lege nostra scriptum est; Sine fide impossibile est placere Deo: sic etiam scriptum est; Sicut corpus sine spiritu mortuum est, ita & fides sine operibus mortua est. Hæc est lex Christiana, hæc est, quam quisque legitime custodiens, omnino saluabitur. *Nicolaus ad consulta Bulgar. cap. 1.*

CAP. VII.

15 q. 1. c. 9. *Heb. 11. a.* *Iacob. 2. c.*

Prima salus est, rectæ fidei regulam custodire; deinde à constitutis Dei, & Patrum nullatenus deuiare. Vnum quippe horum ad fidem pertinet, alterum ad opus bonum. Sicut enim scriptum est; Sine fide impossibile est placere Deo: sic rursus legitur, Fides sine operibus est mortua. *Hadrian. ij. in libello dato Legatis, lecto apud synod. viij. gen. CP. act. 1. Hormisd. ep. 7. Ioan. CP. ad Hormisd. Eulal. Chartag. ad Bonifacium ij.*

CAP. VIII.

Debetur merces bonis operibus, si fiant sed gratia, quæ non debetur, præcedit, vt fiant; &c. *Arauf. ij. c. 18.*

CAP. IX.

Episcopus habeat homilias continentes necessarias admonitiones, quibus subiecti erudiantur, id est, de fide catholica, &c. & quibus operibus possit promereri beata vita, quibusve excludi. *Turonen. sub Carol. c. 17.*

CAP. X.

Heb. 11. a. *Iacob. 2. c.*

Initium actionis nostræ, de fide esse decreuimus, quæ bonorum omnium est fundamentum; & quia sine fide, vt dicit Apostolus, impossibile est placere Deo. Fides tamen indiget opere, quia fides sine operibus mortua est; ideo B. Gregorius: Ille, inquit, vere credit, qui exercet operando, quod credit, &c. *Magun. c. 1.*

CAP. XI.

Psal. 61. *Psal. 36.* *Psal. 31.* *Rom. 8. c.*

Spes vero in Deum firmiter à cunctis Christianis tenenda est, vnde Psalmista commemorat: Sperate in eo omnis congregatio populi, & reliqua. Et iterum: Spera in Deo, & fac bonitatem; Et iterum: Sperantes autem in Domino misericordia circumdabit. Et Apostolus: Spe enim salui facti sumus. *Magun. c. 2.*

CAP. XII.

1. Ioa. 4. *1. Tim. 1.*

Caritas Deus est, vt ait Ioannes Apostolus, Qui manet in caritate, in Deo manet, & Deus in eo. Item Paulus Apostolus, Finis, inquit, præcepti est caritas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Caritatem ergo qui habet, omnia bona habet; quam ideo commemorauimus, quia volumus, vt firmiter ab omnibus æque catholicis conseruetur. Augustinus quoque in sermone de laude caritatis dicit: Si ergo non vacat omnes paginas perscrutari, omnium scripturarum secreta penetrare, tene caritatem, vbi pendent omnia; ibi tenebis, quod ibi didicisti, &c. *Magunt. c. 3.*

CAP. XIII.

Non his accommodanda fides est, qui cum pollent integritate fidei, turpiter viuunt, & doctrinæ integritatem operibus destruunt. Vtrumque enim Dei seruis necessarium est, vt opus sermone, & sermo operibus comprobetur, &c. *Magunt. c. 18.*

CAP. XIV.

De fidei ratione, vt vnusquisque iuxta intellectum suæ capacitatis Domino largiente disceret, & intelligeret; atque operibus plene obseruaret. *Remens. c. 1.*

CAP. XV.

Extant innumera documenta, quibus perdocetur, qualiter fides Christi primum expetenda sit, deinde opera fidei exercenda; quoniam fides nisi opera habeat, mortua est in semetipsa, Apostolo Iacobo testante: Sicut enim, inquit, corpus sine spiritu mortuum est; ita & fides sine operibus mortua est, &c. Quapropter vnusquisque fidelis, si saluus esse vult, oportet, vt remotis peruersis consuetudinibus, quæ periculum animarum generant, fidem Christi, quam percepit, bonis operibus exornare non negligat. Constat ergo, quod fundamentum Christianæ religionis fides sit catholica, &c. Ergo nosse vnumquemque fidelem oporteat, quia hæc fides vera, & fructuosa esse non potest, nisi bonis operibus exornetur, id est, fide, spe, & caritate, humilitate, castitate, continentia, sobrietate, vnanimitate, concordia, iustitia, pietate, misericordia, innocentia, & simplicitate, & cæteris similibus, quæ omnia in dilectione Dei, & proximi consistunt. Sine his enim nemo potest Deo placere, nec saluus esse, quia teste Apostolo, fides sine operibus mortua est in semetipsa. Proinde necesse est, vt vnusquisque Christianus diligenter perpendat, vtrum in eo fides viua sit, bona opera agendo; an mortua, bona opera negligendo. Et si iuxta documentum Apostoli ipsa fides sine operibus bonis mortua est; qua damnatione plectendi sunt illi, qui non solum eandem fidem bonis operibus non exornant, sed etiam diuersis flagitiis eam commaculant? *Paris. sub Lud. & Loth. lib. 1. c. 1. Capit. lib. 6. c. 160.*

Iac. 2. 6. (margin)

Iac. 2. 6. (margin)

CAP. XVI.

Sicut initio nascentis Ecclesię fides operibus floruit, ita nunc iisdem neglectis apud quosdam marcescit, vt enim verbis B. Augustini scribentis in libro sermonum vtamur: Christus in nobis idem est, qui & illis: sed non idem animus in nobis, qui fuit in illis; eadem fides in nobis, sed non eadem deuotio. In illis enim maior erat fraternitas Christi, quam sanguinis: in illis sicut vna fides, ita erat & vna substantia: vt quibus erat communis Christus, communis esset sumptus. Nefas enim putabant eum sibi participem non adsciscere in substantia, qui particeps esset in gratia. Non ergo verebantur, ne esurirent: sed potius timebant, ne alius esuriret. Nunc autem, vt idem B. Augustinus ait, ita alter de alterius inopia non cogitat; vt illud fit, quod dicit Apostolus: Alius quidem esurit, alius ebrius est, &c. Tunc sub Apostolis tanta fraternitatis dilectio fuit vt in conuentu suo nulla inueniretur indigentia: tanta autem modo Christianitatis dissimulatio est, vt in cœtu nostro vix inuenias locupletem, Locupletem autem vix inueniri dico, non facultatibus sed operibus. Ait autem Apostolus: Diuites fiant in operibus bonis. Locupletem enim in Ecclesia intelligi voluit, qui diues in Christo est, &c. *Paris. sub Ludouic. & Loth. lib. 2. cap. 7.*

1. Corin. 11. (margin)

1. Tim. 6. (margin)

CAP. XVII.

Procurandum est, vt dum in hac vita viuitur, bonis operibus insistatur. Admonet quippe Dominus in Euangelio. Vigilate, & orate; quia nescitis diem, neque horam. Item Dies Domini sicut fur in nocte veniet. Item. Ambulate dum lucem habetis, ne tenebræ vos comprehendant, &c. His documentis perdocemur, quod indulta tempora pœnitentiæ in vanum non sint deducenda; & quod fides Christi bonis semper operibus exornanda. *Paris. d. lib. 2. c. 10. in fine.*

Mat. 25. *1. Thess. 5.* *Ioan. c. 12.* (margin)

CAP. XVIII.

Multi fide tantum Christiani sunt, opere verò à Christiana doctrina dissentiunt; & attestante Iacobo Apostolo didicimus, fidem non solum otiosam, sed etiam esse mortuam sine operibus, ait enim: Quid proderit fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat? numquid poterit fides saluare eum? Et B. Hieronymus: Quid prodest, si impie agens Dominum voce inuocas, quem operibus negas? Sanctus quoque Papa Gregorius: Quid prodest, si Redemptori nostro per fidem iungamur, si ab eo moribus disiungamur? Itaque ille vere credit, qui exercet opere, quod credit. Magnopere satagendum est: vt qui fideles esse dicuntur, si cum fideli Abraham benedici cupiunt, qui non tantum ex fide, sed ex operibus iustificati meruit, beate viuere studeant, &c. Exornetur ergo sancta fides, vt vera, & fructuosa sit, spe, caritate, humilitate, castitate, continentia, sobrietate, vnanimitate, concordia, iustitia, pietate, misericordia, innocentia, & simplicitate, & cæteris similibus, quæ in dilectione Dei consistunt, & proximi, &c. *Trosle. c. 15.*

Iac. c. 2. (margin)

CAP. XIX.

Recta sane, & irreprehensibilis fides, quam fulgor ex bonis operibus comitatur, omni bono vos implet, & decoram nactos gloriam ostendit; at operum fulgor, si expers videatur esse rectorum dogmatum, inculpatæque fidei, humanæ animæ nullo modo mea sententia vtilis fuerit. Nam sicut fides absque operibus mortua est, ita, si vettas, & dicas opera absque fide mortua, verum esse fatemur. Igitur simul fulgeat cum honestæ vitæ gloria, etiam immaculatæ fidei candor, &c. *Cyril. in expos. symboli Nicæn. in princ. post conc. Ephes.*

Iac. 2. (margin)

CAP. XX.

Christianissimus vere est scientiam inueniens venerabilis sanctæ Trinitatis; per hanc sanctam scientiam ab ignorantia liberatus homo, gratia filius Dei vocatur, detergens maculas peccatorum per bona opera, ex quibus proprie purgata mens fit susceptibilis sanctæ Trinitatis, & vnitatis. *Theodoret.*

contra Sabellia. ante fin. post Liberati breuiar.

CAP. XXI.

Quamuis non minus sanctas regulas, quam in catholicam fidem delinquatur, & Diabolus non pro fidei prauitate, sed ob peruersitatem operum perpetuo maneat cōdemnatus. Nam sicut vnicuique sine fide impossibile est placere Deo; ita & fides si non habeat opera, mortua est in semetipsa. *Anastas. Bibliot. in proœm. syn. CP. ad Had. 9.* Iac. 2. 6.

Communia de fide. Tit. III.

CAPVT I.

Si quis secundum sanctos Patres non confitetur proprie, & secundum veritatem omnia quæ tradita sunt, & prædicata sanctæ catholicæ, & Apostolicæ Dei Ecclesiæ, perindeque à sanctis Patribus, & venerandis vniuersalibus quinque conciliis vsque ad vnum apicem verbo, & mente; condemnatus sit. *Later. conc. sub Marti. c. 17.*

CAP. II.

Infidelitas dum non credit futurum Dei iudicium, peccandi licentiam præbet: peccatum vero hominem passionibus obnoxium facit. Fides autem; futurum Dei iudicium esse credens, continet homines à peccato. *Clem. ep. 3. ante med.*

CAP. III.

Fides omnes actus hominis præcedere debet: quia [dubius in fide infidelis est; nec eis omnino credendum, qui veritatis fidem ignorant. *Xyst. epist. 1. in fine. Vid. Nican. 45. apud Iul. epist. 2. cap. 11. Hadr. cap. 4. ad Episc. Mediom. Capitul. li. 5. c. 183. & lib. 7. ca. 147. in addit. Burch. lib. 1. cap. 144. Iuo. par. 5. cap. 257. decr. Ansel. li. 3. c. 88.* cap. 1. de haret. Gregor. ix. & in 1. collect.

CAP. IV.

Est locus apud Deum, videlicet, sanctæ Ecclesiæ vnitas, in qua supra petram statur, dum confessionis soliditas humiliter tenetur. *Fabia. epist. 3. ante med. Xyst. iij. epist. sing. in med. Gregor. lib. 7. epistol. 53. ad Secundin. in med.*

CAP. V.

Dulcissima mihi tua dilectio in hoc; quod præcipue in bonis moribus viuit; quod se per abstinentiam affligit; quod doctrinæ Dei vehementius insistit; hoc studiosius cogitet, nec errorem schismaticorum sequens, à sanctissima vniuersali Ecclesia diuisa possit inueniri. Et quid tot labores proderunt; si in vnitate fidei inuenti non fuerint? quæ ante Dei omnipotentis oculos in bonis actionibus animam præcipue custodit? &c. *Gregor. epistol. 2. ad Secundinum, ante med. lib. 7. regist. c. 53.*

CAP. VI.

Indubitanter doctoribus pie, & recte tractantibus verbum veritatis; ipsisque sacræ scripturæ lucidissimis expositoribus, id est Cypriano, Hilario, Ambrosio, Hieronymo, Augustino, cæterisque in catholica pietate quiescentibus, reuerenter auditum, & obtemperanter intellectum submittimus; & pro viribus quæ ad salutem nostram scripserunt amplectimur. *Valent. sub Loth. c. 1.*

CAP. VII.

Illud nobis simpliciter, & fideliter tenendum, ac docendum placet, iuxta Euangelicam, & Apostolicam veritatem; quod pro illis hoc datum pretium (*sanguinis Christi*) teneamus de quibus ipse Dominus noster dicit: Sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis; vt omnis, qui credit in ipsum †, non pereat, sed habeat vitam æternam. Sic enim Deus dilexit mundum, vt filium suum vnigenitum daret; vt omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam, &c. *Valent. sub Lothario cap. 4.* Ioa 3. b. † ipso

De apostatis, & de pœnitentia illis imponenda. Tit. IV.

CAPVT I.

De iis, qui præuaricarunt sine vi, aut sine rerum ablatione, aut sine periculo, aut alia de causa, vt tempore Licinij euenit; & si indigni essent humanitate, tamen benigne cum eis agendo, si vere eos pœniteat, tres annos inter audientes, fideles sint. Septem annos subiiciant se, duos vero annos sine oblatione communicabunt populo in orationibus. *Nica. c. 11.*

CAP. II.

Qui vero prins vocati per gratiam, & priorem viam testati cingulos deposuerunt, postea vero ad vomitum, vt Canes reuersi sunt, & pecunias, ac beneficia dederunt, vt ad malitiam redirent: hi decem annis subiiciant se (*sint † inter pœnitentes L.*) post tres annos auditionis. In his autem omnibus exquirere oportet voluntatem eorum, & pœnitentiæ speciem. Nam qui timore, & lacrymis, & humilitate †, & bonis operibus conuersionem opere non specie simulata demonstrent; hi impleto definito tempore auditionis, orationum participes fient; postea licebit Episcopo aliquid humanius de eis consulere. Qui vero non differre videntur, & putant eis sufficere habuisse locum ingrediendi in ecclesiam ad conuersionem, omne tempus adimpleant. *Nican. cap. 12. G. 11. L. Ansel. li. 11. c. 141.* De pœnit. dist. 5. si qui. c. 4. † in affli- ctione permaneant. † patientia. L.

CAP. XIII.

Si qui vero (*ex his*) decesserint, vetus, & canonica lex seruetur: vt si quis decedat, vltimo, & necessario viatico non priuetur. Si vero deploratus communione accepta te- 26. q. 6. c. 6 de his & c. si quis. 6.

uixerit, inter orationem tantum communicantes sit. Et generaliter quocumque decedente petenti Eucharistiam, Episcopus cum exploratione ei conferat. *Nicæn. cap. 13. G. 12. L. Tribur. cap. 31. Mart. Brach. cap. 83. Burchar. li. 18. cap. 6. Iuo par. 15. cap. 31. decr. Anselm. lib. 11. c. 22.*

Cap. IV.

De catechumenis lapsis placuit, vt tribus annis auditores sint, postea orent cum cæteris catechumenis. *Nicæ. c. 14. G. 13. L.*

Cap. V.

De apost. 4. Grego. ex. c. 3. Quidam, sicut accepimus, qui ad sacri vndam baptismatis voluntarij accesserunt, veterem hominem omnino non exuunt, vt nouum perfectius induant; cum prioris ritus reliquias retinentes, Christianæ religionis decorem tali commixtione confundant. Cum autem scriptum sit: Maledictus homo, qui terram duabus viis ingreditur; & indui vestis non debeat lino, lanaque contexta: statuimus, vt tales per Prælatos Ecclesiarum ab obseruantia veteris ritus omnimodo compescantur: vt quos Christianæ religioni liberæ voluntatis arbitrium obtulit, salutiferæ coactionis necessitas in eius obseruatione conseruet: cum minus malum existat, viam Domini non agnoscere, quam post agnitam retroire. *Inno. iij. in conc. gen. Lat. c. 70.*

(Margin: de Iuda. in 4. coll. — Eccles. 3. Deut. 22. — 2. Pet. 2.)

Cap. VI.

Si clericus ob metum Iudæi, Græci, vel hæretici negauerit nomen Christi, eiciatur; si nomen clerici, deponatur; sed post pœnitentiam, vt laicus suscipiatur. *Ap. c. 2.*

Cap. VII.

3. q. 4. c. 2. Beatus prædecessor noster Clemens vir Apostolicus, & spiritu Dei plenus, vna cum reliquis sanctis collegis suis statuit, dicens: Accusandi, vel testificandi licentia denegetur iis, qui Christianæ religionis, & nominis dignitatem, & suæ legis, vel sui propositi normam, aut regulariter prohibita neglexerint. Transgressores enim sponte legis suæ, eiusque violatores, recedentes, & apostatæ nominantur. Omnis enim apostata refutandus est ante reuersionem suam, non in accusatione recte agentium, aut testimonio suscipiendus: quia vir duplex animo inconstans est in omnibus viis suis. *Anacle. epist. 1. post prin. Iuo li. 4. tit. 7. cap. 8. panorm. & par. 5. c. 237. decr. Ansel. l. 3. c. 10.*

(Margin: Iacob. 1. 4.)

Cap. VIII.

Adiectum est quosdam Christianos ad apostasiam, quod dici nefas est, transeuntes, & idolorum cultu, ac sacrificiorum contaminatione profanatos, quos à Christi corpore, & sanguine, quo dudum redempti fuerant, renascendo, iubemus abscindi; & si resipiscentes forte ad lamenta fuerint aliquando conuersi, his quamdiu viuunt, agenda pœnitentia est, & in vltimo fine sua reconciliationis gratia tribuenda; quia docente Domino, nolumus mortem peccatorum, sed vt conuertantur, & viuant. *Syrici. ep. 1. ca. 3. Raban. de pœnit. c. 33.*

(Margin: Ezec. 18. g.)

Cap. IX.

De his Christianis, qui inter eos, à quibus fuerant captiuati, immolatitiis cibis asseruntur esse polluti, consultationi caritatis tuæ hoc etiam respondendum esse credimus, vt pœnitentiæ satisfactione purgentur, quæ non tam temporis longitudine, quam cordis compunctione pensanda est. Et siue hoc terror extorserit, siue fames suaserit, non dubitetur abolendum; cum huiusmodi cibus pro metu, aut indigentia, non pro religionis veneratione sit sumptus. *Leo ep. 73. c. 5. ad Nicet. Aquile.*

Cap. X.

Qui conuiuio solo Gentilium, & escis immolatitiis vsi sunt, possunt ieiuniis, & manus impositione purgari, vt deinceps ab idolothitis abstinentes, sacramentorum Christi possint esse participes. Si autem idola adorauere, aut homicidiis, vel fornicationibus contaminati sunt; ad communionem eos, nisi per pœnitentiam publicam, non oportet admitti. *Leo ep. 90. ad Rustic. Narbon. c. 17. an. al. 10. cap. 37. Iuo par. 11. c. 62. decr.*

Cap. XI.

Non adoretis idola, neque immoletis carnes, quia Dominus non recipit ista. *Gre. ij. ep. 5. ad Thuringos.*

Cap. XII.

Quicumque in vobis susceperunt Christum Dominum nostrum, in ipso ambulent radicati, & superædificati, & confirmati fide, &c. Discedite filij ab idolorum cultura, & accedite, & adorate Dominum Deum nostrum, &c. *Greg. ij. ep. 6. ad Saxones, in medio.*

Cap. XIII.

Qui fidem respuit, quam promisit, ab illo, à quo susceptus est, & qui fide eius interuentor extitit, debet per omnia reuocari. Iam vero si non audierit eum, quem ipse pro se dederat vadem, dicendum est Ecclesiæ, à qua faciente maiori studio ad ouile proprium ouis reduci conuenit, quæ errauit; & vt ad viam veritatis, quæ Christus est, redeat modis omnibus reuocari, siquidem ab ea, tanquam à matre, tanquam à magistra suadendum est illi; quatenus videat, quoniam apostatam spiritum imitatus est, quod in veritate non stetit, &c. Porro si nec Ecclesiam audierit, sit omnibus reueta sicut ethnicus, id est Gentilis, ac per hoc iam merito per potestates exteras tanquam extraneus opprimatur, &c. Nam nisi mouerentur potestates Christianæ aduersus huiusmodi, quomodo rationem redderent de imperio suo Deo? quippe cum pertineat hoc ad Reges sæculi Christianos, vt temporibus suis pacatam, & sine diminutione velint seruari matrem suam Ecclesiam, vnde spiritualiter nati sunt. *Nicol. ad consulta Bulgar. 4. 18.*

(Margin: Matth. 18. c. — Ioa. 8. f. — Matth. 18. c.)

CAP. XIV.

Dist. 50. c. 32. presbyteros. Presbyteri, qui immolarunt, & postea reuersi sunt ad certamina pro religione peragenda, si non artificio quodam, vt præpararent, & persuaderent se tormentis subiectos fuisse: hi honoris quidem cathedram teneant, sed neque offerant, neque concionentur, neque ministrent in sacris ministeriis. *Ancy. c. 1. Burch. lib. 5. c. 40. Iuo par. 2. c. 49. decr.*

CAP. XV.

d. c. 32. p. 1. Si diaconi eodem modo sacrificarunt, & rursus ad certamen redierunt, alium quidem honorem habeant. Sed cessent ab omni sacro ministerio, panem, & calicem non ferant, neque prædicent. Si vero aliqui Episcopi videant labores, & humilitatem, ac tranquillitatem † eorum, & velint plus eis dare, aut auferre; habeant potestatem. *Ancy. cap. 2. Burch. lib. 5. c. 41. Iuo par. 2. cap. 50. decr.*

† mansuetudinem.

CAP. XVI.

d. ca. 32. presbyteri. p. 2. Qui fugientes capti sunt, vel à suis proditi, vel bona amiserunt, vel tormenta tulerunt, vel in carcerem coniecti sunt, & se Christianos esse proclamarunt; si per vim manus eorum ad cibum intulerunt, sed semper confessi sunt se esse Christianos, & dolorem eius rei demonstrarunt habitu, & vitæ humilitate: hi extra peccatum sunt, & à communione non sunt prohibendi. Et si maioris examinis causa, vel ignoranter prohibiti sunt, statim recipiantur. Idem de clericis, & laicis censendum. Sed & hi laici possunt ordinari, si alias vitæ probabilis sint. *Ancy. cap. 3.*

CAP. XVII.

De iis, qui per vim immolarunt, & cœnam sumpserunt cum idolis. Quicumque habitu meliore profecti sunt, & veste pretiosiore accubuerunt; annum audiant, triennio subiiciantur, biennio oratione tantum communicent, postea in integrum restituantur. *Ancy. 4.*

CAP. XVIII.

Qui vero cum veste lugubri profecti sunt, sed accubuerunt semper cum lacrymis, si triennium subiectionis impleuerunt; sine oblatione recipiantur. Si non comederunt, duos annos subiicientur, tertio communicabunt sine oblatione, quarto anno integre percipient. Episcopi autem possint modum conuersionis considerantes, humanius agere, aut plus temporis prorogate. Sed & antiqua vita examinetur, & ita humanitas metiatur. *Ancy. c. 5. G. 4. L.*

CAP. XIX.

De his, qui minis punitionis, & ablationis bonorum, & exilii sacrificarunt, & ante hanc diem non eos pœnituerit, neque conuersi sunt: tempore autem huius synodi reuerti cogitant. Placuit, vt hinc ad magnam diem) *Paschatis* (ad audiendum recipiantur, post eam diem triennio pœniteant subiecti, & post aliud biennium communicent (*in oratione*) sine oblatione, & ita in integrum restituantur sexennio completo. Si qui vero ante synodum suscepti fuerunt ad pœnitentiam, ab eo tempore initium sexennii ducant. Si quod vero mortis periculum ex morbo, aliaue causa euenerit, recipiantur. *Ancy. c. 6. G. 5. L.*

CAP. XX.

De his, qui simul cœnarunt in Gentilium festo, in separato loco Gentilium, sed ipsi sua cibaria attulerunt, & comederunt: biennio pœniteant subiecti, & recipiantur. Sed an cum oblatione, Episcopi considerent, & vniuscuiusq; vitã aduertant. *Ancy. c. 7. G. 6. L.*

CAP. XXI.

Qui bis, vel ter per vim sacrificarunt; quadriennio subiecti pœniteant, biennio autem sine oblatione communicent, septimo integre recipiantur. *Ancy. c. 8. G. 7. L.*

CAP. XXII.

Qui non solum deuiarunt, sed & coëgerunt alios fratres: hi triennio audiant, sexennio subiecti pœnitent, annum communicent sine oblatione; vt decennio expleto integre participent. Hoc autem tempore eorum vita consideretur. *Ancy. 9. G. 8. L.*

CAP. XXIII.

Placuit, vt quicumque post fidem baptismi salutaris, adulta ætate ad templum idololatraturus accesserit, & fecerit, quod est crimen capitale; nec in fine eum ad communionem suscipere. *Eliber. c. 1.*

CAP. XXIV.

Flamines, qui post fidem lauacri, & regenerationis sacrificauerint; eo quod geminauerint scelera, accedente homicidio, vel triplicauerint facinus, cohærente mœchiæ; placuit eos nec in fine accipere communionem. *Eliber. c. 2.*

CAP. XXV.

Flamines, qui non immolauerunt, sed munus tãtum dederunt; eo quod se à funestis abstinuerunt sacrificiis, placuit, in fine eis præstare communionem, acta tamẽ legitima pœnitentia. Item ipsi, si post pœnitentiam fuerint mœchati, placuit, vlterius eis non esse dandam communionem, ne lusisse de Dominica communione videantur. *Eliber. c. 3.*

CAP. XXVI.

Idolo datum qui accepto ferunt; quinquennio à communione arceantur. *Elib. c. 40.*

CAP. XXVII.

Si quis fidelis apostata per infinita tempora ad ecclesiam non accesserit; si tamen fuerit reuersus, nec fuerit idololatra; post x. annos placuit eum communionem accipere. *Elib. c. 46.*

CAP. XXVIII.

Post biennium accipiant communionem sacerdotes, qui coronas sacrificantium tulerunt. *Eliber. c. 55.*

CAP. XXIX.

Qui apostatant, & antequam se ad Ecclesiam repræsentent, nec quidem pœnitentiam agere quærunt, & postea infirmitate attepti, petunt communionem; placuit, eis non dandam communionem, nisi reualuerint, & egerint dignos fructus pœnitentiæ. *Arelat. i. cap. 23.*

CAP. XXX.

De his, qui in persecutione præuaricati sunt, si voluntarie fidem negauerint, hoc de eis Nicæna synodus statuit; vt quinque annis inter catechumenos exeant, & duos inter discommunicantes, ita vt communionem inter pœnitentes non præsumant; in potestate tamen, vel arbitrio erit Episcopi, vt si eos ex animo errorem deflere, & agere pœnitentiam viderit, ad communionem pro Ecclesiastica humanitate suscipere. *Arel. ij. cap. 10. Vid. Nica. cap. 11.*

CAP. XXXI.

Si qui vero dolore victi, & pondere persecutionis, negare, & sacrificare compulsi sunt: duobus annis inter catechumenos, triennio inter pœnitentes habeantur, à communione suspensi. *Arel. ij. c. 11.*

CAP. XXXII.

Non oportet Christianos relinquere Ecclesiam Dei, & abire, atque Angelos nominare, & conuentus facere, ad angulos idololatriæ abominandæ congregationes facere, &c. quæ prohibentur. Si quis in ea idololatria reperiatur, anathema sit; quod reliquerit Dominum nostrum filium Dei pro idololatria. *Laod. c. 35. Capit. l. 1. c. 16.*

CAP. XXXIII.

De con-sec. d. 2. scenicis. 96. Apostatis misericordia, & reconciliatio non negetur. *Carthag. c. 46 G. Carth. iij. c. 35. L. Afr. 12. L. Burchar lib. 4. ca. 36. Ino par. 1. cap. 230. decr.*

CAP. XXXIV.

Circa eorum personas, qui se post vnum, & sanctum lauacrum vel profanis sacrificiis Dæmonum, vel incesta lauatione polluerunt, eam censuræ formam duximus esse seruandam, vt his iuxta synodum Nicænam, satisfactionis aditus non negetur, &c. acturi vero pœnitentiam vsque in diem mortis, non sine spe tamen remissionis: qui eius largitatem & solus obtinet, & tam diues misericordiæ est, vt nemo desperet, &c. *Valent. Gal. cap. 3. Vid. Nica. cap. 11.*

CAP. XXXV.

Qui in præuaricatione rebaptizati, sine aliqua necessitate, vel tormento lapsi sunt, Nicænæ synodi statuta seruent, quæ de præuaricatoribus sancita esse noscuntur; vt annis VII. inter catechumenos orent, & duobus inter catholicos, & postea moderatione, & clementia Episcopi fidelibus in oblatione Eucharistiæ communicent. *Iler. cap. 9. Vid. Nica. cap. 11.*

CAP. XXXVI.

Catholici, qui ab idolorum cultu se non custodiunt, nec ad integram accepti baptismi gratiam reuertuntur; vel qui cibis idolorum cultibus immolatis gustu illicitæ præsumptionis vtuntur; ab Ecclesiæ cœtibus arceantur. *Aur. y. c. 19.*

CAP. XXXVII.

Si quis post acceptum baptismi sacramentum, ad immolata Dæmonibus sumenda, tanquam ad vomitum reuertitur; si commonitus à sacerdote, se corrigere ex hac præuaricatione noluerit, à communione catholica pro emundatione sacrilegij suspendatur. *Aurel. iv. cap. 15.*

CAP. XXXVIII.

Si quis Christianus vt Gentilis, apud feræ, vel pecudis exta iurauerit, inuocatis nominibus paganorum, nec commonitus resipiscat; donec reatum emendet, à consortio fidelium, vel Ecclesiæ communione pellatur. *Aurel. iv. c. 16.*

CAP. XXXIX.

Clericus deponatur, laicus excommunicetur, qui festa Gentilium celebrat. *Trull. c. 62. 65. Pœnit. Rom. tit. 7.*

CAP. XL.

In eos, qui iurant, vt pagani, canon pœnitentias, nos excommunicationem imponimus. *Trull. c. 95.*

CAP. XLI.

Præcepta Domini sunt: Non facies tibi sculptile, neque omnem similitudinem, &c. Item: Qui immolat Diis, occidetur, &c. Cultores idolorum, veneratores lapidum, accensores facularum, & excultores fontium, admonemus vt agnoscant, quod ipsi spontaneæ se morti subiiciunt, qui Diabolo sacrificare videntur, &c. Ac proinde omne sacrilegium idololatriæ, vel quidquid illud est contra sanctam fidem, in quo insipientes homines captiuati, Diabolicis culturis inseruiunt, sacerdotis, vel iudicis instantia inuentum, vt sacrilegia eradantur, & exterminata truncentur. Eos vero, qui ad talem errorem accurrunt, & verberibus coërceant, & onustos ferro Dominis suis tradant, &c. Ingenui perpetua excommunicationis sententia feriantur, & arctiori exilio vlciscantur. *Tolet. xij. c. 11.* *Exod. 20. Exod. 22. c.*

CAP. XLII.

Si quis, siue sit vir, siue mulier, aliquem à recta credulitate, & catholica fide illusione diabolica auerterit; expedit ei, vt Euangelicus intonat sermo, vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris, &c. *Tibur. c. 50.* *Matth. c. 18.*

CAP. XLIII.

Quoniam quartum Pascha persecutionem iam apprehendit; satis est iis, qui delati quidem sunt, in custodiamque coniecti, tormentaque non sufferenda, & intolerabilia flagella, & multas alias graues necessitates susti-

instinuerunt; postea autem sunt à carnis imbecillitate proditi; etiam si non ab initio suscepti sunt, proprer grauem lapsum; consecutum tamen, quia multum decertarunt, & diu restiterunt, non enim sponte ad ea deuenerunt, sed à carnis imbecillitate proditi; nam & stigmata Iesu in suis corporibus ostentant, & anno iam tertio deflent: eis ab aduentu per *Matth. 4. d.* reuocationem in memoriam, alij quadraginta dies iniungantur, quos cum ieiunasset Dominus noster Iesus Christus, postquam baptizatus fuerat, tentatus est à Diabolo. In quibus & ipsi cum valde exercitati fuerint, & constantius ieiunauerint, vigilabunt in orationibus, &c. *Petrus Alexandri. in sermone de pœnit. cap. 1.*

Cap. XLV.

Qui postquam in custodiam traditi sunt, & in carcere, tanquam in obsidione afflictiones, grauesque fœtores passi sunt, postea autem sine bello tormentorum captiui facti sunt, nimia virium inopia, & quadam cæcitate confracti, his placet annum ad aliud tempus ad- c. iii. iungi, &c. His, qui nihil eiusmodi passi sunt, nec fidei fructum ostenderunt; sed ad vitium transfugerunt, à metu, & timiditate proditi, nunc autem veniunt ad pœnitentiam; necesse *Luc. 13. b.* est, & conueniens infrugiferæ ficus parabolam proponere: Habebat qnis ficum plantatam in suo vineto, & venit quærens in ea fructum, & non inuenit, &c. qua ante oculos ac- c. iv. cepta, & ostenso digno fructu pœnitentiæ in tanto temporis interuallo (*annorum* IV.) magis iuuabuntur. His, qui sunt omnino desperati, & pœnitentiam non agunt, & pellem Æthiopis immutabilem possident, & pardi va- *Matth. 21. b.* rietates; dicetur, quod alij ficui dictum est: Nequaquam ex te fructus fiat in æternum, & *Marc. 11. b.* ideo statim quoque exarescit, &c. His, qui si- c. v. mulatunt, sicut & Dauid, qui se epilepticum *1. Reg. 21. d.* fingebát, ne moreretur, quamuis reuera epilepticus non esset, & non nude negationi inscripserunt, sed in multis angustiis, tanquam pueri consilio, & prudentia præditi inter pueros insipientes, inimicorum insidias ludificati sunt; vel, vt qui altaria peruaserint, vel tanquam qui chirographum dederint, vel vt qui pro se ethnicos immiserint; etiam si nonnulli eorum, qui confessi sunt, vt audiui, aliquibus eorum cesserunt: quoniam maxima cautione vitarunt, ne ipsi suis manibus ignem facerent, & dæmonas impuros suffirent. Quoniam ergo propter ignorantiam eos id fecisse; *non* compertum est; eis semestre imponetur in pœnitentia conuersionis. His autem, c. vi. qui seruos Christianos pro se submiserunt; serui quidem, vt qui ipsi sub manu essent, & quodammodo ipsi quoque in dominorum custodia essent, minisque ab ipsis territi, & propter eorum metum eo compulsi, & lapsi, anno opera pœnitentiæ ostendent deinceps discentes, vt serui Christi facere Christi volunta- c. vii. tem, & eum timere, &c. Liberi autem tribus annis in pœnitentia examinabuntur, tum quod dissimulauerint, tum qnod effecerint, vt serui sacrificarent, &c. His autem, qui proditi c. viii. sunt, & exciderunt, qui & ipsi ad certamen accesserunt, se esse Christianos confitentes, & in custodiam cum tormentis coniecti sunt, æquum est in exultatione cordis vires simul addere; & eis in omnibus cõmunicare, & in orationibus, & in participatione corporis, & sanguinis, & sermonis adhortatione, &c. His c. ix. quoque qui tanquam ex somno ipsi ad certamen parturiens, & trahere differens prosiliunt, sibi autem pugnæ maritimæ, & multæ fluuium inundationis attrahunt vel potius fratribus peccarorum carbonem accendunt, ipsis quoque communicandum est, vt qui in nomine Christi ad id veniant; &c. Non est c. x. æquum, vt vel clerici, qui sua sponte aufugerunt, lapsi autem, & reluctati sunt, amplius in sacro ministerio maneant; vt qui Domini gregem reliquerint, & se ipsos vituperauerint, &c. Quando lapsi sunt, vt qui perperam se gesserint, & se ipsos vituperauerint non possunt amplius sacra ministeria obire, &c. eis sufficit communio, &c. His, qui pecuniam de- c. xii. derunt, ne vt ab omnis improbitatis molestia omni ex parte remoti essent, crimen intendi non potest. Damnum enim, & iacturam pecuniarum sustinuerunt, ne ipsi animæ detrimento afficerentur, &c. Vnde nec eos, qui c. xiii. omnia reliquerunt propter salutem animæ, & secesserunt, licet accusare, tanquam aliis propter ipsos detentos. Nam & Ephesi pro Paulo *Act. 19.* Caium, & Aristarchum in theatro comprehenderunt vna cum Paulo peregrinantes. &c. Si qui autem vim multam, & necessitatem c. xiv. passi sunt, quique & in ore ferrum, & vincula acceperunt, & propter bonam fidei affectionem suas quoque manus vri fortiter pertulerunt ad profanum sacrificium eis inuitis adductas; quemadmodum mihi scripserunt ex custodia beatissimi martyres de iis, qui sunt in Libya, & alij etiam in sacris comministri; hi simul testificantibus reliquis quoque fratribus possunt esse in sacro ministerio inter confessores collocati; vt & qui in multis tormentis mortificati fuerint, & non amplius potuerint vel loqui, vel dicere, vel moueri, vt resisterent iis, qui vim afferebant, &c. *Petrus Archiepiscopus Alexandri. & martyr in serm. de pœnit. ca. 2. 3. & c. vsque ad 14.*

Cap. XLVI.

Facta est (*synodus*) & apud sacrorum comministros, qui habitant in Græcia; nihilo secius autem, & apud eos, qui habitant in Hispania, & Gallia; & placuit hoc, quod hic, & vbique, vt iis quidem, qui lapsi sunt, impietati autem præsunt, venia quidem detur pœnitentibus, ac resipiscentibus, eis autem locus cleri non detur. Iis autem, qui impietatis auctores non fuerunt, sed vi, & necessitate tracti sunt; visum est dari veniam, habere autem etiam locum in clero: maxime quia probabi-

lem defensionem attulerunt,& visum est hoc quodammodo œcumenico quodam concilio factum esse,&c. *Athanasius epist. ad Rufinianum post prin.*

C A P. XLVII.

Masculorum,& animalium initores, & homicidæ, &c. & idololatræ eadem condemnatione digni habentur. *Basil. epist. ad Amphiloch. cap. 7.*

C A P. XLVIII.

Qui Christum negauit, & salutis mysterium transgressus est, eum toto vitæ suæ rempore deflere, & confiteri conuenit, in tempore, quo è vita excidit sacramento dignus habitus, propter fidem diuinæ clementiæ. *Basil. ad Amphiloch. c. 72.*

C A P. XLIX.

Qui in barbarorum incursione fidem in Christum violarunt factis sacramentis Gentilibus & quibusdam nefariis, quæ idolis magicis oblata sunt, ab eis gustaris; iis secundum leges à Patribus iam editas, & canones dispensentur, &c. *Basil. ad Amphiloch. c. 80.*

C A P. L.

Si quis fidem in Christum negauit, vel ad Iudaismum, vel idolorum cultum, vel Manichæismum, vel aliud quid tale impietatis genus desciuisse visus sit; qui suapte quidem sponte ad eiusmodi malum irruens, deinde ad se rediens, totum vitæ suæ habet tempus pœnitentiæ. Nunquam enim si mystica peragatur oratio, Deum vna cum populo adorare dignus censetur; sed seorsum precabitur, à sacramentorum autem communione omnino erit alienus; in hora autem sui excessus sacramenti parte dignus censebitur. Sin autem contigerit, vt is præter spem viuat; in eodem iudicio rursus vitam traducet mysticorum sacramentorum ad exitum vsque expers. Tormentis autem, & grauibus suppliciis excruciati, præstituto tempore pœnas dent, sanctis Patribus in eo clementia sic visis, tanquam anima non lapsa sit, sed corporalis imbecillitas tormentis non resistens. Quare mensura eorum, qui in fornicatione peccarunt, & vi, doloreque expressa transgressio in conuetsione commensurata est. *Greg. Nyss. ep. canon. c. 2.*

C A P. LI.

De pœnitentia, quæ constitui debet iis, qui religionem Christianam abnegarunt; *Method. Patriar. Constant.*

De pœnitentia imponenda hæreticis resipiscentibus.
Tit. V.

CAPVT I.

VEnientes à Nouatianis, vel Montensibus per manus rantum impositionem suscipiantur; quia quamuis ab hæreticis, tamen in Christi nomine sunt baptizati, præter eos, qui forte à nobis ad illos transeuntes rebaptizati sunt. Hi si resipiscentes, & ruinam suam cogitantes redire maluerint, sub longa pœnitentiæ satisfactione admittendi sunt. *Inno. ep. 2. c. 8.*

C A P. II.

Si quis de catholica Ecclesia ad hæresim transitum fecerit, rursusque ad Ecclesiam recurrat: pœnitentia huic non denegetur, quod cognouit peccatum suum; & post x. annos pœnitentiæ ei communio detur. Si infantes fuerint transducti, incunctanter recipi debent. *Elib. c. 22. Anselm. li. 11. ca. 128. Pœnit. Rom. tit. 7. cap. 4.*

C A P. III.

Lapsis, id est, qui in catholica fide baptizati sunt, si præuaricatione damnabili post in hæresim transierint; grandem redeundi difficultatem sanxit antiquitas, quibus nos annorum multitudine breuiata, pœnitentiam biennij conditione infrascriptæ obseruationis imponimus; vt præscripto biennio, tertio (*die*) sine relaxatione ieiunent, & ecclesiam studeant frequentare pœnitētium locum, standi, orandi humilitatem ita nouerint obseruandam, vt etiam ipsi, cum catechumeni egredi commonentur, abscedant. Constituto tempore admittantur ad altarium: aut si noluerint, statuta præteritorum canonum implere debebunt. *Agath. c. 60.*

C A P. IV.

De iis, qui post baptismi sacramentum ad hæresis lapsum carne suadente descendunt, & agnoscentes rectum, ad vnitatem fidei catholicæ venire desiderant; in Episcoporum potestare consistat, cum eos viderint dignam pœnitentiam agere, quando, vel qualiter communioni pristinę reformentur. *Aur. 1. c. 8.*

C A P. V.

Syricus constituit, vt si quis conuersus de Manichæis rediret ad Ecclesiam, nullatenus communicaret, nisi tantum relegationi monasterij diebus vitæ suæ teneretur obnoxius; vt ieiuniis, & orationibus maceratus, probatus sub omni examinatione vsque ad vltimum, die transitus sui, humanitate Ecclesiæ viaticum eis largiretur. Hic constituit, hæreticos sub manus impositione recipi, & reconciliari præsente cuncta Ecclesia. *Ex Pont. in Syric.*

De recipiendis hæreticis, cum resipiscunt.
Tit. VI.

CAPVT I.

ERrant, qui putant Domini sacerdotes post lapsum, si condignam egerint pœnitentiam Domino ministrare non posse & suis honoribus frui, si bonam deinceps vitam duxerint, & suum sacerdotium condigne custodierint. Et ipsi, qui hoc putant, *Dist. 50. c. 14. pl. deret. & errant.*

non solum errant, sed etiam contra traditas Ecclesiæ claues disputare, & agere videntur: de quibus dictum est: Quæcumque solueritis, &c. Nos vero indubitanter, tam Domini sacerdotes, quam reliquos fideles, post dignam satisfactionem, posse redire ad honores credimus, testante Domino per Prophetam: Nunquid, qui cadit, non adiiciet, vt resurgat; & qui auersus est, non reuertetur? &c. Mundatur ergo homo à peccato, & resurgit gratia Dei lapsus, & in pristino manet officio, &c. *Callist. epist. 2. in fin. Burchar. lib. 19. c. 42. Iuo lib. 3. tit. 11. c. 16. panorm. & part. 6. c. 48. decr.*

Matth. 16. c.

Hier. 8. b.

Cap. II.

Si aliquando (*Pelagiani*) in se Dei adiutorium, quod hucusque negauerunt, prouocauerint, & opus sibi eius auxilium esse cognouerint, &c. damnent hæc, quæ hucusque senserūt, & aliquando animum rectis disputationibus commodantes, ab hac aliquantulum labe correcti, vetis se sanandos consiliis tribuāt, atque submittant. Quod si fecerint, erit in potestate Pontificum, istis aliquatenus subuenire, & talibus aliquam curam præstare vulneribus, quam solet lapsis, eum resipuerint, Ecclesia non negare; vt à suis remoti præcipitiis, intra ouile Domini redigantur: ne foris positi, & tanto præsidio à fide munitionis exclusi, periculis omnibus exponantur deuorandi luporum dentibus, atque vexandi; quibus obsistere hac, qua illos in se irritauerant, doctrinæ peruersitate non possunt. *Innoc. ep. 25. ad concil. Carth. in fin.*

Cap. III.

Eze. 18. & 33. c.

Iubemus sane, quia Christus Dominus noster propria voce signauit, nolle se mortem morientis, sed vt reuertatur, & viuat; vt si vnquam ad sanum deposito praui dogmatis errore, resipuerint (*Pelagius, & Celestius*,) damnauerintque ea, quorum se ipsi præuaricatione damnauerunt, eis medicinam solitam, id est, receptaculum suum, ab Ecclesia non negari: ne dum eos redeuntes forsitan prohibemus, vere extra ouile remanentes, expectantis hostis rapidis faucibus glutianrur, quos † in semetipsos spiculis malæ disputationis armarunt. *Innocent. epist. 26. ad concil. Mileuit. in fine.*

† *quas. f.*

Cap. IV.

De his, qui in hac causa grauius peccauere *in pseudosynodo Ephesina*) & ob hoc superiorem sibi locum in eadem infelici synodo vindicarunt, vt humiliū fratrum simplicitatem arrogantię suæ præiudiciis aggrauarent; si forte resipiscunt, & à facti sui defensione cessantes, in condemnationem proprij conuertuntur erroris; horum si satisfactio talis accedit, quæ non refutanda videatur, maturioribus Apostolicæ sedis consiliis reseruetur; vt examinatis omnibus, atque perpensis, de ipsis eorum actionibus, quid constitui debeat, æstimetur. Neque prius in ecclesia, cui te Dominus voluit præsidere, cuiusquam talium nomen ad altare recitetur, quam quid de eis constitui debeat, rerum processus ostendat. *Leo epist. 44. ad Anatolium Episc. C P. in med.*

Cap. V.

Primates synodi (*Ephesinæ*) nec resistentibus sibi fratribus, nec consentientibus perceperunt, eum ad infringendam catholicam fidem, & ad exectabilem hæresim roborandam, alios priuilegio honoris exuerint, alios consortio impietatis infecerint, &c. Veruntamen quia tales sibi maxime sua iniquitate nocuerunt, & maioribus vulneribus diligentior est adhibenda medicina; nullis vnquam epistolis definiui, etiam talibus si resipiscerent, veniam denegandam. Et quamuis incomparabiliter inimicissimam Christianæ religioni hæresim detestemur, ipsos tamen, si corriganrur, & digna se satisfactione purificent, ab ineffabili misericordia Dei non iudicamus alienos: sed potius cum gementibus gemimus, & cum flentibus flemus: & sic vtimur iustitia commotionis, vt non amittamus remedia caritatis, &c. Qui etsi post illud iudicium suum tam impium, quam iniustum, non sunt catholicæ fraternitati ita honorabiles; vt fuerunt, suas tamen adhuc obtinent sedes: & Episcoparus sui honore potiuntur, aut per veram, & necessariam satisfactionem pacem Ecclesiæ recepturi, aut si hæresim tuebunrur, professionis suæ merito iudicandi. *Leo ep. 49. ad Pulcheriam in fine.*

Cap. VI.

Tua sanctitas hoc à nobis requisiuit, vt sibi de sacerdotali officio post lapsum resurgendi rationem scriberemus; dum dicis de hoc canonum diuersorum legisse diuersas † sententias, alias resurgendi, alias nequaquam posse, &c. Post dignam satisfactionem credimus posse redire ad honorem, &c. *Gre. ep. 4. in med. ad Secundin. l. 7. regist. c. 53. Raban. c. 1. de pœn. Burc. l. 19. c. 43. Iuo l. 3. tit. 11. c. 15. panor. & par. 6. c. 85. decr.*

Dist. 50. quia sanctitas. c. 16. † *diuisas.*

Cap. VII.

Quicumque clerici ex Donatistis correcto consilio ad catholicam vnitatem transire voluerint, secundum vniuscuiusque Episcopi catholici voluntatem, atque consilium, qui in eodem loco gubernat ecclesiam, si hoc paci Christianæ prodesse visum fuerit, in suis honoribus suscipiantur; sicut prioribus eiusdem diuisionis temporibus factum esse manifestum est, &c. Non vt concilium, quod in transmarinis partibus de hac re factum est, dissoluatur: sed vt illud maneat circa eos, qui sic transire ad catholicam volunt, vt nulla per eos vnitatis compensatio procuretur. Per quos autem, vel omnimodo perfici, vel adiuuari manifestis fraternarum animarum lucris catholica vnitas in locis, in quibus degunt, visa fuerit; non eis obsit, quod contra honores eorum, quamuis salus nulli interclusa sit, in transmarino concilio statutum est; id est,

vt ordinati in parte Donati, si ad catholicam correcti transire voluerint, non suscipiantur in honoribus suis secundum transmarinum concilium, exceptis his, per quos catholicæ vnitati consuletur. *Afric. ca. 35. L. Carth. ca. 69. G.*

Cap. VIII.

Morborum, qui longissimi sunt, difficillimi curatu esse solent: sic animus hæreseos tenebris obrutus, lumen veritatis difficillime admittit. *Taras. CP. in vij. syn. act. 1. post princ.*

Cap. IX.

De Eustathio Ariano sæpius lapso, sæpe restituto ad Episcopatum, *Basilius in epist. ad Occidentis Episc. & in ep. ad Terentium Comitem, vij. sy. act. 1. in med. referuntur.*

Cap. X.

In primis cum à vi cessatum esset, synodusque præsentium, & eorum, qui longinquas regiones incolebant, Episcoporum haberetur, nec modo comministris, qui per Græciam passim habitant, verum etiam in Galliis, & Hispania, communi decreto placuit: vt & hic, & vbique gentium quicumque lapsi fuissent proprio arbitrio, & antesignani fuissent impietatis, si resipiscerent; ignoscendum quidem illis, verum non restituendos in cleri numerum. Qui vero non auctores, sed necessitate, & violentia compulsi fuissent, visum est illis quidem ignoscendum, & in cleri locum restituendos, maxime cum probabilem defensionem, & excusationem dederint, &c. Hac de causa clero per ea tempora ignotum est, qui vero in errorem seducti erant, & violentia huc compulsi, data quoque his communio est: quemadmodum hæc & Romam scripta sunt, Romanorumque Ecclesiam omnia comprobasse constat. *Athanas. ad Rufinianum apud vij. syn. act. 1. post med.*

Cap. XI.

Luc. 15. Ille Euangelicus iunior filius, &c. & annulum fidei recepit, & stola circumdatur, per quam quid aliud, quam sacerdotij declarantur insignia? &c. *Ex conc. Alexan. Rufinus l. 10. c. 28. apud vij. syn. act. 1. post med.*

Cap. XII.

Qui in Sardicensi synodo fuerant, &c. reddiderunt sedes Paulo, & Athanasio, & Marcello Ancyrano apologiam afferenti, & dicenti non intellectum suum liberum, cum ipse etiam auersaretur omnes, qui purum hominem Christum dicunt. *Socrates in hist. eccl. Triper. l. 4. c. 23. vij. syn. act. 1 post med.*

Cap. XIII.

Tarasius dixit: Plurimi iam canoniei, sanctarumque synodorum, & Patrum libri lecti sunt, qui docent nos reuersos ab hæresi recipere debere, modo non subsit improba aliqua causa. *vij. syn. act. 1. post med.*

Cap. XIV.

Vt scriptum est ab historicis, B. Meletius creatus fuit ab Arianis Episcopus, & cum ascendisset ambonem, prædicauit consubstantialitatem, & tamen illius electio reprobata est. *Petrus Hadriani PP. vicarius in syn. vij. act. 1. post med.*

Cap. XV.

Demetrius diaconus armamentarius sanctæ ecclesiæ CP. dixit: Quandoquidem in priori actione visum est magnæ, & generali synodo, insequenti doctrinam Patrum, & legislationem ecclesiasticam; eos, qui ex hæresi reuertuntur, recipiendos: quin etiam rursus admittendos, qui ab hæreticis ordinati sunt, modo orthodoxam fidem sapiant: ecce astant ante fores Episcopi, qui libellos confessionis orthodoxiæ suæ paulo ante legerunt, rogantes, vt admittantur, &c. Sancta synodus respondit: Adsint, &c. *vij. syn. act. 3. in princ.*

Cap. XVI.

Scitis, inquit Sabas monachus, & Præses Studij, beatum nostrum Patrem Athanasium ad Rufinianum scripsisse, hæreticorum antesignanis satis sit, vt ad pœnitentiam recipiantur, &c. Constantinus Episcopus Constantiæ Cypri dixit: Iuuenalis, quique stabant à partibus illius, principes erant synodi latronum, attamen in quarta synodo recepti sunt, &c. Tarasius dixit: Quin etiam Eustathius hæresiarcha Macedoniorum fuerat, sed tamen B. Basilius Pater noster cum libello illum recepit, &c. *vij. syn. act. 3. post prin.*

Cap. XVII.

Hæreticos, qui in excessu è vita pœnitentiam agunt, recipere oportet; recipere autem non sine iudicio; sed examinantes, an veram pœnitentiam ostendant, & si fructus habent, qui salutis studium testificentur. *Basil. epist. ad Amphiloch. c. 5.*

Hæretici, cum recipiuntur ab Ecclesia, detestentur hæresim, in qua fuerunt. Tit. VII.

CAPVT I.

De iis, qui se Catharos (*Nouatianos L.*) nominant, & ad catholicam, & Apostolicam ecclesiam reuertūtur, recepta manus impositione, maneant in clero. Sed prius scripto confiteantur, quod sentient, & sequentur catholicæ, & Apostolicæ Ecclesiæ dogmata; hoc est, cum his, qui secundas nuptias contraxerunt, communicabunt, & cum his qui persecutione præuaricati sunt; de quibus tempus, & ratio (*pœnitentiæ L.*) definita est vt ipsi in omnibus sequantur dogmata catholicæ Ecclesiæ. Illi igitur omnes, siue in vicis; siue in vrbibus soli inueniantur ordinati, permaneant in eodem ordine: sed si ad catholicæ Ecclesiæ Episcopum, vel presbyterum aliqui ex istis pertinent, is Episcopus in sua dignitate, vt par est, maneat; (*similiter presbyteri, & diacons L.*) & qui vocatur à Catharis Episcopus, presbyteri habeat 1. q. 7. c. 8. sicut

honorem, nisi forte Episcopo videatur honorem nominis Episcopi eidem relinquere. Sed si id displiceat, inueniat locum Chorepiscopi, vel presbyteri, in quo in clero esse videatur. *Nica. c. 8. refert vij. syn. act. 1. ante med. Inno. ep. 22. c. 5. ad Episcop. Maced. Toletan. xii. cap. 4.*

CAP. II.

Plurimos (*Manichæorum*) inuestigatio nostra reperit, &c. quos potuimus emendare, correximus: & vt damnarent Manichæum cum prædicatione, & disciplinis suis, publica in Ecclesia professione, & manus suæ subscriptione compulimus; & ita de voragine impietatis suę confessos, pœnitentiam concedendo leuauimus. *Anast. epist. 1. c. 3. Leo epist. 2. ad Episcopos Italia.*

CAP. III.

Dilectionem tuam duximus commonendam, insinuantes ad animæ periculum pertinere, [si quisquam de his, qui à nobis in hæreticorum, atque schismaticorum sectam delapsus, & se vtcumque hæreticæ communionis contagione macularit, resipiscens, in communione catholica, sine professione legitimę satisfactionis habeatur. [Saluberrimum enim, & spiritualis medicinæ vtilitate plenissimum est; vt siue presbyteri, siue diaconi, aut cuiuslibet ordinis clerici, qui se correctos videri volunt, atque ad Catholicam fidem, quam iam pridem amiserant, rursum reuerti ambiunt; prius errores suos, ipsos auctores errorum damnari à se sine ambiguitate fateantur, &c. *Leo ep. 3. ad Episcopum Aquileien. & epist. 83. ad Alstinum Episcopum. Iuo lib. 3. tit. 10. c. 4. panor. & par. 6. c. 97. decr. Ansel. lib. 12. c. 39. Tarrac. lib. 4. c. 13.*

(margin: 1. e. 1. c. 41. § quia — 1. q. 7. c. 21.)

CAP. IV.

Si fideliter, atque vtiliter (*Eutyches*) dolet, & quam rectè mota sit Episcopalis auctoritas, vel se reum cognoscit; vel si ad satisfactionis plenitudinem omnia, quæ ab eo malè sunt sensa viua voce, & præsenti subscriptione damnauerit; non erit reprehensibilis erga correctum quantacumque miseratio. Quia Dominus noster, verus, & bonus pastor, qui animam suam posuit pro ouibus suis; & qui venit animas hominum saluare, non perdere; imitatores nos vult esse suæ pietatis, vt peccantes quidem iustitia coërceat, conuersos autem misericordia non repellat. *Leo ep. 10. cap. 6. ad Flauian. C P.*

(margin: Ioa. 10. b. c. — Luc. 9. g.)

CAP. V.

Si ipse (*Eutyches*) qui in hanc tentationem incidit, resipiscat, ita vt per libellarem satisfactionem proprium damnet errorem; communio ei sui ordinis non negetur. *Leo epist. 13. & epist. 17. ad Pulcheriam in fine.*

CAP. VI.

Si condemnatus (*Eutyches*) presbyter plena satisfactione corrigitur, sententia, qua ob strictus est, relaxetur. *Leo epist. 18. ad Iulian. Episcop. in fine.*

CAP. VII.

Si deposita impetitiæ suæ vanitate (*Eutychiani*) resipiscunt, omnique errore damnato, fidem veram, singulatemque suscipiunt; misericordia eisdem Episcopalis beneuolentiæ non negetur, mansueto iudicio, quod præcessit, si impietas merito condemnata, in sua prauitate perstiterit. *Leo epist. 9. ad Flauianum Episcop. C P. in fine.*

CAP. VIII.

Quosdam Episcopos de his, qui rebus impijs videntur præbuisse consensum, reconciliationem reposcere, & catholicorum communionem desiderare, tam nostrorum, quam fratris, & coëpiscopi mei Anatolij, cui testimonium ferre dignamini relatione cognouimus: quorum desideriis sic præbemus effectum; vt correctis, & quæ male sunt facta, propria subscriptione damnantibus, participata nostrorum, quos misimus, cura cum supradicto Episcopo pacis gratia tribuatur, quia deuotionis vtrumque est Christianæ, vt & pertinaces veritas iusta coërceat, & conuersos caritas non repellat. *Leo. ep. 37. ad Pulcheriam Augustam, circa finem.*

CAP. IX.

Qui plenis satisfactionibus male gesta condemnant, & accusare magis se eligunt, quam tueri; pacis, & communionis nostræ vnitate lætentur; ita vt digno prius anathemate, quæ contra fidem Catholicam sunt recepta, damnentur. Aliter enim [in Ecclesia Dei, quæ corpus est Christi; nec rata sunt sacerdotia, nec vera sacrificia, nisi in nostræ proprietate naturæ verus nos Pontifex reconciliet, verus immaculati agni sanguis emundet. *Leo epist. 38. c. 2. ad Anatolium Episcop. C P. Iuo par. 2. c. 9. decr.*

(margin: 1. q. 1. c. 68.)

CAP. X.

Quicumque in illa in synodo (*Ephesina*) quæ nomen synodi nec habere potuit, nec meretur, & in qua maleuolentiam suam Dioscorus? imperitiam autem Iuuenalis ostendit, dolent, &c. se metu victos, & terrore superatos ad consensum scelestissimi iudicij potuisse compelli; & communionem catholicam obtinere desiderant; satisfactioni eorum pax fraterna præstetur, ita vt non dubiis professionibus, Eutychen cum suo dogmate, cumque consortibus suis anathematis execratione condemnent. *Leo epist. 44. ad Anatholium Episc. C P. in med.*

CAP. XI.

Pene omnes, qui in consensum præsidentium aut traducti fuerant, aut coacti; rescindendo, quod statutum fuerat ab illis, & condemnando, quod scripserant, perpetuam culpæ abolitionem, & Apostolicæ pacis gratiam sunt adepti, &c. *Leo epist. 49. Ad Pulcheriam ante finem.*

CAP. XII.

Si conscientiam suam voluisset (*Atticus presbyter*) probare sinceram, non Eutychen

sibi odiosum fuisse; sed quod perfidiam ipsius reprobaret, atque damnaret, deberet confiteri, &c. Prædictus Articus, vt ab omni suspicione contraria liber appareat, quid in Eutychete anathematizet, ac damnet, euidenter ostendat, & in damnationem erroris expressi remota omni dubitatione subscribat; ita vt Chalcedonensis symboli definitionem de fide, cui etiam dilectio tua subscribendo consensit, & quam Apostolicæ sedis firmauit auctoritas, profiteatur se per omnia seruaturum, adiecta subscriptione propriæ manus, quæ in Ecclesia Christiano populo præsente recitetur; vt pro catholica fide neque nos negligentes, neque ipse vltra suspectus habeatur. Qui si in eadem prauitate perdurans præceptis salubribus parere noluerit; sententiam synodi Chalcedonensis, cuius definitionibus resultat, recipiet. *Leo epist. 75. ad Anatolium Episcop. CP. in med.*

CAP. XIII.

Agnouimus quosdam presbyteros, diaconos, ac diuersi ordinis clericos: quos Pelagiana, vel Cælestiana hæresis habuerit implicatos, ita in vestra prouincia ad communionem Catholicam peruenisse, vt nulla ab eis damnatio proprij exigeretur erroris, & pastoralibus excubiis nimium dormitantibus, lupos ouium pellibus tectos in ouile Dominicum non depositis bestialibus animis intrauisse, &c. Congregata apud vos synodo prouincialium sacerdorum, omnes siue presbyteri, siue diaconi, siue cuiuscumque ordinis clerici, qui de Pelagianorum, Cælestianorumque consortio in communionem catholicam ea imprudentia sunt recepti; vt non prius ad damnationem sui coarctarentur erroris, quam nunc saltem, postea quam hypocrisis eorum ex quadam parte detegitur; ad veram correctionem, quæ & ipsis prodesse, & nullis possit nocere, coganrur. Damnent apertis professionibus sui superbi erroris auctores, & quidquid in doctrina eorum vniuersalis Ecclesia exhorruit, detestentur; omniaque decreta synodalia, quæ ad excisionem hæreseos Apostolicæ sedis confirmauit auctoritas, amplecti se, & in omnibus approbare, plenis, & apertis, ac propria manu subscriptis protestationibus eloquantur. Nihil in verbis eorum obscurum, nihil inueniatur ambiguum; quoniam nouimus hanc istorum esse versutiam; vt in quacumque particula dogmatis execrandi, qua se à damnatorum societate discreuerint, nihil sibi sensuum suorum existiment esse non saluum, &c. *Leo epist. 84. ad Aquilei. Episcop. in prin.*

CAP. XIV.

1.q.7.c.10. Donatum Salicinensem, ex Nouatiano cũ sua, vt comperimus, plebe conuersum, ita Dominico volumus gregi præsidere, vt libellum fidei suæ ad nos meminerit dirigendum; quo & Nouatiani dogmatis damnet errorem, & plenissime confiteatur Catholicam veritatem. [Maximum quoque ex laico, licet reprehensibiliter ordinatum, tamen si Donatista iam non est, & à spiritu schismaticæ prauitatis alienus, ab Episcopali, quam quoquomodo adeptus est, non †repellimus dignitate; ita vt ipse libello ad nos edito catholicum se esse manifestet. *Leo epist. 85. ad Episcop. African. c. 3.* 1.q.7.c.19. †repellamus.

CAP. XV.

Quia de Hierosolymitanorum professione respondimus, hoc quoque existimauimus salutis eorum causa competenter addendum; vt si communionis Apostolicæ se dederint vnitati, & professionem suam scripto indicent, quam Legatis nostris apud Constantinopolim positis offerant, aut per suos ad nos dirigant, aut fraternitati vestræ tradant, eodem tamen tenore conscriptam, quæ ad nos modis omnibus seu sub nostra ordinatione deferatur. *Hormisda ep. 6. ad Epiphanium Episc. CP. ante fi.*

CAP. XVI.

Si per pœnitentiam condemnauerint (*Eustathiani*) omnia hæc, quæ maledixerunt, acceptabiles fiant; atque ideo singula, quæ debeant condemnare, synodus credidit exponenda. Quod si quis renuerit hæc; tamquam hæreticus, & anathematizatus, & sine communione, ac damnatus abiiciatur. *Gang. in principio.*

CAP. XVII.

Nouatianum in communionem recipi non debere, nisi suscepta pœnitentia incredulitatis præteritum damnet errorem. *Arel. II. cap. 9.*

CAP. XVIII.

Qui ex hæresi conuertuntur Nouatianorum, Photinianorum, aut Quartodecimanorum, aut fideles, aut catechumeni eorum, non ante suscipiantur, quam anathematizent omnem hæresim, eam præsertim, in qua erant, tunc vero, qui apud eos fideles dicebantur, cum didicerint fidei symbola, perúncti sancto chrismate, communicent sanctis mysteriis. *Laod. 7.*

CAP. XIX.

Quod si dicunt se resipuisse, doceant per scripturam suam resipiscentiam, & execrationem fidei, quam CP. susceperunt, præterea ab hæreticis separent se, & simpliciores minime decipiant. *Basil. in epist. ad Euasenos. vii. syn. act. 1. in med.*

CAP. XX.

Resipiscentes ab hæresi anathematizare scripto hæresim est traditum ab Apostolis, & cæteris sanctis Patribus, & conciliis vniuersalibus, & prouincialibus. Basilius Ancyranus resipiscens è libello dixit. *vii. synod. act. 1. in princ.*

Hæretici sine forma Ecclesiæ baptizati, si ad Ecclesiam veniunt, iterum baptizentur.

Tit. VIII.

CAPVT I.

1.q.1.si quis.c.52. DE Paulianistis, (*& Cataphrygis L.*) qui ad Ecclesiam catholicam confugerunt, definitum est, vt rebaptizentur omnino. Si qui vero antea clerici fuerunt, si sine culpa, & reprehensione esse videantur; rebaptizati ordinentur à catholicæ Ecclesiæ Episcopo. Si vero in examine inutiles reperiantur, deponantur. Idem de diaconissis, & cæteris ex clero eadem ratione seruetur. *Nican.c.19.refert Innoc.ep.22.c.5. ad Episcop. Maced. Ansel. lib. 9. c. 55.in addit.*

Cap. II.

Conuersos ab hæresi ita suscipimus. Arianos, & Macedonianos, & Sabbatianos, & Nouatianos, qui se dicunt Catharos, & Aristeros, † & Quartodecimanos, siue Tetraditas, & Apollinaristas suscipimus datis libellis, & anathematizata omni hæresi, quæ non sentit, vt sentit Ecclesia sancta Dei catholica, & Apostolica; & signatos, vel vnctos primum sancto vnguento in fronte; & oculis, & naribus, & ore, & auribus, & signantes eos dicimus: Signum doni sancti Spiritus. Eunomianos vero, qui in vnam immersionem baptizantur, & Montanistas, quos nunc Phrygas dicimus, & Sabellianos, qui hyiopatoriam docent, & alia difficilia faciunt, omnesque alias hæreses quoniam multæ sunt, maxime eorum, qui à Galatarum regione veniunt; omnes hos, qui reuertuntur ad orthodoxam fidem, vt paganos recipimus. Prima die facimus eos Christianos: altera catechumenos: tertia exorcizamus eos insufflando ter in faciem, & aures, atque ita eos instruimus, & facimus, vt sint aliquo tempore in Ecclesia, & audiant scripturas, & tunc eos baptizamus. *CP.cap. 7.G.Trull. cap. 96.*

† vel Aristos.

Cap. III.

De conf. d.4.c.84 hi vero. Hi hæretici, qui in Trinitatis nomine minime baptizantur, sicut sunt Bonosiaci, & Cataphrygæ, quia & illi Christum Dominum non credunt, & isti Spiritum sanctum peruerso sensu esse prauum quendam hominem Montanum credunt, quorum similes multi sunt alij: cum ad sanctam Ecclesiam veniunt, baptizantur; quia baptismus non fuit, quod in errore positi, in sanctæ Trinitatis nomine perceperunt. *Greg. ad Quirinum Episcop. lib. 9. regist. ep. 61. Iuo lib. 1. tit. 2.c. 57. panor. & par. 1.c.153. decr. Cæsar. lib. 12.c.68.*

Cap. IV.

De consec. dist.4. de Arianis. 109. Ariani, qui propria lege sua vtuntur: rebaptizentur. Si ad Ecclesiam aliqui de hac hæresi venerint, interrogent eos nostræ fidei sacerdotes symbolum, & si peruiderint in Patre, & Filio, & Spiritu sancto eos baptizatos, manus eis tantum imponatur, † vt accipiant Spiritum sanctum, quod si interrogati non responderint hanc Trinitatem, baptizentur. *Arel.s.c.8.* † imponatur.

Cap. V.

Photinianos, siue Paulianistas, secundum Patrum statuta, baptizari oportet. *Arel y.c.16.*

Cap. VI.

Bonosiacos ex eodem errore venientes, quos sicut Arianos baptizari in Trinitate manifestum est, dum interrogati, fidem nostram ex toto corde confessi fuerint, cum chrismate, & manus impositione in Ecclesia recipi sufficit. *Arel.y.c.17.*

Cap. VII.

Qui ab hæresi Phrygiorum (*Cataphrygarum L.*) conuertuntur, etsi in clero apud eos permaneant, & maximi appellentur, hos cum omni cura instrui, & baptizari oportet ab Episcopis, & Presbyteris. *Laod.c.8.*

Cap. VIII.

Conuersos ad fidem hæreticos ita suscipimus. Arianos, & Macedonianos, &c. (*vt CP.7.G.*) De Paulianistis definitio Ecclesiæ est, vt rebaptizētur omnino. Eunomianos, qui in vna immersione baptizant; Montanistas, &c. (*vt CP. 7.*) &c. Manichæos vero & Valentinianos, & Marcionistas, & Nestorianos, & ex similibus hæresibus oportet facere libellos, & anathematizare eam hæresim, & Nestorium, & Eutychem, & Dioscorum, & Seuerum, & reliquos principes harum hæresum, & qui ea sentiunt, & omnes supradictas, & ita participent de sacra communione. *Trul. 96.Vide CP. 7.G.*

Cap. IX.

Pepuzenorum baptismus nullam mihi habere rationem videtur: & miratus sum, quomodo hoc Dionysium qui fuit canonicus, præteriit. Antiqui enim illum baptismum suscipiendum putarunt, qui nihil fidei transgreditur, &c. Pepuzeni sunt aperte hæretici. In sanctum enim Spiritum blasphemarunt, &c. Quamnam ergo habet rationem, verum eorum baptisma iudicari, qui in Patrem, & Filium, & Montanum, Priscillamque baptizantur? non enim baptizati sunt, qui non in nobis tradita baptizati sunt. *Basil. epist. ad Amphiloch. c.1. post princ.*

Cap. X.

Encratitarum versutia fuit, ne ab Ecclesia reciperentur, proprium baptisma occupare, &c. Si quispiam ab illis fuerit assumptus, si ad Ecclesiam redierit, baptizandus est, &c. Patres tamen, qui apud nos rerum Ecclesiasticarum dispensationem habent, sequendi sunt, &c. Si vero illi baptismum nostrum seruant, nihil nos angat, &c. canonibus exacte seruiendum est. Qui ad eorum baptisma accedunt, inungi fidelium modo, & ita ad mysteria accedere. Noui vero, quod fratres, qui

cum Izoë, & Saturnino, quique ex eo ordine sunt, conueniunt, in Episcoporum sedem recepimus, vt etiam nunc, qui eius sunt ordinis, disseparare ab Ecclesia nequeamus, qui canonem quendam, qui de communicatione cum his agit, ex Episcoporum traditione edidimus. *Basil. ad Amphilochium epistola canonica 1. post princip. refertur in vij. synod. actio. 1. in med.*

CAP. XI.

Encratitæ, & Saccophori, & Apotactitæ subiiciuntur eidem rationi, cui & Nouatiani, quia de illis editus est canon, etsi diuersus: quæ autem sunt aduersus eos, silentio prætermissa sunt, nos autem vna ratione eos rebaptizamus, si autem prohibita est apud vos hæc rebaptizatio, sicut & à Romanis, alicuius œconomiæ gratia; nostra tamen oratio vires obtineat, quandoquidem est veluti Marcionistarum germen eorum hæresis, nuptias abhorrentium, & nuptias aduersantium & Dei creaturam inquinatam esse dicentium. Eos ergo in Ecclesiam non admittimus, nisi in nostrum baptismum baptizati fuerint, &c. *Basil. ad Amphiloch. cap. 47.*

CAP. XII.

Pius constituit hæreticum venientem ex Iudæorum hæresi suscipi, & baptizari. *Dam. in Pij.*

Hæretici rite baptizati per manus impositionem, aut per fidei professionem suscipiuntur ab Ecclesia. Tit. IX.

CAPVT I.

1. q. 7. c. 8. & qui. De his, qui se Catharos nominant, & ad catholicam, & Apostolicam Ecclesiam teucrtunut, &c. Scripta professione catholica, & recepta manus impositione maneant in clero, &c. *Nicæn. cap. 8. refert Innocent. epist. 22. c. 5. ad Episc. Maced.*

CAP. II.

Deinde venerunt ad synodum aliqui Iconomachi, & monitis sanctæ synodi, & Imperatoris conuersi, recepti sunt cum anathematizatione. *Syn. viii. CP. sub Had. ii. act. 8. in fi.*

CAP. III.

Nicæni Patres damnauerunt Arium, Photinum, Sabellium que atque sequaces eorum, eodemque tempore Siluester Romæ congregauit cclxvii. Episcopos, & damnauit iterum Calixtum † Arium, & Photinum, atque Sabellium, & constituit; vt presbyterum Arianum resipiscentem nemo susciperet, nisi Episcopus eiusdem loci eum reconciliaret, & sacrosancto chrismate per Episcopalis manus impositionem sancti Spiritus gratiá, † quæ ab hæreticis dari non potest, confirmaret. *Ex decerptis ex decretis Siluestri in epilogo. Concil. Rom. in prin.*

† Callistum f.

† gratia.

CAP. IV.

Venientes à Nouatianis, vel Montensibus per manus impositionem suscipiantur, præter eos, quos rebaptizant. *Syric. in syn. Rom. cp. 4. c. 8. apud conc. Telen.*

CAP. V.

Quod significastis, quid de conuersis hæreticis fieri debuisset? Scitote nos, eos, qui in sanctæ Trinitatis fide baptizati sunt, per impositionem manus suscipere. *Euseb. epist. 1. in prin.*

CAP. VI.

Hæreticos omnes, quicumque Dei gratia conuertuntur, & in sanctæ Trinitatis nomine credentes baptizati sunt, Romanæ Ecclesiæ regulam tenentes, per manus impositionem reconciliari præcipimus. *Euseb. epist. 3. in fine.*

CAP. VII.

Venientes à Nouatianis, vel Montensibus per manus tantum impositionem suscipiantur; quia quamuis ab hæreticis, tamen in Christi nomine sunt baptizati: præter eos, si qui forte à nobis ad illos transeuntes, rebaptizati sunt; hi, si resipiscentes, & ruinam suam cogitantes, redire voluerint, sub longa pœnitentiæ satisfactione admittendi sunt. *Inno. epist. 2. c. 8.*

CAP. VIII.

Arianos, cæterasque huiusmodi pestes, 1. q. 1.
quia eorum laicos conuersos ad Dominum, c. 73.
sub imagine pœnitentiæ, ac sancti Spiritus sanctificatione per manus impositionem suscipimus; non videtur, clericos eorum cum sacerdotij, aut ministerij cuiuspiam suscipi debere dignitate, &c. *Inn. ep. 18. c. 3. ad Alex. Episc. Iuo l. 3. tit. 10. c. 2. pan. Ans. l. 9. c. 58. Cæs. l. 13. c. 50. Tarrac. l. 1. c. 27.*

CAP. IX.

Nostræ lex Ecclesiæ est, venientibus ab 1. q. 1.
hæreticis, qui tamen illic baptizati sunt, per ventum.
manus impositionem, laicam tantum tribue- in fi. c. 18.
re communionem, nec ex his aliquem in clericatus honorem vel exiguum surrogare. *Inn. epist. 22. cap. 4. in fine ad Episcopos Macedon. Iuo lib. 3. tit. 5. cap. 17. & tit. 10. c. 3 panorm. & par. 6. c. 60. decr.*

CAP. X.

Hi, de quibus scripsisti, qui se baptizatos De consi.
sciunt, sed cuius fidei fuerint, qui eos baptiza- d. 4. c. 38
uere, se nescire profiteutur; quolibet modo formam baptismatis acceperint, rebaptizandi non sunt; sed per manus impositionem inuocata virtute Spiritus sancti, quam ab hæreticis accipere non potuerunt, catholicis copulandi sunt. *Leo ep. 90 c. 16. ad Rustic. Narbon. Bur. li. 4. c. 42. Iuo l. 1. tit. 2. c. 84. pan. & par. 8. c. 236. decr. Ans. l. 9. c. 57.*

CAP. XI.

Ab antiqua Patrum institutione didicimus; De consi.
vt quilibet, qui apud hæresim in Trinitatis d. 4. c.
nomine baptizantur, cum ad sanctam Eccle- 44.
siam redeunt; aut vnctione chrismatis, aut

impoſitione manus, aut ſola profeſſione fidei ad ſinum matris Eccleſiæ reuocentur. Vnde Arianos per impoſitionem manus Occidens, per vnctionem vero ſancti chriſmatis, ad ingreſſum ſanctæ Eccleſiæ catholicæ, Oriens reformat. Monophyſitas vero, & alios ex ſola vera confeſſione recipit: quia ſanctum baptiſma, quod ſunt apud hæreticos conſecuti, tunc in eis vires emundationis accipit; cum vel illi per impoſitionem manus Spiritum ſanctum acceperint, vel iſti per profeſſionem veræ fidei, ſanctæ, & vniuerſalis Eccleſiæ viſceribus fuerint vniti, &c. Neſtoriani vero, quia in ſanctæ Trinitatis nomine baptizantur, ſed eos Iudaicæ perfidię ſimiles incarnationem vnigeniti non credentes, ſuæ hæreſeos error obſcurat; ad ſanctam Eccleſiam catholicam venientes, de veræ fidei firmitate, & confeſſione docendi ſunt; vt vnum eundemque Dei, & hominis filium, Deum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum credant, &c. Hanc ergo natiuitatis eius veritatem quicumque à peruerſo errore Neſtorij reuertuntur, coram ſancta fraternitatis veſtræ congregatione fateantur, eundem Neſtorium cum omnibus ſequacibus ſuis, ac reliquas hæreſes anathematizantes; venerandas quoque ſynodos, quas vniuerſalis Eccleſia recipit, ſe recipere, & venerari promittant, & abſque vlla dubitatione ſanctitas veſtra, ſeruatis eis propriis ordinibus in ſuo cœtu recipiat, &c. *Greg. ad Quirinum Epiſcop. lib. 9. reg. epiſt. 61. Iuo lib. 1. tit. 2. c. 81. panor. & par. 1. c. 153. decr. Caſar. lib. 12. c. 68.*

Cap. XII.

Qui in infirmitate credere volunt, debet his manus imponi. *Arel. 1. c. 6.*

Cap. XIII.

Hæreticos in mortis diſcrimine poſitos, ſi catholici eſſe deſiderent, ſi deſit Epiſcopus, à Preſbyteris cum chriſmate, & benedictione conſignari placet. *Arauſ. 2.*

Cap. XIV.

Preſbytero, propter ſalutem animarum, quam in cunctis optamus, deſperatis, & in lecto recumbentibus hæreticis, ſi conuerſionem ſubitam petant, chriſmate ſubuenire permittimus; quod etiam omnes conuerſuri, ſi ſani ſunt, ab Epiſcopo nouerint expetendum. *Epaun. c. 16.*

Cap. XV.

Per impoſitiones manus fidelibus baptizandis, vel conuerſis ex hæreſi Spiritum ſanctum tradere Epiſcopis tantum licet. *Hiſpal. ij. c. 7.*

Cap. XVI.

Euſebius hæreticos inuenit in vrbę Roma, quos ſola manuum impoſitione reconciliauit. *Dam. in Euſe.*

Cap. XVII.

Syricius conſtituit, hæreticos ſub manus impoſitione recipi, & reconciliari præſente cuncta Eccleſia.

Baptizati apud hæreticos, qui formam Eccleſiæ ſeruant, non ebaptizentur. Tit. X.

CAPVT I.

EPiſcopus, aut Preſbyter, qui vere baptizatum iterum baptizat, vel qui ab impiis pollutum non baptizat, deponatur: vti irridens crucem, & mortem Domini, & non diſcernens veros à falſis ſacerdotes. *Apoſt. cap. 47.*

Cap. II.

Ab hæreticis baptizati, vel ordinati, neque fideles, neque clerici eſſe poſſunt. *Ap. c. 68. Licet valeat baptiſmus, aut ordinatio prohibitum tamen eſt ab his ordinari.*

Cap. III.

Quibus (*hæreticis*) ſolum baptiſma ratum 1. q. 1. c.
eſſe permittimus, quod vtique in nomine 73. A-
Patris, & Filij, & Spiritus ſancti perficitur nec rianos
Spiritum ſanctum eos habere ex illo baptiſmate, illiſque myſteriis arbitramur. *Inno. epiſt. 18. c. 3. ad Alex. Epiſc. Iuo lib. 3. tit. 10. c. 2. panor. Anſel. lib. 9. c. 58. Cæſar. lib. 13. c. 50. Tarra. lib. 1. cap. 27.*

Cap. IV.

Si ab hæreticis baptizatum quempiam fuiſſe conſtiterit, erga hunc nullatenus ſacramentum regenerationis iteretur: ſed hoc tantum, quod ibi defuit, conferatur; vt per Epiſcopalem manus impoſitionem, virtutem ſancti Spiritus conſequatur. *Leo epiſt. 35. c. 2. ad Leonem Epiſc. Rauenn.*

Cap. V.

Hi, qui baptiſmum ab hæreticis acceperunt, cum baptizati ante non fuiſſent, ſola 1. q. 1. c.
inuocatione Spiritus ſancti per impoſitionem 51. hi,
manuum confirmandi ſunt; quia formam tan- qui.
tum baptiſmi ſine ſanctificatione virtute ſumpſere. Et [hanc regulam, vt ſcitis, ſeruan- 1. q. 1. c.
dam omnibus Eccleſiis prædicamus; vt laua- 57.
crum ſemel initum, nulla iteratione violetur,
dicente Apoſtolo: Vnus Dominus, vna fides, Epheſ. 4.
vnum baptiſma. Cuius ablutio nulla itera- a.
tione temeranda eſt; ſed, vt diximus, ſola ſanctificatio ſancti Spiritus inuocanda eſt, vt, quod ab hæreticis nemo accipit, à catholicis ſacerdotibus conſequatur. *Leo epiſt. 77. c. 7. ad Nicet. Aquile. Anſel. lib. 9. c. 26. Tarrac. li. 4. c. 11. & lib. 6. c. 49.*

Cap. VI.

Quicumque baptizatus fuerit ab hæreticis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, nullo modo rebaptizari, ſed per ſolam manus impoſitionem purgari debet. *Zachar. epiſt. 2. in fin. Burch. lib. 4. c. 40. & 43. Iuo par. 1. c. 234. & 237. decr.*

Cap. VII.

Cyprianus, & omnes pene per Africam ſacerdotes decreuerunt, hæreticos eſſe rebap-

tizandos. Cornelius, & cæteri omnes per Italiam statuerunt, quod antiquitus à Patribus acceperant, vt post abiectionem praui, & confessionem recti dogmatis, sola manus impositione purgarentur. *Euse. lib. 7. c. 2. eccles. historia.*

CAP. IX.

Stephanus statuit, non communicandum esse his, qui rebaptizant eos, qui ab hæreticis ad Ecclesiam transeunt, &c. *Euseb. lib. 7. cap. 7. & 6.*

Num hæretici post mortem possint damnari, aut absolui. Tit. XI.

CAPVT I.

HÆretici etiam post mortem anathematizari possunt. *Cyrillus libro primo de eo, quod Vnus est Christus, & in epistola ad Marcianum, & alios monachos. Augustinus ad Bonifacium loquens de Ceciliano, & in epist. ad Catholicos, & lib. 3. c. 35. & 39. contra Cresconium; quæ omnia, & alia multa sunt apud v. syno. CP. act. 5. in med. & approbantur à synodo ibid. Idem confirmat eadem synodus act. 8. post prin. & postea in condemnatione Theodori hæretici iam mortui; & vj. synod. CP. variis in locis; & Nica. ij. epist. synodi ad Constantin. & Iren. vbi multi mortui hæretici anathematizantur.*

CAP. II.

Acacium hæreticorum fautorem à Romano Pontifice condemnatum non posse iam post mortem absolui; *affirmat Gelasius epistol. 3. ad Faustum, cuius initium est, Ego quoque in prin.*

CAP. III.

De hær. c. 5. Gre. ix. c. 8. eo. tit. in 1. collect. Si quis Episcopus hæreticos etiam consanguineos, aut paganos Ecclesiæ prætulerit, post mortem anathema ei dicatur. *Carth. cap. 82. C. eo. tit. in Afr. c. 48. L.*

CAP. IV.

Dicta possumus, non auctores damnare; quod si adhuc viuerent, & correpti errorem suum non condemnarent, iustissime damnarentur. *Pontianus ad Iustinia.*

CAP. V.

Sancti Patres non solum viuentes hæreticos condemnauerunt, sed & post mortem, vt pore in sua impietate mortuos anathematizauerunt; sicut eos, qui iniuste condemnati sunt, reuocarunt post mortem, & in sacris diptychis scripserunt: quod factum est, & in Ioanne, & in Flauiano religiosæ memoriæ Episcopis CP. *Iustinianus epist. ad syno. CP. v. ante fin. lecta act. 1. in prin.*

CAP. VI.

Post mortem hæretici anathematizantur, vt Valentinus, Basilides, Marcion, Cerinthus, Manichæus, Eunomius, Bonosus. *Iustin. ad Ioan. y. ante fin. vbi alia multa.*

Episcopi adhibeant diligentiam in oppugnandis hæreticis. Tit. XII.

Vide supra libro quarto titulo quinquagesimo octauo.

Principum est, opem ferre Ecclesiæ contra hæreticos. Tit. XIII.

CAPVT I.

FAuete catholicis vestro more, parentumque vestrorum date defendendæ fidei libertatem, quam salua clementiæ vestræ reuerentia, nulla vis, nullus poterit mundanus terror auferre. Cum enim Ecclesiæ causa statum regni vestri agamus, & salutis, vt Prouinciarum vestrarum quieto iure potiamini; defendite contra hæreticos inconcussum Ecclesiæ statum, vt & vestrum Christi dextera defendat Imperium. *Leo in syn. Rom. epist. 23. ad Theodosium Imperat. in fine.*

CAP. II.

Ita hæreticorum impudentiæ restitistis, vt proficeremini ad totius mundi pacem, Chalcedonensis synodi vos esse custodem. Quod cum ex vestræ fidei sententia salubertime definitum sit; quanto studiosius vniuersali Ecclesiæ est consentendum: vt tranquillitas fidei Christianæ etiam vestro prosit Imperio, nec improbitas hæretica in aliquo suo molimine glorietur? cuius pertinax insidiosa contentio illico conquiescet, si Imperiali potestate frænetur. *Leo epistol. 72. ad Leon. Imperat. in fin.*

CAP. III.

Apud Christianissimum Principem, & inter Christi prædicatores digno honore numerandum, vtor catholicæ fidei libertate; & ad consortium te Apostolorum, ac Prophetarum securus exhortor; vt constanter despicias, ac repellas eos, qui se Christiano nomine priuauere: nec patiaris impios parricidas sacrilega simulatione de fide agere, quos constat à fide deuiare. Cum enim clementiam tuam Dominus tanta sacramenti sui illuminatione ditauerit, debes incunctanter aduertere, Regiam potestatem tibi non solum ad mundi regimen, sed maxime ad Ecclesiæ præsidium esse collatam; vt ausus nefarios comprimendo, & quæ bene sunt statuta, defendas, & veram pacem his, quæ sunt turbata, restituas, depellendo scilicet peruasores iuris alieni, & antiquę fidei sedem Alexandrinę Ecclesię reformando, &c. Sacerdotalem namque, & Apostolicum tuę pietatis animum, etiam hoc malum ad iustitiam vltionis debet accendere, quod CP. Ecclesię puritatem pestilentet obscurat, in qua inuę-

nuntur clerici quidam hæreticorum sensui consonantes, & intra ipsa catholicorum viscera assertionibus suis hæreticorum partem adiuuantes. In quibus deturbandis frater meus Anatolius, cum nimis benigne parcit, segniot inuenitur. Dignamini pro fide vestra, etiam Ecclesiæ istam præstare medicinam, vt tales non solum ab ordine clericatus, sed etiam ab vrbis habitatione pellantur, ne vlterius sanctus Dei populus peruersorum hominum contagio polluatur. *Leo ep. 73. ad Leon. imper. in med. & in fine.*

Cap. IV.

Si qui sua obdutatione cæcati, ita in reprobi sensus amentiam transierunt, vt mallent furere, quam sanari; ad Imperialem pertinet potestatem, vt perturbatores Ecclesiæ pacis, & reipublicæ, quæ Christianis Principibus merito gloriatur, inimici sollicitius comprimantur, &c. Agat itaque fraternitas tua oportunis suggestionibus, vt clementissimus Princeps, quæ Domino sint placitura, præcipiat, & incentores cruentatum seditionum iubeat competentius coërceri, vt nec illi impuniti sint, quorum manus scelera perpetrarunt, nec illi, qui talium vruntur insania, &c. *Leo epist. 80. ad. Iulian. Cœn. Episcop. in med.*

Cap. V.

Aduersus hæreticos, vel paganos, vel eorum superstitiones legati missi de hoc concilio, quidquid vtile prouiderint, à gloriosissimis Principibus impetrent. *Mileuit. c. 11.*

Cap. VI.

Principes erunt catholicæ fidei assertores, eamque, & hanc, quæ imminet, Iudæorum perfidiam, & cunctarum hæresum iniuriam defendentes, &c. *Tolet. viij. c. 10. in med.*

De libris hæreticorum reiiciendis, & comburendis. Tit. XIV.

CAPVT I.

DE Theodoro Mopsuesteno, & eius scriptis, item de scriptis Theodoriti contra Cyrillum, & synodum Ephesinam, & de epistola Ibæ ad Marin Persam: *vide syn. v. gener. CP. variis in locis, & in primis collat. 8. in definitione, c. 12. 13. 14. & in subscript. Episcopor. & in epist. Iustiniani Imper. ad Ioannem ÿ. Papam cuius initium est; Scientes.*

Cap. II.

De quibusdam falso inscriptis sanctorum Apostolorum itineratiis comburendis. *vij. syn. act. 5. ante med.*

Cap. III.

Laicus, vel monachus excommunicetur; Episcopus, Presbyter, diaconus deponatur, qui occultauerit libros hæreticorum contra imagines. *Nicæn. ij. c. 9.*

Cap. IV.

Dist. 15. Rufinum beatus Hieronymus de arbitrij libertate notauit: de illo ea sentimus, quæ prædictum Hieronymum sentire cognoscimus. Item alios, quos Hieronymus teprehendit, reiicimus. Origenis opera à Hieronymo repudiata cum auctore suo dicimus esse renuenda, &c. Cætera, quæ ab hæreticis, siue schismaticis conscripta, vel prædicata sunt, nullatenus recipit catholica, & Apostolica Romana Ecclesia, &c. *Gelas. & synodus lxx. Episcopor. Burch. lib. 3. c. 220. Iuo lib. 2. tit. 11. c. 3. panor. & par. 4. c. 64. decr.* *c. 3. sancta, p. item Rufinus.*

Cap. V.

Euangelium nomine Thomæ, quo vtuntur Manichæi, apocryphum, &c. Euangelia, quæ falsauit Lucianus, apocrypha, &c. Euangelia, quæ falsauit Esitius, apocrypha, &c. Libri omnes, quos fecit Lucius † discipulus Diaboli, apocryphi, &c. Liber prouerbiorum qui ab hæreticis conscriptus, & sancti Xysti nomine prænotatus est, apocryphus, &c. Liber Ogiæ nomine gigantis, qui ab hæreticis cum dracone post diluuium pugnasse perhibetur, apocryphus, &c. Liber Physiologus, qui ab hæreticis conscriptus est, & beati Ambrosij nomine signatus, apocryphus, &c. Opuscula Tertulliani, Lactantij, Africani, Postumiani, & Galli, Montani, Priscillæ, & Maximillæ, Fausti, Manichæi, Commodiani, alterius Clementis Alexandrini, Tatij Cypriani, Arnobij, Tychonij, Cassiani Presbyteri Galliarum, Victorini Pictauiensis, Fausti Regiensis Galliarum, Frumenti Cæci, &c. Phylacteria omnia, quæ non Angelorum, vt illi confingunt, sed Dæmonum magis arte conscripta sunt, apocryphi. Hæc, & omnia his similia, quæ Simon Magus, Nicolaus, Cherintus, Marcion, Basilides, Ebion, Paulus Samosatenus, Photinus, Bonosus, Montanus, Apollinaris, Valentinus, Manichæus, Faustus, Africanus, Sabellius, Arius, Macedonius, Eunomius, Nouatus, Sabbatius, Cælestius, Donatus, Eustachius, Iouinianus, Pelagius, Iulianus Celanensis, Cælestinus, Maximinus, Priscillianus ab Hispania, Nestorius CP. Maximus, Vnicus, Lampetius, Dioscorus, Eutyches, Petrus Alexandrinus, & alius Petrus Antiochenus, Acacius CP. cum consortibus suis docuerunt, vel scripserunt, in æternum confitemur esse damnata. *Gelas. & synod. lxx. Episcopor. Burcha. lib. 3. cap. 221. Iuo lib. 2. tit. 11. c. 36. panor. & par. 4. c. 65. decret. Cæsaraug. lib. 2. c. 23.* *Dist. 15. d. c. 3. p. in primis.* *† Lucianus.*

Cap. VI.

Si quis falsos libros impiorum, vel sanctos in Ecclesia publicauerit in pestem populi, & clerici; deponatur. *Ap. c. 60.*

Cap. VII.

Si quis Episcoporum, vel apocrypha (*Priscilliamistar.*) haberi per domos non prohibuerit, vel sub canonicorum nomine eos codices in Ecclesia permiserit legi, qui Priscilliani adulterina sunt emendatione corrupti; hæreticum se nouerit iudicandum; quoniam qui alium ab errore non reuocat, seipsum *c. 2. de hæres.*

Gregor. ix. & in 1. collect. errare demonstrat. *Leo ep. 91. ad Turib. Asturic. Episcop. c. 15.*

CAP. VIII.

† Dicti. eij. Dictinij † tractatus verantur, licet auctor resipuerit. *Leo d. ep. 91. c. 16.*

CAP. IX.

Numquidnam in ipsorum hæreticorum libris non multa, quæ ad veritatem pertineant, posita relegnntur? Numquidnam ideo veritas refutanda est, quia illorum libri vbi prauitas inest, refutantur? Aut ideo praui libri suscipiendi sunt eorum, quia veritas, quæ illis inserta est, non negatur? *Gelas. in tom. de anathem. vinculo post prin.*

CAP. X.

Mandamus, quatenus libros erroris (*Petri Abalardi, & Arnaldi de Brixia*) faciatis igne comburi. *Inno. ij. epist. 2. ad Sampsonem Archiep. Remen. & alios.*

CAP. XI.

Dist. 37. c. 1. Episcopus Gentilium libros non legat, hæreticorum autem pro necessitate, & tempore. *Carth. iv. c. 16. Burch. lib. 1. c. 95. Ino lib. 2. tit. 11. c. 44. panor. & par. 4. c. 160. & par. 5. c. 197. decr. Ansel. lib. 7. c. 202. in addit. Cæsar. lib. 2. c. 29. & lib. 4. cap. 56.*

CAP. XII.

Si quis scripturas, quas Priscillianus secundum suum deprauauit errorem, vel tractatus Dictinij, quos ipse Dictinius, ante quam conuerteretur, scripsit sub nomine Patriarcharum, Prophetarum, & Apostolorum, & suo errori consona confinxit, legit, & impia eorum figmenta sequitur, aut defendit: anathema sit. *Brac. i. c. 17.*

CAP. XIII.

Inter epistolas diuini Apostoli quædam fertur ad Laodicenses, quam Patres nostri tamquam alienam reprobauerunt. Ad hæc Manichæi Euangelium secundum Thomam inuexerunt, quod Ecclesia catholica merito vt impium auersatur. Quemadmodum etiam id, quod nunc de B. Patre nostro Epiphanio dictum est, enmallius nequaquam existat. *Epiphan. apud vij. syn. act. 6. tom. 5. in prin.*

CAP. XIV.

In quarta, & quinta synodo epistola, quæ dicebatur Ibæ ad Marin Persam, anathematizata est, quasi Nestorio consentiens, ipse Iba non est damnatus. *Epiphan. vij. syn. vbi supra, tomo quinto post prin.*

CAP. XV.

Competimus (*Eutychianos*) conscriptis libris, & chartarum tomis plura finxisse, quæ eorum insaniam aduersus veram fidem aperte signarent; atque ideo præcipimus, vbicumque huiusmodi scripta reperta fuerint, igni-bus concremari, &c. *Valentin. & Marcianus Impp. epist. 2. ad Palladium apud syn. Chalc. act. 3. in fine.*

CAP. XVI.

De hær. confus. 8. Omnes chartæ, ac libri, qui funestum Eutychetis dogma fuerint complexi, incendio concrementur, vt facinorosæ peruersitatis vestigia ipsa flammis combusta depereant. *Marcianus Imp. apud syn. Chalc. act. 16. in f.* quicumque in f.

CAP. XVII.

Nemo audeat sacrilegos codices à Theodoro, & Nestorio expositos, & contrarios veræ doctrinæ (*concilij Ephesinij*) legere, aut possidere, aut scribere: oportet enim eos codices cum omni diligentia requiri, & inuentos publice coram omnibus comburi. *Edictum Theodosij. & Valentiniani Impp. in med. apud syn. v. CP. act. 5. in med.*

CAP. XVIII.

B. Symmachus inuenit Manichæos in vrbe Roma, quorum omnia simulacra, vel codices ante fores basilicæ Constantinianæ incendio concremauit, & eos ipsos exilio relegauit. *Ex Pontif.*

CAP. XIX.

Hormisda codices (*Manichæorum*) ante fores basilicæ Constantinianæ incendio concremauit. *Ex Pontif.*

CAP. XX.

Scripta Arij comburantur; qui ea celauerit, capite plectatur. *Const. apud Socratem. lib. 2. c. 15. Tripart.*

Hæreticis mos est catholicorum libros deprauare. Tit. XV.

CAPVT I.

De quibusdam exemplaribus synodi v. CP. deprauatis ab hæreticis, *Syn. vij. gen. CP. act. 3 in prin. & act. 12. post prin.*

CAP. II.

Quia quorundam hæreticorum versuta nequitia ad conturbandam aliorum simplicitatem, epistolam meã, quam ad beatæ memoriæ Flauianum dedi, falsasse perhibetur; vt commutaris quibusdam verbis, vel syllabis, receptorem me Nestoriani erroris asserat: obsecro venerabilem clementiam vestram, vt eandem epistolam, &c. in Græcum sermonem iubearis integre, diligenterque translatam, per idoneum latorem sub vestri signaculi impressione deferri, tradendam iudicibus Alexandrinis, qui eam clero, & plebi ipsius ciuitaris, cum prædictorum Episcoporum prædicationibus, qui & meo scripto consentiunt, faciant recitari; vt agnoscant, se fallacium hominum fraude vlterius decipi non debere, &c. *Leo ep. 67. ad Marcian. Imper. in fine.*

CAP. III.

Scimus in Nicæna magna synodo cccxviii. Episcoporum ab omnibus cõcorditer esse roboratum, non debere absq. Rom. Pont. sentẽtia concilia celebrari, &c. Licet hæc, & alia quãplura necessaria ab hæreticis, qui nos quotidie infestant, & perdere nituntur, vt facilius nos capere possint, sine synodicã capitula incẽsa, nobisque sublata. *Atha. & alij ad Felic. ij. post prin. Ans. l. 2. c. 50.*

Ne

Ne catholici communicent cum hæreticis, neve illorum dona accipiant. Tit. XVI.

CAPVT I.

Hæreticum hominem post vnam, & secundam correptionem deuita sciens; quia subuersus est, qui eiusmodi est, & delinquit; cum sit proprio iudicio condemnatus. *Paul. in epist. ad Titum c. 3. ante fin.*

Cap. II.

Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non adfert; nolite recipere eum in domum, nec Haue ei dixeritis. Qui enim dicit illi Haue, communicat operibus eius malignis. *Ioan. ep. 2. ante fin.*

Cap. III.

De hære. c. 13. Gr. ix. cap. 2. eo. tit. in 4. coll.

Credentes, receptores, defensores, & fautores hæreticorum excommunicationi decernimus subiacere, &c. Si qui autem tales, postquam ab Ecclesia denotati fuerint, euitare contempserint; excommunicationis sententia vsque ad satisfactionem idoneam percellantur. Sane clerici non exhibeant huiusmodi pestilentibus Ecclesiastica sacramenta; nec eos Christianę præsumant sepulturæ tradere, nec Eleemosynas, neque oblationes eorum accipiant: alioquin suo priuentur officio, &c. *Innoc. iij. in conc. gener. Later. c. 3. in med.*

Cap. IV.

Habe cum his, quos libenter amplecteris, portionem ex sententia præsenti, quam per tuæ tibi direximus Ecclesiæ Defensorem sacerdotali honore, & communione catholica, nec non etiam à fidelium numero segregatus, sublatum tibi nomen, & munus ministerij sacerdotalis agnosce, &c. *Fælix iij. cum lxvij. Epis. ep. ad Acacium CP.*

Cap. V.

Episcopus, Presbyter, diaconus cum hæreticis orans excommunicetur. Si vero permittat eis, vt clericis operari, † deponatur. *Ap. c. 45.*

† agere.

Cap. VI.

Si clericus, vel laicus ingrediatur in synagogam Iudæorum, vel hæreticorum ad orandum; deponatur, & excommunicetur. *Ap. c. 65.*

Cap. VII.

Necesse est, vt saluus causa filius, qui sermonem recepit veritatis, à parentibus separetur incredulis, aut rursus pater separetur à filio, aut filia à matre. Et hoc modo inter propinquos, atque consanguineos credentes, atque incredulos, scientiæ, atque ignorantiæ, veritatisque, & erroris pugna consurgit, &c. Quod si dicat aliquis, Et quomodo iustum videtur, separari filios à parentibus? Audi quomodo: quia cum ipsis si in errore permaneant, neque illis proderunt, & ipsi cum illis pariter interibunt. Iustum igitur, & valde iustum est, separari eum, qui saluari vult ab eo, qui non vult. *Chrys. ep. 4. post prin.*

Cap. VIII.

Quis catholicorum virorum cum aduersariis Christi velit vlterius miscere sermonem: quis saltem ipsam vitæ lucem communione partiri? Nouæ hæreseos, nimirum fugiantur auctores. Quid enim acerbius in Dominum fingere potuerunt; quam cum adiutoria diuina cassarent, causamque quotidianæ precationis auferrent? *Innoc. epist. 26. ad concil. Melenit. post prin.*

Cap. IX.

Sicut non potest peruersitatis communicatore suscepto non pariter peruersitas approbari: sic non potest refutari peruersitas complice, sectatore peruersitatis admisso, &c. Proinde cum Chalcedonense concilium pro fidei catholicæ, atque Apostolicæ veritate, communioneque celebratum damnauerit Eutychen detestandi furoris auctorem; non satis habuit, nisi vt pariter eius quoque consortem Dioscorum, cæterosque propelleret. Hoc igitur modo, sicut in vnaquaque hæresi vel factum semper, vel fieri non habetur ambiguum, successores eorum Timotheum, Petrum, atque alterum Antiochenum Petrum, non viritim per singulos quosque rursus facto concilio, sed synodi semel iacta regula consequenter elisit. Quemadmodum ergo non euidenter apparet, etiam cunctos simili tenore constringi? & qui eorum communicatores, & complices extiterunt, atque omnes omnino à catholica, atque Apostolica merito communione discerni? hinc Acacium quoque iure dicimus à nostro consortio submouendum, qui maluit in sortem transire perfidiæ, quam in catholicæ, atque Apostolicæ communionis sinceritate constare; cum fere per triennium, ne in id veniret, Apostolicæ sedis epistolis doceatur competenter instructus. Postquam vero communionis est factus alienæ; non potuit, catholicæ, & Apostolicæ mox societate nō præscindi, ne per eum, si vel paullulum cessaremus, nos quoque videremur subiisse contagia perfidorum, &c. Quo in sua perfidia, & damnatione manente, tam eius in Ecclesiastica recitatione non potest nomen adscribi, quam externæ contagium non debet communionis admitti. Quapropter aut doceatur ab hæretica participatione sincerus, quorum se ille communioni permiscuit, aut cum eisdem non potest non repelli. *Gelas. ep. 5. ad Anastasium Imperat. post med.*

Cap. X.

Auctore cuiuslibet insaniæ, ac pariter errore damnato, sufficere iudicarunt (*maiores nostri*;) vt quisquis aliquando huius erroris communicator existeret, principali sententia damnationis eius esset obstrictus; quomodo † manifeste quilibet vel professione sua, vel communione posset agnosci, &c. *Gelas. ep. 6. ad Episcop. Dardaniæ post prin. Ansel. lib. 12. cap. 69.*

24. quæst. 1. maiores c. 2.

† quoniã

Tt

Cap. XI.

Cum quibus erat (*de Acacio*) synodus in-
24.q.3.c. eunda? Catholici Pontifices fuerant vndique
56. iam depulsi, soliqne remanserant socij perfi-
dorum, cum quibus iam nec licebat habere
Psal. 25. conuentum, dicente Psalmista: Non sedi in
concilio vanitatis, & cum iniqua gerentibus
non introibo. Nec Ecclesiastici moris est, cum
his, qui pollutam habent communionem,
permixtamque cum perfidis, miscere conci-
† consiliũ lium. † &c. *Gelas.ep.6. ad Episcop. Dardaniæ ante med. Ansel.lib.12.c.69.*

Cap. XII.

De Acacio, & aliis Episcopis Orientalibus, qui sedis Apostolicæ communione priuati fuerunt, quia cum hereticis communicarunt. *Gelas.epist.7. ad Episcop. Orientis.*

Cap. XIII.

Nonne missis huc sæpe litteris indicastis, cum cæteris hæreticis vos Eutychen quoque respuere? Hoc si verum est, aut eos, qui communicauerunt Eutychetis successoribus pariter abdicate; aut aliorum quoque hæreticorum successoribus communicantes admittite, Sed Acacius, inquis, nihil contra fidem, sicut Eutyches, & successor eius, legitur vbicumque dixisse: quasi non sit deterius, & non ignorasse veritatem, & tamen communicasse veritatis inimicis, &c. Miramur tamen, quomodo ista profertis; hoc est, vt & synodum Chalcedonensem vos suscipere pro fide catholica profiteamini; & eos, quos damnauit, sectantium communicatores, non pariter, generaliterque putetis fuisse damnatos. Ostendite ergo, quæ synodus in vnaquaque hæresi cum erroribus successores eorum his communicantes, simulque omnes non damnet & complices. Itaque ille vester Acacius, qui Eutychianis hæresibus detestabili communione factus est particeps, ab eadem synodo sine dubitatione damnatus, quæ & Eutychen, Dioscorumque cum successoribus eorum, hisque communicantes, synodico tenore prostrauit. Sic sequaces quoque eorum, Timotheum, Petrumque simili definitione deiecit. Proinde si ea, quæ in synodo Chalcedonensi pro fide, & communione catholica lege Apostolica definita sunt, vere, certeque sectamini, sicut vestra professione multiplici continetur: aut successores ab illa synodo damnatorum, hisque communicantes abiicite; aut si istos admittitis, ea, quæ in illa synodo, pro fide, & communione catholica, & Apostolica sunt peracta, non solum falso vos retinere perpenditis, sed insuper labefactare conamini, & in Eutychianam hæresim sine retractatione reciditis, &c. *Gelas.epist.8. ad Euphemium. in med.*

Cap. XIV.

Omnino vos ipsos euellite à cœno, in quo hæretici demersi tenentur, & excutite immunditiem pulueris, qui adhæsit, generaliterque omnes, ab Apostolicis dogmatibus declinantes, fideli abdicatione condemnate,
Nulla quidem est communicatio tenebris ad *2.Cor.*
lucem, neque ambulantes per viam rectam, *6.c.*
vestigia sua cum errore declinantium con-
iungunt. Tenendum est vinculum fidei, re-
cusandaque est infidelis communicationis
lues: quoniam secundum Apostolum, quem- *1.Cor.6.*
admodum qui adhæret Deo, vnus spiritus est *d.*
cum eo: ita qui adhæret meretrici, vnum corpus fit. *Hormisda epist.9. ad clericos secundæ Syriæ, in med.*

Cap. XV.

Non licere in hæreticorum cœmeteria, vel martyria, vt appellantur, abire clericos orationis, aut salutis causa. Sed hos omnes, etsi fideles sint, excommunicatos fieri ad certum tempus, pœnitentes vero, & confessos se peccasse, suscipi. *Laod.c.9.*

Cap. XVI.

Non oportet hæreticorum benedictiones, *1.q.1.c.*
quæ potius maledictiones sunt, accipere. *Laod.* *66. &c.*
c.32. Mar.Brac.c.70. Burch.lib.3.c.209. Iuo par.3. *non li-*
c.260. decr. Deusd.c.2.& 4. Cæsar.lib.13.c.49. Tar- *ceat.67.*
rac.lib.6.c.20.

Cap. XVII.

Non oportet cum hæreticis, vel schismaticis orare. *Laod.c.33. Mart. Brac.71.*

Cap. XVIII.

Non oportet Christianum relinquere mar- *d.c.67.*
tyres Christi, & abire ad falsos martyres hæreticorum, vel quos hæretici finxerunt; namque hi à Deo alieni sunt. Sint igitur anathema, qui ad eos proficiscuntur. *Laod.c.34. Burch. lib.3.210. Iuo par.3.c.261. decr.*

Cap. XIX.

Non oportet à Iudæis, vel hæreticis accipere missas res festiuas, neque cum eis festa celebrare. *Laod.c.37.*

Cap. XX.

Clericus hæreticorum, aut schismatico- *24.q.3.*
rum, tam conuiuia, quam sodalitates euitet *c.35.*
æqualiter. *Carth.iv.c.70.*

Cap. XXI.

Hæreticorum cœtus, † non Ecclesias, sed *d.c.35.*
conciliabula † esse. *Carth.iv.c.71.* *† conuenticula. † concilia diaboli.*

Cap. XXII.

Cum hæreticis nec orandum, nec psallen-
dum. *Carth.iv.c.72.* *d. c.35.*

Cap. XXIII.

Si superioris loci clericus hæretici cuiuscumque conuiuio interfuerit; anni spatio pacem Ecclesiæ non habebit; minores clerici vapulabunt. *Epaun.c.15. Melden.c.73.*

Cap. XXIV.

Qui pro hæresi, aut pro crimine aliquo excommunicantur, nullus eis communicare præsumat, sicut antiqua Patrum continent statuta. Quæ si quis spernit voluntarie, se ipsum alienum à communione facit. *Brach. I.c.33.*

Cap. XXV.

Si quis Episcopus, sine alicuius Episcopi *1.q.7.c.*
12.

Presbyter, aut diaconus in alicuius hæresis opinionem offenderit, & ob hanc causam fuerit excommunicatus; nullus Episcopus eum in communionem recipiat, nisi prius in communi concilio, porrecto fidei suæ libello, satisfaciat omnibus, &c. Hoc idem & de fidelibus laicis sit decretum, si in aliqua hæresis opinione fuerint nominati. *Mar. Brac. c. 36.*

Cap. XXVI.

† Deum. f.

An debet clericus præsentibus Arianis vel aliis hæreticis, orare; & an eum † lædit, quando facit orationem, seu oblationem? Respod. In diuina oblatione diaconus ante salutationem loquitur: Qui non communicatis, ambulate; non debent ergo interesse, nisi profiteantur se pœnitentiam acturos, & hæresim vitaturos. *Timotheus Episcopus Alexandriæ. in responsis, c. 9.*

Cap. XXVII.

De iis; qui Arianis communicauerunt, & Ecclesias hucusque detinent, vt se habet consuetudo, fiat, ita tamen, vt alij constituantur, qui in orthodoxia restificentur, & alij permaneant, &c. Et qui communicarunt cum Arianis Ecclesias habentibus, puniantur, si quidem ipsorum voluntate hoc fecerunt. Sin autem proprio Episcopo obedierunt, permaneant. *Theophilus Episcop. Alexand. in Commonitorio in prin.*

Ne catholici matrimonia cum hæreticis contrahant. Tit. XVII.

CAPVT I.

Dist. 32. quoniã. 15.

LEctores, & Cantores non ducant alterius sectæ vxorem. Sed qui duxerunt, & liberos susceperunt, si eos siuerunt baptizari apud hæreticos, reducant ad communionem catholicæ Ecclesiæ; non baptizatos non baptizent apud hæreticos; neque copulent eos in matrimonio cum hæretico, Iudæo, vel Gentili, nisi promittat se ad orthodoxam fidem venturum. Qui contra venerit, canonicis pœnis subiaceat. *Chalc. c. 14. Iuo lib. 3. tit. 8. c. 27. panor.*

Cap. II.

1. Cor. 6. c.

Hæreticis, qui errant ab Ecclesia catholica, nec ipsis catholicas dandas puellas, neque Iudæis; quod nulla potest esse societas fideli cum infideli. Si fecerint, parentes abstinere per quinquennium placet. *Elib. c. 16.*

Cap. III.

Filij clericorum (*& Episcopor. L.*) Gentilibus, vel hæreticis (*vel schismaticis L.* matrimonio non copulentur. *Carth. c. 21. G. Carth. iij. c. 12. L.*

Cap. IV.

28. q. 1. c. 16. † hominibus.

Non oportet cum omnibus † hæreticis miscere connubia, & filios vel filias dare; sed potius accipere, si tamen profitentur, Christianos futuros esse se, & catholicos. *Agath. c. 67. Burch. lib. 9. c. 78. Iuo par. 8. c. 204. decr.*

Cap. V.

Non licere clericis indifferenter ad nuptias suos liberos hæreticis copulare. *Laod. cap. 10. G. 11. L.*

Cap. VI.

Non oportet cum vllis hæreticis nuptias facere, aut dare eis filios, vel filias; sed potius accipere, si promittant se Christianos fore. *Laod. c. 31. G. 32. L. Vid. Burch. lib. 9. c. 78. Iuo par. 8. c. 204. decr.*

Cap. VII.

Orthodoxus non ducat hæreticam, neque hæreticus orthodoxam; nullæ sint nuptiæ inter eos, & dissoluantur; non ouis lupo iungatur, neque Christi portioni, portio peccatorum. Qui contra venerit, excommunicetur. *Trull. c. 72.*

Hæreticus non potest accusare, neque esse testis. Tit. XVIII.

CAPVT I.

SEmper in accusatione clericorum primo persona, fides, vita, & conuersio blasphemantium perscrutetur; nam fides omnes actus hominis præcedere debet, quia [dubius in fide infidelis est, nec eis omnino est credendum, qui veritatis fidem ignorant, nec rectæ conuersationis vitam ducunt, quoniam tales & facile; & indifferenter lacerant, & criminantur recte, & pie viuentes. Ideo suspicio eorum discutienda est primo, & corrigenda; neque accusatoribus suspectis, vel de inimicorum domo prodeuntibus est credendum. *Nice. c. 45. apud Iulian. ep. 2. c. 11. Xyst. ep. 1. in fi. Had. c. 4. ad Episc. Mediom. Capit. lib. 5. c. 183. & 139. & lib. 7. c. 147. in addit. Burch. lib. 1. c. 144. Iuo par. 5. c. 257. decr. Ansel. lib. 3. c. 88.*

cap. 1. de heret. Gregor. ix. & in 1. collect.

Cap. II.

Hæreticis non licet accusationes contra orthodoxos Episcopos super Ecclesiasticis negotiis facere. Hæreticos autem dicimus, iam olim ab Ecclesia derestatos, & à nobis anathematizatos, & qui fidem quidem rectam confitentur, sed se separant, aut contradicunt canonicis Episcopis. *CP. c. 6. G. Nicol. in ep. ad Mic. Imp. incip. Proposueramus. Iuo lib. 4. tit. 7. c. 20. panor. & par. 14. c. 70. decr. Ansel. lib. 4. c. 72.*

4. quæst. 1. quod autem c. 2.

Cap. III.

Credentes, receptores, defensores, & fautores hæreticorum excommunicationi decernimus subiacere; firmiter statuentes, vt si postquam quis talium fuerit excommunicatione notatus, satisfacere cõtempserit infra annum; ex tunc ipso iure sit factus infamis, nec ad publica officia, &c. nec ad testimonium admittatur. *Inn. iij. in conc. gen. Later. c. 3.*

De hær. c. 13. excommunicamus p. credentes. Gre. ix. c. 2. eo. tit. in 4. collect.

Cap. IV.

Testes, & accusatores sine aliqua sint infamia, vxores, & filios habẽtes, & omnino Christum prædicentes. *Siluest. in epilogo synod. Rom. cclxvij. Episcopor. in med. Hadr. ad Episcopo. Me-*

2. q. 4. c. 2. & 6. q. 5. c. 6.

diom.c.68. Magun. sub Arnul.cap.12. Capit.lib.1. c.139. Ivo par.6.c.334. decr. Ansel. lib.3.c.88.

CAP. V.

Si ex vtraque parte ad causam dicendam venerint; quia vnus absque altero audiri non debet, quærendum est in iudicio, cuius sint conuersationis, & fidei, atque suspicionis accusatores; quia ad hoc admitti non debent, nisi bonæ conuersationis, & rectæ fidei viri, &c. Fœlix in synod.lxx. Episcop.epist. 2. ante med. Hadr.ad Episcop. Mediom.c.5. them.5. Capit.lib.7. c.143. in addit. Ivo.lib.4. tit.7.c.5. panor. & par.5. c.248. decr. Ansel.lib.3.c.88.

CAP. VI.

Testificandi, vel accusandi licentia denegetur (his) qui Christianæ religionis, & nominis dignitatem, & suæ legis, vel sui propositi normam, aut regulariter prohibita neglexerint. Fœlix ij. in syn. Rom. epist.1.c.9.

CAP. VII.

Personæ accusantium tales esse debent, quatum fides, & conuersatio, & vita probabilis, & absque reprehensione sit, &c. Prius requiratur fides personæ, vita, & actus discutiantur. Fœlix ij. in syno. Rom.ep.1.c.11. & 13.

CAP. VIII.

Hæretici, à quibus nimium opptimimur, excommunicatique, &c. nullatenus ad accusationem, vel ad testimonium erunt admittendi. Fœlix ij. in syno. Rom. epist.1.c.15.

CAP. IX.

Contra Episcopum hæreticus testis; vel singularis fidelis non admittatur. Ap.c.75.

CAP. X.

3.q.4.c. a.beati. Accusandi, vel testificandi licentia denegetur iis, qui Christianæ religionis, & nominis dignitatem, & suæ legis, vel sui propositi normam, aut regulariter prohibita neglexerint. Transgressores enim sponte legis suæ, eiusque violatores, & recedentes apostatæ nominantur. Omnis enim apostata refutandus est ante reuersionem suam, non in accusatione recte agentium, aut testimonio suscipiendus. Ex Clemente Anacl. epist.1.c.2. Ivo lib.4. tit.7.cap.8. panor. & part.5.c.237. decr. Ansel.lib.3. cap.10.

CAP. XI.

3.q.4.c. 3. Reprobari oportet eorum redargutiones, qui in recta fide suspecti sunt. Fides autem, & cõuersatio primum scrutanda est. Pius ep.1.c.2.

CAP. XII.

Omnes, qui in recta fide suspecti sunt, in accusatione sacerdotum, & eorum, super quorum fide non hæsitatur, minime recipiantur, & in testimonio humano dubij habeantur. Infirmari ergo oportet eorum vocem, de quorum fide dubitatur, nec eis omnino est creden-
2.q.7.c. 18 dum, qui rectam fidem ignorant. [Quærendum est ergo in iudicio, cuius sit conuersationis, & fidei, is, qui accusat, & is, qui accusatur; quoniam ij, qui non sunt certæ conuersationis, ac fidei, &c. non permittuntur maiores natu accusare; nec quorum fides, vita, & libertas nescitur. Callist. epist.2.c.5. Carth.iv.c.96. Capit.lib.7.c.110. & 111. & 112. & in addit. poster. c.10. & 11. Isidor. lib.3.c.46. de sum. bon. Burch. lib.1.c.171. Ivo par.5.c.2.89. decr.

CAP. XIII.

Accusandi non sunt (sacerdotes Domini) ab infamibus, &c. aut alterius sectæ, vel religionis hominibus. Pontian. epist.1. in prin. Trall. cap.4.

CAP. XIV.

Suspectos, aut inimicos, aut facile litigantes, & eos, qui non sunt bonæ conuersationis, aut quorum vita est accusabilis, & qui rectam non tenent, & docent fidem, accusatores esse, & testes, & antecessores nostri Apostolica repulerunt auctoritate, & nos submouemus. Pontian. epist.2. in prin. Ansel.lib. 3.c.16. 3.q.5.c. 4.

CAP. XV.

Omnes, qui rectam non docent doctrinam, vel rectam non tenent fidem, accusatores neminem recte credentium accusare possunt, quia infamia sunt notati, & à sinu sanctæ matris Ecclesiæ Apostolico mucrone vsque ad rectam conuersationem, & reuersionem eorum abscissi. Vnde Apostolica auctoritate cum omnibus eiusdem Apostolicæ, atque vniuersalis Ecclesiæ filiis statuentes sancimus; vt omnes, qui in catholica fide suspecti sunt, in accusatione recte credentium non suscipiantur; quia suspiciones semper sunt amouendæ. Merito ergo eorum reprobatur accusatio, qui in recta fide suspecti sunt, nec eis omnino est credendum, qui Trinitatis fidem ignorant. Fabia. epist.1. in med. Ansel.lib.3.c.17.

CAP. XVI.

Ipsi Apostoli, & successores eorum olim statuerunt, eos ad accusationem non recipi, &c. qui sunt suspecti, &c. aut dubij in recta fide, &c. Fabia. ep.2. ante med.

CAP. XVII.

Decernimus, vt ij, qui non sunt bonæ conuersationis, aut quorum vita est accusabilis, aut quorum fides, vita, & libertas nescitur, non possint Domini sacerdotes accusare. Fabia. epist.3.c.1. Xyst. iij. epist. vn. Capitul. lib.7.c.111. Ansel. lib.3.c.73.

CAP. XVIII.

Infames esse eas personas dicimus, quæ pro aliqua culpa notantur infamia; id est, omnes, qui Christianæ legis normam abiiciunt, & statuta Ecclesiastica contemnunt, &c. & Apostolorum, atque successorum eorum, reliquorumque Patrum statuta libenter violantes, &c. Hi omnes nec ad sacros gradus debent prouehi, &c. nec rectam fidem, vel dignam conuersationem non habentes, summos sacerdotes possunt accusare. Steph. 1. in med. Burch. lib 1. ca.173. Ivo lib.4. tit.7. cap.14. panor. & par. 5. cap. 291. dec. Deusded. cap. 3. Ansel. lib. 3 cap. 5. Cæsar. lib. 5. cap. 28. Tarrac. lib. 2. cap. 8. 6.q.1.c. 17.

Cap. XIX.

Hi, qui non sunt bonæ conuersationis, & quorum vita est accusabilis, aut quorum fides, vita, & libertas nescitur; non possunt (*Episcopos*) accusare. Primo semper accusatorum personæ, fides, vita, & conuersatio est enucleatim inquirenda, &c. quia nihil prius fieri debet, quam impetitorum personæ, fidesque, vita, & conuersatio diligenter discutiantur, &c. *Steph. epist. 2. in med.*

Cap. XX.

† impingi f. Crimina, quæ Episcopis impingere † dicis, per alios non finas vllo modo fieri, nisi per ipsos, qui crimina intendunt. Sic amen ipsi digni, & irreprehensibiles apparuerint, & actis docuerint publicis, omni se carere suspicione, & inimicitia, & irreprehensibilem fidem, conuersationemque ducere. *Dionys. epis. 2. ante fin.*

Cap. XXI.

Hæretici omnes, & suspecti, &c. nullatenus ad accusationem sunt admittendi. *Eutych. epist. 2. c. 2. Iuo par. 6. c. 333. decr.*

Cap. XXII.

Omnibus accusandi, vel testificandi licentia denegetur, qui Christianæ religionis, & nominis dignitatem, & suæ legis, vel sui propositi normam, aut regulariter prohibita neglexerint. *Eutych. ep. 2. c. 3. Ans. lib. 3. c. 25. Cæsar. lib. 5. c. 35.*

Cap. XXIII.

2. q. 7. c. 25. Paganos, & hæreticos scias non posse Christianos accusare, aut vocem eis infamationis inferre. *Caius epist. 1. c. 1. Iuo lib. 4. tit. 7. c. 11. pan. Ansel. lib. 3. c. 45. Tarrac. lib. 2. c. 15.*

Cap. XXIV.

Persona, fides, vita, & conuersatio, atque suspicio accusantium enucleatim primo inquirenda est, &c. *Marcellus epist. 2. in medio.*

Cap. XXV.

5. q. 5. c. 4. Nec [illi, qui aut in fide catholica, aut inimicitia suspecti sunt, ad pulsationem (*Episcoporum*) admittantur. *Euseb. epist. 1. post prin. Ans. lib. 3. c. 26.*

Cap. XXVI.

3. q. 5. c. 6. canonica. Omnes infames, cunctosque suspectos, vel inimicos, & eos, qui non sunt eorum gentis, vel quorum fides, vita, & libertas nescitur, &c. ab omni accusatione Episcoporum funditus submouemus. *Pelag. ij. epist. 3. in prin. Ansel. lib. 3. c. 59.*

Cap. XXVII.

Nouimus in Nicæna synodo generaliter esse decretum; vt nullus passim, vageque Episcopos lacerare, aut accusare, & qui non sunt rectæ fidei, vel bonæ vitæ, vel claræ conuersationis, aut infamare præsumat. *Athanas. & alij ad Fœlic. ij. post princ.*

Cap. XXVIII.

4. q. 6. omnibus. c. 2. Hæretici, pagani, Iudæi non admittuntur ad accusandum, nisi suas causas prosequantur. *Carth. c. 130. G. Carth. vij. c. 2. L. Afr. 96. L. Iuo par. 16. c. 64. decr.*

Cap. XXIX.

Quærendum in iudicio, cuius sit conuersationis, & fidei is, qui accusat, & is, qui accusatur. *Carth. iv. c. 96. Callist. epist. 2. Capit. lib. 7. c. 110. & in addit. c. 10.* 2. q. 7. c. 18.

Ne clerici donent, aut relinquant bona sua hæreticis. Tit. XIX.

CAPVT I.

EPiscopi, vel clerici non orthodoxis Christianis, etsi propinqui eorum sint, nihil largiantur ex bonis suis. *Carth. c. 22. G. Carth. iij. c. 13. L.* De hære. c. 6. Gre. ix. c. 9. eo. tit. in 1. collect.

Cap. II.

Si Episcopus hæredes hæreticos, vel Gentiles reliquerit, etiam propinquos, etiam ab intestato, anathema ei dicatur, etiam mortuo, & nomen eius sileatur à sacerdotibus. *Carth. c. 82. G. Afr. 48. L.* De hære. si quis. c. 5. Grego. ix. c. 8. eo. tit. in 1. coll.

De ordinatis ab hæreticis, & schismaticis. Tit. XX.

CAPVT I.

DE iis, qui se Catharos nominant, & ad catholicam, & Apostolicam Ecclesiam reuertuntur, recepta manus impositione maneant in clero, &c. *Nic. c. 8. vij. synod. actio. 1. ante fin. Inno. epist. 22. c. 5.* 1. q. 5. c. 8. si qui.

Cap. II.

De Maximo Cynico, & de seditione CP. propter eum secuta; vt neque Maximus Episcopus fiat, aut sit, neque qui ab eo ordinati sunt, in aliquo gradu cleri; irrita autem sunt, quæ erga eum, vel ab eo facta sunt. *CP. c. 4. G. c. 3. L.* Dist. 19. c. vlt.

Cap. III.

Photium (*schismaticum*) qui tumultibus, & turbationibus orbem terræ repleuit, iusto decreto damnamus, promulgantes, nunquam fuisse prius, aut nunc esse Episcopum; nec eos, qui in aliquo sacerdotali gradu ab eo consecrati, vel promoti sunt, manere in eo, ad quod prouecti sunt. *Synod. viij. gen. CP. sub Had. ij. c. 4.*

Cap. IV.

Ad hæc, ordinationes ab Octauiano, & aliis schismaticis, & hæreticis euacuamus, & irritas esse censemus. *Alex. iij. in conc. Turonen. c. 9.*

Cap. V.

Quod à prædecessore nostro Innocentio factum est, innouantes, ordinationes ab Octauiano, & Guidone hæresiarchis, nec non & à Ioanne Strumense, qui eos secutus est, factas, & ab ordinatis ab eis irritas esse censemus. *Alex. iij. in conc. Later. c. 2.* De schis. c. 1. Gre. ix. & c. 1. eo. tit. in 1. coll.

Cap. VI.

Ordinationes, quæ à Guiberto hæresiarcha, postquam ab Ap. mem. Papa Gregorio, & à Rom. Ecclesia est damnatus, factæ sunt, & ab eis, qui catholicorum adhuc viuentium Episcoporum sedes inuaserunt, irritas 9. q. 1. c. 5.

esse iudicamus. *Vrba. ii. in concil. Placent. c. 9.*

CAP. VII.

Ibid. Similiter autem eas, quæ à cæteris hæresiarchis, nisi probare valuerint, se, cum ordinarentur, eos nescisse damnatos. *Vrban. ii. in conc. Placent. cap. 10.*

CAP. VIII.

ibid. Qui vero ab Episcopis quondam quidem catholice ordinatis, sed in schismate à Romana Ecclesia separatis, consecrati sunt; eos nimirum, eum ad Ecclesiæ vnitatem redierint, seruatis propriis ordinibus misericorditer suscipi iubemus, si vita, & scientia eos commendant. *Vrban. ii. in conc. Placent. c. 11.*

CAP. IX.

Ibid. Amodo vero quicumque à prædictis schismaticis, sanctæque Roman. Ecclesiæ aduersasis se ordinari permiserit, nullatenus hac venia dignus habeatur. *Vrban. ij. in concil. Placen. cap. 12.*

CAP. X.

Ibid. Quamuis autem misericordiæ intuitu, magnaque necessitate cogente hanc in sacris ordinibus dispensationem constituerimus; nullum tamen præiudicium sacris canonibus fieri volumus, sed obtineant proprium robur, & cessante necessitate, illud quoque cesset, quod factum est pro necessitate. Vbi enim multorum strages iacet, subtrahendum est aliquid seueritati, vt addatur amplius caritati. *Vrban. ij. in concil. Placen. c. 13.*

CAP. XI.

Per multos iam annos regni Teutonici latitudo ab Apostolicæ sedis vnitate diuisa est; in quo nimirum schismate tantum periculum factum est, vt quod cum dolore dicimus, vix pauci sacerdotes, aut clerici catholici in tanta terrarum latitudine reperiantur. Tot igitur filiis in hac strage iacentibus, Christianæ pacis necessitas exigit, vt super hac materia Ecclesiæ viscera aperiantur. Patrum itaque nostrorum exemplo, & scriptis instructi, qui diuersis temporibus Nouatianos, Donatistas, & alios hæreticos in suis ordinibus susceperunt; præfati regni Episcopos in schismate ordinatos, nisi aut inuasores, aut simoniaci, aut criminosi comprobentur; in officio Episcopali suscipimus. Id ipsum de clericis cuiuscumque ordinis suscipimus, quos vita, scientiaque commendat. *Paschal. ij. in conc. apud Guardastall. cap. 2.*

CAP. XII.

12. q. 2. c. 37. Ordinationes, quæ à Burdino hæresiarcha, postquam à Romana Ecclesia est damnatus, quæque & à pseudoepiscopis per eum postea ordinatæ sunt, nos esse irritas iudicamus. *Calist. ij. in conc. Rom. c. 6.*

CAP. XIII.

Ordinationes (*ab Othone, Guidone, Hieremia, seu forte Philippo*) factas sine communi consensu clericorum Ecclesiæ, siue per simoniam factas irritas iudicamus. *Callist. ij. in concil. Roman. cap. 21.*

CAP. XIV.

Ordinationes factas à Petro Leonis, & schismaticis, & hæreticis, euacuamus, & irritas esse censemus. *Inno. ii. in conc. Rom. c. 24.*

CAP. XV.

Quod à prædecessore nostro Papa Innocentio statutum est, innouantes, ordinationes factas à filio Petri Leonis, & aliis schismaticis, & hæreticis, euacuamus, & irritas esse censemus. *Eug. iij. in conc. Remen. c. 16.*

CAP. XVI.

Episcopus, Presbyter, diaconus iterum ordinatus deponatur cum ordinatore, nisi constiterit, quod ab hæreticis ordinatus est. Ab eis enim baptizati, vel ordinati neque fideles, neque clerici esse possunt. *Ap. c. 68.* *v. tit. x. c. 3. de iteranen.*

CAP. XVII.

Arianos præterea, cæterasque huiusmodi pestes, quia eorum laicos conuersos ad Dominum, sub imagine pœnitentiæ, ac sancti Spiritus sanctificatione per manus impositionem suscipimus, non videtur clericos eorum, cum sacerdotij, aut ministerij cuiuspiam suscipi debere dignitate; quoniam quibus solum baptisma ratum esse permittimus, quod vtique in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti perficitur, nec Spiritum sanctum eos habere ex illo baptismate, illisque mysteriis arbitramur; quoniam cum à catholica fide eorum auctores desciscerent, perfectionem spiritus, quam acceperant, amiserunt. *Inno. epist. 18. ad Alex. Episc. c. 3. Ino lib. 10. cap. 2. panor. Ansel. lib. 9. c. 58. Cæsar. lib. 13. c. 50. Tarrac. lib. 1. cap. 27.* *1. q. 1. c. 73.* *1. q. 1. c. 17. qui perfectionem, & 3. 91. 119. hæretici.*

CAP. XVIII.

Si vere constat, aliquos ante damnationem Bonosi ab eodem ordinatos, postea voluisse, vel nunc velle reuerti; eos recipiendos esse censemus. *Inno. epist. 21. ad Marcian. Episc.*

CAP. XIX.

Cum dicamus ab hæreticis ordinatos vulneratum per illam manus impositionem habere caput, &c. vbi pœnitentiæ remedium necessarium est, illic ordinationis honorem locum non posse habere, &c. Certe, qui quod non habuit, dare non potuit; damnationem vtique quam habuit, per prauam manus impositionem dedit, &c. At dicitur vera, ac iusta legitimi sacerdotis benedictio auferre omne vitium, quod à vitioso fuerat iniectum. Ergo si ita est, applicentur ad ordines sacrilegi, &c. Sed nostræ lex Ecclesiæ est, venientibus ab hæreticis, qui tamen illic baptizati sunt, per manus impositionem, laicam tantum tribuere communionem, nec ex his aliquem in clericatus honorem vel exiguum subrogare. At vero hi, qui à catholica fide ad hæresim transierunt, quos non aliter oportet, nisi pœnitentia suscipi, apud vos non solum pœnitentiam non agunt, verum etiam honore cumulantur. Sed Anisij quondam fratris nostri, aliorumque consacerdotum summa deliberatio hæc fuit; vt quos Bonosus *1. q. 1. vulneratum est. 18.* *1. q. 4. c. 9. hominem p. cum ergo.*

ordinaueiat, ne cum eodem remanerent, ac ne fieret non mediocre scandalum; ordinati remanerent. † Vicimus, vt opinor, ambigua; iam ergo, [quod pro remedio, ac necessitate temporis statutum est, constat primitus non fuisse: ac fuisse regulas veteres, quas ab Apostolis, vel Apostolicis viris traditas Ecclesia Romana custodit, custodiendasque mandat his, qui eam audire consueuerunt. Sed necessitas temporis id fieri magnopere postulabat; &c. Sed canones apud Nicæam constituti de Nouatianis fieri permiserunt, &c. De his, inquit, qui nominant se ipsos Catharos, id est mundos, &c. Possumus dicere de solis his Nouatianis esse præceptum, &c. addidisset enim, aliisque hæreticis, &c. Quod de Paulianistis dictum est, poterit confirmare, à quibus venientes etiam baptizari præcipiuntur. Num quidnam, cum de Paulianistis iubent, omnes qui ab hæreticis reuertuntur, erunt hoc exemplo baptizandi? &c. Quod idcirco distinctum esse, ipsis duabus hæresibus, ratio manifesta declarat: quia [Paulianistæ in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti minime baptizant vt Nouatiani; nec apud istos de vnitate potestatis diuinæ, hoc est Patris, Filij, & Spiritus sancti quæstio aliquando mota est, & ideo omnibus segregatis hæc sola electa est, cui istud crederent concedendum; quia nihil in Patris, & Filij, & Spiritus sancti sacramento peccarent. Si quis vero de catholica ad hæresim transiens, aut fidelis ab apostasia reuertens, & resipiscens redire voluerit; numquid eadem ratione poterit ad clerum permitti? cuius commissum non nisi per longam pœnitentiam poterit aboleri, nec post pœnitentiam clericum fieri ipsi canones sua auctoritate permittunt. Vnde constat, qui de catholica ad Bonosum transierunt damnatum, atque se passi sunt aut cupierunt, ab eodem ordinari, non oportuisse ordinationis ecclesiasticæ suscipere dignitatem, qui commune omnium ecclesiarum iudicium deserentes, suam peculiariter in Bonoso vanitatem sequendam esse duxerunt. Sed multos [constat vim passos, atque inultos, attractos, repugnantesque ab eodem ordinatos. Dicat mihi, volo, quisquis hoc credit; si non post ordinationem Bonosi interfuit, cum conficeret sacramenta; si communioni eius participatus non est; si statim ad Ecclesiam rediit; & iste talis potest habere colorem aliquem excusationis. Cæterum, alij, qui vel post annum, aut mensem ad Ecclesiam redierunt, intelligimus eos qui in catholica nouerant se propter vitia sua non posse suscipere ordinationem; idcirco ad illum perrexisse, qui passim, & sine vlla discussione ordinationes illicitas faciebat, credentes se posse per istam institutionem, locum in Ecclesia catholica recipere, de quo antea desperauerant, &c. Ad summam certe, qui nihil à Bonoso acceperunt, rei sunt vsurpatæ dignitatis, qui conficiendorum sacramentorum sibi vindicauerunt auctoritatem, atque id se putauerunt esse, quod de his nulla fuerat regulari ratione concessum. Præuideat ergo dilectio vestra, hactenus talia transisse; & aduertite, quod, vt dicitis, necessitas imperauit, in pace iam ecclesias constitutas, non posse præsumere; sed, vt sæpe accidit, [quotiens à populis, aut à turba peccatur, quia in omnes propter multitudinem non potest vindicari; inultum solet transire; priora ergo dimittenda dico Dei iudicio, & de reliquo maxima sollicitudine præcauendum. *Inn. ep. 22. c. 3 4. 5. 6. Nic. an. 8. & 19. Syn. viij. vel ix. C P. sub Ioan. viij. actio. 2. Raba. ca. 17. de pœnit. Iuo in prol. pano. & decr. part. 5. ca. 10. & lib. 3. tit. 5. c. 17. & tit. 10. c. 3. panorm. & par. 6. c. 59. & 60. decr. Ans. l. 6. c. 73. Deusd. c. 2. Tarra. l. 6. c. 141.*

† recipe- rentur.
1. q. 1. quod pro necessitate. 41. 1. q. 7. quod pro remedio. c. 7.
1. q. 1. c. 53. l
1. q. 1. c. cons.
1. q. 1. c. 14.

Cap. XX.

Dist. 19. secundu. c. 8.

Quos baptizauit Acacius, vel quos sacerdotes, siue Leuitas secundum canones ordinauit, nulla eos ex nomine Acacij portio læsionis attingit, quo forsitan per iniquum tradita sacramenti gratia, minus firma videatur, &c. Nam si visibilis solis istius radii, tum per loca fœtidissima transeunt nulla contactus inquinatione maculantur; multo magis illius, qui istum visibilem fecit, virtus nulla ministri indignitate constringitur. Nam & Iudas, cum fuerit sacrilegus, & fur, quidquid egit inter Apostolos, pro dignitate commissa beneficia per indignum data, nulla ex hoc detrimenta senserunt, &c. Ideo ergo & hic Acacius, cuius nomen dicimus esse reticendum, male bona ministrando, sibi tantum nocuit. Nam inuiolabile sacramentum, quod per illum datum est, aliis perfectionem suæ virtutis obtinuit, ei autem obfuit. *Anast. ij. epist. vnic. c. 7. & 8. Iuo par. 2. c. 151. decr. & in epist. 67. ad Bern. Abb. Ans. l. 9. c. 62. Tarrac. li. 6. ca. 145. Cæsar. l. 12. c. 63.*

Cap. XXI.

Dist. 32. c. 6. præter p. ad ad hoc.

Ad hoc, quod subiungitur in eadem epistola, vtrum sit vtendum ordinationibus, & reliquis sacramentis à criminosis exhibitis, vt ab adulteris, & sanctimonialium violatoribus, & huiusmodi; ad hoc ita respondemus: Si schismate, vel hæresi ab Ecclesia non separantur, eorundem ordinationes, & reliqua sacramenta sancta, & veneranda non negamus, sequentes † B. Augustinum, qui super Ioannem de huiusmodi tam copiose; quam veraciter differit, ait enim; Baptizet seruus malus, siue seruus bonus, non sciat se ille, qui baptizatur, baptizari, nisi ab eo, qui sibi tenuit † baptizandi potestatem; & paulo post. Nō horreat columba ministerium malorum, respiciat Domini potestatem, &c. Cæterum schismaticorum, & hæreticorum sacramenta, quoniam extra Ecclesiam sunt, iuxta sanctorum Patrum traditiones, S. † Pelagij, Gregorij, Cypriani, Augustini, Hieronymi,

† sequendo.
† dedit.
† scilicet.

formam quidem sacramentorum, non autem virtutis affectum † habere profitemur; nisi eum ipsi, vel eorum sacramentis initiati per manus impositionem ad catholicam redierunt vnitatem, &c. *Vrb. ij. in ep. ad L. Præposit. S. Vincentij † in med.*

† eff. al. † Laurentij vel Laurencij

Cap. XXII.

Placuit, vt ex ipsis Donatistis quicumque clerici ad catholicam vnitatem transire voluerint, si eos catholicæ vnitati vtilitatem afferre Episcopus iudicauerit, in suis honoribus recipiantur, &c. *Carth. ca. 99. G. Afric. cap. 35. L.*

Cap. XXIII.

Presbyteri qui ex hæresi Ariana ad sanctam catholicam Ecclesiam conuersi sunt, qui sanctam, & puram fidem, atque castissimam tenuerint vitam, accepta denuo benedictione presbyterij, sancte, & pure ministrare debeant; cæteri vero, qui hanc supra scriptam vitam adimplere, vel tenere neglexerint, ab officio depositi in clero. Ita & diaconibus, sicut & de presbyteris constitutum est. *Cæsaraugust. ij. c. 1.*

Cap. XXIV.

Serie depositionis memorati Ebbonis plenissime prolata, &c. clarnit præfarum Ebbonem Episcopale officium illicite repetiisse, quo usque gradibus ecclesiasticis æstimatus fuerit promouisse, damnationi potius obnoxios effecisse. *Syn. apud B. Medard. in princ.*

Cap. XXV.

1. q. 7. c. 4. conuenientibus p. Item Petrus.

Quid de Anatolio dicitis? nonne princeps fuit quartæ synodi? & tamen à Dioscoro impio illo fuerat creatus, atque id etiam præsente Eutyche; ergo & nos ab hæreticis ordinatos recipiamus, &c. addatur, quod ordinatio à Deo est, &c. *Taras. vij. synod. act. ante fin.*

Cap. XXVI.

vbi supra.

Sane & plurimi, qui in sexta synodo præsides fuerunt, à Sergio, Pyrrho, Paulo, & Petro doctoribus hæreseos Monothelitarum fuere creati. Sed & hi vicissim CP. sedes inter clerum distribuerunt, & ab extremo eorum doctore Petro, vsque ad sextam synodum anni non pauciores, quam xv. intercesserunt; qui vero intermediis temporibus fuerunt, Thomas scilicet, Ioannes, & Constantinus, ab hæreticis fuerunt ordinati; verum ea de causa non sunt reprobati. Circiter enim L. annos hæresis illa viguit, & tamen in vi. synodo Patres, quatuor illos prænominatos tantum damnarunt, eorum ordinationem relinquetunt. *Taras. vij. syn. act. 1. ante fin.*

Cap. XXVII.

Non noui Episcopum, neque inter sacerdotes Christi numerauerim, qui à contaminatis manibus, in fidei vastationem, ad dignitatem aliquam fuerit prouectus, &c. ne scilicet quoslibet ad communionem suscipiatis, neue manuũ impositionem ab eis recipiatis, vt postea pace facta violenter se ipsos sacerdotali complemento annumerent. *Basilius ad Nicopolitas. vij. syn. act. 1. ante fi.*

Cap. XXVIII.

Tarasius dixit: Et ego profecto qui in fidei dissolutionem creati sunt, abominor. tum autem maxime, quotiens orthodoxi Episcopi fuerint præsentes, à quibus poruere creari. Hæc autem est sententia B. Patris; si synodica conuocatio fuerit facta, & ecclesiarum in recta fide concordia; qui ausus fuerit impuris hæreticis creandum se dare; deponi dignum est. Sancta synodus ait: Hæc vera sententia est. *vij. syn. act. 1. ante fi.*

Cap. XXIX.

Satis iam videtur mihi confirmatum eos, qui ab hæreticis ordinati sunt, recipiendos: si quis vero destinato animo ad hæreticos se contulerit, ab eisque ordinatus fuerit, eum nequaquam recipiendum. *Constantin. Episcopus Constantiæ Cypri. vij. synod. actio. 1. in fin.*

Ne hæretici, aut baptizati ab hæreticis sacris initientur, exceptis Nouatianis, & aliis quibusdam.

Tit. XXI.

CAPUT I.

De iis, qui se nominant catharos, id est mundos, si aliquando venerint Ecclesiam catholicam, placuit sancto, & magno concilio, vt impositionem manus accipientes sic in clero permaneant, &c. *Nicæn. capite 8.* 1. q. 7. c. 8. sign.

Cap. II.

Quicumque ex lapsis per ignorantiam ordinati sunt, aut etiam scientibus, qui ordinauerunt; non præiudicant regulæ ecclesiasticæ; nam eum primum compertum fuerit, deponentur. *Nicæ. c. 10.* Dist. 81. c. 5.

Cap. III.

Paulianistæ ad Ecclesiam catholicam confugientes baptizentur, & si reprehensibiles inuenti fuerint, ordinentur. *Nicæ. c. 19. Ansel. 9. c. 55. in addit.* 1. q. 1. c. sequi

Cap. IV.

Qui in qualibet ætate alibi, quam in Ecclesia catholica aut baptizati, aut rebaptizati sunt, ad ecclesiasticam militiam non permittantur accedere, &c. *Felix. iij. in syno. Rom. ca. 5. Burc. l. 4. c. 99. Iuo par. 1. c. 293. decr. Ansl. l. 7. c. 14. Tarra. l. 1. c. 31.* 1. q. 7. c. 10.

Cap. V.

Ab hæreticis baptizati, &c. clerici esse non possunt. *Ap. c. 68.*

Cap. VI.

Nostræ lex Ecclesiæ est; venientibus ab hæreticis, qui tamen illic baptizati sunt, per manus impositionem, laicam tantum tribuere communionem; nec ex his aliquem in clericatus honorem, vel exiguum subro- 1. q. 1. c. 18. vbi supra. tam est. p. sed vide supra.

gare. *Innoc. edict. 22. c. 4. ad episc. Macedon. Iuo lib. 3. tit. 5. c. 17. & tit. 50. c. 3. panor. & par. 6. ca. 60. decr.*

Cap. VII.

1. q. 1. si quis. c. 41. &c. omnis. c. 112. & 1. q. 7. saluberrimu. c. 21. Circa (*hæreticos*) etiam illam canonum constitutionem præcipimus custodiri; vt in magno habeant beneficio, si adempta sibi omni spe promotionis, in quo inueniuntur ordine, stabilitare perpetua maneant; si tamen iterata tinctione non fuerint maculati. Non leuem apud Deum noxam incurrit, qui de talibus ad sacros promouendos ordines iudicarit. Quod si cum grandi examinatione promotio conceditur intulparis, multo magis non debet licere suspectis. *Leo epist. 3. ad Iulian. Episcop. Aquileien. in med. & epist. 83. ad Septimium Episc. in fine. Iuo lib. 3. tit. 10. ca. 4. panor. & par. 6. c. 97. decr. Ansel. lib. 12. c. 39. Tarra. li. 4. c. 13.*

Cap. VIII.

Andream, qui rationabiliter Archidiaconi est priuatus officio; & Euphratam, qui sanctæ memoriæ Flauiani, vt comperi, improbus existit accusator, si professionibus plenissime scriptis, non minus Eutychianam hæresim, quam Nestorianum execrabile dogma condemnant, quoniam venia est præstanda correctis, presbyteros consecrabis, vt sibi remedium catholicæ fidei sentiant profuisse, &c. Cæteri vero, quos par reatus inuolnerat, si veniam simili professione cum satisfactione deposcunt, suis ordinibus reformentur; his tantum ad officiorum primatum admissis, quos ab omni errore liberos fuisse constiterit. *Leo epi. 69. ad Anatolium CP. Episc. in med.*

Cap. IX.

Dist. 98. c. 3. Bonifacio dedimus in mandatis, &c. vt Afros passim ad ecclesiasticos ordines prætendentes nulla ratione suscipiat, quia aliqui eorum Manichæi, aliqui rebaptizati sæpius sunt probati. *Gregor. ij. epist. 3. in princ. ad clerum Taring. Gela. ad ordinan. Episc. Ansel. l. 7. c. 21. Tarr. l. 3. c. 41.*

Cap. X.

Ex omni hæresi, qui ad nos fidelis venerit, minime est ad clerum promouendus: vel si qui sunt in præteritum ordinati deponantur. *Elib. c. 51.*

Cap. XI.

1. q. 4. placuit. c. 3. De Donatistis, & pueris à Donatistis baptizatis. Intertogemus fratres, & consacerdotes nostros Syricium, Simplicianum & de solis infantibus à Donatistis baptizatis, annc quod sua voluntate non fecerunt, errore parentum impediantur ad ministeria sacri altaris, cum ad Dei Ecclesiam salutari proposito conuertuntur? *Cart. c. 48. G. Cart. iij. c. 48. L. Afr. cap. 14.*

Cap. XII.

1. q. 4. c. 4. Qui apud Donatistas paruuli baptizati sunt nondum scire valentes erroris eorum interitum, & postea quam ad ætatem rationis capacem peruenerunt, agnita veritate, falsitatem eorum abhorrentes ad Ecclesiam Dei catholicam, per vniuersum mundum diffusam, ordine antiquo per manus impositionem recepti sunt: debere talibus suscipiendum munus clericatus, non impedire nomen erroris, &c. *Carth. c. 58. G. Afric. c. 24. L. Deusd. ca. 2.*

Cap. XIII.

Clerici Donatistæ, si Ecclesiæ vtiles fuerint, suscipiantur in suis honoribus, &c. *Afric. c. 35.*

Cap. XIV.

Non promoueantur ad sacerdotium, qui in hæresim lapsi sunt, vel qui in hæresi baptizati, aut rebaptizati esse noscuntur, &c. *Tolet. iv. quo. c. 5. c. 18.* Dist. 51. qui in aliq

Cap. XV.

Placuit in synodis, vt his, qui lapsi sunt, impietati autem præsunt, venia quidem detur pœnitentibus, ac resipiscentibus; eis autem locus cleri non detur. His autem, qui impietatis auctores non fuerunt, sed vi, & necessitate tracti sunt, visum est dari veniam, habere autem etiam locum in clero, &c. *Athanas. in ep. ad Rufinianum post princ. refertur apud Nica. ij. act. 1. ante fin.*

Cap. XVI.

Declarauit mihi tua pietas, quod quidam eorum, qui se Catharos nominant, volunt ad Ecclesiam accedere. Quoniam ergo magna synodus, quæ Nicææ habita est à sanctis Patribus, statuit; vt ordinentur, qui accedunt; velis iuxta hanc formam eos, qui ad Ecclesiam accedant, ordinare: si quidem vita eorum recta est, & nihil eis aduersatur. *Theophil. Episc. Alexand. in expositio. de Catharis. Vid. Ni. ca. 8.*

De pœnis, quæ propositæ sunt fautoribus hæreticorum. Tit. XXII.

Capvt I.

Occultans libros contra imagines Episcopus, presbyter, diaconus deponatur; laicus, vel monachus communicetur. *Nica. ij. ca. 9.*

Cap. II.

Quisquis post hanc definitionem nostram ad picturæ sanctarum imaginum in ecclesiis, aut doctrinæ actionem quoquo modo (*Iconoclastas*) admiserit; si quidem clericus fuerit, proprio gradu periclitetur, si vero laicus, separetur, & diuinorum mysteriorum communione priuetur. *Synod. viij. gen. sub Hadr. ij. ca. 7.*

Cap. III.

In partibus Tolosæ damnanda hæresis dudum emersit, &c. Contra eam Episcopos & omnes Domini sacerdotes in illis parti- De hæret. cap. 10. in 1. coll.

bus commotantes inuigilare præcipimus, & sub interminatione † anathematis prohibere; ne vbi cogniti fuerint illius hæresis sectatores, receptaculum quisquam eis in terra sua præbere, aut præsidium impertiri præsumat; sed nec in venditione, aut emptione aliqua cum eis communio habeatur; vt solatio saltem humanitatis amisso, ab errore viæ suę resipiscere compellantur. Quisquis autem contra hæc venire pertentauerit, tanquam participes iniquitatis eorum anathemate feriatur. *Alexand. iij. in concil. Turo. ca. 4.*

† interdictione.

Cap. IV.

De here. c. 8. Gre. ex. & c. 6. & 7. eo. tit. in 1. coll. (Hæreticos) & defensores eorum, & receptores anathemati decernimus subiacere; & sub anathemate prohibemus, ne quis eos in domibus, vel in terra sua tenere, vel fouere, vel negotiationem cum eis exercere, præsumat, &c. Qui eos tenuerint; vel fouerint per regiones, in quibus taliter debacchantur in Dominicis, & aliis solemnibus diebus per ecclesias publice denuntientur, &c. Episcopi vero, siue presbyteri, qui talibus forte non restiterint, officij sui priuatione † multentur, donec misericordiam Apostolicæ sedis obtineant. *Alex. iij. in concil. Turo. c. vl. in princ. & in fine.*

† suspensione.

Cap. V.

De here. c. 13. Gr. ix. & c. 2. eo. tit. in 4. coll. Credentes, receptores, defensores, & fautores hæreticorum excommunicationi decernimus subiacere, &c. *Inn. iij. in concil. gener. Later. c. 3. in med.*

Cap. VI.

Habe cum his, quos libenter amplecteris, portionem ex sententia præsenti, &c. Sacerdotali honore, & communione catholica, nec non etiam à fidelium numero segregatus, &c. *Felix iij. cum LXVII. Episcopis ad Acacium CP.*

Cap. VII.

Nullus omnino hominum hæresiarchas, & eorum sequaces, qui in partibus Guasconiæ, aut Prouinciæ, vel alibi commorantur, manuteneat, vel defendat; nec aliquis eis in terra sua receptaculum præbeat. Si quis autem vel eos de cætero retinere, vel ad alias partes proficiscentes eorum errori consentiens recipere forte præsumpserit; quo iratus Deus animas percutit, anathemate feriatur, & in terris eorum, donec condigne satisfaciant, diuina celebrate officia interdicimus. *Eugen. iij. in concil. Remen. c. 17.*

Cap. VIII.

Episcopus, presbyter, diaconus cum hæreticis orans, excommunicetur. Si vero permittat eis, vt clericis operari, deponatur. *Apos. 45.*

Cap. IX.

Si quis falsas scripturas impiorum vt sanctas in ecclesia publicauerit in pestem populi, & cleri; deponatur. *Ap. 60.*

Cap. X.

Si clericus, vel laicus ingrediatur synagogam Iudæorum, vel hæreticorum ad orandum; deponatur, & excommunicetur. *Ap. 65.*

Cap. XI.

De excommunicatione Acacij Episcopi CP. qui cum hæreticis communicauit: *Gelas. in tomo de anathemate, in epistola 5. ad Anastas. post med. & epist. 6. ad Episcopos Dardan. post princ. & in med. & in epist. 7. ad Episcopos Orientis, & epist. 8. ad Euphemia. Episcop. CP. Anastas. ij. epist. 1. Iustinus ad Hormisdam.*

Cap. XII.

Amittat Episcopatum, qui falso dixerit Donatistas communicasse, cum sciat non communicasse. *Carth. 125. G. Mile. 25. L.*

Cap. XIII.

Nulli clerico liberum sit discedere ab Episcopo suo, & alteri Episcopo communicare, nisi forte ei, quem Episcopus alius libenter habeat de Hæreticorum schismate discedentem, & ad fidem catholicam reuertentem. Si qui autem de catholicis discesserint, & in communione eorum palam, vel occulte cum eis, qui excommunicati sunt, vel per sententiam iam notati, fuerint inuenti; habeant illorum, ad quos ire voluerint etiam in damnatione consortium. *Toletan. 1. capite 12.*

Cap. XIV.

Si superioris loci clericus heretici cuiuscumque conuiuio interfuerit; anni spatio pacem Ecclesiæ non habebit. Quod si minores clerici præsumpserint, vapulabunt. *Epau. ca. 15. Meld. c. 73.*

Cap. XV.

Catholicus, qui filios suos in hæresi baptizandos obtulerit, oblatio illius in Ecclesia nullatenus recipiatur. *Ile. 13.*

Cap. XVI.

Iudex ciuitatis, vel loci, si hæreticum, aut Bonosiacum, vel cuiuslibet alterius hæresis sacerdotem, vel quamcumque personá de catholicis rebaptizasse cognouerit; quia Reges nos constat habere catholicos; non statim rebaptizantes adstrinxerit, & ad Regis fidem propterea distringendos adduxerit; annuali excommunicationi subdatur. *Aur. iij. c. 30.*

Cap. XVII.

Qui pro hæresi, aut pro crimine aliquo excommunicantur, nullus eis communicare præsumat, sicut & antiqua canonum continent statuta. Quod si quis spernit voluntarie, se ipsum alienum à communione facit. *Brac. 1. c. 33.*

Cap. XVIII.

Si quis ex nobis in parochiis suis, post agnita huius concilij instituta aut clericum aut monachum sanæ huic doctrinæ resistentem inuenerit, aut aliquo adhuc Priscillia-

næ sectæ errore latirare persenserit, & non continuo illum excommunicatum, & anathematizatum de ecclesia eiecerit foras; ita vt cum huiusmodi homine nec cibum aliquis fidelis sumere, nec communicare præsumat; nouerit se is, qui talem receperit, fraternæ esse excommunicationi obnoxium, & diuinæ procul dubio sententiæ reum, &c. *Brac. 1. c. 40.*

Cap. XIX.

Tollantur suspecta reliquia vetustaq; nam sunt vulgares ratæ probatæ mei. Statuit sancta synodus, vt reliquias in quibuscumque locis de Ariana hæresi inuentæ fuerint, prolatæ à sacerdotibus, in quorum ecclesiis reperiuntur, Pontificibus præsentatæ igne probentur. Quod si à quibuslibet occultatæ fuerint, & deteguntur; à sacrosanctæ catholicæ Ecclesiæ cœtu segregentur. *Cæsar. 1j. c. 2.*

De basilicis hæreticorum. Tit. XXIII.

CAPVT I.

De consec. d. 1. c. 19. ecclesiar. Ecclesias Arianorum, vbicumque inuenerimus, catholicas eas diuinis precibus, & operibus absque vlla mora consecrate; quia & nos, quando fuimus Constantinopolitam pro religione catholica, quam & pro Regis Theodotici causa negotij suadente, atque hortante, Arianosque extirpante piissimo Iustino orthodoxo Imperatore; quascumque illis in partibus eorum Ecclesias reperire potuimus, catholicas eas, Domino opem ferente, consectauimus. *Ioan. ep. 2. ad Episc. Italia post prin.*

Cap. II.

24. q. 3. c. 35. clericus. Hæreticorum cœtus non Ecclesia, sed conciliabulum est. *Cart. iv. c. 71.*

Cap. III.

Basilicas hæreticorum, quas tanta execratione habemus exosas, vt pollutionem earum purgabilem non putemus, sanctis vsibus applicare despicimus, nisi quas per violentiam nostris abstulerant, possimus reuocare. *Epau. c. 33.*

Cap. IV.

Basilicas, quas in peruersitate sua Gothi (*Ariani*) hactenus habuerunt, &c. simili, quo nostræ inuocari solent, placuit ordine consecrari. *Aur. c. 12. al. 10.*

Cap. V.

Ecclesiæ, quę fuerunt in hæresi Ariana, nunc autem sunt catholicæ, ad eos Episcopos cum suis rebus pertineant, ad quos parochiæ ipsæ, in quibus ipsæ ecclesiæ sunt, pertinere videntur. *Tolet. iij. c. 9.*

Cap. VI.

Statuit sancta synodus, vt Episcopi de Ariana hæresi venientes, si quas ecclesias sub nomine catholicæ fidei nec dum benedictione à catholico sacerdote percepta consecrentur denuo. *Cæsar. ij. c. 5.*

De Nouatianis, siue Catharis, & de pœnitentia lapsis non deneganda. Tit. XXIV.

CAPVT I.

De his qui se nominant Catharos, id est mundos (*Nouatianos L.*) si aliquando venerint ad Ecclesiam catholicam, placuit sancto, & magno concilio, & impositionem manus accipientes, sic in clero permaneant. Hęc autem præ omnibus eos scriptis conuenit profiteri: quod catholicæ, & Apostolicæ Ecclesiæ dogmata suscipiant, & sequantur; id est, & bigamis se communicare, & his, qui in persecutione prolapsi sunt, erga quos, & spatia constituta sunt, & tempora definita, ita vt Ecclesiæ catholicæ, & Apostolicæ placita sequantur in omnibus, &c. *Nica. c. 8. refert vij. syn. actio. 1. ante med. & Innoc. epist. 22. ca. 5. ad Episc. Mace.* *1. q. 7. sinit. c. 8.*

Cap. II.

Superuenit Nouatus ex Africa, & separauit de Ecclesia Christi Nouatianum, & quosdam alios Christi confessores, & conuertit in prauam doctrinam. A quibus vos fratres auertite, & cauere ab omnibus, qui alteram fidem, & doctrinam tenent, quam Apostoli, & successores eorum renuerunt, &c. *Fabian. ep. 1. post prin.*

Cap. III.

Inuidens antiquus hostis suscitauit nobis aduersarium Nouatum, rectæ fidei, & sanctę doctrinæ æmulum, qui extra ecclesiam ordinauit Nouatianum, & in Africa Nicostratum, vtrosque hæreticos, sicut ille erat, &c. Quidam confessores, qui dudum fuerant fideles, à nobis, & à recta fide Diabolo instigante se separantes, cum Maximo presbytero, ad Ecclesiam catholicam, & fidem rectam sunt reuersi, & denuo, sicut prius, facti sunt confessores fideles, &c. *Corn. epist. 1. in med.*

Cap. IV.

His, qui post baptismum omni tempore incontinentiæ, & voluptatibus dediti, in extremo fine vitæ suæ pœnitentiam simul & reconciliationem exposcunt, communionem dare obeuntibus placuit, & propter Domini misericordiam, quasi viaticum profecturis, & ne Nouatiani hæretici negantis † veniam, asperitatem, & duritiam sequi videamur. *Inn. ep. 3. 6. 2. Vide Tribur. 31. in fine.* *† Negantis*

Cap. V.

Donatum Salicinensem ex Nouatiano cum sua, vt competimus, plebe conuersum, ita Dominico, volumus gregi præsidere; vt libellum fidei suæ ad nos meminerit dirigendum, quo & Nouatiani dogmatis damnet errorem, & plenissime confiteatur catholicam veritatem. *Leo ep. 85. ad Episc. Africa c. 3.* *1. q. 7. c. 20.*

CAP. VI.

Contra Nouatianum, & de confessoribus, & martyribus Nouatianis. *Cyprian. epist. 1. ad Cornelium.* Et de Nouato, & alijs; *Cyprian. epist. 6. ad Corn. & epist. 7. quæ sunt epist. 8. & 9. lib. 2. eiusd.*

CAP. VII.

Cathari sunt, ex his, qui sunt abscissi, verum enim vero antiquis visum est, Cypriano dico, & nostro Furmiliano, eos omnes vnicalculo subiicere; Catharos, & Encratitas; & Hydroparastatas, &c. nonnullis Asiaticis visum est, &c. eorum baptisma suscipi, suscipiatur, &c. *Basil. ep. 1. ad Amphilochium. c. 1.*

CAP. VIII.

Declarauit mihi tua pietas, quod quidam eorum, qui se Catharos nominant, volunt ad Ecclesiam accedere: Quoniam ergo magna synodus, quæ Nicææ habita est à sanctis Patribus, statuit; vt ordinentur, qui accedunt; velis, iuxta hanc formam, eos, qui ad Ecclesiam accedant, ordinare: si quidem vita eorum recta est, & nihil eis aduersatur. *Teophil. Episcop. Alex. in expos. de Catharis. Vid. Nicæ. 8.*

CAP. IX.

Nouatum, & eius impiæ hæresis asseclas anathematizo, vtpote qui iniurius sit aduersus pœnitentiam, & mansuetudinem Dei eleuat. *Taras. CP. ante vij. syn. epist. ad Ioan. presbyter. post med.*

CAP. X.

Post passionem Fabiani superuenit Nouatus ex Africa, & separauit Nouatianum de Ecclesia, & quosdam confessores. *Damas. in Fabia.*

CAP. XI.

Sub Cornelij Episcopatu Nouatus Nouatianum extra ecclesiam ordinauit, & in Africa Nicostratum, &c. *Damas. in Corn.*

CAP. XII.

Multa de Nouato, Nouatianis, & Catharis; *Eusebi. l. 6. c. 33.*

De Origenis, & sociorum damnatione. Tit. XXV.

CAPVT I.

Siquis non anathematizat Arium, Eunomium, Macedonium, Apollinarem, † Nestorium, Eutychen, & Origenem cum impiis eorum scriptis, &c. anathema sit. *Syn. v. CP. act. vlt. c. 11.*

† Apollinarium.

CAP. II.

Quinta synodus hic congregata est aduersus Theodorum Mopsuestenum, Origenem, Didymum, & Euagrium, & scripta Theodoreti aduersus xij. capitula Cyrilli, & Epistolam, quæ dicitur Ibæ ad Marin Persam, &c. *vi. syn. CP. act. 17. in defin. in prin.*

CAP. III.

Origenis, Euagrij, & Didymi fabulositates anathematizamus, quemadmodum synodus Constantinopoli conflata, quinta numero docuit. *vij. syn act. 7. in defin. in med.*

CAP. IV.

Audemus anathematizare Arij insaniam, Macedonij rabiem, &c. & horum multorum capitum hydram, Origenis, Didymi, & Euagrij nugas, fabulasque; &c. *vij. synod. in epist. ad Constantinum, & Irenem in med.*

CAP. V.

Anathematizamus Origenem, qui vana suscipit, & Theodorum Mopsuestiæ quoque pariter & Euagrium, qui etiam secundum easdem, & diuersas opiniones eodem perditionis irretiti sunt barathro. *Syno. viij. CP. sub Had. ij. act. 10. in defin. syn. post prin.*

CAP. VI.

Origenis nonnulla opuscula, quæ vir beatissimus Hieronymus non repudiat, legenda suscipimus. Reliqua autem omnia cum auctore suo dicimus esse renuenda. Eusebius in laudibus, & excusatione Origenis schismatici vnum conscripsit librum, &c. *Gelas. in synod. lxx. Episc. post med. Burc. l. 3. c. 220. Iuo l. 2. tit. 11. c. 3. pan. & par. 4. c. 64. decr. Cæsar. li. 2. c. 6. Tarr. l. 1. c. 232.*

Dist. 15. c. 3. sancta. §. Item Origenis.

CAP. VII.

Si quis secundum sanctos Patres consonanter nobis, pariterque fide non respuit, & anathematizat anima, & ore omnes, quos sancta Dei Ecclesia respuit, & anathematizat nefandissimos hæreticos, id est Sabellium, Arium, &c. Origenem, Didymum, Euagrium, &c. condemnatus sit. *Martin. in conc. Later. secret. 5. c. 18.*

CAP. VIII.

Quod in Origene merito damnatum est, qui animarum, antequam corporibus insererentur, non solum vitas, sed & diuersas fuisse asseruit actiones: necesse est, vt etiam in (*Eutyche-te*) nisi maluerit sententiam abdicare, plectatur. *Leo ep. 11. ad Iulian. Episc. ante fi.*

CAP. IX.

Anathematizamus, atque execramur omnes hæreses, omnesque earum auctores, atq; fautores, qui aduersus Apostolicam, & orthodoxam fidem Diabolicis decepti fallaciis falsitatis errores in ecclesiam conati sunt introducere, id est, Arium, Sabellium, &c. Origenem, qui & Adamantius, Didymum, & Euagrium, &c. *Leo ij. in ep. ad Constant. iv. Imper. post med. post vi. syn.*

CAP. X.

Diuinorum Patrum clxv. in hac ciuitate Imp. congregatorum sub Iustiniano piæ memor. Imp. nostro pias voces, vt à Spiritu sancto editas cognoscimus, qui Theodorum Mopsuestiæ Nestorij magistrum, & Origenem, & Didymum, & Euagrium, qui Græcas fabulas rursus fictas retulerunt, & corporum quorundam, & animarum circuitiones, & immutationes, seu transmigrationes de integro ruminauerunt; &c. & in mortuorum resurrectionem impie, ac contumeliose insulta-

tunt

runt &c. anathematizarunt, & execrati sunt, *Trul.c.1.ante fin.*

CAP. XI.

Quinta synodus triumphauit de Origene, Didymo, & Euagrio: quos omnes, vt hæreticorum magistros execror. *Tarasius CP. in epist. ad Orientis Episcopos. vij. synod. actio. 3. in med.*

CAP. XII.

Quintum sanctum concilium vniuersale suscipio, omnesque eius præclaras definitiones, quod ad confirmationem Chalcedonensis concilij congregatum est; permittit autem, & irritum proiicit, principaliter quidem Origenem insanum, & omnes eius pomposas somnolentias, & plena mulræ impietatis commenta; Euagrij quoque cum eo, & Didymi dogmata, & omnia eorum pagana, atque prodigiosa, nec non & fabulosa deliramenta, &c. Anathema in perpetuum, & catathema à sancta, & consubstantiali adoranda Trinitate, Patris, & Filij, & Spiritus sancti sint. Primum quidem Simon Magus, &c. post quem Cleobius, Menander, &c. Helceseus, Origenes, alter Origenes, qui & Adamantius, &c. *Sophronius Hierosolymitanus apud vi. syn. act. 11. ante fin.*

CAP. XIII.

Cum sancta vniuersalis quinta synodus CP. esset congregata; communi, & generali anathemate reiecti sunt Origenes, & Theodorus Episcopus Mopsuestiæ, & quæcumque ab Euagrio, & Didymo dicta sunt de præexistentia, siue περὶ προϋπάρξεως &c. Alexander Episcopus Abyles contra sensit, quare Episcopatu exutus Byzantium se recepit, & terræ motu absorptus est, & defossus. Neolauritas autem, cum se à catholica communione separassent. Eutychius Patriarcha diuersis rationibus aggressus est, &c. eos à Neolaura expulit. *N. in vita S. Saba, apud vij. synod. actio. 1. in fine.*

CAP. XIV.

Quinta synodus clxiv. Episcoporum priores quatuor confirmauit, execrans Arium, &c. præterea Origenem, Euagrium, Didymum, omnesque fabulosas, & gentiles eorum prodigiosas narrationes, &c. *Theodo. Hier. apud syn. vij. act. 3. post med.*

CAP. XV.

Vltra has Constantinopoli congregata Iustiniani Imperatoris imperio synodus est, quæ Origenem, qui & Adamantius, Euagrium, Didymum cum gẽtilibus eorum commentariis anathemate deuouit, &c. vij. *syn. actio. 6. ante med. tom. 1. verba sunt hæreticorum, sed probantur ab Epiphanio; qui contradicit cæteris.*

CAP. XVI.

Suscipimus quæ in temporibus Iustiniani diuæ memoriæ in prædicta à Deo conseruanda nostra felicissima ciuitate complosa est synodus, contra Dei impugnatores Origenem, Didymum, & Euagrium, &c. *Edictum Imper. Constant. iv. apud syn. vi. CP. act. 18. ante fi.*

CAP. XVII.

Monachi quidam ab Hierosolymis venerũt ad Pelagium in comitatu, portantes capitula libris Origenis excerpta, volentes agere apud Imperatorem, vt Origenes damnaretur cum illis capitulis, &c. Annuit Imperator facillime, gaudens se de talibus causis iuditium ferre. Iubente eo, dictata est in Origenem, & in illa capitula anathematis damnatio; quam subscribentes vnacum Menna Archiepiscopo apud CP. reperto; deinde directa est Vigilio Romano Episcopo, Zoilo Alexandrino, Euphemio Antiocheno, & Petro Hierosolymitano. Quibus eam accipientibus & subscribentibus Origenes damnatus est mortuus, qui viuens olim fuerat ante damnatus. *Liberat. c. 23.*

CAP. XVIII.

Quinta (*synodus*) iterum fuit Constantinopoli, quinq; vero & sexaginta supra centum Patres in hac coacti sunt, &c. Eiecerunt autem pie extra diuina septa Euagrium, & Didymum cum Origene, viros, qui non eodem tempore decesserunt, sed tamen eadem conscripserũt, falsa nempe, & peregrina dogmata à diuina Ecclesia. Et nunc quidem corporum resurrectionem omnino auferebant, nunc vero alienigenarum resurrectionem prçter opinionem asserebant; Paradisum vero, & Adam dicebant incorporeum, & pœnam ad tempus putabant terminandam. Quinetiam Dæmonum restitutiones scripserunt. *Psellus ante vij. syn.*

Contra Paulum Samosatenum, & Photinum, & alios, qui Christum tantum esse hominem dicebant. Tit. XXVI.

CAPVT I.

DE Paulianistis, qui ad ecclesiam catholicam confugiũt, baptizandis, & ordinãdis, si digni sunt: *Nicæ.y.c. 19.* De iisdem Paulianistis, & Photinianis baptizandis. *Arel. ij. c. 16. & Trul. c. 96. De Paulianistis tantum vide supra tit. 8. c. 1. & 5. & 8.*

CAP. II.

Contra Paulum Samosatenum, & Photinum: *CP. syn. in ep. ad Damas. apud Theod. l. 5. c. 9.*

CAP. III.

Contra Photinum, & Photinianos: *CP. c. 1. Chalc. act. 16. in allocu. concilij. Leo in syno. Rom. ep. 22. ad clerum CP. Felix iij. in epist. 2. ad Petr. Fullo. ante v. syn. Leo ij. in ep. ad Constantin. vi. Imper. post iv. syn.*

CAP. IV.

Contra Paulum Samosatenum: *Martin. in concil. Lateranen. ca. 18. Felix iij. in epist. 1. & 2. ad Petr. Fullo ante v. synod. Leo ij. in d. epist. ad Constantin. iv. Imperat. Sophronius Hierosolymit. apud vi. synod. act. 11. Tarasius CP. in epist. ad*

OrientisEpiscopos apud vij. syn. actio.3.

CAP. V.

Anathematizamus Photinum, qui Hebionis hæresim instaurans, Dominum Iesum Christum tantum ex Maria virgine confitetur. *Damas.ep.1.in professione fidei,in prin.*

CAP. VI.

Contra Photinum, & Marcum hæreticos, qui Christum Deum ex Patris substantia ante sæcula negant genitum. *Inno. ep. 20. ad Lauren. Episc.*

CAP. VII.

Paulus Samosatenus, & Photinus dixerunt, Dominum nostrum Iesum Christum, antequam nasceretur ex virgine Maria, non fuisse. *Leo ep.91. ad Turibium c.3.*

CAP. VIII.

Contra Euphratam Episcopum negantem Christum esse Deum; qui à synodo deponitur. *Agrippin. syn.*

CAP. IX.

Si quis dicit, filium Dei Dominum nostrum, antequam ex Virgine nasceretur, non fuisse, sicut Paulus Samosatenus, & Photinus, & Priscillianus dixerunt: anathema sit. *Brac. cap.3.*

CAP. X.

Nicææ Bithyniæ CCCXVIII. Episcopi damnauerunt Arium, Photinum, & Sabellium, vel sequaces eorum; & in vrbe Roma congregauit (*Siluester*) cum consilio Augusti Episcopos cclxxviij. & damnauit iterum eosdem. *Damas. in Silue.*

CAP. XI.

De Paulo Samosateno tempore Dionysii Papæ, & de concilio Antiocheno aduersus eundem Paulum Samosatenum Episcopum Antiochiæ. *Euseb. l.7. c.22.23.24.25.26.*

Contra Sabellianos, & Patripassianos: Personas Diuinas reuera distinctas esse.

Tit. XXVII.

CAPVT I.

NOn spernendam esse fidem sanctorum Patrum CCCXVIII. qui Nicææ Bithyniæ conuenerunt, sed manere eam ratam oportet, & anathematizari omnem hæresim, specialiter autem Eunomianorum, &c. & Sabellianorum. CP. *c.1.*

CAP. II.

Contra Sabellium Afrum, siue Libycum: CP. *syn. in ep. ad Damas. apud Theodoret. li.5. ca.9. Syn. CP. gen. viij. sub Hadr. ij. acti.10. in defi. Felix iij. in epist. ad Petr. Fullo. ante v. synod. Leo ij. ep. ad Constant. iv. Impe. post. vj. syn. gen. Sophronius Hierosol. apud vi. syn. gen. act. 11. Tarasius Episc. CP. in ep. ad Episc. Orien. apud vij. syn. act. 3. in med. vbi Sabellius appellatur Afer. Theodor. Hierosol. Episc. apud eandem vij. syn. act. 3. post med.*

CAP. III.

Si quis non anathematizat, &c. Sabellium, Arium, &c. condemnatus sit. *Martin. in concil. Later. c.18.*

CAP. IV.

Anathematizamus eos, qui Sabellij sequuntur errorem, eundem dicentes Patrem esse quem & Filium. *Damas. ad Paulin. in prefe. fidei. Vid. Theodor. lib.5. ca.10. & Nicepho. lib.12. c.18.*

CAP. V.

Primo capitulo demonstratur, quam impie sentiant (*Priscillianistæ*) de Trinitate diuina, qui & Patris, & Filij, & Spiritus sancti vnam, atque eandem asserunt esse personam, tanquam idem Deus, nunc Pater, nunc Filius, nunc Spiritus sanctus nominetur: nec alius sit, qui genuit; alius qui genitus est; alius qui de vtroque processit: sed singularis vnitas in tribus quidem vocabulis, & non in tribus sit accipienda personis. Quod blasphemiæ genus de Sabellij opinione sumpserunt, cuius discipuli, etiam Patripassiani merito nuncupantur: quia si ipse est Filius, qui & Pater; crux Filij, Patris est passio: & quidquid in forma serui Filius Patri obediendo sustinuit; totum in se Pater ipse suscepit. Quod catholicæ fidei sine ambiguitate contrarium est, quæ Trinitatem vnitatis, sic homousion confitetur; vt Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, sine confusione indiuisos, sine tempore sempiternos, sine differentia credat æquales: quam vnitatem in Trinitate non ex eadem persona, sed eadem implet essentia. *Leo ep.91. c.1. ad Turibium.*

CAP. VI.

Sabellium damnauit synodus, nec fuit necesse, vt eius sectatores postea damnarentur, singulas viritim synodos celebrari: sed pro tenore constitutionis antiquæ, cunctos, qui vel prauitatis illius, vel communionis extitere participes, vniuersalis Ecclesia duxit † esse refutandos. *Gelas. in epist. ad Episc. Dardan. in prin. Ansel. l.12. c.69.*

24. q. 1. c.2. maiores. in fin.

† dixit.

CAP. VII.

Si quis dixerit, atque crediderit Deum Patrem, eundem esse Filium, vel Paracletum, anathema sit. Si quis dixerit, vel crediderit Filium eundem esse Patrem, vel Paracletum anathema sit. Si quis dixerit, vel crediderit Paracletum esse vel Patrem, vel Filium, anathema sit. *Tolet. 1. in assert. fidei, vel in conc. Aquis Celenis habito contra Priscillian.*

CAP. VIII.

Si quis Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum, non confitetur tres personas vnius substantiæ, & virtutis, ac potestatis sicut Catholica, & Apostolica Ecclesia docet: sed vnam tantum, ac solitariam dicit esse personam; ita vt ipse sit Pater, qui Filius; ipse etiam sit Paracletus Spiritus, sicut Sabellius, & Priscillianus dixerunt: anathema sit. *Brac. c.2.*

CAP. IX.

Confitemur esse Patrem, qui genuerit ex substantia sua Filium sibi & coæqualem, & coæternum: non tamen vt idem ipse sit natus, & genitor, sed persona alius sit Pater, qui genuit; alius sit Filius, qui fuerit generatus, vnius tamen vtetque substantiæ, &c. *Tolet. iij. ante canones.*

CAP. X.

Nec quia tres has personas esse diximus vnum Deum; eundem esse Patrem, quem Filium: vel eum esse Filium, qui est Pater: aut eum, qui est Spiritus sanctus, vel Patrem vel Filium dicere poterimus. Non enim ipse est Pater, qui Filius: nec ipse Filius, qui Spiritus sanctus: nec Spiritus sanctus ipse, qui est Pater, vel Filius: cum tamen ipsum sit Pater, quod Filius: ipsum Filius, quod Pater: ipsum Pater, & Filius, quod est & Spiritus sanctus, id est natura vnus Deus. *Tolet. xi. in conf. ss. fidei, ante med.*

CAP. XI.

Quamuis Pater genuerit Filium, nec ideo Filius sit idem, qui Pater; nec Pater sit ipse, qui Filius; sed neque Spiritus sanctus Pater sit, Filiusque, sed tantum Patris, Filiique Spiritus, eidem Patri, & Filio etiam ipse coæqualis, &c. *Tolet. xvi. in conf. ss. fidei.*

CAP. XII.

Contradicimus per omnia Patripassianis qui Diuinitatem passibilem ausi sunt elinguare. *Paulinus apud syn. Foroiul. paulo ante symbolum.*

CAP. XIII.

Nicææ Bithyniæ cccxviii. Episcopi damnauerunt Arium, Photinum, & Sabellium, vel sequaces eorum, & in vrbe Roma congregauit (*Siluester*) cum consilio Augusti Episcopos cclxxvii. & damnauit iterum Callistum, & Arium, & Photinum, & Sabellium. *Damas. in Syluestri.*

De Manichæis, & de variis eorum erroribus. Tit. XXVIII.

CAPVT I.

NOn dubie (*Eutychiani*) Manichæorũ confœderantur errori, qui ab vnigenito Dei Filio, verũ & nostræ naturæ hominem negant esse susceptum, omnesque eius corporeas actiones simulatorij volunt fuisse phantasmatis, &c. Non Deum tantum dicimus Christum, sicut hæretici Manichæi; nec hominem tantum, sicut hæretici Photiniani. *Leo in syn. Rom. epist. 22. ad clerum, & plebem CP. in prin. & in fin.*

CAP. II.

De Manichæorum erroribus, *Leo epist. 11. ad Iulian. Coënsem Episc. in prin. & ep. 81. ad Episc. Palæst. post prin. & ep. 95. ad Leo Imper. post prin. Felix iij. in ep. 1. & 2. ad Petr. Fullo. ante v. syn. Tolet. 15. post med.*

CAP. III.

Vt Manichæi, Priscillianistæ die Natalis Christi, & die Dominico ieiunabãt, qua Christum hominem verum fuisse negabant, atque ita nec in vera hominis natura natum asserebant. *Leo epist. 91. ad Turibium Asturicen. Episc. c. 4.* Animam hominis diuinæ esse substantiæ affirmabant. *Ibid. c. 5.* Damnabant nuptias. *Ibi. c. 7.* Corpora humana à Diabolo fuisse facta dicebant. *Ibid. c. 8. Hos errores refellit Leo in ead. epist.*

CAP. IV.

Manichæorum cum Priscillianistis tam fœderata sunt corda; solis nominibus discreti, sacrilegiis autem suis inueniantur vniti: quia etsi vetus testamentum, quod isti se suscipere simulant, Manichæi respuant; ad vnum tamen finem vtrorumque tendit intentio, cum quod isti recipiendo corrumpunt, illi abdicando impugnant. In execrabilibus autem mysteriis eorum, quæ quanto immundiora sunt, tanto diligentius occultantur, vnum prorsus nefas, vna est obscœnitas, & similis turpitudo, &c. *Leo d. ep. 91. c. 16.*

CAP. V.

In eo, quod in extrema familiaris epistolæ tuæ parte posuisti, miror cuiusquam catholici intelligentiam laborare, tanquam incertum sit, an descendente ad inferna Christo, caro eius requieuerit in sepulcro; quæ sicut vere & mortua est, & sepulta, ita vere est die tertia resuscitata, &c. Quod non credere satis impium est, & ad Manichæi, Priscillianique doctrinam pertinere non dubium est; qui sacrilego sensu ita se Christum simulant confiteri, vt & Incarnationis, & Mortis, & Resurrectionis auferant veritatem. *Leo ep. 91. c. 17.*

CAP. VI.

Contra Manichæos, & Priscillianistas, qui carnium escas execrabantur. *Vigil. ep. 1. c. 1.*

CAP. VII.

Credimus imaginarium corpus, aut phantasmatis alicuius in (*Christo*) non fuisse, sed solidum, atque verum; hunc & esuriisse, & sitisse, & doluisse, & fleuisse, & omnes corporis iniurias pertulisse. *Tolet. in assertione fidei vel in syn. Aquis Celenis edita.*

CAP. VIII.

Si quis Natale Christi secundum carnem non vere honorat, sed honorare se simulat, ieiunans in eodem die & in Dominico; quia Christum in hominis vera natura natum esse non credit, sicut Cerdon, & Marcion, Manichæus, & Priscillianus dixerunt; anathema sit. *Brach. ca. 4.* Si quis animas humanas, vel Angelos ex Dei credit substantia extitisse, sicut Manichæus, & Priscillianus dixerunt anathema sit. *Ibid. c. 5.* Si quis dicit Diabolum non fuisse prius Angelum bonum à Deo factum, nec Dei opificium fuisse naturam eius, sed dicit eum ex tenebris emersisse, nec aliquem sui habere auctorem; sed ipsum esse

principium, atque substantiam mali, sicut Manichæus, & Priscillianus dixerunt; anathema sit. *Ibid. c.* 7. Si quis coniugia humana damnat, & procreationem nascentium perhorrescit, sicut Manichæus, & Priscillianus dixerunt; anathema sit. *Ibid. c.* 11. Si quis plasmationem humani corporis, Diaboli dicit figmentum esse, & conceptiones in vteris matrum, operibus dicit Dæmonum figurari, propter quod resurrectionem carnis non credit, sicut Manichæus, & Priscillianus dixerunt; anathema sit. *Ibid. c.* 12. Si quis dicit creationem vniuersæ carnis non opificium esse Dei, sed malorum esse angelorum sicut Manichæus, & Priscillianos dixerunt anathema sit. *Ibid. c.* 13. Si quis immundos putat cibos carnium, &c. sicut Manichæus, & Priscillianus docuerunt; anathema sit. *Ibid. cap.* 14.

CAP. IX.

Credo, quod Deus Verbum, vnigenitus Patris Filius, &c. non separatus à gremio generantis, ad nos humiles descendit, &c. & formam suscepit nostram, qui secundum diuinam essentiam, quantum ad habitum, & speciem inexformabilis: & corporatur secundum nos incorporeus. Et homo iuxta veritatem efficitur, qui semper Deus cognoscitur; & materno ventre gestari monstratur, qui sempiterni Patris in sinu est, & intemporeus, principium recipit temporale; non per phantasiam factus hæc omnia, vt Manichæis, & Valentinis videtur insanis; sed re, & veritate totum se ipsum exinaniens paterna, & propria voluntate, & totam nostram assumens massam, carnem inquam nobis consubstantialem, & animam rationalem animabus nostris contribulem, & mentem menti nostræ comparem. Hic itaque homo est, & cognoscitur & homo secundum veritatem factus est ab ipso summo conceptu de sanctissima Virgine, &c. *Sophronius Hierosf. vi. syn. act.* 11. *ante med.*

CAP. X.

Manichæi inuenti sunt in vrbe Roma, Miltiadis, & Anastasij tempore. *Damas. in Miltiad. Pontif. in Anast.*

CAP. XI.

De pœnis, quibus Manichæi olim afficiebantur; *Anast. ep.* 1. *c.* 3. *Leo ep.* 2. *ad Episc. Italiæ, in prin. & Pontif. in Syric. & Gela. & Hormisf.*

Contra Manichæos, Priscillianistas, Eustathianos, & alios, qui cibos carnium detestabantur.

Tit. XXIX.

CAPVT I.

Spiritus manifeste dicit; quia in nouissimis temporibus discedant quidam à fide, &c. prohibentium nubere, abstinere à cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & his qui cognouerunt veritatem, &c. *Paul. ep.* 1. *ad Timoth. c.* 4. *in prin.*

CAP. II.

Episcopus, presbyter, diaconus, clericus, laicus nuptiis, carne, & vino non abstinentiæ: sed abominationis causâ abstinens, &c. deponatur: & ab Ecclesia abiiciatur. *Ap. c.* 51.

CAP. III.

Si Episcopus, presbyter, diaconus diebus festis non suscipit carnem, & vinum; abominationis, non abstinentiæ causa, deponatur; quasi cauteriatam habens conscientiam, & causa scandali multis sit. *Apost. c.* 53. 1. *Tim.* 4.

CAP. IV.

Escas, quas virate vos audiuimus, irrationabiliter non respuatis. Scitis fratres legislatorem docuisse, omnia, quæ creauit Deus, erant valde bona: & ipsa per se veritas ait: Non quod intrat in os, coinquinat hominem; sed quod exit de ore. Vnde constat, non debere refutari escas communes, quas Deus ad cibos tribuit fidelibus suis. Et in actibus Apostolorum de mundis escis legitur ita: Postera autem die, &c. Quæ Deus purificauit, tu commune ne dixeris, &c. *Eleuth. ep.* 1. *in prin.* *Gen.* 1. *d.* *Matth.* 15. *b.* *Act.* 10. *d.*

CAP. V.

Contra Priscillianistas, & Manichæos, qui carnium esum execrabantur. *Vigil. ep.* 1. *c.* 1.

CAP. VI.

Quæ animalia, seu volatilia liceat manducare, quantum existimo, Dominus euidenter ostendit, cum post diluuium animalia cuncta Noë tribuit, & filiis eius edẽda dicens: Omnes pisces maris manui vestræ traditi sunt, & omne, quod mouetur, & viuit, erit vobis in cibũ, quasi olera virentia; & demonstratis cælitus beato Petro in illo disco quamuis hoc altius intelligendum sit, cunctis animantibus, dicitur: Macta, & manduca. Itaque omne animal, cuius cibus minime corpori nociuus esse probatur, & societas hoc in cibum admittet humana, comedi non prohibetur, &c. Testamento veteri, vbi quidam cibi carnium prohibentur, cur non sit contraria ista sententia qua dicit Apostolus. Omnia munda mundis. Et, Omnis creatura Dei bona est, si possunt, intelligant hoc Apostolum de ipsis dixisse naturis. Illas autem litteras propter quasdam præfigurationes tempori congruentes, animalia quædam non natura, sed significatione immunda dixisse, &c. *Nicol. ad consul. Bulgar. c.* 43. *ex Augustino.* *Gen.* 9. *d* *Act.* 10. *b.* *ad Tit.* 1. *d.* 1. *Tim.* 4. *b.*

CAP. VII.

Presbyteri, & diaconi, qui carnibus vt malis abstinent, neque olera cum carne cocta comedunt, cessent ab ordine suo. *Ancy. c.* 14. *Aqu.* 63. *fin. Mart. Brac. c.* 59. *Bur. l.* 13. *c.* 15. *Inop.* 4. *c.* 48. *decr.* *Dist.* 30. *c. vlt. in*

CAP. VIII.

Si quis carnem edentem, præter sanguinem & idolis immolatum, & suffocatum cum religione, & fide contemnat, velut spem propter huiusmodi perceptionem non habentem, *Dist.* 30. *c.* 13.

anathema sit. *Gangr. c. 2. Aquisgr. 65. Ivo par. 4. c. 30. decr.*

CAP. IX.

Dist. 23. Qui Episcopus, c. 2. Quærendum ab Episcopo, si nuptias non improbet, &c. Si carnium perceptionem non culpet, &c. *Carth. iv. c. 1. Burch. li. 1. c. 8. Ivo par. 5. c. 61. decr.*

CAP. X.

Si quis dixerit, vel crediderit, carnes auium, seu pecudum, quæ ad escam datæ sunt, non tantum pro castigatione hominum abstinendas, sed execrandas esse anathema sit. *Toles. in assertione fidei, vel in syn. Aquis Celensi habita.*

CAP. XI.

Si quis immundos putat cibos carnium, quas Deus in vsu hominum dedit, & non propter afflictionem sui corporis, sed quasi immunditiam putans, ita abstineat ab eis, vt nec olera cocta cum carnibus prægustet, sicut Manichæus, & Priscillianus docuerunt; anathema sit. *Brac. c. 14.*

CAP. XII.

Quicumque in clero cibo carnium non vtuntur, pro amputanda suspicione Priscillianæ hæresis, vel olera cocta cum carnibus tantum prægustare cogantur. Quod si concempserint, &c. necesse est, hos excōmunicatos ab officio omnino remoueri. *Brac. cap. 32. Vid. Mart. Brac. 59.*

CAP. XIII.

Eleutherius constituit, vt nulla esca vsualis quæ tamen rationabilis & humana est, quam Deus creauit, à Christianis maxime fidelibus repudiaretur. *Damas. in Eleuth.*

Contra Catharos, Manichæos, Eustathianos, Priscillianistas, & alios, qui primas vel secundas nuptias dānabant. Tit. XXX.

CAPVT I.

Spiritus manifeste dicit; quia in nouissimis temporibus discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris, & doctrinis Dæmoniorum in hypocrisi loquentium mendacium, & cauteriatam habentium suam conscientiam; prohibentium nubere, abstinere à cibis, &c. *Paul. epist. ad Timoth. c. 4. in prin.*

CAP. II.

Cathari resipiscentes suscipiant dogmata Catholicæ, & Apostolicæ Ecclesiæ, id est, & bigamis se communicare; & his, qui in persecutione prolapsi sunt, &c. *Nica. c. 8. refert Nica. ii. actio. 1. in med.*

CAP. III.

Eos, qui religiositatis speciem simulantes &c. legitimarum damnant fœdera nuptiarū, tamquam hæreticos ab Ecclesia Dei pellimus, &c. *Inno. ii. in syn. Rom. cap. 17.*

CAP. IV.

Episcopus, presbyter, diaconus, clericus, laicus, qui nuptias, carne, & vino abstinet, non continentiæ causa, sed abominationis; deponatur, vel resipiscat, & ab Ecclesia abiciatur: sunt enim omnia valde bona, & masculū, & fœminam creauit Deus. *Ap. c. 51.* Gen. 1. &

CAP. V.

Priscillianistæ nuptias damnant, & procreationem nascentium perhorrescunt, in quo fieut pene in omnibus cum Manichæorum profanitate concordant, &c. quia nō est illic libertas turpitudinis, vbi pudor matrimonij seruatur, & spes sobolis. *Leo epist. 91. c. 9. ad Turibium Episcopum.*

CAP. VI.

Si quis vituperet nuptias, & dormientem cum viro suo fidelē, ac religiosam detestetur, aut culpabilem æstimet, velut quę in regnum Dei introire non possit; anathema sit. *Gang. c. 1.* Dist. 31. c. 8. & dist. 30. c. 12.

CAP. VII.

Quicumque virginitatem custodiens, aut continentiæ studēs, velut horrescens nuptias temerat, nec propter hoc quod bonum, & sanctum est, nomen virginitatis assumit: anathema sit. *Gangr. c. 9. Burch. lib. 8. c. 61. Ivo par. 7. c. 79. decr.* Dist. 30. c. 5. si quis vel. & dist. 31. c. 9.

CAP. VIII.

Si quis ex his, qui virginitatem propter Dominum seruant, extollitur aduersus coniugatos: anathema sit. *Gang. c. 10. Aquisgr. 67. Burch. lib. 8. c. 64. Ivo par. 7. c. 82. & par. 8. c. 316. decr.* Dist. 30. si quis propter, c. 4.

CAP. IX.

Si qua mulier virum proprium relinquens discedere voluerit nuptias exectans; anathema sit. *Gang. c. 14. Ivo par. 8. c. 229. & 317. decr.* Dist. 30. c. 3.

CAP. X.

Nuptiarum cohabitationem † castam honoramus. *Gangren. in fine. Ivo par. 8. c. 321. decret.* Dist. 30. c. 6. in fi. † copulationem.

CAP. XI.

Quærendum ab Episcopo si nuptias non improbet, si secunda matrimonia non damnet. *Carth. iv. c. 1. Burch. lib. 1. c. 8. Ivo par. 5. c. 62. decr.* Dist. 23. Qui Episcopus; c. 2.

CAP. XII.

Si quis dixerit, vel crediderit coniugia hominum, quæ secundum legem diuinam licet habere; exectabilia esse; anathema sit. *Tolet. 1. in fin. vel ex concil. Aquis Celensi habito.*

CAP. XIII.

Si quis coniugia humana damnat, & procreationem nascentium perhorrescit, sicut Manichæus, & Priscillianus dixerunt; anathema sit. *Brac. c. 11.*

De æqualitate trium Diuinarum Personarum contra Arianos. Tit. XXXI.

CAPVT I.

Credimus in vnum Deū Patrem omnipotentem, &c. Et in vnum Dominum Iesū

† de Chriſtum Filium Dei, natum ex † Patre vnigenitum, hoc eſt de ſubſtantia Patris, * ante omnia ſæcula * Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero: natum, non fa-
† creatũ. ctum †, homouſion, hoc eſt, conſubſtantialem Patri, per quem omnia facta ſunt. *Nican. Symbol. & Conſtantinopol. in multis conciliis lectum, & confirmatum. Vid. apud ſyn. Epheſ. in actis, quæ referuntur apud ſyn. Chalce. act. 1. poſt med. & apud eundem ſyn. Chalce. act. 2. in prin. & apud CP. vi. act. 6. ante fi. & apud CP. vi. act. 17. in prin. CP. (Nica. ii. in defi. CP. viii. ſub Hadri. ii. in defin.) Syn. Rom. ſub Iulio in prin. Syn. Later. ſub Martin. ſecret. 4. Leo ep. 95. c. 1. ad Leonem Augu. Athana. & ſyn. Ægyp. ad Liber. Carth. vi. in fin. Afric. c. 104. (Cyril. & ſyn. Ale. in epi. ad Neſtor. poſt Epheſ. ſyn.) Tolet. iii. in prin. (Tole. viii. in prin.) Brac. iii. in prin. (Tolet. xii. in prin. Tolet. xiii. ante canones. Tole xv. in prin. Tolet. xvij. in prin. Foroiul. ante canones.) Cyril. Alex. in expoſit. Symbol. Nican. poſt ſyn. Epheſ. In his omnib. locis refertur Symbolum Nicanum, aliquando ipſum ſolum, aliquando aliis verbis compoſitum.*

CAP. II.

Immutabilis eſt fides cccxviii. Patrum, qui Nicææ Bithyniæ conuenerunt, & anathematizatur omnis hæreſis Eunomianorum præſertim, vel potius Anomœorum; & Arianorum; ſiue Eudoxianorum; & Semiarianorum, ſiue Pneumatomachorum, & Sabellianorum, & Marcellianorum, & Photianorum †, & Appollinariſtarum. *CP. c. 1.*

† Photinianorũ.

CAP. III.

† Occidentalium.

De tomo Dyticorum † Antiochenos ſuſcipimus, qui confitentur Patris, & Filij, & Spiritus ſancti diuinitatem. *CP. c. 5. G.*

CAP. IV.

Contra Arianos: *Chalc. in allocutione concilij habita apud Marcianum Imper. act. 16. CP. v. variis in locis, & in primis. act. 8. c. 11. CP. vi. act. 17. in def. Nica. ii. act. 7. in def. & in epiſt. ad Conſtantinum, & Irenem Imperatores, & in epi. ad clericos Conſtantinop. Syn. viii. gen. CP. ſub Hadr. ii. in def.*

CAP. V.

c. 1. de ſũ. Tri. Gr. ix. & in 4. collec. Firmiter credimus, & ſimpliciter confitemur, quod vnus ſolus eſt verus Deus, &c. Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus. Pater à nullo, Filius autem à ſolo Patre, ac Spiritus ſanctus ab vtroque pariter, abſque initio ſemper, & fine. Pater generans, Filius naſcens, & Spiritus ſanctus procedens, &c. *Inn. iii. in conc. gen. Lat. c. 1.*

CAP. VI.

c. 2. de ſũ. Tri. Gregor. ix. & in 4. collec. Damnamus ergo, & reprobamus libellum ſiue tractatum, quem Abbas Ioachim edidit contra magiſtrum Petrum Lombardum de vnitate, ſeu eſſentia Trinitatis: appellans hæreticum, & inſanum, pro eo quod in ſuis dixit ſententiis; quod quædam ſumma res eſt Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, & illa non eſt generans, neque genita, nec procedens, &c. Tres ſunt, qui teſtimonium dant in
Ioan. cælo, Pater, & Verbum, & Spiritus ſanctus, & hi tres vnum ſunt: & tres ſunt, qui teſtimonium dant in terra ſpiritus, aqua, & ſanguis, & tres vnum ſunt, ſicut in codicibus quibuſdam inuenitur. Nos autem ſacro, & vniuerſali concilio approbante, credimus, & confitemur cum Petro, quod vna quædam res eſt incomprehenſibilis quidem, & inæſtimabilis, quæ veraciter eſt Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus, &c. quia quælibet trium perſonarum eſt illa res, videlicet ſubſtantia, eſſentia, ſiue natura diuina, quæ ſola eſt vniuerſorum principium, &c. vt ſecundum orthodoxam, & catholicam fidem conſubſtantiales eſſe credantur, Pater enim ab æterno Filium generando ſuam ſubſtantiam ei dedit, iuxta quod ipſe teſtatur. Pater quod dedit mihi, maius eſt omnibus, &c. & *Ioan. 10*
ſic eadem res eſt Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus ab vtroque procedens, &c. Si quis igitur ſententiam, ſiue doctrinam præfati Ioachim in hac parte defendere, vel approbare præſumpſerit, tamquam hæreticus ab omnibus confutetur, &c. Maxime cum idem Ioachim omnia ſcripta ſua nobis aſſignari mandauerit, Apoſtolicæ ſedis iudicio approbanda, ſeu etiam corrigenda, &c. Reprobamus etiam, & damnamus peruerſiſſimum dogma impii Amalrici †, cuius mentem ſic pater mendacii excæcauit; vt eius doctrina non tam hæretica cenſenda ſit, quam inſana. *Inno. iii. in con. gen. Latera. c. 2.*

† Almarici.

CAP. VII.

Contra Arium, *Iulius in ſyn. Rom. Damaſ. in ſyn. Rom. idem in ſyn. ep. 5. ad Epiſcopos Illyrici. Leo in ſyn. Rom. ep. 22. ad clerum, & plebem Conſtantinopol. Felix. iii. in ſyn. Rom. vel epiſt. 2. ad Petrum Fullonem, & ad Zenonem Imperat. ante v. ſyn. CP. Martin. in ſyn. Later. ſecret. 5. c. 18. Agatho. et ſyn. Rom. in epiſt. 1. ad Conſt. iv. Imper. relata in iv. ſyn CP. actio. 4.*

CAP. VIII.

Aduerſus eos, qui dicunt, quod Filius in eo minor eſt, quia Propheta inquit: Verbum faciet Dominus breuiatum vniuerſo orbi, *Eſa. 10. f.*
&c. quod diſpenſationem ſuſceptæ carnis annuntiat, &c. *Anacle. epiſt. 1. ante fin.*

CAP. IX.

Aduerſus eos, qui dicunt de Patre ſolo dictum eſſe; quia ipſe ſolus habet immortalitatem, & lucem habitat inacceſſibilem, &c. *1. Tim. 6. c.*
non enim ſolus Pater ſine Filio, &c. *Euari. epiſt. 1. in med.*

CAP. X.

De Trinitate Diuinarum perſonarum, & Vnitate eſſentiæ; *Alex. epiſt. 1. prope finem. Vide Benedict. epiſt. ſingulari.*

CAP. XI.

De Trinitate, & vnitate, & quod Filius non ſit minor Patre. *Xyſt. epiſt. 1. in prin. Hygin. epiſt. 1. in prin. Soter. epiſt. 1.*

CAP. XII.

Multa contra eos; qui dicunt Filium ex tempore, vel poſt tempora natum ex Patre: *Xyſt. ii. epiſt. 1. in prin.*

CAP. XIII.

Contra eos qui dicunt Filium non posse proprie videre Patrem, & minorem esse Patre: *Felix epist. 3. in prin.*

CAP. XIV.

Contra eos, qui dicunt Filium esse minorem Patre. *Marcellin. epi. 1. in prin.*

CAP. XV.

Anathematizamus Arium, atque Eunomiū, qui pari impietate Filium, & Spiritum sanctum asserunt esse creaturas, &c. *Damas. epist. 1. ad Paulinum in professione Catholica fidei.*

CAP. XVI.

Aduersus Arianos, *Leo epist. 10. ad Flauianum CP. Episcop. & epist. 51. ad Anatol. CP. & epist. 81. ad Episcop. Palæstin. & epist. 91. ad Turibium Asturi. Episcop. & epist. 95. ad Leonem Augustum in prin. Gelas. in tomo de anathemate ante med. & in epist. 6. ad Episcop. Dardan: post prin. Hormisd. ep. 1. c. 2. ad Iusti. Imp. & epist. 6. ad Ephipha. Episcop. CP. Ioan. ii. in epist. vn. ad Valer. Episcop. Agapet. epi. vni. ad Antimum CP. Episcop. Vigil. epist. 1. c. 2. & 3. Pelag. epist. vn. ad Vigilium Episcop. Benedict. epist. sing. Agatho epist. ad Constantin. iv. Imperator. apud vi. synod. CP. action. 4. Leo ii. ad eundem Constantin. post vi. syn. Concil. Sardicen. in epist. ad omnes Episcopos apud Theodorit. lib. 2. c. 8. & Tripartit. lib. 4. c. 24. Athanasius, & synodus Alexandr. ab Liber. Aquileiens. in quo multa contra Arianos. Carthag. c. 2. G. Carthag. ii. c. 1. Carthag. iv. c. 1. Toletan. 1. in assertione fidei. Libellus à Paulo Episcopo Apamear. & ab aliis Episcopis apud synod. v. CP. sub Menna. Rescriptum Ioan. Hierosolym. & syno. ad Ioan. CP. ibidem. Bracaren. i. c. 1. & 3. Toletan. iij. ante canones. Toletan. iv. cap. 1. Toletan. vi. cap. 1. Emerit. cap. 1. Toletan. xi. ante canon. Anglic. ii. in princ. Mediolanen. sub Mansueto in epist. ad Constantin. iv. Imperator. ante vi. synodum. Trull. cap. 1. Toletan. xv. in prin. Toletan. xvi. in confess. fidei. Francoford. in libello Sacrosyllabo, & in epist. ad Episcopos German. Gallia, & Hispania. Arel. sub Carolo c. 1. Parisiens. sub Ludoui. & Lothar. lib. 1. c. 1. Vormacien. in prin.* Aduersus eosdem; *Ambros. apud synod. Aquilien. in disputatione contra Palladium, & Secundianum Arianos. Vid. libell. Ioan. Episcop. CP. ad Hormisdam Romanum Pontificem.* Contra eosdem, *Athanas. in epist. ad Rufinianum. Greg. Neocæsar. in expositione fidei ante v. syn. CP. Basil. in serm. de fide, ibid. Fanstus Episcopus Apollonidæ ad Petrum Fullonem, ibid: Asclepiades Episcopus Tralliar. ad eund. ibid. Iustinianus Episcop. Sicilia ad eund. ibid. Cincianus, siue Quintianus Epis. ad eundem ibidem. Sophronius Episcopus Hierosolymit. apud synodum vi. CP. action. 11. Psellus ante vii. syn. Tarasius Episcopus Constantinopolitan. ad Episcopos Orientis, apud synodum Nican. ii. action. 3. Theodorus Epis. Hierosol. in eadem, act. 3. Epiphanius in refutatione pseudosyn. CP. variis in locis ibid. act. 6. Paulinus apud syn. Forosul. in princ. Epist. clericorum Hierosol. ad Iustinum August. post Hormisda ep. 8. Iustinus August. in epist. ad Hormisdam. Iustinianus in epist. ad Ioan. ij. Romanum Pontif. in qua suam fidem explicat; & in epist. ad synod. v. CP. apud eandem synod. act. 1. Reccardus Gothorum Rex apud syn. Tolet. iij. in princ. Constantin. iv. Imp. in edicto post vi. synod. CP. Carolus Imperat. in epist. ad Elipand. Archiepisc. Toles. apud synod. Francof.*

CAP. XVII.

Nicææ Bithyniæ congregati sunt cccxviij. Episcopi, &c. qui damnauerunt Arium, Photinum, & Sabellium, vel sequaces eorum. Et in Vrbe Roma congregauit Siluester cum consilio Augusti Episcopos cclxxvij. & damnauit iterum Calixtum, & Arium, & Photinum, & Sabellium. Et constituit, vt Presbyter Arianum resipiscentem non susciperet, nisi Episcopus loci designaret eum. *Damas. in Siluestro.*

CAP. XVIII.

Doctrina, qua nuper contra pietatem surrexit Ecclesiasticam, Hebionis est, & Artemonis, & zelus Pauli Samosateni, de Antiochia synodali omnium Episcoporum iudicio ab Ecclesia pulsi, cui succedens Lucianus extra synagogas mansit trium Episcoporum, &c. *Alexander Alexandrinus ad Alexandrum Constantinop. apud Theodorit. lib. 1. c. 4. hist. Ecclesiast. & lib. 1. c. 14.*

CAP. XIX.

Contra Arianos, Sabellium, Eunomianos, Pneumatomachos, Aetium, Photinum, Marcellum, Paulum Samosat. Apollinarem; *CP. syn. epistola ad Damasum apud Theodorit. lib. 5. cap. 9.*

Varia de Arianis. Tit. XXXII.

CAPVT I.

CYprios sane asseris, olim Arianæ impietatis potentia fatigatos, non tenuisse Nicænos canones in ordinandis sibi Episcopis, &c. Persuademus eis, vt curent iuxta canonum fidem, fidem catholicam sapere. *Innoc. epist. 18. c. 2. ad Alex. Episco. Vid. Nicæ. cap. 2. & 6.*

CAP. II.

Ecclesias Arianorum vbicumque inueneritis, catholicas eas diuinis precibus & operibus absque vlla mora consecrate: quia & nos, quando fuimus Constantinopoli, tam pro religione catholica, quam & pro Regis Theodorici causa negotij, suadente, atque hortante, Arianosque extirpante piissimo, atque Christianissimo Iustino orthodoxo Imperatore, quascumque illis in partibus eorum Ecclesias reperire potuimus, catholicas eas, Domino opem ferente consecrauimus, &c. *Ioan. epist. 2. ad Episcopos Italia post prin.*

CAP. III.

De Reccaredo Rege Visigothorum, & Sueuorum conuerso ab Ariana hæresi. *Greg. epist. 1. & 3. lib. 1. reg. c. 41. ad Leand. Hisp. & lib. 7. c. 122. ad Reccar. Reg.*

CAP. IV.

Ecclesiæ, quæ fuerunt in hæresi Ariana, nunc autem sunt catholicæ, ad eos Episcopos cum suis rebus pertineant; ad quos parochiæ ipsæ, in quibus ipsæ Ecclesiæ fundatæ sunt, pertinere videntur. *Tolet. iij. c. 9.*

CAP. V.

v. n. xxii c. xiv. notatione. Statuit sancta synodus; vt reliquiæ, in quibuscumque locis de Ariana hæresi inuentæ fuerint, prolatæ à sacerdotibus, in quorum Ecclesiis reperiũtur, Pontificibus præsentatæ, igne probentur, &c. *Cæsaraugust. ij. c. 2.*

CAP. VI.

Statuit sancta synodus; vt si Episcopi de Ariana hæresi venientes, aliquas Ecclesias sub nomine catholicæ fidei, nec dum benedictione à catholico sacerdote percepta (*consecrauerint*) consecrentur denuo. *Cæsar. ii. c. 3.*

CAP. VII.

Ioannes Papa missus est à Theodorico (*Ariano*) Rege ad Iustinum Aug. vt Arianis Ecclesiæ in Oriente restituerentur, ne Theodoricus Italiam perderet, & obtinuit. *Ex Pontif.*

Contra Macedonium, qui Spiritum sanctum creaturam esse dicebat. Tit. XXXIII.

CAPVT I.

CRedimus in Spiritum sanctum Dominum, & viuificatorem, ex Patre procedentem, cum Patre, & Filio adorandum, & conglorificandum; qui locutus est per Prophetas. *Symbo. Constantinop. lectum, & confirmatum in conciliis Chalced. actio. 2. in prin. v. syno. CP. actio. 6. ante fin. vi. syn. CP. actio. 17. in prin. refert Iulius in syn. Rom. Martin. in syn. Later. secret. 4. Tolet. iii. in prin. confirmat. Nica. ii. actio. 7. in definit. viii. syn. CP. sub Hadr. ii. in defin.*

CAP. II.

Anathematizatur omnis hæresis, Eunomianorum præsertim, &c. Arianorum, siue Eudoxianorum, & Semiarianorum siue Pneumatomachorum, &c. *CP. c. 1. & in epist. ad Damas. apud Theodoret. lib. 5. c. 9.*

CAP. III.

Contra Macedonij hæresim, *Vid. Chalced. actio. 16. in allocut. synodi. V. syn. CP. collat. 8. c. 11. vi. syn. CP. acti. 17. in defin. Nica. ii. acti. 7. in defin. & in epist. ad Impp. & in ep. ad clericos CP. viii. syn. CP. sub Hadr. ii. in defin. Martin. in Latera. secret. 5. c. 18.*

CAP. IV.

Post Nicænum concilium aliud in vrbe Romana postea congregatum est, in quo catholici Episcopi addiderunt de Spiritu sancto, quia postea is error inoleuit; vt quidam ore sacrilego auderent dicere Spiritum sanctum factum esse per Filium. Vnde anathematizamus omnes, qui non tota libertate proclamant eũ cũ Patre, & Filio vnius potestatis esse, atque substantiæ, &c. Anathematizamus Macedonianos, qui de Arij stirpe venientes, non perfidiam mutauerunt, sed nomen, &c. *Damas. epist. 1. in professi. cathol. fidei.*

CAP. V.

Contra Macedonium, & Eudoxium, *Gregor. lib. 6. reg. ep. 31. c. 195. ad Eulog. Alex. & alios, & ep. 5. c. 169. ad Cyriacum CP. & lib. 7. ep. 30. indict. 1. ad eund. Eulogium.*

CAP. VI.

Contra Macedonium, *Mansuet. in synod. Mediolanen. ante. vi. synod. Isidor. in collectione conciliior. & lib. 6. c. 16. etymolog.*

Contra Eustathium, & socios, qui varias hæreses amplectebantur. Tit. XXXIV.

CAPVT I.

QVoniam conueniens sancta synodus Episcoporum in Ecclesiam Gangrensem propter quasdam Ecclesiasticas, & necessarias causas inquirendas, & ea, quæ circa Eustathium gesta sunt, dignoscenda, inuenit multa fieri indecenter † ab his, qui eundem Eustathium secuti sunt; necessario statuit palam omnibus facere, vt amputentur vniuersa, quæ ab eodem male commissa sunt Declaratum est enim, hos eosdem nuptias accusare, & docere, quod nullus in coniugio positus spem habeat apud Deum, &c. Inuenti sunt discessiones à Dominicis ecclesiis Dei docere, & ea, quæ in Ecclesiis aguntur, debere contemni, priuatisque conuenticulis institutis ad imitationem eorum, quæ in domo Dei aguntur, omnia præsumere celebrare. Adhuc etiam vestibus communibus spretis, nouos etiam, & insolitos habitus assumpsisse; fructuum quoque oblationes, quas veterum institutio ecclesiis tribuit, sibimet vindicasse tanquam sanctos, sibi eas offerri debere, apud se, & inter se dispensandas. Seruos à dominis recedentes, per hunc inusitatum religionis morem dominos contempsisse. Mulieres quoque præter consuetudinem, & sui sexus ordinem, hinc se iustificari credentes, virilem habitum suscepisse; &c. Ieiunia Dominicis diebus, & aliis Festis agere, at quæ in Ecclesia prædicantur, contemnenda asseruisse. Nonnullos eorum etiam cibos carnium, tanquam illicitos reputasse †, &c. Si per pœnitentiam cõdemnauerint omnia hęc, quæ male senserunt, tanquam à se non bene gesta, recipiantur; atque ideo vt singula debeant condemnare, synodus ea credidit expo-

† illicite

† refutasse.

eorum renuerit id agere, tamquam hæreticus anathema sit, & excommunicatus, & separatus ab Ecclesia, &c. *Gangr. in princ. De hoc eodem Eustathio sæpe in hæresim Arianam lapso, sæpe restituto ad Episcopatum, Basil. in epist. ad Occidentes Episcopos, & in epist. ad Terentium Comitem apud vij. synod. act. 1. in med.*

Cap. II.

17. q. 4. c. 37. 38. Si quis seruum, prætextu diuini cultus doceat dominum contemnere proprium, vt discedat ab eius obsequio, nec ei, cum beneuolentia, & omni honore deseruiat; anathema sit. *Gang. 3. Mart. Brac. ca. 47. Burch. lib. 8. c. 25. & lib. 11. c. 62. Iuo. par. 7. c. 45. & par. 13. c. 48. & par. 16. c. 102. dec.*

Cap. III.

Dist. 28. si quis. c. 15. Quicumque discernit à Presbytero, qui vxorem habuit, quod non oporteat, eo ministrante, de oblatione percipere, anathema sit. *Gang. cap. 4. Burc. lib. 3. c. 75. Iuo par. 2. cap. 128. decr.*

Cap. IV.

Dist. 30. c. 10. † Communiones, quæ. Si quis docet, domum Dei contemptibilem esse, & conuentus qui † in ea celebrantur; anathema sit. *Gang. c. 5. Bur. lib. 3. c. 94. Iuo par. 3. c. 84. decr.*

Cap. V.

Dist. 42. c. 1. Si quis despici eos, qui fideliter agapas exhibent, & propter honorem Dei conuocant fratres; & noluerit communicare huiuscemodi vocationibus, paruipendens quod geritur: anathema sit. *Gang. c. 11. Burc. lib. 19. c. 124. Iuo part. 15. c. 136. decr.*

Cap. VI.

Dist. 30. c. 15. † birros. Si quis virorum propter continentiam, quæ putatur, amictu pallij vtitur, quasi per hoc habere se iustitiam credens, & despicit eos, qui cum reuerentia byrrhos †, & aliis communibus, & solitis vestibus vtuntur: anathema sit. *Gang. c. 12. Burch. lib. 8. c. 60. Iuo par. 7. c. 81. decr.*

Cap. VII.

Dist. 30. c. 6. Si qua mulier propter continentiam, quæ putatur, habitum mutat, & pro solito muliebri amictu virilem sumit: anathema sit. *Gangr. cap. 13. Burch. lib. 8. cap. 60. Iuo par. 7. c. 78. decr.*

Cap. VIII.

Dist. 30. si quis derelinquit. c. 14. Si quis filios suos relinquens non eos enutrit, & quod ad se pertinet, non ad pietatem diuini cultus informat, sed per occasionem continentiæ negligit: anathema sit. *Gangr. 15. Iuo par. 8. c. 218. decr.*

Cap. IX.

Dist. 30. si qui filij. c. 1. Quicumque filii à parentibus prætextu diuini cultus abscedunt, nec debitam reuerentiam dependunt illis, qui diuinum cultum sibi proculdubio præferunt: anathema sint. *Gangr. c. 16. Iuo par. 8. c. 319. decr.*

Cap. X.

Dist. 30. quacumque. c. 4. Si qua mulier propter diuinum cultum, vt æstimat, crines attondeat, quos ei Deus ad subiectionis materiam tribuit, tamquam præceptum dissoluens obedientiæ: anathema sit. *Gangr. c. 17. Burch. lib. 8. c. 62. Iuo par. 7. c. 80. & par. 8. cap. 320. decr. Cæsar. lib. 9. cap. 54.*

Cap. XI.

Si quis propter continentiam, quæ putatur; in die dominico ieiunat; anathema sit. *Gang. c. 18. Vid. Aquisg. c. 68. Mart. Brac. quam. c. cap. 57. Burch. lib. 13. c. 19. & 20. Iuo par. 4. c. 7. & c. 51. & 52. decr.* Dist. 30. si quis tãquã, c. 7. & c. si quis presbyter. 17.

Cap. XII.

Si quis eorum, qui continentiæ student, sine necessitate corporis, tradita in communeieiunia, & ab Ecclesia custodita superbiendo dissoluit, stimulo suæ cogitationis impulsus: anathema sit. *Gangr. c. 19. Aquisg. 69. Capit. lib. 1. c. 48. & lib. 7. c. 187. in addit. Burch. lib. 13. c. 5. Iuo par. 4. c. 38. decr.* Dist. 30. c. 8.

Cap. XIII.

Si quis superbiæ vsus affectu conuentus † abominatur, qui ad confessiones martyrum celebrantur, & ministeria †, quæ in iis fiunt, simul cum eorum memoriis exetratur: anathema sit. *Gang. c. 20.* Dist. 30. si quis per superbiam. c. 9. † communiones † missas.

Contra Apollinarem, qui Christum animam rationis participem habere negabat. Tit. XXXV.

CAPVT I.

NON spernendam esse fidem Patrum cccxviii. qui Nicæam Bithyniæ conuenerunt; sed manere eam ratam oportet, & anathematizari omnem hæresim, specialiter autem Eunomianorum, &c. & Photinianorum, & Apollinaristarum †, CP. c. 1. † Apollinariæ.

Cap. II.

Si quis non anathematizat Arium, Eunomium, Macedonium, Apollinarium, Nestorium, Eutychen, Origenem, &c. anathema sit. *V. syn. CP. collatio. 8. c. 11. & alibi.*

Cap. III.

Audemus, anathematizare Arii insaniam, Macedonii rabiem, Apollinarii dementiam. *vii. syno. in. epist. ad Constantin. & Irenem. Vide epist. eiusdem synod. ad clerum CP. in fin. synod.*

Cap. IV.

Vnigenitus Dei filius Iesus Christus à tota Trinitate communiter incarnatus: ex Maria virgine Spiritus sancti cooperatione conceptus, verus homo factus, ex anima rationali, & humana carne compositus, vna in duabus naturis persona, viam vitæ manifestius demonstrauit. *Inn. iii. in conc. gen. Later. c. 1.* De sum. Trinit. & fid. cathol. c. 1. & in 4. collect.

Cap. V.

Contra Apollinarem, & illius hæresim: *Leo & synod. Rom. epist. 22. ad clerum, & ple-*

bem CP. in fi. Felix iij. & syn. in epist. ad Petrum Fullonem, cuius initium est, Quis dabit. & in epist. ad Zenon. Imp. cuius initium est, Conuenit. ante v. syn.

CAP. VI.

Si quis non anathematizat Sabellium, Arium, Eunomium, Macedonium, Apollinarem, &c. condemnatus sit. Later. sub Mart. c. 18. secret. 5.

CAP. VII.

† verbo. Quicumque illi sunt ita obcæcati, & à lumine veritatis alieni, vt verbi † Dei à tempore Incarnationis (humanæ carnis) denegent veritatem †: ostendant, in quo sibi Christianum nomen vsurpent, & cum Euangelio veritatis qua ratione concordent: si per B. Virginis partum aut caro sine deitate, aut deitas est orta sine carne. Sicut enim negari non potest, Euangelista dicente, quod verbum caro factum est, & habitauit in nobis; ita negari non potest, beato Apostolo Paulo prædicante, quod Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi, &c. Quam sibi in huius sacramenti præsidio spem relinquunt, qui in Saluatore nostro † negant humani corporis † veritatem? &c. Dicant ergo isti hypocritæ, qui cæcis mentibus lumen nolunt recipere veritatis, in qua forma crucis ligno Dominus maiestatis Christus affixus sit: quid iacuerit in sepulchro; & reuoluto lapide monumenti, quæ tertia die caro resurrexit; & qui † post resurrectionem suam non credentes quosdam discipulos arguebat, & hæsitationem cunctantium confutabat, cum diceret: Palpate, & videte, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere. Et Apostolo Thomæ: Infer manum tuam in latus meum, & vide manus meas, & pedes; & noli esse incredulus, sed fidelis: &c. Cat. ex epist. sing. c. 4. Leo ep. 81. ad Monachos Palæstinos post princ. & ep. 95. ca. 2. ad Leonem August. Agap. epist. vn. ad Anthim. Episc. CP.

[Margin notes: † humanam, id est, nostrã negent inesse naturam. — Ioan. 1. b. — 2. Cor. 5. d. — † Saluatoris nostri corpore. — † humanæ substantiæ. — Ioan. 18. d. g. Matth. 28. d. — † in quo. — Luc. vlt. f. — Io. 20. g.]

CAP. VIII.

Hæresis eradicanda est, quæ postea in Oriente dicitur pullulasse: id est, confitendus est ipse sapientiæ sermo filium Dei humanum suscepisse corpus, animam, sensum, &c. Si quis autem dixerit, verbum pro humano sensu in Domini carne versatum; hunc catholica Ecclesia anathematizat, &c. Anathematizamus eos, qui pro hominis anima rationali & intelligibili, dicunt Dei verbum in humana carne versatum, cum ipse Filius sit verbum Dei, & non pro anima rationali, & intelligibili in suo corpore fuerit; sed nostram, id est, rationalem, & intelligibilem sine peccato animam susceperit, atque saluarit. Damas. ad Paulin. c. 1. & 2. & in professio catho. fidei, post prin.

CAP. IX.

Contra eundem Apollinarem Antiochenum, & illius hæresim: Damas. in epist. ad Orientis Episcopos apud Theodori. lib. 5. c. 10. hist. eccl. & lib. 9. c. 15. tripar. Leo epist. 10. ad Flauian. Episcop. CP. & epist. 11. ad Iulianum Coensem Episcop. post prin. & epist. 95. ad Leonem Imperat. post med. qua affert testimonium B. Ambros. contra Apollinaristas. Leo ij. epist. ad Constantin. IV. post. VI. syn. Carth. IV. c. 1. Tolet. XI. in prin. Tolet. VIX. c. 2. Vormacien. in prin. Quintianus, siue Cinciarius Episco. in epist. ad Petrum Fullonem ante V. syn. CP.

CAP. X.

Si quis crediderit, vel dixerit, carnem tantum sine anima à Filio Dei fuisse susceptam: anathema sit. Tolet. i. in fine vel concil. Aquis Celenis habit. in assertio. fidei. post prin.

CAP. XI.

Auersor Macedonium, & omnes, qui ab illius partibus stant. Cum his vero, & Deo odiosum Apollinarium hominem plane de diuinis insipide loquentem. Taras. CP. epist. ad Episcopos Orientis vij. syn. act. 3.

CAP. XII.

Vnus Christus Iesus propter vnam personam Dei, & hominis filius, Deus verus, & homo verus, in Anima rationali, & vera carne. Paulinus apud synodum Foroiul. post symb.

CAP. XIII.

Contra Apollinaristas: edictum Marciani Imperat. post synod. Chalcedonen. Iustinian. Imperat. in epist. ad Ioan. ij. Papam, vbi fidem suam explicat, & anathematizat Apollinarium; & in epist. ad syn. v. CP. apud eandem synod. collatio. 1. Constantinus iv. Imperat. in edicto post vj. synodum, cuius initium, Firmamentum. Liberat. in breuiario cap. 3.

De Priscillianistis, variisue eorum erroribus. Tit. XXXVI.

CAPVT I.

Epistolæ sermo, & commonitorij series, & libelli tui textus demonstrat, Priscillianistarum fœtidissimam apud vos recaluisse sentinam. Nihil est enim sordium in quorumcumque sensibus impiorum, quod in hoc dogma non confluxerit, &c. Denique si vniuersæ hæreses, quæ ante Priscilliani tempus exortæ sunt, diligentius retractentur nullus pene inuenietur error, de quo non traxerit impietas ista contagium; quæ non contenta eorum recipere falsitates, qui ab Euangelio Christi sub Christi nomine deuiarunt, tenebris etiam paganitatis immersi sunt, vt per magicarum artium profana secreta, & mathematicorum vana mendacia, religionis fidem, morumque rationem in potestate dæmonum, & effectu siderum collocarent, &c. Leo ep. 91. ad Turibium Episcopum in prin.

CAP. II.

Priscillianistæ in Trinitate distinctionem personarum negabant, vt Sabelliani. Leo d. epist. 91. cap. 1. Virtutes quasdam ex Deo pro-

fluxisse dicebant, quas ipse sua essentia præcessit. *Ibi. c.* 2. Christum solum hominem esse affirmare videbantur. *Ibi. c.* 3. Ieiunabant die Dominico, & die Natali Christi. *Ibi. c.* 4. Animam hominis Diuinæ esse substantiæ asserebant. *Ibi. c.* 5. & 13. Diabolum nunquam fuisse bonum, neque naturam eius à Deo creatam. *Ibi. c.* 6. Damnabant nuptias. *Ibi. c.* 7. Corpora humana à Diabolo fuisse facta dicebant, & resurrectionem carnis non esse credendam. *Ibi. c.* 8. Filios promissionis ex mulieribus quidem natos, sed ex Spiritu sancto esse conceptos. *Ibi. c.* 9 Animas hominum fuisse sine corpore, & in cælesti habitatione peccasse. *Ibi. c.* 10. Animas hominum, & corpora stellis fatalibus obstringi opinabantur. *Ibi. c.* 11. Sub aliis potestatibus partes animæ, sub aliis corporis membra describunt. *Ibi. c.* 12. De scripturis canonicis multa impie proferebant. *Ibi. c.* 13. & 14. Scripturæ Diuinæ codices deprauabant, multosque libros à se conscriptos quasi authenticos nomine Apostolorum proponebant in medium, quibus suos errores confirmabant. *Ibid. c.* 15. & 16. *Hos omnes errores Leo ead. epist. refellit. & concil. Brac. c.* 1. & *reliquis vsque ad* 18.

CAP. III.

Vetus testamentum isti se suscipere simulant, Manichæi refutant, &c. In execrabilibus mysteriis eorum, quæ quanto immundiora sunt, tanto diligentius occultantur, vnum prorsus nefas est, vna obscœnitas, &c. *Leo. d. epist.* 91. *c.* 16.

CAP. IV.

Priscillianistæ, & Manichæi, ita se Christum simulant confiteri; vt & Incarnationis, & Mortis, & Resurrectionis auferant veritatem. *Leo. d. ep.* 91. *c.* 17.

CAP. V.

Contra Priscillianistas, & Manichæos, qui carnium esum execrabantur; *Vigil. ep.* 1. *c.* 1.

CAP. VI.

Episcoporum nomina, qui in conuentu municipij Celenorum aduersus Priscilliani sectatores, & hęresim, quam adstruxerat, libellarem dedere sententiam. *Tolet. i. in prin.*

CAP. VII.

Assertio fidei contra omnes hæreticos, & præsertim Priscillianistas. *Tolet. i. in fine, vel in conc. Aquis Celenis habito.*

CAP. VIII.

Si quis in errore Priscilliani sectam sequitur, vel profitetur; vt aliud in salubri baptismo contra sedem sancti Petri faciat; anathema sit. *Tolet. i. in fine, vel in d. conc. Aquis Celen. habito.*

CAP. IX.

Lucretius Episcopus dixit; &c. Eo tempore, quo in his regionibus nefandissimæ Priscillianæ sectæ venena serpebant, beatissimus Papa vrbis Romæ Leo, &c. per Turibium notarium sedis suæ ad synodum Galliciæ contra eam impiam hæresim, &c. scripta direxit. Cuius etiam præcepto Tarraconenses, & Carthaginenses Episcopi, Lusitani quoque, & Bætici facto inter se concilio regulam fidei contra Priscillianam hæresim cum aliquibus capitulis conscribentes ad Balconium tunc huius Bracarensis Ecclesiæ Præsulem direxerunt &c. Omnes Episcopi dixerunt: Valde necessaria horum capitulorum est lectio; vt damnata, &c. abominata iam olim à sede beatissimi Petri Apostoli, & damnatà Priscillianæ hæresis figmenta cognoscantur, &c. *Bracar. i. in princip.*

CAP. X.

Si quis animas humanas, vel Angelos ex Dei credit substantia extitisse, sicut Manichæus, & Priscillianus dixerunt, anathema sit. Si quis animas humanas dicit prius in cælesti habitatione peccasse, & pro hoc in corpora humana in terram deiectas, sicut Priscillianus dixit; anathema sit. Si quis dicit Diabolum non fuisse prius Angelum bonum à Deo factum, nec Dei opificium fuisse naturam eius; sed dicit eum ex tenebris emersisse, nec aliquem sui habere auctorem, sed ipsum esse principium, absque substantia † mali, sicut Manichæus & Priscillianus dixerunt; anathema sit. Si quis credit, quod aliquantas immundas † creaturas Diabolus fecerit, & tonitrua, & fulgura, & tempestates, & siccitates ipse Diabolus sua auctoritate facit, sicut Priscillianus dixit, anathema sit. *Brac. c.* 5. 6. 7. 8.

† atque substantiam. f.

† in mundo. f.

CAP. XI.

Si quis dicit creationem vniuersæ carnis non opificium esse Dei, sed malorum angelorum, sicut Manichæus, & Priscillianus dixerunt: anathema sit. *Brac. c.* 13.

CAP. XII.

Si quis clericorum vel monachorum præter matrem, aut germanam, vel etiam quæ proxima consanguinitate iunguntur, alias aliquas quasi adoptiuas fœminas secum retinet, & cum ipsis habitant; sicut Priscilliani secta docuit, anathema sit. *Brac. c.* 15. Si quis quinta feria Paschali, quæ vocatur cœna Domini, hora legitima post nonam, ieiunus in Ecclesia missas non tenet, sed secundum sectam Priscilliani, festiuitatem ipsius ab hora tertia per missas defunctorum soluto ieiunio colit; anathema sit. *Brac. c.* 16. Si quis scripturas, quas Priscillianus secundum suum deprauauit errorem, vel tractatus Dictinij, quos ipse Dictinius, ante quam conuerteretur, scripsit sub nomine Patriarcharū, Prophetarum, & Apostolorum, & suo errori consona confinxit, legit, & impia eorum figmenta sequitur, aut defendit: anathema sit. *Brac. c.* 17.

CAP. XIII.

Non aliter Episcopi, & aliter Presbyteri populum, sed vno modo salutent, dicentes; Dominus sit vobiscum, sicut in libro Ruth legitur, & vt respondeatur à populo; & cum spiritu tuo. Sicut & ab ipsis Apostolis traditum, omnis tenet Oriens, & non sicut Pris-

Ruth. 2. *d.*

cilliana hæresis permutauit. *Brac. c. 21.*

CAP. XIV.

Quia per stultitiam præsumpti nuper erroris aut certe ex veteris Priscillianæ adhuc hæresis fœtore corrupto cognouimus, quosdam Presbyteros in huius præsumptionis audacia retineri, vt missas mortuorum etiam post acceptum metum, vel oblationem, ausi sunt consecrare; placuit, vt si quis Presbyter post hoc edictum nostrum, non ieiunus, sed quocumque cibo præsumpto oblationem consecrauerit in altari; continuo ab officio suo priuatus, à proprio deponatur Episcopo, &c. *Brac. ij. cap. 10.*

Contra Priscillianistas, qui dicebant, non omnia à Deo fuisse creata. Tit. XXXVII.

CAPVT I.

c. 1 de sū. Trin. Gregor. ix. & in 4. collect. FIrmiter credimus, & simpliciter confitemur; quod vnus solus est verus Deus, æternus, & immensus, omnipotens, incommutabilis, incomprehensibilis, & ineffabilis, &c. Vnum vniuersorum principium, creator omnium, inuisibilium & visibilium, &c. qui sua omnipotenti virtute simul ab initio temporis vtramque de nihilo condidit creaturam, spiritualem & corporalem; angelicam videlicet, & mundanam, ac deinde humanam quasi communem ex spiritu, & corpore constitutam. Diabolus enim, & Dæmones alij à Deo quidem natura creati sunt boni, sed ipsi per se facti sunt mali. Homo vero vera Diaboli suggestione peccauit. Hæc sancta Trinitas, &c. doctrinam humano generi tribuit salutarem, *Innoc. iij. in conc. gen. Latera. cap. 1.*

CAP. II.

Diabolum non fuisse à Deo creatum: hæresis Priscillianistarum. *Leo ep. 91. de Turib. Astur. Episc. c. 6.*

CAP. III.

Corpus humanum Diaboli esse figmentum: hæresis Manichæorum, & Priscillianistarum. *Leo d. ep. 91. c. 8. & 9.*

CAP. IV.

Diabolum, & multa alia non fuisse creata à Deo: hæresis Priscillianistarum. *Brac. cap. 7. 8. 13.*

De anima, & corpore humano & de resurrectione mortuorum; decreta catholica contra Manichæos, Priscillianistas, & alios hæreticos, Tit. XXXVIII.

CAPVT I.

VEteri, & nouo testamento vnam animam rationalem, & intellectualem habere hominem docente, ac omnibus Deiloquis Patribus & magistris Ecclesiæ eandem opinionem asseuerantibus, in tantum impietatis quidam malorum inuentionibus dantes operam deuenerunt, vt duas eum habere animas impudenter dogmatizare, & quibusdam irrationabilibus conatibus per sapientiam, quæ stulta facta est, propriam hæresim confirmare pertentant Itaque sancta hæc, & vniuersalis synodus, &c. talis impietatis inuentores, & patratores, & his similia sentientes magna voce anathematizat; & definit, atque promulgat, neminem protsus habere, vel seruare quoquo modo statuta huius impietatis auctorum. Si autem quis contraria gerere præsumpserit huic sanctæ, & magnæ synodo; anathema sit, & à fide, atque cultura Christianorum alienus. *Syno. viij. C. P. sub Hadr. ij. c. 11.* *1. Cor. 1. c.*

CAP. II.

Omnes (*homines*) cum suis propriis corporibus resurgent; quæ nunc gestent; vt recipiant secundum merita sua, siue bona fuerint, siue mala, illi cum Diabolo pœnam perpetuam, & isti cum Christo gloriam sempiternam. *Inn. iij. in conc. gen. Later. c. 1.* *De sum. Trinit. c. 1. Grego. ix. & in 4. collect.*

CAP. III.

Animam hominis esse diuinæ substantiæ error Philosophorum, & Manichæorum Priscillianistarum. *Leo ep. 91. c. 5. & 13. ad Turi. Episcop.*

CAP. IV.

Plasmationem humanorum corporum figmentum esse Diaboli: error Manichæorum & Priscillianistarum; qui item hæretici carnis resurrectionem negabant. *Leo d. ep. 91. c. 8.*

CAP. V.

De creatione corporis, & animæ & de peccato originali: *Leo d. ep. 91. c. 9.*

CAP. VI.

Animas hominum fuisse, & in cœlesti habitatione peccasse: error Priscillianistarum. *Leo d. ep. 91. c. 10.*

CAP. VII.

Animas, & corpora humana fatalium stellarum atque siderum potestati subiici error Priscillianistarum. *Leo d. ep. 91. c. 11. 12. 14.*

CAP. VIII.

Quærendum ab (*Episcopo*) si credat huius, quam gestamus, & non alterius carnis resurrectionem. *Carth. iv. c. 1. Burch. lib. 1. c. 8. Iuo par. 5. Pisco. c. 1. c. 62. decr.* *Dist. 23. Qui Episc.*

CAP. IX.

Resurrectionem futuram humanæ credimus carnis. Animam hominis non diuinæ esse substantiæ, aut Dei Patris; sed creaturam dicimus Dei voluntate creatam. *Tolet. 1. in fine, siue conc. Aquis Celensi habit. in assert. fidei.*

CAP. X.

Si quis dixerit, vel crediderit corpora humana non resurgere post mortem: anathema sit. *Tolet. j. in fine, siue d. conc. Aquis Celen. hab.*

CAP. XI.

Si quis dixerit, vel crediderit animam huma-

humanam Dei portionem, vel Dei esse substantiam; anathema sit. *Tolet. 1. in fin. sine d. conc. Aquis Celen. hab.*

CAP. XII.

Si quis animas humanas, vel Angelos, ex Dei credit substantia extitisse, sicut Manichæus, & Priscillianus dixerunt: anathema sit. *Brac. c. 5.*

CAP. XIII.

Si quis animas humanas, dicit prius in cælesti habitatione peccasse, & pro hoc in corpora humana in terram deiectas, sicut Priscillianus dixit: anathema sit. *Brac. c. 6.*

CAP. XIV.

Si quis animas, & corpora humana fatali signo credit adstringi, sicut pagani, & Priscillianus dixerunt: anathema sit. *Brac. c. 9.*

CAP. XV.

† vel £ Si qui duodecim signa, id est † sidera quæ Mathematici obseruare solent, per singula animæ, vel corporis membra dissipata credunt, & nominibus Patriarcharum adscripta dicunt, sicut Priscillianus dixit: anathema sit. *Brach. cap. 10.*

CAP. XVI.

Si quis plasmationem humani corporis, Diaboli dicit figmentum esse, & conceptiones in vteris matrum, operibus dicit Dæmonum figurari; propter quod resurrectionem carnis non credit, sicut Manichæus, & Priscillianus dixerunt: anathema sit. *Brac. c. 12.*

CAP. XVII.

† veram fieri. Hoc exemplo capitis nostri confitemur vera fide † resurrectionem carnis omnium mortuorum: nec in aëre, vel qualibet alia carne; vt quidam delirant, resurrecturos nos credimus; sed in ista, qua viuimus, consistimus, & mouemur, &c. *Tolet. xi. in prol. in fine.*

CAP. XVIII.

Exemplum nobis (*Christus*) sua resurrectione impendit; vt sicut ille viuificans nos, post duos dies die tertio viuus resurrexit à mortuis; sic nos etiam in huius sæculi fine resurrecturos vsquequaq; credamus: non in aëtea, vel in phantasticæ visionis vmbra, vt quorundam improbanda opinio præstruit, sed in veridicæ carnis substantia, in qua nunc sumus, & viuimus. *Tolet. xvj. in confessione fidei prope fin:*

CAP. XIX.

Exemplo capitis nostri, in hac carne, qua nunc sumus, & mouemur, resurrecturos nos credimus. *Vorm. in prin.*

Contra Pelagianos, qui gratiam diuinam non esse necessariam, sed liberum arbitrium homini sufficere dicebant. Tit. XXXIX.

CAPVT I.

Excommunicantur, qui assentiuntur Cælestio. *Ephes. c. 1. G.*

CAP. II.

Contra Pelagianos, *Inno. epist. 25. ad concil. Carthag. & epist. 26. ad concil. Mileuit. & epist. 27. ad Aurelium, Alypium. Augustinum, & alios.*

CAP. III.

Quisquis huic assentiens videtur esse sententiæ, qua dicat adiutorio nobis non opus esse diuino, inimicum se catholicæ fidei, & Dei beneficio profitetur ingratum. Nam nec nostra communione sunt digni, quam prædicando taliter polluerunt, &c. *Inno. epist. 25. post med. ad concil. Carthag.*

CAP. IV.

Cum in omnibus diuinis paginis voluntati liberæ, non nisi adiutorium Dei legamus esse nectendum; eamque nihil posse cælestibus præsidiis destitutam: quonam modo huic soli possibilitatem hanc pertinaciter defendentes, sibimet, immo, quod est dignius dolore communi, plurimis Pelagius, Cælestiusque persuadent, &c. *Inno. ad concil. Mileu. epist. 26. in med.*

CAP. V.

Contra Pelagium, & Cælestium de gratia, & libero arbitrio multa; *Calest. in epist. 1. c. 3. & postea.*

CAP. VI.

In præuaricatione Adæ omnes homines naturalem possibilitatem, & innocentiam perdidisse, & neminem de profundo illius ruinæ per liberum arbitrium posse consurgere, nisi eum gratia Dei miserentis erexerit, pronuntiante beatæ memoriæ Innocentio Papa, atque dicente in epistola ad Carthaginense concilium: Liberum enim arbitrium olim ille perpessus, dum suis inconsultius vtitur bonis, cadens, in præuaricationis profunda demersus est: & nihil, quemadmodum exinde resurgere posset, inuenit: suaque in æternum libertate deceptus, huius † ruinæ iacuisset oppressus, nisi eum postea Christi per suam gratiam releuasset aduentus, qui per nouæ regenerationis purificationem omne præteriti peccati vitium sui baptismatis lauacro purgauit. *Calest. epist. 1. c. 4. Inno. epist. 25. ad concil. Carth. post med.* † huiusmodi. £

CAP. VII.

Neminem esse per semetipsum bonum, nisi participationem sui ille donet, qui solus est bonus. Quod in eisdem scriptis eiusdem Pontificis sententia protestatur dicens: Nunquid nos de eorum post hæc rectum mentibus æstimemus, qui sibi se putant deberi, quod boni sunt; nec illum considerant, cuius quotidie gratiam consequuntur; qui sine illo tantum se assequi posse confidunt? *Calest. d. ep. 1. c. 5. Inno. ep. 25. ad concil. Carth. post prin.*

CAP. VIII.

Neminem etiam baptismatis gratia renouatum, idoneum esse ad superandas Diaboli insidias, & ad euincendas carnis concupiscentias, nisi per quotidianum adiutorium Dei

perseuerantiam bonæ conuersationis acceperit. Quod eiusdem Antistitis in eisdem paginis doctrina confirmat, dicens: Nam quamuis hominem redemisset à præteritis ille peccatis; tamen sciens iterum posse peccare, ad reparationem sibi &c. multa seruauit, quotidiana præstans illi remedia, quibus nisi freti, confisique nitamur, nullatenus humanos vincere poterimus errores. Necesse est enim, vt quo auxiliante vincimus, eo iterum non adiuuante vineamur. *Celest. d. epist. 1. c. 6. Inno. vbi supra post med.*

CAP. IX.

Quod nemo, nisi per gratiam, libero bene vtatur arbitrio, idem magister in epistola ad Mileuitanum concilium data prædicat, dicens: Aduerte tandem, ô prauissimarum mentium peruersa doctrina, quod primum hominem ita libertas ipsa decepit; vt dum indulgentius frænis eius vtitur, in præuaricationem præsumptionis conciderit. Nec ex hac potuit erui, nisi ei prouidentia regenerationis statum pristinæ libertatis Christi Domini reformasset aduentus. *Celest. epist. 1. c. 7. Inn. epist. 26. ad conc. Mileu. in med.*

CAP. X.

Quod omnia studia, & omnia opera ac merita sanctorum ad Dei gloriam, laudemque referenda sunt: quia nemo aliunde ei placet, nisi ex eo, quod ipse donauerit; in quam nos sententiam dirigit beatæ recordationis Papæ Zozimi regularis auctoritas, cum scribens ad totius orbis Episcopos ait: Nos autem instinctu Dei; omnia enim bona ad auctorem suum referenda sunt, vnde nascuntur; ad fratrum, & coëpiscoporum nostrorum conscientiam vniuersa retulimus. Hunc autem sermonem sincerissimæ veritatis luce radiantem, tanto Afri Episcopi honore venerati sunt; ita vt ad eundem virum rescriberent: Illud vero, quod in litteris, quas ad vniuersas Prouintias curasti esse mittendas, posuisti, dicens: Nos tamen instinctu Dei, &c. sic accepimus dictum, vt illos, qui contra Dei adiutorium extollunt humani arbitrij libertatem, districto gladio veritatis, velut cursim transiens, amputares, &c. Præparatur voluntas à Domino, & vt boni aliquid agant, paternis inspirationibus suorum ipse tangit cor-
Rom. 8. 5. da fidelium. Quotquot enim spiritu Dei aguntur, hi filij sunt Dei; vt nec nostrum deesse sentiamus arbitrium, & in bonis quibusque voluntatis humanæ singulis motibus magis illius valere non dubitemus auxilium. *Celest. epist. 1. c. 8.*

CAP. XI.

Quod ita Deus in cordibus hominum, atque in ipso libero operetur arbitrio, vt sancta cogitatio, pium consilium, omnisque motus bonæ voluntais ex Deo sit; quia per illum aliquid boni possumus, sine quo nihil possumus (*Zosimus ibidem ait.*) Quod ergo tempus interuenit, quo eius non egeamus auxilio? In omnibus igitur actibus, causis, cogitationibus, motibus adiutor, & protector orandus est, &c. *Celest. epistol. 1. c. 9.*

CAP. XII.

Illud, quod intra Carthaginensis synodi decreta constitutum est, quasi proprium Apostolicæ sedis amplectimur, quod scilicet tertio capitulo definitum est; vt quicumque dixerit gratiam Dei, qua iustificamur per Iesum Christum Dominum nostrum, ad solam remissionem peccatorum valere, quæ iam commissa sunt; non etiam ad adiutorium, vt non committantur, anathema sit. Et capite quarto. Si quis dixerit gratiam Dei per Iesum Christum, propter hoc tantum nos adiuuare ad non peccandum; quia per ipsam nobis reuelatur, & aperitur intelligentia mandatorum; vt sciamus quid appetere, & quid vitare debeamus; non autem per illam nobis præstari, vt quod faciendum cognouimus, etiam facere diligamus, atque valeamus: anathema sit, &c. Item quinto capite. Quisquis dixerit: ideo nobis gratiam iustificationis dari: vt quod facere per liberum arbitrium iubemur, facilius possimus implere per gratiam; tanquam etsi gratia non daretur, non quidem facile, sed tamen possimus etiam sine illa diuina implere mandata: anathema sit, &c. *Celest. epist. 1. c. 10. Mileu. c. 3. 4. 5. L. Afr. 78. 79. 80. L. Carth. 112. 113. 114. G. Vid. August. c. 28. de dogm. Eccles. Burch. lib. 20. cap. 18. Ivo par. 17. c. 30. decr.* *De cons. d. 4. c. 154. placuit.* *e. d. c. 155 quisquis.* *e. d. c. vlt placuit.*

CAP. XIII.

Non dubitamus ab ipsius (*Dei*) gratia omnia hominis merita præueniri, per quem fit, vt aliquid boni, & velle incipiamus, & facere. Quo vtique auxilio, & munere Dei non aufertur liberum arbitrium, sed liberatur; vt de tenebroso lucidum, de prauo rectum, de languido sanum, de imprudente fit prouidum. Tanta enim erga omnes homines est bonitas Dei; vt nostra velit esse merita, quæ sunt ipsius dona, &c. *Celest. epist. 1. c. 12.*

CAP. XIV.

Ad confitendum gratiam Dei, cuius operi, ac dignationi nihil penitus subtrahendum est satis sufficere credimus, quidquid secundum prædictas regulas, Apostolicæ sedis nos scripta docuerunt: vt prorsus non opinemur catholicum, quod apparuit præfixis sententiis esse contrarium. *Celest. d. epist. 1. c. 13.*

CAP. XV.

De recipiendis Pelagianis, & Cælestianis, si resipiscunt; ita tamen, vt suum damnent errorem, & auctorem illius. *Leo epist. 83. ad Septimium Episc.*

CAP. XVI.

Hoc sibi tota arte fallendi (*Pelagiani*) nisi intelligantur, excipiunt; vt gratia Dei secundum merita dari accipientium sentiatur. Quæ nisi gratis detur, non est gratia sed merces,

Ephes. 2. retributioque meritorum, dicente beato Apostolo: Gratia salui facti estis per fidem, & hoc non ex vobis, sed Dei donum est; non ex operibus, ne forte quis extollatur. Ipsius enim sumus figmentum, creati in Christo Iesu in operibus, quæ præparauit Deus; vt in illis ambulemus. *Leo epist. 84. ad Aquileien. Episcop. in med.*

Cap. XVII.

Contra Pelagianos, *Concil. Carthagin. ep. ad Innoc. ante epist. 25. & conc. Mileuit. ad eundem Innocen. ante ep. 26. & epist. Aurelij, & aliorum post epistolam 26. Innocentij.*

Cap. XVIII.

Id enim agunt isti (*Celestius, & Pelagius*) vt non defendendo, sed potius in sacrilegam superbiam extollendo liberum arbitrium, nullum relinquant locum gratiæ Dei, qua Christiani sumus; qua & id ipsum nostræ voluntatis arbitrium vere fit liberum, dum à carnalium concupiscentiarum dominatione liberatur, dicente Domino: Si vos filius liberauerit, tunc vere liberi eritis; quod auxilium fides impetrat, quæ est in Christo Iesu domino nostro, &c. Quicumque dogmatizat, & affirmat humanam sibi ad vincenda peccata, & Dei mandata facienda, sufficere posse naturam; & eo modo gratiæ Dei, quæ sanctorum euidentius orationibus declaratur, aduersarius inuenitur: & quicumque negat paruulos per baptismum Christi à perditione liberari, & salutem percipere sempiternam: anathema sit. *Carth. conc. epist. ad Inno. post prin. & in fin. ante ep. 25. eiusd.* Ioa. 8. d.

Cap. XIX.

Hæc interim duo, quibus omnino totum, quod Christiani sumus, conantur (*Pelagiani*) euertere, quæ fidelia corda sustineant? non esse rogandum Deum, vt contra peccati malum, atque ad operandam iustitiam sit noster adiutor: & non opitulari paruulis ad consequendam vitam æternam Christiani gratiæ sacramentum? *Mileuit. conc. ad Innoc. in med. ante epistol. 26. eiusd.*

Cap. XX.

Contra Pelagium Hierosolymis præcipue sanctus filius tuus, frater, & compresbyter noster Hieronymus conflixit. *Mile. conc. ad Innoc. ibid. ante fi.*

Cap. XXI.

Si quis inuocationem humanam gratiæ Dei dicit posse conferri, non autem ipsam gratiam facere, vt inuocetur à nobis; contra- Esa. 65. a. dicit Esaiæ Prophetæ, vel Apostolo idem dicenti: Inuentus sum non quærentibus me: Ro. 10. d. Palam apparui his, qui me non interrogabant. *Arausi. 2. c. 3.*

Cap. XXII.

Si quis, vt à peccato purgemur, voluntatem nostram Deum expectare contendit, non autem vt etiam purgari velimus, per sancti Spiritus infusionem, & operationem in nos fieri confitetur; resistit ipsi Spiritui sancto, per Salomonem dicenti: Præparatur voluntas à Domino; & Apostolo salubriter prædicanti: Deus est, qui operatur in nobis, & velle & perficere pro bona voluntate. *Arausi. 2. c. 4.* Phil. 2. b.

Cap. XXIII.

Si quis sicut augmentum, ita etiam initium fidei ipsum credulitatis affectum, quo in eum credimus, qui iustificat impium, & ad regenerationem baptismatis peruenimus, non per gratiæ donum, id est per inspirationem Spiritus sancti corrigentem voluntatem nostram ab infidelitate ad fidem, ab impietate ad pietatem; & naturaliter nobis inesse dicit Apostolicis dogmatibus aduersarius approbatur, beato Paulo dicente: Confidimus, quia, qui cœpit in vobis bonum opus, perficiet vsque in diem Domini nostri Iesu Christi. Et illud: Vobis datum est pro Christo, non solum, vt in eum credatis, sed etiam vt pro illo patiamini. Et, Gratia salui facti estis per fidem, non ex vobis; Dei enim donum est, &c. *Arausi. 2. c. 5.* Philip. 1. a. Ibid. d. Ephes. 2. b.

Cap. XXIV.

Si quis sine gratia Dei, credentibus, volentibus, desiderantibus, conantibus, laborantibus, vigilantibus, studentibus, petentibus, quærentibus, pulsantibus, nobis misericordiam dicit conferri, non autem diuinitus, vt credamus, velimus, vel hæc omnia, sicut oportet, agere valeamus, per infusionem, & inspirationem sancti Spiritus in nobis fieri confitetur, aut humilitati, aut obedientiæ humanæ subiungit gratiæ adiutorium, nec obediens, & humillimus, ipsius gratiæ donum esse consentit, resistit Apostolo dicenti: Quid habes, quod non accepisti? &, Gratia Dei sum id, quod sum. *Arausi. 2. c. 6.* 1. Cor. 4. b. & 15. d.

Cap. XXV.

Si quis per naturæ vigorem bonum aliquod, quod ad salutem pertinet vitæ æternæ, cogitare aut eligere, siue salutari prædicationi consentire posse confirmat, absque illuminatione, & inspiratione Spiritus sancti; qui dat omnibus suauitatem in consentiendo, & credendo veritati; hæretico fallitur spiritu, non intelligens vocem Dei in Euangelio dicentis: Sine me nihil potestis facere; & illud Apostoli: Numquid idonei sumus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobis? sed sufficientia nostra ex Deo est. *Arausi. 2. c. 7.* Ioa. 15. d. 2. Cor. 3. b.

Cap. XXVI.

Si quis alius misericordia, alius vero per liberum arbitrium, quod in omnibus, qui de præuaricatione primi hominis nati sunt, constat vitiatum, hominem ad gratiam baptismi posse venire contendit, à certa fide probatur alienus; is enim, non omnium liberum arbitrium per peccatum primi hominis asserit infirmatum, aut certe ita læsum putat vt tamen quidam valeant, sine reuelatione Dei, mysterium salutis æternæ per semetipsos posse conquirere. Quod quam sit contrarium, ipse Dominus probat, qui non

aliquos, sed neminem ad se posse venire te-
Ioan. 6 statur, nisi quem Pater attraxerit, sicut & Pe-
e. tro dicit: Beatus es Simon Barionas; quia caro,
Mat 16. & sanguis non reuelauit tibi, sed Pater meus,
c. qui in cælis est. Et Apostolus: Nemo potest di-
1. Cor. cere Dominum Iesum Christum, nisi in Spi-
12. d. ritu sancto. *Arauſ.ij.c.8.*

CAP. XXVII.

Diuini est muneris, cum & recte cogitamus, & pedes nostros à falsitate, & iniustitia tenemus. Quotiens enim bona agimus, Deus in nobis, atque nobiscum, vt operemur, operatur. *Arauſ.ij.c.9.*

CAP. XXVIII.

Adiutorium Dei etiam renatis, ac sanctis semper est implorandum, vt ad finem bonum peruenire, vel in bono possint opere perdurare. *Arauſ.ij.c.10.*

CAP. XXIX.

Nemo quidquam Domino recte vouerit,
1. Para. nisi ab ipso acceperit; sicut legitur: Quæ de
29. d. manu tua accepimus, damus tibi. *Arauſ.ij.c.11.*

CAP. XXX.

Tales nos amat Deus, quales futuri sumus ipsius dono, non quales sumus nostro merito. *Arauſ.ij.c.12.*

CAP. XXXI.

Arbitrium voluntatis in primo homine infirmatum, nisi per gratiam baptismi non potest reparari. Quod amissum, nisi à quo po-
Ioa. 8. 6. tuit dari, non potest reddi. Vnde ipsa veritas dicit: Si vos Filius liberauerit, tunc vere liberi eritis. *Arauſ.c.13.*

CAP. XXXII.

Nullus miser de quacumque miseria liberatur, nisi qui Dei misericordia præuenitur
Psal. 78. sicut dicit Psalmista: Cito anticipet nos
Psal. 58. misericordia tua Domine. Et illud: Deus meus, misericordia eius præueniet me. *Arauſ. ij.cap.14.*

CAP. XXXIII.

Ab eo, quod formauit Deus, mutatur Adam, sed in peius per iniquitatem suam, ab eo, quod operata est iniquitas, mutatur fidelis, sed in melius per gratiam Dei; illa ergo mutatio fuit præuaricatoris primi: hæc secun-
Psal. 76. dum Psalmistam, mutatio dexteræ excelsi. *Arauſ.ij.c.15.*

CAP. XXXIV.

1. Cor. 4. Nemo ex eo, quod videtur habere, glorie-
b. tur, tanquam non acceperit: aut ideo se putet accepisse, quia littera extrinsecus, vel vt
Gal. 2. d. legitur, apparuit, vel vt audiretur, sonuit. Nã sicut Apostolus dicit: Si per legem iustitia, er-
Ephes. 4. go Christus gratis mortuus est. Ascendens in
b. & Psal. altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit
67. dona hominibus. Inde habet, quicumque ha-
Mat. 13. bet. Quisquis autem inde se habere negat, aut
e. vere non habet, aut id, quod habet, auferetur ab eo. *Arauſ.ij.c.16.*

CAP. XXXV.

Fortitudinem Gentilium mundana cupiditas, fortitudinem Christianorum Dei cha-
ritas facit, quæ diffusa est in cordibus nostris Rom. 5. d.
non per voluntatis arbitrium, sed per Spiritum sanctum: qui datus est nobis, nullis meritis gratiam præuenientibus. *Arauſ.ij.c.17.*

CAP. XXXVI.

Debetur merces bonis operibus, si fiant: sed gratia, quæ non debetur, præcedit, vt fiant. *Arauſ.c.18.*

CAP. XXXVII.

Natura humana, etiam si in illa integritate; in qua est condita, permaneret, nullo modo seipsam, creatore suo non adiuuante seruaret. Vnde cum sine gratia Dei salutem non possit custodire, quam accepit, quomodo sine Dei gratia poterit reparare, quod perdidit? *Arauſ.ij.c.19.*

CAP. XXXVIII.

Multa in homine bona fiunt; quæ non fa- Esa. 26.
cit homo. Nulla vero facit homo bona quæ d.
non Deus præstet, vt faciat homo. *Arauſ. ij. cap. 20.*

CAP. XXXIX.

Sicut eis, qui volentes in lege iustificari, & à gratia exciderunt, verissime dicit Apostο- Gal. 2. d.
lus: Si ex lege iustitia est, ergo Christus gratis mortuus est. Iam hic enim erat lex, & non iustificabat: iam hic erat & natura, & non iustificabat: ideo Christus nõ gratis mortuus est;
vt & lex per illum impleretur, qui dixit: Non Mat. 5.
veni legem soluere, sed adimplere: & natura c.
per Adam perdita, per illum repararetur, qui dixit, venisse se quærere, & saluare, quod pe- Luc. 19.
rierat. *Arauſ.ij.c.21.* b.

CAP. XL.

Nemo habet de suo, nisi mendacium, & peccatum. Si quis autem habet homo veritatem, atque iustitiam; ab illo fonte est, quem debemus sitire in hac eremo; vt ex eo, quasi guttis quibusdam irrorati non deficiamus in via. *Arauſ.ij.c.22.*

CAP. XLI.

Suam voluntatem homines faciunt, non Dei; quando id agunt, quod Deo displicet. Quando autem ita faciunt, quod volunt, vt diuinæ seruiant voluntati; quamuis volentes agant, quod agunt; illorum tamen voluntas est, à quo præparatur, & iubetur, quod volunt. *Arauſ.ij.c.23.*

CAP. XLII.

Ita sunt in vite palmites, vt viti nihil confe- Ioan. 15.
rant; sed inde accipiant, vnde viuant. Sic quip- d.
pe vitis est in palmitibus, vt vitale subministret eis, non sumat ab eis. Ac per hoc & manentem in se habere Christum, & manere in Christo, discipulis prodest, & non Christo, nam præciso palmite, potest de viua radice alius pullulare; qui autem præcisus est, non potest sine radice viuere. *Arauſ.ij.c.24.*

CAP. XLIII.

Per peccatum primi hominis ita inclinatum, & attenuatum fuit liberum arbitrium,

vt nullus postea aut diligere Deum, sicut oportuit, aut credere in Deum, aut operari propter Deum, quod bonum est, possit, nisi gratia eum, & misericordia diuina præuenerit, &c. *Arauf. II. c. 25.*

CAP. XLIV.

Dist. 45. c. 5. de Iudæis. Sicut homo propria arbitrij voluntate serpenti obediens perijt; sic vocante se gratia Dei propriæ mentis conuersione homo quisque credendo saluatur. Ergo non vi, sed libera arbitrij voluntate, (*Iudæi*) vt conuertantur suadendi sunt, non penitus impellendi. *Tolet. IV. c. 56. Burch. lib. 4. c. 82. Iuo lib. 1. tit. 2. c. 65. paucrm. & par. 1. c. 276. & par. 13. c. 94. decr.*

CAP. XLV.

De gratia, per quam saluantur credentes, & sine qua rationalis creatura numquam beata vixit, & de libero arbitrio, per peccatum in primo homine infirmato, sed per gratiam Domini Iesu fidelibus eius redintegrato, & sanato, id ipsum constantissime, & fide plena fatemur, quod sanctissimi Patres auctoritate sacrarum scripturarum nobis tenendum reliquerunt; quod Africana, quod Arausica synodus professa est, quod beatissimi Pontifices Apostolicæ sedis, catholica fide tenuerunt. Sed & de natura, & gratia in aliam partem nullo modo declinare præsumentes ineptas autem quæstiunculas, &c. penitus respuimus, & vt fraterna caritas cauendo à talibus auditum castiget, Christi amore monemus. *Valent. sub Lothario. c. 6.*

CAP. XLVI.

Vnde satis apparet, quod ad non peccandum, id est, ad non male faciendum, quamuis esse non dubitetur liberum arbitrium voluntatis, tamen eius potestas non sufficiat, nisi adiuuetur infirmitas, &c. *Aurel. & alij. ad Inno. ante med. ante epist. 27. eiusdem.*

CAP. XLVII.

Dogmata Catholicorum contra dogmata Pelagij: *Post epistolam Aurel. Carthagin. Episcopi, q uæ circumfertur inter epistolas Leonis in editione veteri ante epist. 73.*

De baptismo pueris necessario, & de peccato originali: contra Pelagianos, & alios hæreticos. Tit. X L.

CAPVT I.

Talis erat omnium à primis ducta genitoribus causa mortalium; vt originali peccato transeunte per posteros, nullus pœnam *Ioan. 1. b* damnationis euaderet, nisi verbum caro fieret, & habitaret in nobis, in ea scilicet natura, quæ nostri & sanguinis esset, & generis, &c. *Leo in syn. Rom. epist. 22. ad clerum, & plebem CP. ante fin.*

CAP. II.

Eos, qui religiositatis speciem simulantes, Dominici corporis, & sanguinis sacramentum, baptisma puerorum, sacerdotium, & cæteros Ecclesiasticos ordines, & legitimarum damnant fœdera nuptiarum; tam quam hæreticos ab Ecclesia Dei pellimus, & damnamus, & per potestates exteras coërceri præcipimus. Defensores quoque ipsorum eiusdem damnationis vinculo innodamus. *Inno. y. in syn. Rom. c. 17.*

CAP. III.

Nec putetis, quod etiam si omnem pietatem colatis, omnemque iustitiam, baptismum vero non accipiatis, spem possitis habere apud Deum; immo maiori pœna digni eritis, qui bona opera non bene operati estis: Confertur enim meritum homini ex bonis gestis, sed si ita gerantur, sicut Deus iubet. Deus autem iussit omnem colentem se baptismo consignari. Quod si vos tenueritis, vt vestræ voluntati magis, quam Dei obtemperetis; contrarij sine dubio, & inimici estis voluntate eius, &c. Siue enim iustus, siue sit iniustus, baptismus ei per omnia necessarius est. Iusto quidem, vt impleantur in eo perfectio & regeneretur Deo: iniusto vero, vt peccatorum, quæ gessit, remissio concedatur. Omnibus ergo festinandum est, sine mora renasci Deo. *Clem. epist. 4., med.*

CAP. IV.

Liberum arbitrium olim perpessus, dum suis inconsultius (*homo*) vtitur bonis, cadens in præuaricationis profunda demersus est: & nihil quemadmodum exinde surgere posset, inuenit: suaque in æternum libertate deceptus, huic ruinæ iacuisset oppressus, nisi eum postea Christi, per suam gratiam, releuasset aduentus; qui per nouæ regenerationis purificationem, præteritum omne vitium sui baptismatis lauacro purgauit: & eius confirmans statum, quo rectius, constabiliusque procederet, tamen suam gratiam in posterum non denegauit, &c. *Inno. epist. 25. ad con. Carthag. post med. Cælest. c. ?. 1. r. 4.*

CAP. V.

Pueros paruulos, si nullis imbuantur Christianæ gratiæ sacramentis, habituros vitam æternam nequaquam Christiana præsumptione contendunt (*Pelagius, & Celestius*) &c. Non opitulari paruulis ad consequendam vitam æternam Christianæ gratiæ sacramentum. *Mileu. concil. ad Innocent. post principium.*

CAP. VI.

Illud, quod (*Pelagium, & Calestium*) vestra fraternitas asserit prædicare; paruulos æternæ vitæ præmiis absque baptismatis *Ioan. 6 f.* gratia posse donari, perfatuum est. Nisi enim manducauerint carnem filij hominis, & biberint sanguinem eius, non habebunt vitam in semetipsis, qui autem hanc in eis sine regeneratione defendunt; videntur mihi ipsum baptismum velle cassare, &c. Sinite *Mat. 19.* infantes, & nolite eos prohibere venire ad me; talium est enim regnum cælorum, &c.

Inno. ep. 26. ad concil. Mileuit. ante finem.

CAP. VII.

In præuaricatione Adæ, omnes homines naturalem possibilitatem, & innocentiam perdiderunt, &c. *Calest. ep. 1. c. 4.*

CAP. VIII.

Illud quod circa baptizandos in vniuerso mundo sancta Ecclesia vniformiter agit, non otioso contemplamur intuitu; cum siue paruuli, siue iuuenes ad regenerationis veniunt sacramentum; non prius fontem vitæ adeunt, quam exorcismis, & exsufflationibus clericorum, spiritus ab eis immundus abigatur: vt
Ioh. c. 12. tunc vere appareat, quomodo Princeps mun-
Mat. 12. di huius mittatur foras, & quomodo prius al-
Marc. 3. ligetur fortis & deinceps vasa eius diripiantur,
Ephes. 4. in possessionem translata victoris, qui capti-
Psal. 67. uam ducit captiuitatem; & dat dona hominibus. *Calest. epist. 1. c. 12. Burch. lib. 4. c. 10. Ino par. 1. c. 205. decr.*

CAP. IX.

Paruulos dicunt (*Pelagiani*) si sine baptismo hinc de sæculo exierint, non posse damnari, neque reos in peccato Adæ teneri; sed ad Regnum Dei, vel ad vitam æternam, si-
ne vlla cunctatione venire; cum Apostolus
Rom. 5. b dicat: Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors; & ita in omnes homines pertransit; propter quod & ipsi paruuli baptizantur, &c. A paruulo re-
Decons. d censnato, vsque ad decrepitum senem, quam-
4. c. 134. libet corporis ætatem gerant, sicut nullus prohibendus est à baptismo; ita nullus est, qui non peccato moriatur in baptismo. Sed paruuli originali: maiores autem, etiam his omnibus moriuntur peccatis, quæcumque male viuendo addidere ad illud, quod nascendo traxere. *Leo epist. 84. ad Nicetam Aquilei. Episcop. ante med. & ante fi. Ino par. 17. c. 4. decr.*

CAP. X.

Omnem hominem in corporis, animæque substantiam conditore vniuersitatis formari atque animari intra materna viscera (*catholica fides*) confitetur, manente quidem illo peccati, mortalitatisque contagio, quod in prolem à primo parente transcurrit: sed regenerationis sacramento subueniente, quo per Spiritum sanctum promissionis filij renascuntur, non in vtero carnis, sed in virtute baptismatis, &c. *Leo ep. 91. ad Turibium, c. 9.*

CAP. XI.

Fides Catholica constanter, prædicat, atque veraciter; quod animæ hominum, prius quam suis inspirentur corporibus, non fuerunt, nec ab vllo incorporentur, nisi ab opifice Deo, qui & ipsarum est creator, & corporum. Et quia per primi hominis præuaricationem tota humani generis propago viciata sit, neminem posse à conditione veteris hominis liberari, nisi per sacramentum baptismatis Christi, in quo nulla est discre-
Gal. 3. d. tio renatorum, dicente Apostolo: Quicumq; enim in Christo baptizati estis, Christum induistis, &c. *Leo d. epist. 91. c. 10.*

CAP. XII.

Pelagius, qui in Ephesina synodo damnatus est, ea intentione hoc dixit: vt ostenderet, nos à Christo vacue redemptos: si nos per Adam in anima mortui non sumus, &c. *Greg. lib. 5. regist. ep. 14. c. 114. Narsi Comiti post prin.*

CAP. XIII.

Cum Cælestius, atque Pelagius in ea synodo (*Ephesina*) sint damnati, quomodo po- *De har.*
terant illa capitula recipi, quorum damna- *c. 4 Gre.*
bantur auctores? *Gregor. lib. 7. reg. epist. 47. ix. & in*
ind. 2. ad Anast. Antioch. prope fin. *1. collect.*

CAP. XIV.

In extremo Epistolæ quæsisti, quid eis respondendum sit, qui dilectionem tuam de paruulorum animabus requirunt, qui sine gratia baptismatis moriuntur, &c. Illud incer-
tum non est: quia nisi sacri baptismatis gra- *Ioan. 3. a.*
tia fuerit tenatus homo, omnis anima originalis peccati vinculis est obstricta, Hinc e-
nim scriptum est: Non est mundus in con- *Iob. 25.*
spectu eius, nec vnius diei infans super ter-
ram. Hinc Dauid ait: In iniquitatibus con- *Ps. 50. b.*
ceptus sum, & in delictis peperit me mater
mea. Hinc ipsa veritas dicit: Nisi quis rena- *Ioan. 3. a.*
tus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non introibit in regnum cælorum. Hinc Paulus
Apostolus ait: Sicut in Adam omnes moriun- *1. Cor. 15. c.*
tur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Cur ergo infans, qui nihil egit, in conspectu omnipotentis Dei non valet esse mundus? cur Psalmista ex legitimo coniugio prolatus, in iniquitate conceptus est? cur nisi qui mundatus aqua baptismatis fuerit, mundus non est? Cur in Adam omnis homo moritur, si originalis peccati vinculis non tenetur? sed quia genus humanum in parente primo, velut in radice putruit, & ariditatē traxit in ramis. Et inde omnis homo cum peccato nascitur, vnde primus homo permanere noluit sine peccato. *Gregorius ad Secundinum inclusum, lib. 7. regist. epist. 53.*

CAP. XV.

Primi parentes cum in paradiso deliquissent, immortalitatem, quam acceperant, recto Dei iudicio perdiderunt, &c. immortalitatem homini pro peccato suo abstulit, &c. Baptizari autem quod genuerit mulier, si mortis periculo vrgetur, vel ipsa hora, qua natum est, nullo modo prohibetur, &c. Ex culpa primi hominis factum est, vt esuriamus. *Greg. ad interrog. Aug. c. 10.*

CAP. XVI.

Si etiam grauissimis delictoribus, & in Deum multum ante peccantibus cum postea crediderint, remissio peccatorum datur, & à baptismo, atque gratia nemo prohibetur, quanto magis prohiberi non debet infans, qui recens natus nihil peccauit, nisi quod secundum Adam carnaliter natus

contagium mortis antiquæ prima natiuitate contraxit? qui ad remissam peccatorum accipiendam hoc ipso facilius accedit; quod illi remittuntur non propria sed aliena peccata, &c. *Concil. apud Cypri. lib. 3. ep. 8. ad Fidum presbyt. ante fin.*

CAP. XVII.

Paruulos etiam propter salutem, quæ per Saluatorem Christum datur, baptizandos (*Pelagius & Cælestius*) negant, ac sic eos mortifera doctrina in æternum necant; promittentes etiam si non baptizentur, habituros vitam æternam, &c. Quicumque negat paruulos per baptismum Christi à perditione liberari, & salutem percipere sempiternam; anathema sit. *Carth. concil. ad Inno. in fine, ante epist. 25. eiusd.*

CAP. XVIII.

Decon. d. 4. placuit 152. Quicumque dicit, Adam primum hominẽ mortalem factum, ita vt siue peccaret, siue non peccaret, moreretur in corpore, hoc est, de corpore exiret, non peccati merito, sed necessitate naturæ: anathema sit. *Mileuit. c. 1. Afr. 76. L. Carth. 110. G. ex conc. Carthag. apud Leo. post epist. 72. in veteri edit. Aug. cap. 23. de eccl. dogmat.*

CAP. XIX.

De consec. 4. c. placuit 153. Placuit, vt quicumque paruulos recentes ab vteris matrum baptizandos negat, aut dicit in remissionem quidem peccatorum eos baptizari, sed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod regenerationis lauacro expietur; vnde fit consequens, vt in eis forma baptismatis, in remissionem peccatorum non vere, sed falso intelligatur: anathema sit. Quoniam non aliter intelligendum est, quod ait Apostolus: Per vnum hominem peccatum in- Rom. 5. b trauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt; nisi quemadmodum Ecclesia catholica vbique diffusa semper intellexit. Propter hanc enim regulam fidei, etiam paruuli, qui nihil peccatorum in semetipsis adhuc committere potuerunt, ideo in peccatorum remissionem veraciter baptizantur, vt in eis regeneratione mundetur, quod generatione traxerunt. *Mileu. c. 2. Afric. c. 77. L. Carthag. c. 11. G. August. de dog. eccles. c. 24. Burch. lib. 4. c. 34. Iuo par. 1. c. 228. decr.*

CAP. XX.

Si quis per offensam præuaricationis Adę non totum, id est, secundum corpus, & animam, in deterius dicit hominem commutatum; sed animæ libertate illæsa durante, corpus tantummodo corruptioni credit obno- Eze. 18. a. xium, Pelagij errore deceptus: aduersatur scripturæ dicenti: Anima, quæ peccauerit, Rom. 6. c ipsa morietur. Et, Nescitis, quoniam cui exhibitis vos seruos ad obediendum, serui estis 2. Pet. 2. c. eius, cui obeditis? Et, A quo quis superatur, eius & seruus addicitur. *Arauf. 2. c. 1.*

CAP. XXI.

Si quis soli Adæ præuaricationem suam non & eius propagini asserit nocuisse, aut certe mortem tantum corporis, quæ pœna peccati est, non autem peccatum, quod mors est animæ, per vnum hominem in omne genus humanum transiisse testatur; in iustitiam Deo dabit, contradicens Apostolo, dicenti: Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt. Ro. 5. b. *Arauf. 2. c. 2.*

CAP. XXII.

Arbitrium voluntatis in primo homine infirmatum, nisi per gratiam baptismi non potest reparari. Quod amissum, nisi à quo potuit dari, non potest reddi; vnde ipsa veritas dicit: Si vos filius liberauit, tunc vere liberi eritis. Ioa. 8. c. *Arauf. 2. c. 13.*

CAP. XXIII.

Sicut homo propria arbitrij voluntate serpenti obediens periit: sic vocante se gratia Dist. 45. c. 5. de Iudæis. Dei propriæ mentis conuersione homo quisque credendo saluatur. Ergo non vi, sed libera arbitrij voluntate, vt conuertantur (*Iudæi*) suadendi sunt, non potius compellendi. *Tolet. 4. cap. 56 Burch. lib. 4. cap. 82. Iuo lib. 1. tit. 2. cap. 65. panor. par. 1. cap. 276. & par. 13. cap. 94. decr.*

CAP. XXIV.

Solum filium fatemur ad redemptionem humani generis propter culparum debita, quæ per inobedientiam Adæ originaliter, & nostro libero arbitrio contraximus, resoluenda à secreto Patris arcanoque prodiisse, & humanitatem sine peccato de sancta semper virgine Maria assumpsisse. *Tolet. 6. c. 1.*

CAP. XXV.

Paruulorum infantium vita originali peccato obnoxia, quæ nulli propter ætatem discernendi, vel expetendi sensui aptior iudicetur, nisi ex sponsione fidelium baptismi accipiant sacramentum, nullo sensu, nulla etiam discretionis industria id appetere possunt. *Tol. 15. c. 2.*

CAP. XXVI.

Dogma Pelagii hæretici. Cum diceret Adam mortalem factum, qui siue peccasset, siue non peccasset, moriturus esset; & quod peccatum ipsius ipsum solum læserit, non genus humanum: & quod infantes nuper nati in illo statu sunt, in quo Adam fuit ante præuaricationem; & quod neque per mortem, vel præuaricationem Adæ omne genus moriatur, &c. Et si non baptizentur infantes, habere vitam æternam: & diuites baptizatos, nisi omnibus abrenuntient, si quid boni visi sunt facere, non reportare illos, nec eos habere posse regnum Dei. Catholicorum dogma. Quod Adam nisi peccasset, moriturus non fuisset; secundo, quod peccatum eius non ipsum solum læserit, sed & genus humanum; tertio, quod infantes nuper nati non sunt in illo statu, in quo Adam fuit ante præuaricationem; quarto, vt ad ipsos etiam per

1. Cor. 15. b. tineat, quod breuiter ait Apostolus: Per vnū hominem mors, & per vnum hominem resurrectio mortuorum Sicut enim in Adam omnes moriūtur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Vnde fit, vt infantes non baptizati, nō solum regnum cælorum, verum etiam vitam æternam habere non possunt. Quinto confitentur, diuites baptizatos, etiam si diuitiis suis non careant, & sint tales, quales ad Timotheum describit Apostolus dicens:
1. Tim. 6. b. Præcipe diuitibus huius sæculi, non superbe sapere, &c. habere posse regnum Dei. *Concilium Carthag. post Leonis epist. 72. in vetere editione.*

CAP. XXVII.

Innocentius inuenit Pelagium, & Cælestium hæreticos, & damnauit eos, & constituit; vt qui natus fuerit de Christiana, denuo nasci debeat per baptismum; hoc est baptizari, quod Pelagius damnabat. *Ex Pontif.*

Contra Pelagianos, qui dicebant, iustum numquam peccare. Tit. XLI.

CAPVT I.

1. Ioan. 1. e. PLacuit, quod ait sanctus Ioannes Apostolus; Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus, & veritas in nobis non est; quisquis sic accipiendum putauerit, vt dicat, propter humilitatem † oportere dici, nos habere peccatum, non quia vere ita est: anathema sit. Sequitur enim Apostolus, & adiungit: Si autem confessi fuerimus peccata nostra, fidelis est, & iustus, qui remittat nobis peccata, & mundet nos ab omni iniquitate. Vbi satis apparet, hoc non tantum humiliter, sed etiam veraciter dici, &c. *Mileu. c. 6. L. Carth. 115. G. Afric. c. 81. L.*

† humanitatem non

Ibid.

CAP. II.

Placuit, vt quicumque dixerit, in oratione Dominica ideo dicere sanctos: Dimitte
Mat. 6. b. nobis debita nostra; vt non pro seipsis hoc dicant, quia non est eis iam necessaria ista petitio, sed pro aliis, qui sunt in suo populo peccatores: & ideo non dicere vnumquemq; sanctorum. Dimitte mihi debita mea, sed dimitte nobis debita nostra, vt hoc pro aliis potius, quam pro se iustus petere intelligatur: anathema sit. Sanctus enim, & iustus erat
Iacob. 3. a. Apostolus Iacobus, cum dicebat: In multis enim offendimus omnes, &c. *Mileuit. c. 7. L. Carthag. 116. G. Afric. c. 82. L.*

CAP. III.

Placuit, vt quicumque verba ipsa Domini-
Mat 6. b. cæ orationis, vbi dicimus: Dimitte nobis debita nostra: ita volunt à sanctis dici, vt humiliter, non veraciter hoc dicatur: anathema sit. Quis enim ferat orantem, & non hominibus, sed ipsi Domino mentientem; qui labiis sibi dicit, dimitti velle, & corde dicit, quæ sibi dimittantur, debita non habere? Hucusque de fide contra Pelagianos. *Mile. c. 8. L. Carthag. 117. G. Afric. 83. L.*

De Donatistis, qui baptismum hæreticorum nullo modo admittebant. Tit. XLII.

CAPVT I.

DE litteris Anastasij Rom. Pont. quibus Africanos Episcopos contra Donatistas excitauit. *Carth. ca. 66. G. Afr. 32. L.*

CAP. II.

Multa de diligentia, quam Episcopi Africani adhibuerunt in traducendis Donatistis à sua secta ad Ecclesiam catholicam; *Carth. c. 67. 68. 69 70. 93. 94. 95. 96. 109. G. Afric. c. 33. 34. 35. 36. 58. 59. 60. 61. 73. 74. 75. L.*

CAP. III.

Donatistæ, per quos vel omnimodo perfici, vel adiuuari manifestis fraternatum animarum lucris, catholica vnitas in locis, in quibus degunt, visa fuerit, &c. suscipiantur in suis honoribus. *Afr. 35. L. Carth. c. 69. G.*

CAP. IV.

De Maximianistis, qui cum essent ex Donatistis, ab eis schisma fecerunt, &c. Donatistæ baptismum hæreticorum nullo modo admittebant, præterea ordinatos ab hæreticis in suis honoribus nolebant recipere. *Carth. c. 70. G. Afr. 36. L.*

CAP. V.

Sane vt illæ plebes, quæ conuersæ sont à Donatistis, & habuerunt Episcopos, sine dubio inconsulto concilio habere mereantur; quæ autem plebes habuerunt Episcopum, & eo defuncto, voluerint non Episcopum proprium habere, sed ad alicuius Episcopi diœcesim pertinere, non eis esse denegandum; nec non & illud suggestum est, quod Episcopi qui ante legem Imperatorum de vnitate latam conuerterunt plebes ad catholicam, quas habebant ipsi, eas obtinere debeant, &c. *Afric. c. 66. L. Carth. c. 102. G.*

CAP. VI.

Item placuit, quoniam quidem ante aliquot annos in Ecclesia plenario concilio constitutum est; vt quæcumque ecclesiæ in diœcesi constitutæ, ante leges de Donatistis latas catholicæ factæ sunt, ad eas cathedras pertineant, per quarum Episcopos factum est, vt catholicæ vnitati communicarent: post leges autem quæcumque communicauerint, illuc pertineant, quo pertinebant, cum essent in parte Donati. Sed quia multæ controuersiæ postea inter Episcopos de diœcesibus ortæ sunt, & oriuntur; quibus tunc minus videtur esse prospectum: nunc isto concilio sancto placuit; vt vbicumque catholica fuit, & pars Donati; & ad diuersas cathedras pertinebant, quocumque tempore illic

vnitas facta est, vel facta fuerit, siue ante, siue post leges, ad eam cathed am pertineant, ad quam catholica, quæ iam ibi fuerat, pertinebat. *Afric.c.84.L.Carth.118.G.*

Cap. VII.

Si Episcopus ex Donatistis ad catholicam
c. 1. de pare. vnitatem conuersus est: æqualiter inter se
Gregor. diuidant eas, quæ sic inuentæ fuerint, (*ecclesia*)
ix. & in &c. Quod si forte antiqui catholici suum Epi-
1. collect. scopum voluerint, & illi suum, qui ex Donati parte conuersi sunt: plurimorum voluntas præferatur. Si partes æquales sunt maioris temporis Episcopo deputetur, &c. *Afric.85.L.Carth.119.G.*

Cap. VIII.

Placuit, vt si quisquam post leges aliquem
c. 1. de locum ad catholicam vnitatem conuerterit, si
præscr. eum per triennium nemine repetente reti-
Gregor. nuit; vlterius ab eo non repetatur, &c. Si fue-
ix. & in 1. coll. rit Episcopus ad catholicam ex Donati parte conuersus, non ei præiudicet præfinitum tempus, sed ex qua die conuersus est, habeat per triennium potestatem repetendi loca, quæ ad ipsius pertinebant cathedram. *Afr.86.L.Cart. c.121.G.*

Contra Nestorianos, & eos qui in Christo duas personas constituebant. Tit. XLIII.

CAPVT I.

SI quis non confitetur, Deum esse veraciter Emmanuel, & propterea Dei genitricem sanctam Virginem: peperit enim secundum carnem, factum Dei verbum, secundum quod
Ioan. 1. scriptum est: Verbum caro factum est: anathema sit. *Ephes.c.1.*

Cap. II.

Si quis non confitetur, carni secundum substantiam vnitum Dei Patris verbum, vnumque esse Christum cum propria carne, eundem scilicet Deum, simul & hominem: anathema sit. *Ephes.c.2.*

Cap. III.

Contra Nestorianos duodecim anathemata: *apud synodum Ephesinam, quæ repetuntur apud synod. Chalcedonensem act. 1. & apud synodum v. CP. act. 6. & apud Cyrill. epist. synodica ad Nestorium, cuius initium est, Saluatore, vel, Cum Saluator. Canones vij. concilij Ephesini GR. Plures Cælestini, & Cyrilli, & aliorum, epist. relata in ead. synodo Ephes. Afferuntur etiam in eadem Ephes. synodo contra Nestorium testimonia sanctorum Patrum, Petri Alexandrini martyr. in libro de diuinitate, Athanasii Alex. libro contra Arianos, & epist. ad Epictetum; Iulij Papæ Rom. epist. ad Prosdocium. Felicis Papæ Rom. epist. ad Maximum* †, *Theophili Alex. epist. 5. & 6. Paschalis Cypriani lib. de eleemosyna, Ambrosij lib. 1. ad Gratianum, c. 6. & lib. 2. c.*

† Maximianum

4. *Gregorij Nazianzeni ep. ad Celidonium, Basilij Cæsar. Gregorij Nysseni, Attici Episcopi CP. Amphilochij Episcopi Iconij. Quæ item referuntur in synod. Chalced. act. 1.*

Cap. IV.

Contra eundem Nestorium, *eadem syn. Chalced. act. 5. in definitione fidei, & act. 16. in allocutione habita apud Marcianum Imp. in qua afferuntur testimonia sanctorum Patrum, Damasi Papæ, Basilij, Ambrosij, Gregorij Nazianzeni, Athanasij, Amphilochij, Antiochi Episcopi Ptolemaidis, Flauiani Episcopi Antiocheni, Ioan. Chrysostomi, Attici CP. Procli, Cyrilli.*

Cap. V.

Contra Theodorum Mopsuestenum, & eosdem Nestorianos: *Syn. CP. v. varijs in locis, in quibus multa ex syn. Ephes. & ex Cyrillo, Proclo, Cælestino Papa, & ex alijs afferuntur, & in primis act. 8. in definitione, vbi Theodorus, & Nestoriani anathematizantur, & quatuordecim fidei decretis horum hæresis refellitur. Syn. vi. CP. act. 17. in defini. & act. 18. in serm. acclamatorio. Synodus Nicæna ij. act. 7. in definitione, & in epist. eiusdem syn. ad Constantinum, & Irenem, in med. & epist. eiusdem syn. ad clericos CP. in med. post action. 7. & syn. viij. sub Hadr. ij. act. 10. in definitione. Syn. gen. Later. sub Inno. iij. c. 1. Leo, & syn. Rom. in epist. 21. ad CP. & 22. ad clerum, & plebem CP. Felix iij. & syn. in epist. ad Petrum Fullonem, cuius initium est: Quoniam & ep. ad eundem, cuius initium est: Quis dabit; & epist. ad Zenonem Imp. cuius initium est; Conuenit. ante v. syn. CP. Lateran. sub Mart. varijs in locis, & in primis act. 5. c. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 16. 18. & syn. Rom. cxx. Episc. sub Agathone, apud syn. vi. CP. act. 4.*

Cap. VI.

Item contra dogmata Nestorij, *aliqui ipso Nestorio antiquiores, & Eutychian. epist. 1. Caius ep. sing. Damas. in ep. ad Paulin.*

Cap. VII.

Contra eandem hæresim, *Leo multis in locis, & in primis epist. 6. ad Eutychen. 9. ad Theodosium Aug. 10. ad Flauianum CP. Episc. xi. ad Iulianum Episcopum 13. ad Pulcheriam August. 17. ad eandem Pulcheriam 18. ad Iulianum Episcopum. 32. ad Theodosium Imperat. 37. ad Pulcheriam Aug. 41. ad Marcianum Imp. 43. ad Pulcheriam August. 44. ad Anatolium CP. Episcopum. 45. ad synod. Chalce. 46. ad Anatolium Episc. 47. ad Marcianum Imp. 50. ad omnes Episcopos Galliarum. 54. ad Iulianum Episcopum. 59. ad synodum Chalced. cuius initium est, Omnem quidem. 60. ad Maximum Antioch. Episc. 61. Ad Theodor. Cyri Episc. 64. ad Eudociam August. 67. ad Marcianum Imp. 69. ad Anatolium CP. 80. ad Iulianum Episc. 81. ad Palæstinos Episcopos, 92. ad Rusticum, & alios Episcopos Gal-*

lia. 95. ad Leonem Imp. Gelas. ep. 6. ad Episc. Dardania. Hormisda epist. 1. c. 1. & c. 3. & epist. 5. ad Episcopos Hispaniæ, & epist. 6. ad Epiphanium Episc. CP. & epist. 9. ad clericos secunda Syriæ. Agapetus epist. ad Anthimum Vigil. in epist. ad Rusticum, & Sebastianum, & in epist. ad Valentinian. Episc. & in epist. ad Aurelianum Episc. apud v. syn. CP. act. 7. Gregor. ep. ad Secundinum lib. 7. regist. epist. 53. & epist. ad Quirin. Episc. li. 9. regist. ep. 61. Agatho ad Constantinum iv. Imperat. apud vi. syn. CP. act. 4. Leo ij. in epist. ad eundem Constant. post. vi. syn. Hadr. in ep. aduersus Elipan. apud syn. Francofor. in princ.

Cap. VIII.

Contra eosdem Nestorianos, *Carth. iv. c. 1. Tolet. 1. in assert. fidei, siue conc. Aquis Celenis habitum. Mediolan in epist. ad Leon. cuius initium est, Reuersis: post epist. Leonis 50. Item CP. sub Menna ante v. syn. variis in locis. Libellus à Paulo Episcopo Apamear. & ab aliis ad Iustinian. Imper. apud syn. CP. sub Menna act. 1. Aurel. v. c. 1. Tolet. iij. post prin. Hisp. ij. c. 12. & 13. Tolet. iv. c. 1. Tolet. vi. c. 1. Tolet. xi. ante canones. Anglic. ij. in prin. Mediolan. sub Mansueto Episcopo in epist. ad Constant. iv. Imper. ante vi. syn. Trull. c. 1. Tolet. xiv. c. 8. & 10. Francofordien. in libello Sacrosyllabo, & in epist. eiusdem syn. ad episcopos Hispan. Arel. sub Carolo c. 1. Vormac. in princ. Flauianus Episcopus CP. ad Leonem post epist. 8. Libellus fidei Ioan. CP. ad Hormisdam. Ep. clericorum Hierosoly. ad Iustinum Imper. post Hormisd. ep. Faustus Episc. Apollonid. ad Petrum Fullonem ante synod. 5. CP. Pamphilus Episcopus Abyder. ad eundem Petrum. Asclepiades Episc. Tralliarum, Iustinianus Episc. Siciliæ, Cincianus, siue Quintianus Episcopus Aculianarum, vel Camulian. ante v. syn. Sophron. Hierosol. apud vi. syn. act. 11. qui refert quintam syn. damnasse Theodorum Mopsuestenum magistrum Nestorij Deo rebellis, Taras. Episc. CP. ep. ad Episc. Orientis apud vij. syn. act. 3. Theodorus Hierosolym. ead. syn. & actione. Paulinus apud syn. Forciul. in prin. Iustinianus Imper. in ep. ad Ioan. ij. Papam, vbi suam fidem explicat, & refert Cyrillum, Gregorium Nazianzenum, Basilium, Gregorium Nyssenum; & in ep. ad Mennam CP. ante syn. v. CP. act. 1. Constant. iv. Imp. in edicto post vi. syn. Carolus Imper. in ep. ad Elipandum Archiepisc. Tolet. apud syn. Francofor. in fin.*

Cap. IX.

De synodo Ephesina, in qua Nestorius: & de Constantinopolitana v. in idem qua Nestorius, & Theodorus Mopsuestien. damnati fuerunt: *Psell: ante vij. syn. & Epiphan. apud vij. syn. gen. act. 6. tom. 2.*

Cap. X.

Leo inuenit duas hæreses, Eutychianam, & Nestorianam, &c. Episcopi catholici in concilio damnauerunt Eutychen, & Nestorium, & Dioscorum *Ex Pont.*

Cap. XI.

Hilarius damnauit Eutychen, & Nestorium, & omoes eorum sequaces, & omnes hæreses. *Ex Pontif.*

Cap. XII.

Gelasius fecit quinque libros aduersus Nestorium, & Eutychen, &c. *Ex Pontif.*

Cap. XIII.

Nestorius CP. Episcopus contra Arianos, Nouatianos, Quartadecimanos multa fecit. Idem Anastasij hæresim secutus, non Photini & Pauli Samosateni. *Trip. lib. 12. c. 4.* Multa de Nestorio, vt damoatus f[illegible] concilio Ephesino, & in exilium in Oasim missus, in quo obiit. *Euagr. l. 1. c. 2. histor. & Liberat. in breuiar.*

Contra Eutychen, Dioscorum, Acephalos, & alios hæreticos, qui in Christo duas naturas negabant. Tit. XLIV.

CAPVT I.

Sequentes sanctos Patres, vnum eundemque confiteri Filium, & Dominum nostrum Iesum Christum consona voce omnes docemus; eundem perfectum in Deitate, eundem perfectum in humanitate, Deum vere, & hominem vere eundem ex anima rationali, & corpore, coëssentialem Patri secũdum Deitatem, coëssentialem nobis eũdem secundum humanitatem, per omnia nobis similem absque peccato: ante sæcula quidem de Patre genitum secundum Deitatem, in nouissimis autem diebus eundem propter salutem nostram ex Maria Virgine theotoco secundum humanitatem, vnum, eundem Christum, Filiũ, Dominum, vnigenitum, in duabus naturis inconfuse, immutabiliter, indiuise, inseparabiliter agnoscendum; nusquam sublata essentiarum naturarum propter vnionem, magisque salua proprietate vtriusque naturæ, & in vnam personam, atque existentiam concurrente, non in duas personas partitum, atque diuisum, neque disiunctum, sed vnum, & eundem Filium, vnigenitum, Deum verbum, Iesum Christum, sicut ante Prophetæ de eo, & ipse nos Iesus Christus erudiuit, & Patrum nobis symbolum tradidit. *Chalced. act. 5. in defin.*

Cap. II.

Contra Eutychianos, *epist. synod. Chalcedon. ad Valentinianum, & Marcianum Imperat. & ad Leon. Papam act. 3. Allocutio synod. Chalcedon. habita apud Marcianum Augustum act. 16. vbi testimonia sanctorum Patrum afferuntur Damasi Papæ ad Paulinum, Athanasii ad Epi-*

tectum, Basilij contra Eunomium, Ambrosij ad Grattanum, Gregorij Nazianzeni ad Celidonium, & ex secundo sermone de Filio: Athanasij aduersus hæreses, Amphilochij in expositione Euangelij secundum Ioan. Antiochi Episcopi Ptolemaidis, Flauiani Episcopi Antiocheni, Ioannis Chrysostomi in explanatione Euangelij secundum Ioannem, & secundum Matthæum; Attici Episcopi Constantinopolitani ad Eupsychium, Procli, & Cyrilli, qui omnes duas naturas in Christo confitentur.

CAP. III.

Contra eosdem, Syn. v. gen. C P. variis in locis, & in primis act. 8. in prin. definitionis, c. 7. 8. 9. 11. Syn. vi. in def. fidei, act. 17. & in sermone acclamatorio ad Constantin. iv. Imperat. act. 18. Synod. Nicæn. ij. in def. & in episto. synod. ad Constantinum, & Irenem Imperatores in med. & ad clericos C P. in med. post act. 7. Synod. viij. C P. sub Hadr. ij. in defin. act. 10. Syn. gener. Later. sub Innoc. iij. c. 1.

CAP. IV.

Contra eosdem Eutychianos, Leo, & syno. Rom. epist. 21. ad Constantinopolitanos, & epist. 22. ad clerum, & plebem C P. 23. ad Theodosium Augustum, 24. ad Pulcheriam Augustam. 26. ad Faustum & alios. Felix iij. in epist. ad Zenon. Imper. cuius initium est, Connexus. ante v. synod. C P. Lateran. sub Martino variis in locis, & in primis in def. secret. 5. & cap. 1. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 18. Roman. sub Agathone cxx. Episcoporum. apud synod. C P. act. 4.

CAP. V.

Contra eiusdem Eutychetis hæresim, aliqui ipso Eutychete antiquiores, Eutychianus Rom. Pont. in episto. 1. Caius epist. sing. Concil. Carthaginens. iv. c. 1.

CAP. VI.

Contra Eutychianos, Leonis multa epistola, & in primis epist. 10. ad Flauianum, cuius initium est, Lectis iis in qua Eutychianos, & Nestorianos accurate refellit. Fuit autem hæc epistola lecta in synod. Chalced. act. 2. & approbata in eadem synodo act. 5. in def. Fuit item lecta in synod. C P. v. act. 6. Facitque illius mentionem Gelas. in synod. lxx. Episcopor. vbi de illa loquens ait: Cuius textum quispiam si vsque ad vnum iota disputauerit, & non in omnibus venerabiliter receperit; anathema sit.

CAP. VII.

Contra eosdem Eutychianos, Idem Leo in episto. 9. ad Theodosium August. ÿ. ad Iulianum Coensem Episcopum, epist. 12. ad Theodosium August. 13. ad Pulcheriam August. 18. ad Iulianum Episcop. 19. ad Flauianum Episcop. 27. ad Anastasium Episcop. Thessalonicen. 29. ad Pulcheriam Augustam, 31. ad Theodos. August. 34. ad Martinum presbyterum, 37. ad Pulcheriam Augustam, 41. ad Marcianum Augustum, 43. ad Pulcheriam Augustam, 44. ad Anatolium Episcop. 45. ad synod. Chalcedon. 46. ad Anatolium Episcop. C P. 47. ad Marcianum Augustum, 50. ad Rauennium, & alios, 54. ad Iulianum Episcop. Coensem, 59. ad synod. Chalced. 60. ad Maximum Antioch. Episcop. 61. ad Theodoret. Episcop. 64. ad Eudociam Augustam, 67. ad Marcianum Augustum, 68. ad eundem Marcianum, 69 ad Anatolium Episc. 70. ad Iuuenalem Episcop. Hierosol. 75. ad Leonem August. 75. ad Anatol. C P. 76. ad Leonem Augustum, 80. ad Iulianum Episcop. 81. ad Episcopos Palæst. 92. ad Rusticum, & alios Galliæ Episcopos, 95. ad Leonem Augustum.

CAP. VIII.

Aduersus eosdem, Sancti Hilarij Pictauiensis Episcopi, & confessoris de fide vno, & de Trinitate lib. secundo & 9. Sancti Athanasij Alexandrinæ Ecclesiæ Episcopi, & confessoris ad Epictetum Corinthiorum Episcopum. Sancti Ambrosij Episcopi, & confessoris Mediolanensis ecclesiæ, quod misit ad Imp. Gratianum, libro secundo de fide, & in libro de incarnatione Domini contra Apollinaristas, lib. 10. cap. 6. & ad Sabinum Episcopum lib. 7. episto. 47. Sancti Augustini Episcopi Hipponensis ecclesiæ ad Dardanum, & in epistola ad Volusianum, & in expositione Euangelij secundum Ioannem (tract. 78. post med.) Sancti Ioannis C P. Episcopi, & confessoris in homilia de Cruce, & Latrone, & in homilia de ascensione Domini. Sancti Theophili Episcopi Alexandrini de epistola Paschali, quam per Aegyptum destinauit; & in alia epist. Paschali contra Origenem. Sancti Gregorij Episcopi Nazianzeni in homilia de Epiphania Sancti Basilij Episcopi Cappadocis. Sancti Cyrilli Episcopi Alexandrini tum alibi, tum in libro, qui dicitur Golta; & in epist. ad Nestorium. Hæc refert Leon. August. Vide Hispalen. ij. ca. 12. & 13.

CAP. IX.

Contra eosdem, Gelas. in tomo de anathematis vinculo, & in epist. 4. ad Faustum, & in epist. ad Anastasium Augustum, & in epist. 6. ad Episcopos Dardaniæ, & ep. 7. ad Episcopos Orientis, & in epist. 8. ad Euphemianum; in quibus omnibus epistolis multa sunt contra Eutychianos, & contra Acacium Episcopum C P. qui cum illis communicauit. Symmach. ep. 4. ad clerum Dardaniæ, Hormisd. epist. 1. ad Iustinum Imperat. ca. 1. & 3. & epist. 6. ad Epiphanium Episcop. C P. in med. & epist. vlt. ad clericos secundæ Syriæ. Agapitus epist. ad Anthimum Episcopum C P. Vigilius in epist. ad Rusticum, & Sebastianum; & in epist. ad Valentinianum Episcopum, & in epist. ad Aurelianum Episcopum Arelat. apud v. syn. act. in quibus syn. Chalced. quæ Eutychem damnauit, amplectitur. Gregor. ep. ad Secundinum inclusum post prin. lib. 7. regi. epist. 53. in qua synodum Chalcedonensem veneratur, quæ Eutychianos damnauit. Agatho episto. ad Constantinum iv. Imperat. apud synod. vi. C P. act. 4. Leo ij. in epist. ad Constantinum iv. Imperat. post vi. syn. C P.

CAP. X.

Ingressus est ad nos quidam ex hæresi

Acephalorum, natione Syrus, vt asserit ipse, Episcopus, duarum in Christo naturarum proprietatem abnegans, & deitatem passibilem asserens, &c. *Hispal. y. c. 12. Contra eum multa afferuntur ex sacra scriptura. Item hi sancti Patres: Hilarius in explanatione epistol. ad Timoth. Ambrosius in exposit: Euang. secun. Lucam. (li. 10. c. 99 & c. 104. Luca. 22. 23. & c. 94.) Athanasius in tract. de Christi natiuitate: & in exposit. fidei. Gregorius Nazianzenus in epist. ad Celidonium: & in sermon. de Filio: & lib. 4. contra Eunomium. Basilius lib. 4. contra eund. Eunom. Cyrillus epistol. 1. & 2. ad Successum: & in exposit. Leuitici. Augustinus tum alibi, tum aduersus Maximinum & in exposit. Ioan. euang. Leo in epist. ad Flauian. CP. Episcopum. Fulgentius in libro de incarn. D. N. Iesu Christi. Isidor. in d. conc. Hispal. c. 13.*

Cap. XI.

Contra eosdem Eutychianos. *Synod. Tolet. s. in assert. fides, vel concil. Aquis Celenis habit. CP. sub Flauiano apud syn. Chalced. act. 1. Gallica sub Rauennio post epist. 49. Leonis. Mediolan. sub Eusebio post epist. 50. Leonis. CP. sub Menna variis in locis.*

Cap. XII.

Cõtra Timotheum Ælurum Eutychianum. *Syn. Ægyptiorum in ep. ad Leon. August. & in ep. ad Anatolium Episc. post syn. Chalc. Praterea viginti & octo episto. quarundam synodorum prouincialium pro synod. Chalcedonensi, & contra Timotheum Aelurum Eutychianum, qua post syno. Chalce. edita sunt.*

Cap. XIII.

Contra Eutychianos, *Libellus à Paulo Episcopo Apamear. & ab aliis ad Iustinianum Imperator. ad synod. CP. sub Menna act. 1. Rescriptum Ioan. Hierosolym. & synodi Hierosolymis congregata ad Ioannem Episc. CP. in d. syno. CP. act. 1. Aurelian. v. c. s. Tolet. iij. ante canones. Tolet. iv. ca. 1. Tolet. vj. ca. 1. Tolet. xi. ante canones: Anglic. ij. post prin. Mediol. sub Mansueto Episc. in epist. ad Constantinum iv. Imper. ante 6. syno. Trull. c. 1. Tolet. xiv. ca. 8. 9. 10. Francoford. in libello Sacrosyllabo, & in epist. eiusdem synod. ad Episcopos Hispania. Arelat. sub Carolo cap. s. Vormac. in princ. Flauianus Episcopus CP. ad Leonem post epistol. 8. eiusdem Leonis.*

Cap. XIV.

De damnatione Dioscori hæretici Eutychiani. *Paschasinus, & alij legati Leonis Pont. Max. post syn. Chalcedonen.*

Cap. XV.

Contra Timotheum Ælurum Eutychetis discipulum, & pro syn. Chalced. quæ Eutychetem damnauit: *multorum Episc. ep. edita sunt post syn. Chalced. Anatolij Episcopi CP. ad Leonem Imper. Luciani Episcopi Byza, Valentini Episcopi Philippopolis, Sebastiani Episcopi, Theotimi Episcopi Scitia †, Agapiti Episc. Rhodi, Iuliani Episc. Coensis.*

† Scythiæ

Cap. XVI.

Aduersus Eutychianos, *Libellus fidei Ioan. CP. ad Hormisdam. Epistola clericorum Hierosolymis. Antiochen. & secunda Syria ad Iustinum Imp. inter Hormisda epistol. Faustus Episcopus Apollonida ad Petrum Fullonem ante v. synod. CP. Pamphilus Episcopus Abidar. ad eundem, ibid. Iustinianus Episcopus Sicilia ad eundem ibid. Cincianus, siue Quintianus Episc. Aculianar. vel Camulianor. ad eundem ibid. Sophronius Hierosolymitan. apud vj. synod. CP. act. 11. Tarasius Episcopus CP. epistol. ad Episcopos Orientis apud synod. Nica. ij. act. 3. Theodorus Episcopus Hierosolym. apud ean. synod. ead. act. Epiphanius tomo secundo & tertio apud eand. synod. in refutat. act. 6. Paulinus apud synod. Foroiul. in princ. Varadatus monachus in epist. ad Leonem Augustum pro synod. Chalced. & contra Timotheum Aelurum Eutychianum post syn. Chalcedon.*

Cap. XVII.

Aduersus Eutychianos, *Marcianus Imperator. in edicto ad ciues Constantinopolitanos. Valentinianus, & Marcianus in duabus epistolis ad Palladium Prefectum prator. apud synod. Chalced. act. 3. Idem Marcianus August. in alia epistol. ad Palladium Prafectum prat. post synod. Chalced. & in epist. ad Alexandrinos & in epist. ad Archimandritas post synod. Chalced. Iustinus in epist. secunda ad Hormisd. Rom. Pont. Iustinianus Imper. in epist. ad Ioan. ij. Papam, vbi suam fidem explicat, & refert Cyrillum, Gregorium Nazianzenum, Basilium, Gregorium Nyssenum & in epist. ad synod. CP. sub Mennach. apud eandem synod. act. 1. Constantinopolit. iv. Imp. in edicto post vj. synod. Carolus Imper. in epist. ad Elipandum Archiepisco. Toletan. apud synod. Francoford. Pulcheria Augusta in epist. ad Archimandritas post syn. Chalced.*

Cap. XVIII.

Leo inuenit duas hæreses, Eutychianam, & Nestorianam, &c. Congregati sunt (*Episcopi*) vna cum tomo, hoc est, fide Apostolicæ Ecclesiæ Romanæ, &c. qui exposuerunt fidem catholicam, duas asserentes naturas in vno Christo Deo, & homine, &c. & damnauerunt Eutychen, & Nestorium, & Dioscorum, &c. Beatus vero Leo direxit fidei catholicæ tomum, & exposuit damnans omnes hæreses. *Ex Pont.*

Cap. XIX.

Hilarius fecit decretalem, &c. confirmans tres synodos, Nicænam, Ephesinam, & Chalcedonensem, & tomum sancti Archiepiscopi Leonis, & damnauit Eutychen, & Nestorium, & omnes eorum sequaces, & omnes hæreses. *Ex Pont.*

Cap. XX.

Gelasius fecit synodum, & misit per tractum Orientis, & iterum damnauit in perpetuum Acacium, & Petrum, &c. Hic fecit quinque libros aduersus Nestorium, & Eutychen, qui hodie in bibliotheca, & archiuio Ecclesiæ continentur, &c. Item duos libros aduersus Arium. *Ex Pont.*

Cap.

CAP. XXI.

Quarta synodus Chalcedone fuit, &c. contra Eutychen infelicem, & contra Dioscorum, qui corpus dominicum phantasticum esse impie dicebant, &c. *Psellus ante vij. syn.*

Ne quisquam addat Trisagio: Qui crucifixus es, &c. contra Petrum Fullonem Antiochenum.

Tit. XLV.

CAPVT I.

VT in Trisagio post verba illa; Sanctus Deus, sanctus fortis, &c. non dicatur: Qui crucifixus es, intelligendo de Trinitate. *Felix iij. contra Petrum Fullonem Episcopum Antiochenum in syn. epist. ad eundem, & ad Zenonem Imp. ante v. syn. CP. Antheon Episcopus Arsionoes contra eundem Petrum, ibid. Faustus Episcopus Apollonida contra eundem, ibid. Pamphilus Episcopus Abydarum contra eundem, ibid. Asclepiades Episcopus Trallsarum ad eundem, ibid. Iustinianus Episcopus Sicilia ad eundem, Cincsarius, siue Quintianus Episcopus Accelsanorum, vel Camulsanorum ibid. Acacius CP. Episcopus, ibid.*

CAP. II.

Qui aiunt, quia Redemptor noster, & Dominus Iesus Christus Deus, & Dei filius passionem crucis secundum Deitatem sustinuit: quod impium est, & catholicis mentibus execrabile: anathema sint. *Nicol. in syn. Rom. c. 2. in regist.*

CAP. III.

Clausulam, quam in illa laude subiungitis: Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis: istam videlicet: Qui crucifixus es pro nobis, quoniam nulla Orientalium, præter vestram, sed nec sancta Romana habet Ecclesia, vos totius scandali occasionem, prauique intellectus suspicionem vitantes superaddere de cætero omittatis. *Gregor. vij. l. 8. reg. ep. 1.*

CAP. IV.

Ab antiquis Patribus hæreticus dicebatur, qui adderet hymno vbi ter sanctus dicitur. Qui crucifixus es pro nobis, miserere nobis: nos anathematizamus, & clericum deponi, & laicum excommunicari iubemus. *Trull. c. 82.*

CAP. V.

Sexta synodus anathematizauit Sergium, &c. Quibus adiicio Seuerum Acephalorum Principem, & Petrum Fullonem, qui ter sancto hymno adiecit Passionem Deitatis. *Theodor. Patriarch. Hierosolym. apud vij. synod. act. 3. in med.*

Contra Monotheliras, qui tantum vnam voluntatem, & vnam operationem Christo tribuebant.

Tit. XLVI.

CAPVT I.

COntra Monothelitas, qui vnam tantum in Christo voluntatem esse dicebant. *Syn. vi. gen. multis in locis, & inprimis act. 8. in prin. & act. 9. & 10. vbi Leonis, Athanasii, Grego. Nazianzeni, Cyrilli, Ambrosii, Ioannis Chrysostomi, Gregorij Nysseni. Epiphany, Augustini, Iustini martyris, Euphemij, Ioannis Episcopi Scythopoleos, & aliorum testimonia afferuntur, & in reliquis actionibus, & prater cateras act. 17. in definitione fidei, in qua, quemadmodum duas naturas in Christo, ita duas naturales voluntates & duas operationes confitentur Patres contra Theodorum Pharanitanum Episc. contra Sergium, Pyrrhum, Paulum, Petrum Constant. Episc. Cyrum Alexandrinum, Honorium Roma, Macarium Antiochen. & alios hareticos.*

CAP. II.

Contra Sergium, Honorium, Cyrum, Pyrrhum, Macarium: vij. syno. Nica. y. act. 7. in defin.

CAP. III.

Audemus anathematizare Arij insaniam, &c. Sergij, Honorij, Cyri, & Pyrrhi, eorumque assectarum vnam voluntatem, immo malam, & improbam voluntatem. *Syn. vij. in fine, in ep. ad Constant. & Irenem, ante med.*

CAP. IV.

Sanctam, & vniuersalem sextam synodum suscipimus, (qua) in vnius Christi duabus naturis, consequenter etiam duas operationes, ac totidem voluntates sapienter asseuerauit. Anathematizamus autem Theodorum qui fuit Episcopus Pharan, & Sergium, & Pyrrhum, & Paulum, ac Petrum impios Præsules Constantinopolitanorum ecclesiæ, atque Honorium Romę, vna cum Cyro Alexandrię, nec non & Macarium Antiochiæ, ac discipulum eius Stephanum. *Syn. viij. CP. act. 10. sub Hadr. ij. in defin. in med.*

CAP. V.

Contra eosdem Monothelitas; *Lateranens. sub Martino act. 5. & reliquis, in quibus item duas in Christo voluntates, & operationes esse definiunt Patres; afferunturque testimonia sanctorum Cyrilli, Gregorij Nazianzeni, Dionysii Areopagita, Basilij in act. 3. & eorund. & Ambrosij, Augustini, Gregorij Nysseni, Amphilochii, Hippolyti martyris, Leontis, Athanasij, Ioannis Chrysost. Theophili Alexandrini, Seueriani, Hilarij, Cyrilli Hierosol. Iustini Philosophi & martyris, Euphemij Antioch. Ioan. Scythopol. & alior. act. 5. in qua affertur definitio. & c. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 18. & subscriptiones Patrum, & epist. Martini post eandem synodum.*

CAP. VI.

Pro duabus voluntatibus, & operationibus Christi, *referuntur Ambrosius, Athanasius, Augustinus, Leo, Gregorius Nazianzenus. Chalcedon. syn. CP. v. synodus, Ioan. Chrysost. CP. Cyrillus Alexandrinus, Gregorius Nyssenus, Hilarius, Dionysius Areopagita, & alij. Contra hæreticos Apollinaris, Seuerus, Theodosius Alexandrin. Cyrus Alexandrin. Theodorus Pharanitanus, Sergius CP. Pyrrhus CP. Paulus CP. Petrus CP. referuntur ab Agatho. in syn. in ep. ad Imper. apud vi. syno. act. 4.*

CAP. VII.

Licet Honorio ab Orientalibus post mortem anathema sit dictum, sciendum tamen est, quia fuerat super hæresi accusatus; propter quam solum licitum est minoribus maiorum suorum moribus resistere, vel prauos suos sensus libere respuere. *Hadr. y. in synodo Romana allocutione 3. lecta in synod. viij. CP. act. 7.*

CAP. VIII.

Anathematizamus noui erroris inuentores, id est, Theodorum Pharanitanum Episcopum, Cyrum Alexandrinum, Sergium, Pyrrhum, Paulum, Petrum Constantinopolitanæ Ecclesiæ successores magis, quam Præsules; nec non & Honorium, qui hanc Apostolicam Ecclesiam &c. & immaculatam fidem subuertere conatus est, &c. & qui similia eorum sapuerunt, vel sapiunt; qui vnam videlicet voluntatem, & vnam operationem dicere præsumpserunt, vel præsumunt in duabus naturis Domini nostri Iesu Christi, &c. *Leo ij. in epist. ad Constantin. iv. Aug. post vi. syn.*

CAP. IX.

Duas naturas in vna subsistentia diuinitatis, & humanitatis inconfuse, incommutabiliter, Dominum nostrum Iesum Christum habere veraciter confiremur. Ita quoque, & duas naturales voluntates, & duas naturales operationes habere, vtpote perfectum Deum, & perfectum hominem, vnum, eundemque ipsum Dominum nostrum Iesum Christum. *Mansuet. Episc. & syn. Mediol. ep. ad Constant. iv. in fine.*

CAP. X.

Ex vna (*natura Christus*) immortalis habetur, ex altera mortalium conditione resoluitur; habens in æterna diuinitatis voluntate, quo susceptum hominem sumeret; habens in suscepti hominis voluntate, vt humana voluntas Deo subdita esset; vnde & ipse dicit ad Patrem: Pater non mea voluntas sed tua fiat.
Luc. 22. 6. Alteram videlicet ostendens voluntatem diuinitatis, qua susceptus est homo; alteram hominis, qua obediendum est Deo. *Tolet. xiv. c. 8. in fine.* Et ideo secundum harum duarum differentiam naturarum, duarum quoque inseparabilium proprietates prædicandæ sunt voluntatum, & operum. *Ibidem. c. 9.*

CAP. XI.

Contra Theodorum Pharan, Cyrum Alexandriæ, Honorium Romæ, Sergium, Pyrrhum, Petrum, Paulum CP. Macarium Antiochiæ, Stephanum, & Polychronium: *Trul. c. 1.*

CAP. XII.

Duas (*Christo*) voluntates inesse, vnam diuinitatis suæ, aliam humanitatis nostræ, credimus, &c. Alia est voluntas Deitatis suæ, alia etiam humanitatis nostræ. *Tolet. xvi. in confessione fidei.*

CAP. XIII.

Contra Monotheliras, *Constantin. iv. Imper. in edict. post vi. syn. CP. & in iussione eiusdem post edict.*

CAP. XIV.

Temporibus Constantini Pij Imp. in hac deuota ciuitate clxx. Episcoporum concilium coactum est, in quo Theodorus, quem Pharan vocant, & Cyrus Alexandriæ Præsul, & Honorius Romanus Episcopus, Sergius item, & Paulus, Pyrrhus, & Petrus, qui hic † præsidebant, item Macarius Antiochenus cum Stephano illius discipulo, anathemate percussus est, & extra catholicam Ecclesiam eiecit, quod vnam voluntatem, & operationem in duabus vnius Dei nostri Christi naturis statuerent. *Pseudosynodus tomo 2. apud vij. syno. act. 6. post prin. quod non improbat Epiphanius.* † illic

CAP. XV.

Theodorus Papa Pyrrhum olim CP. Patriarcham venientem ex Africa recepit detestantem ea, quę à se, & à decessoribus suis scripta, vel acta sunt aduersus immaculatam nostram fidem, &c. Sed reuersum ad proprium vomitum in concilio damnauit, &c. Item Paulum Regiæ ciuitatis Patriarcham. *Ex Pont.*

CAP. VI.

De synodo sexta contra Cyrum, Sergium, Pyrrhum, Paulum, Petrum, Macarium Antiochenum, Stephanum, Anastasium, Leontium, Polychronium, Epiphanium, & Anastasium; *Ex Pontif. in Agathonis, & in Leonis ii. additur Honorius.*

CAP. XVII.

Sexta synodus CP. constituit, & dissipauit dogmata impiorum, quorum antesignani Theodorus Episcopus Pharan, Honorius Romæ, Cyrus Alexandriæ, Sergiusque, & Pyrrhus, item Paulus Samosatensis, præter hos, & Petrus, & miser Macarius, cumque illo Stephanus. Hi incarnati Verbi negabant duas naturas, vnam quandam dicentes esse compositam, & actionem vnam. Cum his Polychronium abstulerunt perfecte. Et duas dogmatizauerunt incarnati Verbi naturas; & duas voluntates plane pie asserunt. *Psellus ante vii. synod.*

De Iconomachis, & de veneratione imaginum. Tit. XLVII.

CAPVT I.

Contra Iconomachos, & de veneratione imaginum: *multa apud vij. syn. varijs in locis, vbi afferuntur multa testimonia sanctorum pro imaginibus, & in primis act. 6. vbi refutatur quædam pseudosynodus CP. contra imagines. Vid. act. 9. in defin. & epist. syn. ad Constantinum, & Irenem Imperatores; & epist. eiusdem synodi ad clericos Constantinopolitanos, & epistol. Hadriani ad Constantinum, & Irenem apud eandem synod. act. 2. Vid. item. eundem Hadr. in li. de imaginibus ad Carolum Imper.*

Cap. II.

Septima pseudosynodus contra imagines, cui præfuit Theodosius Episcopus Ephesinus, Sisinnius Pastillas Pergæ Episcopus, Basilius Pisidiæ, qui & Tricacabus, & Constantinus Patriarcha, execranda, &c. Qui doctrinas sanctorum Patrum, & traditionem catholicæ Ecclesiæ contemnunt, quique causantur & voces Arij, Nestorii, Eutychis, & Dioscori iactant dicentes; quod nisi satis ex veteri, & nouo Testamento instructi essemus, sanctorum Patrum sacrarum sex synodorum doctrinas, & catholicæ Ecclesiæ traditiones sequeremur. *Execratio Basil. Ancyræ Episcopi resipiscentis quæ verba ab omnibus resipiscentibus in ea syn. dicta sunt. Syn. vij. act. 1. in prin.*

Cap. III.

De hæresi Christianos accusantium, qui imagines ab Ecclesiis, abstulerunt: *Nice. ii. cap. 7.*

Cap. IV.

Libri contra imagines ponantur in Episcopio CP. vt cum libris aliorum hæreticorum conseruentur. *Nicæn. ij. c. 9.*

Cap. V.

Vicarij senioris Romæ dixerunt, &c. Theodorum (*Iconomachum*) qui nominatur Crithinus, anathematizat sancta hæc, & vniuersalis synodus, & omnes consentaneos eius, tam qui nunc adhuc supersunt, quam qui in eodem sensu, & opinione vita excesserunt. Et ascendens Stephanus Deo amicissimus diaconus, & notarius anathematizauit ita: Omnibus hæreticis anathema. Concilio, quod adhuc fremit contra venerabiles imagines, anathema. His, qui sumunt diuinæ scripturæ dicta, quæ sunt aduersus idola, contra venerandas imagines, anathema. His, qui vocant sacras iconas idola, anathema. His, qui dicunt, quia vt ad Deos Christiani ad imagines accesserunt, anathema. His qui inhonorant venerabiles iconas, anathema, &c. His qui audent dicere, catholicam Ecclesiã idola aliquando suscepisse, anathema, &c. *Sin. vij. CP. act. 8. in fine sub Hadr. ij. Vid. etiam act. 10. in defin.*

Cap. VI.

Ioannem quondam CP. Antistitem, & sequaces ipsius, qui imagines (*Christi, & sanctorum*) frangendas, atque calcandas esse ore polluto asseuerant, &c. sancimus eos à Christo, & ab Ecclesia catholica, atque Apostolica esse anathema. *Nicol. in synod. Roman. cap. 6. regist. refertur apud Synod. viij. CP. act. 7. & 8. sub Hadrian. ij.*

Cap. VII.

Inuenimus & Manichæos respuisse imagines, & Marcionistas, & qui confundunt naturas Christi, quorum princeps Petrus Fullo; præterea Xenæum Hierapolitanum, & Seuerum, aliosque hæreticos. *Tara. apud vij. syn. act. 1. post med.*

Cap. VIII.

Dereliquerunt me fontem aquæ viuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas, quæ non possunt continere aquas. Cisterna dissipata hæreticorum quæuis oratio est, ex qua Christianorum calumniatores, quique eam hæresim induxere, hauserunt, potaueruntque ex ea simplices peruersionem, & errorem intolerabilem, quibus per Propheticam vocem Væ, væ, immitretur. Imitati enim Hebræos, Saracenos, Gentiles, Samaritas, item Manichæos, Phantasiastas, & hæreticos, qui Deum passum fuisse asserunt, sanctarum imaginum vsum prohibere voluerunt, quem tamen à primordiis in Ecclesia catholica fuisse, ex sanctorum Patrum lectione clarum est. *Taras. in vij. syn. act. 5. in prin.* *Hier. 2. c.*

Cap. IX.

De Xanæo Calandrione, & Petro, & Cyro, & Philoxeno: *Theodorus Lector, & Ioannes Diacrinomius in hist. ecclesiast. vij. synod. act. 5.*

Cap. X.

Gregorius tertius in synodo Romana decreuit; vt si quis deinceps antiquæ consuetudinis, & Apostolicæ Ecclesiæ fidelem vsum contemnens, aduersus venerationem sacrarum imaginum, &c. depositor, atque destructor, & profanator, vel blasphemus extiterit; sit extorris à corpore, & sanguine D. N. Iesu Christi, vel totius Ecclesiæ vnitate, atque compage. *Ex Pontif.*

Contra Berengarium, & reliquos sacramentarios, qui corpus Christi vere esse in sacramento Eucharistiæ negant. Tit. XLVIII.

CAPVT I.

In diuina mensa rursus itidem non propositum panem, & calicem humi respiciamus †, sed mentem eleuantes fide, consideramus, iacere ‡ in sacra illa mensa agnum illum Dei, qui tollit peccata mũdi (sine veteri sacri-

† humiliter intenti simus.
‡ situm.

† eructemo † iacituen te. † saciectati.

ficio † à sacerdoribus immolatum, & pretiosum eius corpus, & sanguinem vere accipientes, credamus hæc esse nostræ resurrectionis signa, siue symbola. Ob hoc enim non mulrum accipimus, sed parum; vt noscamus non ad repletionem, † sed ad sanctificationem (*sumi*) *Ex actis conc. Nica. diatyp. 6.*

Cap. II.

De summa Trinit. c. 1. Gregor. ix. & in 4. coll.

Vna est fidelium vniuersalis Ecclesia, extra quam nullus omnino saluarur, in qua idem ipse sacerdos, & sacrificium Iesus Christus, cuius corpus, & sanguis in sacramenro alraris sub speciebus panis, & vini veraciter continentur, transsubstantiatis pane in corpus, & vino in sanguinem potestate diuina: vt ad perficiendum mysterium vnitatis accipiamus ipsi de suo, quod accepit ipse de nostro. Et hoc vtique sacramentum nemo potest conficere, nisi sacerdos fuerit rite ordinatus secundum claues Ecclesiæ, quas ipse concessit Apostolis, & eorum successoribus Iesus Christus. *Inn. iij. in conc. gen. Lat. c. 1.*

Cap. III.

De consecr. d. 2. c. 38. † tenentur.

In quibus isti ignorantiæ tenebris, in quo hactenus desidiæ torpore iacuere, vt neq; auditu discerent, vel lectione cognoscerent, quod in Ecclesia Dei omnium ore tam consonum est; vt nec ab infantium linguis, veritas corporis, & sanguinis Christi inter communis sacramenta fidei taceatur †. Quia in illa mystica distributione spiritalis alimoniæ hoc impertitur, hoc sumitur; vt accipientes virtutem cælestis cibi in carnem ipsius, qui caro nostra factus est, transeamus. *Leo in syn. Rom. ep. 22. ad clerum, & plebem CP. Ans. l. 9. c. 7. Cæsar. l. 13. c. 6.*

Cap. IV.

Ego Berengarius corde credo, & ore confiteor, panem, & vinum, quæ ponuntur in altari, per mysterium sacræ orationis, & verba nostri Redemptoris substantialiter conuerti in veram, ac propriam, ac viuificatricem carnem, & sanguinem Iesu Christi Domini nostri, & post consecrationem esse verum Christi corpus, &c. *Conc. Rom. sub Gregor. vij. ann. 1079. li. 6. regist. & lib. 3. post epist. 17. Tarrac. lib. 5. c. 58.*

Cap. V.

De cons. d. 2. c. 42.

Ego Berengarius indignus diaconus Ecclesiæ sancti Mauricij Andegauensis cognoscens veram, catholicam, & Apostolicam fidem, anathematizo omnem hæresim, præcipue eam, de qua hactenus infamatus sum; quæ adstruere conatur, panem, & vinum, quæ in altari ponuntur, post consecrationem solummodo sacramentum, & non verum corpus, & sanguinem Domini nostri Iesu Christi esse, &c. Consentio autem sanctæ Romanæ, & Apostolicæ sedi; & ore, & corde profiteor, de sacramentis dominicæ mensæ eam fidem tenere, quam Dominus, & venerabilis Papa Nicolaus, & hæc sancta synodus auctoritate Euangelica, & Apostolica tenendam tradidit, mihique firmauit, &c. Iurans per sanctam, & homousion Trinitatem, & per hæc sacrosancta Christi Euangelia. Eos vero, qui contra hanc fidem venerint, cum dogmatibus, & sectatoribus suis, æterno anathemate dignos esse pronuntio. Quod si ego ipse aliquando aliquid contra hæc sentire, ac prædicare præsumpsero, subiaceam canonum seueritati. Lecto, & perlecto sponte subscripsi. *Nicol. ij. in syn. Rom. cxiij. Episc. Iuo l. 2. tit. 4. c. 4. pan. & par. 2. c. 10. decr.*

Cap. VI.

Ipsa veritas nos instruit, calicem, & panem in sacramento offerre, quando ait: Accepit Iesus panem, & benedixit deditque discipulis suis dicens: Accipite, & manducate; Hoc est enim corpus meum, quod pro vobis tradetur. Similiter postquam cœnauit, accepit calicem, deditque discipulis suis dicens: Accipite, & bibite ex eo omnes, quia hic est calix sanguinis mei, qui pro vobis fundetur in remissionem peccatorum. Crimina enim, atque peccata oblatis his Domino sacrificiis delentur, &c. [Nihil in sacrificiis maius esse potest quam corpus, & sanguis Christi; nec vlla oblatio hac potior est, sed hæc omnes præcellit, quæ pura conscientia Domino offerenda est, & pura mente sumenda, atque ab omnibus veneranda; & sicut potior est cæteris ita potius excoli, & venerari debet. *Alexandrin. epist. 1. post med. Burchar. lib. 5. c. 5. Iuo par. 2. ca. 15. & c. 68. decr. Tarrac. lib. 6. cap. 179.*

Matth. 26. c.

De cons. dist. 2. c. 8.

Cap. VII.

Ipsi [(*sacerdotes*,) qui proprio ore corpus Domini conficiunt, ab omnibus sunt audiendi, obediendi, atque timendi, &c. *Telesphor. ep. vnic. ante med. Iuo par. 6. ca. 354. decr. Anselm. li. 3. c. 13.*

6. q. 1. c. 8.

Cap. VIII.

Absit, vt quidquam sinistrum de iis loquar qui Apostolico gradui succedentes Christi corpus sacro ore conficiunt. *Anter. epist. vnic. post med. Hiero. ad Heliodor. Iuo epist. 57. Landoni presb.*

11. q. 3. c. 14.

Cap. IX.

Non leuiter quisquam assentiat in detractione, vel iudicatione, vel damnatione fratrum, maximeque sacerdotum, &c. qui proprio ore corpus Christi conficiunt. *Damas. ep. 3. ad Steph. & alios Episc. ante fin.*

Cap. X.

Quod beatus Ambrosius videlicet de sumendo corpore Domini senserit, his litteris intimaui, &c. Item Gregorius Papa in lib. iv. dialogorum. Debemus itaque præsens sæculum, vel quia iam conspicimus defluxisse, tota mente contemnere, quotidiana Deo lacrymarum sacrificia, quotidianas carnis eius, & sanguinis hostias immolare: hæc namq; singu-

latitet victima ab æterno interitu animam saluat, quæ illam nobis mortem vnigeniti per mysterium reparat, quę licet surgens à mortuis iam non moritur, & mors ei vltra non dominabitur; tamen in se ipso immortaliter, & incorruptibiliter viuens; pro nobis iterum in hoc mysterio sacræ oblationis immolatur. Eius quippe ibi corpus sumitur, eius caro in populi salute partitur, eius sanguis, non iam in manus infidelium, sed in ora fidelium funditur. Hinc ergo pensemus, quale sit pro nobis hoc sacrificium, quod pro absolutione nostra Passionem vnigeniti Filij semper imitatur. Quis enim fidelium, habere dubium possit, in ipsa Immolationis hora ad sacerdotis vocem cælos aperiri, in illo Iesu Christi mysterio Angelorum choros adesse, summis iam soriari, terrena cælestibus iungi, vnum quid ex visibilibus, & inuisibilibus fieri. Item Ioannes Chrysostomus Patriarcha ad Neophytos, Videte, quemadmodum spōsam sibi Christus coniunxit; videte, quo vos cibo satietatis† enutrit; ipse nobis cibi substāria est, atque nutrimentum. Nam sicut mulier affectione cogente genitum alere sui lactis fœcunditate festinat; sic & Christus, quos ipse regenerat, suo sanguine semper enutrit, &c. *Greg. vii. in ep. ad Matil. lib. 1. reg. epi. 50.*

Rom 6. a.

† saciatos f.

Cap. XI.

Protectione sanguinis, & corporis Christi muniamus (*lapsos*:) & cum ad hoc fiat Eucharistia, vt possit accipientibus esse tutela, quos tutos esse contra aduersarium volumus, munimento Dominicæ saturitatis armemus. Nā quo modo docemus, aut prouocamus eos in confessione nominis sanguinem suum fundere; si eis militaturis Christi sanguinem denegamus? aut quo modo ad martyrij poculum idoneos facimus; si non eos ad bibendum prius in Ecclesia poculum Domini iure communicationis admittimus? *Cypri. & alij. Episc. epist. 2. ad Cornel. post prin.*

Cap. XII.

Annuntiantes secundum carnem mortem vnigeniti filij Dei, id est, Iesu Christi, & Resurrectionem eius, & in cælis Ascensionem, pariter confitentes; incruentam celebramus in Ecclesiis sacrificij seruitutem; sic etiam ad mysticas benedictiones accedimus, & sanctificamur participes sancti corporis, & pretiosi sanguinis Christi omnium nostrum redemptoris effecti; non vt communem carnem percipientes, quod absit, nec vt viri sanctificati, & verbo coniuncti secundum dignitatis vnitatem, aut sicut diuinam possidentis habitationem: sed vere viuificatricem, & ipsius verbi propriam factam. Vitaenim naturaliter, vt Deus existens, quia propriæ carni vnitus est, viuificatricem esse eam professus est. Et ideo quamuis dicat ad nos: Amen, amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, &c. non tamen eam, vt hominis vnius ex nobis existi-

De consf. dist. 2. c. 80. necessario.

Ioan. 6. f

mare debemus (quomodo enim iuxta naturam suam viuificatrix esse caro poterit hominis?) sed vt vere propriam eius factam, qui propter nos filius hominis est factus, & vocatus. *Cyrillus, & synod. Alexandr. in epist. ad Nestorium confirmata in concil. Ephes. 1. to par. 1. cap. 3. & par. 2. c. 4. paragr. necessario, decr. Cæsar. lib. 11. t. 1.*

Cap. XIII.

Christiani instar templi Hierosolymitani vbi sanguis brutorum animalium effundebatur, basilicas in amore, & honore Dei construūt; vbi non iam sanguis taurorū effunditur sed corpus & sanguis Christi conficitur, & à fidelibus percipitur, & Deus tā euidentibus oraculis loca nomini suo dicata inhabitare, ibiq; supplicum preces se exaudire, polliceri dignatur, &c. Quod si etiam memoratum templum, in quo pecudes mactabantur tantæ venerationi habebatur, &c. quanto magis templa Christi, vbi eius caro, & sanguis immolatur, à fidelibus sunt religiosis obsequiis veneranda, & assiduis precibus inexcusabiliter frequentanda? *Paris. sub Lud. & Lot. lib. 2. c. 11. ant. fin.*

Cap. XIV.

Hic est sanguis ille Dominicus, (*qui profluxit ex imagine*) qui apud plerosque repertus esse dicitur: nec esse aliter æstimandum à vere Catholicis, præter id, quod scribitur à nobis: quasi ex carne, & sanguine Christi aliquid possit in mundo inueniri: nisi illud, quod in ara altaris per manus sacerdotum quotidie spiritualiter efficitur. *Athana. in ser. de imag. Christi Beryt. prope fin. apud vii. syn. act. 4.*

Cap. XV.

Amen, amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis ipsis. Viuifica igitur sunt sanctum corpus, & sanguis Christi. Corpus enim, sicut dixi, est, non hominis cuiusdam, qui vitæ particeps est, sed potius proprium vitæ secundum naturam, vnigeniti. *Cyrill. in expos. symboli Nicæ. ant. fin. post. Ephes. synod.*

Ioan. 6.

Cap. XVI.

Semper laudem eius, qui nos fecit, in ore ferentes, & exaltationes eius in gutture habentes, omnis populus Christi in transsumptione sanguinis, & corporis eius, per quam memoriam Mortis, & Resurrectionis illius, iuxta suam traditionem celebramus, insatiabili desiderio, & à Deo incitato studio, ad ea incitatur magis quam ad fontes aquarum ceruus. *German. Episc. Cp. ad Thomam Episco. Clandiopol. apud Nicæn. ii. act. 4. ante finem.*

Psal. 149.

Luc. 22.

Psal. 41.

Cap. XVII.

Nemo vnquam sanctorum Apostolorum, qui tubæ sunt Spiritus sancti, aut gloriosorum Patrum nostrorum incruentum nostrum sacrificium in memoriam Passionis Christi Do-

mini Dei nostri, & totius suæ dispensationis factum, imaginem corporis illius dixit. Nam is qui accepit à Domino, sic non dicit, aut confitetur, sed audiunt eum sic dicentem euangelice. Nisi comederitis carnē filij hominis,
Ioan. 6. c. & biberitis eius sanguinem, non intrabitis in
Mat. 26 c. regnum cælorum, &c. Qui manducat carnem
Marc. 14. c. meam; & bibit sanguinem meum, in me manet, & ego in eo. Et. Cum accepisset panem,
Luc. 22. b. & gratias egisset, fregit, & dedit discipulis suis: & dixit: accipite, edite: hoc est corpus meum; & accepto calice, cum gratias egisset, dedit illis dicens: Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum. Non autem dixit: Sumite, edite imaginem corporis mei. Quin etiam Paulus diuinus Apostolus è sacris Domini verbis hauriens dixit: Ego accepi à Domino, quod & tradidi vobis, quia in ea, qua traditus est,
1. Cor. 11. e. nocte accepit panem, & postquam gratias egisset, fregit, & dixit: Accipite, manducate; hoc est corpus meum, quod pro vobis frangitur; hoc facite in meam recordationem. Similiter modo & poculum, postquam cœnatus esset, dicens: hoc poculum nouum testamentum est in sanguine meo. Hoc facite, quotiescumque biberitis, in meam commemorationem. Quotiescumque panem hunc ederitis, & poculum hoc bibetitis, mortem Domini annunciatis. Legas quousque voles; nunquam inuenies, neque Dominum, neque Apostolos, neque Patres incruentum illud sacrificium, quod à sacerdote offertur, imaginem dixisse; verum ipsum corpus, & ipsum sanguinem. Attamen ante sanctificationis consecrationē, quibusdam Patribus pie sane visum est antitypon, hoc est, exemplar similis formæ nominare; quorum de numero Eustathius, constans is propugnator orthodoxæ fidei, & Arianicæ insaniæ expugnator clarus, item Basilius eiusdem superstitionis auerruncator, qui apertam, & planam rectorum, & probatorum dogmatum viam docentes, vno ore, & spiritu loquuntur. Hic quidem exponens di-
Prouer. 9. d. ctum illud in Prouerbiis Salomonis: Edite meum panem, & bibite vinum, quod commiscui vobis, hæc inquit: Per panem, & vinum antitypa membrorum corporalium Christi prædicat. Ille vero ex eodem fonte hauriens, vt omnes sacerdotij mystæ cognoscunt, in precatione diuinæ anaphoræ (ita Græci Missæ partem vocant) sic alicubi legit: Confidentes tuo sacro altari appropinquamus, & proponentes antitypa sancti corporis, & sanguinis Christi tui te precamur, & inuocamus. Et quæ deinceps sequuntur, sententiam Patris amplius confirmant, quod ante sanctificationem antitypa vocauerint; post consecrationem autem corpus Domini: & sanguinem Christi, atque ita esse creduntur. Sed generosi isti sacrarum imaginum cupientes contemplationem obscurare, aliam scilicet imaginem introduxerunt, quæ sane non imago est, sed corpus, & sanguis Verum vafritia, & improbitate confisi falso sophismate se ipsos subuerterunt: hanc sacram oblationem positione fieri dicentes. Verum quemadmodum istud dicere aperta insania est; sic & imaginem asserere corpus, & cruorem Domini, eiusdem est dementiæ. Et præter id, quod est singularis ruditatis opus, impietatem quoque admixtam habet. Deinde dimittentes mendacium, quadamtenus veritatem contingunt, confessi diuinum corpus panem fieri. At si imago corporis est, non potest sane fieri diuinum corpus. Numquid igitur huc, illucque se iactantes, inconstantia, & minime firma omnia sua dogmata asserunt? &c. & nunc quidem sanctum, & notabile nostrum sacrificium, imaginem sacri corporis Christi, nunc autem sacrum, & diuinum corpus asserunt, &c. *Epiphanius in refuta. apud vii. syn. gen. act. 6. tom. 3. in fin.*

Contra Gilbertum Porretanum Pictauiensem Episcopum.
Tit. XLIX.

CAPVT I.

Credimus, & confitemur simplicem naturam Diuinitatis esse Deum, nec aliquo sensu catholico posse negari, quin diuinitas sit Deus, & Deus diuinitas. Sicubi vero dicitur Domini sapientia sapientem, magnitudine magnum, Diuinitate Deum esse, & alia huiusmodi: credimus, non nisi ea sapientia, quæ est ipse Deus, sapientem esse: non nisi magnitudine, quæ est ipse Deus, magnum esse, &c. *Eugenius iii. in. concil. Remensi.*

Cap. II.

Credimus, & confitemur ipsam diuinitatem, siue substantiam diuinam, siue naturam diuinam dicas, incarnatam esse, sed in Filio. *Eugen. iii. in concil. Remensi.*

Contra aliquos hæreticos, qui liberum arbitrium negant.
Tit. L.

CAPVT I.

Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu concilij sui. Adiecit mandata, & præcepta sua: si volueris mandata seruare, conseruabunt te, & in perpetuū fidem placitam facere. Apposuit tibi aquam, & ignem; ad quod volueris porrige manum tuam. Ante hominem vita, & mors: bonum, & malum: quod placuerit ei, dabitur illi. *Ecclesiastic. c. 15. num. 14.*

Cap. II.

Nihil aliud constituit humanæ substantiæ integritatem, nisi essentialis voluntas,

per quam liberi arbitrij vigor in nobis designatur, sic se habeat vt substantialis operatio. *VI. syno. CP act. 18. in a. lamatorio.*

C a p. III.

De apost. 4. Greg. ix. c. 3. de Iuda. in 4. coll.

Quos Christianæ religioni liberæ voluntatis arbitrium obtulit, sa uiferæ coactionis necessitas in eius obseruatione conseruet, &c. *Inno. iij. in con. gen. Latera. c. 70.*

C a p. IV.

Si quis sane audiens sermonem veri Prophetæ, velit, aut nolit recipere, & amplecti onus eius, id est, mandata vitæ, habet in sua potestate. Liberi enim sumus arbitrij. Nam si hoc esset, vt videntes ea iam non haberent in potestate aliud facere, quam audietant; vis erat quædam naturæ, per quam liberum non esset ad aliam migrare sententiam. Aut si rursus ex audientibus nullus omnino reciperet, & hoc naturæ vis erat, quæ vnum aliquid fieri cogeret, & alteri parti non daret locum. Nunc autem quia liberum est animo, in quam velit partem, declinare iudicium suum, & quam probauerit, eligere viam; constat euidenter, inesse hominibus arbitrij libertatem. *Clemens ep. 3. ante med.*

Contra Græcos, qui dicunt, Spiritum sanctum procedere tantum à Patre, & non à Filio. Tit. LI.

PARS POSTERIOR.

CAPVT I.

Credimus in vnum Deum Patrem omnipotentem creatorem, &c. Et in Spiritum sanctum Dominum, viuificantem, qui ex Patre, Filioque procedit, &c. *VII. syn. act. 7. in definitione.*

C a p. II.

c. 1. de sũ. Tri. Gr. ix. & in 4. collec.

Firmiter credimus, & simpliciter confitemur, quod vnus solus est verus Deus, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus. Pater à nullo, Filius autem à solo Patre, ac Spiritus sanctus ab vtroq; pariter absq; initio semper, & fine. Pater generans, Filius nascens, & Spiritus sanctus procedens, consubstantiales, coæquales, &c. *Inno. iij. in con. gen. Latera. c. 1.*

C a p. III.

Primo capitulo demonstratur, quam impie sentiant (*Priscillianistæ*) de Trinitate diuina: qui & Patris, & Filij, & Spiritus sancti vnam, atque eandem asserunt esse personam; tamquam idem Deus nunc Pater, nunc Filius, nunc Spiritus sanctus nominetur; nec alius sit qui genuit; alius, qui genitus est; alius; qui de vtroque processit. *Leo ep. 91. ad Turib. Episc. Astur. cap. 1.*

C a p. IV.

Proprium est Patris, vt generaret Filium: proprium Filij Dei, vt ex Patre Patri nasceretur æqualis; proprium Spiritus sancti, vt de Patre, & Filio procederet sub vna substantia Deitatis. *Hormisd. epist. 1. c. 2. in fin.*

C a p. V

Constantinopolitana Ecclesia de S. Spiritu à nobis dissidens concordiam Apostolicæ sedis expectat. Armeni etiam fere omnes a catholica fide aberrant; & pene vniuersi Orientales præstolantur, quid fides Apostoli Petri inter diuersas opiniones eorum decernat. *Greg. vij. lib. 2. regist. epist. 31.*

C a p. VI.

Quamuis in sua sit substantia Spiritus eius, & intelligatur in persona proprietas, iuxta id, quod Spiritus est, & non Filius; attamen alienus ab illo non est. Nam Spiritus appellatus est veritatis, & veritas Christus est; vnde & ab isto, similiter sicut ex Deo Patre procedit: *Cyrill. & syn. Alex. in ep. ad Nestor. apud syn. Ephesin. & apud syn. v. CP. gen. act. 6. Iuo. par. 1. c. 3. decr.*

De cons. d. 5. c. 39 de Spiritu. in fin. Ioan. 14. b. Ioan. 15. d.

C a p. VII.

Credimus Spiritum esse Paracletum, qui nec Pater sit ipse, nec Filius; sed à Patre, Filioque procedens. Est ergo ingenitus Pater, genitus Filius, non genitus Paracletus, sed à Patre, Filioque procedens. *Tolet. i. in fin. in asser. fidei sine syn. Aquis Celenis habita.*

C a p. VIII.

Quicumque Spiritum sanctum non credit à Patre, & Filio procedere, &c. anathema sit. *Tolet. iij. ante canones.*

C a p. IX.

Spiritum sanctum nec creatum, nec genitum, sed procedentem ex Patre; & Filio profitemur. *Tolet. iv. c. 1.*

C a p. X.

Spiritum sanctum nec creatum, nec genitũ, sed procedentem ex Patre, & Filio profitemur. *Tolet. vi. c. 1.*

C a p. XI.

Sicut à sanctis Apostolis ostensa docetur: sicut à sequentibus Patribus orthodoxis disserta probatur: sicut etiam à sanctis illis synodalibus gestis vere, sancteque confirmata dignoscitur; in quibus Arii, vel Eutychetis insanissimus error deprehenditur, & radicitus extirpatur: sicut denique in sacris missarum solemnitatibus concordi voce profitemur, ac dicimus: Credimus in vnum Deum, &c. Credimus & in Spiritum sanctum viuificatorem, ex Patre, & Filio procedentem, &c. *Tolet. viij. c. 1.*

C a p. XII.

Credimus Spiritum sanctum, &c. non tamen genitum, vel creatum, sed ab vtrisque procedentem, amborum esse Spiritum, &c. nec enim de Patre procedit in Filium, vel de Filio procedit ad sanctificandam creaturam sed simul ab vtrisque processisse monstratur; quia caritas siue sanctitas amborũ esse agnoscitur. Hic ergo Spiritus sanctus missus ab vtrisque creditur, &c. *Tolet. xi. in prin.*

C a p. XIII.

Hanc nostræ fidei regulam ipsis verbis, atque sententiis commemoranter reteximus quibus eam in conuentu Nicæni concilii declaratam esse scimus. Credimus in vnum Deum &c. Credimus & in Spiritum sanctum

Dominum, viuificatorem, ex Patre, & Filio procedentem, &c. *Brac. iij. in pro. Emerit.c.1.*

CAP. XIV.

Glorificamus Deum Patrem fine initio, & Filium eius vnigenitum, ex Patre generatum ante sæcula, & Spiritum sanctum procedentem ex Patre, & Filio inenarrabiliter. *Anglic. ii. in med.*

CAP. XV.

Quidquid Euangelica, & Apostolica traditio sanxit, quidquid Nicæna, CP. & Ephesina synodus constituit, quidquid Chalced. concilij promulgatio definiuit ° sicut multorum Catholicorum Patrum documento expositū, traditumque nobis accepimus; sicut etiam in missarum solemniis, patulis confessionum vocibus proclamamus. Credimus in vnum Deū, &c. Credimus in Spiritum sanctum Dominū, & viuificatorem ex Patre, & Filio procedentem, &c. *Tolet. xii. in pro. Tolet. xvii. cap. 1.*

CAP. XVI.

Iuxta quod sacrosancti Symboli elucubrata professio claret, quæ in missarum solemnitatibus patula cunctorum acclamatur fidelium voce. Credimus in vnum Deum, &c. Credimus & in Spiritum sanctum Dominum, & viuificatorem ex Patre, & Filio procedentem, &c. *Tolet. xiii. in pro.*

CAP. XVII.

Credimus & in Spiritum sanctum Dominum viuificantem, ex Patre, & Filio procedentem. *Tolet. xv. in confess. fidei.*

CAP. XVIII.

Credimus, & confitemur omnium creaturarum, quæ trinis rerum machinis continentur, auctricem, atque conseruatricem indiuiduam Trinitatem, id est, Patrem, qui est totius fons & origo Diuinitatis: Filium, qui est plena imago Dei, &c. Spiritum vero sanctū ex Patre, Filioq; absq; aliquo initio procedentem, &c. *Tolet. xvi. in confessione fidei, in quo multo de processione Spiritus sancti.*

CAP. XIX.

Propter eos hæreticos, qui susurrant Spiritum sanctum solius esse Patris, & à solo procedere Patre, additum est: Qui ex Patre, Filioq; procedit, &c. legerant nempe ii, qui addiderunt: Qui ex Patre, Filioque procedit; ipsam, eandemq; veritatem in Euangelio redarguentem Philippum, Philippe, inquit, qui videt me, videt & Patrem meum. An non credis, quia ego in Patre, & Pater in me est? Si ergo sicut ipse testatur, inseparabiliter, & substantialiter, est Pater in Filio; & Filius in Patre; quo pacto credi potest, vt consubstantialis Patri, Filioque Spiritus sanctus, non à Patre, Filioque essentialiter, & inseparabiliter semper procedat? &c. Sæpe à nobis nostrisque maioribus indubitanter definitum est, inseparabilia semper esse opera sanctæ Trinitatis. In eo, namq; Spiritus sanctus à Filio procedere creditur, in quo à Patre procedere non dubitatur, & De Spiritu sancto, vt ostenderet (*Dominus*) eum suum, Patrisque, sic ait; Spiritus, inquit veritatis, qui à Patre procedit, ille me clarificabit. Nam qui de Patre procedit, Patris profecto Spiritus est, & qui veritatis Spiritus est, suus nihilominus Spiritus est, ipse enim de se dicit: Ego sum via, veritas, & vita, &c: *Paulinus apud synod. Foroiul. ante symbolum.*

Ioan. 14. b. *Ioan. 15. d.* *Ioan. 14. d.*

CAP. XX.

Credo in Spiritum sanctum, Dominum, & viuificantem, qui ex Patre, Filioque procedit. *Foroiulien. in symbolo.*

CAP. XXI.

Spiritus sanctus verus Deus, vere, & proprie Spiritus sanctus est: non genitus, nec creatus sed ex Patre, Filioque intemporaliter, & inseparabiliter procedens, &c. Et non est personaliter Pater, vel Filius; sed ex vtroque procedit. *Paulin. apud. syn. Foroiul. post symbol.*

CAP. XXII.

Spiritum sanctum nec creatum, nec genitum, sed procedentem ex Patre, & Filio profitemur. *Arelat. sub Carolo c. 1.*

CAP. XXIII.

Spiritum sanctum, qui est tertia in Trinitate persona, vnum, atque æqualem cum Deo Patre, & Filio credimus esse Deum, vnius substantiæ, vnius quoque naturæ: nec tamen genitum, vel creatum, sed à Patre, Filioque procedentem, amborum esse Spiritum. Nec enim procedit de Patre in Filium, nec à Filio tantum procedit ad sanctificandā creaturam; sed ab vtrisque procedere monstratur, quia caritas, siue sanctitas amborum esse agnoscitur, &c. Habet Pater æternitatem sine natiuitate, Filius æternitatem cum natiuitate, Spiritus vero sanctus æternitatem processionis à Patre, & Filio sine natiuitate. *Worm. in principio.*

CAP. XXIV.

Innotuit nobis sancta sedes Apostolica, errores, blasphemiasque cuiusdam in partibus Orientis in Spiritum sanctum, quod non à Filio, nisi tantum à Patre procedat, blasphemantis; hortamur vestram fraternitatem vna mecum, vt secūdum admonitionem Domini Romanæ sedis Præsidis, singuli nostrum perspectis Patrum catholicorum sententiis de diuinæ scripturæ pharetris acutas proferamus sagittas potentis ad confodiendam belluam monstri renascentis, & ad conterebrandum caput nequissimi serpentis. *Trosle. cap. 14. in fine.*

CAP. XXV.

Omnis turba cœpit cantare, & dicere: Vnus Deus Pater & ipse ingenitus, Vnus Filius, & ipse vnigenitus Christus, &c. Vnus Spiritus sanctus, & ab vtroque procedens, per quem veraciter nos credimus esse saluandos. *Athanasius in sermone de imagine Berytensi post med. apud. syn. vij. act. 4. post principium.*

CAP. XXVI.

Spiritus sanctus confitendus à nobis, & prædicandus, à Patre est, & Filio procedere,

&c. *Tolet. iij. cap. 2. in tom. Regis Reccaredi.*

CAP. XXVII.

Credimus & in Spiritum sanctum Deum verum, viuificatorem omnium, ex Patre, & Filio procedentem, &c. Credimus Spiritum sanctum procedentem ex Patre, & Filio, &c. Æternus Pater, æternus Filius, æternus & Spiritus sanctus ex Patre, Filioque procedens. *Epist. Caroli Imp. ad Episcopos Hispania in fine apud syn. Francoford.*

PARS PRIOR.

Contra Eunomium & alios qui dicunt Spiritum sanctum non procedere à Patre.

CAP. XXVIII.

Cum autem venerit Paracletus, quem ego mittam vobis à Patre Spiritum veritatis, qui à Patre procedit; ille testimonium perhibebit de me. *Christus apud Ioan. c. 15. in fine.*

CAP. XXIX.

† viuificantem. Credimus in Spiritum sanctum, Dominum, & viuificatorem †, ex Patre procedentem. *Symbolum Constantinopol.*

CAP. XXX.

Et in Spiritum sanctum Dominum, & viuificatorem, ex Patre procedentem, cum Patre, & Filio coadorandum, &c. *In symbolo CP. apud Chal. act. 2. post prin. & apud syn. vj. CP. actio. 17. apud Tolet. j. ante canones.*

CAP. XXXI.

Sanctum Spiritum Dominum, & Deum ex Patre procedentem, secundum fidei documenta defensores veritatis declararunt: *Chal. act. 56. in allocutione synod.*

CAP. XXXII.

Et in Spiritum sanctum Dominum; & viuificatorem ex Patre procedentem. *Agatho, & alij eclati in syn. vj. act. 5. Petrus Nicomedien. & alij ibid. act. 10. in fin.*

CAP. XXXIII.

Neque enim ipsi erant, qui loquebantur, sed Spiritus Dei, & Patris, qui procedit quidem ex ipso; est autem & à Filio non alienus, secundum vnius essentiæ rationem. *Cyrill. epi. ad Io. Antioch. in fi. apud Chal. act. 5. post. prin.*

CAP. XXXIV.

Spiritus sanctus est Patri, Filioque consubstantialis, & profunditur quidem, hoc est egreditur, sicut à fonte Deo, & Patre, conceditur autem creaturæ per Filium. Vnde inspirauit in sanctos Apostolos dicens: Accipite *Ioan. 20.* Spiritum sanctum. *Cyr. in expos. Nic. symboli ante fin. post Ephes. syno.*

CAP. XXXV.

Macedonius spirat à Patre solo Spiritum sanctum. *Iustinianus Epist. Sicilia ante v. syn.*

CAP. XXXVI.

Et in vnum Spiritum sanctum, qui sempiterne à Deo Patre procedit. *Sophronius Hieros. epist. synod. ad Sergium post. prin. apud vj. synod. actio. 11.*

CAP. XXXVII.

Et in Spiritum sanctum Dominum viuificantem, qui ex Patre per Filium processit. *Taras. in epist. ad Episcop. Orientis; in prin. apud vij. synod. act. 3.*

CAP. XXXVIII.

Et in vnum sanctum Spiritum sine fine ex Patre procedentem. *Theodorus Hieros. Epis. & Orientales, in prin. apud vij. syn. act. 3. in med.*

CAP. XXXIX.

Secunda synodus Spiritum sanctum ducem, & ductorem nacta declarauit ex Patre ante tempora, & perpetuo Spiritum sanctum egressum habuisse, &c. *Theodorus Hieros. & alij ibid. vij. syno. 3. in med.*

CAP. XL.

Spiritus sanctus subsistens est, ex Patre procedens, & per Filium datus, aduersus Arium impium. *Theodoris. contra Sabellium post Liberatum.*

CAP. XLI.

Spiritum sanctum Deum, & Dominum nostrum non genitum, neque ingenitum, non creatum, neque factum, sed de Patre procedentem, Patris, & Filij spiritum, cum Patre & Filio coæternum veneramur. *Acta de Liberio cap. 1.*

Contra varios hæreticos, quorum hæreses ad certa capita redigi vix possunt. Tit. LII.

CAPVT I.

Hoc habes, quia odisti facta Nicolaitarum, quæ ego odi. Et postea. Habes illic tenentes doctrinam Balaam, qui docebat Balac mittere scandalum coram filiis Israel, edere, & fornicari: ita habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum. *Apocal. cap. 2. num. 6. & 54.*

CAP. II.

Contra Eunomianos, siue Anomœos, Arianos, siue Eudoxianos, Semiarianos, siue Pneumatomachos, Sabellianos, Marcellianos, Photinianos, & Apollinarianos. *CP. c. 1.*

CAP. III.

Contra Messalianitas, Eutychetas, vel Enthusiastas. *Ephesina synodus confirmat schedulam synodicam Sisinij CP. post Ephes. syn. contra eorum librum Asceticon. ibid.*

CAP. IV.

Si quis non anathematizat Arium, Eunomium, Macedonium, Apollinarium, Nestorium, Eutyché, Origenem cum impiis eorum conscriptis, & alios omnes hæreticos, &c. anathema sit. *Syn. v. gen. CP. c. 11. refert Martin. in syn. Later. secr. 4.*

CAP. V.

Contra Arium, Macedonium, Apollinarem,

Nestorium, Eutychen, & Dioscorum; *vi. syn. CP. actio. 17. in definit.*

CAP. VI.

Eusebij Pamphili hæreses, *ex ep. ad Constantiam Licinij uxorem, & ex eius libris ad Euphrationem, & ex libro j. Antipatri Episcopi Bostrorum refutationis Apologiæ pro Origene ab Eusebio Pamphili Episcopo Cæsareæ conscripta. vij. syn. act. 5. in med. & Epiphan. apud eandem syn. act. 6. qui item illius hæreses refert. tom. 3. post. prin. & tom. 5. ante med.*

CAP. VII.

Contra Arium, Macedonium, Pneumatomachos, Nestorium, Eutychen, Dioscorum, Petrum, Seuerum, Origenem, Euagrium, Didymum, Sergium, Honorium, Cyrum, Pyrrhum, Macarium; *vij. syn. act. 7. in definit.*

CAP. VIII.

Audemus anathematizare Arij insaniam, Macedonij rabiem, Apollinarij dementiam, Nestorij idololatriam in homine, Eutychis & Dioscori conspirantem vanitatem, & horum multorum capitum, Origenis, Didymi, & Euagrij nugas, fabulasque Sergij, Honorij Cyri, & Pyrrhi, eorumque assectatum vnam voluntatem, immo malam, & improbam voluntatem. Deinde, & qui post hos vana, & noua excogitarunt nugamenta contra venerandas imagines, &c. *Syno. vij. in ep. ad Const. & Irenem post prin.*

CAP. IX.

Contra Seuerum, Petrum, Zoaram, Origenem, Theodorum Mopsuestiæ, & Euagrium; *viij. syn. CP. sub Hadr. ij. act. 10. in defini.*

CAP. X.

Dãnatio Callisti, Sabelliani, Hippolyti diaconi Valentinianistæ, & Victorini Episcopi schismatici, propter Pascha. *Syn. Rom. cclxxxiv. Episcopor. sub Siluestro. c. 2.*

CAP. XI.

Contra Arium, Macedonium, Nestorium, Eutychen, & Dioscorum; *Gelas. in synod. lxx. Episco.*

CAP. XII.

Si quis secundum sanctos Patres consonanter nobis, pariterque fide non respuit & anathematizat anima † & ore omnes, quos respuit, & anathematizat nefandissimos hæreticos, cum omnibus impiis eorum conscriptis vsque ad vnum apicem sancta Dei Ecclesia catholica, & Apostolica, hoc est sanctæ, & vniuersales quinque synodi, & consonanter omnes probabiles Ecclesiæ Patres id est, Sabellium, Arium, Eunomium, Macedonium, Apollinarem, Polemonem, Eutychen, Dioscorum, Timotheum Ælurum, Seuerum, Theodosium, Colluthum, Themistium. Paulum Samosatenum, Diodorum, Theodorum, Nestorium, Theodulum Persam, Origenem, Didymum, Euagrium, & compendiose omnes reliquos hæreticos, qui à catholica Ecclesia reprobati, atque abiecti sunt, quorum dogmata Diabolicæ operationis sunt genimina; & eos, qui similia cum his vsque ad finem sapuerunt, aut sapiunt, vel sapere sperantur, &c. huiusmodi condemnatus sit. *Later. sub Mart. c. 18. secret. 5.*

† animo. f.

CAP. XIII.

Contra Iouinianum, Auxentium, Genialē, Geminatorem, Fœlicem, Plotinum, Marcianum, Ianuarium, & Ingeniosum, & alios, qui virginitatem aspernabantur; *Syric. epist. 2.* Qui etiam perpetuam virginitatem Mariæ matris Dei negabant. *Ambros. & alij. epist. ad Syric. ante med.*

CAP. XIV.

Contra Marcionem, *Leo ep. 81. ad Episcopos Palæstinæ.* Contra Valentinum, *ep. 95. post prin. ad Leon. Imp.*

CAP. XV.

Eunomium, Macedonium, Nestorium synodus semel gesta condemnans, vlterius ad noua concilia venire non siuit. *Gelas. epist. 6. ad Episc. Dardan. post prin. Ansel. lib. 12. c. 69.* 24. q. 1. c. 2. maiores in fin.

CAP. XVI.

Contra Arium, Eunomium, Macedonium, Nestorium, Eutychen, & Dioscorum; *Gregor. lib. 1. ep. 24. ad Ioan. CP. & alios; & lib. 3. epist. 33. ad Theodelindam; & lib. 5. epist. 2. c. 102. ad clerum Rauen.*

CAP. XVII.

Contra eos, qui dicunt, religionis causa coniugia debere dissolui: qui etiam dicebant, peccata in baptismate superficie tenus dimitti. Et ei, qui triennium pœnitentiam ageret de quocumque peccato, licere postea agere vitam in voluptatibus. Et si quis compulsus aliquid anathematizare se diceret, de quo reprehenderetur, anathematis vinculo non obstringi. *Gregor. ad Theoctistam Patriciam lib. 9. regist. epist. 39. in fin. qui eos ibidem anathematizat.*

CAP. XVIII.

Anathematizamus Arium, Sabellium, Macedonium, Apollinarem, Eunomium, Nestorium, Eutychen, Dioscorum, Timotheum; Seuerum, Themistium, Origenem, qui & Adamantius, Didymum, & Euagrium: similiter scripta Theodoriti aduersus xii. sancti Cyrilli capitula, cum epistola, quæ dicitur Ibæ ad Marin Persam; & Iacobum, Theodosium; Gaianum, Anthimum, Zoaram, Donatum, Nouatum, Priscillianum, Paulum, Photinum, Pelagium, Celestium, Iulianum, Faustum, Maximinũ, Theodorum Pharanitanum Episcopum, Cyrum Alexandrinum, Sergium, Pyrrhum, Paulum, Petrum CP. nec non & Honorium, qui hanc Apostolicam Ecclesiam non Apostolicæ traditionis doctrina lustrauit, sed profana proditione immaculatam fidem subuertere conatus est; Macarium Antiochenum, Stephanum, Polychronium. *Leo ij. post vj. syn. post med.*

CAP. XIX.

Contra Arium, Macedonium, Nestorium, Eutychen, & Dioscorum; *Innoc. ij. in epist.*

ad Sampson. & alios contra Petr. Abalard. Bracar. ij. ante canon. Reccared. Rex in tomo fidei, initio con. Tolet. iij.

C A P. XX.

De Circumcellionibus, & Donatistis. *Afri. cap.* 60.

C A P. XXI.

Quia hæresis presbyterorum à quodam presbytero primum surrexit, &c. Si illi diaconi omnium sententia Episcoporum damnati sunt, & hæretici reputati; quid presbyteri merentur? &c. *Turon. ij. c.* 20.

C A P. XXII.

Si quis extra sanctam Trinitatem alia diuinitatis nomina introducit, &c. sicut Gnostici; & Priscillianus dixerunt: anathema sit. *Brac. cap.* 2.

C A P. XXIII.

Contra Arium, Macedonium, Eudoxium, Nestorium, & Eutychen; *Anglic. syn. vj.*

C A P. XXIV.

Contra Arium, Macedonium, Apollinarem, Nestorium, Eutychen, & Dioscorum; *Trull. c.* 1.

C A P. XXV.

De Hydroparastatis, qui pro vino; sola aqua in sacrificio vtebantur: *Trull. c.* 32.

C A P. XXVI.

De præscientia Dei, & prædestinatione assertiones contra hæreticos: *Valentin syn. sub Loth. c.* 2. *& 3. Vide Aransi. ij. c.* 25.

C A P. XXVII.

Anathema itaque in perpetuum, & catathema à sancta, & consubstantiali adoranda Trinitate Patris, & Filij, & Spiritus sancti sint, primum quidem Simon Magus, qui primus pessimis hæresibus pessimus principault; post quem Cleobius, Menander, Piletus, Hermogenes, Alexander ærarius, Dositheus, Corpheus, Saturnintis, Masbotheus, Hadrianus, Basilides, Isidorus eius filius, & furore superior, Ebion, Carpocrares, Epiphanes, Prodicus, Drinthusque, & Mitinthus, Valentinus, Florinus, Blasius, Artemon, Secundus, Cassianus, Theodotus, Heraclion, Ptolemæus, Marcus, Ademis, Colorbassus Carustiensis, Theodotus Scytheus, Theodotus alter, Euphrates, (*vel Euphrateus*) Trásmarinus, Monoimus Arabs, Hermogenes, Tatianus Syrus, Seuerus Asclepiodotus, Bardisanus, Armoneus eius filius, Hermophilius, Cerdon, Sacerdon, Marcion Ponticus, Apelles, Apollinides, Potitus, Prepon, Python, Seuerus, Theodotus trapezita Montanus, Priscilla, quæ & Maximilla, huius furiusæ discipulæ nepos, Helceseus Origenes, alter Origenes, qui & Adamantius, Sabellius Libycus, Nouatus, Paulus Samosatenus, Epigenus, Cleomenes, Noitus Smyrnensis, Manes, Sabbatius, & Arius, Meletius, Aëtius, Eunomius, Asterius, Eudoxius, Donatus, Macedonius Pneumatomachus, Apollinaris Laodicensis, & eius filius Apollinarius, Magnus, Polemon, Pelagius, Celestius, Iulianus eiusdem furoris defensores (*hoc est Pelagiani*) Theodorus Mopsuestenus, & Nestorius Anthropolátræ, Cyrus, & Ioannes Cilices, eiusdem impietatis, Eutyches, Dioscorus Eutychetis defensor, & aduocatus; Barsunias, Zoaras, Timotheus, qui dicitur Ælurus, Petrus Mungos (*vel Magoglo*) id est, Balbus, & Acacius: qui coinoniton † Zenonis machinati sunt. Lampedius auctor Marcionistarum hæreseos, Didymus, & Euagrius Origenianæ vanitatis primi secretales †; Petrus Fullo, qui ad hymnum trisagij crucem ausus est cuaptare; Petrus alter Ibericum contagium, Esaias huius collega, qui aliam inter Acephalos hæresim propagauerunt; & Seuerus horum discipulus, Acephalista Antiochenus adulter, Theodosius Alexandrinus, Anthemius Trapezuntenus, Iacobus Syrus, Iulianus Halicarnasseus, Fœlicissimus, Gaianus Alexandrinus, à quibus Gaianitarum, siue Iulianistarum hæresis; Dorotheus eiusdem hæresis Paulus Fuscus, Ioannes Grammaticus Philoponus, & Conon, & Eugenius trium triplicis deitatis assertóres, Themistius ignorantiæ pater, genitor, atque seminator nefandissimus, qui Christum verum Deum nostrum, diem iudicij nescisse delirabar; Petrus Syrus, Sergius Armenius Tritheitæ, Damianus Sabellianus, Athanasius Syrus, Apozygarius Anastasius, Beniamiu Alexandrinus, Ioannes, & Sergius, Thomas, & Seuerus Syri, Mænas Alexandrinus Gaianitarum propugnator. Et omnes hæreses Nicolaitarum, Eutychetarum, Cainorum, Adamaianorum, Barbalitarum (*vel Bardesanitarum*) Barbonianorum, Naasilitinorum, (*vel Narcissinorum*) Estraloticorum, Osiunitorum, Sethianorum, Sophianorum, Ophitarum, Antitacitorum (*vel Anthiacistarum*) Petracicorum Hydroparastitorum, Encratitorũ, Marcionistarum, Phrygarum, Pepudianorum Artitoritorum, Abrodicorum, (*vel Aportorum*) Tessaradecatitarum, Nazaræorum, Melchisedeanorum, Antidicomarianitarum, Spatiriantrum, (*vel Sphæronistarum*) Cyrclanorum, Dulianorum, Anthropomorphitarum, Heraclitarum Messalianorum, Eutychitarum, Acephalorum, Versunophitarum, (*vel Venustianorum*) Esaianorum, Agnoëtarum, (*vel Gnoitarum*) Iacobitarum, Tritheitarum, &c. *Sophronius Hierosol. apud vj. syn. act.* 11.

† enoticon f.

† sectatores f.

C A P. XXVIII.

Omnem hæreticam vaniloquentiam execror, eorumque antesignanos, & Primares, Simonem dico, Marcionem, Manenta, Paulum Samosatenum, & Sabellium Afrum, &c. Prima synodus anathematizat Arium, Aëtiũ Eunomium, Eudoxium, Demophilum, Anomios, & Semiarianos, &c. Secunda synodus Macedonium, Apollinarium, &c. Tertia Nestorium, Diodorum, Theodorum, quique illius quadruplarem fabulam sectantur, &c. Quarta anathematizat Eutychen, Dioscorũ, & omnem Acephalorum turbam, Seuerum, Iulianũ Halicarnassensem, &c. Quinta Ori-

genem, Didymum, Euagtium, &c. Sexta Cyrum, Sergium, Honorium, Pyrrhum, Paulum, &c. *Taras. CP. in epistola ad Episcopos Orientis vij. syn. act. 3. in medio.*

Cap. XXIX.

Quinta synodus priores quatuor confirmauit, execrans Arium, Nestorium, Eutychen, Theodorum Mopsuestiensem, prætetea Origenem, Euagrium, Didymum, ad hæc epistolam Ibæ ad Marin Persam, & Theodoriti commentaria contra 12. capita B. Cyrilli. Sexta synodus anathemarizauit Sergium, Pyrrhum, Petrum, Cyrum, Honorium, Theodorum Pharan, ac Polychronium, &c. Item anathematizamus omnes hæreticos à Simone Mago ad Seuerum Acephalorum Principem, & Petrum Fullonem, qui tersancto hymno adiecit Passionem deitatis, &c. *Theodorus Hierosol. Episcopus vij. syno. act. 3. post. med.*

Cap. XXX.

Hæresis est, vt Manichæorum, & Valentinianorum, & Marcionistarum, & Pepuzenorum. Hi Pepuzeni in sanctum Spiritum blasphemarunt, Montano, & Priscillæ Paracleti appellationem nefarie, & impudentet attribuentes, &c. in Patrem & Filium, & Montanum, Priscillamque baptizant. *Basili. ep.* t. *ad Amphilochium. c.* 1.

Cap. XXXI.

De Catharis, Encratitis, & Hydroparastatis; *Basil. d. epist. ad Amphilo. c.* 1.

Cap. XXXII.

Encratitarum, & saccophororum, & Apotatictarum est; veluti Marcionistarum germen, eorum hæresis, nuptias abhorrentium, & Dei creatutam inquinatam esse dicentium. *Basili. ad Amphilochium. c.* 47.

Cap. XXXIII.

Miscebantur Arianis Melitiani dudum ab Ecclesia segregati. Sub Petro enim Alexandrinæ ciuitatis Episcopo Melitius quidam vnius ciuitatis Ægyptiorum Episcopus depositus est propter multas causas, & maxime quia in persecutione fide negata sacrificauerat. Inter hæc igitur superuenit quæstio Ariana, & Melitius vna cum suis defendebat Arium, &c. *Tripert. lib.* 1. *c.* 18. *ante concil. Nicæn. Vid. Theodorit. lib.* 1. *c.* 9.

Cap. XXXIV.

Omnes (*Christiani*) simul in Ecclesiam conueniebant, atque communicabant pręter Nouatianos, & Phrygas, & Valentinianos, & Marcionistas, & Paulianistas, & alios hæreticos, contta quos omnes Imperator posita lege sanciuit, auferri eorum oratoria, & Ecclesiis applicari, & neque in domibus priuatorum eos congregationes, nec publice celebrare. *Sozo. lib.* 3. *c.* 12. *Triper. post Nicæn. syno.*

De pœnis, quæ sunt hæreticis constitutæ. Tit. LIII.

PARS PRIOR.

Anathema contra hæreticos.

CAPVT I.

ANathemata contta Arianos, *Symb. Nicæ. in fin. Vid. t.* 31. *c.* 1. *& postea.* Contra Eunomianos, Arianos, Macedonianos, & alios hæreticos: *CP. c* 1. *Vid. tit.* 33. *c.* 1. *&* 2. *& postea.* Contra Nestorianos, *Ephes. c.* 1. *&* 2. *& reliquis. Vid. tit.* 43. *c.* 1. *&* 2. *& postea.* Contra eosdem, & Eutychianos; *Chalced. variis in locis. Vid. tit.* 44. *c.* 1. *& postea.* Contra Seuerum Acephalum, & alios; *Syn. CP. v. sub Menna variis in locis. Vid. tit.* 44. Contra Theodotum Mopsuestenum, & Nestorium; CP. v. *in defin. vbi multa anathemata. Vid. tit.* 43. Contra Monothelitas, *Syn. CP. vi. sub Constantino iv. Imper. Vid. act.* 8. *vbi anathematizatur, & deponitur Macarius; & act.* 15. *in qua Polychron. Vid. tit.* 46. Contra Iconomachos, *Nicæ. ij. multis in locis. Vid. tit.* 47. Contta Manich. & alios, *Gelas. cum lxx. Episc.*

Cap. II.

Contra eos, qui in homine duas animas esse dicebant; VIII. *syno. CP. sub Hadr. in c.* 11. Contra omnes hæreticos, *Inno. iij. in conc. gen. Later. c.* 3. *Xyst. ij. ep.* 1. *in med.* Contra Callistum Sabellianum, & Hippolytum Valentinianistam; *Siluest. in conc. Rom.* cclxxxiv. *Episcopor. c.* 2. Contra eos, qui de Eucharistia & aliis sacramentis impie sentiebant; *Innoc. ij. in syn. Rom. c.* 17. Contra Iouinianum, & alios, qui virginitatem aspernabantur; *Syric. ep.* 2. *in fine.*

Cap. III.

Contra Pelagianos, *Inn. in epist.* 25. *ad concil. Carth. & in epist.* 26. *ad conc. Milenit. Vid. supra tit.* 39. 40. *&* 41. Contra eos, qui nuptias dissoluebant, & de baptismo, & anathemate peruerse sentiebant; *Gregor. in epist. ad Theoctistam. lib.* 9. *reg. epist.* 39. *Vid. tit.* 52. *c.* 13. Contra Petrum Abælardum, & eius sectatores; *Inno. ij. in epist. ad Sampson. Remen. & alios.* Contra Eustathium, & alios sectatores; *Gangr. syno. multis capit. Vid. supra tit.* 29. 30. 34. Contra Priscillianistas, & Manichæos, *Leo epist.* 91. *ad Turib. Tolet. j. in fin. siue Aquis Celen. & Bracar. c.* 1. *& alia Vid. tit.* 28. 29. 30. 36. 37. 38. Contra Anthimum *CP.* & alios; *Syn. CP. sub Menna ante syn. v. gen.* Contta omnes hæreticos à sex synodis condemnatos, *Trul. c.* 1. Contra Elipandum Toletanum, & Fœlicem Orgellitanum; *Francof. syn.*

PARS

PARS POSTERIOR.

De aliis pœnis hæreticorum.

Vide volumine tertio, vbi de pœnis omnium criminum agitur.

De schismaticis. Tit. LIV.

CAPVT I.

Stephanos diacoous, & notarius fecit anathematismum Photij, & sequacium, & cooperatorum eius, in quo ipsum Photium, vt Curialem, & inuasorem, sæcularem, & forensem, neophytum; & tyrannum, vt schismaticum, & damnatum, vt mœchum, & parricidam, vt fabricatorem mendacij, vt inuentorem peruersorum dogmatum, vt nouum Maximum Cynicum, & vt nouum Dioscorũ anathematizat cum omnibus sequentibus, & fautoribus suis. *Syn. viii. CP. act. 7. in fin. sub Hadr. ii.*

Cap. II.

Dist. 22. c. vlt. Definimus, neminem prorsus mundi potẽtum, quamquam eorum, qui Patriarchalibus sedibus præsunt, inhonorare, &c. Sed nec alium quemquam conseriptiones contra sanctissimum Papam senioris Romæ, ac verba complicare, vel componere, sub occasione quasi diffamatorum quorundam criminum, quod & nuper Photius fecit, & multo ante Dioscorus. Quisquis autem tanta iactantia, & audacia vsus fuerit, vt secundum Photium, & Dioscorum in scriptis, vel sine scriptis iniurias quasdam contra sedem Petri Apostolorum Principis moueat: æqualem, & eandem, quam illi condemnationem recipiat. *Syn. viii. CP. c. 21. sub Hadr. ii. Ansel. lib. 2. c. 72. Deusd. c. 3.*

Cap. III.

Ordinationes ab Octauiano, & aliis schismaticis, & hæreticis factas euacuamus: *Alex. iii. in conc. Turon. c. 9. siue vlt.*

Cap. IV.

De elect. c. licet. 6. Greg. ix. c. 15. eod. tit. in 1. coll. Si quis de tertiæ partis nominatione confisus sibi nomen Episcopi vrbis Romæ vsurpauerit; tam ipse, quam qui eum receperint, excommunicationi subiaceant, & totius sacri ordinis priuatione multentur ita vt viatici eis etiam, nisi tantum, in vltimis communio denegetur; & nisi resipuerint, cum Dathan & Abiron, quos terra viuos absorbuit, accipiant portionem. *Num. 16.* *Alex. iii. in conc. Later. cap. 1.*

Cap. V.

De schis. c. 1. Greg. ix. & c. 2. eo. tit. in 1. coll. † Strumẽsi Quod à prædecessore nostro felicis memoriæ Innocentio factum est, innouantes, ordinationes ab Octauiano: & Guidone hæresiarchis, nec non & à Ioanne Strumensi †, qui eos secutus est, factas, & ab ordinatis ab eis, irritas esse censemus. Adiicientes etiam, vt si qui dignitates Ecclesiasticas, seu beneficia per prædictos schismaticos receperunt; careant impetratis. Alienationes quoque, seu inuasiones, quæ per eosdem schismaticos, siue per laicos factæ sunt de rebus Ecclesiasticis, omni careant firmitate, & ad Ecclesiam sine omni eius opere onere reuertaotur. Si quis autem contraire præsumpserit, excommunicationi se nouerit subiacere. Illos autem, qui sponte iuramentum de tenendo schismate præstiterunt, à sacris ordinibus, & dignitatibus decernimus manere suspensos. *Alex. iij. in conc. Later. c. 2.*

Cap. VI.

Anathematizamus & Photium, qui contra sacras regulas, & sanctorum Pontificum Romanorum veneranda decreta repente de curiali administratione, sæcularique militia sublatus, superstite Ignatio Patriarcha Constantinopoli est peruasorie, immo tyrannice à quibusdam schismaticis, vel anathematizatis, atque depositis institutus in Ecclesia, donec sedis Apostolicæ sanctionibus inobediens fuerit, &c. *Libell. Ecclesiæ Romanæ lectus in syn. viij. CP. sub Hadr. ij. act. 1.*

Cap. VII.

Io syoodo Romana excommunicauit Gregorius vij. Sigifredum Maguntinum Archiepiscopum in hunc modum. Sigifredum Maguntinum Archiepiscopum, qui conatus est Episcopos, atque Abbates regni Theutonicorum à sancta Romana Ecclesia, videlicet spirituali † matre sua scindere, iudicio sancti Spiritus & auctoritate beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ab omni Episcopali officio suspendimus & à communione corporis; & sanguinis Domini separamus, nisi forte mortis periculum superueniat; Ita tamen, vt pœnitentia ductus resipiscat. Cæteri vero, qui sua sponte eius schismati consentiendo subscripserunt, & in ea iniquitate perdurare volunt; similiter ab omni Episcopali officio suspendimus. Illos vero, qui noo sponte consenserunt, vsque ad festiuitatem sancti Petri sufferimus, eo quidem respectu, vt si infra istum terminum, idoneam, aut per se, aut per nuncios suos satisfactionem præsentiæ nostræ non obtulerint, Episcopali deinceps officio priuentur. *Greg. vij. in syn. Rom. ann. 3. sui Pontif.*

† speciali.

Cap. VIII.

Tedaldum Archiepiscopum Mediolanẽsẽ, & Rauennatem Guibertũ inaudita hæresi, & superbia aduersus hanc sanctam catholicam Ecclesiam se extollentes, ab Episcopali omnino suspendimus, & sacerdotali officio, & olim iam factum anathema super ipsos innouamus, &c. Rolandus Taruisensis, qui pro adipiscendo Episcopatus honore, schisma facere non abhorruit, à modo vsque in sæculum Episcopali careat dignitate, &c. Hugonem Cardinalem tituli sancti Clementis, &c. (*schismaticũ*) ab omni sacerdotali officio priuamus, & vsque ad satisfactionem anathemate percutimus. *Gregor. vij. in concil. Roman. ann. 5. c. 3.*

CAP. IX.

Sententiam depositionis & excommunicationis iam plerumque datam in Tedaldum Mediolanensem dictum Archiepiscopum, Guibertum Rauennatem, & Rolandum Taruisensem (*schismaticos* confirmamus, & corroboramus. Et Petrum olim Rodonensem Episcopum, nunc autem Narbonensis Ecclesiæ inuasorem pari sententia damnamus. *Greg. vii. in syn. Rom. ann. 7. c. 3.*

CAP. X.

Auctoritate Dei, & beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, omniumque sanctorum (*Guibertum hæresiarcham*) omni sacerdotali officio, & honore priuamus, & à liminibus Ecclesiæ separantes, anathematis vinculo innodamus. Nostis præterea, quos dolos machinati sint, quantasque mihi pressuras intulerint Hugo Lugdunensis Archiepiscopus, & Ricardus Massiliensis Abbas, qui pro fastu, & ambitione sedis Apostolicæ, ad quam dudum clam inhiabant, vbi votis suis potiti non sunt, schismata in sancta Ecclesia fecerunt, &c. Vnde vobis Apostolica auctoritate præcipimus, vt ab eis abstinere curetis, neque illis omnino communicetis; quia Ecclesiæ Romanæ communione sua se sponte priuarunt. Nam, vt beatus scribit Ambrosius, qui se à Romana Ecclesia segregat, vere est habendus hæreticus. *Victor. iij. in syn. Beneuent.*

CAP. XI.

9. q. 1. c. 5 Ordinationes, quæ à Guiberto hæresiarcha, postquam ab Apostolicæ mem. Papa Gregorio, & à Romana Ecclesia est damnatus, factæ sunt, & ab eis, qui Catholicorum adhuc viuentium Episcoporum sedes inuaserunt, irritas esse iudicamus. Similiter autem eas, quæ à cæteris hæresiarchis nisi probare valuerint se, cum ordinarentur, eos nescisse damnatos. Qui ab Episcopis quondam quidem Catholicæ ordinatis, sed in schismate à Romana Ecclesia separatis consecrati sunt; eos nimirum, cum ad Ecclesiæ vnitatem, redierint, seruatis propriis ordinibus misericorditer suscipi iubemus, si vita, & scientia eos commendant. Amodo vero quicumque à prædictis schismaticis, sanctæque Romanæ Ecclesiæ aduersariis se ordinari permiserit; nullatenus hac venia dignus habeatur. Quamuis autem misericordiæ intuitu, necessitate cogente, hanc in sacris ordinibus dispensationem constituerimus; nullum tamen præiudicium sacris canonibus fieri volumus; sed obtineant proprium robur, & cessante necessitate, illud quoque cesset, quod factum est pro necessitate. *Vrbanus ij. in concil. Placen. c. 9. 10. 11. 12. 13.*

CAP. XII.

Ordinationes, quæ à Burdino hæresiarcha, postquam à Romana Ecclesia est damnatus, quæque & à pseudo-Episcopis per eum postea *ordinatis*) ordinatæ sunt, nos esse irritas iudicamus. *Callist. in conci. Rom. c. 6.*

CAP. XIII.

Alienationes, quæ specialiter per Othonem † Guidonem, Hieremiam, seu forte Philippum vbilibet de possessionibus Rauennatis Exarchatus factæ sunt, damnamus, &c. *Callist. d. conc. Rom. c. 21.* †Attonem

CAP. XIV.

Ordinationes factas à Petro Leonis, & schismaticis, & hæreticis euacuamus, & irritas esse censemus. *Inno. ij. in conc. Rom. cap 24. Eugen. iij. in conc. Rom. c. 16.*

CAP. XV.

Post tertiam admonitionem Episcopi excommunicantur laici, & deponuntur clerici, qui adhærent Presbytero, qui separatim altare erexit Episcopo contempto. *Ap. cap. 31. G. 32. L.*

CAP. XVI.

Est statutum olim; vt qui statum conturbat Ecclesiæ, ab eius liminibus arceatur, &c. Qui autem ex vestro collegio fuerit, & ab auxilio vestro se subtraxerit, magis schismaticus, & non sacerdos esse probabitur. *Alex. epist. 3. post prin. Vid. Triburi. 9. Burch. lib. 1. c. 129. & lib. 15. cap. 87. Iuo par. 5. cap. 229. & par. 16. cap. 38. decr.*

CAP. XVII.

De reconciliatione Ioannis Episcopi CP. qui se cum Ecclesia Romana coniunxit, à qua Acacius Episcopus CP. & qui post ipsum CP. Ecclesiam administrarunt, discesserant: *Ioan. CP. ad Hormisdam. Huius reconciliationis mentionem facit idem Hormisda, eiusque exemplum mittit ad Episcopos Hispaniæ. Vide Hormisd. epist. 5. cuius initium est. Interea. & ep. 6. ad Epiphanium CP. Episc.*

CAP. XVIII.

De reconciliatione Eulalij Episcopi, & Ecclesiæ Carthaginiensis, quæ cum diu à Romana Ecclesia discessisset, tandem ad ipsam rediuit, & omnes, qui ei aduersabantur, anathematizauit; *Bonif. ij. ep. 1.*

CAP. XIX.

Damnatio Vigilij schismatici: *Silueri. ep. 2.*

CAP. XX.

De quibusdam schismaticis, qui in synodo fuerunt damnati; *Zachariæ ep. 4. ad Bonif. Episc. cuius initium, Cum nobis, ante fin.*

CAP. XXI.

Si quis extra Ecclesiam seorsum conuentus celebrat, & dispitiens ecclesiam, ea quæ sunt Ecclesiæ, voluerit vsurpare, non consentiente presbytero iuxta decretum Episcopi: anathema sit. *Gangr. ca. 6. Burchar. lib. 3. c. 95.* Dist. 30. c. 11.

CAP. XXII.

Quod non oporteat cum hæreticis, vel schismaticis pariter orare: *Laod. c. 33. Mart. Brac. c. 71.* 1. q. 1. c. 67. non liceat in fine.

CAP. XXIII.

Si presbyter contra Episcopum suum inflatus schisma fecerit: anathema sit. *Carthag. ij. cap. 8. L. Carthag. 11. G. Worm. 66. Burc.* 11 q. 3. § quid. f.

lib. 2. c. 194. Iuop. 6. c. 239. decr. Anselm. lib. 12. c. 33.

CAP. XXIV.

Quod in quibusdam schismaticis recipiendis Nicænum concilium statuit, à singulis per territoria sua, hoc etiam præsens conuentus statuit ab omnibus seruari debere; vt quicumque de fratribus tale aliquid caritatis conciliis dictauerint, liceat ei vnam parochiarum suarum ecclesiam cedere, in qua aut Chorepiscopi nomine, vt idem canon loquitur, aut peregrina, vt aiunt, communione foueatur, &c. *Regien. c. 3. Vid. Nicæ. 8.*

CAP. XXV.

Nomina eorum, qui non consentiunt sedi Apostolicæ, inter sacra non sunt recitanda mysteria, *Ioannes Episc. CP. in libello fidei ad Hormisdam. Euladius Episcop. Carthagin. in libell. ad Bonif. ij.*

CAP. XXVI.

Schisma dissensio est propter Ecclesiasticas causas, &c Parasynagogæ sunt congregationes, quæ fiunt ab insolentibus presbyteris, vel Episcopis, &c. *Basil. in epist. iv. ad Amphiloc. ca. 1.*

Varia decreta, in quibus Simonia dicitur hæresis Simoniaca. Tit. LV.

CAPVT I.

VT per Simoniacam hæresim nemo ordinetur, vel promoueatur ad quodlibet Ecclesiasticum officium. *Nicolaus ij. in syn. Romana c. 9.*

CAP. II.

Omnis hæreticus infidelis est; Simoniacus vero, quia hæreticus, idcirco infidelis. *Victor. iij. in syn. Beneuent.*

CAP. III.

1. q. 1. quibusdam 117. in fine. Cum prima contra sanctam Ecclesiam Simoniaca hæresis sit exorta: cur non perpenditur, cur non videtur; quia eum, quem quis cum pretio ordinat, prouehendo agit, vt hæreticus fiat? &c. *Greg. l. 4. ep. vlt. Episc. per Helladem, in fin.*

CAP. IV.

In sacerdotibus ordinandis sinceritas vigeat; sit simplex sine venalitate cõsensus, &c. [Cum *1. q. 1. c. 13.* liqueat hanc hæresim ante omnes radice pestifera surrepsisse, atque in ipsa sua origine Apostolica esse detestatione damnatam. *Gregor. in ep. ad Syagri. & Ætber. Episc. li. 7. regist. ep. 110. vel 108. post prin. Iuo par. 5. c. 112. decr. Ansel. l. 6. c. 72.*

CAP. V.

Omnino execrabile, & esse grauissimum detestamur, quod sacri illic ordines per Simoniacam hæresim, quæ prima contra Ecclesiam orta, & districta maledictione damnata est, conferantur. *Greg. ad Brunichild. Reginam lib. 7. regist. ep. 113. al. 111.*

CAP. VI.

Priusquam vnius vitio Simoniacæ illic hæreseos nequitia conualescat, sententiæ vestræ falce facto concilio radicitus amputetur. *Greg. l. 10. ep. 34. Victori Episc.*

CAP. VII.

Illud fraternitati tuæ notum esse volumus; contra Simoniacam hæresim in synodo confirmasse; nam à sanctis Patribus longe ante statutum est; ac vehementer prohibuisse: vt neque Ecclesiæ vllatenus vendantur, aut pro manus impositione pretium accipiatur, &c. *Gregor. vij. libro secundo regist. epist. 68. Colon. Episc.*

CAP. VIII.

Cum liqueat hanc hæresim (*loquitur de Simonia*) ante omnes alias radice pestifera in Ecclesia subrepsisse, atque in ipso ortu Apostolicæ maledictionis telo esse damnatam; cur non cauetur? cur non perpenditur? &c. qui ad hoc, vt fiat hæreticus, promouetur? *Gregor. apud Gregor. vij. lib. 9. regist. epist. vlt. prope fin. Iuo par. 5. cap. 75. & 112. decr. Deusd. cap. 2.*

CAP. IX.

Nullus Episcoporum de ordinationibus clericorum præmia præsumat exigere, quia non solum sacrilegium, sed & hæreticum est, sicut in dogmatibus Ecclesiasticis habetur insertum, &c. *Turon. ij. c. 28.*

CAP. X.

Quicumque Simonis imitator Simoniacæ quoque hæresis extiterit sectator, vt Ecclesiasticorum ordinum gradus non dignitate morum obtineat, sed munerum impensione conquirat, &c. talis inuentus, sacrorum ordinum apices adipisci, nullo modo permittatur, &c. *Tolet. vi. c. 4.*

CAP. XI.

Quos deinceps post prælationem per præmium ordinatos fuisse patuerit sub definitis pœnitentiæ legibus vt hæresimoniacos † ab Ecclesia separandos esse censemus, &c. *Tolet. xi. c. 9.* *† vere Simoniacos.*

CAP. XII.

Vt nullus per pecunias ad honorem, vel gradum Ecclesiasticum accedere debeat; quia hæresis Simoniaca esse videtur. *Vernen. c. 24.*

CAP. XIII.

Sunt in quibusdam locis Scoti, qui se dicunt Episcopos esse, & multos negligentes absque licentia dominorum suorum siue magistrorum, presbyteros & diaconos ordinant; quorum ordinationem, quia plerumque in Simoniacam incidit hæresim, & multis erroribus subiacet; modis omnibus irritam fieri debere, omnes vno consensu decreuimus. *Cabilon. sub Carolo c. 43. Burch. li. 1. c. 120. Iuop. 5. ca. 220. decr. Capit. l. 7. c. 66. in addit.*

CAP. XIV.

Oportet, vt in electione, & ordinatione sacerdotis valde execranda Simoniaca hæresis, quæ propter quorundam auaritiam

& ambitionem modernis temporibus dignitatem ſacerdoralem fuſcare comprobatur, nihil ſui dereſtandi iuris habeat: quæ in primordio ſanctæ Dei Eccleſiæ à B. Petto Princi-
Act. 8. pe Apoſtolornm cum auctore ſuo damnata eſt, &c. *Pariſienſ. ſub Ludouic. & Lothar. lib.* 1. *c.* 11.

Cap. XV.

Sacti canones Simoniacam hæreſim damnanr, & eos ſacerdotio priuari præcipiunt, qui de largiendis ordinibus pretium quærnnt. *B. Greg. Homilia 16. in Euang. Luca (Deſignauit Dominus Ieſus) apud Pariſien. ibid.*

Cap. XVI.

Si quis copioſius, pleniuſque de viranda, ac dereſtanda Simoniaca hæreſi ſcriptum noſſe cupit, librum epiſtolarum B. Gregotij legat; &c. *Pariſ. d.c.* 11.

Cap. XVII.

Monemus; vt quandocumque Deo diſpenſante quilibet Epiſcopus ad Dominum migrauerit, ſubmota funditus peſte Simoniacæ hæreſis, ſine dilatione iuxta auctoritatem ſedes vacans Epiſcopnm à vobis regulariter deſigoatum, & gratia ſancti Spiritus conſecratum accipiat. *Concil. habitum in villa Hotonia apud ſyn. Melden. c.* 8.

Cap. XVIII.

1. q. 7. Nemo per Simooiacam hæreſim regimiois
c. 3. ca- locum obtinear, &c. cum Spiritus ſanctus per
uendum. os ſancti dicat Gregorij: Cur non perpeodi-
1. q. 1. c. tur, quia benedictio illi in maledictionem con-
13. cum uertitur qui; ad hoc, vt fiat hæreticus, promo-
liqueat uernr? Et item: Ementes quippe, arque ven-
& c. 4. dentes par pœna conſtringit; cum liqueat
benedi- hanc hæreſim in ipſa ſua origine, Apoſtolica
ctio. eſſe dereſtatione damnatam. *Meld. ca. 43. ex Greg. l. 4. reg. ep. vlt. & l. 7. ep. 108. vel 110. Burch. l. 1. c. 21. Iuo par. 5. c. 75. & 112. decr. Anſ. l. 6. c. 72. Deusd. c. 2.*

Communia de hæreticis, & ſchiſmaticis. Tit. LVI.

CAPVT I.

ALieois errotibus ſociatum, vel à ſui propoſiti tramire recedentem, aut ſacris canonibus inobedientem ſuſcipere non poſſumns, nec impetere recte credentes, vel ſanctotum Patrum ſanctionibus obtemperanres permittimns. *Nica. cap. 52. apud Iuls. epiſt. 2. c.* 15.

Cap. II.

Si qui in qualiber ciuirate clericorum à Neſtorio, quique illius dogma ſequontur, prohibiri ſunt, vt mious recte ſenſerinr; hos vr gradum proprium recupereor, iuſtum cenſuimus. Quicumq; aurem clerici vniuerſali, & orthodoxæ ſynodo conſeotiuot, & oonc, & in futurum, etiam quouis rempore iubemus; ne omnino Epiſcopis à ſacris canonibus, & orthodoxa fide deficientibus, & abſiſtentibus, eaque tranſgredientibus ſubiiciaotur. *Epheſ. c. 3. apud vij. ſyn. act.* 1.

Cap. III.

Quidam laici laudabilem conſuetudinem *De ſimo.*
(*in oblationibus*) erga ſanctam Eccleſiam pia de- *42. Gre.*
norione fidelium inrroductam, ex fermento *ix. c. 6.*
hæreticæ prauitaris, nituntur infringere ſub *eo. tit.*
prærextu canooicæ pietatis, &c. pias conſue- *in 4. coll.*
tudines præcipimus obſeruari. *Inno. iij. in conc. gen. Later. c.* 66.

Cap. IV.

Alieni errotis ſocium, à ſui propoſiti tra- *3. q. 4. c.*
mite recedentem, aur Apoſtolicæ ſedis iuſſio- *1. & 2. q.*
nibus inobedientem ſuſcipere non poſſumus, *7. c. 23.*
nec impetere recte credeores, vel ſanctorum Patrum iuſſionibus obtemperantes permittimur: quia inter fideles, & infideles magna deber eſſe diſcretio. *Hygin. epiſt. 2. in med. Dionyſ. ep. 2. Iuo li. 4. tit. 8. cap. 5. panorm. & p. 5. c. 288. decr. Anſ. l. 2. c. 15. & lib. 3. ca 9. & 61. Caſar. lib. 5. c.* 31.

Cap. V.

Omnis hæreſis nimis eſt impia, Euangelicæ veritatis inimica, quæ non portionem aliquam lædere, ſed ipſa Chriſtiaoæ religlonis conarur fundamenta conuellere. *Xiſt. 2. ep. 1. in prin. Felix ep. 1. in prin. latius.*

Cap. VI.

Quod ab infidelibus, aur hæreticis factum fuerit, omnino caſſabitur. *Marcelli. epiſt. 2. in fi. Burch. lib. 15. c. 8. Iuo par. 16. cap. 9. decr.*

Cap. VII.

Pro tallbus (*Epiſcopis, qui per chorepiſcopos adminiſtrant*) animæ negliguntur, oues pereunt, morbi creſcunr, hæreſes, & ſchiſmata prodeunt, Eccleſię deſtruuntur, ſacerdotes vitiaotur, & teliqna mala proueniunc. *Dama. ep. 4. poſt prin.*

Cap. VIII.

Quod ſemel, aut ſecundo neceſſitas hæreticorum intulit contra Apoſtolica præcepta, velut lege licitum præſumi (*non debet, vt*) neophytum, vel laicum ordinari, &c. *Syrici. ep. 3. c.* 3.

Cap. IX.

Orat Eccleſia, vr hærerici catholicæ fidei perceptione reſipiſcant; vr ſchiſmarici ſpiritum rediuiuæ caritatis accipiant. *Celeſti. epiſt. 1. c.* 11.

Cap. X.

Quid iniquius, quam impia ſapere, & ſa-
pientioribus doctioribuſque non credere? Sed *24. q. 3.*
in hanc inſipienriam cadunt, qui cum ad co- *c. 30.*
gnoſcendam veritarem aliquo impediuntur
obſcuro †; non ad Propheticas voces, noo ad *† obſta-*
Apoſtolicas litteras, nec ad Euangelicas au- *culo.*
ctoritates, ſed ad ſemetipſos recurrunt, &c. *Leo ep. 10. c.* 1.

Cap. XI.

Per impoſitiooes mannum fidelibus ba- *Diſt. 68.*
ptizandis, vel conuerſis ex hæreſi Paracle- *cap. 4.*
tum Spiritum ſanctum rradere (*chorepiſcopi* *quamuis.*

nonpossunt, vel presbyteri, sed tantum Episcopi.) *Leo epist.* 86. *ad Episcopos Germ. Vid. Dam. s. epist.* 4. *Ivo par.* 6. *c.* 72. *decr.* *Anselm. lib.* 7. *c.* 114. *Tarrac. lib.* 3. *c.* 80.

CAP. XII.

Non necesse est in singulas personas synodum conuocare, sed damnato hæresiarcha censentur damnati socij. *Gelas. epist.* 6. *in prin. ad Episcopos Dardan.*

CAP. XIII.

25 *quæst.* 2. *c.* 21. Sic decet fidem sanctorum Patrum in Ecclesia seruari Catholica, vt quod habuit amittat, qui improbabili temeritate, quod non acceperit, assumpserit. *Siluer. epist.* 2. *in fine ad Vigilt. Ivo par.* 6. *c.* 73. *decr. & in epist.* 21. *ad Eudonem. Ansel. lib.* 6. *c.* 155. *Tarra. lib.* 3. *c.* 62. *& lib.* 6. *c.* 140.

CAP. XIV.

Nectarius laicus à synodo secunda factus est CP. Episcopus, quia nullus clericorum inueniri poterat non hæreticus, & is expugnator hæreticorum fuerat, & defensor Ecclesiarum. *Nicol. ad Photium in epist. incip. Postquam. post prin. lecta apud syn. viii. CP. actio.* 4. *sub Hadr. ii.*

CAP. XV.

Dist. 23. *c.* 2. Cum Episcopus ordinandus est, antea examinetur, &c. Si fidei documenta verbis simplicibus asserat, &c. *Carth. iv. c.* 1. *Burch. lib.* 1. *c.* 8. *Ivo par.* 5. *c.* 62. *decr.*

CAP. XVI.

De consecr. d. 1. *c.* 66. Episcopus nullum prohibeat ingredi Ecclesiam, & audire verbum Dei, siue Gentilem, siue hæreticum, siue Iudæum vsque ad missam catechumenorum. *Carth. iv. c.* 84. *Burch. lib.* 3. *c.* 28. *Ivo lib.* 2. *tit.* 4. *c.* 14. *panor. & par.* 3. *c.* 33. *decr. Cæsar. lib.* 4. *c.* 91.

CAP. XVII.

Si nunc vsque ab hæreticis infans in baptismate tertio mergebatur; faciendum apud vos esse non censeo; ne dum mersiones numerant, diuinitatem diuidant; dumque quod faciebant, faciunt, morem vestrum se fecisse glorientur. *Tolet. iv. c.* 5. *Vorm. c.* 5.

CAP. XVIII.

Ritus hæreticorum (*clericorum*) in Hispaniis, prolixis, vt laici, comis in solo capitis apice modicum circulum tondere, &c. *Tolet. iv. c.* 40.

CAP. XIX.

Scholas constituant (*Episcopi*) vt præcepit Imp. Carolus, quarum doctrina diuersis hæresibus, & Antichristo resistatur. *Cabil. sub Carolo c.* 3.

CAP. XX.

Qui in suis monasteriis religiose residere debent, & vocum nouitates, vt innotescant, studio proferre satagunt, acerrime, vt præsumptores arguantur, & comprimantur. *Melden. c.* 34.

CAP. XXI.

Hypatius, & complices Episcopi aiunt: Ex malis magistris malas doctrinas assumpsimus: Tarasius Patriarcha ait: Quandoquidem dixistis, cacon didascalon caca ta mathemata, ex malis doctoribus sacerdotes Ecclesia recipere non debet. *Syn. vii. act.* 1.

CAP. XXII.

Quod si iam vides (*Nestorianos*) congregari in recta fide, malorum oportet te obliuionem præteritorum inducere, &c. *Cyrill. epist. ad Maximianum diaconum, vii. sy. act.* 1.

CAP. XXIII.

Cum non liceat exacte omnes ad salutem perducere, subinde aliquem conniuentur, relinquimus; ne vniuersorum iacturam, & damnum patiamur. *Cyrill. ad Gennadium presbyterum, apud vii. synod. act.* 1.

CAP. XXIV.

Malum perpetuo idem est, & æquale, maxime autem in rebus Ecclesiasticis, in quarum decretis cum paruis, tum magnis erratur idem est. Si quidem in vtrisque lex diuina violatur. *Taras. vii. syno. act.* 1.

CAP. XXV.

Macarius hæreticus erat à sexta synodo designatus, verum piæ memoriæ Benedictus deliberandi spatium per xxx. dies illi concessit; & Bonifacium conciliarium ad eum misit, verum noluit resipiscere. *Petrus Hadriani Papa Vicarius ibid. vii. synod. act.* 1.

CAP. XXVI.

Omnes hæresiarchæ suorum errorum occasiones è diuina scriptura collegerunt, &c. 2. *Pet.* 3.
Quæ imperiti, & minime constantes secundum proprias cupiditates peruertunt, &c. Arius, & Eunomius ex illa sententia, Dominus creauit me principium viarum, &c. Apollinarius, Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo filius hominis. *Epipha. in refut. apud vii. synod. act.* 6. *Prou.* 8. *c. Ioa.* 3. *b.* 1. *Cor.* 15. *f.*

CAP. XXVII.

Antiqui alia hæreses nominauerunt, alia vero schismata, alia parasynagogas, hoc est peruersas à congregatione dissensiones. Hæreses quidem eos, qui omnino abrupti sunt, & in ipsa fide sunt abalienati. Schismata autem eos, qui propter antiquas Ecclesiasticas causas, & medicabiles quæstiones inter se dissident. Parasynagogas autem congregationes, quæ fiunt ab insolentibus presbyteris, vel Episcopis, vt si quis peccauisse conuictus sit, à sacra † obeundi ministerio prohibitus, & is canonibus se non submisit; sed sibi Præsulatum, & sacrum ministerium attribuit. *Basilius epist.* 1. *ad Amphilochium.*

† *synodo*

CAP. XXVIII.

Videtur omnino hæresis esse, quædam cathena à dæmone contexta, alia alij connexa, omnibus tanquam ab vno vertice impietatis appensis, etiam si diuersas cognominationes sortitæ, & loco, & tempore, & quantitate, & qualitate, & potentia, & actu differant. *Theodorus Studit. epist.* 4. *ad Naucrat. filium.*

LIBER DVODECIMVS,

De Iudæis, & Paganis.

NE IVDÆI INVITI COGANTVR, suscipere Christianam religionem.

TITVLVS PRIMVS.

CAPVT I.



PEtrus, qui ex (*Iudæorum*, superstitione ad Christianæ fidei cultum Deo volente perductus est, adhibitis sibi quibusdam indisciplinatis, sequēti die baptismatis, sui, hoc est, Dominico, In ipsa festiuitate Paschali, cum graui scandalo, &c. imaginem (*in synagoga*) genitricis Dei, Dominique nostri, & venerandam crucem, vel birrum album, quo de fonte surgens indutus fuerat, posuit, &c. Ne ergo suprascriptus Petrus, vel alij, qui ei in hac indisciplinatione præbuere consensum, hoc zelo fidei se fecisse respondeant; vt per hoc quasi eis necessitas fieret conuertendi; admonendi sunt, atque scire debent, quia hac circa eos temperantia magis vtendum est: vt trahatur ab eis, velle, non reniti, non vt adducantur inuiti: quia scriptum est: Voluntarie sacrificabo tibi, &c. *Hadr. de imaginibus. c. 50. ex. B. Gregor. ad Ianuarium Episcop. Caralit. lib. 7. regist. epist. 5.* *Psal. 53*

CAP. II.

De cons. dist. 4. c. 93. Iudæi, quorum perfidia frequenter ad vomitum redit, si ad legem catholicam venire voluerint, octo menses inter catechumenos Ecclesiæ limen introeant; & si pura fide noscuntur venire, tunc demum baptismatis gratiam mereantur. Quod si casu aliquo periculum infirmitatis intra præscriptum tempus incurterint, & desperati fuerint, baptizentur. *Agath. 34. Burch. lib. 4. c. 81. Iuo par. 1. c. 275. decr. & lib. 1. tit. 2. c. 64. panor.*

CAP. III.

Dist. 45. c. 5. De Iudæis præcipit sancta synodus, nemini deinceps ad credendum vim inferre: cui enim vult, Deus miseretur; & quem vult, indurat: non enim tales inuiti saluandi sunt, sed volentes; vt integra sit forma iustitiæ. Sicut enim homo propria arbitrij voluntate serpenti obediens periit: sic vocante se gratia Dei propriæ mentis conuersione homo quisque eredendo saluatur. Ergo non vi, sed libera arbitrij voluntate, vt conuertantur, suadendi sunt, non potius impellendi. Qui autem iam pridem ad Christianitatem venire coacti sunt, sicut factum est temporibus religiosissimi Principis Sisebuti † quia iam constat eos sacramentis diuinis sociatos, & baptismi gratiam suscepisse, & chrismate vnctos esse, & corporis Domini, & sanguinis extitisse participes; oportet, vt fidem etiam, quam vi, vel necessitate susceperunt, tenere cogantur; ne nomen Domini blasphemetur, & fides, quam susceperunt, vilis, ac contemptibilis habeatur. *Tolet. iv. c. 56. Toletan. viii. c. ta. Burch. lib. 4. c. 82. Iuo lib. 1. tit. 2. c. 65. panor. & par. 1. c. 276. & par. 13. c. 94. decr.* *Rom. 9. d* *Gen. 3. d.* † *Sisenādi*

De priuilegiis Iudæorum, qui ad Christianam fidem se conferunt.

Tit. II.

CAPVT I.

SI qui (*Iudæi*) Deo inspirante ad fidem se conuerterint Christianam, possessionibus suis nullatenus excludantur: cum melioris conditionis conuersos ad fidem esse oporteat; quam ante, quam fidem acceperunt † habebantur. Si autem secus factum fuerit, Principibus, vel potestatibus eorundem locorum, sub pœna excommunicationis iniungimus; vt portionem hæreditatis, & bonorum suorum ex integro eis faciant exhiberi. *Alex. iii. in conc. Later. c. 26. in fine.* *De Iuda. c. 5. Gr. ex. & in 1. coll.* † *suscipe-rent.*

CAP. II.

Delegit nostræ humanitatis conuentus; vt quidquid eorum sententiæ, vel leges, qui nos in fide Catholica præcesserunt, ad obtetendam (*Iudæorum*) perfidiam continere noscuntur, ab omnibus sacerdotibus † cunctisque iudiciariam curam habentibus studiosius in eis nihilominus compleantur; & eā, quæ nunc à nobis instituuntur; votis feruentibus conseruentur. Ita nempe, vt quique eorum ad Christum plena mentis intentione se conuerterint, & fidem Catholicam absque aliquo infidelitatis fuco seruauerint; ab omni functione, quam sacratissimo fisco persoluere consueti sunt, cum his, quæ habere potuerint, securi, extorresq; persistant. Eandemque impensionem ij, qui in infidelitate sua perstiterint, publicis vtilitatibus in integritate persoluant. Ipsi vero qui ab errore suo conuersi extiterint, suis tantum vtilitatibus, † *seniori-bus*

vt cæteri ingenui vacent, & negotia sua agentes, quidquid pro publicis indictionibus à Principe eis fuerit imperatum, vt vere Christicolæ expediant; nam æquitatis ordo deposcit: vt qui fide Christi decorantur, coram hominibus nobiles, ac honorabiles habeantur. *Tolet. xvi. c. 1.*

De Iudæis, qui à religione Christiana defecerunt. Tit. III.

CAPVT I.

SVNT, qui cum Iudæi essent, vt Christiani credere videbantur, sed id occulte negabant sabbatizantes, aut alia Iudaïce facientes: iubemus hos neque in communionem, neque in orationem, neque in Ecclesiam suscipi: sed aperte Hebræos esse, neque filios eorum baptizari, neque seruum emere, vel possidere. Si quis conuersus fuerit, & crediderit toto corde, & eorum facta, & mores detestetur, & alios coarguat, & corrigat: recipiatur, & eius liberi baptizentur. Aliter non recipiatur. *Nicæ. c. 8.*

CAP. II.

De conf. dist. 4. c. 94. Plerique, qui ex Iudæis ad Christianam fidem promoti sunt, nunc blasphemantes in Christum non solum Iudaïcos ritus perpetrasse noscuntur, sed etiam abominandas circumcisiones exercere præsumpserunt, de quibus consultu Sisenandi Regis cōcilium decernit: vt huiusmodi transgressores Pontificali auctoritate correcti, ad cultum Christiani dogmatis reuocentur, &c. Eos autem, quos circumciderunt, si filii eorum sunt, à parentum consortio separentur: si serui, pro iniuria corporis sui, libertati tradantur. *Tolet. iv. c. 58. Tolet. viii. c. 12. Burch. lib. 4. c. 85. Iuo lib. 1. tit. 2. c. 68. panor. & par. 1. c. 279. decr.*

CAP. III.

2. q. 7. c. 24. Non potest erga homines esse fidelis, qui Deo extiterit infidelis: Iudæi ergo qui dudum Christiani effecti sunt, & nunc Christi fidem præuaricati sunt: ad testimonium dicendum admitti non debent, quamuis esse se Christianos annuntient, quia sicut in fide Christi suspecti sunt, ita in testimonio humano dubii habentur, &c. *Tolet. iv. c. 63. Tolet. viii. c. 12.*

CAP. IV.

Dum in hac sancta synodo per aliarum causarum semitas dirigeremus cautissime gressus, exemplo (*Iudæorum*) infidorum conspiratio ad vnionis nostræ peruenit auditus: eo quod non solum contra suam pollicitationem suorum rituum obseruatione, tunicam fidei, qua eos per vndam sacri baptismatis induit sancta mater Ecclesia, maculauerint; sed & regni fastigium sibi per conspirationem vsurpare maluerint. Quod infanstum facinus, dum ex ipsorum professionibus noster plenissime nosset conuentus; huius decreti nostri sententia eos decernimus irreuocabili feriri censura, scilicet, vt ex iussione piissimi, & religiosissimi Principis nostri Egicanis, &c. suis omnibus rebus nudati, & ipsæ resculæ fisci viribus † societate, tam eorundem perfidorum personæ, quam vxorum suarum, ac filiorum, vel reliquiæ posteritatis à locis propriis exulatæ, per cunctas Hispaniæ prouincias perpetuæ seruituti subactæ, his, quibus eos iusserit seruituros largiri, maneant vsquequaque dispersæ, &c. *Tolet. xvij. cap. 8.* † *iditibus*

Iudæorum filij fideles apud Christianos educentur, & non priuentur hæreditate paterna. Tit. IV.

CAPVT I.

IVdæorum filios, vel filias baptizatos, ne parentum vltra inuoluantur erroribus, ab eorum consortio separari decernimus, deputandos monasteriis, aut Christianis viris, aut mulieribus Deum timentibus, vt sub eorum conuersatione cultum fidei discant; atque in melius instituti, tam in moribus quam in fide proficiant. *Tolet. iv. c. 59. Meld. 73. Tolet. viij. c. 12. Burch. lib. 4. c. 83. Iuo lib. 1. tit. 2. c. 66. panor. & par. 1. c. 277. decr.* *24. q. 1. c. 11.*

CAP. II.

Iudæi baptizati, si postea præuaricantes in Christum qualibet pœna damnati extiterint, à rebus eorum fideles filios excludi non oportebit, quia scriptum est, Filius non portabit patris iniquitatem. *Tolet. iv. cap. 60. Tolet. viij. c. 12.* *1. q. 4. c. 7.* *Eze. 18.*

CAP. III.

Filios (*Iudæorum, qui à fide defecerunt,*) vtriusque sexus decernimus, vt à septimo anno nullam cum parentibus suis habitationem, aut societatem habentes, ipsi eorum Domini, qui eos acceperint, per fidelissimos Christianos eos nutriendos contradant; ea scilicet ratione, vt & masculos Christianis fœminis in coniugio copulent, & fœminas Christianis similiter viris maritali societate adiungant. Et neque parentibus, neque filiis sit penitus licentia quoquo pacto Iudaicæ superstitionis cerimonias custodire, neque infidelitatis suæ semitas quibuslibet occasionibus iterare. *Tolet. xvij. c. 8. in fine.*

De Iudæorum seruis, præsertim Christianis. Tit. V.

CAPVT I.

IVdæi, siue Saraceni, nec sub alendorum puerorum obtentu, nec pro seruitio, nec *De Iudæis c. 5.*

Greg.ix. & in 4. collect.

alia qualibet causa, Christiana mancipia in domibus suis permittantur habere. *Alex. iii. in concil. Later. c. 26.*

CAP. II.

Si quis Christianus seruum, aut ancillam Iudæo venundare præsumpserit, anathema sit. *Zach. in syn. Rom. c. 10.*

CAP. III.

Mirati sumus, quod in regno vestro Iudæos Christiana mancipia possidere permittitis. Quid enim sunt omnes Christiani, nisi membra Christi? &c. In hoc vos amplius petimus, Dei cultores demonstretis, quod fideles eius ab inimicis eius absoluitis. *Gregorius ad Brunichild. Reginam lib. 7. regist. epist. 11, & 114. apud synod. Melden. c. 73.*

CAP. IV.

Christiana mancipia, quæ à Iudæis adducuntur, aut possidentur, aut mandatoribus contradantur, aut certe Christianis emptoribus intra diem quadragesimum venundentur; & transacto hoc dierum numero, nec apud eos quolibet modo remaneant. Si autem quædam ex iisdem mancipiis talem ægritudinem fortassis incurrerint, vt infra statutos dies vendi non valeant; adhibenda sollicitudo est, vt dum saluti fuerint pristinæ restituta, similiter modis omnibus distrahantur, &c. nec Christiana mancipia in domo Iudæi habitare sinantur. *Grego. in registro lib. 7. c. 35. apud syn. Melden. d. c. 73.*

CAP. V.

De mancipiis Christianis, quæ in Iudæorum seruitio detinentur, si eis, quod Christiana religio vetat, à dominis imponitur; aut si eos de Ecclesia excusatos tollant pro culpa, quæ remissa est, & affligere, aut cædere fortasse præsumpserint, & ad Ecclesiam iterato confugerint; nullatenus à sacerdote reddantur, nisi pretium offeratur, ac detur, quod mancipia ipsa valere pronuntiauerit iuxta taxationem. *Aurel. iii. c. 13.*

CAP. VI.

Cum prioribus canonibus iam fuerit definitum, vt de mancipiis Christianis, quæ apud Iudæos sunt, si ad Ecclesiam confugerint, & redimi se postulauerint; etiam si ad quoscumque Christianos refugerint, & seruire Iudæis noluerint; taxato, & oblato à fidelibus iusto pretio, ab eorum dominio liberentur. Statuimus, vt tam iusta constitutio ab omnibus Catholicis obseruetur. *Aurel. iv. c. 27. Vid. Aurel. iii. c. 13.*

CAP. VII.

Si quicumque Iudæus proselytum, qui aduena dicitur, Iudæum facere præsumpserit, aut Christianum factum ad Iudaicam superstitionem adducere: vel si Iudæus Christianam ancillam suam sibi crediderit sociandam; vel si de parentibus Christianis natum Iudæum sub promissione fecerit libertatis; mancipiorum amissione multetur. Ille vero, qui de Christianis natus, Iudæus factus est si sub conditione fuerit manumissus, vt in ritu Iudaico permanens, habeat libertatem talis conditio non valebit; quia iniustum est, vt ei libertas maneat, qui de Christianis parentibus veniens, Iudaicis vult cultibus adhærere. *Aurel. iv. c. 30.*

CAP. VIII.

Suggerente concilio, id gloriosissimus dominus noster Rex canonibus inserendũ præcepit; vt Iudæis non liceat mancipium Christianum in vsus proprios comparare, &c. Si qui vero Christiani ab eis Iudaismi ritu sunt maculati, vel etiam circumcisi; non reddito pretio, ad libertatem, & religionem redeant Christianam. *Tolet. iv. cap. 14. Raban. cap. 26. de pœnit.* *Dist. 54. c. 14. nulla.*

CAP. IX.

Licet, quod de Christianis, qui aut captiuitatis incursu, aut quibuscumque fraudibus Iudæorum seruitio implicantur, debeat obseruari, non solum canonicis, sed & legum beneficio iam pridem fuerit constitutum; tamen, quia nunc dicitur, quosdam Iudæos per ciuitates, aut municipia consistentes, in tantam insolentiam, & proteruiam prorupisse; vt nec reclamantibus Christianis liceat, vel pretio de eorum posse seruitute absolui: sancimus, quod, qui Iudæo deinceps debeat deseruire, datis pro quolibet bono mancipio duodecim solidis, ipsum mancipium quicumq; Christianus, seu ad ingenuitatem, seu ad seruitium licentiam habeat redimendi. Quia nefas est, vt quos Christus Dominus sanguinis sui effusione redemit, persecutorum vinculis permaneant irretiti. Quod si acquiescere his, quę statuimus, quicumque Iudæus noluerit, quamdiu ad pecuniam constitutam venire distulerit; liceat mancipium ipsum cum Christianis, vbicumque voluerit, habitare. *Matisc. c. 16. Melden. c. 73. Burc. lib. 4. ca. 88. Iuo par. 1. ca. 282. decr.* *Dist. 54. c. 18 præsenti, & de Iudæ. c. 1. Gre. ix. & in 1. collect.*

CAP. X.

Si quis Iudæus Christianum mancipium ad ritum Iudaicum conuictus fuerit persuasisse; & ipso mancipio careat, & legali damnatione plectatur. *Matiscon. apud Melden. c. 73.*

CAP. XI.

Ex decreto gloriosissimi Principis hoc sanctum elegit concilium; vt Iudæis non liceat Christianos seruos, nec Christiana mancipia emere, nec cuiusquam consequi largitate; nefas enim est, vt membra Christi seruiant Antichristi ministris. Quod si deinceps seruos Christianos, vel ancillas Iudæi habere præsumpserint; sublati ab eorum dominatu, libertatem à Principe consequantur. *Tolet. iv. c. 65. Tolet. viii. c. 12.*

CAP. XII.

Nullus mancipium extra fines, vel terminos, qui ad regnum Clodouei Regis pertinent, penitus debeat venundare: ne per tale commercium, aut captiuitatis vinculo, vel

quod peius est, Iudaicæ seruituti mancipia Christiana teneantur implicita. *Cabil. c. 9.*

Cap. XIII.

Titulus legis, Ne Iudæis mancipia deseruiant, vel adhæreant Christiana. Item, si Iudæus se Christianum esse testetur, ne reneiat Christianum mancipium. Item de Christianis mancipiis Iudæorum, &c. Item [vt si Iudæorum serui, necdum adhuc conuersi, ad Christi gratiam conuolauerint, libertate donentur. *Tolet. xij. c. 9. Burch. lib. 4. c. 86. Iuo par. 1. c. 280. decr.* *Dist. 54. c. 17.*

Cap. XIV.

Constantinus Flauius Imperator Augustus. Si quis Iudæorum Christianum seruum vel cuiuslibet alterius sectæ emerit, & circumciderit; à Iudæi ipsius potestate sublatus in libertate permaneat. *Apud synod. Melden. cap. 73. Verba sunt interpr. Cod. Theod. lib. 16. tit. 9. const. 1. Burch. lib. 4. cap. 90. Iuo par. 1. c. 284. decr.*

Cap. XV.

Quicumque Iudæus seruum, seu ingenuum, inuitum, vel suasione plectenda ex cultu Christianæ religionis in nefandam sectam, ritumve traduxerit; amissis facultatibus, capite puniatur, iustissimæ pœnæ sanguinis destinatus, qui fidem alterius expugnauit peruersa doctrina. *Theodosius, & Valentinianus apud syn. Melden. cap. 73. Nouel. Theodosij tit. 3. de Iuda.* *l. eum, qui Cod. de apost.*

Cap. XVI.

Iudæis Christianæ legis nolumus seruire personas: ne occasione domini sectam venerandæ religionis immutent. &c. *Theod. & Valenti. apud syn. Meld. c. 73.*

Nulli Iudæis magistratus, au honores mandentur.

Tit. VI.

CAPVT I.

De Iudæis c. 16. Gregor. ix. c. 10. eo. tit. in 4. collect. Cum sit nimis absurdum, vt Christi blasphemus in Christianos vim potestatis exerceat; quod super hoc Toletanum concilium prouide statuit, nos propter transgressorum audaciam in hoc capitulo innouamus; prohibentes, ne Iudæi officiis publicis præferantur; quoniam sub tali prætextu Christianis plurimum sunt infesti. Si quis autem officium eis tale commiserit, per Prouinciale concilium, quod singulis præcipimus annis celebrari, monitione præmissa, districtione qua conuenit, compescantur. Officiali vero huiusmodi, tamdiu Christianorum communio in commerciis, & aliis denegetur: donec in vsus pauperum Christianorum secundum prouidentiam diœcesani Episcopi conuertatur, quidquid fuerit adeptus à Christianis occasione officij sic suscepti; & officium cum pudore dimittat, quod irreuerenter assumpsit. Hoc idem extendimus ad Paganos. *Inno. iij. in conc. gen. Later. c. 69. Vide Tolet. iij. c. 14.*

Cap. II.

Iudæos Christianis dominari, vel supra eos potestatem exercere, vlterius nullatenus sinas. Quid enim est Iudæis Christianos supponere, atque hos illorum iudicio subiicere, nisi Ecclesiam Dei opprimere, & Satanæ synagogam exaltare? & dum inimicis Christi velis placere, ipsum Christum contemnere? *Greg. vij. lib. 9. regist. epist. 2. ad Alfon. Regem Hisp.*

Cap. III.

Ne Iudæi Christianis populis iudices præponantur. *Aruer. c. 8.*

Cap. IV.

Nulla officia publica (*Iudæis*) iniungantur, per quæ eis occasio tribuatur, Christianis pœnam inferre. *Toletan. iij. c. 14. Raban. c. 26. de pœnit.* *Dist. 54. c. 14.*

Cap. V.

Nec Iudæi Christianis populis iudices deputentur, aut telonarij esse permittantur, per quod illis, quod Deus auertat, Christiani videantur esse subiecti. *Maiisc. cap. 13. Melden. cap. 73.*

Cap. VI.

Præcipiente Sisenando Rege [constituit sanctum concilium; vt Iudæi, aut hi, qui ex Iudæis sunt, officia publica nullatenus appetant; quia sub hac occasione Christianis iniuriam faciunt. Ideoque iudices Prouinciarum cum sacerdotibus, eorum subreptiones fraudulenter relictas † suspendant, & officia publica eos agere non permittant. Si quis iudicium hoc permiserit, velut in sacrilegum excommunicatio proferatur, & is, qui subrepserit, publicis cædibus deputetur. *Tolet. iv. c. 64. Tolet. vij. c. 12. Iuo par. 13. c. 97. decret.* *17. q. 4. c. 38.* *† elicitas*

Cap. VII.

Theodosius, & Valentinianus Augusti Iudæis, vel Paganis causas agendi, vel militandi licentiam denegamus, quibus Christianæ legis nolumus seruire personas, ne occasione domini †, sectam venerandæ religionis immutent. Omnes igitur personas erroris infausti iubemus excludi, nisi his emendatio matura subueniat. *Apud synod. Melden. cap. 73.* *† domini. f.*

Cap. VIII.

Theodosius, & Valentinianus Augusti. Hac victura in omne æuum lege sancimus, neminem Iudæum ad honores, & dignitates accedere, nulli administrationem patere ciuilis obsequij, nec Defensoris saltem fungi officio. Nec fas quippe credimus, vt supernæ Maiestati, & Romanis legibus inimici sub specie cuiuslibet officij Christianos, vel etiam sacerdotes, sub quacumque occasione iniuriis audeant fatigare, vel legis nostræ aliquos aut condemnare, aut adiudicare præsumant: nec carcerali custodiæ præsint; ne Christiani, *Cod. de Iuda. l. vlt.*

vt fieri assolet, nonnumquam abstrusi, custodum odiis alterum carcerem patiantur. *Apud synod. Meldens. cap. 73 Nouella Theodos. tit. 3. de Iudæis.*

Cap. IX.

Quicumque (*ex Iudæis*) ad honores irrepsit, habeatur, vt ante, conditionis extremæ, ne videamur hominibus execrandis contumeliosum immunitatis beneficium præstitisse. *Theodosius, & Valentinianus apud synod. Meldens. c. 73. Vide & Nou. Theo.*

Ne Iudæi Christianas, neve Christiani Iudæas vxores ducant, aut illis copulentur.

Tit. VII.

CAPVT I.

Dist. 32. quoniam c. 15 Lectores, & cantores non ducant vxores alterius religionis, neque liberos copulent in matrimonio cum hæretico, Iudæo vel Gentili, nisi promittant orthodoxam fidem accipere. Contra veniens subiaceat pœnis canonicis. *Chalcedo. c. 14. Iuo lib. 3. tit. 8. c. 27. panor.*

Cap. II.

De Iud. c. 15. Gregor. ex. c. 1. eo. tit. in 4. colle. In nonnullis Prouinciis à Christianis Iudæos, seu Sarracenos habitus distinguit diuersitas; sed in quibusdam, &c. contingit interdum, quod per errorem Christiani Iudæorum, seu Sarracenorum; & Iudæi, seu Sarraceni Christianorum mulieribus commiscentur, &c. Statuimus, vt tales vtriusque sexus in omni Christianorum Prouincia, & omni tempore, qualitate habitus publice ab aliis populis distinguantur, cum etiam per Moysen hoc ipsum legatur eis iniunctum. *Inno. iij. in conc. gen. c. 68.* *Leui. 19. Deu. 22.*

Cap. III.

Si quis Christianus filiam suam Iudæo in coniugio copulare præsumpserit, nisi perfecte crediderit Christo, & baptizatus fuerit, &c. si vidua Christiana Iudæum duxerit virum, vel consentientibus ei, anathema sit. *Zachar. in syn. Rom. c. 10.*

Cap. IV.

1. Cor. 61. c. Neque hæreticis, neque Iudæis puellæ dentur vxores; quod nulla potest esse societas fideli cum infideli. Si contra fecerint parentes; per quinquennium abstineant. *Elib. cap. 16.*

Cap. V.

Si quis fidelis habens vxorem, cum Iudæa, vel Gentili fuerit mœcharus, à communione arceatur. Quod si alius eum detexerit, post quinquennium, acta legitima pœnitentia, poterit Dominicæ sociari communioni. *Elib. c. 78.*

Cap. VI

Nullus Christianus Iudæam, neque Iudæus Christianam in matrimonio du[...]t vxorem; quia inter huiusmodi personas illicitas nuptias esse censemus. Qui si commoniti à consortio hoc se separari distulerint; à communionis gratia sunt sine dubio submouendi. *Aurel. ij. c. 18.*

Cap. VII.

Christianis omnibus interdicimus, ne Iudæorum coniugiis misceantur, qui si fecerint, vsque ad sequestrationem, quisquis ille est, communione pellatur. *Aurel. iij. c. 13.*

Cap. VIII.

Si quis Iudaicæ prauitati iugali societate coniungitur, & seu Christiana Iudæo, siue Iudæus Christianæ consortio misceatur carnali; à Christianorum cœtu, atque conuiuio & à communione Ecclesiæ, cuius sociatur hostibus, segregetur. *Aruer. cap. 6. Melden. 73.*

Cap. IX.

Si Iudæus Christianam ancillam suam sibi crediderit sociandam (*illius*) amissione mulctetur. *Aurel. iv. c. 30.*

Cap. X.

Iudæis non liceat Christianas habere vxores, vel concubinas, &c. Sed & filios, qui ex tali coniugio nati sunt, assumendos esse ad baptismum. *Tolet. iij. cap. 14. Raban. cap. 26. de pœnit.*

Cap. XI.

Iudæi qui Christianas mulieres in coniugio habent, admoneantur ab Episcopo ciuitatis ipsius, vt si cum eis permanere cupiunt, Christiani efficiantur; si noluerint, separentur: quia non potest infidelis in eius permanere coniunctione, quæ iam in Christianam translata est fidem. Filij autem, qui ex talibus nati existunt, fidem, atque conditionem matris sequantur: similiter & hi, qui procreati sunt de infidelibus mulieribus & fidelibus viris, Christianam religionem sequantur, non Iudaicam superstitionem. *Tolet. iv. c. 62. Tolet. viij. c. 12.* *28. q. 1. c. 10.*

Ne Iudæi clericos accusent, neve Christianorum testimonia recusent.

Tit. VIII.

CAPVT I.

Testimonium Christianorum aduersus Iudæos in omnibus causis, cum illi aduersus Christianos testibus suis vtantur, recipiendos esse censemus: & anathemate decernimus feriendos, quicumque Iudæos Christianis voluerint in hac parte præferre: cum eos subiacere Christianis oporteat, & ab eis pro sola humanitate foueri. *Alex. iij. in conc. Later. c. 26.* *De testi. c. 18. Gre. ix. c. 5. de Iuda. in 1. collect.*

Cap. II.

Iudæi, aut Pagani ad accusandum clericos non recipiantur, nisi suas causas prose- *4. q. 1. c. 1. definimus.*

4. q. 6. omnibus c. 2. quantur. *Cartha. 130. G. Carth. vii. c. 2. L. Afr. 95. & 96. L. Raba. c. 1. de pœnit. Ivo par. 16. c. 64. decr.*

Ne Christiani cum Iudæis cibum sumāt, neve eis valde familiariter vtantur. Tit. IX.

CAPVT I.

De Iuda. cap. 5. Greg. ix. & in i. collect. Excommunicentur, qui cum (*Iudæis, vel Sarracenis*,) præsumpserint habitare. *Alex. iii. in conc. Later. c. 6.*

Cap. II.

Si clericus, vel fidelis cum Iudæis cibum sumpserit, à communione abstineat, vt emendetur. *Eliberitan. in c. 50.*

Cap. III.

28. q. 1. c. 14. Omnes deinceps clerici, siue laici Iudæorum conuiuia euitent; nec eos ad conuiuium quisquis excipiat; quia cum apud Christianos cibis communibus non vtantur, indignū est, atque sacrilegum, eorum cibos à Christianis sumi: cum ea, quæ Apostolo permittente nos sumimus ab illis iudicentur immunda, ac sic inferiores incipiant esse Christiani, quam Iudæi; si nos, quæ ab illis apponuntur, vtamur, illi vero à nobis oblata contemnant. *Agath. c. 40. Venet. c. 12. Meten. 4. Melden. c. 73. Ivo par. 13. c. 117. decr.* (1. Tim. 4.)

Cap. IV.

Iudæorum conuiuiis etiam laicos constitutio nostra prohibuit: & ne cum illo clericus panem comedat, quisquis in Iudæorum fuerit conuiuio inquinatus. *Epaun. c. 15. Melden. c. 73.*

Cap. V.

Christianis conuiuia interdicimus Iudæorum: in quibus si forte fuisse probantur, annuali excommunicationi pro huiusmodi contumacia subiacebunt. *Aurel. iii. c. 13.*

Cap. VI.

Nullus Christianus Iudæorum conuiuiis participare præsumat. Quod si facere quicumque quod nefas est dici, clericus, aut sæcularis præsumpserit; ab omnium Christianorum consortio se nouerit compescendum, &c. *Matisc. c. 15. Melden. c. 73.*

Cap. VII.

8. q. 1. c. 11. Sæpe malorum consortia etiam bonos corrumpunt, quanto magis eos, qui ad vitia proni sunt. Nulla ergo communio vltra sit Hebræis ad fidem Christianam translatis cum his, qui adhuc in veteri ritu consistunt; ne forte eorum participio subuertantur. Quicūque ex his infidelium consortia non vitauerint, & hi Christianis donentur, & illi publicis cædibus deputentur. *Tolet. iv. c. 61. Tolet. viii. c. 12. Burch. lib. 4. c. 84. Ivo lib. 1. tit. 2. c. 6. 67. panor. & par. 1. c. 278 decr.*

Cap. VIII.

Interdictum est iuxta capitula sanctorum Patrum; vt nemo Christianorum cum (*Iudæis*) manducet, & bibat, vel quidquid comedi, aut potari potest, à Iudæis accipiat. Nimis enim, iuxta quod ait Cæsarius Arelatensis Ecclesiæ Episcopus, indignum est, atq; sacrilegum eorum cibos à Christianis sumi; cum ea, quibus nos fruimur; ab illis iudicentur immunda; ac sic inferiores incipiant esse Christiani, quam Iudæi. Et omnes eorum conuiuas, ipse, & sanctus Syagrius Æduorum Episcopus cum aliis multis excommunicauerunt. *Meten. c. 4. Agath. 40.*

Ne Iudæi in feriis Passionis, & Resurrectionis Christi in publicum prodeant. Tit. X.

CAPVT I.

In diebus lamentationum, & Dominicæ Passionis in publicum minime prodeāt (*Iudæi*) eo quod nonnulli ex ipsis talibus diebus sicut accepimus, ornatius non erubescunt incedere, ac Christianis, qui sacratissimę Passionis memoriam exhibentes, lamentationum signa pretendunt, illudere non formidant. Illud autem districtissime inhibemus: ne in contumeliam Redemptoris prosilire aliquatenus præsumant. Et quoniam illius dissimulare non debemus opprobrium, qui probra nostra deleuit: præcipimus presumptores huiusmodi per Principes sæculares condignę animaduersionis adiectione compesci, ne crucifixum pro nobis presumant aliquatenus blasphemare. *Inno. iii. in conc. gen. Later. c. 68.* (De Iuda. ca. Greg. ix. c. 1. co. ii. in 4. coll. — Esai. 53.)

Cap. II.

Iudæi à die cœnę Domini, vsque in secundam sabbati in Pascha, hoc est, ipso quatriduo procedere inter Christianos, neque catholicis populis se vllo loco, vel quacumque occasione miscere presumant. *Aurel. iii. c. 29. Melden. 73.*

Cap. III.

Iudęis, à cœna Domini, vsque ad primam diem post Pascha, secundum edictum bonę recordationis Domini Childeberti Regis per plateas, aut forum quasi insultationis causa, deambulandi licentia denegetur, & vt reuerentiam cunctis sacerdotibus Domini, vel clericis impendant: nec ante sacerdotes consessum nisi ordinati habere præsumant. Qui hoc facere fortasse præsumpserit, à iudicibus locorum, prout persona fuerit, distringatur. *Matisc. c. 14. Melden. c. 73.*

Cap. IV.

Childebertus Rex Francorum, Iudæis à cœna Domini vsque in primum Pascha per plateas, aut forum quasi insultationis causa deambulandi licentia denegetur. *Apud syn. Melden. c. 73.*

Ne Christiani Iudæorum ferias agant; neve alio modo eorum ritibus faueant. Tit. XI.

CAPVT I.

SI quis Episcopus, presbyter, diaconus Pascha ante æquinoctium vernum cum Iudæis celebrauerit, deponatur. *Apost. cap. 7. G. 8. L.*

CAP. II.

Si clericus, vel laicus ingrediatur synagogam Iudæorum, vel hæreticorum ad orandum, deponatur, & excommunicetur. *Apost. c. 65.*

CAP. III.

Episcopus, presbyter, diaconus, clericus, ieiunans cum Iudæis, vel festa celebrans, vel xenia festorum ab eis accipiens, vt azyma, vel aliud quid; deponatur, laicus excommunicetur. *Apost. c. 70.*

CAP. IV.

† deferat. Si Christianus oleum offerat † in templo Gentilium, vel in synagoga Iudæorum in eorum festis diebus; aut lucernas incendat, excommunicetur. *Apost. c. 71.*

CAP. V.

Admonere placuit possessores, vt non patiantur fructus suos, quos à Deo percipiunt cum gratiarum actione, à Iudæis benedici; ne nostram irritam, & infirmam faciant benedictionem. Si quis fecerit, ab Ecclesia abiiciatur. *Elib. c. 49.*

CAP. VI.

Episcopus, presbyter, diaconus qui contra Nicæni concilij decretum Pascha cum Iudæis celebrat; deponatur, & qui cum eo iam deposito communicat. *Anti. c. 1.*

CAP. VII.

Qui sabbato vacant, vt Iudæi, anathema Christo sint. *Laod. c. 29.*

CAP. VIII.

Non oportet à Iudæis, vel hæreticis munera missa festiua accipere, neque cum eis festos dies agere. *Laod. 37. Melden. c. 73.*

CAP. IX.

Non oportet à Iudæis azyma accipere aut communicare cum impietate eorum *Laod. c. 38. Melden. c. 73.*

CAP. X.

26. q. 5. nemo augurius. c. 11. Superstitionibus Iudaicis, vel feriis inhærentem, à conuentu Ecclesiæ separandum. *Carth. iv. c. 89. Burch. lib. 10. cap. 7. Iuo lib. 8. tit. 6. c. 4. panor. & par. 11. c. 35. decr. Tarrat. lib. 4. c. 73.*

CAP. XI.

Tanta est quorundam cupiditas, vt quidam eam appetentes, iuxta quod ait Apostolus, 1. Tim. c. 6. etiam à fide errauerint. Multi quippe ex sacerdotibus, ac laicis accipientes à Iudæis munera, perfidiam eorum suo patrocinio fouent; qui non immerito ex corpore Antichristi esse noscuntur, quia contra Christum faciunt: Quicumque ergo deinceps Episcopus clericus, sæcularis illis contra fidem Christianam suffragium, vel munere, vel fauore præstiterit; vt prophanus, & sacrilegus anathema effectus, ab Ecclesia Catholica, & regno Dei habeatur extraneus. Quia dignus est, vt à corpore Christi separetur, qui inimicis Christi patronus efficitur. *Tolet iv. c. 57. Meld. 74. Vid. Tolet. viij. c. 12.*

CAP. XII.

Nemo clericus, vel laicus azyma apud Iudæos comedat, aut cum eis habitet, aut eos in morbis vocet, aut ab eis medicinam accipiat, aut in balneis cum eis lauet. Sin minus, clericus deponatur, laicus excommunicetur. *Trul. c. 11. Iuo par. 13. c. 116. decr. Cæsar. lib. 8. cap. 102.* 28. q. 1. nullus 13.

Ne Iudæi Christianos vsuris vexent Tit. XII.

CAPVT I.

QVanto amplius Christiana religio ab exactione compescitur vsurarum, tanto grauius super Iudæorum perfidia insolescit, ita quod breui tempore Christianorum exhauriant facultates, &c. Statuimus; vt si de cętero quocumque prætextu Iudæi à Christianis graues, & immoderatas vsuras extorserint; Christianorum eis participium subtrahatur, donec de immoderato grauamine satisfecerint competenter. Christiani quoque si opus fuerit, per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita compellantur ab eorum commerciis abstinere. Principibus autem iniungimus, vt propter hoc non sint Christianis infesti; sed potius tanto grauamine Iudæos studeant cohibere. Ac † eadem pœna Iudæos decernimus compellendos, ad satisfaciendum Ecclesiis pro decimis, & oblationibus debitis, quas à Christianis de domibus, & possessionibus aliis percipere consueuerant, ante quam ad Iudæos quocumque titulo deuenissent, vt sic Ecclesiæ conseruentur indemnes. *Inno. in conc. gen. Later. c. 97.* De vsur. c. 18. Gr. ix. c. 3. eo. tit. in 4. coll. † Hac

CAP. II.

Iudæos ad remittendas vsuras (*cruce signatis*) per sæcularem compelli præcipimus potestatem. *Inno. iii. in conc. gen. Later. cap. vlt.*

Principes Christiani propulsent ab Ecclesia iniurias Iudęorum. Tit. XIII.

CAPVT I.

ERVNT Catholicę fidei (*Principes*) assertores, eamque & ab hac, quæ immi-

net, Iudæorum perfidia, & à cunctarum hæresum iniuria defendentes, &c. *Toletan. viii. cap. 10.*

Cap. II.

Erga Iudæos à Christianis Principibus, ac cæteris omnibus Dei fidelibus, tam clericis, quam laicis, viris, seu fœminis, sacrorum canonum, & antiquorum Regum, atque legum iura seruentur, &c. *Meld. c. 73. in prin.*

Communia de Iudæis. Tit. XIV.

CAPVT I.

1. Cor. 10. g. Apostolici præcepti verba sunt, apud Iudæos, atque Gentiles sine offensione nos esse debere. Hoc quisquis Christianus † custodiat. est, tota animi virtute custodit. † *Miltiades epist. vnic. in principio. Celest. epist. 1. in prin.*

Cap. II.

Orat Ecclesia, vt Iudæis ablato cordis velamine, lux veritatis appareat. *Celest. epi. 1. cap. 11.*

Cap. III.

Reccaredus Rex constitutionem fecit contra Iudæos, quam eorum pecuniis noluit tollere. *Greg. epi. 3. c. 3. lib. 7. c. 122. reg. post prin. ad eund. Reccare.*

Cap. IV.

De consf. d. 1. c. 66 Episcopus nullum prohibeat ingredi Ecclesiam, & audire verbum Dei, siue Gentilẽ, siue hæreticum, siue Iudæum, vsque ad missam catechumenorum. *Carth. iv. c. 84. Burch. lib. 3. c. 28. Ino lib. 2. tit. 4. c. 14. panor. & par. 3. c. 33. decr. Cæsar. lib. 4. c. 91.*

Cap. V.

† sacrarium. Ne intra salutatorium, † aut oratorium, (*sanctimonialium*) ingredi permittantur præcipue Iudæi. *Matis. c. 2.*

Cap. VI.

Iudæis non liceat corpus deducere psallendo, sed vt eorum habuit mos, & consuetudo antiqua corpus deducant, & deponant, quod si facere aliter præsumpserint, inferant Comiti ciuitatis auri vncias sex. *Narbonen. c. 9.*

Cap. VII.

Inflexibilis Iudæorum perfidia, deflexa tandem videtur pietate, & potentia superna, nam excellentissimus, & Christianissimus Princeps, &c. non finit degere in regno suo eum, qui non est Catholicus, &c. Quisquis succedentium temporum regni sortitus fuerit apicem, non ante conscendat regiam sedem, quam inter reliqua conditionum sacramenta pollicitus fuerit, hanc se catholicam non permissurum eos violare fidem, &c. Si temerator huius promissi extiterit, sit anathema maranatha in conspectu Dei, & pabulum efficietur ignis æterni, similique cum eo damnatione perculsis, quicumque sacerdotum, vel quilibet Christianorum eius implicati fuerint errore. Quæ vero in vniuersali synodo de Iudæis conscripta sunt, confirmamus, &c. *Tolet. vi. c. 3.*

Cap. VIII.

Baptizati Iudæi quocumque loco, certo tempore conuersentur, festis tamen præcipuis noui testamenti serie consecratis, & diebus illis, quos olim sanctione veteris legis sibimet censebant esse solemnes, in ciuitatibus, publicisque conuentibus cum summis Dei sacerdotibus celebrare præcipimus; vt eorum conuersationem, & fidem, & Pontifex approbet, & veritas seruet. Huius vero temerator edicti, prout Episcopus † permiserit, † ictus aut flagris, aut abstinentiæ subiacebit. *Tolet. ix. c. 17.*

Cap. IX.

De Iudæorum execranda perfidia discretis titulorum sententiis editas nouiter à glorioso Principe leges vigilanti sensuum intentione perlegimus, districto etiam grauitatis pondere earum instituta probauimus, &c. (*Tituli legum.* Ne Iudæi aut se, aut filios suos, vel famulos à baptismi gratia subtrahant. Item, ne Iudæi more suo celebrent Pascha, vel carnis circumcisiones exerceant; ac ne Christianum quemquam à fide Christi dimoueant. Item, ne Iudæi sabbata, cæterasque festiuitates ritus sui celebrare præsumant. Item, vt omnis Iudæus diebus Dominicis, & in prænotatis diebus ab opere cesset. Item, ne Iudæi ex propinquitate sanguinis connubia ducant, & vt sine benedictione sacerdotis nubere non audeant. Item, ne Iudæi religioni nostræ insultantes, sectam suam defendere audeant: nec à fide refugientes, alibi se transducant. Et ne quilibet refugientes eos suscipiat. Item, ne Christianus à Iudæis quodcumque muneris contra fidem Christi accipiat. Item, ne Iudæi libros legere audeant, quos Christiana fides repudiat, &c. Item, professio Iudæorum; quomodo vnusquisque ad fidem veniens, indiculum professionis suæ conscribere debeat. Item, conditiones Iudæorum, quas iurare debeant hi, qui ex eis ad fidem venientes, professiones suas dederint. Item, de Christianis mancipiis Iudæorum quæ se non prodiderint Christiana, siue de publicatoribus eorum. Item, ne Iudæi à quolibet potestate accepta extra regiam ordinationem, Christianum quemque impetere, plectere, vel distringere audeant, &c. Item, ne Iudæi administratorio vsu in ordinem villicorum, atque actorum, Christianam familiam redigere audeant, & de damnis eorum, qui talia ordinanda inuenxerint. Item, Iudæus ex aliis prouinciis, vel territoriis ad Regis nostri ditionem pertinentibus veniens, Episcopo loci, vel sacerdoti se præsentare non differat; vt sciat, quid eum in

toto obseruare conueniat. Item, vt concursus Iudæorum diebus institutis ad Episcopum fieri debeant. Item, vt quicumque Iudæum secum assequentem habuerit, expetente sacerdote eum apud se retinere non audeat. Item, vt cura omnis distinguendi Iudæos solis sacerdotibus debeatur. Item, de damnis sacerdotum, vel iudicum, qui Iudæis instituta legum adimplere distulerint. Item, ne iudices quidquam de perfidorum excessibus extra sacerdotum conniuentiam, iudicare præsumant. Item, vt Episcopi tunc immunes habeantur à damnis, cum eorum presbyteros ad ea, quæ ipsi non correxerint, remiserint corrigenda. Item, de seruata Principibus miserendi potestate in his, qui conuersi ad fidem Christi veraciter fuerint. Item vt Episcopi omnes Iudæis ad se pertinentibus libellum de suis editum erroribus tradant; & vt professiones eorum, vel conditiones in scriniis Ecclesiæ condant. Quarum omnium legum promulgatio grauida, sicut synodali iudicio comprobata, ita generali omnium nostrorum definitione; in eorum erit deinceps excessus exercenda. *Tolet. ii. cap. 9.*

Cap. X.

Si quis fidem in Christum negauit, vel ad Iudaismum, vel idolorum cultum, vel Manichæismum, vel aliud quid tale impietatis genus desciuisse visus sit; qui suapte quidem sponte ad eiusmodi malum irruens, deinde ad se rediens, totum vitæ suæ habet pœnitentiæ tempus. Nunquam enim, si mystica peragatur oratio, Deum vna cum populo adorare dignus censetur, sed seorsum precabitur: à sacramentorum autem communione, omnino erit alienus. In hora autem sui excessus tum sacramenti parte dignus censebitur, &c. *Gregor. Nyss. epist. canonica c. 2.*

Cap. XI.

Innocentius constitutum fecit de omni ecclesia, & de regulis monasteriorum, & de Iudæis, & de Paganis. *Ex Pontif.*

De Paganis, & quod Ecclesia cupit omnes infideles ad fidei cognitionem peruenire. Tit. XV.

CAPVT I.

ORat Ecclesia, vt infidelibus donetur fides; vt idololatræ ab impietatis suæ liberentur erroribus. *Celest. epi. 1. c. 11.*

Cap. II.

De cons. d. 1. c. 16. Episcopus nullum prohibeat ingredi Ecclesiam, & audire verbum Dei, siue Gentilem, siue hæreticum, siue Iudæum vsque ad missam catechumenorum. *Carth. iv. c. 84. Burch. lib. 3. c. 28. Iuo lib. 2 cit. 4. c. 14. panor. & par. 3 c. 33. decr. Cæsar. lib. 4. c. 98.*

Dent operam Christiani, vt aboleatur cultus idolorum Tit. XVI.

CAPVT I.

GEntilitatis ritum, & doctrinam, &c. abiicite: & populum vobis à Deo commissum piis admonitionibus edocere; & à sacrificiis mortuorum omnino deuitare, &c. *Greg. iij. ep. 3. in med. ad Bauaraios.*

Cap. II.

De his qui Christianitatis bonum suscipere renuunt, & idolis immolant, vel genua curuant, nihil aliud scribere possumus vobis, nisi vt eos ad fidem rectam monitis, exhortationibus, & ratione illos potius, quam vi, quod vane sapiant, conuincatis; opera manuum suarum, & insensibilia elementa; eum sint homines intellectuabiles, adorantes, immo dæmoniis suam ceruicem flectentes, & immolantes, &c. *Nicol. ad consul. Bul. c. 41. Iuo par. 1. c. 181. & par. 11. c. 85. decret. Cæsar. lib. 12. c. 88.*

Cap. III.

Admonere placuit fideles, vt quantum possunt, prohibeant, ne idola in domibus suis habeant. Si vero vim metuunt seruorum, vel se ipsos puros conseruent. Si non fecerint, alieni ab Ecclesia habeantur. *Elib. cap. 41.*

Cap. IV.

Si quis idola fregerit, & ibidem fuerit occisus; quia in Euangelio non est scriptum, neque inuenitur ab Apostolis vnquam factum; placuit in numerum eum non recipi martyrum. *Elib. c. 60.*

Cap. V.

Si in alicuius presbyterio † infideles aut faculas accenderint, aut arbores, fontes, vel saxa venerentur: si hæc eruere neglexerit, sacrilegij se esse reum cognoscat. Dominus autem, vel ordinator rei ipsius, si admonitus emendare noluerit; communione priuetur. *Arel. ij. c. 23.*

† Prædio: f.

Cap. VI.

Idolorum reliquiæ per totam Africam deleantur, nam in multis locis maritimis, & possessionibus diuersis hic error manet. Et templa eorum, quæ in agris, & occultis locis eum dedecore sunt, destruantur, de voluntate Imperatoris. *Carth. ca. 59. G. Carth. v. ca. 15. L. Afri. 25. L.*

Cap. VII.

Petatur ab Impp. vt reliquiæ idololatriæ non solum in simulacris, sed in quibuscumque locis, vel lucis, vel arboribus omnino deleantur. *Carth. ca. 85. G. Carthag. v. c. 15. L. Afric. 51. L.*

Cap. VIII.

Placuit & illud aduersus hæreticos, vel Paganos, vel eorum superstitiones, vt legati missi de hoc glorioso concilio, quidquid

vtile prouiderint, à gloriosissimis Principibus impetrent. *Milen. c. 11.*

CAP. IX.

Sunt, qui Kal. Ian. colunt, cum Ianus homo Gentilis, & Rex fuerit, Deus esse non potuit, &c. Sunt etiam, qui in festiuitate cathedræ domini Petri Apostoli cibos mortuis offerunt, & post missas redeuntes ad domos proprias, ad Gentilium reuertuntur errores; & post corpus Domini sacratas dæmoni escas accipiunt, &c. Quemcumque in hac fatuitate Pastores, atque Presbyteri persistere viderint, vel nescio (*quas*) ad petras, aut arbores, aut ad fontes designata loca Gentilium perpetrare, quæ ad Ecclesiæ rationem non pertinent; eos ab Ecclesia sancta (*hac*) auctoritate repellant, nec participare sancto altario permittant, qui Gentilium obseruationes custodiunt, &c. *Turon. ij. c. 23.*

CAP. X.

Quoniam pene per omnem Hispaniam, siue Galliciam idololatriæ sacrilegium inoleuit: cum consensu gloriosi. Principis (*Reccaredi*) sancta synodus ordinauit; vt omnis sacerdos in loco suo vna cum iudice territotij, sacrilegium memoratum studiose perquirat, & exterminare inuentum non differat. Omnes vero, qui ad talem errorem concurrunt sine discrimine, qua poterunt, animaduersione coërceant. Quod si neglexerint, sciant se vtrique excommunicationis periculum esse subituros. Si qui vero domini extirpare hoc malum de possessione sua neglexerint, & familiæ prohibere noluerint, ab Episcopo & ipsi à communione pellantur. *Tolet. iij. cap. 16.*

CAP. XI.

Exo. 10. 4. Præcepta Domini sunt dicentis. Non facies tibi sculptile, &c. Cultores idolorum, veneratores lapidum, accensores facularum & excultores fontium admonemus; vt agnoscant, quod ipsi spontaneæ se morti subiiciunt, qui Diabolo sacrificare videntur, &c. Ac proinde omne sacrilegium idololatriæ, vel quidquid illud est, contra sanctam fidem, in quo insipientes homines captiuati, Diabolicis culturis inseruiunt, sacerdotis, vel iudicis instantia inuentum, vt sacrilegia eradantur, & exterminata truncentur. Eos vero, qui ad talem errorem accurrunt, & verberibus coërceant, & onustos ferro dominis suis tradant, &c. Domini tamen eorum, qui nuntiatos sibi talium seruorum errores vlcisci noluerint; & excommunicationis sententiam perferant, & iura serui illius, &c. se amisisse cognoscant, &c. *Tolet. xij. c. 11.*

CAP. XII.

Exo. 10. 4. Cum Dominus Præcipiat: Non facies tibi sculptile, &c. Cultores idolorum efficiuntur, veneratores lapidum, accensores facularum, excolentes sacra fontium, vel arborum, auguratores quoque seu præcantatores, &c. Rectoribus Ecclesiarum Dei studere vt, &c. suo eos restituant creatori. De quibus sacrilegiis extirpandis multa sanctorum Patrum in diuersis conciliis clarent edicta, &c. Cum consensu, & iussu Egicani Regis decernimus; vt omnes Episcopi, seu Presbyteres; vel hi, qui iudicandis causarum negotiis præsunt, in cuiuscumque loco præmissa sacrilegia, vel quælibet alia, &c. repererint; emendare, & extirpare non differant, &c. Quod si emendare neglexerint, iudex loci sui dignitate priuatus, anni vnius spatio erit sub pœnitentia constitutus, &c. Si qui vero pro talium defensione obstiterint sacerdotibus, aut iudicibus, vt ea nec emendent, nec extirpent, &c. sint anathema in conspectu diuinæ Trinitatis, &c. *Tolet. xvj. cap. 2.*

CAP. XIII.

Vnusquisque Episcopus in sua Parochia sollicitudinem habeat, adiuuante Graphione, qui defensor Ecclesiæ est; vt populus Dei paganias non faciat: sed vt omnes spurcitias Gentilitatis abiiciat, & respuat; siue profana sacrificia mortuorum, &c. siue hostias immolatitias, quas stulti homines iuxta Ecclesias ritu pagano faciunt, &c. siue illos sacrilegos ignes, quos Nedfri vocant; siue omnes quæcumque sunt Paganorum obseruationes, diligenter prohibeant. *Franc. syn. Capit. lib. 5. capit. 2.*

CAP. XIV.

Vnusquisque Episcopus in sua Parochia sollicitudinem habeat; vt populus Christianus Paganismum non faciat. *Suession. sub Pipino.*

CAP. XV.

Summo decertare debent studio Episcopi, & eorum ministri; vt arbores dæmonibus consecratæ, quas vulgus colit, & in tanta veneratione habet, vt nec ramum, vel surculum inde audeat amputare, radicitus exscindantur, atque comburantur. Lapides quoque, quos in ruinosis locis, & siluestribus dæmonum ludificationibus decepti venerantur, vbi & vota vouent †, & deferunt; funditus effodiantur, † fouent. atque in tali loco proiiciantur, vbi numquam à cultoribus suis venerari possint, & omnibus annuntietur quantum scelus sit idololatria, & qui hæc veneratur, & colit, quasi Deum suum negat, &c. Si quis hoc transgressus fuerit, fidem perdidit, & est infideli deterior, &c. *Nannetèn. c. 20.*

CAP. XVI.

Quicumque Antistites huiusmodi nefas (*idololatria*) agi permiserit, vel peractum in sua diœcesi protinus abolere distulerit; à loci sui officio pulsus, vnius anni excursu sub pœnitentiæ maneat religatus lamento †, &c. *Tolet. xvj. in tem. Regis Egicani.* † amento.

Ne Pagani cogantur suscipere fidem Christi. Tit. XVII.

CAPVT I.

DE his, qui Christianitatis bonum suscipere tenuunt, & idolis immolant, vel genua curuant, nihil aliud scribere possumus vobis, nisi vt eos ad fidem rectam monitis, exhortationibus, & ratione illos potius, quam vi, quod vane sapiant, conuincatis; opera manuum suarum, & insensibilia elementa, cum sint homines intellectuabiles, adorantes, immo Dæmoniis suam ceruicem flectentes, & immolantes: nam, vt Apostolus docet: scimus, quoniam nihil est idolum, sed quæ immolant gentes, dæmoniis immolant. Iam vero si vos non audierint: cum eis nec cibos sumere, nec vllam penitus communionem habere, &c. Nulla igitur cum his, qui non credunt, idolaque adorant, miscenda communio est. Porro illis violentia, vt credant, nullatenus inferenda est. Nam omne, quod ex voto non est, bonum esse non potest. Scriptum est enim: Voluntarie sacrificabo tibi; & rursus: Voluntaria inquit, oris mei, beneplacita fac Domine; & iterum: Et ex voluntate mea confitebor illi. Vltronea quippe Deus obsequia, & exhiberi tantum ab vltroneis præcipit, nam si vim inferre voluisset, nullus omnipotentiæ illius resistere potuisset, &c. *Nicolaus ad consulta Bulgarorum c. 41. Iuo par. 1. c. 181. & 182. & par. 11. c. 85. & 86. decr. Casar. lib. 32. c. 88.*

1. Cor. 8. 4.
Psal. 53.
Psal. 118.

CAP. II.

Non esse inferendam Pagano violentiam, supra docuimus capite xli. *Nicolaus ad consulta Bulgarorum. c. 102. Iuo par. 1. c. 182. decr. Casar. lib. 12. c. 88.*

Ne Christiani communicent cum Paganis, neque eorum libros legant. Tit. XVIII.

CAPVT I.

EXcommunicentur, qui cum Iudæis, & Saracenis præsumpserint habitare. *Alex. 3. in conc. Later. c. 26.*

De Iud. c. 5. Gre. ix. & in 1. colle.

CAP. II.

Necesse est, vt salutis causa filius, qui sermonem receperit veritatis, à parentibus separetur incredulis, aut rursum pater separetur à filio, aut filia à matre. Et hoc modo inter propinquos, atque consanguineos credẽtes, atque incredulos, scientiæ, atque ignorantiæ, veritatisque, & erroris pugna consurgit, &c. Quod si dicat aliquis: & quomodo iustum videtur, separari filios à parentibus? Audi quomodo: quia cum ipsis, si in errore permaneant, neque illis prodetunt & ipsi cum illis pariter interibunt. Iustum igitur, & valde iustum est separari eum, qui saluari vult, ab eo, qui non vult, &c. *Clem. epist. 3 post prin.*

CAP. III.

Infidelibus nolite coniungi, nec cum eis vllam participationem habere. Talia vero agentes, non fideles, sed infideles iudicantur. Vnde ait Apostolus: Quæ proportio fideli cum infideli? aut quæ participatio iustitiæ cum iniquitate? *Callist. ep. 2. in prin.* 2. Cor. 6.

CAP. IV.

Nulla cum his, qui non credunt, idolaque adorant, miscenda communio est, &c. Si quæritis, quid de (*idololatris*) iudicandum sit, Apostolum Paulum audite, qui cum Corinthiis scriberet, ait: Quid mihi de iis, qui foris sunt? &c. Veruntamen auferte malum ex vobis ipsis; ne videlicet vobiscum morans, vt cancer serpat; aut certe, dum à fidelibus sibi communicari conspicit, suæ vanitati communicari putet, ac per hoc veraciorem, & sanctiorem suam sectam, quam nostram existimet religionem. Propter conscientiam ergo magnopere idola colentium cauenda est omnino communio; nam qui idololatris communicat; ipsis idolis, immo dæmoniis communicare videtur, &c. *Nicolaus ad consulta Bulgar. c. 41. Iuo par. 1. c. 182. & par. 11. c. 86. decr. Casar. lib. 12. c. 88.* 1. Cor. 5. d.

CAP. V.

Cum Paganis, quod sit Christianis pactum faciendum, Apostolus indicat, qui nullam communionem luci ad tenebras, Christi ad Belial, fideli cum infideli, dat intelligi debere prorsus existere. Verum si eo fidelis animo pactum cum infideli constituit, vt eum ad cultum veri Dei possit attrahere, non est prohibendum, &c. Inueniuntur autem nonnulli sanctorum, & fidelium cum alienigenis, & infidelibus pacta, & amicitiæ fœdera contraxisse diuersa, sed eos non tamquam infidelitatem eorum, & superstitionem approbantes, coluisse; sed tamquam in angarias diuersis vsibus implicasse, & præcipue in terrenis eos quæstibus, & seruilibus occupasse. *Nicolaus ad consulta Bulgaror. c. 82.* 2. Cor. 6.

CAP. VI.

De libris profanis, quos à Sarracenis vos abstulisse, ac apud vos habere perhibetis, quid faciendum sit; inquiritis. Qui nimirum non sunt reseruandi, corrumpunt enim, sicut scriptum est, mores bonos colloquia mala: sed vtpote noxij, & blasphemi igni tradendi. *Nicol. ad consul. Bulgar. cap. 103.* 1. Cor. 15. d.

CAP. VII.

Petatur à Christianis Imperatoribus cum contra diuina præcepta in multis locis conuiuia ita fiant, ex Gentili errore ducta, vt Christiani Gentilibus clam coniungantur; vt hæc prohibeant, & ex vrbibus, & possessio

nibus expellant; maxime in naralibus martyrum per vrbes, & sacra loca hæ sordes inferuotur, quibus diebus, quod dicere turpe est, choreas per agros & plateas, ducunt, & matronarum bonos, & aliarum multarum mulierum pudor contumelus afficiuntur; ita vt saoctæ fidei cultus perrclitetur. *Cartha.ca.61.G. Afric.27.L.*

CAP. VIII.

Dist.37. c.2. Episcopus Gentilium libros non legat; hæreticorum autem pro necessitate, & tempore. *Carth.iv.c.16.Burc.li.1.c.95.Ivo l.2.tit.11.ca.44. pan.& par.4.c.160 & par.5.c.197.decr.Ans.l.7. c.102.in addit. Cæsar.l.2.c.29.& l.4.c.56.*

Ne fideles coniungantur cum Paganis. Tit. XIX.

CAPVT I.

Dist.32. quoniam 15. LEctores, & cantores non ducaot vxores alterius sectæ, liberos non copulent in matrimonio cum hæretico, Iudæo, vel Gentili, nisi promittat orthodoxam fidem recipere; contra venieos canonice puniatur. *Chalc.c.14. Ivo l.3.l.8.c.27.panor.*

CAP. II.

De Iudæis c.15. Greg.ix. c.1.eod. titul.in 4.coll. In nonnullis prouinciis à Christianis Iudæos, seu Sarracenos habitus distinguit diuersitas; sed io quibusdam, &c. cootingit interdum, quod per errorem Christiani Iudæorum seu Sarracenorum; & Iudæi, seu Sarraceni Christianorum mulieribus commiscentur, &c. Statuimus, vt tales vtriusque sexus in omni Christianorum prouiocia, & omni tempore, qualitate habitus publice ab aliis populis distinguantur, cum etiam per Moysen hoc hoc ipsum legatur eis iniunctum. *Innoc.iij.in conc.gen.Later.c.68.*

CAP. III.

Leuit. 19. Deuterõ 22. Propter copiam puellarum Gentilibus minime in matrimonium dandæ sunt virgines Christianæ; ne ætas in flore tumens, in adulterio resoluatur animæ. *Elib.c.15.*

CAP. IV.

Si quis sacerdotibus idolorum filias suas iunxerint, placuit nec in fine eis dandam communionem. *Elib.c.17.*

CAP. V.

Si quis fidelis habens vxorem, cum Iudæa, vel Geotili fuerit mœchatus, à communione arceatur, &c. *Elib.78.*

CAP. VI.

Puellæ fideles, quæ Geotilibus iunguotnr, aliquaoto tempore à communione separentur. *Arel.c.11.*

CAP. VII.

Liberi clericorum Gentilibus, vel hæreticis (*aut schismaticis L.*) matrimonio non copulentur. *Carth.21.G.Carth.iij.c.12.L.*

Ne Christiani Paganorum superstitioni faueant. Tit. XX.

CAPVT I.

SI quis Kal. Iaouarias, & broma † colere præsumpserit, aut mensas cum dapibus in domibus præparare, & per vicos, & plateas cantationes, & choreas ducere, quod maxima iniquitas est coram Deo, anathema sit. *Zachar.in syn.Roman.c.9.Burt.l.10.c.16.Ivo par.11.c.43.decr.* *26.q.7. c.14.* *† brumam f.*

CAP. II.

Si Christianus oleum mittat † in templum Gentilium, vel in synagogam Iudæorum in eorum festis diebus, aut lucernas accendat; excommunicetur. *Ap.c.71.* *† offerat.*

CAP. III.

Diuinos, vel sortilegos, sacrificia mortuorum, vel lucorum, vel fontium, auguria, vel phylacteria, vel incantatores, & veneficos, id est, maleficos, & obseruationes sacrilegas; quæ in vestris finibus fieri solebant, omnioo respuentes, tota mentis intentione ad Dominum conuertimini, &c. *Greg.iij.epist.2.in med.ad Germanos.*

CAP. IV.

De Kal. Ianuar. vel cæteris auguriis; phylacteriis, incantationibus, vel aliis diuersis obseruationibus quæ Gentili more obseruari dixisti apud beatum Petrum Apostolum, vel in vrbe Roma, hoc à nobis, & omnibus Christianis detestabile, & perniciosum esse iudicamus, &c. *Zachar.ep.6.post med.ad Bonif.incip.Susceptis.*

CAP. V.

Placuit prohiberi, vt cum rationes suas accipiunt possessores, quidquid ad idolum datum fuerit; acceptum non inferant. Si vero post interdictum fecerint, per quinquennii spatia temporis à communiooe esse arcendos. *Eliber.c.40.*

CAP. VI.

Sacerdotes, qui tantum sacrificantium coronam portant, nec sacrificant; nec de suis sumptibus aliquid idolis præstant, placuit post biennium accipere communionem. *Eliber.55.*

CAP. VII.

Matronæ, vel earum mariti vestimeota sua ad ornandam sæculariter pompam non dent: si fecerint triennii tempore abstineant. *Elib.c.57.*

CAP. VIII.

Si in alicuius presbyterio † infideles aut faculas accenderint, aut arbores, fontes, vel saxa venerentur: si hæc eruere neglexerit, sacrilegii se esse reum cognoscat. Dominus autem vel ordinator rei ipsius, si admooitus emendare noluerit; communione priuetur. *Arel.ij.c.23.* *† prædio f.*

CAP. IX.

Si hæretici vel Gentiles, ab Episcopo hæredes relinquantur, etsi propinqui sint; etsi ab intestato succedant; anathema dicatur Episcopo, & à nomine eius sacerdotes abstineant. Carth.c.82.G.Afr.c.48.L. *De hær. c.5. Gre. ix.c.8. eo.tit. in 1. coll.*

CAP. X.

Non oportet cum Paganis festa celebrare, & communicare impietati eorum. *Laod.c.39.*

CAP. XI.

Si quis Christianus, vt est Gentilium consuetudo, apud cuiuscumque feræ, vel pecudis exta, inuocatis insuper nominibus Paganorũ fortasse iurauerit, si se ab hac superstitione commonitus noluerit cohibere, donec reatum emendet, à consortio fidelium, vel Ecclesiæ communione pellatur. *Aur. iv.c.16.*

CAP. XII.

Ad nos peruenit, quosdam de populis catholicæ fidei, execrabili ritu, die quinta feria, quod dicitur Iouis excolere, & operationem non facere. Quam rem pro Dei timore exe crantes, & blasphemantes, quicumque ab hac die præter festiuitates in eo die venientes, ausus, vel ausa fuerit vacare, & operam non facere; si ingenuus est, aut ingenua, de ecclesia repellendum, & sub pœnitentia mittendi anno vno, & eleemosyna, & fletu satisfaciat, vt eis Dominus ignoscat; si seruus aut ancilla fuerit, contenta † flagella correcti Domino consignentur, & vltra talia eos obseruare non permittant. *Narbon.c.15.* († *cētenaf*)

CAP. XIII.

Non licet Kal. Ian. vecolo † aut ceruolo facere: vel strenas Diabolicas obseruare. Sed in ipsa die sic omnia beneficia tribuantur, sicut & reliquis diebus. *Antisiod.c.1.* († *Vitulo f*)

CAP. XIV.

Non licet compensas in domibus proprijs nec vigilias in festiuitatibus sanctorum facere: nec inter sentes, aut arbores sacriuos †, ac riuos vel ad fontes vota exsoluere; sed quicũque votum habuerit, in Ecclesia vigilet, & matriculæ ipsum votum, aut pauperibus reddat. Nec sublilia, aut pede, aut hominem † lineo fieri penitus præsumat. *Antisiod.c.3.* († *ac riuos.* † *homine f.*)

CAP. XV.

Kalendas, Vota, & Brumalia, & Kalendarum Martij † conuentum ex Christianorum repub. tollimus. Item mulierum publicas saltationes, & quæ nomine falsorum deorum Gentilium ex viris, vel mulieribus fiunt choreæ, & festa, quæ omnia aliena sunt à Christianis. Nemo etiam vir mulieris stolam induat, nec mulier viri, neque personas comicas, vel satyricas, vel tragicas induant. Neque Dionysi nomine exclamato vuas exprimant. Neque dum vinum in cuppis diffundunt risum moueant ignorantiæ, vel stultitiæ prætextu dæmoniaco modo operantes. Qui fecerint clerici deponantur, laici excommunicentur. *Trull.c.62. Pœnit. Rom. tit.7.c.1.* († *Maii f.*)

CAP. XVI.

Incendia, quæ ante domos, vel opificinas in Neomenijs quidam ponunt, & super ea veteri more transiliunt, cessare iubemus. Quisquis tale fecerit, clericus deponatur, laicus excommunicetur. Scribitur enim quarto Regum; Manassen altare ædificasse militiæ cæli, &c. *Trull.c.65.* *4. Reg. 21. a.*

CAP. XVII.

Qui iurant, vt Gentiles, pœnitentia canon coërcet, nos excommunicatione. *Trull. 95.*

CAP. XVIII.

Non liceat Christianis prandia ad defunctorum sepulchra deferre, & sacrificare mortuis. *Mar. Bra.c.70. Bur.l.11.c.38. Iuo par.11.c.63. decr.* *De consf. dist. 1. c. 28. non oportet. in fin.*

CAP. XIX.

Non liceat Christianis tenere traditiones Gentilium; & obseruare, & colere elementa, &c. *Mar. Brac.c.73. Raban.c.24. de pœnit. Burch. l.10.c.13. Iuo par.11.c.40. decr.* *26. q. 5. c. 3.*

CAP. XX.

Non liceat iniquas obseruationes agere diebus Kalendarum, & otiis vacare Gentilibus, neque lauro, aut viriditate arborum cingere domos. Omnis hæc obseruatio paganismi est. *Mar. Brac.c.74. Raban.c.24. de pœnit. Burch. l.10.c.15. Iuo p.11.c.42. decr.* *26. q. 7. c. 13.*

Ne Christiani deferant ad Paganos arma, & alia, quibus ipsi nocere possint Reipub. Christianæ. Tit. XXI.

CAPVT I.

Ita quorundam animos occupauit sæua cupiditas, vt cum glorientur nomine Christiano, Sarracenis arma, ferrum, & ligamina † galearum deferant, & pares eis, aut etiam superiores in malitia fiant; dum ad impugnandos Christianos arma eis, & necessaria subministrant. Sunt etiam, qui pro sua cupiditate in galeis, & piraticis Sarracenorum nauibus regimen, & curam gubernationis exercent. Tales igitur à communione Ecclesię præcisos; & excommunicationi pro sua iniquitate subiectos, & rerum suarum per sæculi Principes catholicos, & Consules ciuitatum priuatione mulctari, & capientium seruos, si capti fuerint, fore censemus. Præcipimus etiam, vt per Ecclesias maritimarum vrbium crebra, & solemnis excommunicatio proferatur in eos. *Alex. iij. in conc. gen. Lat.c.24.* *De Iudæis c.6. Gregor. ix. & in 1. coll.* († *ligamina.*)

CAP. II.

Excommunicamus, & anathematizamus illos falsos, & impios Christianos, qui contra ipsum Christum, & populum Christianum, Sarracenis arma, ferrum, & ligamina † deferunt galearum: eos etiam, qui galeas eis vendunt, vel naues, quique in piraticis Sarracenorum nauibus curam gubernationis exercent, vel in machinis, aut quibuslibet *De Iudæis c.17. Greg. ix.* († *ligamina.*)

aliis aliquod eis impendunt consilium, vel auxilium in dispendium terræ sanctæ; ipsarum rerum suarum priuatione multari, & capientium seruos fore censemus. Præcipientes, vt per omnes vrbes maritimas diebus Dominicis, & festiuis huiusmodi sententia innouetur, & talibus gremium non aperiatur Ecclesiæ, nisi totum, quod ex substantia tam damnata perceperint, & tantumdem de sua in in subsidium prædictæ terræ transmiserint. vt æquo iudicio, in quo deliquerint, puniatur Quod si forte soluendo non fuerint, alias sic reatus talium castigetur, quod in pœna ipsorum aliis interdicatur audacia similia præsumendi. *Inn. iii. in con. gen. Lat. c. vlt.*

Pagani non gerant magistratus, neque habeant mancipia Christiana. Tit. XXII.

CAPVT I.

De Iuda. c. 5. Gr. ix. & in 1. coll. IVdæi, siue Sarraceni nec sub alendorum puerorum obtentu, nec pro seruitio, nec alia qualibet causa Christiana mancipia in domibus suis permittantur habere, excommunicentur autem, qui cum eis præsumpserint habitare. *Alex. iii. in con. Lat. c. 26.*

CAP. II.

De Iuda. c. 16. Greg. ix. c. 2. vel. tit. in 4. coll. Ne Iudæi officiis publicis præficiantur, &c. Hoc idem extendimus ad Paganos, &c. *Inno. iii. in con. gen. Lat. c. 69.*

Infidelis non potest accusare Christianum. Tit. XXIII.

CAPVT I.

SEmper in accusatione clericorum primo persona, fides, vita, & conuersatio blasphemantium perscrutetur. Nam fides omnes actus hominis præcedere debet, quia dubius in fide infidelis est. Nec eis omnino est credendum, qui veritatis fidem ignorant, nec rectæ conuersationis vitam ducunt: quoniam tales & facile, & indifferenter lacerant, & criminantur recte & pie viuentes, &c. *Nica. c. 45. apud Iul. epist. 2. c. 11. Xyst. ep. 1. in fine. Hadr. c. 4. ad Episcop. Mediom. Capitul. lib. 5. c. 183. & 239. & lib. 7. c. 147. in addit. Burch. lib. 1. c. 144 Inopar. 5. cap. 257. decr. Ansel. lib. 3. c. 88.*

c. 1. de haret. Greg. ix. & in 1. collect.

CAP. II.

Accusandi nõ sunt (*sacerdotes Domini*) ab infamibus, &c. aut alterius sectæ, vel religionis hominibus. *Pontian. ep. 1. in prin. Tresl. c. 4.*

CAP. III.

6. q. 1. c. 17. inf. Nec liberti, neque suspecti, nec rectam fidem, vel dignam conuersationem non habentes, summos sacerdotes possunt accusare. *Steph. epist. 1. c. 1. Burch. lib. 1. c. 173. Inopar. 5. c. 291. decr. Deusd. c. 3.*

CAP. IV.

Paganos, & hæreticos scias non posse Christianos accusare, aut vocem eis infamationis inferre. *Caius ep. vnic. c. 1. Ivo lib. 4. tit. 7. c. 11. panor. & Ansel. lib. 3. c. 45. Tarrac. lib. 2. c. 15.* *2. q. 7. c. 25.*

CAP. V.

Persona, fides, vita, & conuersatio, atque suspicio accusantium enucleatim primo inquirenda est. *Marcellus ep. 2. in med.*

CAP. VI.

Gentilis ad accusandum clericos non admittatur, nisi suam causam prosequatur. *omnib. c. Carth. cap. 130. G. Carth. vi. c. 2. L. Afr. 96. L. 2. Inopar. 16. c. 64. decr.* *4. q. 6.*

De iis, qui credunt, & nondum sunt baptizati. Tit. XXIV.

CAPVT I.

ANtequam quis baptizetur, docendus est, non statim post Gentilitatis conuersionem est baptizandus. Multo minus est statim ordinandus Episcopus; cum dicat Apostolus, Non neophytum, ne forte elatus in iudicium incidat, & laqueum Diaboli. *Nica. c. 2. Mart. Brac. c. 22. Ioan. viii. in viii. vel ix. syn. gen. act. 2. Ivo in prolog. panorm. & decr.* *Dist. 48. c. 1.* *1. Tim. 3. d.*

CAP. II.

Quicumque (*ex Eunomianis, & Montanistis, & Sabellianis*) rectæ fidei adscribi volunt, vt Græcos † admittimus, & primo quidem die ipsos Christianos facimus, secundo catechumenos, &c. & sic eos catechizamus, sine initiamus, & curamus, vt longo tempore versentur in Ecclesiis, & audiant scripturas, & tunc eos baptizamus. *CP. c. 7. G.*

† Paganos.

CAP. III.

Flamines si fuerint catechumeni, & se à sacrificiis abstinuerunt, post triennij tempora ad baptismum admittantur. *Elib. c. 4.*

CAP. IV.

Gentiles si infirmitate desiderant sibi manus imponi, &c. placuit eis manus imponi & fieri Christianos. *Elib. c. 4.*

CAP. V.

Ne quis Christianus, aut Gentilis ad idolũ Capitolij sacrificandi causa ascendat, & videat. Si fecerit, pari crimine teneatur. Si fuerit fidelis, post x. annos acta pœnitentia recipiatur. *Elib. 59.*

Cætera vide parte secunda, vbi de catechumenis, & de baptismo agitur.

Communia de Paganis. Tit. XXV.

CAPVT I.

De Iuda. 15. Greg. ix. c. 1 eo. ti. in 4. coll.

IN nonnullis prouinciis à Christianis Iudæos, seu Sarracenos habitus distinguit

diuersitate, &c. contingit interdum, quod per errorem Christiani Iudæorum seu Sarracenorum, & Iudæi, seu Sarraceni Christianorum mulieribus commiscentur, &c. Statuimus, vt distinguantur, &c. *Inno. iii. in concil. gener. Lat. cap. 68.*

CAP. II.

Dis. 45. c. 7. Episcopum. Episcopus, presbyter, diaconus fideles peccantes, vel infideles delinquentes verberans deponatur. *Ap. c. 27. G. 28. L. Anselmi. 6. c. 159.*

CAP. III.

1. Cor. 10. g. Apostolici præcepti verba sunt, apud Iudæos, atque Gentiles sine offensione nos esse debere, hoc quisquis Christianus est, tota animi virtute custodit. *Milti. epist. 1. in prin. Celest. epist. 1. in prin.*

CAP. IV.

Si licet persecutionem Paganorum fugere an non? Salutare consilium damus, si fieri potest, locum inueneris, insta ad prædicandum illis: si autem supportare non valueris eorum persecutionem, habes præceptum Dominicum, vt in aliam ingrediaris ciuitatem. *Mat. 10 e.* *Zacha. epist. 5. ad Bonifa. ante fin. cuius init. Benedictus Deus.*

CAP. V.

Aduersus hæreticos, vel Paganos, vel eorum superstitiones, legati missi de hoc glorioso concilio, quidquid vtile prouiderint, à gloriosissimis Principibus impetrent. *Milen. cap. 11.*

CAP. VI.

Lectores in Ecclesia in habitu sæculari ornato non psallant, neque granos † Gentili ritu dimittant. *Brac. i. c. 29.* *† gradus.*

CAP. VII.

Quiiura ciuilia discunt, non debent Paganorum moribus vti; neque in theatrum ascendere †, vel cylistras celebrare, vel præter communem vsum stolas induere, &c. aut excommunicentur. *Trul. 71.* *† induci.*

CAP. VIII.

Mercatores huius regni, Christiani siue Iudæi, mancipia Pagana, quæ per tot populos, & ciuitates fidelium transeuntes ad manus infidelium, & sæuissimorum hostium nostrorum perducunt: ex quo & ipsi infelices serui, qui si à Christianis emerentur, poterant saluari, miserabiliter pereunt, & inimicorum regni maximus numerus augetur; coërceantur à piis Principibus nostris, & intra Christianorum fines vendere compellantur; ne tam horrenda crudelitate, & aperta infidelitate, & animarum damnis Deus exasperetur, & vires hostibus augeantur. *Melden. c. 73. in fine, ex Tole. iv. c. 59.*

CAP. IX.

Sarracenis sufficit, quod in eremo lapidi inanimato sacrificia faciant, acclamentque hanc vocem chobar, quod à patribus acceptum per puerilia mysteria, & festa peragunt. Christianis vero character propriissimus est fides, & confessio in vnum Deum Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, cum reliquis sacri symboli capitibus, &c. *Germanus Episcopus CP. ad Thomam Episcopum Claudiopoleos, post. prin. vii. syno. act. 4. post prin.* *doces Sarracenos idololatras esse*

CAP. X.

Innocentius constitutum fecit de omni Ecclesia, & regulis monasteriorũ, & de Iudæis, & de Paganis. *Ex Pontif.*

FINIS.

